SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES CORAM REUERRENDISS...

Digitized by Google

S. D. N.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

ILLVD Patrem meum Matthæum Burattum, dum viueret, ſæpius affirmantem audiui, non aliam ſibi votorum ſummam in Romana Curia fuiſſe, quam, vt te Beatiſsime Pater, tunc Cardinalem omnia virtutibus meritum, in Petri Sede omnibus imperantem videret. Vidit, nec ſine ingenti lætitia: iamque diem obiturus me filium ſuum admonuit ſe in quotidianis laboribus, illud potiſsimum ſpectaſſe, vt patrimonium mihi relinquendum benigno Sanctitatis tuæ patrocinio ditaret. de iſta re omnium maxima ſpem animo meo altè adeò conceptam, vt magnam doloris partem à perpetua illius abitione delinierit, nihil omninò fraudatam, experimento ſum edoctus; præſertim vero, cum ad ſanctiſsima tuorum pedum oſcula humaniſsimè admiſſus tot fauorum, & gratiarum plenas manus reportaui, vt aſsiduos Patris mei conatus in tuæ ſanctitatis beneficentia mihi promerenda non irritos cognouerim. Hæc eadem, quæ ab iſta dignitate omnium prima ſummæ liberalitatis ſuaſu emanarunt, menti meæ perpetuò inhærebunt, perpetuam tuæ Sanctitati, quæ ad communem Chriſtianæ Reipublicæ auctionem ſapientiſsimè regnat, felicitatem precatura. interea quoniam quidquid Patris mei fuit, imperio tuo, non ſine maxima ſui gloria, conceſsit. conceſſerunt etiam labores, quos non in fortunæ inconſtantis, ſed in ſolidiſsima Mercurij, nempe Virtutis Rota, apud iſtam Vrbem totius Orbis dominam. Tibi verò, qui multo maior es Orbe vniuerſo, ancillam ſub tuo, duorumque Pauli V. & Gregorij X V. piæ record. Prædeceſſorum iuſſu exantlauit. iſti nullo prorſus niſi tuo auſpicio in publicam lucem prodire cogitarunt, veriti, ne, ſi alium patronum quæritaſſent, ſui clientela tanquam propriæ magnitudinis inimica penitus deſtituta deliteſceret. Quales ſint præſentes Deciſiones, tuum ſit iudicium, qui iam diù de ijs adeò ſublimiter iudicaſti, vt illa-


rum Authorem priuatis, ac publicis ſapientiſsimi oris tui, vbi Apes fauos conſtruere gloriantur encomijs dignum declaraueris. Hæc ſumma ſit Parentis mei iam demortui laus, nunquam certè moritura, à tanto Pontifice, quem Catholici cum admiratione reuerentur, cæteri, vel nolentes plurimum verentur, laudes accepiſſe. Itaque ad Sanctiſsimos pedes tuos humillimè proiectus obſecro, vt ſicuti Pater meus met vſque ad vltimam vitæ lineam ſuauiſsimos benignitatis tuæ fructus deguſtauit, ita illo ad ſuperos translato ijs fouere, ne deſiſtas; Id abundè facies, ſi iſtas Deciſiones, quæ totius Orbis terrarum cauſas continentes non alium, quam te ipſius Orbis Dominum legitimè appetunt, in clientelam admiſeris. diù feliciter viue.

Sanctitatis tuæ

Humillimus ſeruus

Ioannes Burattus.

Digitized by Google



EMINENTISS. PRINCIPI

FRANCISCO

BARBERINO

S. R. E.

VICECANCELLARIO.

IO. FRANCISCVS FERENTILLIVS F.

DECISIONES Rotæ Romanæ à R. P. D. meo Buratto compoſitas, Ioannes Burattus ex legitimo matrimonio filius VRBANO Octauo P. O. M. velut amplum ingenij paterni, doctrinæq. patrimonium, & BARBERINÆ gloriæ monumentum dedicauit.

Huic operi meas obſeruationes, Indicesque tanquam Phidiæ Mineruæ Peplum, & Emblemata, non pulchritudinis, ſed maioris vtilitatis attexui.

Eaque, quoniam proximè Buratti veſtigia premerent, inſcripſi tibi Princeps Eminentisſime, qui ſacrorum Regi Capiti, Chriſtique Vicario proximus es.

Quid harum Deciſionum volumen vtilitatis allaturum ſit omnibus ex hac mea cura, lectoris agnoſcet candor, atque benignitas, quanta vero felicitas ex opera, laboreque tuo è ſummo Mundi capite deriuetur, non modo Pontificiæ ditionis in membra, ſed in alios etiam populos, vſu fructuque ſuo quotidiano Chriſtianæ Reipublicæ corpus experitur. Dicerent pro hac veritate teſtimonium nationes omnes, niſi modeſtia tua omnibus interdiceret. In Hiſpanias, Galliasque Chriſtiana pace Legatio, Auenionenſium prior, & nunc recentior Vrbinatium cura, Pontificiæ ditionis vniuerſæ Vicarium onus, omnibus ferè Purpuratorum Patrum Congregationibus asſidua, ſalutarisque præſentia, ſacrorum Ordinum, Collegiorum, piarumque Sodalitatum, & Nationum in Vrbe patrocinium, imminens Pontificijs Vrbibus peſtilentia, aut ære, curaque tua longe ſubmota, aut extinctum repente contagium, occultis ſubinde canalibus effuſa ad Nobilium egeſtatem ſubleuandam liberalitas,

ralitas, Virginibus illocalibus quotidianæ dotes, Pœnitentium mulierum cœnobia, & ægrotantium in Vrbe familiæ ſubſtentatæ, Tranſalpinæ ad Vrbem accedenti Nobilitati paratiſſimum, & domus, & cordis hoſpitium, magnis adoleſcentum ingenijs educandis, excitandisque virtutibus natum ingenium, omnibus denique iuuandis mortalibus operoſus Amor, & Charitas. Hæc inquam omnia, non tua, ſed per te Chriſtianæ Reipublicæ data diuinitus bona, ad ſeuerum maieſtatis, & modeſtiæ tuæ ſupercilium auaro, inuidoque ſilentio contegenda ſunt. Quid illa, quæ tua ſunt propria, ex quibus tamen quaſi fontibus fœlicitas publica redundat ad nos. Innocentia vitæ quanta? quàm modicus ſomni? quanta cum omni litteratura, & antiquitatis eruditione vigiliæ? quantus es in Græca, & in aliarum Nobilium cognitione linguarum? cum rebus diuinis, & cum Deo quantus? Verum ego profanus ab hoc animato virtutum Sacrario abſiſto procul. Et quia tua me arcet modeſtia, & quia neque in me infantiſſimo, neque in alio diſertiſſimo par eſſet vlla tantarum rerum dignitati facundia: labores igitur hoſce meos, alijs vt ſpero non inutiles, vni tibi non ingratos, humilis ipſe, & quod in templis ſolet, venerabundus, & ſilens, tuæ benignitatis ad Aram appendo, voueoque. Vale.

VRBANVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI.

DILECTO filio Ioanni Franciſco Ferentillio Clerico Interamnen. I. V. D. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Litterarum ſcientia, vitæ, ac morum honeſtas, aliaq. laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fidedigno commendaris teſtimonio, nos inducunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditati, & vtilitati fore conſpicimus opportuna. Cum itaque ſicut accepimus, tu in Romana Curia Aduocatus exiſtis, & vſque ad receſſum dilecti filij Balthaſaris Nauarri tunc Cappellani noſtri, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoris ab Vrbe in Hiſpaniarum partes, illi; & poſtmodum bo. me. Magiſtri Matthæi Buratti, etiam cauſarũ Palatij huiuſmodi Auditoris tunc in humanis agentis, in munere ſtudiorum Auditoris non minus laudabiliter, quàm diligenter inſeruiueris, omnes autem ipſorum Auditorum Deciſiones ab ipſis originalibus deſumptas habueris, & circa eaſdem Deciſiones multas obſeruationes ex ore eorumdem Auditorum acceperis, in quibus in ordinem redigendis, & diſponendis, & vtiliſſimis annotationibus ſuper eaſdem à te ipſo compoſitis amplificandis, multum laboris, & expenſarum conſumpſeris, dictas autem Deciſiones, & earum quaslibet ſeiunctim, vel diuiſim, cũ annotationibus prædictis in iuris ſtudioſorum vtilitatem, & commoditatem imprimi facere intendas, verùm dubites, ne aliqui ex alieno labore lucrum quærentes, eaſdem Deciſiones, ſeu earum quaslibet ſeiunctim, vel diuiſim imprimere, ſeu reimprimere præſumant, Nos igitur tuæ indemnitati hac in parte prouidere, teque intuitu laboris ſuſcepti, & expenſarũ factarum, & faciendarum ſpeciali gratiæ fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutũ fore cenſentes, Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera liberalitate noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Tibi pro te, & heredibus, ac ſucceſſoribus tuis quibuſcunque, vt ad viginti annos à data præſentiũ numeran. nemo prorſus tam in Statu Eccleſiaſtico mediate, vel immediatè ſubiecto, & citra, & vltra montes exiſten. dictas Deciſiones, vel earum quaslibet cum prædictis Annotationibus, vel ſine illis, aut cum alijs additionibus, ſcholijs, vel quibuſcumq; alijs obſeruationibus quocunq; nomine, ſeu vocabulo nuncupatis, ordine, vel titulo mutato ſeiunctim, vel diuiſim in quacunque forma, in totum, vel in partem imprimere, vel imprimi facere, aut impreſſas, ſeu reimpreſſas vendere, vel venales habere, præponere, aut alias edere, vel euulgare, aut pro vſu proprio habere, vel tenere poſſe, Apoſtolica auctoritate tenore earundem præſentium concedimus, & indulgemus, ac omnibus, & ſingulis typographis, bibliopolis, & librorum impreſſoribus, alijsq. quibuſuis perſonis quauis auctoritate, licentia, & facultate conceſſis, vel concedendis fulgentibus, tam in Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè ſubiectis, quàm citra, & vltra montes exiſtentibus, ſub excommunicationis, à qua contrauenientes, niſi à Summo Põtifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, & quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum pœnis, quo ad illos in Statu Eccleſiaſtico exiſtentes, toties quoties contra uentum fuerit, eo ipſo facto, & abſque declaratione vlla incurrendis pro vna tibi, tuisq. hæredibus, & ſucceſſoribus, ac ius ab eis habentibus huiuſmodi, pro altera verò Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applican. & irremiſſibiliter exigendis, ne durante tempore viginti annorum vt ſupra computandorum, prædictas Deciſiones, vel earum qualibet ſeiunctim, vel diuiſim cum dictis annotationibus, vel ſine illis, aut cum alijs additionibus, & ſcholijs, vel quibuſcumque alijs obſeruationibus, quocumq; nomine, vel vocabulo inſcriptis, à quacumq; perſona cuiuſcumque ſtatus, & conditionis editis, ſeu edendis, ordine, vel titulo mutato in quacumq; forma in totum, vel in partem, abſque tui, & hæredum, ac ſucceſſorum tuorum, vel ius ab eis habentium ſpeciali licentia in ſcriptis habita, imprimere, ſeu reimprimere, ſeu imprimi, ſeu reimprimi facere, aut venales habere, præponere, ſeu alias edere, vel euulgare, ſeu quouis modo clam, vel palam diſtrahere, vel pro vſu proprio ſic impreſſas tenere, quoquo modo audeat, ſeu præſumat, diſtrictius inhibemus. Mandantes præterea vniuerſis, & ſingulis Legatis, & Vicelegatis dictæ ſedis, eiusq. ditionis Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vbiq; exiſtẽtibus, & quoties pro parte tua, ac hæredum, & ſucceſſorum, iusque ab eis habentium præfatorum, requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit, eiſdem efficacis defenſionis præſidio exiſtentes præmiſſa omnia ad omnem tuam, & hæredum, & ſucceſſorum, iusque ab eis habentium præfatorum requiſitionẽ, contra inobedientes, & rebelles pœnas præfatas irremiſſibiliter proſequantur, implorato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis conſtitutionibus, ordinationibus, etiam iuramẽto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in cõtrarium facien. quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus ac ſi de illis, eorũq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio facta fuiſſet de plenitudine poteſtatis derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque, & quia difficile foret, eaſdẽ præſentes litteras ad quemlibet loca deferri, volumus quod illarum tranſumptis, etiam in ipſis voluminibus, & operibus, aut eorum quolibet impreſſis, eadem in Iudicio, & extra illud, fides vbique habeatur, quæ ipſiſmet præſentibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, Nulli ergo eis hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, inhibitionis, mandati, derogationis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Tertio nonas Septembris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

L. D. Gernaden. *Ib. Gorius pro Sigill.* *Sept. Calo Oſtoguus* *M. Brancanalius* *Hurſabus proprio* *B. Curbus* *M. de Roſis.* *Pro D. Ferro.* Locus plumbi *El Mare* *N. Ronſardus* *D. Sernades.*

Regiſtrata lib. primo fol. 237.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

EGo Auguſtinus Barboſa I V. D. Luſitanus, Prothonotarius Apoſtolicus de mandato Reuerendiſſimi P. Fratris Nicolai Ridolfij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri perlegi deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Balthaſſare Nauarro de Arroyta nunc in ſupremo Aragonum Senatu Regente, & bonæ memoriæ R. P. D. Matthæo Buratto, olim Sacri Palatij Apoſtolici Auditoribus, ingenio, ac opera admodum Illuſtris, & Excell. D. Ioannis Franciſci Ferentillij in Romana Curia Aduocati, & ipſorum Auditorum in ſtudijs Auditoris cum doctiſſimis apoſtillis, & annotationibus eiuſdem ad ſingulas ferè deciſiones, & nihil inueni, quod Fidei Catholicæ, ac bonis moribus aduerſetur, immo opus hoc miro ordine diſpoſitum, & vtiliſſimis additionibus locupletatum, ac Chriſtianæ Reipublicæ admodum neceſſarium typis mandari poſſe cenſeo. Romæ hac die 7. Decembris 1627.

Auguſtinus Barboſa qui ſupra.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Lupus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Ricardij Sacri Palatij Apoſtolici Mag. Ord. Præd.

ELENCHVS
SEV
TABVLA DECISIONVM
R. P. D. BVRATTI.

A

ADIACEN. Parochialis lunæ 8. Ionij 1626. deciſ. 933.
Albanen. Clericatus lunæ 17. Maij 1621 dec. 529.
Alerien. Beneficij lunæ 1. Iul. 1613. deciſ. 17
In alia lun. 12. Maij 1614. deciſ. 51
In alia ven. 19. Decembris 1614. deciſ. 88.
In alia merc. 4. Maij 1616 deciſ. 173
Alexandrina Pecuniaria merc. 7. Febr. 1624 dec. 762
In alia ven. 21. Iunij 1624. deciſ. 810.
In alia ven. 4. Iul. 1625. deciſ. 889.
Amerina Beneficij ſeu Iuriſpatronatus lunæ 18. Iun. 1618 dec. 338
In alia lun. 22. Iunij 1626 dec. 940.
Amerina Bonorum lunæ 12. Iunij 1615. deciſ. 89.
In alia ſabb. 23. Ian. 1616 dec. 147
In alia lunæ 18. April. 1616. dec. 168.
In alia lun. 27. Febr. 1617 dec. 229
Amerina Cenſus merc. 1. Iulij 1616 deciſ. 945.
Amporien. Beneficij ven. 4. Decem. 1620. dec. 496.
In alia lun. 5. Iul. 1621. deciſ. 562
In alia ven 31. Maij 1624 dec. 797.
Anconitana Bonorum lunæ 9. Iunij 1614. deciſ. 60
In alia lun. 29. Febr. 1616. dec. 158.
In alia lun. 21. Maij 1618. dec. 327
Anconitana Cenſuum ven. 30. April. 1621. dec. 523
In alia lun. 13. Febr. 1623 dec. 685.
In alia lun. 29 April. 1624 dec. 784.
In alia ven. 12. Iunij 1625. dec. 874.
Anconitana ſeu Auximana Florum ven. 15. Decemb. 1617. deciſ. 290.
In alia ven. 26. April. 1619. dec. 392.
In alia ven. 4. Martij 1622. deciſ. 604.
In alia ven. 17. Mart. 1623. dec. 691.
In alia ven. 8. Nouemb. 1624. dec. 823.
In alia ven. 27. Martij. 1626. dec. 916.
Anconitana Pecuniaria lunæ 13. Maij 1613. deciſ. 2
In alia ven. 20. Iunij 1614. dec. 64.
In alia lun. 16. Febr. 1615. dec. 99.
Andrien. Archipresbiteratus ven. 30. Martij 1618 deciſ. 318
In alia lunæ 26 April. 1621. dec. 522.
Aquilana Affictus ven 6. Febr. 1623. dec. 683.
In alia merc. 27. Martij 1624. dec. 779.
In alia lun. 17. Iun. 1624. dec. 807
Aquilana Atteotatorum lun 23. Ionij 1625. deciſ. 879
Aquilegien. Beneficij ven. 13. Nouemb. 1620. dec. 489
In alia ven. 4. Decemb. 1620. deciſ. 495.
Aquilegien. Præbendæ lunæ 19. Iunij 1623. deciſ. 720
Aretina. Capellæ lun. 1. Iul. 1613. dec. 18.
In alia merc. 18. Maij 1616. dec. 178.
In alia ven. 9. Febr. 1618. dec. 307.
In alia merc. 16 Ian. 1619. dec. 374.
Ariminen. Fideicommiſſi merc. 5. Maij 1621. dec. 524
In alia lun. 8. Nouemb. 1621. dec. 568.
In alia lun. 20. Iun. 1622. dec. 641.
Ariminen. Saluiani lunæ 5. Maij 1625. deciſ. 858.
Aſculana Fideicommiſſi ven 20. Ionij 1614. deciſ. 65
Aſculana Spolij ven. 22. Maij 1615. dec. 112.
In alia ven. 18. Martij 1616 dec. 165.
In alia ven. 10. Ian. 1620 dec. 443.
Aſten. Fructuum lunæ 5. Iulij 1621. dec. 556.
In alia lun 31. Ian. 1622. dec. 594.
Aſtoricen. Parochialis ven. 2. Iunij 1615. deciſ. 121
In alia lunæ 9. Maij 1616. dec. 175.
In alia ven. 10. Martij 1617. dec. 233.
In alia lunæ 1. Iul. 1619 dec. 416.
Auenionen. Archidiaconatus ven. 5. Iun. 1615. deciſ. 117.
In alia ven. 17. Feb. 1617. dec. 228.
In alia ven. 9. Iunij, & 3. Iulij 1617. dec. 255.
Auenionen. Fideicommiſſi luo. 19. Iunij 1617. deciſ. 257.
In alia lunæ 10. Iun. 1624. dec. 802.
Auenionen. Pecuniaria ven. 26 Ian. 1626. dec. 898.
In alia merc. 10. Iun. 1626 dec. 934
Auriaceo. Iuris nominaodi ven. 10. Maii 1613. deciſ. 1.
In alia lun. 18. Maij 1615. dec. 111.
In alia lunæ 8. Feb. 1616 deciſ. 153.
In alia ven. 23. Iunij 1617. deciſ. 260.
Auximaoa Spolij lun. 10. Febr. 1620. deciſ. 453.

B

BArchinonen. Beneficij merc. 3. Decemb. 1626. deciſ. 947.
Barchinonen. Parochialis ven. 29. Nouemb. 1613. deciſ. 22.
In alia lun. 10. Martij 1614. deciſ. 37.
In alia ven. 16. Ianuar. 1615. deciſ. 90.
Barchinonen. Vicariæ ven. 7. Decemb. 1616. dec. 214.
In alia ven. 6. Iun. 1625. deciſ. 871.
In alia merc. 29. April. 1626. deciſ. 923.
Beneuentana Domus ven. 28. April. 1617. dec. 243.
In alia ven. 9. Iun. 1623. deciſ. 716.
Beneuentana Nobilitatis lunæ 15. Nouemb. 1621. deciſ. 573.
Beneuentana Saluiani ven. 28. Iunij. 1613. deciſ. 16.
In alia lun. 1. Feb. 1616. deciſ. 151.
In alia ven. 16. Mart. 1618. deciſ. 315.
In alia ven. 22. Iun. 1618. deciſ. 342.
Bergomen. Augmenti dotis lunæ 27. Martij 1623. deciſ. 696.
In alia lun. 27. Nouemb. 1623. deciſ. 740.

a Ber-

Digitized by Google

Bergomeo. Capellæ merc. 7. Febr. 1618. deciſ. 305.
In alia ven. 23. Martij 1618. deciſ. 316.
Bergomen. Penſionis ven. 20. Maij 1622. deciſ. 626.
In alia lun. 20. Maii 1624. deciſ. 790.
In alia ven. 8. Nouemb. 1624. deciſ. 824.
Biſignanen. Penſionis lun. 26. Iun. 1617. deciſ. 261.
Bituntina Matrimonij veteris 19. Decemb. 1625. deciſ. 893.
Boianen. Beneficij ſeu Iuriſpatronatus ven. 6. Iunij 1614. deciſ. 59.
In alia ven. 26. Iun. 1615. deciſ. 128.
In alia 4. Decemb. 1615. deciſ. 139.
In alia ven. 13. Maii 1616. dec. 176.
In alia ven. 27. Ian. 1617. dec. 221
Bononien. Bonorum. 18. Decemb. 1615. dec. 145.
In alia merc. 18. Maii 1616. deciſ. 179.
In alia lunæ 18. Decemb. 1618. deciſ. 292.
In alia de Griſonibus lun. 28. Maij 1618. dec. 330.
In alia de Griſonibus lun. 18. Februar. 1619. deciſ. 379.
Bononien. Cenſus ven. 13. Febr. 1615. deciſ. 97.
In alia lun. 16. Decemb. 1613. deciſ. 27.
Bononien. Doris ven. 10. Nouemb. 1617. deciſ. 274.
In alia ven. 1. Iun. 1618. dec. 332.
In alia lun. 21. Maij 1619. deciſ. 396.
In alia lun. 16. Martij 1620. deciſ. 462.
In alia ven. 18. Decemb. 1620. deciſ. 502.
In alia merc. 2. Iunij 1621. deciſ. 537.
Bononien. Dotis de Carandinis ven. 19. Ian. 1624. deciſ. 752.
In alia lun. 3. Iun. 1624. deciſ. 798.
In alia lun 9. Iun. 1625. deciſ. 873.
Bononien. Exemptionis lunæ 4. Decemb. 1617. deciſ. 285.
In alia ven. 24. Maij 1619. deciſ 398.
In alia ven. 29. Nouemb. 1624. deciſ. 828.
Bononien. Gabellæ groſſæ veneris 11. Martij 1622. deciſ. 606.
In alia ven. 9. Decemb. 1622. deciſ. 667.
Bononien. Hæreditatis de Mulertis lun. 6. Feb. 1623 deciſ. 682.
In alia lun. 11. Decemb. 1623. deciſ. 744.
Bononien. Indemnitatis lunæ 14. Nouemb. 1622. deciſ. 657.
Bononien. Manutenſionis lun. 9 Febr. 1626. dec. 504.
Bononien. Pecuniaria ven. 11. Decẽb. 1615. dec. 141.
In alia ven. 20. Maij 1616. deciſ. 180.
In alia lun. 20 Iun. 1616. deciſ. 191.
In alia ven. 1. Iul. 1616. deciſ. 201.
In alia lun. 23. Ian. 1617. deciſ. 220.
In ead. ven. 7. April. 1617. deciſ. 236.
Bononien. Proceſſuum ven. 17. Martii 1623. dec. 692.
In alia lun. 15. Iun. 1624. deciſ. 750.
In alia lun. 21. Iun. 1624. dec. 808.
Bononien. Retractus lun. 6. Ian. 1623. deciſ. 677.
In alia merc. 7. Febr. 1624. dec. 761.
Boſſanen. Parochialis ven. 28. Feb. 3625. deciſ. 842.
In alia merc. 3. Iun. 1626. deciſ. 931.
Boſſanen. Penſionis lun. 23. marr. 1626. deciſ. 915.
Bracaren. Fructuum ven. 18 April. 1625. deciſ. 852.
Brunduſina Pecuniaria ven. 15. Nouemb. 1613. deciſ. 20.
In alia lun. 21. April. 1614. deciſ. 44.
Burgi S. Donini Eccleſiæ Sancti Iuliani, ſeu Præpoſituræ lun. 28. Nouemb. 1616. deciſ 212.
In alia lun. 19. Iun. 1617. deciſ. 258.
In alia ven. 21. Iun. 1619. deciſ. 405.
In alia lun. 11. Maii 1620 deciſ. 472.
In alia merc. 22. Iun. 1622. deciſ. 642.
In alia lun 19. Decemb. 1622. deciſ. 672.
In alia ven. 24. Mart. 1623. deciſ. 694.
In alia lun. 29. Ian. 1624. deciſ. 757.
In alia merc. 4 Decemb. 1624. deciſ. 832.
In alia lun. 18. Iun. 1625. dec. 876.
In alia ven. 20. Iun. 1625. dec. 878.
Burgi S. Sepulchri Iuriſdictionis merc. 13. Martii 1626 deciſ. 912.

C

CAierana Beneficiorum ven. 9. Februarii 1618. deciſ. 306.
Calagurirana beneficii de Auſejo merc. 4. Feb. 1615. deciſ. 95.
Calagurirana Beneficii de Brentanilla ven. 13. Mart. 1615. deciſ. 102.
Calaguritana Beneficii de Fuen major lun. 13. Ian. 1614. deciſ. 30
In alia merc. 21. Maii 1614. deciſ. 55.
Calagurirana Beneficii de Villa Real. lun. 1. Iul. 1624 deciſ. 818.
In alia lun. 17. Febr. 1625. deciſ. 839.
In alia lun. 22. Iun 1626. deciſ. 939.
Calaguritana Dimidiæ quartæ Portionis lun. 27. Iunii 1616. dec. 195.
Calciaten. Decimarum. ven. 19. Ian. 1624. dec. 753.
Callien. vnionis ven. 6. Iun. 1625. deciſ. 870.
In alia ven. 29. Maii 1626. deciſ. 929.
Camerinen. Diſſolutionis Matrimonii ven. 9. Feb. 1624. deciſ. 763.
Camerinen. ſeu Mediolanen. Pecuniaria Sab 26. Nouemb. 1622. dec. 661.
Camerinen Penſionis merc. 17. Iun. 1620. dec. 483.
Carpentoraten. Donationis ven. 19. Ian. 1616. deciſ. 149.
In alia merc. 17. Maij 1617. deciſ. 246.
Carpentorateo. Iuris lignandi merc. 14. Mart: 1618 fol. 311.
In alia merc. 27. Nouemb. 1619. deciſ. 427.
In alia lun. 1. Iun. 1620. deciſ. 478.
Carpentoraten. Prioratus ven. 19. April. 1619. deciſ. 390.
In alia lun. 1 Iul. 1619. deciſ. 411.
In alia ven. 8. Nouemb. 1619. deciſ. 421.
In alia ven. 20. Mart. 1620 deciſ. 463.
In alia ven. 27. Nouemb. 1620. deciſ. 492.
In alia ven. 14. Mart 1621. deciſ. 527.
Caſtellanaten. Canonicatus ven. 20. Decemb. 1624 deciſ. 837
In alia ven. 4. Iul. 1625 deciſ. 888
Catanien. Canonicatus ven. 14. Iun. 1613, deciſ. 11
Caurieg. Statuti lun. 29. Iun. 1624 dec. 758
Cæſarauguſtana Beneficii ven. 1. Iul. 1622 deciſ. 649
Cæſarauguſtana Electionis lunæ 11. Decemb. 1623 deciſ. 743
In alia ven. 8. Mart. 1624 dec. 771
In alia ven. 21. Iun. 1624 dec. 809
Cephaluden. Penſionis ven. 11. Maij 1618 dec. 324
In alia merc. 5. Decemb. 1618 dec. 364
Ceſenaten. Indultorum lunæ 9. Decemb. 1619 deciſ. 435
In alia merc. 4. Decemb. 1624 deciſ. 831
Ciuitatis Ducalis Donationis merc. 5. Iunij 1613 deciſ. 7.

Digitized by Google

Ciuitatis Caſtelli Penſionis merc. 19. Ian. 1622 deciſ. 591
Ciuitatis Caſtelli ſeu Romana ſequeſtri lun. 30. Martij 1615 dec. 105
In alia lun. 14. Iun. 1615 dec. 123
Ciuitatis Plebis Canonicatus lun. 18. Decemb. 1628 deciſ. 746
Ciuitatis Plebis prætenſæ Simoniæ lun. 1. Iul. 1619. deciſ. 415
In alia lun. 13. Ian. 1620 deciſ. 445
Cluſina Beneficij ven. 29. Nouemb. 1615 deciſ. 137
In alia ven. 20. Decemb. 1619 deciſ 442
In alia ven. 20. Nouemb. 1620 deciſ. 491
Cluſina Poſtæ Puteoli lun. 13. Febr. 1617. deciſ. 226
In alia lun. 18 Iun. 1618 dec. 337
In alia ven. 14. Decemb. 1618 deciſ. 367
Colimbrien. Mattimonij ven. 19. Decembris 1614 deciſ. 86
In alia lun. 14. Decemb. 1615 dec. 143
In alia lun. 20. Iun. 1616 deciſ. 192
In alia lun 26. Octob. 1616 deciſ. 203
In alia ven. 2. Decemb. 1616 deciſ. 213
In alia lun. 6. Nouemb. 1617. deciſ. 273
In alia lun. 5. Martij 1618 deciſ. 311
Collen. Hæreditatis ven. 26. Febru. 1616 deciſ. 155
In alia ven. 10. Iun. 1611 deciſ. 188
In alia ven. 5. Maij 1617 deciſ. 244
In alia merc. 5. Nouemb. 1618 deciſ. 352
In alia lun. 18 Maij 1620 deciſ 474
In alia ven. 28 Maij 1621 deciſ. 535
In alia ven. 25. Febr. 1622 deciſ. 599
In alia lun. 3. April. 1623. deciſ. 698
In alia ven. 8. Mart. 1624 deciſ. 772
In alia merc. 26. Iun. 1624 deciſ. 811
In alia ven. 28 Febr. 1625 deciſ. 843
In alia lun. 30. Mart. 1626 deciſ. 917
Colonien. Sponſalium lun. 14 Ian. 1619 deciſ. 373
In alia lun. 1. Iul. 1619 deciſ. 412
In alia lun. 14. Decemb. 1620 deciſ. 501.
In alia merc 9. Iun. 1621 deciſ. 543
Colonien. Vicariæ S. Margaritæ ven. 26. Ian. 1618 deciſ. 300
In alia ven. 16. Nouemb. 1618 deciſ. 355
Comen. Fideicommiſſi lun. 11. Mart. 1619 dec. 385
Comen. Habitus lun. 14 April. 1614 deciſ. 42
Comen. Parrochialis de Brenta ven. 25. Iunij 1621 deciſ. 551
Compoſtallan. Beneficij merc. 2. Decemb. 1615 deciſ. 138
In alia merc. 24. Maij 1617 deciſ. 250
Compoſtellan. Parrochialis ven. 2. Maij 1625 dec. 855
Conchen Decimarum de Torre el Monte lun. 2. April. 1618 dec. 319
In alia merc. 23. Ian. 1619 deciſ. 376
Conchen. Decimarum Oppidi S. Clementis merc. 16 Nouemb. 1622 dec. 659
In alia ven. 12. Maij 1623 deciſ. 704
Corduben. Redecimarum lun. 9. Decemb. 1619 deciſ. 436
In alia merc. 24. Nouemb. 1621 deciſ. 575
Cornetana Aquæductus ven. 12. Mar. 1618 dec. 314
Cremonen. Penſionis 27. Ian. 1620 dec. 448
In alia lun. 7. Iun. 1621 deciſ. 541
In alia lun. 12. Decemb. 1622 deciſ. 669
Cuſentina Beneficij lun. 22. Iun. 1620 deciſ. 484
In alia ven. 1. Iul. 1622 deciſ. 651

E

ELnen. Beneficij ſeu Camerariæ lunæ 13. Martij 1617 deciſ. 235
In alia lun. 3. Iul. 1617 deciſ. 269
Eugubina Cappellaniæ merc. 4. Iul. 1618 deciſ. 346
In alia ven. 1. Martij 1619 deciſ. 382
Eugubina Penſionis lun. 4. Martij 1619 deciſ. 383
In alia ven. 28. Iun. 1619 deciſ. 409

F

FArſen. Bonorum ven. 19 Decemb. 1614 deciſ. 87
Farſen. ſiue Nullius Capellaniæ lun. 2. Martij 1626 deciſ. 909
Farten. Pecuniaria lun. 27. Iunij 1622 deciſ. 645.
In alia lun. 15. Ian. 1624 deciſ. 751
Fauentina Beneficij ven. 21. Iun. 1613 deciſ. 13
In alia merc. 20. Nouemb. 1613 deciſ. 21
In alia ven. 13. Iun. 1614 deciſ. 61
Fauentina Fideicommiſſi de Caſtellanis lun. 6. April. 1615 deciſ. 107
In alia merc. 25 Maij 1616 deciſ. 182
Fauentina Pecuniaria merc. 5. Decẽb. 1618 dec. 363
Fauentina Prædij ſiuè Pecuniaria ven. 24. Maij 1624 deciſ. 793
In alia lun. 10. Martij 1625 dec. 848
In alia ven. 27. April. 1626 deciſ. 921
Ferentina Bubularum lun. 30. Octob. 1617 dec. 271
In alia lun. 26. Martij 1618 deciſ. 317
In alia merc. 4. Iul. 1618 deciſ. 349
Feretrana Bonorum. Lun. 3. Iun. 1613 deciſ. 6
Ferrarien. Affictus Sabb. 26. Nouemb. 1616 dec. 210
In alia lun 26 Nouemb. 1618 dec. 359
Ferrarien. Alimentorum ven. 28. Iun. 1613 deciſ. 15
Ferrarien. ſeu Rauennaten. Bonorum veneris 4. Iul. 1614 deciſ. 71
Ferrarien. Bonorum ven. 12. Ianuarij 1626 dec. 894
In alia lun. 2. Martij 1626 deciſ. 908
Ferrarien. Canonicatus merc. 29. Maij 1625 dec. 866
Ferrarien. Compromiſſi de Taſſonis ven. 1. Iul. 1622 deciſ. 650
Ferrarien. dotis lun. 4. Maij 1615 deciſ. 108
In alia ven. 15 Maij 1616 deciſ. 177
In alia ven. 16. Nouemb. 1618 deciſ. 356
In alia lun. 11. April. 1622 deciſ. 612
In alia lun 4. Maij 1626 deciſ. 925
Ferrarien. Pecuniaria ven. 14 Martii 1614 deciſ. 40
Ferrarien. Penſionis Merc. 27. Nouemb. 1619 deciſ. 428
Ferrarien. Prætenſæ legitimæ ſiuè Pecuniaria ven. 12 Ian. 1626 deciſ. 894
Firmana Bonorum, ſiuè Hæreditatis ven. 27. Iunii 1614 deciſ 67
In alia ven. 12. Decemb. 1614 deciſ. 84
In alia lun. 23. Febr. 1615. deciſ. 101
Firmana de Carradoris ven. 10. Martii 1623 dec. 689
Firmana Cenſus lun. 10 Maii 1621 deciſ. 526
Firmana Fideicommiſſi ven. 15. Martii 1619 dec. 387
Firmana reſtitutionis Dotis ven. 27. Nouemb. 1617 deciſ. 283
Florentina Canonicatus ven. 11. Decemb. 1615 deciſ. 142
In alia merc. 25. Maii 1616 deciſ. 183
Florentina Cappellæ lun. 6. Iun. 1622 deciſ. 633
Florentina Deuolutionis lun. 29. Nouemb. 1621 deciſ. 577

In alia Merc. 18 Maii 1622 deciſ. 624
In alia lun. 12. Iun. 1623 deciſ. 718
Florentina Habitus lun. 19. Nouemb. 1618 dec. 358
Foroliuien. Cappellæ ſeù Altaris S. Ludouici ven. 28 Nouemb. 1614 deciſ. 80
In alia lun. 16. Martii 1615 deciſ. 103
Foroliuien. Cenſus ven. 14. Iun. 1613 deciſ. 10
In alia ven 2. Maii 1614 deciſ. 46
Foroliuien. Dotis lun. 9. Feb. 1626 deciſ. 906
Foroliuien. Fideicommiſſi de Oliueriis lun. 16. Iun. 1614 deciſ. 63
Foroliuien. Hæreditatis lun. 1. Martii 1621 dec. 511
Foroliuien. Parochialis ven. 15. Maii 1626 dec. 926

G

GErunden. Attentatorum veneris 16. Maii 1625 deciſ. 859
Gerunden. Beneficii lun. 22 Maii 1617 deciſ. 247
In alia lun. 4. Martii 1624 deciſ. 769
In alia ven. 15. Nouemb. 1624. deciſ. 826
In alia merc. 11 Martii 1626 deciſ 911
In alia lun. 22. Iun. 1626 deciſ. 941
Giennen. Canonicatus ven. 28. April. 1617 dec. 242
Giennen. Portionis merc. 13. Nouemb. 1613 dec. 19
In alia merc. 4. Decemb. 1613 deciſ. 23
Giennen. Theſaurariæ lun. 21. Iun. 1621 deciſ. 548
In alia ven. 22. Martii 1624 deciſ. 778

H

HIdruntina Bonorum lun. 5. Iul. 1621 dec. 560
Hidruntina Spolii lun. 13. Mart. 1623 dec. 690
In alia ven. 10. Nouemb. 1623 dec. 736
Hieracen. Iuriſpatronatus ven. 20. Maii 1622 dec. 625
Hieracen. Parrochialis merc. 28. Iun. 1623 deciſ. 727
Hildeſemen. Canonicatus ven. 11. Decemb. 1620 deciſ. 499
Hiſpalen. Canonicatus lun. 13. Febr. 1617 dec. 225
In alie ven. 23. Iun. 1617 deciſ. 259
In alia lun. 5. Nouem. 1618 deciſ. 351
In alia lun. 18. Febr. 1619 deciſ. 380
In alia lun. 22 Maii 1623 deciſ. 710
Hiſpalen. Cappellaniæ ven. 14. Martii 1614 deciſ 39
Hiſpalen. Matrimonii ven. 20 Maii 1616 deciſ. 181
Hiſpalen. Præeminentiarum lun. 18. Martii 1619 deciſ. 388
In alia lun. 17. Febr. 1620 deciſ. 455
In alia ven. 13. Nouemb. 1620 deciſ. 488
In alia ven. 13. Febr. 1626 deciſ. 903
Hiſpalen. Voti ven. 4. Iun. 1621. deciſ. 539
In alia lun. 21. Febr. 1622 deciſ. 598
In alia merc. 25. Maii 1622 deciſ. 629

I

IAcen. Vicariæ ven. 30. Ian. 1615 deciſ. 93
In alia lun. 25. Maii 1615 deciſ. 114
In alia ven. 29. Ian. 1616 deciſ. 150
Ianuen. Abbatiæ ven. 24. Maii 1624 deciſ. 792
In alia merc. 5. Martii 1625 dec. 846
In alia ven. 13. Ian. 1625. deciſ. 875
In alia lun. 22. Iun. 1626 deciſ. 938
Ianuen. Attentatorum ven. 22. Iun. 1622 deciſ. 644
In ven. 22. Iun. 1622 deciſ. 643
Ianuen. Legati lun. 10 Martij 1625 deciſ 847
Ianuen. Penſionis ven. 29 Ian. 1627 deciſ. 950
Ianuen. Reintegrationis ven. 26. Febr. 1621 dec 510
In alia ven. 26. Nouemb. 1621 deciſ. 576
Illerden. Canonicatus lun. 2. Decemb. 1624 dec. 830
In alia ven. 20. Iun. 1625 deciſ. 877
Illerden. Portionis de Pertuſa merc. 11. Decembr. 1613 dec 25
Imolen. Bonorum ven. 21. Iun. 1619 deciſ. 405
In alia lun. 16. Decemb. 1619 deciſ. 440
In alia lun. 25. Maii 1620 deciſ. 477
Imolen. Cenſus merc. 10. Iun. 1615 deciſ. 119
In alia merc. 17. Martii 1621 deciſ. 517
In alia merc. 15. Decemb. 1621 deciſ. 582
Imolen. Legatorum lun. 1. Iul. 1624 deciſ. 820
Interamnen. Donationis merc. 21. Maii 1625 dec. 861

L

LAncianen. Iuriſpatronatus lun. 2. Maii 1616 deciſ. 172
Lauretana ſeu Recanaten. Emphyteuſis ven. 17. Feb. 1625 deciſ 838
Leodien. ſeu Namurcen. Abbatiſſatus lun. 18. April. 1622 deciſ. 615
Leodien. Beneficii ven. 17. Maii 1624 deciſ. 789
Leodien. Canonicatus merc. 9. Decemb. 1626 deciſ. 948
Leodien. Canonicatus S. Ioannis ven. 2. Maii 1625 deciſ. 856
Leodien. Canonicatus Tongren. ven. 17. Maii 1613 deciſ. 3
In alia ven. 10. Ian. 1614 deciſ. 28
Leodien. Collectarum ven. 19. April. 1619 deciſ. 391
In alia lun. 24. April. 1623. deciſ. 700
Leodien. Declaratoriæ merc. 13. Nouemb. 1624 deciſ. 825
Leodien. Dominij de Steuordia merc. 5. Iunæ 1624. deciſ 800
In alia merc. 29. Iun. 1624 deciſ. 812
In alia ven. 4. Iul. 1625 dec. 890
Leodien. Hæreditatis lun. 3. Iul. 1617 deciſ. 267
In alia lun. 13. Nouemb. 1617 deciſ. 276
In alia merc. 20. Nouemb. 1619 deciſ. 426
Lucana Abbatiæ lun. 27. Iun. 1616 deciſ. 196
Lucana Bonorum ven. 4. Maii 1618 deciſ. 320
Lucana Canonicatus ven. 12. Nouẽb. 1621 dec. 570
Lucana Iuriſpatronatus ven. 1. Iul. 1616 deciſ. 202
Lucana prætenſarum Proceſſionum lun. 1. Febr. 1627 deciſ 951
Lucerina Cenſus ven. 1. Martii 1619 deciſ. 381
Lunen. Sarzanen. Iuriſpatronatus lun. 11. April. 1622 deciſ. 611
Lunen. Sarzanen. Penſionis ven. 16. Feb. 1616. deciſ. 156

M

MAceraten. Prædii ven. 15. Maii 1615 dec. 110
Maceraten. Saluiani ven. 20. Decembr. 1619 deciſ. 441
In alia ven. 21 Febr. 1620 deciſ. 457
In alia lun. 11. Ian. 1621 deciſ. 505
In alia lun. 5. Iul. 1621 dec. 558
Marſicen. Iuriſdictionis lun. 8. Feb. 1616 deciſ. 152
In alia lun. 16. Ian. 1617 dec. 219
In alia lun. 3. Iul. 1617 deciſ. 266
In alia lun. 20. Nouemb. 1617 deciſ. 278
In alia lun. 11. Ianuar 1621. deciſ. 504

In alia merc. 20. Octob. 1621 deciſ. 565
In alia lun. 29. Nouemb. 1621 deciſ. 578
Mediolanen. Proceſſionis Sãctiſſimi Corporis Christi ven. 18. April. 1614 deciſ. 43
Meliten. Canonicatus ven. 24. Maij 1617 deciſ. 249
Meliten. Conſeruæ lun. 3. Iun. 1613. deciſ. 5
In alia ven. 28. Nouemb. 1614 deciſ. 79
In alia merc. 10. Iun. 1615 deciſ. 118
In alia merc. 21. Ian. 1616 deciſ. 148
Meliten. Habitus merc. 14 Martij 1618 deciſ. 313
In alia lun. 19. Nouemb. 1618 dec. 357
In alia ven. 21. Iun. 1619 deciſ. 404
Meliten. Penſionis merc. 14. Maij 1614 deciſ. 53
Meten. Canonicatus merc. 28. maii 1625 dec. 867
Meten. Cercatoriæ lun. 30. Mart. 1626 deciſ. 918
Meten. Prioratus ven. 17. Febr. 1623 deciſ. 686
Militen. Molendini ven. 7. Iun. 1619 deciſ. 400
In alia lun. 26 Febr. 1624 deciſ. 767
Mindonien. Canonicatus lun. 6. Iun. 1615 deciſ. 187
In alia ſabb. 26. Nouemb. 1616 deciſ. 209
In alia ven. 24. Nouemb. 1617 deciſ. 280
Miranden. Parrochialis ſabb. 26. Nouemb. 1622 deciſ. 660
Murana Beneficij ſine Præſtimonij merc. 28. Iun. 1617 dec. 263
Mutinen. Monaſterij lun. 2. Maij 1622 deciſ. 519
Mutinen. Parrochialis lun. 3. Iulij 1617 deciſ. 270

N

NArnien. Iuriſpaſcendi lunæ 24. Maij 1621 deciſ. 533
Neapolitana Beneficij lun. 29. Ian. 1618. dec. 302
In alia ven. 27. Iun. 1625 deciſ. 883
Neapolitana Beneficij Sancti Angeli de Cicinis lunæ 28. Iun. 1621 deciſ. 552
Neapolitana Iuris exigen. lunæ 4. Febr. 1619 deciſ. 378
Neapolitana Iuriſpatronatus ven. 24. April. 1626 deciſ. 919
Neapolitana Separationis Thori lun. 7. Nouemb. 1622 deciſ. 656
In alia ven. 10. Febr. 1623 dec. 684
In alia ven. 26. Maij 1623 deciſ. 711
In alia ven. 28. Iun. 1624 deciſ. 815
Nicien. Prioratus lun. 13 Iun. 1622 deciſ. 636
In alia lun. 3. April. 1623 deciſ 699
In alia merc. 17. Maii 1623 deciſ. 708
In alia lun. 18. Martii 1624 deciſ. 776
In alia lun. 9. Decemb. 1624 deciſ. 833
In alia lun. 26. Maii 1625 deciſ. 864
Nouarien. Penſionis lun. 26. Iun. 1623 deciſ. 724
In alia lun. 20. Maii 1624 deciſ. 791
In alia merc. 11. Decemb. 1624 deciſ. 835
Nullius ſiuè Tullen. Iuriſdictionis lun. 29. Iul. 1624 deciſ. 821

O

OScen. Penſionis merc. 9. Iun. 1621 deciſ. 542
Oſcen. Portionis ven. 25 Febr. 1622 dec. 600
In alia merc. 31. Ian. 1624 deciſ. 760
Oxomen. Archidiaconatus ven. 21. Febr. 1614 deciſ. 34
In alia lun. 10. Martii 1614 deciſ. 36
In alia merc. 19. Nouemb. 1614 deciſ. 78

P

PAcen. Dimidiæ Portionis lun. 18. Decemb. 1623 deciſ. 747
In alia lun. 10 Iun. 1624. deciſ. 803
In alia lun. 2. Decemb. 1624. deciſ. 829
Palentina Beneficii ven. 4. Iul. 1614 deciſ. 72
Palentina Cappellaniæ ven. 24. Nouemb. 1614 deciſ. 77
In alia lun. 26 Ian. 1615 deciſ. 92
Palentina Cenſurarum lun. 3. Iul. 1617 deciſ. 268
Pampilonen. Cappellæ lun. 30 Ian. 1623 dec. 680
Pampilonen. Parrochialis de Leya ven. 30. Ian. 1626 deciſ. 900
In alia ven. 26 Iun. 1626 deciſ. 942
Panormitana Archipresbyteratus mercurii 28. Iunii 1617 deciſ. 264
In alia ven. 8. Iun. 1618 deciſ. 335
In alia lun. 3. Decemb. 1618 deciſ. 362
In alia ven. 5. Iun. 1620 deciſ. 479
In alia ven. 27. Nouemb. 1620 deciſ. 493
In alia lun. 29. Martii 1621 deciſ. 512
In alia merc. 7. Iul. 1621 deciſ. 563
Parmen. Canonicatus, & Beneficii lun. 22. Maii 1617 deciſ. 248
Peroſina Bonorum lun. 27 Iun. 1616 deciſ. 194
In alia lun. 17. April. 1617 deciſ. 240
In alia ven. 12. Ian. 1618. deciſ. 293
In alia lun. 14. Maii 1618 deciſ. 325
In alia ven. 3. April. 1620 deciſ. 466
In alia ven. 29. Octob. 1621 deciſ. 566
In alia ven. 9. Febr. 1625 deciſ. 764
Peruſina Canonicatus lun. 27. Iun. 1624 deciſ. 646
In alia lun. 17 Iun. 1624 deciſ 805
Peruſina Hæreditatis lun. 6. Iun. 1616 deciſ. 186
In alia lun. 28. Nouemb. 1616 deciſ. 211
In alia lun. 12. Iun. 1617 deciſ. 256
Peruſina ſeu Romana Pecuniaria lunæ 10. Iun. 1613 deciſ. 8
In alia ven. 20. Nouemb. 1615 deciſ. 135
In alia ven. 9. Febr. 1624 deciſ. 764
Peruſina Reintegrationis de Ninis lun. 26. Iunii 1623 deciſ. 725
In alia ven. 31. Maii 1624 deciſ. 796
In alia lun. 14. April. 1625 deciſ. 851
In alia lun. 9. Iun. 1625 deciſ. 872
In alia ven. 29 Maii 1626 deciſ. 930
Piſtorien. Beneficii lunæ 16. Nouembris 1615. deciſ. 134
In alia ven. 22. April. 1616 deciſ. 170
In alia ven. 13. Ian. 1617 dec. 217
In alia merc. 31. Maii 1617 deciſ. 251
In alia ven. 11. Maii 1618 deciſ. 323
Piſtorien. Prioriæ merc. 22. Iun. 1616 deciſ. 193
Placentina Caſtancarum veneris 11. Ian. 1619 deciſ. 371
In alia ven. 14. Iun. 1619 deciſ. 402
In alia merc. 2. Iun. 1621 deciſ. 536
In alia lun. 10. Ian. 1622 deciſ. 587
In alia Eodem die deciſ. 588
In alia ſabb. 5. Nouemb. 1622 deciſ. 654
Placentina Decimarum de Truxillo ven. 18. Martii 1616 deciſ. 164
In alia merc. 7. Febr. 1618 deciſ. 304
In alia lun. 21. Maii 1618 deciſ. 328
In alia lun. 15. Nouemb. 1621 deciſ. 572
Praten. Beneficii lun. 24. Febr. 1620 deciſ. 459

Pie-

Preneſtina Beneficii ven. 17. Maii 1610 deciſ. 395
In alia lun. 26. Maii 1625 deciſ. 865
Preneſtina Hæreditatis lun. 18. Maii 1620 dec. 475

R

RAuellen. Beneficii mercurii 5. Maii 1621. deciſ. 525
Rauennaten. Bonorum lunæ 24. Aprilis 1617 deciſ. 241
Rauennaten. Legati merc. 21. April. 1621 dec. 528
Rauennaten. Matrimonii lun. 20. Decemb. 1621 deciſ. 586
Rauennaten. Notariatus mercurij. 1. Iul. 1615 deciſ. 131
Rauennaten. pecuniaria mercurii 1. Iul. 1620. deciſ. 486
In alia pecuniaria mercurii 9. Decembr. 1620 deciſ. 497
Reatina Barbæ lun. 23. Iun. 1617 deciſ. 232
In alia lun. 11. Decembr. 1617. deciſ. 288
Reatina Beneficiorum lun. 2. Maij 1616. dec. 178
Reatina Cenſus lun. 27. Nouembr. 1617 dec. 282
In alia ven. 22. Iun. 1618 deciſ. 341
In alia ven. 1. Febr. 1619 deciſ. 377
Reatina Iuris redimendi lunæ 22. Iunij 1622. deciſ. 937
Reatina Terrarum merc. 14. Maii 1614 dec. 52
Recannaten. ſeu Lauretana emphiteuſis lun. 17. Febr. 1625 deciſ. 838
In eadem ven. 27. Iun. 1625 deciſ. 884
Recaunaten. Hæreditatis lun. 19. Februarii 1618 deciſ. 310
Recaunaten. Succeſſionis lunæ 26. Iunii 1617. deciſ. 262
In alia ven. 26 Ian. 1618 deciſ. 299
In alia ven. 16. Febr. 1618 deciſ. 309
In alia ven. 6. Iun. 1618 deciſ 333
In alia ven. 18 Febr. 1622 deciſ. 596
In alia lun. 5. Decembr. 1622 deciſ 666
In alia ven. 5. Iun. 1626 deciſ. 932
Regien. Cappellaniæ veneris 24. Martii 1623 deciſ. 695
In alia lun. 22. Maii 1623 deciſ. 709
In alia ven. 17. Nouembr. 1623 deciſ. 737
In alia ven. 14 Iun. 1624 deciſ. 804
Regien. Concurſus ven. 10. Iul. 1622 deciſ. 635
Regien. Penſionis mercurij 31. Ianuarri 1624. deciſ 759
Romana Adminiſtrationis lunæ 22. Iun. 1615. deciſ 125
Romana Adminiſtrationis fundaci 6. Nouemb. 1619 deciſ. 419
In alia ven. 18. Iun. 1621 deciſ. 546
In alia lun 24. Ian. 1622 dec. 592
Romana Adminiſtrationis primogenituræ de S. Cruce ven. 21. Iun. 1619 deciſ. 403
Romana alimentorum ſiue Narnien. lun. 16. Noueb. 1620 deciſ. 490
Romana altius non tollendi lunæ 30. Maij 1622. deciſ. 621
Romana annui legati ven. 4. Iul. 1614 deciſ. 73
Romana anterioritatis de Panzanis merc. 28. Maij 1614 deciſ. 57
Romana atteutatorum merc. 4. Decembr. 1619 deciſ 434
Romana agumenti dotis veneris 22. Iun. 1618. deciſ. 340
In alia merc. 15. Nouembr. 1619 deciſ. 422
Romana Bonorum lun. 17. Maij 1621 deciſ. 530
In alia ven. 8. April. 1622 deciſ. 609
Romana Bonorum, ſiue liberariæ ven. 13. Maii 1622 deciſ. 623
Romana bonorum de Pacificis lun. 3. Iul. 1623. deciſ. 730
Romana Cambiorum ven. 1. Decembr. 1617. deciſ. 284
Romana cambiorum, ſiue Ianuen. veneris 21. Maii 1621 deciſ. 532
In alia ven. 4. Marr. 1622 deciſ. 603
Romana de Cangijs veneris 12. Nouembr. 1621 deciſ. 571
In alia ven. 29. April. 1622 deciſ. 618
In alia lun. 16. Mart. 1626 deciſ. 913
Romana Canonicatus S. M. in Via lata merc. 29. Maii 1624 deciſ 794
Romana Canonum lun. 13. Maij 1624 deciſ. 788
Romana Cappellaniæ ven. 15. Maii 1629 deciſ. 927
In alia de Toledo lun. 7. Iun. 1621 deciſ. 540
In alia ven. 15. April. 1622 deciſ. 613
Romana Caſalis S. Crucis veneris 8. Iun. 1618 deciſ. 334
Romana, ſeu Tiburtina Caſtrorum lun. 12. Nouemb. 1618 deciſ. 353
In alia 10. Nouembr. 1618 deciſ. 354
In alia ven. 15. Mart. 1619 deciſ. 386
In alia lun. 2. Decembr. 1619 deciſ. 431
In alia ven. 23. Iun. 1623 deciſ. 722
In alia lun. 3. Iul. 1623 deciſ. 731
In alia ven. 22. Mart. 1624 deciſ. 777
Romana Cenſus. ven. 13. Febr. 1615 deciſ. 97
In alia 16. Ian. 1617 deciſ 218
In alia vener. 4. Iul. 1618 deciſ. 347
In alia lun. 22. Mart. 1621 deciſ. 518
In alia 30. Iul. 1621 deciſ. 564
In alia lun. 6. Nouembr. 1623 deciſ. 733
Romana ſeu Viterbien. Ceſſionis merc. 11. Decemb. 1619. deciſ. 438
In alia ſiue Viterbien. veneris 17. Maii 1619 deciſ. 394
In alia ſiue Viterbien. merc. 21. April. 1621 deciſ. 520
Romana Concordiæ merc. 21. Maij 1614 deciſ. 54
Romana Communantiarum ven. 5. Mart. 1621 deciſ. 513
In alia ven. 1. Iul. 1622 deciſ. 648
Romana dationis in ſolutum ven. 17. Febr. 1623 deciſ. 687
Romana denegationis audientiæ, ſiue legati merc. 15 Ian. 1620 deciſ. 446
Romana depoſiti merc. 24. Iun 1618 deciſ. 298
Romana deuolutionis domus lunæ 19. Febr. 1626 deciſ. 907
Romana diuiſionis domus veneris 9. Maii 1614 deciſ. 50
In alia Societatis Domuncularum ſabb. 5. Nouembr. 1622 deciſ. 652
Romana domus ven. 23. Maij 1614 deciſ. 56
In alia lun. 16. Iun. 1614 deciſ. 62
In alia ven. 4 Iul. 1614 deciſ. 70
In alia ven. 1. Iul. 1616 deciſ. 197
In alia ven. 2. Iun. 1617 deciſ. 253
In alia lun. 23. Ian. 1623 deciſ. 678
In alia de Blanchis mercurii 2. Martii 1622 deciſ.

Digitized by Google

ciſ. 602
In alia Sancti Petri lunæ 1. Decembr. 1614 deciſ. 81
In alia Sancti Petri ven. 6. Nouembr. 1615 deciſ. 132
In alia, & bonorum ven. 10. Decembr. 1617 deciſ. 275
In alia, & bonorum ven. 18. Maij 1618 dec. 326
In alia, & melioramentorum lunæ 30. Ian. 1617 deciſ. 123
In alia ſiue Saluiani ven. 12. Ian. 1624 dec. 749
Romana domorum de Roncionibus lun. 9. Febr. 1615 deciſ. 96
In alia merc. 17. Iun. 1615 deciſ. 124
In alia ven. 4. Mart. 1616 deciſ. 160
In alia 1. Iul 1616 deciſ. 200
Romana domorum, & Lauatorii merc. 16. Ian. 1619 deciſ 373
In alia, & Lanatorii ven. 15. Nouembr. 1619 deciſ 413
In alia, & Lanatorii lunæ 18. Aprilis 1622 deciſ. 614
Romana domuncularum merc. 2. Mart. 1622. deciſ. 601
Romana donationis lun. 16. mart. 1620 deciſ. 461
In alia de Gualterutiis lun. 11. mart. 1624 deciſ. 773
In alia de Gualterutiis lunæ 1. Iul. 1624. deciſ. 817
Romana dotis ven. 11. Decembr. 1620 dec. 458
In alia, & alimentorum lun. 15. Maij 1623 deciſ. 705
Romana electionis puellæ mercurii 1. Iul. 1615 deciſ. 129
In alia lun. 2. Decembr. 1619 deciſ 432
In alia lun. 14. Decembr. 1620 deciſ. 500
Romana emphiteuſis domorum ven. 11. Mart. 1616 deciſ. 161
Romana exceſſus legati merc. 16. Nouembr. 1616 deciſ. 208
In alia ven. 3. Iun. 1622 deciſ. 632
Romana exequutionis ven. 4. Mart. 1616 deciſ. 159
In alia ven. 10 Mart. 1617 deciſ. 223
In alia lun. 11. Decembr. 1617 deciſ. 287
In alia ven. 11. Ian. 1619 deciſ. 372
In alia ſeu Societatis lunæ 13. Martii 1617. deciſ. 234
Romana expeditionum, ſeu mercedis merc. 4. Maii 1616 dec. 174
Romana expenſarum veneris 4. Decembr. 1623 deciſ. 741
Romana fideicommiſſi de Epiſcopis merc. 28. Iun. 1623 deciſ. 729
In alia lun. 12. Febr. 1624 deciſ. 765
In alia de Franzinis ven. 24. Mart. 1623 deciſ. 693
In alia de Ioannonibus lunæ 19 Iun. 1623 deciſ. 721
In alia de Ioannonibus lun. 3. Iul. 1623 dec. 732
In alia de Ioannonibus lun. 20. Nouembr. 1623 deciſ. 738
In alia de Ioannonibus lunæ 4. Mart. 1624. deciſ. 772
In alia de Ioardonibus merc. 5. Iunij 1624 deciſ. 801
In alia de Ioardis lun. 6. Nouembr. 1617. deciſ. 272
In alia de Ioardis ven. 14. Febr. 1620 deciſ. 454
In alia de Ioardis 4 Decembr 1623 deciſ. 742
In alia de Pacificis lun. 22. April. 1624 dec. 781
In alia de Raeiſicis ven. 30. Ian. 1626 dec 899
In alia de Paluzzellis veneris 24. April. 1626 deciſ. 920
In alia ſiue Ferrarien. lun. 19. Ianuarii 1626 deciſ. 897
Romana fideiuſſionis mercurii 11. Mart. 1626. deciſ 510
Romana fructuum ven. 18. Decembr. 1615 dec. 145
In alia Cenſus, ſiue depoſiti ven. 29. Nouembr. 1619 deciſ. 429
Romana Grani ven. 11. April. 1614 deciſ 41
In alia ven. 18. Decembr. 1620 deciſ. 503
Romana de Guidis ven. 15. Ian. 1627 deciſ 949
Romana hereditatis de Cuſidis ven. 26 Ian. 1624 deciſ. 756
Romana hæreditatis, & paragii dotis lun. 1. Decembr. 1614 deciſ. 82
In alia ven. 12. Ian. 1615 deciſ. 120
In alia merc. 16 Nouembr. 1616 deciſ. 207
In alia lun. 20. Nouembr. 1617 deciſ. 279
In alia merc. 4. Decembr. 1619 deciſ. 433
Romana prætenſi inueſtimenti lunæ 14. Nouembr. 1622 deciſ. 658
Romana iuriſdictionis lun. 21. Iun. 1621 dec. 547
In alia merc. 1. Iul. 1626 deciſ. 944
Romana Laudi ſeu prætenſæ participationis vener. 28 Iun. 1613. deciſ 14
In alia lun. 13. Ian. 1614 deciſ. 23
In alia lun. 15 Decembr. 1614 deciſ. 85
In alia ven. 22. Maii 1615 deciſ 113
In alia merc. 24. Febr 1616 deciſ. 154
In alia ven. 1. Iul. 1616 dec. 198
In alia lun. 25. Iun. 1618 deciſ. 345
In alia merc. 4. Iul. 1618 deciſ. 350
In alia lun. 17. Decemb 1618 deciſ. 370
In alia ven. 8. Mart. 1619 deciſ. 384
In alia lun. 16. Decembr. 1619 deciſ. 439
In alia lun. 30 Mart. 1620 deciſ 465
In alia merc. 16. Mart. 1622 deciſ 603
In alia ven. 23. Iun. 1623 deciſ. 723
In alia lun. 21 April. 1625 deciſ. 8.4
Romana Legati lun. 10. April. 1917 deciſ. 237
In alia merc. 10 Maii 1617 deciſ. 243
In alia merc. 28. Iun. 1617 deciſ. 265
In alia merc. 21. Ian 1618 deciſ 297
In alia merc. 26 Ian. 1622 deciſ. 593
In alia ſeu denegationis audientiæ merc. 15. Ian. 1620 deciſ. 446
Romana legitimæ de Columna lun. 15. Iun. 1620 deciſ. 482
In alia ſab. 23. Ian. 1621 deciſ. 509
Romana liberationis à fideiuſſione lun. 23. Iun. 1625 deciſ 880
Romana librariæ ven 24 Maii 1619 deciſ. 397
In alia ven. 28. Iun 1619 deciſ. 408
In alia ven 3. April 2620 deciſ. 467
Romana Lignorum lun. 1. Iul. 1724 deciſ. 819
In alia ven. 16. Ian. 1625 deciſ. 896
Romana Locationis lun. 15. Ian. 1618 deciſ. 295
Romana de Marganis ven. 9. Decembr. 1616 deciſ. 215
Romana ſeu Aſculana Matrimonii ven. 2. Iun. 1623 deciſ. 713
Romana Molendini lunæ 5. Decembris 1622. deciſ. 665

Ro-

Romana nullitatis capturæ, ſeu pecuniaria ven. 21. Maii 1621 dec. 531
Romana nullitatis Cenſus merc. 18. Nouembr. 1618 deciſ. 361
Romana nullitatis Contractus ven. 28. Iun. 1619 deciſ. 410
In alia merc. 7. Iun. 1623 deciſ. 714
In alia ven. 26. April. 1624 deciſ. 783
In alia ven. 26. Iun. 1626 deciſ. 943
Romana nullitatis donationis lun. 4. Maij 1626 deciſ. 924
Romana nullitatis obligationis vener. 24. Nouemb. 1617 deciſ. 281
Romana Officij Militis Sancti Petri vener. 23 Maij 1625 deciſ. 863
Romana Officii Notariatus ven. 1. Mart. 1624 deciſ. 768
In alia 14. April. 1625 dec. 850
Romana Palatii lun. 19. Ian. 1615 deciſ. 91
In alia lun. 30. Maii 1616 deciſ. 184
In alia ven. 17. Febr. 1617 deciſ. 227
In alia ven. 31. Ian. 1620 deciſ. 450
In alia ven. 26. Iun. 1620 deciſ. 485
Romana pecuniaria ſeu Peruſina lun. 10. Iun. 1613 deciſ. 8
In alia lun. 2. Iun. 1614 deciſ. 58
In alia, ſeu depoſiti lunæ 29. Febrarij 1616 deciſ. 157
In alia lun. 18. April. 1616. deciſ. 167
In alia, ſiue Peruſina lun. 13. Iun. 1616 deciſ. 189
In alia de Buſalinis lun. 7. Maii 1618 deciſ. 322
In alia lun. 25. Iun. 1618. deciſ. 344
In alia ſab. 23. Ian. 1621 deciſ. 508
In alia lun. 20. Iun. 1622 deciſ. 640
In alia ven. 4 Iul. 1625 deciſ. 886
In alia lun. 15. Decembr. 1625 deciſ. 892
In alia lun. 6 Febr. 1626 deciſ. 905
In alia de Caetanis 13. Iun. 1618 deciſ. 336
In alia ſiue Cenſus lun. 8. Ian. 1620 deciſ. 444
In alia, ſiue Iannen. veneris 21. Maii 1621 deciſ. 532
In alia ſiue Palatij de Buſalinis ven. 5. Iun. 1620 deciſ. 480
In alia ſeu Peruſina 20. Nouembr. 1615 dec. 135
In alia ſiue Peruſina lun. 4. Maii 1620 dec. 470
In alia lunæ 24. Febr. 1620. deciſ. 458
Romana penſionis ven. 21. Ian. 1613 deciſ. 12
In alia ven. 17. Ian. 1622 deciſ. 638
In alia ven. 23. Maii. 1626 deciſ. 928
Romana penſionis domus ven. 15. Decembr. 1617 deciſ. 289
In alia merc. 28. Nouembr. 1618 deciſ. 360
Romana penſionum lun. 12. Nouembr. 1618. deciſ. 354
In alia merc. 6. Nouembr. 1619 deciſ. 418
In alia lun. 6. April. 1620 deciſ. 468
Romana Petraræ lun. 11. Mart. 1620 deciſ. 471
Romana de Piſcntis lunæ 16. Decembr. 1624. deciſ. 836
Romana Prælationis veneris 8. Aprilis 1622. deciſ. 610
In alia ven 9. Iun. 1623. deciſ. 715
Romana Quarti dotalis lunæ 8. Nouembr. 1621 deciſ. 569
In alia 15. Decembr. 1623 deciſ. 745
In alia ven. 15. Mart. 1624 deciſ. 775
In alia ven. 27. Iun. 1625 deciſ. 882
Romana rationis fundacariæ lunæ 8. Mart. 1621 deciſ. 514
In alia merc. 14. Iun. 1623 deciſ. 719
In alia lun. 24. Iun. 1626 deciſ. 881
Romana redditionis adminiſtrationis tutelæ lunæ 5 Iul. 1621 deciſ. 557
Romana redditionis rationis lun. 23. Mart. 1626 deciſ. 914
Romana renunciationis de Melchioribus veneris 10 Nouembr. 1621 deciſ. 581
Romana repetitionis alimentorum ven. 12. Ian. 1618 deciſ. 294
Romana reſeruationis fructuum ven. 19. Ianar. 1618 deciſ. 296
In alia ven. 27. Mart. 1620 deciſ. 464
Romana reſignationis Officij plumbi merc. 11. Decembr. 1613. deciſ. 24
In alia lun. 28. April. 1614 deciſ. 45
Romana reſtitutionis dotis merc. 21. Maii 1625 deciſ. 862
Romana Saluiani interdicti ven. 8. Nouembr. 1619 deciſ. 420
In alia ven. 17. Decembr. 1621 deciſ. 584
In alia lun. 30. Maij 1622 deciſ. 630
In alia lun. 11. Mart. 1624 deciſ. 774
In alia ven. 19. April. 1624 deciſ. 780
In alia 29. April. 1624. deciſ. 785
In alia ven. 11. April. 1625 deciſ. 849
In alia ven. 18. April. 1625 deciſ. 853
Romana Separationis bonorum lun. 18. Decembr. 1617 deciſ. 291
Romana Societatis veneris 5. Nouembr. 1621. deciſ. 567
Romana Spolij apothecarum lunæ 27. Ian. 1620. deciſ. 449
Romana Spolij domus ven. 9. Maij 1614 deciſ. 49
In alia domus merc. 15. Ian. 1920 deciſ. 447
In alia lun. 10. Decembr. 1618. deciſ. 365
In alia de Pinis merc. 10. Iun. 1620 deciſ. 952
Romana Sponſalium lunæ 16. Decembr. 1613. deciſ. 26
Romana ſupplementi legitimæ lunæ 10. Iun. 1619. deciſ. 407
In alia de Colnmna lun. 15. Ianuarij 1620. deciſ. 482
In alia de Columna lun. 13. Iun. 1622 deciſ. 637
Romana Subhaſtationis merc. 10. Maij 1623. deciſ. 703
In alia lun. 10. Nouembr. 1623 deciſ. 735
In alia ven. 10. Maij 1624 deciſ. 786
In alia 15. Decembr. 1625 deciſ. 891
Romana de Trincijs lunæ 16. Februarij 1615. deciſ. 98
Romana tutellæ de Ruberijs merc. 4. Iul. 1618. deciſ. 348
Romana Vineæ ven. 15 Ian. 1621 deciſ. 507
In alia lun. 23. Maij 1622. deciſ. 627
In alia ven. 17. Iun. 1622 deciſ. 639
In alia ven. 26. April. 1624 dec. 782
In alia merc. 17. Maij 1623 deciſ. 707
In alia merc. 28. Iun. 1623 deciſ. 728
In alia lun. 9. Decembr. 1623 deciſ. 834
In alia ven. 4. Iul. 1625 deciſ. 887
In alia ven. 19. Iun. 1626 deciſ. 936
Romana vſufructus merc. 1. Iul. 1615 deciſ. 130

S

SAlamantina Penſionis lun. 25. Iun 1618. deciſ. 343
In alia lun. 17. Decemb. 1618 deciſ. 369
Salamantina Præſtimonij veneris 31. Ian, 1614. deciſ. 32
In alia ven. 5. Decembr. 1614. deciſ. 83
Salernitana Contributionis lun. 28. Iun. 1621. deciſ. 554
Salernitana Præcedentiæ lun. 2. Iun. 1625 dec. 868.
Sanctæ Agathæ Gothorum præcedentiæ merc. 29 Maij 1624 deciſ. 795
Sancti Seuerini Beneficij ven. 28. Aprilis 1623. deciſ. 702
In alia lun. 3. Mart. 1625 deciſ. 845
Segobien. Cappellæ ven. 11. Mart. 1622 deciſ. 605
In alia lun. 15. Maij 1623 deciſ. 706
In alia ven. 24. Ian. 1624 deciſ. 755
Seguntina Parrochialis ven. 25. Ian. 1614 deciſ. 31
Senen. Bonorum ven. 4. Iul. 1614 deciſ. 74
Signina Caſtrorum ven. 3. April. 1614 deciſ. 106
In alia lun. 22. Iun. 1615 deciſ. 126
Signina Pœnarum lun. 28. Iun. 1621 deciſ. 553
In alia lun. 21. Febr. 1622 deciſ. 597
In alia lun. 19. Decembr. 1622 deciſ. 673
In alia ven. 24. Nouembr. 1623 deciſ. 739
In alia ven. 23. Febr. 1624 deciſ. 766
Spoletana Bonorum ven. 22. April. 1616. deciſ. 169
In alia lun. 12. Decembr. 1616 deciſ. 216
In alia merc. 10. Iun. 1626 deciſ. 935
Spoletana Cappellaniæ lun. 15. Iun. 1620 deciſ. 481
In alia ven. 26. Maij 1623 deciſ. 712
Spoletana Dotis lun. 4. Decemb. 1617 deciſ. 286
Spoletana Fideicommiſſi ven. 21. Iunij 1618 dec. 339
In alia ven. 29 Nouemb. 1619 deciſ. 430
In alia merc. 2. Decembr. 1620 deciſ. 494
In alia merc. 1. Iul. 1626 deciſ. 946
Spoletana Hæreditatis ven. 17. Decembr. 1621. deciſ. 583
In alia lun. 31. Ian. 1622 deciſ. 595
Spoletana Hæreditatis ſeu confidentiæ lun. 1. Iul. 1624 deciſ. 816
In alia merc. 4. Febr. 1626 deciſ. deciſ. 921
Spoletnna Legitimæ merc. 29. April. 1626 deciſ. 922
Sublacen. Affictus lun. 12. Iun. 1623 deciſ. 717
Sulmonen. vel valuen. Iuriſdictionis ven. 4. Decemb. 1615 deciſ. 140
Sutrina redditionis rationis ſeu Soccidæ veneris 25 Maij 1618 deciſ. 329

T

TAurinen. ſeu Nullius Penſionis merc. 26. Febr. 1625 deciſ. 841
In alia ven. 27. Iun. 1625 deciſ. 885
Taurinen. Reductionis Penſionis lun. 6. April. 1620 deciſ. 469
In alia ven. 14. Maij 1621 deciſ. 528
In alia merc. 27. April. 1622 deciſ. 617
Taurinen. Theſaurariæ veneris 15. Maij 1620 deciſ. 473
In alia ven. 25. Iun. 1621 deciſ. 550
Terdonen. Archipresbyteratus ven. 27. Iun. 1614 deciſ. 68
Terullen. Vicariæ ven. 28. Febr. 1614 deciſ. 35
Theatina Beneficij merc. 26. Iun. 1619 deciſ. 407
Tiburtina Calcarearum ven. 24. Maii 1613 deciſ. 41
In alia ven. 14. Martii 1613 deciſ. 38
In alia lun. 1. Iul. 1619 deciſ. 414
In alia ven. 7. Febr. 1620. deciſ. 451
In alia ven. 9. Decembr. 1622. deciſ. 668
Tiburtina ſeu Romana Caſtrorum lun. 12. Nouemb. 1618 deciſ. 353
In alia lun. 10. Decembr. 1618 deciſ. 366
In alia lun. 2. Decembr. 1619 deciſ. 431
In alia lun. 14. Iun. 1621 deciſ. 544
In alia ven. 14. Ian. 1622 deciſ. 589
Tiburtina Hæreditatis lun. 17. Febr. 1620 dec. 456
In alia lun. 15. Mart. 1621 deciſ. 516
Tiraſonen. Beneficii, lunæ 20. Decembr. 1621. deciſ. 585
In alia lun. 9. Maii 1622 deciſ. 622
Toletana Applicationis 400. ducat. ſeu Penſionis ven. 19. Decembr. 1622 deciſ. 671
In alia ven. 12. Ian. 1624 deciſ. 748
Toletana Decimarum del Vereeal. lun. 14. Mart. 1616 deciſ. 163
Toletana Iuriſdictionis lun. 11. Ianuar. 1616. deciſ. 146
Toletana ſeu nullius iuris celebrandi merc. 1. Febr. 1623. dec. 681
Toletana Pecuniaria, lun. 14 Martii 1622. deciſ. 607
In alia merc. 24. Ian. 1624 deciſ. 754
Toletan. prætenſi Matrimonii. lun. 6. Iun. 1622. deciſ. 634
In alia lun. 26. Iun. 1623 deciſ. 726
Triuentin. Decimarum, ven. 15 Ian. 1621 deciſ. 506
Tudertina Cenſuum, veneris 3. Decemb. 1621 deciſ. 580
Tudertin. Nullitatis obligationum, ven. 4. Iul. 1614 deciſ. 75
In alia lun. 1. Iun. 1615 deciſ. 116
In alia lun. 27. Febr. 1617 deciſ 230
In alia lun. 12. Feb. 1618 deciſ. 308
Tudertin. Prædii, lun. 1. Iun. 1615 deciſ. 115
Tullen. Canonicatus, ven. 10. Martii 1616 deciſ. 162
Tullen. Nullitatis Profeſſionis, lun. 7. Nouemb. 1616 deciſ. 205
Tullen. ſeu Nullius Iuriſdictionis, merc. 27. Nouẽb. 1624 deciſ. 827
In alia, Merc. 26. Febr. 1625 deciſ. 840
Tullen. ſeu Meten. Pactorum, ſeu Reinueſtimenti Pecuniarum, merc. 30. Octob. 1619 deciſ. 417

V

VAlentin. Beneficii, lun. 5. Iul. 1621 deciſ. 559
In alia ven. 16. Ian. 1626. deciſ. 895
Valentin. Canonicatus. & Sacriſtiæ de Xatina. lun. 15. Iun. 1615 deciſ. 122
Valentin. Penſionis, lun. 5. Iul. 1621 deciſ. 561
In alia ven. 16. Decemb. 1622 deciſ. 670
Valliſoletan. Parrochialis. lun. 6. Nouemb. 1623 deciſ. 734
In alia lun. 13. Maii 1624 deciſ. 787
In alia lun. 5. Maii 1925 deciſ. 857
Velitern. Beneficii merc. 11. Decemb. 1619 deciſ. 437
In alia lun. 1. Martii 1621 deciſ. 512
Velitern. Bonorum, ven. 15. Nouemb. 1619 deciſ. 424
In alia, ven. 4. Iun. 1621 deciſ. 538

Digitized by Google

Velitern. Cenſus, lun. 28. Nouemb. 1622 deciſ. 662
Velitern. Iuriſpatronatus, ven. 27. Iun. 1622 deciſ. 647
In alia, ven. 27. Ian. 1623 deciſ. 679
Velitern. Saluiani Interdicti, lun. 3. Martij 1625 deciſ. 844
Veneta Donationis, lun. 5. Maij 1614 deciſ. 47
In alia ven. 27 Iun. 1614 deciſ. 69
In alia ven. 7. Nouembr. 1614 deciſ. 76
In alia ven. 30. Ian. 1615 deciſ. 94
In alia lun. 11. Maij 1615 deciſ. 109
In alia lun. 16. Nouembr. 1615 deciſ. 133
In alia ven. 15. April. 1616 deciſ. 166
In alia lun. 7. Nouembr. 1616 deciſ. 204
In alia lun. 14. Nouembr. 1616 deciſ. 206
In alia lun. 6. Martij 1617 deciſ. 231
In alia ven. 14. April. 1617 deciſ. 238
In alia ven. 2. Iun. 1617 deciſ. 252
In alia ven. 9. Iun. 1617 deciſ. 254
In alia ven. 17. Nouembr. 1617 deciſ. 277
Veneta Matrimonii merc. 25. Maij 1622 deciſ. 628
Veneta ſeu Anconitana ſequeſtri lun. 25. Maij 1620 deciſ 476
In alia lun. 24. Maij 1621 deciſ. 534
In alia ven: 2. Decembr. 1622 deciſ. 663
In alia ven. 31. Martij 1623. deciſ. 697
Vercellen. Optionis lun. 6. Mart. 1623 deciſ. 688
In alia ven. 15. Maij 1625. deciſ. 860
Vicen. Camerariæ merc. 19. Ian. 1622 deciſ. 590
Virdunen. Abbatiæ ven. 31. Ian. 1614 deciſ. 33
In alia lun. 5. Maij 1614 deciſ. 48
In alia lun. 23. Iun. 1614 deciſ. 66
In alia ven. 20. Febr. 1615 deciſ. 100
In alia lun. 22. Iun. 1615 deciſ. 127
In alia ven. 27. Nouembr. 1615 deciſ. 136
Virdunen. Vicariæ merc. 1. Iun. 1616 deciſ. 185
Virdunen. Parrochialis merc. 31. Ian. 1618 dec. 303
Viterbien. Ceſſionis ven. 17. Maij 1619 dec. 394
Viterbien. Pecuniaria lun. 10. Iun. 1613 deciſ. 9
In alia lun. 16. Martij 1615 deciſ. 104
In alia ven. 13. Martii 1620 deciſ. 460
Vlixbonen Penſionis lun. 14 Iun. 1621 deciſ. 545
In alia Sabb. 5. Nouembr. 1622 deciſ. 653
In alia lun. 16. Ian. 1623 deciſ 676
Vrbeuetana Attentatorum veneris 6. Febr. 1626 deciſ. 902
Vrbeuetana Cenſuum lun. 3. Iun. 1624 deciſ. 799
Vrbeuetana Dotis merc. 4. Maij 1622 deciſ. 620
Vrbeuetana ſeu Romana Pecuniaria ven. 13. Ian. 1623 deciſ. 674
In alia ven. 28. April. 1623 deciſ. 701
In alia merc. 26. Iun. 1624 deciſ. 813
Vrbeuetana Pecuniaria merc. 6. Nouembr. 1624 deciſ. 822
Vrbinaten. Emphyteuſis veneris 17. Iunij 1616 deciſ. 190
Vrbinaten. Iuriſdictionis lunæ 7. Maii 1618. deciſ. 321
In alia lun. 1. Iul. 1619 deciſ. 413
In alia lun. 10. Febr. 1620 deciſ. 452

FINIS.

INDEX ARGVMENTORVM.

A

ABBAS eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione deputandi Cappellanos ad nutum amouibiles in Eccleſijs Abbatiæ ſubiectis, probata quaſi poſſeſſione eiuſdem Abbatiæ, & poteſt illos ad ſui libitum amouere etiam ſine cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia deciſ. 382.

Abbatiſſa profeſſa ſub regula Sancti, Benedicti quamuis Abbatiſſatum dimittat, remanet regularis, nec compræhenditur ſub nomine Canoniſſarum, quæ profeſſionem non emiſerunt deciſ. 840.

Abbatiſſæ debetur honor, & reuerentia, & propter iuris aſſiſtentiam datur ei manutentio deciſ. 827.

Acceſſus quando non eſt tutus, conceduntur citationes per edictum, & ex quibus probetur acceſſus non tutus deciſ. 943

Accuſatio ſola ſine citatione legitimè executa non ſufficit ad inducendam litis pendentiam in cauſa criminali ad effectum, vt ſuperſedendum ſit in ciuili deciſ 109

Acquiſita per vxorem an, & quando ex bonis mariti quæſita præſumantur deciſ. 141

Acta habentur pro integrè tranſportatis ex productione illorum verbali de ſtilo fori Eccleſiaſtici Florentini. Item ex quibus probetur realis productio deciſ. 217

Acta primæ inſtantiæ ſi culpa colliſigantis transportari non poſſunt, proceditur tanquàm in prima deciſ. 335

Actorum tranſportatio an, & quando ſit neceſſaria deciſ. 413

Actio cedendarum non conceditur contra clericum, qui ſuſcepit remedium *cap. Odoardus de ſolut.* eique aſſignata fuit penſio pro congrua ſuſtentatione deciſ. 97

Adeptio poſſeſſionis requiritur, vt per aſcenſum ad ſecundum beneficium incompatibile vacet primum, nec ſufficit ſolus aſcenſus deciſ 102

Aditio hæreditatis probatur, ex quo quis denominatur heres in iudicio occaſione rei hæreditariæ deciſ. 279

Aditio hæreditatis inducitur ex mandato ad adeundum, & ex Verbis in eo appoſitis, *acceptauit, & acceptat hæreditatem*. Staturum requirens conſenſum viri in contractibus Vxoris nō habet locum, quando vxor cum viro contrahit, ſed ſufficit iudicis interuentus deciſ. 353.

Adiudicatio facta creditori valet, nulla alia iudiciali præcedente æſtimatione, quia ſufficit quod Iudex ſe extraiudicialiter informet de bonorum Valore, prout feciſſe præſumitur. Statutum Vrbis *cap.* 192. *lib.* 1. certam formam adiudicationis præſcribens eſt ordinatorium, & ſeruandum tantummodo in foro Capitulino deciſ 94.

Adiudicatio vt valida ſit, quænam requirantur, latè exponitur deciſ. 124.

Ædificare poteſt vicinus altius tollendo: præſertim quando ædificium eſt nobile, & inſigne: & non ſit ad æmulationem, & an & quando impediri poſſit ratione excluſionis ventorum Aquilonarium, vel etiam proſpectus in ædes vicini deciſ. 631.

Ædificare, & fodere ad libitum in ſuo cuique licet, dummodo non ad æmulationem, quod non præſumitur deciſ. 668.

Ægidiana non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, etiam ad fauorem ipſarum, vel litis conſortium, qui eſſent laici deciſ. 315

Ægidianæ conſtitutiones non habent locum in rebus Eccleſiaſticis, etiamſi ageretur de vtili dominio inter laicos, ex defectu iuriſdictionis in conſtituente deciſ. 16.

Ægidianæ locus eſt in Saluiano, probatis duobus extremis neceſſariis: & ex quibus probentur huiuſmodi extrema deciſ. 441.

Ægidianæ locus eſt, quando fuit actum in Saluiano, & ex eiſdem actis non conſtat de grauamine notorio deciſ. 850

Ægidianæ locus eſt, quando ſententia lata in Remedio Saluiani apparet iuſta, vel non conſtat notoriè de illius iniuſtitia: Ceſſio fieri poteſt ex interuallo ſoluenti debitum alienum, & an & quando attendatur forus cedentis, ſiuè ceſſionarij deciſ. 780.

Agens ex contractu conditionali non poteſt obtinere, niſi doceat, fuiſſe purificatam conditionem, neque agere, niſi priùs adimpleuerit ex parte ſua deciſ. 898.

Alienans bona contra prohibitionem teſtatoris, pœnam non incurrit, ſi prohibitionis ſcientiam certam, & ſpecificam non habuit, & niſi adſit dolus, qui in dubio non præſumitur deciſ. 182.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta per grauatum ex cauſa neceſſaria, vel vtili, cedit damno fideicomiſſarij, non autem ipſius hæredis grauati, & quando dicatur facta ex cauſa neceſſaria, vel vtili deciſ. 482.

Alienatio rei executæ, & ſubhaſtatæ eſt nulla tanquam facta in fraudem paratæ executionis, quæ tamen fraus eſt probanda ab allegante, & requiritur certa, & indiuidua ſcientia, litis, & fraudis tam in emptore, quàm in venditore deciſ. 450.

Alimenta colliſiganti quando ſint præſtanda deciſ. 485.

Alimenta, & ſumptus litis debentur mulieri pauperi

Digitized by Google

ri repetenti dotem, & habenti præſumptionem boni iuris deciſ. 906

Alimenta, & ſumptus litis debentur penſionario agenti aduerſus titularem pro conſecutione penſionis, concurrentibus paupertate, & boni iuris præſumptione, & ex quibus reſaltee præſumptio boni intis in hac materia deciſ. 261.

Alimenta, & ſumptus litis debentur Religioſo profeſſo in Monaſterio pauperi ordinis mendicantium, agenti contra fratres ad portionem paternæ hæreditatis, probata eius filiatione: & ex quibus probetur filiatio ad hunc effectum dec. 756.

Alimenta, & ſumptus litis ſubminiſtrantur concurrentibus panpertate, & præſumptione boni iuris. Et arbitrium conceſſum iudici alias iuriſdictionem habenti dat facultatem aliter recedendi à regulis iuris deciſ. 15

Alimenta legata, prout dabantur vinente teſtatore, quommodo præſtari debeant deciſ. 237. & deciſ. 297.

Alimentorum præſtatio non probatur per teſtes deponentes de cohabitatione, niſi concurrat conuictus ad eandem menſam, & plura de nullitate examinis teſtium, & illorum fide, ac de confeſſionibus principalium, & procuratoris, & an, & quando preiudicee deciſ. 294.

Alternatiuæ acceptatio probatur ex Datarij libro, qui præualee depoſitionibus teſtium. Proniſus ab Ordinario poſſidens cum titulo eſt legitimus contradictot ad impediendum Immiſſionem prouiſi Apoſtolici deciſ. 888.

Alternatina excluditur ex ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum deciſ. 805

Anterior, vel porior qnis dicatur in concurſu creditorum, & in ſpecie ſuper fructibus fundi conducti iuxta ſtatutum Agriculturæ Vrbis *cap.* 73. agitur deciſ. 503

Appellatio datur a ſententia in Saluiano lata, quando notoriè conſtat de iniuſtitia, ſeu nullitate, & quando ſententia dicatur notoriè nulla, vel iniuſta deciſ. 286.

Appellatio datur à Sententia Metropolitani ſuper electione facta ab Ordinario in concurſu ad beneficia iuxta Conſtitutionem Pij V. tam quoad effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum. Ab electione tamen Ordinarij non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum. Item quis dicatur dignior ad beneficia curata deciſ. 22

Appellatio non datur ab electione ad Parochialem per Epiſcopum facta, niſi vbi apparet de ipſius dolo, & qnando quis dicatur aptior, adeout ſi fuerit reprobatus, dicatur conſtare de irrationabili, & doloſo Epiſcopi indicio deciſ. 635.

Appellatio deſeritur, quando pars appellans infra terminum iuris non redit pro Apoſtolis: nec excuſatur impedimento Sedis vacantis, ſi illud, durante ad huc termino, ceſſauit deciſ. 743.

Appellatio extraiudicialis fieri debet in ſcriptis, & adhoc, vt ex appellatione extraiudiciali inducantur atentata, non ſufficit allegare cauſas; ſed de earum veritate conſtare debet, vel offerre probationes deciſ. 771.

Appellatio non dicitur legitimè interpoſita per dimiſſionem cedulæ apnd Notarinm tantùm, quia interponi debet coram Iudice, niſi conſtet, illius præſentiam haberi non potuiſſe, de quo etiam proteſtandum erit deciſ. 202.

Appellatio vbi non ſuſpendit executionem, nec illam ſuſpendit, qnando appellatur à reuocatoria primæ ſententiæ. Cameralis obligatio quando dicatur vulnerata adhoc, vt exequi non poſſit deciſ. 27.

Appellatione deſerta, non deſeritur cauſa nullitatis ſimul, & æquè principaliter commiſſa, ſed durat vſque ad 30. annos: niſi notoriè conſtet, non adeſſe nullitatem. Remiſſoria conceditur, licèt fuerint examinati teſtes ſuper alijs articulis, & eorum dicta publicata, & didicita teſtificata, ſi articuli, qui de nouo dantur, contineant materiam omnino diuerſas, & non ſint comprehenſi in primis expreſsè, vel tacitè deciſ. 163.

Apoſtoli peti debene intra 30 dies, ſi fuit datus à Iudice terminus iuris, alias appellatio dicitur diſerta, & qnando procedat. deciſ. 556.

Arbitrator extraiudicialiter procedens arbitrari non debet ſine partium citatione, niſi fuerit præmiſſa matura negotij diſcuſſio cum partium preſentia, vel citatione deciſ. 70.

Arbitrium conceſſum Rotæ cum clauſula *parito litteris*, ad exedutionem iam factam non extenditur. Subrogatus gratioſè tenetur omnia narrata in gratia principali, & in litteris gratioſæ ſubrogationis iuſtificare deciſ. 769.

Arbitrium interponitur pro retardatione executionis literarum Apoſtolicarum cum clauſula *ſine preiuditio alicuius* conſtito de alterius iure deciſ. 442.

Arbitrium intrat ad ſuſpendendam, non antem retardandam executionem iam cœptam, etiamſi nulliter facta eſſet. deciſ. 147.

Arbitrium intrat pro reterdatione ſolutionis penſionis, quando non conſtat de quaſi poſſeſſione exigendi, & reſeruatio redditur turbida deciſ. 591.

Arbitrium quando intret pro reiectione attentatorum deciſ. 569.

Arbitrium quando non intree pro retardanda executione gratioſæ ſubrogationis, quæ non dicitur ſubreptitia, impetrata abſque mentione ſententiæ nullæ, & intruſionis alterius in beneficio. Regula *de triennali* non iuuat, vbi poſſeſſio non eſt pacifica, vel eſt capta per procuratorem carentem ſpeciali mandato deciſ. 209.

Arbitrium non intrat pro cumulatione peticorij cum poſſeſſorio in indicio manutentionis, quando poſſeſſio eſt clara. Poſſeſſio Canonicatus qnando dicatur legitimè capta deciſ. 522.

Arbitrium non intrat ad ſubſtinendum examen nullum ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati deciſ. 324.

Arbitrium Rotæ conceſſum impartitur, quando non adeſt defectus rotalis citationis deciſ. 849.

Archiepiſcopus poteſt in locis exemptis intra eius Prouinciam exiſtentibus Crucem præſeferre, & populo benedicere. In incorporationibus paritum ſufficienter cenſetur per ſolam patientiam deciſ. 321.

Aromatariorum Collegium habee ius eligendi Aromatarium, qui cum Prothomedico viſitee Aromatarias Status Eccleſiaſtici deciſ. 806. & vide deciſ. 547.

Aſſociatio conceſſa pro fructibus cenſus ſolutis eſt iniuſta. Oblatio an, & quando excuſet à mora, & impediat curſum fructuum cenſus deciſ. 517.

Attentata an dicatur executio mandati expediti, ante-

tequam iudex detulerit appellationi, licet post delationem ſacta fuerit executio. Fideicommiſſario an ſit danda immiſſio pro indiuiſo, vbi per hæredem ſunt faciendæ detractiones certæ decif. 63

Attentata dicitur poſſeſſio capta pendente appellatione ab inſtitutione iudiciali, & pro appoſitione ſequeſtri ſufficit ſummaria cognitio, imo iudex poteſt etiam ex officio illud apponere. decif. 13

Attentata dicuntur geſta poſt inhibitionem Rotalem; & quando intret arbitrium pro illorum reiectione. decif. 177

Attentata dicuntur geſta pendente termino ad appellandum, etiam cauſa commiſſa appellatione poſtpoſita, quando executor literarum Apoſtolicarum ſummariè, & non ordinariè proceſſit contra habentem parem titulum: & quando ſententia continet mixturam. decif. 212

Attentata eſt poſſeſſio capta, pendente appellatione interpoſita ab inſtitutione ad beneficium iudicialiter conceſſa. decif. 525

Attentata eſt poſſeſsio capta intra terminum ad appellandum vigore ſententiæ latæ ſuper inſtitutione ad iuſpatronatus, & per executorem mixtum, & quando executor dicatur mixtus. decif. 651

Attentata eſt ſententia lata pendente appellatione à pronuncia ſuper competentia, à qua datur appellatio, ſiue expreſsè fiat, ſiue tacitè procedendo ad vlteriora. Item nulla eſt ſententia lata à iudice appellationis non tranſportatis actis, vel infra breuem terminum ab eorum tranſportatione. decif. 134

Attentata lite pendente, aut pendente termino ad appellandum, an & quando ſint reuocanda, & quando litigioſi vitium induеatur. decif. 59

Attentata non dicuntur purgata, niſi res redacta ſit ad priſtinum ſtatum, & expenſæ fuerint effectualiter reſtitutæ, nec ſufficit oblatio cum depoſito vnius iulij. decif. 356

Attentata non probantur ex ſcripturis informibus, neque cauſantur ex geſtis in cauſa diuerſa, & ex decretis prouiſionalibus. decif. 644

Attentata vt probentur, requiritur, quod probationes concludant tempus poſt litem, inhibitionem & cauſam, ſuper qua lis verſatur, Et quando conſtat de non iure ex confeſsione partis, non reuocantur. decif 4.

Attentata an reuocentur poſt rem iudicatam; & an attentatis renunciaſſe cenſeatur, qui patitur diſcuti ſuper iuſtitia ſententiæ, & corum quo iudice attentata proponi debeant, & an attentatorum reuocatio impediatur exceptione excommunicationis ob recurſus ad Iudices laicos decif. 72.

Attentata an, & quando ſaluari poſſint ſub prætextu continuationis poſſeſſionis decif. 434.

Attentata ſunt omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem, & executionem decif. 909.

Attentata ſunt geſta poſt inhibitionis Rotalis executionem decif. 181.

Attentata ſunt geſta poſt appellationem interpoſitam per legitimum contradictorem a ſententia executoris litterarum Apoſtolicarum in forma. *Dignum* cum clauſulis. *Amoto*, *&c.* *& vocatis vocandis*, maximè quando executor detulit appellationi. Deſertio excluditur, vbi conſtat de diligentia intra debitum terminum adhibita, & de impedimento decif. 171.

Attentata, vt dici poſſint, quæ poſt appellationem extraiudicialem facta ſunt, requiritur, quod ſint contra appellationem, & geſta poſt ipſam appellationem decif. 859.

Attentatorum reuocatio coram quo Iudice peri debeat, & an executio facta pendente appellatione reuocetur priuilegio attentatorum, ſi fuit deſerta appellatio, & quid de executione facta ante obtentam reſtitutionem in integrum decif. 77.

Audientia deneganda eſt recurrentibus ad Tribunalia laicorum contra clericos, & ad hunc effectum recurſus probantur per ſcripturas minus ſufficientes, & per teſtes de credulitate, & iudicio decif. 632.

Audientia denegatur ob recurſus ad iudices ſeculares, etiam his, qui decretis ad eorum inſtantiam obtentis renunciarunt, ſi tales recurſus per alios litis conſortes purgati non fuerint; & ex quibus probentur huiuſmodi recurſus ad hunc effectum decif. 456.

Auddientia denegatur ob recurſus ad iudices laicos, etiamſi habiti fuerint per reum, & in diuerſa cauſa, & ad hunc effectum præſumuntur habiti ad inſtantiam illius, de cuius intereſſe agitur, & vbi plures habent intereſſe, afficiunt certam perſonam in illis nominatam, & probantur per ſcripturas etiam informes decif. 536.

Auditor Cameræ in partibus vltra duas dietas nullam habet iuriſdictionem exequendi literas Apoſtolicas, niſi in eis ſpecialiter deputatus fuerit, quo caſu poteſt citare etiam vltra tres dietas decif. 250.

Augmentum dotis promiſſum cum pacto de reſtituendo ſoluto matrimonio per mortem viri, debetur viduæ, non autem dotanti decif. 340.

B

BAro quando ſit manutenendus in poſſeſſione faciendi bannimenta; & ſtatuta pœnalia in territorio ipſius Caſtri decif. 478.

Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia conferri poſſunt clericis ſæcularibus, qui tamen habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere, parati ſint decif. 463.

Beneficia regularia conferri poſſunt non profeſſis, qui tamen habitum illius Ordinis ſuſcipiant, & profeſſionem deinde emittant. Valor beneficij iuſtificandus eſt etiam in gratia Legati, nec probatur per vnicum teſtem, & ex arrendamentis decif. 390.

Beneficij fructus ad iuſtificandam penſionem, cum clauſula, *Dummodo remaneant centum, &c.* non augentur penſione domus à Rectore inhabitatæ, nec oblationibus ei ſolutis ab aliqua Vniuerſitate, ratione pij conuentus in ſua Eccleſia; ſicut nec minuuntur ratione mercedis clerico ſoluendæ decif. 354.

Beneficium primum per aſſecutionem ſecundi incompatibilis vacat ipſo iure, & quid in hoc operetur contraria conſuetudo decif. 19

Beneficium primum vacat poſt duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis alterius incompatibilis, vel à die, qua per prouiſam ſtat, quo minus poſſeſſionem aſſequatur, & integros fructus percipiat.

De-

Decreto de dimittendo primum incompatibile, quando ſufficienter paritum cenſeatur deciſ. 233.

Bona; ad quæ petitur per hæredem immiſſio, ad illam imdediendam, fuiſſe in bonis fideicommittentis, & per eum poſſeſſa, ex quibus probetur, & ex quibus probetur hæreditatis aditio dec. 589.

Bona eſſe hereditaria, probatur ex confeſſione heredis deciſ. 945.

Bona donata filio contemplatione certi matrimonij an poſſint à donatario alienari, in præiudicium vxoris, & filiorum ex illo matrimonio ſuſceptorum dec. 861.

Bona fuiſſe teſtatoris, probatur ex inſtrumento diuiſionis factæ tanquam de bonis teſtatoris, & confeſſio inde reſultans probat contra diuidentem, & eius hæredes, etiam ſi ſit minoris, & abſque ſolemnitatibus ſtatuti, quando eſt veriſimilis, & adminiculata deciſ. 229.

Bona præſumuntur potiùs allodialia, quàm feudalia, etiam ſi poſita ſint intra fines alicuius Caſtri, in cuius inueſtitura conceſſio facta ſit cum omnibus terris, pratis, ſiluis, & pertinentijs, & appendicijs. deciſ. 426.

Brachium ſeculare Rota ex antiquiſſimo ſtylo extra ſtatum Eccleſiaſticum concedere ſolet, & vigore vnicæ commiſſionis in Rota poſſunt omnia vſque ad finem perduci deciſ. 890.

Bullæ antiquæ quando cenſeantur in forma probanti, & an indigeant recognitione, & an recipiant robur ab Archiuio deciſ. 667.

C

CÆleſtini tanquam origine, & confirmatione Apoſtolica antiquiores Oliuetanis, debent illos præcedere deciſ. 868.

Calcarearum conſtructionem an, & quando ſubditis Dominus prohibere poſſit deciſ. 38.

Cambij literas ſcribens non liberatur ex acceptatione dd. literarum, & promiſſione de ſoluendo, niſi ſolutione ſubſecuta: & periculum decoctionis mercatoris, cui directæ ſunt literæ, cedit damno ſcribentis, etiam ſtante mora creditoris in exigendo deciſ. 486.

Cambiorum realium ad iuſtificationem, an ſit neceſſaria exhibitio literarum originalium expeditionis, ſiuè *dell'andata*, vel ſufficiant literæ reditus deciſ. 603.

Canonicatus per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, an & quando ſit reſeruatus. Prouiſus ab Ordinario & poſſidens eſt legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum, ita vt agendum ſit ordinariè, non executiuè. dec. 242

Canonici præferuntur Rectoribus, & Beneficiatis. deciſ. 487

Canonis ſolutio ab auctore per longum tempus continuata non poteſt ab hærede in dubium reuocari. deciſ. 81

Captura debitoris pro ſuſpecto non conceditur, quando creditum non eſt liquidum, & an poſſit concedi ob ſolum iuramentum ſuſpicionis, & deſcriptionis. deciſ. 531

Caſtri domino ex quibus detur manutentio in poſſeſſione faciendi ſtatuta, & proclamata pœnalia in territorio ipſius Caſtri. deciſ. 427

Caſtri Dominus poteſt facere bannimenta, & ſtatuta pœnalia in proprio territorio, ſecus in paſcuis, & ſyluis ſpectantibus ad Vniuerſitatem, quæ habet facultatem ſtatuendi in concernentibus bonorum ſuorum adminiſtrationem. Poſſeſſio anteceſſorum non ſuffragatur ſucceſſori, niſi facta apprehenſione, & procedit tàm in corporalibus, quàm in incorporalibus. dec. 312

Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens aliquibus exceptis, non tenetur ad caſus inſolitos expreſſis maiores, vel qui eundem effectum parere poſſent. dec. 359.

Cauſa ciuilis, ſi eſt præiudicialis criminali, facit ſilere criminalem, donec ciuilis terminetur. Præiudicialis autem dicitur, quando criminalis per ciuilem excluditur. deciſ. 34

Cauſa ciuilis quando eſſet paritura exceptionem rei iudicatæ in criminali, debet priùs terminari, quàm criminalis. Teſtium verba intelligenda ſunt ſecundùm communem vſum loquendi, & omnis interpretatio capienda eſt pro conciliandis eorum dictis. deciſ. 662

Cauſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quotieſcunque ſententia ferenda in cauſa Ciuili poteſt parere exceptionem rei iudicatæ in iudicio criminali deciſ. 944.

Cauſa criminalis ſuper prætenſa falſitate an, & quando faciat ſuperſederi in ciuili; & quando falſitas in actis commiſſa dicatur. deciſ. 47

Cauſæ executiuæ in Vrbe cognoſci nequeunt ab alijs iudicibus, quàm Auditore Cameræ: niſi per commiſſionem, in qua tradita ſit ſpecialis facultas executiuè procedendi. deciſ. 537.

Cedentis confeſſio, ſeu declaratio an ſuffragetur debitoribus ceſſis, & præiudicet ceſſionarijs. deciſ. 697.

Cenſus emptus ex alterius pecunia non acquiritur emptori, ſed domino pecuniæ, quando emptor recognouit bonam fidem, & declarauit, ſe habere nudum nomen, quæ declaratio nocet ſucceſſoribus, & habentibus cauſam ab eo deciſ. 733.

Cenſus ex defectu mandati procuratoris, qui illum impoſuit, non annullatur, quando mandatum fuit enunciatum in inſtrumento antiquo, & concurrunt coniecturæ deciſ. 564.

Cenſus impoſitio probari poteſt per teſtes etiam poſt Bullam *Pij V.* ſuper forma creandi cenſus, neque attenduntur defectus inſtrumenti cenſus, quando illius impoſitio aliunde probatur dec. 46.

Cenſus impoſitus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis ſuſtinetur ſuper detractionibus. deciſ. 853.

Cenſus in quibus bonis validè conſtituatur, vt fructus exigi valeant deciſ. 913.

Cenſus non extinguitur per depoſitum factum cum aliqua conditione extrinſeca, ob quam creditor cenſus impeditur, illud ad ſui libitum recipere; & ſufficit, quòd talis conditio apponatur in productione cedulæ, licèt cedula ſit libera, & quid, ſi fuerit admiſſa per iudicem cum clauſula, *prout iuris*. deciſ. 429.

Cenſus venditio facta ſine deſignatione confinium rei Cenſui ſubiugatæ nulla, & inualida eſt, poſſunt tamen confines quamuis non deſcripti in contractu Cenſus aliunde probari per teſtes, confeſſiones partium, aliaſque probationes, & quommodo. deciſ. 10.

Cenſus retrouenditio facta per tutorem, non præcedente diſdicta, & abſque ſolemnitatibus an ſit valida, & an Cenſus pro parte extingui poſſit. deciſ. 526.

Cen-

Centenaria quaſi poſſeſſio iuriſpreſentan li inducit titulum meliorem de mundo deciſ. 875.

Ceſſio an dicatur ad commodum cedentis, vel ceſſionarij; & an, & quando obſtet, excentio cedendarum. deciſ. 470.

Ceſſio hæreditatis Monacho acquiſitæ facta abſque beneplacito Apoſtolico eſt nulla; Eccleſia eſt capax emphyteuſis tranſitoriæ ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, & poteſt illam retinere, domino directo volente. deciſ. 394.

Ceſſio in incorporalibus habet vim traditionis, & ſufficit pro manutentione, ſi cedens poſſidet de tempore ceſſionis: & ex quibus eius poſſeſſio probetur deciſ. 347.

Citatio in ſcriptis neceſſaria non eſt, vbi cauſa commiſſa fuit more militari, & ſine forma proceſſus. deciſ 118

Citationis defectus ad dicendum contra articulos, & ad videndum iurare teſtes, in Hiſpania, de ſtylo ſuppletur ex intimatione decreti præfixionis termini. deciſ.328

Clauſula *ad habendum*. *&c.* in inſtrumentu emphyteuſi appoſita, an, & quando importet facultatem tranſmittendi ad hæredes extraneos. deciſ. 477

Clauſula, *Arbitrio*, non habet vim retractandi immiſsionem iam factam. Commiſsio iuriſdictionem non tribuit Iudici, neque pars ea vti velle cenſetur, antè citationis executionem. dec. 138

Clauſula, *arbitrio Rotæ*, non dat facultatem anferendi; vel lædendi ius alterius, & ideo non habet locum ad reijciendum poſſeſſorium reintegrandæ, vt ſuper petitorio tantùm cognoſcatur. deciſ. 100

Clauſula, *Constituti*, habet locum etiam in incorporalibus: & quid operetur ceſsio in incorporalibus, & an ex actione perſonali inducatur vitium litigioſi: & an ſententia noceat ſingulari ſucceſſori, vbi alienatio fuit facta ante litem motam. deciſ. 133

Clauſula, *Constituti*, probat poſſeſſionem conſtituentis. & operatur etiam ſuper officijs Capitulinis, quæ veniunt in obligatione bonorum. deciſ. 768

Clauſula, *Dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, ſemper cenſetur appoſita in literis Apoſtolicis expediendis? Ius quæſitum dicitur ex approbatione habita in concurſu, alijs reiectis. dec. 55

Clauſula in fine poſita, an, & quando ad omnia ſuperiùs expreſſa non referatur. deciſ. 322

Clauſula, *Ita tamen*. an, & quando reſtringat omnia in diſpoſitione contenta: & quando etiam clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia. deciſ. 161

Clauſulæ, *Partis Breui*, quando cenſeatur ſatisfactum, tàm quoad poſſeſsionem, quàm quoad fructus perceptos, & expenſas. dec. 646

Clauſula, *Quam, & quas*. operatur, vt is, contra quem impetrata eſt commiſſio, poſsit procedere vt in prima, & deducere omne ius, & actionem ſibi competentem: & ſufficit, quòd in proſecutione cauſæ non ſe reſtrinxerit, licèt id ſpecialiter non declarauit. Commiſsio obtenta non facta mentione tranſactionis an ſit nulla. Sententia lata actis integrè non tranſportatis an valeat. deciſ. 405

Clauſula, *Quam, & quas*, operatur, vt iudex appellationis cognoſcere poſsit prout in prima. Inhibitio intelligitur iuxta formam commiſsionis. deciſ. 51

Clauſulæ, Si *quid exequen.* non eſt locus, niſi priùs cognita iuſtitia ſententiæ. deciſ. 650

Clericus coniugatus eſt incapax penſionis abſque diſpenſatione Apoſtolica ex ſtylo Curiæ, & penſio debetur ei, ad cuius commodum reſeruata fuit, licèt ſibi nomine alterius. deciſ. 791

Coadiutorijs in concedendis Papa mouetur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ; nec inducitur aliqua affectio ex appoſitione manuum, niſi probata veritate illius cauſæ, ob quam Pontifex motus fuit, & qua ceſſante non conceſsiſſet. deciſ. 78

Collatio pendente termino, & poſt appellationem interpoſitam facta eſt attentata, & ſequeſtranda. deciſ. 895

Collatio, ſiue electio, vbi eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, non tenet, niſi fiat ab Epiſcopo, & Capitulo, vel maiori ipſius parte ſimul, nec ad augendum numerum computanda ſunt vota data extra Capitulum, & extra actum ſcrutinij, & an in electionibus Canonicorum ſeruanda ſit forma, *cap. quia propter, de elect.* deciſ. 380

Collatio pendente termino, & poſt appellationem interpoſitam facta eſt attentata; & ſequeſtranda. deciſ. 895

Commiſſio ab aliquo obtenta habet tacitam conditionem, ſi ille vti velit, & illa non producta lis non dicitur cœpta. deciſ. 871.

Commiſſio cauſæ appellationis expedita ante prolationem ſententiæ an, & quando ſuffragetur. deciſ. 226.

Commiſſio vltima attenditur, & eſt exequenda. deciſ. 854.

Compenſatio quando admittatur aduerſus obligationem Cameralem. deciſ. 277.

Compulſoriales literæ ſpeciales an, & quando concedantur. deciſ. 555.

Compulſatio iurium valida declaratur reiectis nullitatibus oppoſitis. deciſ. 606.

Communis res, quæ non patitur commodam diuiſionem, adiudicatur vni ex dominis ſoluta alteri portione in pecunia numerata: competit autem optio habenti maiorem partem, vel alias ſit adiudicatio arbitrio Iudicis. deciſ. 350.

Concurſus factus coram examinatoribus extra ſynodum electis eſt nullus; niſi infra annum à celebratione ſynodi electio facta fuiſſet. deciſ. 479.

Concurſus non exigitur in Parochialibus vnitis, quarum cura habitualis penes Rectorem beneficij, cui facta eſt vnio, actualis verò penes Vicarium reſidet: & an aliquid circa hoc operetur obſeruantia in contrarium. deciſ. 214.

Conditio adimpleri poteſt per æquipollens, quando partes reſpexerunt potiùs ad effectum, quàm ad formam. deciſ. 910.

Conductor quando poſſit recedere à locatione propter ſuperuenientem dignitatem Præſidatus, vel ob aliam iuſtam cauſam belli, peſtis, malorum ſpirituum, vel ruinæ domus cum ſimilibus. deciſ. 295.

Conductor tenetur rem locatam reſtituere in eo ſtatu, in quo illam recepit, & qua actione. deciſ. 400.

Conductori molendini inſolito fluminis impetu de-

ſtru-

ſtructi remittitur penſio, & quando ruina euenit ex caſu inſolito, non tenetur ad molendini manutentionem, licèt ſe ad id iuramento obligauerit, & quamnls fuerit dictum de caſu cogitato, & non cogitato. deciſ. 210.

Conteſſariorum approbatio pendente lite inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem ſuper omnimoda iuriſdictione alicuius loci, interim prouiſionaliter committitur Epiſcopo, ratione periculi ſalutis animarum. deciſ. 565.

Confeſſio cedentis poſt ceſſionem non præiudicat ceſſionario: & quid quando ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem. deciſ. 476.

Confeſſio debitoris decocti, vel de proximo decocturi non præiudicat creditoribus. deciſ. 104.

Confeſſio decocti, vel de proximo decocturi non præiudicat creditoribus. Et ſolutio præſumitur facta de proprijs pecunijs, & ex cauſa, quæ apparet. deciſ. 9.

Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio, ad fauorem vxoris, præſumitur ſimulata in fraudem præſumptæ donationis inter virum, & vxorem prohibitæ, nec valet, quamuis concurrant iuramentum aſſertorium, & promiſſorium. deciſ. 925.

Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio, nulla præcedente promiſſione, ex quibus cenſeatur facta animo donandi, & in fraudem creditorum. deciſ. 108.

Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio, nulla præcedente promiſſione, an cenſeatur facta animo donandi, & an confirmetur iuramento promiſſorio. deciſ. 612.

Confeſſio inſtitoris probat contra dominum. Item confeſſio curatoris probat contra pupillum concurrentibus adminiculis, de quibus nonnulla traduntur in deciſione. deciſ. 239.

Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem, præſertim ſi aliquas patiatur exceptiones. deciſ. 341

Confeſſio facta in inſtrumento accollationis Canonis probat, rem eſſe emphyteoticam, & præiudicat confitenti, & habentibus cauſam ab ipſo. deciſ. 788

Confidentia in reſeruatione, vel translatione penſionis in perſonam vnius ad alterius commodum, an & quibus coniecturis probari poſſit. deciſ. 724

Confines an probentur ex tabulis geographicis, mappis, ex confeſſione partium, & ex teſtibus. deciſ. 367

Confraternitas Sanctiſſimi Nominis IESV, inſtituta in aliquo Oppido, in quo Fratres Prædicatores Eccleſiam non habebant, de licentia Superioris eiuſdem Ordinis, ob conſtructionem nouæ Eccleſiæ dicti Ordinis non debet extingui, & ad eam transferri, ſed perpetuò manere, vbi prius erecta fuerat. deciſ. 681

Conſenſus omnium Ciuium requiritur, quando agitur de intereſſe ſingulorum. deciſ. 573

Conſtitutio Marchiæ requirens inſinuationem in contractibus mulierum non habet locum in renunciatione iuris quærendi, nec re, nec ſpe contractus tempore competentis, nec habet locum in ciuitate Recineti. deciſ. 333

Conſtitutio Synodalis Florentina *in tit. de iudic. cap.* 16. inducens deſertionem cauſæ ob appellationem inter duos menſes non proſecutam, non procedit in multis caſibus, de quibus in ſummario. deciſ. 170

Conſtitutiones Sixti V. & Clementis VIII. de non alienandis bonis ſtabilibus Status Eccleſiaſtici in forenſes licet dicant, Romam eſſe omnium nationum domicilium, illud tamen non acquiritur, niſi concurrat habitatio decem annorum. deciſ. 811

Conſtitutario datur reintegratio, probata poſſeſſione conſtituentis, necnon rei conuenti; non obſtante, quod poſt motum iudicium ſpolii concordiam inijt, ſub conditione tamen, quæ adimpleta non fuit. deciſ. 736

Conſtitutum operatur poſſeſſionis translationem ſufficientem, etiam ad effectum manutentionis, & collatum poſt mortem conſtituentis operatur ab initio, ſi adeſt clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*. deciſ. 179.

Contrahens ſponſalia etiam iurata per verba de futuro cogi non poteſt ad matrimonium, ſubſiſtente iuſta cauſa, quæ iudicis arbitrio remittitur. deciſ. 311

Contractus initus cum reſeruatione aſſenſus Apoſtolici, cum clauſulis reſolutiois, reſoluitur, ſi aſſenſus non fuerit, obtentus in tempore conuento. deciſ. 560

Contractus minoris abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, & ſinè cauſa, eſt nullus, etiam quòd minor iurauerit ſe maiorem, & etiam quòd factus maior per quinquennium tacuerit; nec currit præſcriptio durante minori ætate. deciſ. 410

Contractus non reſoluitur ob non implementum conditionis, ſub qua conceptum eſt pactum reſolutiuum in eodem contractu appoſitum, quando conditio non eſt impleta pro poſſe ab eo, à quo impleri debebat. Item quando non reſoluatur contractus ex defectu cauſæ finalis. dec. 110

Contractus quãdo cenſeatur potiùs locationis, quàm emphyteuſis. deciſ. 334

Correus ſoluens, & extinguens totum cenſum, an poſſit à correo partem ſuam repetere. deciſ. 645. & 751

Creditor detinens bona debitoris in ſolutum non habita, nec ſibi iudicis auctoritate adiudicata, vel ex primo decreto, fructus eorum non facit ſuos, ſed tenetur illos in ſortem computare. Euictioni factus locus non dicitur per litem in Saluiano motam; & alia, de quibus in ſummario. deciſ. 340

Creditor etſi fructus pignoris in executione capti non faciat ſuos, niſi ſequatur ſubhaſtatio, deliberatio, & adiudicatio; ex eo tamen, quod tale pignus retinuerit, non poteſt conſiderari aliquis exceſſus, ſiue ſpolium. deciſ. 327

Creditor in re empta ex proprijs pecunijs cum reſeruatione ſpeciali hypothecæ præfertur alijs creditoribus anterioribus, etiam ex cauſa dotis, & cum expreſſa hypotheca. deciſ. 223

Creditores anteriores cum obligatione Camerali repetunt per hypothecariam, ſolutum per hæredes debitoris poſterioribus creditoribus, quando extat, vel etiam ſi non extaret, vbi par fuit omnium diligentia pro ſuo credito conſequendo. deciſ. 687

Creditum cum iuramento contractum non præſcribitur minori ſpatio quadraginta annorum. Hypothecaria actio deficiente titulo, & bona fide,

de, neque à tertio poſſeſſore præſcribitur, niſi ſpatio annorum 30. & quando dicaotur deficere titulus, & bona fides. deciſ. 457.

Cumulatio peritorij in remedio reintegrandæ quando admittatur, ſtante commiſſione cum clauſula, *Arbitrio*; Item quis dicatur titulus coloratus ſufficiens ad obtinendam reſtitutionem in ſpolio. Item quando quis dicatur cecidiſſe à poſſeſſione facto proprio, ita vt non ſit reſtituendus. deciſ. 48.

D

DAtio in ſolutum extinguit debitum. Filij non poſſunt agere ad reſtitutionem dotis maternæ viuente Patre, niſi vergente illo ad inopiam. deciſ. 889.

Datio in ſolutum non præſumitur, & vt probetur, debet copulatinè conſtare de re, pretio, & conſenſu, & quomodo. dec 372.

Decimas perſonales exigendi quaſi poſſeſſio quomodo probetur. deciſ. 572.

Declaratoria datur aduerſus non parentes litteris Apoſtolicis iuſtificatis, conſtito de illarum intimatione, & ſeruatis terminis de ſtylo Curiæ ſeruari ſolitis. deciſ. 748.

Declaratoria datur contra non parentem mandatis Rotalibus, ſeruatis prius quatuor terminis de ſtylo ſeruari ſolitis. deciſ. 825.

Declaratoria datur, non docto de paritione mandati Rotalis de immittendo, ſeruatis terminis conſuetis, & datur contra recurrentem ad Iudices laicos, etiam non repruducto originali. dec. 416.

Declaratoria datur ob non paritionem mandato de manutenendo & ſufficit ad hunc effectum, quòd huiuſmodi mandatum intimatum fuerit à quolibet clerico, & ſtatur eius relationi, etiamſi poſtea illam cum iuramento reuocauerit. deciſ. 176.

Declaratoria decernitur, exequutorialibus Rotalibus perſonaliter intimatis, ac ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis. Exequutio dicitur cœpta in Rota poſt relaxationem exequutorialium. deciſ. 268.

Declaratoria non datur contra ſucceſſorem pro fructibus ab anteceſſore perceptis. deciſ 588.

Declaratoria non datur, quando fuit præſtita patientia mandatis Rotalibus, & nullus actus poſitiuus requiritur de dando, vel faciendo, imò abſtinentia à moleſtijs ſufficit deciſ. 933.

Decreto *de terminis amotis reponendis* cenſetur ſufficienter paritum per patientiam præſtitam in eorundem repoſitione. deciſ. 52.

Decretum auocationis poſſeſſionis, licèt non executum, facit litem, & attentata quoad obtinentem, ſecus quoad reum, & alia, de quibus in ſummario. deciſ 262.

Defectus inſtrumenti an ſuppleantur ex ſubſequentibus inſtrumentis ſuper eadem materia celebratis habentibus requiſita neceſſaria. Scriptura imperfecta fidem non meretur, & quando cenſeatur imperfecta. deciſ. 757.

Delegatio non inducitur ex acceptatione litersrum cambij abſque promiſſione ſolutionis, & ſtipulatione. Stylos, & conſuetudo, vt ſuffragentur, quomodo probari debeant. deciſ 497.

Deliberatio facta poſt terminum, abſque noua citatione, & decreto Iudicis, eſt nulla: præſertim ſi facta fuerit minori oblatori. deciſ. 703.

Deliberatio fieri debet maiori oblatori dec. 891.

Dementia teſtatoris ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto, de quo tempore, & quomodo probari debeat. deciſ 256.

Depoſitarius ſoluens de ordine illius, qui pecunias apud eum depoſuit, quando liberetur, ſi pecuniæ non erant ipſius deponentis, ſed alterius. Et de Equite Hieroſolymitano, quòd propriè ſit Religioſus, & quòd propterea quicquid acquirit, Monaſterio acquirat, nec valeat ab eo facta donatio, ſi intra quadraginta dies obierit poſt factam donationem. deciſ. 2.

Deſcripto bonorum lite pendente, non eſt concedenda, quando parti ex ea incommodum, vel damnum ſequeretur. Reus de conſuetudine cogi non poteſt ad aſſecurandum iudicium. Prouiſioni lite pendente locus non eſt, aliqua neceſſaria, vel iuſta cauſa non ſubſiſtente, arbitrio Iudicis. deciſ. 398.

Deſcendentes ex linea maſculina tantùm, non autē ex fœminina dicuntur de progenie. Cappellania non dicitur ſacerdotalis, licet fundator mandauerit, in ea inſtituendum certas miſſas celebrare; quia ſufficit, quòd per alium ſubſtitutum celebrare faciat. deciſ 92.

Deſcendentia ex quibus probetur, ad effectum obtinendi inſtitutionem in beneficio iuriſpatronatus debito vni ex domo fundatoris. deciſ 709.

Deuolutio ceſſat, vbi nominatus à fundatore nominationem de ſe factam acceptauit, nec ei præiudicat mora hæredis in erigendo Cappellaniam, & Ordinarij in eum inſtituendo deciſ. 137.

Deuolutio eſt concludenter probanda ab eo, qui in ea ſe fundat. deciſ. 938.

Deuolutioni ad Sedem Apoſtolicam locus non eſt, niſi concludenter probata ſcientia patronorum, & Ordinarij, ac lapſu temporis poſt dictam ſcientiam. Sententia eſt nulla, niſi expreſsè ad illam audiendam præceſſerit citatio. deciſ 18.

Dignitas de nouo erecta an, & quando potiatur diſtributionibus, emolumentis, & iuribus, quibus gaudent alij Canonici. Item de quibus participet dignitas de nouo ex bonis patrimonialibus erecta ante illorum incorporationem, ſiuè ammaſſationem, quando in erectione conceſſa ſunt omnia ſpiritualia, non autem merè temporalia, niſi poſtquam incorporata fuerint: & quid ſtante clauſula; *ſinè præiudicio*. deciſ. 193.

Diſmembratio facta per Cardinalem Legatum à latere iuncta obſeruantia, & effectuatione valet, preſertim contra eos, qui illam approbarunt. deciſ. 828.

Diuiſio bonorum an præſumatur ex reparatione perſonarum, & incolatus. Teſtium dicta conciliantur ad euitan. contrarietatem. deciſ. 430.

Diuiſio inter fratres probatur coniecturis, & præſumptionibus ſine ſcriptura. deciſ. 799

Diuiſione ſimplici bonorum fideicommiſſo ſubiectorum inter cohæredes facta, non cenſetur remiſſum fideicommiſſum conditionale nondum purificatum, & futurum inter ipſos diuidentes reciprocum. deciſ. 89.

Dominium, & identitas ex quibus probentur; an, & quando dominium ſit plenè, & concludenter probandum, & quando ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones. deciſ. 424.

Dominium, finis lineæ, & identitas bonorum ad effectum deuolutionis, ex quibus probentur. decif. 602

Domus profeſſa Societatis Ieſu, licèt ſit verè mendicans, eſt tamen capax bonorum ſtabilium: non ad effectum illa retinendi, ſed vendendi, & ex eorum pretio proprijs neceſſitaribus prouidendi. decif. 245

Donatio facta expreſsè ob Religionis ingreſſum æquiparatur donationi cauſa mortis, & poteſt quandocunque reuocari: etiam ſi in ea adſit pactum de habendo ratam, gratam, & firmam, & de non contraueniendo, nec petendo reuocationem, cum iuramento. decif. 581

Donatio inter virum, & vxorem an, & quando ſit valida, & quando cenſeatur ſimplex, quando verò propter nuptias. decif. 422

Donatio in Vrbe celebrata requirit ſolemnitates ſtatuti lib. 151. lib. 1. quæ ſunt de forma, & illis omiſſis contractus corruit. decif. 924

Donatio ob pacta non ſeruata reuocari poteſt, etiam per hæredes donatoris. Remiſſoria conceditur, vbi articuli ſunt releuantes, & ſufficit relelantia vnius; & quo caſu detur contra inſtrumentum guarentigiatum, cum retardatione executionis. decif. 246

Donatio omnium bonorum quando valeat; quando etiam inſinuationis defectus donationem vitiet, & quando donatio facta ſub modo, vel conditione, mudo, ſeu conditione non adimpleta, reuocari poſſit. decif. 7

Donatio, ſtante iuramento, & ſtipulatione Notarij, acquiritur abſenti, & eſt irreuocabilis quoad donantem, etiam non ſecuta ratificatione. decif. 149

Donatio ſtipulata à Notario pro abſente debet ab eo acceptari ad effectum acquiſitionis dominij, maximè ſi donatio non eſſet merè gratuita, ſed onerosa. decif. 773

Dos an poſſit augeri poſt contractum matrimonium, ſtante Statuto Terræ Centi, lib. 3. rubr. 15. Diſpoſitioni *l. hac adictali, C. de ſecund. nupt.* an, & quando cenſeatur per ſtatutum ſufficienter derogatum. Statutum de lucro dotis an liget forenſes. decif. 396

Dos conſtituta in primo matrimonio, quando cenſeatur in ſecundo repetita, & quando ſit locus lucro dotis, vel non. decif. 274

Dos conſtituta ſorori à fratribus de proprijs bonis, non autem de bonis hæreditarijs patris, nec hæreditario nomine, non eſt præſtanda alteri ſorori iam nuptæ, cui pater mandauit, dari eandem dotis quantitatem, quæ nupturæ ab ipſo, vel eius hæredibus præſtaretur decif. 740

Dos eſt reſtituen. ab hæredibus viri, qui eam recepit, nec retardatur ex adminiſtratione tutricis, niſi appareat tot perueniſſe ad eius manus, ex quibus potuerit ſibi de dote ſatisfari dec. 862

Dos quando ſuccedit loco legitimæ, nullo onere à patre grauari poteſt, licèt ſtatuto caueatur fœminas dote ſibi tradita, vel relicta contentas eſſe debere: & an, & quando dos legitimæ loco ſuccedat. decif. 215

Dotis augmentum an, & quale fieri poſſit conſtante matrimonio decif. 782

Dotis in domibus, mobilibus, & iocalibus promiſſæ & non ſolutæ fructus quando debeantur. dec. 287

Dotem maiorem exprimere illius promiſſione fieri ſolet pro maiori partium honorificentia. Plura de teſte mediatore, vnico, domeſtico, & familiari. decif. 775

Dotes, quæ dari debent puellis per ſocietatem ex præcepto teſtatoris, an ſolui debeant per hæredem eidem Societati, ante contractum matrimonium; & an reſtitutio, & cautio conſeruandi dictas dotes præſtari debeat ad fauorem eiuſdem ſocietatis, vel heredis. dec. 432

Dotes relictæ puellis maritandis per aliquam Societatem quomodo ſolui debeant; & an cautio de illis reſtituendis præſtenda ſit ad fauorem Societatis, vel hæredis; & an prædictæ dotes in caſu caducitatis, vel reſtitutionis erogari debeant in maritandis alijs puellis. decif. 500

Duplicatio ſummarum probatur ex diuerſitate ſcripturarum, quæ ſint confectæ diuerſo tempore, de diſparibus ſummis; & inter eaſdem perſonas. decif. 157

E

Eccleſia an, & quando dicatur de menſa Capituli, & quando probetur vnio ad effectum, vt non ſit locus concurſui adueniente vacatione parochialis. decif. 303.

Eccleſia ad tempus diſmembrata, finito tempore, debet reuniri, & reſtitui Eccleſiæ, cui priùs vnita fuerit, & ex quibus probetur vnio. dec. 660

Eccleſia dicitur ad Monaſterium pleno iure ſpectare, quando in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiecta eſt. decif. 93

Eccleſia poteſt cogere emphyteutam ad vendendum priuato, & ponendam rem emphyteuticam extra manus mortuas; & hoc ius cogendi non amittit, niſi ſpatio quadraginta annorum; & ex quibus probetur eius dominium. Item ex quibus probetur, rem eſſe emphyteuticam potiùs, quàm cenſualem. dec. 601

Eccleſia quando non habet præbendas diſtinctas, ſed omnes illius fructus vniuntur, & illorum fit diuiſio, dicuntur fructus præbendæ, nec ſortiuntur naturam diſtributionum quotidianarum: & debentur abſentibus ex cauſa neceſſaria. decif. 694

Eccleſiam eſſe in Diœceſi, ex quibus probetur. decif. 578

Eccleſiæ Collegiatæ datur manutentio in quaſi poſſeſſione præcedendi Eccleſiæ parochiali. dec. 455

Electio dicitur facta à maiori parte Capituli, quæ conſtituitur ab vnico voto, quod ſuperet numerum aliorum. Prælatus quando interueniat in Capitulo tanquam Prælatus, vel tamquam Canonicus, & quomodo numeretur eius votum. decif. 809

Electio, & nominatio Aromatarij tranſmittendi cum Viceprothomedico ad viſitandas Aromatarias Status Eccleſiaſtici ſpectat ad Collegium Aromatariorum; approbatio verò ad Prothomedicum; & Aromatarij poſſunt vnum tantùm eligere, & nominare, nec ad plures nominandos teneretur. decif. 547

Emens mediante ſubhaſtatione iudicis auctoritate facta, tanquam bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nec tenetur ad illorum reſtitutionem. decif. 227

Emens partem domus cum pacto de francando, non poteſt retrahere aliam partem poſtea alteri venditam cum ceſſione pacti de francando, ſi ſecundus emptor infra tempus conuentum interpellauit primum emptorem ad retrouendendum, ſiue ius redimendi ſit principaliter, ſiue acceſſoriè ceſſum decif. 761.

Ementi cum clauſula, *conſtituti*, ſubſecuta traditione reali competit reintegratio, ſi ſpoliatus fuerit re empta, etiam ſi emptio facta ſit ex pecunia aliena. decif. 317.

Emphiteoſi conceſſa pro maſculis, & fœminis, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum; fœminæ non admittuntur, quouſque maſculi ſuperſunt, ſed cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo. decif. 838.

Emphytheuſis Eccleſiaſtica ſi contra eius naturam effecta eſt alienabilis, poteſt à quolibet in inueſtitura comprehenſo alienari, & tranſit cum hæreditate etiam ad hæredes extraneos. Incolatus contrahitur, ex neceſſitate reſidendi in loco, vel ex declaratione voluntatis, iuncta domicilij tranſlatione, etiam abſque aliquo lapſu temporis. decif 87.

Emphyteutica res diuidi debet inter ſocios nolentes in communione manere, etiam irrequiſito domino. decif 50

Emphyteoticæ rei deuolutio, vt habeat locum, identitas confinium plenè, & concludenter probanda eſt, & quomodo probetur huiuſmodi identitas. decif 132.

Epiſcopus tenetur ad exhibitionem proceſſus, quem conſtat in illius Archiuio reperiri, & huiuſmodi exiſtentia ex quibus probetur. decif. 266.

Epiſcopo ex ſola iuris aſſiſtentia datur manutentio in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in omnes exiſtentes in ſua diœceſi. decif. 140

Equites Hieroſolymitani non tenentur ad ſolutionem collectarum à Clero, & Epiſcopo abſque Papæ ſcientia impoſitarum, etiam ex caſibus improuiſis, & incuitabilis, ac communis, & publicæ neceſſitatis, & vtilitatis decif. 391.

Errorem allegans in diuiſione, tenetur illum plenè, & concludenter probare: maximè ſi habeat contra ſe laudum acceptatum per publicum inſtrumentum & agat ad repetendum indebitum, decif. 592.

Errorem in adminiſtratione captæ rationis fundacariæ non probari, reſoluitur ex pluribus, de quibus in ſummario. Socij quando ſimul adminiſtrarunt, an teneantur ſinguli rationem reddere. decif. 546.

Errorem in computis, & bilancijs allegans, tenetur plenè, & concludenter probare, maximè ſtantibus præſumptionibus in contrarium. decif. 419.

Euictio non dicitur eueniſſe ex ſimplici immiſſione in Saluiano obtenta. decif 325.

Euictio quando dicatur realiter, & cum effectu, ac iuſtè ſecuta. decif. 381.

Euictionem de dato, & facto ſuo tantùm promittens tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi aliter conuentum fuerit: & plura de extenſione clauſulæ ceteratæ. decif. 507.

Examen factum ab altero tantùm ex duobus Iudicibus remiſſorialibus ſubſtinetur, altero legitimam excuſationem proponente. Item ſuſtinetur examen factum à Iudice recuſato per procuratorem abſque ſpeciali mandato: & poſtquam à recuſatione receſſum fuit. decif. 388.

Examen factum per examinatores in Synodo non deputatos, quando ſit nullum. Item examen corruit vbi examinatores iuramentum iuxta formam Concilij, & conſtitutionis Pij V. omiſerunt. decif. 362.

Examen nouum ad impediendam executionem cœptam non admittitur in cauſa reſtitutionis in integrum commiſſa cum clauſula, *prout de iure*; nec admittitur, quando dicta teſtium priùs receptorum fuerunt diſcuſſa neque ad probandum id, cuius contrarium per ſcripturas probatum fuit. decif. 597.

Examen teſtium factum abſque citatione ad dicendum contra articulos, vel ad videndum iurare teſtes, vel extra terminum, & locum iudicij, eſt nullum. decif. 506.

Examen teſtium inductorum à procuratore abſque mandato legitimo, & ſinè citatione ad videndum produci, & admitti articulos, & ad dicendum contra illos, eſt nullum; nec ſufficit citare procuratorem Communitatis, quando non agitur de intereſſe publico, ſed ſingulorum; quia citari debent omnes intereſſati, & quibus præiudicium inferri poteſt; & alia circa nullitatem examinis. decif 164.

Examen teſtium ſuſtinetur, ſi terminus ad probandum, fuerit ſeruatus iuxta conſuetudinem loci, licet particularis citatio ad viden. iurare teſtes non præceſſerit. decif 304.

Examinatores in concurſu beneficij quot interuenire debeant, quomodò idoneum, vel magis idoneum nominare, & alios reprobare, ſiue beneficium ſit curatum, ſiue ſimplex. decif. 30

Exceptio non adimplementi an, & quando obſtet. decif 549.

Exceptio non implementi non obſtat agenti ex capite diuerſo, & altero contractu. decif. 571.

Exceptio non implementi non ſuffragatur, quando quis adimplere impeditus fuit, aut facto aduerſarii, aut ex aliquo fortuito caſu. decif. 5.

Executio an, & quando impediri poſſit per tertium poſſidentem. Repoſitio à decreto de ſtylo Curiæ fit, interpoſita per partem appellatione, cum ſola intimatione. Subhaſtatio facta contra minores indefenſos, & de re magni valoris pro paruo credito, eſt nulla. decif. 627.

Executio facta in bonis in ſententia, & mandato non comprehenſis, venit in primis reuocanda, & poſſeſſor ſpoliatus reſtituendus, ſola poſſeſſione ſummariè probata; maximè quando non fuit citatus: nec admittitur exceptio reſpiciens petitorium. decif. 731.

Executio facta poſt ſuperſeſſoriam, & inhibitionem iudicis eſt attentata, ſicut etiam carceratio ſecuta poſt appellationem ſimpliciter admiſſam. decif. 902.

Executio facta pro pluri, quàm ſit debitum, & ſic partim pro vera, & partim pro falſa cauſa eſt in totum nulla; & conſequenter irritæ ſunt ſubhaſtatio, & deliberatio inde ſubſecutæ. decif. 91.

Executio fieri poteſt recta via, ſine aliquo proceſſu, & abſque aliqua actione reuocatoria, contra tertium, poſſeſſorem citatum, in quem facta eſt alienatio poſt motam litem, in fraudem paratæ executionis: & quando alienatio dicatur facta in fraudem paratæ executionis, decif. 166.

Executio in rebus dotalibus per virum poſſeſſis fieri poteſt pro debito vxoris ante matrimonium contracto, ad quod in actione perſonali conuenta, & condemnata fuit, quando omnia bona ſua in dotem conſtituit: maximè vbi mandatum fuit relaxatum ſciente viro. Dos quando cenſeatur in omnibus bonis conſtituta. deciſ. 254.

Exequutio præſumitur facta in bonis debitoris, & aſſerenti, eſſe factam in bonis proprijs, incumbit onus probandi. deciſ. 196.

Executio pro debito mariti fieri non poteſt in bonis mobilibus ad vxorem ſpectantibus: & quando per illam poſſidentur, creditorum eſt probare, quòd ad virum pertineant. deciſ. 236.

Executio ſententiæ latæ contra debitorem in actione perſonali fieri non poteſt contra tertium poſſeſſorem, in quem facta eſt alienatio lite pendente, vel aliàs quandocunque ante executionem. dec. 231.

Executioni Breuis de capienda poſſeſſione non eſt locus, non docto plenè, & concludenter de reſeruatione, in qua ſunt fundata huiuſmodi Breuia; & ex quibus dicatur conſtare de reſeruatione. deciſ. 590.

Executiua via quando dicatur electa, vel potiùs ordinaria. deciſ. 502.

Executiuè contra tertium poſſeſſorem procedi non poteſt. deciſ. 574.

Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quem facta eſt alienatio lite pendente, quando non apparet facta in fraudem paratæ executionis, præſertim ſi fuit actum perſonali actione. deciſ. 204.

Executiuè procedi non poteſt non facta liquidatione, & pro non expreſſis in inſtrumento. dec. 417.

Exequutor teſtamenti ad piam cauſam poteſt agere pro executione voluntatis teſtatoris, etiam contra hæredem. Debitor ſuſcipiendo terminum fatetur debitum, ita vt nulla poſſit per ipſum opponi exceptio. Quando legatum cum præſtatione intereſſe, donec ſoluatur, ſit vſuratium, & hæres poſſit conueniri pendente tempore inuentarii pro concernentibus exonerationem conſcientiæ teſtatoris. deciſ. 144.

Exemplaris ſubſtitutio eſt nulla, quando fuit omiſſa ſubſtitutio ſuorum, iuxta formam præſcriptam *in l. humanitatis C. de impub.* deciſ. 802.

Exemplum vt ſit in forma probanti, quænam requirantur, & ex quibus fuerit indicatum informe. deciſ 472.

Exemplum vt ſit in forma probanti, quæ requirantur. Cenſus impoſitus per mulierem abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs eſt nullus. deciſ. 444.

Excepti ab Ordinariorũ iuriſdictione nequeunt ab ipſis Ordinarijs, vel eorum miniſtris excommunicari. Notarij, & Nuncij relationi creditur, vbi adeſt ſtylus. deciſ. 146.

Expenſæ taxantur, & fructus liquidantur, prout in deciſione. deciſ. 921.

Extrema in ſpolio ex quibus probentur. Confeſſio procuratoris in poſitionibus an, & quando noceat domino, & an poſſit per eum reuocari. Spolio agenti an obſtet proprius conſenſus. deciſ. 456.

Extremum primum, & ſecundum in Saluiano, ex quibus probetur. Sententia valida declaratur, reiectis pluribus nullitatibus oppoſitis. dec. 484.

Extremum primum in Saluiano ex quibus probetur. Emens ſcienter rem alienam, vti exiſtens in mala fide non iuuatur beneficio præſcriptionis decennalis. Iurium deperditorum tenor qualiter probari debeat. deciſ. 505.

Extremum primum in ſpolio probatur ex confeſſione partis, maximè ſi ſit geminata, contra quam non admittitur erroris probatio, niſi ſit concludentiſſima, deciſ. 200.

F

Facultas transferendi penſiones an comprehendat penſiones ante ipſam facultatẽ reſeruatas, & an conceſſa officiali ſit reſtringenda ad penſiones durante officio reſeruatas; & quando cenſeatur contemplata perſona: vel officium, & dignitas, & an tranſlatio penſionis exceſſiua ſuſtineatur in ſũma permiſſa. deciſ 12.

Familiaritas ad effectum reſeruationis, ex quibus, & quomodo probetur. deciſ. 117.

Familiaritas Cardinalis ad effectum conſequendi legatum relictum à Cardinale eius familiaribus, ex quibus cenſeatur plenè probata, & alia, de quibus in ſummario. deciſ. 593.

Familiaritas Cardinalis ad effectum reſeruationis ex quibus probetur. deciſ. 228.

Familiaritas Cardinalis quando cenſeatur plenè, & ſufficienter probata, etiam ad effectum reſeruationis. deciſ. 255.

Feudalis, vel allodialis an ſit aliqua res, quommodo probetur. deciſ. 276.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio fœminarum facta, deficientibus maſculis, non reſtricta ad certum tempus, ſed indeterminata, habet locum, quocunque tempore, & quocunque caſu maſculi deficiant; & quando non cenſeatur reſtricta ad certum tempus. deciſ. 689.

Fideicommiſſario agenti contra habentem cauſam ab hærede grauato, quibus probatis detur immiſſio, & an retardetur exceptione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ. deciſ. 494.

Fideicommiſſario non competit immiſſio ex teſtamento in bona, quæ teſtator filijs, vel nepotibus pro legitima reliquit. deciſ. 115.

Fideicommiſſarius ad impediendam hæredi immiſſionem, debet probare, bona fuiſſe in bonis fideicommittentium, & per eos poſſeſſa de tempore fideicommiſſi, & quando cenſeatur id minùs ſufficienter probatum. deciſ 621.

Fideicommiſſarius, qui cœpit poſſeſſionem etiam vacantem lite pendente, non eſt legitimus contradictor ad impediendam, immiſſionem hæredi ab inteſtato. deciſ. 431.

Fideicommiſſum conditionale ex quibus coniecturis tranſmittatur. deciſ. 568.

Fideicommiſſum diminutum per hæredem grauatum ex cauſa neceſſaria, vel vtili, non debet reſtitui ex bonis poſtea quæſitis, ſed diminutio cedit damno fideicommiſſarii. deciſ. 401.

Fideiuſſor eſt liberandus ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 157. etiam antequàm ſit condemnatus, quamuis diù non ſteterit in obligatione, vel pro illius indemnitate præſtandus eſt alius fideiuſſor. deciſ. 880.

Filia dotata à patre, cum promiſſione, quòd ſi ipſe, vel eius hæredes maiorem dotem alijs filiabus conſtituerint, augenda ſit ei dos ad paragium, non conſequetur augumentum promiſſum, ſi poſtea

ſtea maior dos alijs filiabus data fuerit per alterum ex hæredibus, expreſſo tamen nomine proprio, & de bonis proprijs; etiam quòd haberet mandatum à cohæredibus conſtituendi dotem ad ſummam ſibi benè viſam, & de bonis hæreditarijs, vbi non contraxit procuratorio nomine. dec. 696.

Filiis etiam naturalis ſuccedit matri non illuſtri ab inteſtato vna cum legitimis, & teſtamentum ex eius præteritione eſt nullum, etiam ſtante Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, & quid ſi adſit clauſula Codicillaris. Dominium rei hereditariæ acquiritur ex aditione, quod ſufficit ad inducendum conſortium ad effectum prælationis, etiam in minima parte. deciſ. 520.

Filia recipiens dotem ſibi à patre conſtitutam, cum prohibitione, quod nihil ampliùs, tàm de bonis paternis, quàm maternis prætendere poſſit, nequit dotem maternam petere. deciſ. 283.

Fideiuſſor eſt liberandus ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 157. etiam antequam ſit condemnatus, quamuis diù non ſteterit in obligatione, vel pro illius indemnitate præſtandus eſt alius fideiuſſor. deciſ. 880

Filiatio ad effectum ſucceſſionis ex quibus probetur. deciſ. 725.

Filiatio, & deſcendentia ad effectum ſucceſſionis, ex quibus probentur. dec. 260.

Filiatio ex quibus dicatur ſufficienter probata, quando non agitur principaliter, ſed ad effectum ſucceſſionis. deciſ. 155.

Filiatio, mors alicuius, & hereditatis aditio ex quibus probentur; & an poſt ceſſionem, actiones directæ remaneant apud cedentem; & quid in ceſſione omnium bonorum ad fauorem creditorum. deciſ. 235.

Filiatio probatur per teſtes deponentes de communi reputatione, & fama, vt quis tanquam proximior admittatur, ad præſentandum in iurepatronatus proximiori debito. deciſ. 835.

Filiatio quomodo probetur. deciſ. 147

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſtantibus coniecturis, quæ tamen debent eſſe concludentes, præſertim in tranſuerſalibus: & plures in hac deciſione reprobantur. deciſ. 395.

Filii poſiti in conditione cenſentur vocati ex ſtatuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 242. Si filius poſſideat bona, quorum acquiſitio ab eo facta non probetur, præſumitur habuiſſe à patre, ſi concurrat aliqua particularia demonſtratio. deciſ. 834.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ſtantibus coniecturis. deciſ. 897.

Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, niſi contrarium ſuadeant coniecturæ, quarum plures in hac deciſione minùs ſufficientes indicantur. deciſ 387.

Filij poſiti conditione quando cenſeantur vocati. Fideicommiſſarius grauari poteſt etiam in bonis ad ipſum ſpectantibus, & adiens hæreditatem abſque beneficio inuentarij tenetur ad legata etiam de proprio, & an iuuari poſſit inuentario per hæredem confecto. deciſ. 521.

Filij, qui non acceptant diſpoſitionem paternam cum clauſula *æquè, ac ſi facta non fuiſſet*, non poſſunt ex ea commodum reportare. deciſ. 680.

Filius ceſſionarius creditorum anteriorum patris an ſit præferendus creditoribus poſterioribus ipſius patris. deciſ. 57.

Filiusfamilias ad obligationes pro patre factas non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, etiam ſtante obligatione Camerali iurata; niſi expreſsè renunciauerit beneficio, *l.* 2. *C. quod cum eo*. deciſ. 281.

Filiusfamilias, an & quando, & de quibus bonis teſtari poſſit. Teſtamentum religionem ingreſſi an ſortiatur effectum ſtatim poſt emiſſam profeſſionem, vel ſit expectanda mors ipſius naturalis. Hæreditas delata monaco acquiritur, immediatè monaſterio. Mulier pro dote præfertur fiſco, cum quo maritus poſt dotis receptionem contraxit. deciſ. 639.

Filiusfamilias prohibitus à ſtatuto contrahere ſinè conſenſu patris, an ſit prohibitus pro patre ſe obligare. deciſ. 44.

Fœminæ an ſuccedant in feudo conceſſo pro ſe, & filiis maſculis, deſcendentibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque. deciſ. 206.

Fœminæ an veniant ſub verbis communibus, & quandò. deciſ. 454.

Fœminæ extantibus maſculis non admittuntur ad Emphyteuſim Eccleſiaſticam ſtipulatam pro ſe filiis maſculis, & fœminis, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum deciſ. 884.

Fœminæ non cenſentur vocatæ, etiamſi verba fideicommiſſi apta forent, illas comprehendere, quando in teſtamento habita fuit ratio conſeruandæ agnationis, & expreſſa qualitas maſculinitatis. dec. 272.

Fœminæ non comprehenduntur in ſubſtitutione facta de proximioribus, & deſcendentibus, quando apparet de voluntate teſtatoris illas excludendi. Et de nonnullis dictionibus repetitiuis, & relatiuis præcedentium qualitatum. deciſ. 748.

Frater ſubſtitutus primo loco nominatus nomine appellatiuo præfertur nepotibus ſub collectiuo nomine comprehenſis. deciſ 770.

Fratres teſtatoris vnà cum ſula proximis ſubſtituti an excludant filias eiuſdem teſtatoris comprehenſas ſub nomine appellatiuo proximorum. deciſ. 721.

Fructus ante litem motam reſtitui non debent iudicio manutentionis, ſed tamen peti poſſunt iudicio ordinario, licet ſummario ſaltem tanquam damna, & intereſſe. Poſſeſſor vt fructus ante litem motam perceptos reſtituere non teneatur, ſufficit abeſſe malam fidem. deciſ. 184

Fructus dotales debentur marito ſtante mora, ſoluendi ſibi dotem promiſſam, & ex eo ſolum, quòd onera matrimonij ſuſtinuit, & an cenſeantur remiſſi, ſi per decennium petiti non fuerint; & an teneatur gener expenſas à ſocero habitas cum fructibus dotis excomputare. deciſ. 159.

Fructus legitimæ, dotis, & ſtabilium quomodo, & ad quam ſummam taxentur. deciſ. 65.

Fructus quando veniant in iudicijs contra poſſeſſorem bonæ, vel malæ fidei. deciſ. 558.

Fructuum perceptio, & quantitas, quomodo probetur. deciſ. 173.

Fructuum quantitas an & quando cenſeatur probata. deciſ. 618.

Fundus dotalis, vel emphyteoticas an, & quando hypothecari poſſit. Ad bona hypothecata agi poteſt contra quemlibet poſſeſſorem inſolidum. Accollatio an inducat liberationem. Et alia, de quibus in Summario. deciſ. 749.

G

GRatis an præſumatur impetrata ad inſtantiam oratoris in ea nominati. Inualida ſunt ſponſalia inter conſanguineos in gradibus prohibitis contracta, quamuis ſub conditione futuræ diſpenſationis, & illa obtenta, requiritur nouus conſenſus expreſſus, vel ſaltem tacitus. decıſ. 203.

Gratia fundata in narratiue negligentiæ in aliquid implemendo non iuſtificatur quando implementum eſt facultatiuum, non neceſſarium. deciſ. 484.

Gratia ex quibus cenſeatur iuſtificata. deciſ. 496. & deciſ. 540.

Gratia eſt iuſtificanda in omnibus narratis, præſertim ſi fuit narrata reſeruatio, vel affectio, ſiue quòd beneficium ſit litigioſum. deciſ. 941.

Gratia iuſtificata, beneficium adiudicatur prouiſo de illo. deciſ. 931.

Gratia Papæ quando dicatur præuentiua, non autem vti de reſeruato. Simultaneam collationem habentes quando dicantur verè diſcordes in conferendo; & alia de quibus in ſummario. deciſ. 259.

Gratia poſterior à Sede Apoſtolica obtenta, non facta mentione anterioris Ordinarij, & abſque ſpeciali derogatione iuris quæſiti, tanquam ſubreptitia non ſuffragatur. deciſ. 421.

Gratia quoad narratiuam, quòd beneficium vacet per aſſecutionem alterius incompatibilis, an & quomodo debeat per impetrantem iuſtificari. deciſ. 175.

Gratia quoad narratiuam, quòd beneficium vacet per aſſecutionem alterius incompatibilis, necnon quoad valorem beneficiorum, ex quibus dicatur iuſtificata. deciſ. 121.

Gratia ſi non iuſtificatur quoad valorem, non poteſt executioni demandari. deciſ. 816.

Gratiæ Apoſtolicæ narratiuæ iuſtificatio tractatur. deciſ. 708.

Gratiæ iuſtificatio tractatur. deciſ. 613.

Gratiæ narratiua etiamſi in negatiua conſiſtat, debet probari ab eo, qui in ea ſe fundat. deciſ. 948.

Gratiæ *ſi neutri* iuſtificatio tractatur, & de narratiua conſuetudinis obtinendi duo beneficia incompatibilia in eadem Eccleſia, Valoris, & litis agitur. deciſ. 550.

Gratia *ſi neutri* quoad non ius alterius ex capite nullitatis concurſus ob non ſeruatam formam à Concilio Tridentino, & Conſtitutione Pij V. in parochialium prouiſione præſcriptam, quomodo iuſtificari debeat. deciſ. 264.

Gratioſè ſubrogato danda eſt immiſſio, iuſtificato prius ipſius clericatu, reſeruatione, & poſſeſſione defuncti, & quomodo hæc iuſtificentur. deciſ. 31.

Gratioſè ſubrogato datur immiſſio in poſſeſſionem defuncti, licèt concurrat ſola affectio: etiamſi ſubrogatio deſumpta ſit ex clauſulis generalibus ſupplicationis. Item beneficium quando dicatur affectum ex appoſitione manus Papæ, & ex prouiſione ſubreptitia ex falſa cauſa, vel aliàs nulla. deciſ. 36.

Gratioſè ſubrogato, quibus probatis, detur immiſſio. deciſ. 407.

H

HÆres cogi poteſt ad reſtitutionem proceſſuum à defuncto habitorum probata illorum receptione per apocham accomodationis illius manu ſubſcriptam, etiamſi in inuentario deſcripti non ſint, ſi ad eius confectionem citatus non fuit notarius, qui proceſſus accommodauit; ac etiam ſi apocha accommodationis non fuerit recognita, ſi de recognitione non fuit oppoſitum: deciſ. 750.

Hæres, cui à teſtatore electio puellæ dotandæ commiſſa eſt, ſufficit, quòd non eligat indignam, & quod in eligendo poteſtate ſibi tradita non abutatur: & quæ dicatur puella digna ad hunc effectum. deciſ. 129.

Hæres grauatus poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta, tàm ex cauſa æris alieni fideicommittentis, quàm ex cauſa præſtationis legatorum ab ipſo relictorum. deciſ. 920.

Hæres tenetur ad erectionem cappellaniæ à teſtatore ordinatę, licèt bona pro illius dote per eundem teſtatorem relicta ad ipſum hæredem ſpectarent. deciſ. 395.

Hæres tenetur ad erectionem Cappellaniæ à teſtatore ordinatæ, licet bona pro illius dote per eundem teſtatorem relicta ad ipſum hæredem ſpectarent. deciſ. 395.

Hæredi ſcripto quando ſit danda immiſſio in bonis teſtatoris. deciſ. 201.

Hæreditas ad filios pertinens quando cenſeatur per patrem adita. deciſ. 523.

Hæreditas ex quibus adita cenſeatur. dec. 207.

Hypothecæ ius quando tolli poſſit per debitorem; & quando creditor in re empta ex proprijs pecunijs præfertatur creditoribus anterioribus. deciſ. 62

I

IDentitas domus probatur ex aſſertione teſtatoris in teſtamento, à quo hæres cauſam habet. dec. 817.

Illegitimi an, & quando ſint capaces penſionis, & quid, ſi fuerint infantes, an in reſeruatione ſit neceſſaria expreſſio infantilis ætatis. deciſ. 53.

Immemorabilis an, & quando cenſeatur legitimè probata. deciſ. 673.

Immemorabilis non probatur ex enunciatiuis emanatis à parte intereſſata, & vt ſuffragetur, debet probari in indiuiduo in caſu, de quo quæritur. Ad probandam familiaritatem Cardinalis quæ requiruntur. deciſ. 570.

Immemorabilis præſcriptio ſemel completa non interrumpitur: & quinam actus requirantur ad illam interrumpendam. deciſ. 739.

Immiſſio, ac poſſeſſio capta vigore inſtitutionis factæ à Prælato, pendente lite ſuper eius prouiſione, nullæ ſunt, & attentatæ. deciſ. 642.

Immiſſio conceſſa fideicommiſſario, non factis prius detractionibus in ſententia reſeruatis, & vigore laudi erronei, & iniuſti, dicitur ſpoliatiua. Calculus ex quibus deprehendatur erroneus, & nullus. deciſ. 165.

Immiſſio denegatur fideicommiſſario, quando de bonis fideicommiſſi faciendæ ſunt detractiones incertæ rationè quotæ. deciſ. 946.

Immiſſio denegatur prouiſo Apoſtolico, ſi reperiatur in poſſeſſione alter prouiſus Apoſtolicus, & agendum eſt iudicio ordinario. deciſ. 842.

Immiſſio ex remedio. *Quorum bonorum*, datur filijs ad bona per matrem de tempore obitus poſſeſſa, vel etiam detenta, necnon eorum ceſſionarijs: nec impeditur exceptionibus altiorem indaginem requirentibus. Poſſeſſio vacans capta lite pendente, tanquam attẽtata reuocatur officio Iudicis. dec. 386.

Im-

Index Argumentorum.

Immiſſio hæredi non impeditur per fideicommiſſarium, qui non docet incontinenti, & concludenter de iure ſuo; & quando fideicommiſſarius dicatur incontinenti ius ſuum probare. deciſ. 544.

Immiſſio hæredi ab inteſtato non impeditur per fideicommiſſarium, qui non probat, bona fuiſſe teſtatoris. Hæredum appellatione an veniant extranei, vel deſcendentes tantùm, & an veniant tam fœminæ, quàm maſculi. deciſ. 596.

Immiſſio hæredi ſcripto ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* non retardatur per exceptiones altiorem indaginem requirentes, & plura alia circa hanc materiam, de quibus in ſummario. deciſ. 211.

Immiſſio impediri non poteſt à poſſeſſore habente ſcientiam litis præcedentis, & titulum voluntarium. deciſ. 917.

Immiſſo in poſſeſſionem ex primo decreto ex ſola detentatione competit manutentio Iudicis officio, quæ datur etiam detentori, & prædoni, ac iniuſto poſſeſſori. deciſ. 194.

Immiſſio in Saluiano interdicto non denegatur, quando ſunt probata extrema ſcilicet creditum cum hypotheca, & poſſeſſio debitoris de tempore obligationis vel poſt. deciſ. 825.

Immiſſio in Saluiano non poteſt concedi contra poſſeſſores habentes hypothecam anteriorem. deciſ. 858.

Immiſſio non eſt concedenda prouiſo, qui ſuam gratiam non iuſtificauit, & quibus caſibus gratia habita fuerit pro non iuſtificata. deciſ. 162.

Immiſſio non retardatur in Saluiano ſtante Ægidiana, niſi conſtet de notorio grauamine. deciſ. 785.

Immiſſio petita in vim ſubſtitutionis factæ in defectum alicuius denegatur, non probata deficientia, & euentu conditionis. deciſ. 781.

Immiſſio vigore Saluiani datur, conſtito de credito cum hypotheca, & probatis extremis neceſſarijs. deciſ. 728.

Immobilium appellatione veniunt loca montium, & cenſus, & ideo ſuper ijs datur interdictum, *Quorum bonorum*, in quo veniunt fructus, prout in petitione hæreditatis. deciſ. 474.

Impetrans beneficium tanquam retentum per duos menſes poſt adeptionem ſecundi incompatibilis, tenetur narratiuam plenè, & concludenter iuſtificare. Beneficium quando dicatur tenue: deciſ. 248.

Incolatus ex quibus contrahatur. deciſ. 244.

Incolatus vt probetur, quænam ſint neceſſaria, & an, & quando cenſeatur per teſtes concludentes, & certitudinaliter probatus. deciſ. 599.

Indebiti conditione non repetitur, quod ſolutum eſt auctoritate rei iudicatæ, niſi interuenerit dolus actoris, vel exceptio, per quam appareat, indebitum non potuiſſe examinari in primo iudicio, deciſ. 26.

Indulta Apoſtolica habent executionem paratam, & quando ſunt iuri communi conformia, non indigent iuſtificatione; & an per ea cenſeatur derogatum pactis, vel conſuetudini immemorabili; & an conſuetudo probari poſſit per ſcripturas. deciſ. 435.

Infirmitas expreſſa in coadiutoria quomodo ſit intelligenda, & qualiter probari debeat. deciſ. 548.

Infirmitas, quæ debet eſſe perpetua, vt quis propter eam eximatur ab onere deſeruiendi in Choro, probatur per teſtes de auditu, quia aliter probari non poteſt. deciſ. 778.

Inhibitio non cauſat attentata, ſi cauſa fuit commiſſa cum clauſula *ita tamen quod non afficiat, quatenus actum ſit vigore obligationis Cameralis, vel alterius proceſſus executiui*. deciſ. 879.

Inhibitio Rotalis licet minùs legitima cauſat attentata, & ideo ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt. deciſ. 652.

Inhibitio ſpecialis non conceditur ei, qui non poſſidet, & qui nihil tenetur reſtituere. deciſ. 83.

Inſinuatio non requiritur in donatione facta ex cauſa ingreſſus Religionis. deciſ. 461.

Inſinuatio non requiritur in tranſactione, prout neque in remiſſione crediti illiquidi, vel difficilis exactionis, neque in remiſſione geminata. Donatio vti contractus perfectus, & nominatus reuocari non poteſt ex capite pœnitentiæ ob implementum non ſecutum etiam pendente conditione. Mora incurſa ex quibus cenſeatur remiſſa. deciſ. 640.

Inſtitor rationis bancariæ contrahens omnibus in ea participantibus æqualiter acquirit. Liber rationum ſocietatis plenè probat inter ſocios, & partitæ in eo deſcriptę vti erroneæ diſtornari non poſſunt ab vno ex ſocijs, ſinè conſenſu aliorum, vel non docto de errore. deciſ. 85.

Inſtitutio ad parochialem iuriſpatronatus facta pendente termino ad appellandum eſt attentata; maximè quando ſententia continet miſturam poſſeſſorij, & petitorij, deciſ. 625.

Inſtitutio debetur præſentato à maiori parte patronorum, vel etiam à medietate, ſi ſit vnus ex compatronis, & magis qualificatus. Præſentatio quando cenſeatur à quolibet ex præſentantibus facta pro virili. deciſ. 633.

Inſtitutio, & prælatio debetur habenti qualitates in fundatione requiſitas, & ſufficit ſola oppoſitio abſque præſentatione, & ex quibus probetur deſcendentia. deciſ. 737.

Inſtitutio, ſeù denegatio inſtitutionis facta abſque cauſæ cognitione, an habeat vim ſententiæ diffinitiuæ. deciſ. 35.

Inſtrumento non eſt adhibenda fides, quando deficiunt requiſita *per Gloſ. in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. deciſ. 672.

Inſtrumentum an, & quando ſit in forma probanti. deciſ. 743.

Inſtrumentum, carens requiſitis *per gloſ. in l. generali, C. de Tab. lib.* 10. fidem non facit. deciſ. 666.

Inſtrumentum captæ poſſeſſionis probat ad effectum manutentionis, licet aliquis ex teſtibus in eo deſcriptis contra illud deponat. Immiſſio ex remedio, *Quorum bonorum*, hæredi ab inteſtato non impeditur per fideicommiſſarium non poſſidentem, vel vitioſè poſſidentem, nequè retardatur exceptionibus altiorem indaginem requirentibus. deciſ. 738.

Inſtrumenta de partibus cum obligatione Camerali produci debent in Curia, parte citata ad dicendum contra, & productio deſcribi in Broliardo; aliàs mandatum nulliter relaxaretur; & de nullitate ex defectu decreti, niſi infra tres, & mandati procuræ. deciſ. 683.

Inſtrumentum fuiſſe celebratum, probatur per teſtes, & abbreuiatura, ſiue matrix ex Iudicis decreto debet in publicam formam redigi. deciſ. 932.

Inſtrumentum procuræ ſinè loco loci non dicitur in forma probanti; ſi tamen producantur duo mandata, alterum cum loco loci, & alterum, quod illo careat, attendendum eſt mandatum continens locum loci. deciſ. 265.

In-

Digitized by Google

Interdictom *Quorum bonorum* non impeditur ex titulo dioiſionis, pront nec petitio hereditatis, ad cuius inſtar inuentum fuit, & competit contra titulo poſſidentem, ſi mala fide acquiſiuit deciſ. 772. vbi ita corrige.

Interrogatus, an velit vti ſcripturis pro veris, & legalibus, ſufficit, ſi reſpondeat, ſe velle vti, donec contrarium probetur, ceſſante falſitatis ſuſpicione. Libri mercatorum quando cenſeantur carere falſitatis ſuſpicione. deciſ. 532.

Inueſtiturae, & renouationes factae in Ciuitate, & diſtrictu Ceſenę poſt indultum Pij IV. non ſuſtinentur in maiori ſumma, quàm de iure communi ſit taxata. deciſ. 831.

Iudicum aſſertioni, & atteſtationi non in forma depoſitionis teſtium receptae credendum non eſt. Et an valeat, & quomodo; probetur contraria conſuetudo; reliqua videas in Summario. deciſ. 3.

Iudicium vniuerſale quando faciat ſilere particulare, & quando dicatur motum iudicium vniuerſale, & quando particulare. Immiſſio an competat ex relicto conditionali, non probata conditionis purificatione: & an retardetur exceptione de iure tertij, & an competat ex teſtamento impugnato. dec. 257.

Iura extracta non ſeruata forma compulſorialium, & originali non recognito, vel ex alio tranſumpto, non probant. deciſ. 290.

Iuriſpatronatus materiam reſpicientia multa explicantur, de qualitatibus à fundatore appoſitis, & obiter declaratur an & quando qualitas in praecedentibus appoſita cenſeatur in ſubſequentibus repetita, & è contra. deciſ. 21.

Iuriſpatronatus priuatorum ad probationem quaenam ſufficiant. deciſ. 552.

Iuriſpatronatus titulus non probatur, niſi conſtet de fundatione, vel dotatione, quae non reſultant ex ſola teſtatoris aſſertione. Nec conſtituitur dos ex legato ſimplicis adminiſtrationis bonorum, quia requiritur dominij tranſlatio in perpetuum. deciſ. 1.

Iuſpatronatus debitum certo generi perſonarum conferri debet praeſentato in tempore à patronis, & dicitur de comprehenſis, ſi aliquis ex ſua linea fuit admiſſus. Ciuis quis dicitur ratione originis, & aliquis ratione domicilij. deciſ. 804.

Iuſpatronatus ex quadragenaria, & fama quando dicatur minùs ſufficienter probatum. deciſ. 338.

Iuſpatronatus in antiquis ex quibus probetur, & ex quibus probetur illius effectuatio, quod tempus dicatur antiquum, vt ſufficiat ad hunc effectum, & quae probatio requiratur in materia antiqua. deciſ. 311.

Iuſpatronatus in antiquis ex quibus cenſeatur ſufficienter probatum, etiam quando agitur contra prouiſum Apoſtolicum vti de reſeruato. deciſ. 172.

Iuſpatronatus inter priuatos probatur ex enunciatiuis ſupra 100. annos, & adminiculis, de quibus in deciſione. deciſ. 919.

Iuſpatronatus laicale perueniens ad perſonam Eccleſiaſticam efficitur Eccleſiaſticum, & conſequenter cadit ſub regula reſeruatoria menſium. deciſ. 103.

Iuſpatronatus probatur ex publico inſtrumento fundationis, & dotationis; & quomodo probetur Eccleſiae patronatae conſtructio; & an in reſeruatione iuriſpatronatus ſufficiat ſolus Vicarij aſſenſus, & an iuſpatronatus cadat ſub reſeruatione regulae de menſibus. deciſ. 702.

Iuſpatronatus probatur ex quaſi poſſeſſione immemorabili probata per continuatas praeſentationes effectum ſortitas; & quodnam tempus ſufficiat ad hoc, vt immemorabilis probata dicatur. deciſ. 142.

Iuſpatronatus quando cenſeatur probatum ex centenaria, & per famam, ex enunciatiuis, antiquis, & teſtibus cum quadragenaria: & per ſententiam Ordinarij illius declaratoriam. deciſ. 178.

Iuſpatronatùs quando praeſumatur potius gentilitium, & familiare, quàm haereditarium. deciſ. 183.

Iuſpatronatus relictum omnibus ſuis ſucceſſoribus, cenſetur hęreditarium, & defertur in ſtirpes, non autem in capita; inducta praeſertim obſeruantia praeſentandi in ſtirpes, pro qua ſufficit vna praeſentatio, licèt remota à fundatione, quando de contrario non docetur. deciſ. 647.

Iuſpatronatus relictum omnibus ſuis ſucceſſoribus, ex proprio genere deſcendentibus, cenſetur haereditarium, & defertur in ſtirpes, non autem in capita; inducta praeſertim obſeruantia, pro qua ſufficit vnica praeſentatio, licèt remota à fundatione, quando de contrario non docetur. deciſ. 679.

Ius retractus competit emptori cum pacto redimendi; & plura in materia ſtatuti Bononien. *ſub rub. de reb. communib. §. & idem dicimus.* deciſ. 677.

Ius retractus tranſit in ceſſionarium, & haeredem, qui etiam pro parte hęres poteſt integram rem retrahere. deciſ. 937.

L

Laudum non ſeruata forma compromiſſi eſt nullum. Item an & quando dicatur diuiduum, vel indiuiduum, adeo quod pro parte valere poſſit, & pro parte non. Item arbitrorum aſſertioni an, & quando ſit ſtandum, & alia plura laudi nullitatem, & illius executionem reſpicientia, de quibus in ſummario. deciſ. 14.

Laudi nullitatem inducentia plura explicantur; Item an &, quando arbitri aſſertioni credendum ſit. deciſ. 29.

Legatario via executiua non competit, maximè vbi cępit agere via ordinaria. Appellatio an, & quando detur in cauſa alimentorum. deciſ. 108.

Legatum annuum quando ſit purum, ſiue conditionale, ex quibus cognoſcatur plenè deducitur. deciſ. 847.

Legatum annuum reſtrictum ad certam quantitatem, ſi non ſufficiant fructus, debetur ex bonis teſtatoris relinquentis. deciſ. 73.

Legatum conditionale ante euentum conditionis non debetur. deciſ. 705.

Legatum ſcutorum mille factum ad fauorem impoſituris cenſus, ſoluendum, & defalcandum ex credito ipſius cenſus, intelligitur de fructibus, non autem de pretio, & vera ſorte; etiam ſi fructus de eo tempore non aſcenderent ad ſummam legatam. deciſ. 580.

Legitima ſemel ſoluta pro filio ex cauſa confiſcationis in ſtatu Eccleſiaſtico, amplius non debetur ex eodem patrimonio. deciſ. 922.

L. faemina §. illud C. de ſecund. nupt. poena an, & quando habeat locum, & quae requirantur, vt cenſeatur à filijs remiſſa parentibus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus. deciſ. 82.

Liber Capituli an & quando probet. deciſ. 539.

Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium.

tium. Quaſi poſſeſſio exigendi ex quibus acquiratur. deciſ. 119.

Liber rationis probat contra ſcribentem, & mandantem illum ſcribi, nec non contra eius hæredes, & ſucceſſores. Liber mercatoris an, & quando probet ad eius fauorem. deciſ. 344.

Libros rationis bancariæ mercatores exhibere tenentur ſocijs, cum quibus rationem communem habent. deciſ. 345.

Liquidationis effectuum bancariæ rationis, & expenſarum in eis factarum materia tractatur. deciſ. 465.

Liquidationis fructuum in materia attenditur ſolitum. deciſ. 777.

Liquidationis in materia ſufficiunt probationes leuiores, & à conſuetis: necnon teſtes ſingulares, & concurrentibus coniecturis deferri poteſt iuramentum in ſupplementum plenæ probationis. dec. 722.

Literæ reſeruationis penſionis habent executiuam paratam, præſertim ſtante obligatione Camerali, nec ſunt iuſtificandæ, quando agitur contra illum, qui reſeruationi conſenſit. deciſ. 383.

Literarum Apoſtolicarum iuſtificatio probatur ex decreto executoris, in quo pronunciat, ſibi conſtitiſſe, omnia in eis contenta fuiſſe iuſtificata: & alia plura in materia regulæ *de triennali*. deciſ. 622.

Lucrum dotale debitum vigore Statuti Vrbis non dicitur debitum neceſſarium, ſed voluntarium, & ideo non eſt compenſandum cum legato per coniugem facto, ſed vtrumque debetur: deciſ. 291.

M

MAndatum executiuum relaxatur contra obligatum ex publico inſtrumento in forma Cameræ Apoſtolicæ. decis. 807.

Mandatum relaxari non debet, etiam in vim Cameralis obligationis, ſi creditum non eſt liquidum, & perſonæ non ſunt legitimatæ. deciſ. 98.

Manutentio à prædeceſſore Prælato nulliter obtenta non iuuat ſucceſſorem. deciſ. 152.

Manutentio conceditur ad ſtatum, in quo quis reperitur de tempore motæ litis, abſque vlla cautione, ad quam poſſeſſor, vel detentor non eſt cogendus abſque noua, & ſubſiſtente cauſa ſuperueniente, deciſ. 904.

Manutentio danda eſt habenti poſſeſſionem anteriorem & ex quibus poſſeſſio probatur anterior poſſeſſione aduerſarii eadem die capta. deciſ 32.

Manutentio datur docto de poſſeſſione beneficij capta per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, & ex inſtrumentis locationum, cum perceptione fructuum, etiam contra tertium non docentem, ſe tunc poſſediſſe. Item datur in beneficialibus, etiam non docto de titulo, & an illam impediat defectus publicationis reſignationis. deciſ. 263.

Manutentio datur docto de poſſeſſione inſtrumentali anteriore etiam per horam. Poſſeſſio Canonicatus capta vigore mandati per Coadiutorem traditi, ante obitum coadiuti, an ſit valida: & quid ſi huiuſmodi poſſeſſio non fuerit Capitularis, & capta die feſtiuo, & cum rogitu notarij Ducalis. deciſ. 688.

Manutentio datur eiecto à poſſeſſione per executorem Literarum Apoſtolicarum, qui nulliter, & attentendo proceſſit, non obſtante clauſula, *ſinè præiudicio executionis Literarum Apoſtolicarum*, maximè quando iudex eſt datus cum facultate manutenendi. deciſ. 185.

Manutentio datur eiecto à poſſeſſione per ſententiã iniuſtam, ſi non habuit ſe pro ſpoliato. Poſſeſſio iure familiaritatis non ſuffragatur ad obtinendum in ſpolio. Melioramenta vbi ſunt probata in genere, non datur reintegratio, niſi priùs illis refectis, nec eſt locus cautioni. deciſ. 169.

Manutentio datur etiam aduerſus rem iudicatam reſtitutione in integrum pendente. deciſ. 823.

Manutentio datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione alicuius iuris, quam probat ex actibus antea factis; item datur etiam ſine titulo poſſeſſori agenti contra priuatum, ſecus contra ſuperiorem. deciſ. 131.

Manutentio datur habenti poſſeſſionem anteriorem. deciſ. 887.

Manutentio datur habenti poſſeſſionem, quæ probatur ex ſolutionibus penſionum, & fructuum cenſuum ab inquilinis, & cenſuarijs reſpectiuè receptis, etiam contra tertium, maximè concurrente locatione. deciſ. 60

Manutentio datur heredi ab inteſtato, probata poſſeſſione per inſtrumentum adeptionis illius tunc vacantis, contra quod nihil faciunt ſimplices fides, nec eſt neceſſaria expulſio colonorum, ſed ſufficit illorum recognitio. deciſ. 732.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione aduerſarij petentis immitti, vel eam ſibi relaxari. Item datur aduerſus factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, & quando dicatur nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe. deciſ. 393.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione partis petentis aduerſarium amoueri, non obſtante poſteriori alterius poſſeſſione capta infra decendium: & an impediatur exceptione excommunicationis, & irregularitatis. deciſ. 306.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione partis petentis illam ſibi relaxari in vim Saluiani. Item datur anteriori poſſeſſori, non obſtante poſteriori poſſeſſione nulliter capta, ſi anterior ſe pro ſpoliato non habuit. deciſ. 342.

Manutentio datur in beneficialibus probata poſſeſſione, abſque productione alicuius tituli, & non obſtante alterius poſſeſſione capta, pendente appellatione à ſententia executoris mixti. deciſ. 491.

Manutentio datur in quaſi poſſeſſione exigendi etiam poſt decennium, quando conſtat de animo poſſidendi, & an impediatur exceptione rei iudicatæ; & alia plura in eadem materia, de quibus in ſummario. deciſ. 604.

Manutentio datur hæredi etiam abſque noua apprehenſione, ſi iudicium ſuper manutentione fuit ab auctore inchoatum. deciſ. 935.

Manutentio datur marito, ſoluto matrimonio, in bonis dotalibus per eum poſſeſſis in vita vxoris: maximè ſtante clauſula, Conſtituti, quæ poſt mortem conſtituentis durat in conſtitutarium. & an cenſeatur depoſitus animus poſſidendi ex conſtitutione procuratoris ad capiendam poſſeſſionem. deciſ. 623.

Manutentio in iuriſdictione conceditur, probata quaſi poſſeſſione illius exercitij, etiam per teſtes ſingulares. deciſ. 219.

Manutentio non conceditur præſentato à patrono habenti contra ſe vſurpationis præſumptionem nititur ſola quaſi poſſeſſione præſentandi. deciſ. 139.

Manutentio non conceditur, quando poſſeſſio eſt turbida, ſed apponitur ſequeſtrum. Poſſeſſio prouiſi à Papa, capta non citato prouiſo ab Ordinario de-

beneficio reſeruato, & poſſeſſore, non eſt manutenibilis, quando reſeruatio non eſt notoria, & iuſtificata. deciſ. 527.

Manutentio non datur contra immiſſum ex ſententia Iudicis ſed agendum eſt via ordinaria ad illius reuocationē, quando ſententia non eſt iniuſta & quomodo debet conſtare de iniuſtitia ſententiæ ad hunc effectum. deciſ. 158.

Manutentio non datur immiſſo à Iudice nulliter, & attentatè. Poſſeſſio vigore conſtituti quando ſit manutenibilis. deciſ. 220.

Manutentio non datur miſſo in poſſeſſionem bonorum ſubhaſtatorum, quando in ſubhaſtatione poſſeſſores citati non fuerunt. deciſ. 614.

Manutentio non datur, niſi poſſeſſori, ſeu quaſi tempore motæ litis, & an ex ſola iuris aſſiſtentia conceſſa datur. deciſ. 451.

Manutentio non denegatur poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato à iudice iniuſtè procedente. deciſ. 908.

Manutentio non impeditur ex decreto irritanti, non iuſtificata conſtitutione, in qua eſt poſitum. deciſ. 659.

Manutentio priuatiuè quoad omnes datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione retinendi ſcapham in flumine per longum tempus, & alijs prohibendi, quoties caſus euenit; cum acquieſcentia ſubſecuta, etiam non docto de titulo, quando non agitur contra ſuperiorem, ſed contra priuatos. deciſ. 222.

Manutentionis in iudicio ſufficit teſtis vnicus, & ſemiplena probatio; nec in eo quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis: nec admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium, nec exceptiones dominij, aut defectus proprietatis, aut aliæ reſpicientes petitorium. deciſ. 360.

Marito inſtituto ab vxore in vſufructu in bonis dotalibus, ſoluto matrimonio, competit manutentio in bonis ſtabilibus, & interdictum *Vtrobi* in bonis mobilibus, probata anteriori poſſeſſione, vel detentione, etiam per vnicum teſtem, non obſtante poſteriori poſſeſſione capta, ipſo non citato. deciſ. 609.

Matrimonij ſuper validitate, vel inualiditate lite pendente, mulier ſequeſtranda eſt apud honeſtam matronam, vel in aliquo Monaſterio, donec diſcutiatur cauſa. deciſ. 186.

Matrimonium an probetur contractum de præſenti ex verbo, *Volo*, iuncto cum infinitiuo; & quinam teſtes ſufficiant ad illud probandum. deciſ. 713.

Matrimonium, & filiatio legitima ex quibus probentur. deciſ. 530.

Matrimonium, & ſponſalia ex quibus probentur. deciſ. 192.

Matrimonium idem contractum vt dirimatur, ex quo alter coniugum ſit à dæmonibus obſeſſus, probari debet obſeſſio de tempore contracti matrimonij, vel ante; & quæ requirantur, vt ob maleficium diſſoluatur ſubſequens matrimonium. deciſ. 763.

Matrimonium metu contractum eſt nullum, & quando dicatur metu contractum. deciſ. 213.

Matrimonium probatur per duos teſtes, etiamſi alter ſit mulier, quando interfuerunt contractui. deciſ. 893.

Matrimonium, quando agitur de illius fœdere, & per mulierem negatur, fuiſſe contractum, an probetur per teſtes deponentes per parietem intermedium. Denunciationes an ſint de ſubſtantia matrimonij. deciſ 634.

Matrimonium quando, & in quibus caſibus dicatur metu contractum. deciſ. 86.

Mercator contrahens vti Romæ negotians, quando cenſeatur contrahere voluiſſe nomine ſociali, & ad propriam, ac ſimul ſociorum, & participantium vtilitatem. deciſ. 113.

Mercatores ex conſtitutione Pij V. habent ſecundum locum, & præferuntur ceteris creditoribus, etiam hypothecarijs, & anterioribus, pro veſtiarijs ex eorum fundaco habitis à Prælatis decedentibus in Romana Curia pro ipſorum perſonis, non autem pro veſtiarijs familiæ: & appellatione Prælatorum veniunt Abbates etiam commendatarij. deciſ. 610.

Mercatores pro veſtiarijs receptis ex eorum fundaco à Prælatis in Romana Curia decedentibus pro ipſorum perſonis Motu proprio Pij V. præferuntur ceteris creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecarijs; exceptis creditoribus pro cibarijs, & victu, inter quos non comprehenduntur Aromatarii, quibus tamen ſi ſatisfactum fuerit, non tenentur reſtituere creditoribus in dicto Motu proprio priuilegiatis, licèt promiſerint cum iuramento reſtituere prioribus, & potioribus. deciſ. 715.

Metus filiæ matrimonium contrahenti per patrem illatus qualiter probari debeat, ad effectum annullandi matrimonium. deciſ. 628.

Minor enormiſſimè læſus reſtituitur aduerſùs obligationem pro patre celebratam, non obſtantibus renunciatione, & iuramento, & quando dicatur enormiſſimè læſus. Item quid requiratur, vt forenſis in Vrbe contrahens ligetur Statutis Vrbis quoad contractus. decil 75.

Minor enormiſſimè læſus reſtituitur aduerſus obligationes pro patre factas, etiam ſi à ſtatuto ad contrahendum ſit habilitatus. deciſ. 230.

Minor fideiubens, ſi eſt enormiſſimè læſus, non obſtantibus renunciationibus & iuramento, reſtituitur, & enormiſſimè læſus dicitur, quando pro ingenti ſumma ſe obligauit, & releuationem ſperare non poteſt. deciſ. 116.

Minor poteſt agere contra hæredes tutoris pro recuperatione bonorum ab eo alienatorum, necnon ad reſtituendum bona in inuentario tutelari deſcripta. deciſ. 557.

Minor, qui rem nulliter alienauit, non tamen ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria, agens ad recuperationem rei alienatæ, tenetur reſtituere pretium, etiam non probata verſione in eius vtilitatem, & quando emptor fuit in bona fide, non tenetur ad fructus, niſi à die motæ litis. deciſ. 714.

Minor reſtituitur aduerſùs obligationes vnà cum patre ad extraneorum fauorem factas, ſtante enormiſſima læſione. deciſ. 308.

Minor vendicans rem nulliter alienatam non tenetur pretium reſtituere, niſi probetur effectus locupletior, quod probandi onus incumbit emptori. deciſ. 814.

Molendinarius, qui ſe obligauit, vti molendino accuratè, & cum omni diligentia tanquam diligens paterfamiliàs, ex quibus excuſetur à culpa, & negligentia, vbi molendinum vi fluminis obrutum fuit. deciſ. 665.

Moniales Sanctæ Claræ, quarum annui redditus non excedunt valorem 25. ducatorum auri de Camera pro qualibet Moniali, exemptæ ſunt à decimis ex ſpeciali priuilegio Gregorij XIII. & quomodo probe-

betur non exceſſus taljum redditaum: & an huiuſmodi priuilegium amittatur per non vſum, vel contrarium vſum. deciſ. 704.

Monaci montis Virginis, licet antiquiores origine Oliuetanis, tamen in Terra Ayrolæ, vbi non habent Collegium non præcedunt. deciſ. 795.

Monetarum valor vbi eſt mutatus in bonitate intrinſeca, ſolutio creditori fieri debet de antiqua moneta, vel de noua ſecundùm valorem antiquæ. deciſ. 790.

Montis erectio facta per hæredem grauatum ſuper bonis fideicommiſſarijs ſuſtinetur, quando fuit vtilis fideicommiſſo: nec eſt ponenda ad debitum hæreditatis ipſius grauati; & quando cenſeatur vtilis fideicommiſſo. deciſ. 637.

Mulier agens ad dotis reſtitutionem præſumitur ſatisfacta, ſi tutelam filiorum adminiſtrauerit, & tot bona ad eius manus peruenerint, ex quibus potuerit ſibi ſatisfieri. deciſ. 914.

Mulier, pendente cauſa ſeparationis thori, ſequeſtrari poteſt penès honeſtam matronam, vel in aliquo Monaſterio Iudicis arbitrio. deciſ. 684.

Mulier poteſt ſe ipſam dotare, & ſtatutum generaliter loquens non comprehendit caſum dotis in eo, in quo eſt ſpecialiter priuilegiata deciſ. 873.

Mulieris renunciatio de bonis paternis, & maternis cum iuramento, & ſolemnitatibus propter dotem receptam, valet ad fauorem patris, & fratris, ſine patris conſenſus, ſiue matris interueniat. dec. 894.

N

NObilitas ex quibus probetur. deciſ. 358.

Nobilitatis probatio generica quando ſufficit, & quando requiratur ſpecifica; & ex quibus probetur nobilitas. Item an ex nobilitate, vel ignobilitate vnius fratris arguatur nobilitas, vel ignobilitas alterius fratris. deciſ. 42.

Notarius actuarius tenetur conſeruare iura, quæ per eius acta producta ſunt, aliàs condemnatur ad intereſſe. deciſ. 808.

Notarius etiam ſucceſſor in officio tenetur ad exhibitionem proceſſuum, ſiue ſint originalia, ſiue regiſtra, conſtito de illorum exiſtentia penes ipſum, & de intereſſe partis petentis. deciſ. 692.

Notarij verba enunciatiua. *Teſtis iuratus*, an, & quando probent, iuramentum teſti delatum fuiſſe. deciſ. 148.

Notitia obitus alicuius, qui diſtet per triginta milliaris, eſt veriſimilis, quod vna die haberi potuerit. deciſ. 860.

Nullitates plures contra ſententiam oppoſitæ tolluntur deciſ. 337. 368. & 727.

Numeratio pretij ad validitatem cenſus requiſita interueniſſe probatur ex inſtrumento cenſus, in quo notarius atteſtatur, pecuniam fuiſſe numeratam; nec ad probandum contrarium ſufficit declaratio perſonæ deputatæ ad emendum cenſum. Quæ ſunt incontinenti, an, & quando dicantur ineſſe contractui. deciſ. 518.

O

OBitus in menſe Apoſtolico ad effectum iuſtificationis gratiæ plenè, & concludenter probandus eſt, & talem probationem præſtat partita libri Parochi. deciſ. 11.

Obitus in menſe reſeruato, ad effectum reſeruationis, dato concurſu alterius prouiſionis, eſt plenè, & concludenter probandus: & ex quibus non cenſeatur ſufficienter probatus. deciſ. 600.

Obitus in menſe reſeruato probatur ex confeſſione partis etiam extraiudiciali concurrentibus alijs adminiculis. deciſ. 803.

Obligationis Cameralis executio retardatur, ſi de falſa cauſa, vel errore calculi ex ipſo inſtrumento, vel aliter incontinenti conſtiterit. deciſ. 336.

Obligatio Cameralis non habet locum, niſi expreſsè legatur in inſtrumento, & ſufficit, rem eſſe dubiam an intret, nec habet locum, quando priùs actum fuit via ordinaria. deciſ. 561.

Obligationis Cameralis executio an impediatur exceptione falſitatis: de qua non conſtat, niſi per ſententiam latam in contumaciam. Iuramentum an, & quando ſuppleat defectum inſinuationis. Item res quando dicatur litigioſa, ad effectum, vt cedi non poſſit. deciſ. 76.

Obligatio corruit ob falſitatem cauſæ finalis, & quæ cauſa dicatur finalis. deciſ. 377.

Obligatio erronea, & ex falſa cauſa corruit ex defectu conſenſus, & quando dicatur erronea, & ex falſa cauſa. deciſ. 282.

Obligatio mulieris, in qua Iudicis decretum ex falſa cauſa interpoſitum fuit, eſt nulla, nec validatur iuramento: & ex quibus falſitas cauſæ deprehendatur. deciſ. 361.

Oeconomus tenetur ad ſolutionem penſionis pro tempore, quo Eccleſiam adminiſtrauit: deciſ. 669.

Officia Romanæ Curiæ an ſint reſignabilia cum beneplacito Sanctiſſimi, & an poſſint alienari ab officialibus Societatum abſque ſolemnitatibus. Vſusfructus, an proprietas conceſſa cenſeatur, & quando. deciſ. 24.

Officia Romanæ Curiæ empta in caput alicuius cum facultate diſponendi ad fauorem dantis pecunias, iſto mortuo, officium ſpectat ad eius hæredes, non ſolùm ex teſtamento; ſed ab inteſtato, non autem titulari. deciſ. 863.

Officia Romanæ Curiæ vendita ad vitam alicuius, cenſetur côceſſa quoad proprietatem, non quoad vſumfructum. deciſ. 45.

Onera quænam deducenda ſint ex redditibus beneficij ad videndum, an remaneant centum libere pro Rectore. deciſ. 418.

Onerum neceſſariorum ex redditibus Eccleſiæ parochialis de detractione agitur ad effectum videndi, an remaneant centum libera pro Rectore; & præcipuè de ſalario clerici. deciſ. 468.

Onus impoſitum per hæredem grauatum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis ſtante vtilitate ſuſtinetur, abſque vlla imputatione in fructus per ipſum grauatum perceptos. deciſ. 509.

Ordinarius citra vitium attentati viſitare non poteſt, pendente lite, vel cauſa reſtitutionis in integrum ſuper iuriſdictione: & quando lis dicatur pendere tàm ſuper iuriſdictione contentioſa, quàm voluntaria. deciſ. 504.

P

PActum, quòd maritus ſuperuiuens lucretur dotem, vxor verò nihil, ſuſtinetur ex conſuetudine. Exceptio, quòd maritus vxori medicum in infirmitate non adhibuerit, aliaque neceſſaria non ſubm-

Digitized by Google

ſtrauerit, adeffectum amiſſionis lucri dotis, eſt plenè probanda. deciſ. 752.

Papa poteſt commutare teſtatorum voluntates. deciſ. 883.

Papa quando dicatur præuenire voluiſſe in collatione beneficij. Contemptus an augeat numerum, ſi poſtea electioni conſentiat; & alia de quibus in ſummario, deciſ. 225.

Papa ſolus habet facultatem erigendi Cathedrales, & Dioceſes aſſignandi. deciſ. 912.

Parentela grauati, non autem teſtatoris attenditur in fideicommiſſis, etiam ſi fiat tranſitus ad aliam lineam: præſertim quando teſtator voluit, fideicommiſſum in infinitum progredi, vocando poſt mortem ſuam naſcituros. deciſ. 744.

Paritum dicitur Breui de capienda poſſeſſione nomine Cameræ per præſtationem patientiæ quoad poſſeſſionem. deciſ. 947.

Partita minoris ſummæ quando dicatur ineſſe in alia maioris diuerſo tempore creata. deciſ. 298.

Pater non tenetur dotare filiam minorem 25. annis, quæ, ipſo inuito, nupſit indigno: maximè quando maritus habet tantum in bonis, quod onera matrimonij ſuſtinere poſſit. Stuprator an teneatur ducere ſtupratam ſine dote. deciſ. 498.

Pater ſuccedit in hæreditate filiorum cum aliis filiis: quoad vſumfructum. deciſ. 433.

Patronatus laicalis eſt, & non Eccleſiaſticus, in quo Vniuerſitas plures nominat, beneficiati verò eam pro patrona recognoſcentes vnum ex nominatis eligunt, & ſufficit probari identitas perſonæ, licèt diuerſis nominibus nuncupatæ. deciſ. 15.

Patronus an poſſit in limine fundationis apponere conditionem, quòd ante vacationem præſentetur certa perſona. deciſ. 61.

Patronus an poſſit ſe ipſum præſentare, vel conſentire præſentationi ab alijs compatronis de ſe factæ. deciſ. 712.

Patronis laicis quadrimeſtre ad præſentandum non currit, niſi die ſcientiæ veræ, non autem præſumptæ, ſeu interpretatiuæ vacationis beneficii. deciſ. 452.

Pauper, etiam ſtante reſcripto *Refectis expenſis, & aſſecuratio iudicio arbitrio Rotæ* auditur, licet non facta huiuſmodi aſſecuratione, ſed fructus, & expenſæ reſeruantur in fine litis iuxta ſtylum Rotæ. deciſ. 320.

Paupertas reſpectu certi effectus non probatur, niſi per veras, & concludentes probationes, non præſumptiuas: maximè ſtante clauſula, *conſtito*. dec. 41.

Penſio confidentialis non poteſt conſiderari, quando fuit reſeruata penſio abſque facultate transferendi, & litteræ directæ Clerico vti Clerico, & intuitu ipſius morum. deciſ. 835.

Penſio debita pro fructibus beneficii reſignati, maturata ante reſignationem debetur reſignanti, non autem reſignatario; ſecus in penſione maturata poſt reſignationem. Soluens procuratori beneficiarij, qui reſignauit, liberatur, ſi de reſignatione certior factus non fuit. deciſ. 364.

Penſio exigi poteſt per penſionarium, vel eius hæredem, vel à titulari, vel à fructuum poſſeſſoribus. deciſ. 448.

Penſio non exacta ad hæredes tranſmittitur. dec. 841.

Penſio promiſſa intuitu prouiſionis, quæ non habuit effectum, non debetur. deciſ. 915.

Penſio quando eſt reſeruata, cum Clauſula, *Dummodo omnes penſiones vnacitatim, fructuum non excedant*, penſionarius non tenetur iuſtificare non exceſſum, niſi titularis oſtendat, adeſſe alias penſiones, dummodo probet, illas fuiſſe validè reſeruatas, & extare de tempore, quo petitur noua penſio. deciſ. 671.

Penſio quando eſt poſticipata, termini non exacti per penſionarium tranſmittuntur ad ipſius hæredes: & quando penſio dicatur poſticipata. deciſ. 670.

Penſio reſeruata cum clauſula, *Dummodo remaneant tot, &c.* per quem ſit iuſtificanda, & quando cenſeatur iuſtificata per titularem, quando prædicta clauſula eſt conſecutiua alterius clauſulæ, *etiam ſi aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant*. Sententia valida declaratur, ſublatis pluribus nullitatibus. deciſ. 483.

Penſio reſeruata in moneta, quæ de tempore ſolutionis non reperitur, ſolui debet ſecundum valorem de tempore reſeruationis. deciſ. 428.

Penſio ſolui debet in ſpecie monetæ, quæ eſt in obligatione, quando illa reperitur: vel ſi eius bonitas intrinſeca eſt mutata, debetur iuxta valorem de tempore contractus; & quando dicatur mutata bonitas intrinſeca monetæ, & quomodo probetur. deciſ. 626.

Penſiones ante litem motam reſtitui non debent in iudicio manutentionis, ſed tamen peti poſſunt iudicio ordinario, licet ſummario ſaltem tanquam damna & intereſſe. Poſſeſſor vt fructus ante litem motam perceptos reſtituere non teneatur, ſufficit abeſſe malam fidem. deciſ. 184.

Penſionarius agens contra ſucceſſorem in beneficio, qui reſeruationi non conſenſit, tenetur iuſtificare literas reſeruationis, niſi fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi per 30. annos; & an, & quando dicatur probata huiuſmodi quaſi poſſeſſio; & alia, de quibus in ſummario, deciſ. 464.

Penſionarius, qui nititur ſuper quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, debet illam iuſtificare, aliàs retardatur ſolutio, etiam per conſentientem reſeruationi penſionis. Nec huiuſmodi quaſi poſſeſſio aduersùs ſucceſſorem iuſtificatur ex quietantia facta ad fauorem titularis defuncti. deciſ. 156.

Penſionario datur manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, probata vnica ſolutione, etiam contra ſucceſſorem, qui non conſenſit reſeruationi: de qua ſufficit conſtare per ſolam ſupplicationem; & an impediatur exceptione nullitatis, & qualis eſſe debeat huiuſmodi exceptio ad hunc effectum. deciſ. 542.

Penſiones domorum debentur à die motæ litis, & liquidantur, ac probantur ex confeſſione procuratoris iudicialiter facta per viam contentioſæ iuriſdictionis, quòd domum locauerit, & penſionem exegerit. deciſ. 678.

Penſionis diminutio, & reductio cum pacto, quòd reſiduum non extinctum intra certum tempus ſolui debeat, euaneſcit, non ſecuta ſolutione intra tempus conuentum. deciſ. 528.

Penſionis reductio, & diminutio facta cum pacto annullatiuo in caſu non ſolutionis reſidui non extincti intra certum tempus abſque beneplacito Apoſtolico eſt nulla: ſicut etiam ceſſat ceſſante cauſa eius finali; & quando ſit iudicanda perſonalis, vel realis. deciſ. 469.

Peritis duobus electis diſcordibus tertius eligitur.

Quando ſunt plures Socii vnius negotii, non poteſt vnus ſolus compelli ad reſtituendas pecunias per ipſum acceptas, niſi computis ſolidatis; deciſ. 58.

Pe-

Digitized by Google

Peritorum in electione an ſit citanda pars; & quid ſit faciendum, ſi tertius peritus cum nemine ex aliis duobus concordet. deciſ. 56.

Peritus eſt, qui falſum iurauit; & primò deficiens in contractu non poteſt agere ad implementum contra alium. deciſ. 896.

Permutatio cappellaniæ, quæ eſt temporalis tantùm adminiſtratio, facta in manibus Ordinarij vti de beneficio Eccleſiaſtico, & prouiſio inde ſecuta, contra fundatoris diſpoſitionem, non ſubſtinentur in præiudicium patronorum, nec ſtatus aliquis ex eis deduci poteſt. deciſ. 224.

Poſitionibus reſponderi debet per verbum *credit*, *non credit*, vt certificentur de reſponſione Iudex, & pars. deciſ. 882.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis ex quibus probetur. deciſ. 730.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis contra tertium non probatur ex clauſula *Conſtituti*, enuntiata in inſtrumento inter alios celebrato, neque ex ſimplici locatione, abſquè affictuum ſolutionibus. deciſ. 145

Poſſeſſio ad effectum manutentionis ex quibus probetur. Item poſſeſſio tradita ab executore mixto, abſque cauſæ cognitione eſt nulla, & attentata; & quando executor dicatur mixtus; & an beneficium reſignati poſſit, lite pendente ſuper illius priuatione. deciſ. 529.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis ex quibus probetur. Reſeruatio ſi non eſt clara, & notoria, non retardatur manutentio poſſeſſori; maximè vbi decretum irritans non eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij. 720.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex cõfeſſione partis in libello, in quo aduerſarium detentorem appellat, etiam contra hæredem. deciſ. 326.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur pluribus modis, de quibus in ſummario. deciſ. 252. & deciſ. 275.

Poſſeſſio, ad impediendum effectum regulæ *de annali*, interrumpitur per citationem obtentam intra annum licèt poſt annum executam, quando per aduerſarium ſtetit, quo minùs exequeretur. deciſ. 519.

Poſſeſſio beneficij capta, pendente tempore ad appellandum, vti attentata eſt ſequeſtranda, vbi iudicialiter proceſſum fuit. deciſ. 695.

Poſſeſſio beneficii vniti menſæ Capitulari adepta à Procuratore Capituli dicitur eidem Capitulo quæſita, & eſt manutenibilis. deciſ. 940.

Poſſeſſio bonorum hæreditariorum ad effectum manutentionis probatur ex inſtrumento, in quo notarius teſtatur, illam captam fuiſſe de bonis hæreditarijs; non obſtante poſteriori poſſeſſione tradita à iudice, nõ citato anteriori poſſeſſore, & cum clauſula, *citra præiudicium iurium, &c.* deciſ. 511.

Poſſeſſio Canonicatus ad effectum manutentionis ex quibus iuſtificetur. Dementia ad infirmandam reſignationem furioſi, quomodo, & de quo tempore probanda ſit, & alia in materia poſſeſſionis de quibus in ſummario. deciſ. 249.

Poſſeſſio Canonicatus capta à procuratore habente mandatum à Notario regia, & ſeculari auctoritate creato, an ſuffragetur, & an, & quando Capitulariter capi debeat. deciſ. 318.

Poſſeſſio capta, alio poſſidente, & non citato, non eſt manutenibilis. deciſ. 299.

Poſſeſſio capta appellatione pendente eſt ſequeſtranda. deciſ. 818.

Poſſeſſio Caſtri præſeruat quaſi poſſeſſionem beneficiorum eidem Caſtro annexorum. deciſ. 876.

Poſſeſſio eſt ſequeſtranda, ſiue ſit vacua, ſiue apprehenſa in termino ad appellandum, vel aliàs attentata. deciſ. 900.

Poſſeſſio ex quibus probetur ad effectum diſtinguendi reum ab actore. deciſ. 80.

Poſſeſſio ex quibus probetur. Ceſſio actionis Eccleſiæ competentis pro recuperatione ſtabilium ad ipſam ſpectantium, fieri non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico; & alia, de quibus in ſummario. deciſ. 690.

Poſſeſſio ex quibus probetur. Confeſſio procuratoris in poſitionibus an, & quando noceat principali. deciſ. 566.

Poſſeſſio hæreditatis probatur ex venditionibus bonorum hæreditariorum, & ex eorundem locationibus per patrem legitimum adminiſtratorem factis, cum exactione penſionum, & ex confeſſione aduerſarij præſertim veriſimili. Recognitio ſcripturæ, ſtante veriſimilitudine, & adminiculis, ſufficit, ſi fiat per teſtes dicentes habere notam manum: & facta in alia cauſa probat inter eaſdem perſonas. deciſ. 292.

Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non poſſidente, eſt manutenibilis. Item datur manutentio anteriori poſſeſſori, non obſtante poſteriori poſſeſſione nulla, & iniuſta. deciſ. 270.

Poſſeſſio inſtrumentalis anterior eſt manutenibilis, non obſtante poſteriori tradita ab executore mixto intra terminum ad appellandum, & inaudito legitimo contradictore; & alia plura, de quibus in Summario. deciſ. 746.

Poſſeſſio inſtrumentalis, & ſemiplenè probata ſufficit ad effectum manutentionis, quæ datur antiquiori poſſeſſori, non obſtante iuniori per iudicem nulliter alteri tradita. Clauſula, *ſinè præiudicio*, intelligitur præterquàm quoad expreſſa, & alia, de quibus in ſummario. deciſ. 375.

Poſſeſſio iuris paſcendi ad effectum manutentionis, ex quibus probetur. deciſ. 648.

Poſſeſſio non probatur ex enunciatiua receati inſtrumenti inter alios, nec contra tertium probatur ex ſola locatione, & an amittatur ex conductione rei poſſeſſæ, & ex petitione aſſociationis. deciſ. 423.

Poſſeſſio probatur ex confeſſione emanata in ſcriptura priuata, quæ ſatis recognita dicitur per teſtes habentes notam manum, ſi concurrant adminicula. deciſ. 330.

Poſſeſſio probatur ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis, concurrentibus præſertim conſignatione clauium, & recognitione colonorum; & capta per procuratorem idem operatur, ac ſi principalis illam ceperit. Mater tutrix an poſſit adminiſtrare, & poſſeſſionem capere, antequam ſolemnia adimpleuerit. Statuta prohibentia capi conſeſſionem abſque Iudicis decreto non habent locum, vbi poſſeſſio eſt vacans. deciſ. 67.

Poſſeſſorio pro manutentione in beneficio probatur ex inſtrumento adeptionis illius. deciſ. 789.

Poſſeſſionis in materia plura traduntur de quibus in ſummario. deciſ. 186.

Poſſeſſor triennalis pacificus quis dicatur. deciſ. 699.

Poſſeſſorio priùs intentato, petitorium cumulari non poteſt, etiam ſtante clauſula, *Arbitrio*: niſi poſſeſſo-

Digitized by Google

rium ſit turbidum, vel alia æquitas concurrat. deciſ. 686.

Præceptum parte non citata expeditum eſt nullum. deciſ. 951.

Prælati confeſſio, an & quando præiudicet Eccleſiæ. deciſ. 453.

Prælegata an, & quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Fideicommiſſum in teſtamento relictum non cenſetur ademptum per codicillos, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. deciſ. 168.

Præſcriptio adhoc, vt Sede vacante, non currat contra Eccleſiam, & Prælatum, ſufficit quale quale intereſſe, quod ſit certum, & non euentuale. dec. 629

Præſcriptio an currat contra Eccleſiam, & eius Prælatum, Sede vacante. Ad probandam quadragenariam deducendum eſt tempus litis & Sedis vacantia. dec. 598.

Præſcriptio ſtatutaria dicitur interrupta per ſolam citationem. Ceſſante cauſa finali obligationis reſoluitur ipſa obligatio. deciſ. 8.

Præſentatio facta de ſe ipſo à Patrono non valet, etiam ſi beneficium ſit ſimplex, ſi tamen concurrat cum compatronis cenſetur potiùs electioni de ſe factæ conſentire, quàm principaliter ſe ipſum præſentare. deciſ. 316.

Præſentatos à maiori parte Patronorum eſt inſtituendus. deciſ. 942.

Præſentatus debet eſſe actu ſacerdos, quando in fundatione mandatur, eligi perſonam idoneam, & ſufficientem ad celebrandum: attenta præſertim obſeruantia. deciſ. 680.

Primogenitura an conſtituta cenſeatur inter filios teſtatoris in caſu, de quo hic agitur. deciſ. 480.

Prioratus an, & quando dicatur ſimplex, & ſinè adminiſtratione. deciſ. 492.

Proceſſus validus declaratur ſublatis pluribus nullitatibus oppoſitis. deciſ. 371.

Procurator dominus litis effectus, inuita parte, nec expreſsè, nec tacitè reuocari poteſt: & pars cenſetur contradicere, ſi proſequatur cauſam contra procuratorem reuocatum. deciſ. 723.

Procurator non tenetur ſoluere notario mercedem expeditionum factarum pro ſuis dominis, niſi ea propria promiſſione, quæ non probatur ſufficienter ad hunc effectum ex libris earumdem expeditionum deciſ. 174.

Procurator quando cenſeatur habere mandatum ſufficiens ad liberandum debitorē conſtituentis, & quando cenſeatur proprio potius, quàm procuratorio nomine contraxiſſe. deciſ. 661.

Procurator, qui non exhibuit mandatum, poſtquam fuit oppoſitum de eo, cum clauſula *ita quòd*, *&c.* quamuis mandatum haberet, reddit nullam ſententiam ab ipſo obtentam. Literæ Apoſtolicæ ſuper reſeruatione ſunt iuſtificandæ contra ſucceſſorem, & quænam præſcriptio obſtet agenti ad penſionem. deciſ. 296.

Profeſſio ex quibus dicatur violenter, & meticuloſè facta deciſ. 205.

Profeſſus Religionem incapacem bonorum in communi; ſi auctoritate Apoſtolica transferatur ad Religionem capacem, non reintegratur ad bona amiſſa per profeſſionem in Religione incapaci, & ab alijs medio tempore acquiſita. deciſ. 576.

Promiſſio facti alieni, an & quando obliget præcisè ad factum, vel ad intereſſe, & quando promiſſor liberetur faciendo diligentias. deciſ. 64.

Promittens cum iuramento, aliam, quàm nominatam, io vxorem non ducere: an poſſit cum alia matrimonium contrahere. deciſ. 373.

Protonotariorum beneficia etiam non participantium, & Militum Sancti Petri ſunt Papæ reſeruata, etiam ſi fuerint obtenta poſt reſignatum officium; & quomodo probetur, quem fuiſſe Militem Sancti Petri. deciſ. 706.

Prouiſio beneficij facta vti de reſeruato, eſt nulla non iuſtificata reſeruatione, & dicitur facta de reſeruato, ex narratiua vacationis in menſe reſeruato in diſpoſitiua facta, maximè ſtante clauſula, *dummodo eius collatio ad nos*, *&c.* deciſ. 150.

Prouiſio Ordinarij de beneficio litigioſo ſuſtinetur, ſi ſit facta, lite per renunciationem extincta, vel quando lis eſſet iniuſta, & calumnioſa, deciſ. 307.

Prouiſus Apoſtolicus non eſt immittendus, vbi contradicit poſſeſſor pari titulo, etiam ſi titulum poſt ſententiam, ante tamen executionem, ſeù immiſſionem producat. deciſ. 122.

Prouiſus Apoſtolicus per reſignationem ab vltimo rectore ſibi factam, cum reſeruatione penſionis, ad excludendum prouiſum ab Ordinario per obitum, & poſſeſſorem, an teneatur ſuæ gratiæ narratiuam iuſtificare, & quomodo. deciſ. 512.

Proximiori ex ſola oppoſitione ius in beneficio acquiritur, ſtante vocatione proximiorum à fundatore facta, præſertim cum clauſula, *ex nunc prout ex tunc*: maximè quando per Superiorem poſt oppoſitionem deuentum fuit ad aliquem actum poſitiuum. Et ex quibus probetur proximitas; Et an appellatione proximiorum, & de genere veniant coniuncti per lineam fœmininam. deciſ. 755.

Proximitas grauati; an grauantis attendenda ſit in fideicommiſſo; item qualitas actui adiuncta, ſufficit, quòd adſit de tempore actus. deciſ. 682.

Proximitas grauati non autem grauantis attenditur in ſubſtitutione fideicommiſſaria. deciſ. 107.

Proximitatis maioris ex ſola oppoſitione an, & quando ius ad rem acquiratur; & quando cenſeatur probata maior proximitas, & deſcendentia à fundatore. deciſ. 559.

Q

QVaſi poſſeſſio ad effectum manutentionis in exactione penſionum domus, ex quibus probetur. deciſ 289.

Quaſi poſſeſſio Communitatis aduersùs aliam Communitatem in iuriſdictionalibus ad effectum manutentionis ex quibus probetur. deciſ. 691.

Quaſi poſſeſſio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis aduerſæ. deciſ. 378.

Quaſi poſſeſſio exigendi gabellas non acquiritur contra aliquam Communitatem, niſi data illius ſcientia, & patientia. deciſ. 285.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem acquiritur ex vnica ſolutione, quæ ſuffragatur etiam contra ſucceſſorem. deciſ. 759.

Quaſi poſſeſſio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis aduerſæ. deciſ. 778.

R

RAtificationis non ſequutæ exceptio non poteſt obijci contra illum, qui principaliter ſe obligauit. deciſ. 54.

Recognitio ſcripturæ fieri poteſt per teſtes habentes no-

Digitized by Google

notam manum ſcribentis, concurrentibus aliis adminiculis, deciſ. 886.

Recognitio per teſtes dicentes, habere notam manum, quando ſufficit. Defectus ſolutionis cauſatus ab errore, non à malitia, & qualibet cauſa credendi, etiam iniuſta, excuſat à caducitate, quæ cenſetur remiſſa per receptionem canonum pro tempore futuro, quamuis factam ſine præiudicio. deciſ. 624.

Rector vnius Parochialis an prohibere poſſit, ne Rector alterius Parochialis faciat proceſſionem Corporis Chriſti eadem die, qua ipſe eam facit; & quid ſtante eius quaſi poſſeſſione. deciſ. 43.

Redditio rationis debet eſſe realis, nec inſtrumento confeſſionis tutricis redditæ rationis ſtandum eſt contra pupillos. deciſ. 329.

Redecima non debetur, niſi conſtet de immemorabili, vel de quadragenaria cum titulo. deciſ. 575.

Reductio penſionis facta ſub pacto reſolutiuo in caſu non ſolutionis, non reſoluitur ea ceſſatione ſolutionis, ſinè ſcientia certa, & clara d. pacti; & ſtante receptione, & quietatione pro penſionibus decurſis facta per legitimum procuratorem; & an ad hunc effectum noceat ceſſatio prædeceſſoris. deciſ. 617.

Regulæ *de annali* in materia plura traduntur. deciſ. 585.

Regula octaua Cancellariæ non habet locum in Vicarijs temporalibus, neque in perpetuis vnitis, etiam ſi in menſe reſeruato vacent. deciſ. 114.

Regula *de triennali* ſuffragatur poſſeſſori, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, etiam aduersùs prouiſum Apoſtolicum. Poſſeſſio quando dicatur pacifica ad effectum d. regulæ. deciſ. 280.

Regularis à beneficio manuali poteſt ad libitum Superioris remoueri, etiam ſinè cauſa: dummodo odio, vel malitia non fiat. deciſ. 346.

Reintegratio conceditur iudicialiter ſpoliato, conſtito de extremis neceſſarijs, & de iniuſtitia decreti, ſiue mandati, cuius vigore aduerſus poſſeſſionem rei controuerſæ adeptus fuit. deciſ. 363.

Reintegratio datur illi, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat ex inſtrumento illius adeptionis, & ex locationibus cum receptione penſionum, ſinè ea confeſſione partis aduerſæ in commiſſione emanata, & petitione immiſſionis. Item datur reintegratio ad rem ab alio iure pignoris, & hypothecæ poſſeſſam, poſt quam ex eius fructibus de credito ſibi ſatisfecit, nec poteſt illam ſibi retinere pro alio credito, quod non ſit liquidum. deciſ. 160.

Reintegratio datur eiecto à poſſeſſione virtute decreti nulliter, & ſubreptitiè obtenti. deciſ. 619.

Reintegratio in ſpolio concedenda non eſt, primo extremo plenè, & concludenter non probato, & quando cenſeatur ad hûc effectum minùs ſufficienter probatum. deciſ. 216.

Remiſſoria an concedatur ſpoliatori, & ex quibus præſumatur calumnioſè petita. deciſ. 66.

Remiſſoria concedenda non eſt ſuper articulis, ſuper quibus cauſa in partibus pendente, poterat fieri probatio, ob calumniæ ſuſpicionem. Item denegatur in beneficialibus, non præcedente aliquo fumo boni iuris, vel quando fumus contrarijs probationibus excluditur. deciſ. 23.

Remiſſoria concedi, vel denegari ſolet in pluribus caſibus de quibus in ſummario. deciſ. 28.

Remiſſoria conceditur ad iuſtificandam prouiſionem Apoſtolicam, maximè ceſſante calumniæ ſuſpicione. deciſ. 68.

Remiſſoria conceditur in cauſa prophana in tertia inſtantia, & data releuantia articulorum, etiam ſinè fumo, nec retardatur ſuſpicione calumniæ, niſi ſit vehement. Penſio ſuper iurepatronatus Regio non ſuſtinetur, non facta de eo ſpeciali mentione. deciſ. 369.

Remiſſoria conceditur in cauſa profana eo magis in prima inſtantia. deciſ. 821.

Remiſſoria in cauſa ſeparationis thori côceditur etiam ſinè fumo, quando articulatur ſæuitia talis, vt abſque graui damno, & vitæ periculo, vxor cum viro cohabitare nequeat, etiamſi alij articuli non ſint releuantes. deciſ. 656.

Remiſſoria de ſtylo Rotæ conceditur etiam ad partes minùs longinquas, & ad examinandum in partibus, quamuis aliqui teſtes in Curia examinati fuerint. deciſ. 214.

Remiſſoria quando ſit concedenda, licèt fuerint examinati alij teſtes, & eorum dicta publicata. deciſ. 392

Remiſſoria denegatur ad probandam incontinentiam poſt ſponſalia abſque magno fumo. deciſ. 573.

Remiſſoria denegatur in pluribus caſibus, de quibus in ſummario. deciſ. 357.

Remiſſoria denegatur quando per ſcripturas contrarium conſtat in actis. vel quando articuli ſunt inter ſe contrarij, ſeù irreleuantes; & de electione, ac contemptu eligentium vide plura in ſummario. deciſ. 351.

Remiſſoria denegatur, quando vel contrarium probatum extat per ſcripturas, vel teſtes legitimæ ætatis ad probandam materiam articulatam inueniri non poſſunt. deciſ. 864.

Remiſſoria denegatur, quando vel materia eſt irreleuans, vel poteſt per ſcripturas probari. deciſ. 829.

Remiſſoria denegatur, quando materia eſt improbabilibus; & de præſcriptione, an & quando per litem interrumpatur. deciſ. 436.

Remiſſoria non conceditur ad probandum quòd per ſcripturas probari poteſt, vel quando continet delictum, vel contra petentis confeſſionem. deciſ. 877.

Remiſſoria non denegatur, quando materia eſt releuans deciſ. 798.

Remiſſoria quando denegetur ad probandam immemorabilem pro iuſtificatione iuriſpatronatus. deciſ. 551.

Remiſſoria non datur ſpoliatori ad ſe confouendum in Spolio. deciſ. 800.

Remiſſoria ſecunda conceditur, & à regula receditur iuſta cauſa ſubſiſtente. deciſ. 816.

Remiſſoria ſecunda denegatur, non ſolùm ſuper articulis primæ, ſed etiam ſuper nouis. Item denegatur, quando adeſt vehemens calumniæ ſuſpicio, vel probatio per ſcripturas haberi poteſt, & non ſubeſt iuſta cauſa illam concedendi. deciſ. 180.

Remiſſoria ſecunda non denegatur ſuper materia vel diuerſa, vel confusè in prima articulata. deciſ 814.

Remiſſoria, ſiuè ſubdelegatio non conceditur ad probandum grauamina illata per Iudicem remiſſorialem, de quibus conſtare poteſt ex actis: nec conceditur ad probandum delictum abſque fumo; & vbi adeſt ſuſpicio vehemens calumniæ, & quando petitur ad euitandam expeditionem cauſæ; datur tamen ad reprobandos teſtes, quando non fuit aſſignatus terminus ad reprobandum. vel fuit aſſignatus à Iudice non habente ad id facultatem. deciſ. 587.

Renunciari an poſſit, & quando renunciatum cenſeatur be-

beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo*. Item quando renunciatio trahatur ad ignorata, & quando filiuſfamilias prohibitus contrahere ſine conſenſu patris poſſit ad fauorem eiuſdem patris fideiubere. deciſ. 20.

Renunciatio facta à muliere, non ſeruata forma ſtatuti Vrbis *lib. 1. cap.* 151. non ſuſtinetur, etiam vbi filia cum patre contrahit, vel donat ob cauſam, vel renunciat iura de futuro; & quid ſit agendum, vt dicatur adimpleta forma d. ſtatuti; & ex quibus probetur interueniſſe decretum Iudicis à dicto ſtatuto requiſitum; & an ea, quę ſunt de forma, & ſubſtantia contractus, comprehendantur ſub Clauſula, *& cætera*. deciſ. 120.

Renunciatio generalis quarumcunque hæreditatum delatarum, & quæ in futurum deferentur, valet, quamuis in ea exprimantur hæreditates viuentium, maximè quando eſt facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, & cum iuramento. deciſ. 366.

Renunciatio non trahitur ad ea, quorum certam notitiam renuncians non habebat. deciſ. 899.

Reo, & poſſeſſori in beneficialibus ſatis eſt vincere per non ius Actoris. deciſ. 747

Res empta ex pecunia hæreditaria, vel ex pretio, rei hæreditariæ diſtractæ an fiat hæreditaria, & quando ſuccedat loco pretii. deciſ. 784.

Res iudicata proueniens ex ſententia, quæ non iuſtificatur, non eſt exequenda; & ex quibus ſententia viſa fuerit non iuſtificata. deciſ. 458.

Res immediatè, & directè empta per patrem ex pretio rei hæreditatiæ ad filios ſpectantis, venit in petitione hæreditatis; maximè vbi fuit conuentum, quòd pretium in alia re inueſtiretur. deciſ. 685.

Res ſuccedit loco pretii in ſubſidium. deciſ. 874.

Reſcriptum Apoſtolicum ſubreptitium non eſt ipſo iure nullum, niſi fuerit cauſæ auocatorium, non faciens mentionem de pendentia litis. 74.

Reſcriptum ſuper vna cauſa obtentum non extenditur ad aliam. Excommunicato ob non paritionem literis Rotalibus, concedi non poteſt à Rota abſolutio ad cautelam, ſinè ſpeciali commiſſione, & non parito iudicato. deciſ. 88.

Reſeruatio menſium non impedit, quin Monaſterium præſentet ad Eccleſiam Parochialem eidem Monaſterio, vel menſæ annexam, & Epiſcopus inſtituat. deciſ. 926.

Reſignans liberè in manibus Papæ amittit titulum, & poſſeſſionem ciuilem, & naturalem. Vnio facta de beneficio vacante non cadit ſub regula vnionum reuocatoria, quia loquitur de vacaturis. deciſ. 787.

Reſignatarius ad excluden. prouiſum ab Ordinario per obitum, & poſſeſſorem tenetur concludenter docere de reſignatione valida. Penſio reſeruata cum clauſula, *& non aliàs, &c.* ſi ſit exceſſiua, non eſt reducibilis, ſed nulla in totum. Valor narratus per modum affirmatiuum quomodo ſit iuſtificandus. deciſ. 437.

Reſignatio beneficii, ad cuius titulum quis fuit ordinatus non valet, non facta ſpecifica mentione, etiamſi reſignans haberet aliud, vnde viueret. deciſ. 856.

Reſignatio beneficii manualis non expreſſa manualitate, non valet, & ex quibus dignoſcatur manualitas. deciſ. 929.

Reſignatio ad fauorem habet conditionem dummodo beneficium ei perfectè acquiratur, & ideo reſignans non ammittit ius, neque poſſeſſionem niſi beneficium fuerit reſignatario perfectè acquiſitum. deciſ. 867.

Reſignatio eſt probanda valida, ab eo qui in illa ſe fundat. deciſ. 830.

Reſtitutio in integrum aduersùs ſententiam denegatur, non docto plenè, & concludenter de illius iniuſtitia. deciſ. 404.

Reſtitutio in integum datur, etiam poſt lapſum quadriennij in Curia Romana, ſtante læſione, & iniuſtitia ſententiæ, quamuis ex nouiter deductis appareat. deciſ. 452.

Reſtitutio non conceditur, non probata læſione ab eo, qui reſtitutionis cauſam commiſit. Item fructus debentur poſt litis conteſtationem, quia per eam dicitur quis conſtitutus in mala fide. deciſ. 130.

Reſtitutio in integrum non conceditur non docto de læſione, quæ eſt concludenter probanda, vbi agitur ad effectum reuocandi ſententiam executioni demandatam. Enunciatius quando non probet. deciſ. 323.

Rota non dat inhibitionem extra Curiam etiam iuxta formam commiſſionis in præiudicium eorum, quæ aliàs legitimè per Rotam ipſam geſta, & ordinata fuerunt. dec. 95.

S

SAluianum interdictum datur conſtito de credito, cum hypotheca & de poſſeſſione, debitoris, ac rei conuenti & quando non retardetur. deciſ. 420.

Saluianum datur fideicommiſſario particulari in ipſa re fideicommiſſo ſubiecta; & ex quibus probentur extrema ad id neceſſaria; & an pater ſubſtituere poſſit in dote filiæ tradita; & an legitima detrahatur ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis deciſ. 693.

Saluianum non conceditur contra poſſeſſorem habentem hypothecam anteriorem. deciſ. 844.

Saluianum ſine hypotheca non datur, & præſcriptio contra pupillos non currit. deciſ. 774.

Scientia ex quibus probetur. Tranſactio facta verbis generalibus, quę, ſalua ratione recti ſermonis, reſtrictionem non patiuntur, comprehendit etiam in ea non expreſſa; & quando valeat tranſactio de contentis in teſtamento. deciſ. 658.

Scriptura dicitur in forma probanti, quando concurrunt requiſita, de quibus in hac deciſione. deciſ. 878.

Scriptura priuata, quando ceſſat ſuſpicio antidatę, concurrit cum Inſtrumento. deciſ. 905.

Scriptura teſtamenti reperta inter rogitus Notarii mortui, an & quando fidem mereatur. deciſ. 456.

Sententia an, & quando dicatur nulla, tanquam lata contra pupillum indefenſum, vel cum tutore illegitimo, & an, & quando ſit valida, ſi lata fuerit cum actore ad lites à iudice deputato. deciſ. 524.

Sententia antiqua, licèt ſinè actis, probat, iuncta præſcriptione obſeruantiæ: & quando dicatur antiqua. Examen factum poſt terminum in remiſſoria præſcriptum, quando ſuſtinetur. deciſ. 376.

Sententia lata contra intereſſe habentes non citatos, an & quando ſit nulla. deciſ. 71.

Sententia lata contra pupillos quando ſit valida, & an ferri poſſit contra principalem citato procuratore domino litis efſecto, & quando annulletur tanquam lata præcipitanter, vel ob non integram a-

ao-

ctorum tranſportationem. deciſ. 440.

Sententia lata in vno iudicio, vt probet in alio, produci debet vna cum proceſſu, & actibus. Fallit in crimine hæreſis. deciſ. 94.

Sententia lata ſuper immiſſione in poſſeſſionem fructuum obligatorum in defectum aliorum, non facta prius executione ſuper fructibus principaliter obligatis, & non probata illorum inſufficientia, eſt nulla. deciſ. 171.

Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, præſumitur valida, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Item ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis an, & quando dicatur nulla. deciſ. 251.

Sententia reuocatur ob defectum citationis, & non refectionem melioramentorum, ad quæ actor ex pacto tenebatur. deciſ. 812.

Sententiæ Rotalis ſuſtinetur, non obſtantibus pluribus motiuis contra eam adductis. deciſ. 594.

Sententiæ vbi condemnat ad decimas ex prædiis, ex quibus antea debebantur, pro liquidatione ſufficit iuſtificare quaſi poſſeſſionem exigendi decimas ex talibus prædiis, nec eſt probandum, quòd eſſent ex illis debitæ. deciſ. 402.

Sententia vt ſit valida, quomodo iuſtificetur, & an Iudex habeat facultatem reiterandi terminos ad effectum ſanandi defectus præcedentes. deciſ. 126.

Sententiæ Rotalis exceſſus prætenſi refelluntur. deciſ. 543.

Sententiæ duæ conformes faciunt rem iudicatam, ex ſtatuto Vrbis, quod comprehendit Eccleſias, & Collegia. Inſtrumentum facit probationem probatam, & contra illud requiruntur probationes concludentiſſimæ. deciſ. 567.

Sententiæ dicuntur conformes in minori ſumma, licèt diuerſas quantitates contineant. deciſ. 577.

Sententiæ vt dicantur conformes, ſufficit, quod in ſubſtantia, & qualitatibus principalibus idem contineant. deciſ. 852.

Sequeſtrum an, & quando apponatur ſuper fructibus beneficii ad fauorem penſionarii, non facta liquidatione eius crediti. deciſ. 545.

Sequeſtrum appoſitum, pendente cauſa reſtitutionis in integrum, & non conſtito de credito, reuocatur tanquam attentatum, & iniuſtum. deciſ. 583.

Sequeſtrum non conceditur ante ſententiam contra eum, qui non eſt ſuſpectus, vel habet idoneum fideiuſſorem. deciſ. 105.

Sequeſtrum non conceditur, non probata dilapidationis ſuſpicione, & quomodo probetur dilapidatio: & an ſequeſtrum, ceſſante dilapidationis timore, ſuſtineatur in vim inhibitionis de ſoluendo. deciſ. 123.

Sequeſtrum non conceditur ſinè credito liquido, & niſi conſtet de malis moribus, & metu dilapidationis, quæ probari debent per actus extrinſecos venditionum, alienationum, vel ſimiles. deciſ. 595.

Sequeſtrum reuocari debet, quando actor non curat liquidationem crediti, pro quo fuerat relaxatum. deciſ. 653.

Seuitia viri eſt probanda ab vxore ad effectum ſeparationis thori, & debet eſſe magna, & ſine cauſa. Morbus contagioſus non ſufficit ad thori ſeparationem, ſed tantùm ad debiti denegationem, quatenus periculum mortis perſonæ propriæ immineret. deciſ. 815.

Simonia an interuenerit in caſu, de quo agitur, & quomodo probari debeat, quando agitur ad effectum priuationis. deciſ. 445.

Simulatio non præſumitur non docto de cauſa, & quænam coniecturæ ad illam probandam requirantur. deciſ. 365.

Societas an contrahi poſſit ſuper nauigatione, & ex quibus contracta cenſeatur. deciſ. 79.

Societas vitæ quando cenſeatur contracta; & an in ea contrahenda per mulierem ſtatutariæ ſolemnitates interuenire debeant. deciſ. 408.

Socius, qui ex parte ſua adimpleuit, poteſt agere ad fructus ſocietatis, licèt officialia fideiuſſorem promiſſum non præſtiterit. deciſ. 674.

Socius ſingularis tenetur reſtituere, quod plus expendit in alenda ſua maiori familia: maximè quando impenſa fuit magna; & an ſit habenda ratio operarum per eius filios præſtitarum. Societas vitæ, & victus contrahi non poteſt per mulierem, vel minorem abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, & quando cenſeatur contracta. deciſ. 457.

Socio, qui vltra capitale contulit etiam ſuas operas, an competat remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* & quid teneatur probare agens ex remedio *d. l. 2.* deciſ. 234.

Solutio an, & quando probetur ex libris mercatorum. deciſ. 199.

Solutio facta de penſione ſinè cauſa reſeruata cum ſolito decreto, facilius probatur ſimulata inter coniunctas perſonas. deciſ. 928.

Solutio facta procuratori probatur ex libro tertii, qui contra tertium innectis adminiculis, & obſeruantia probat. deciſ. 869.

Solutio liberat debitorem, pro quo facta eſt. deciſ. 934.

Solutio ſimpliciter facta à debitore ex pluribus cauſis, cedit in cauſam, in qua adſunt fideiuſſores. Poteſt tamen creditor eligere in aliam cauſam, ſi id faciat præſente debitore, & non contradicente, & incontinenti, ac dummodo eligat, prout in re ſua feciſſet. deciſ. 284.

Solutiones tres vltimę, & continuatæ inducunt præſumptionem ſatisfactionis in præteritum. Epiſtola quòd ſit manu alicuius ſcriptæ, ex quibus probetur. deciſ. 582.

Spoliato quando detur manutentio. deciſ. 269.

Spoliator tenetur ad fructus à die motæ litis, nec poteſt iuuari exceptione retentionis, quando eius creditum non eſt liquidum, vel res ad eum peruenit ex alia cauſa. deciſ. 449.

Spolii actio datur hæredi, etiam pro bonis mobilibus. Primum, & ſecundum extremum in ſpolio ex quibus probentur. deciſ. 271.

Spolii cauſa quando habet multas difficultates, & adeſt clauſula, *Arbitrio*, Rota ſolet cognoſcere de petitorio, & interim ſequeſtrum in beneficio apponere. Primum extremum in ſpolio quomodo probetur. Spolio agi non poteſt ex contractu nullo, vel reſoluto. deciſ. 136.

Spolium iudiciale tunc probatur, quando vltra duo extrema concurrit iniuſtitia. deciſ. 793.

Spolium iudiciale vt euitetur, ſententia debet ex eiſdem actis iuſtificari, & quomodo ſpolium purgatur. deciſ. 848.

Spolium non admittit cumulationem petitorii per viam exceptionis deducti, nedum propter contrarietatem, & ordinem, ſed ob particulare priuilegium iudicii ſpolij. Arbitrium verò pro cumulatione Rota non impertitur, niſi ſpolium eſſet turbi-

Digitized by Google

bidum. deciſ. 33.

Spolium non inducitur per ſolutionem partis pecuniæ debitę vigore mandati, quia nouatio non inducitur, quando aliquid conſignatur vigore mandati, niſi id expreſsè ſit actum. deciſ. 49.

Spolium non intrat, quando is, qui agit, priùs petierat partem pretii rei, ſuper qua ſpolium intentatur, quia videtur approbaſſe venditionem, & poſſeſſionis tranſlationem. deciſ. 447.

Sponſalia diſſoluendi cauſa iuſta quænam ſit. deciſ. 412.

Status beneficii acquiritur per quadraginta annos. deciſ. 776.

Status Rrgularis beneficij probatur ex prouiſionibus de eo vti de Regulari factis, per 40 annos effectum ſortitis; & ex enunciatiuis ſupra centum annos, & in diuerſis ſcripturis emanatis; nec probatur mutatus ex ſententia Ordinarii, maximè ſi ſit de eccenti, & ſinè actis. deciſ. 636.

Statutum Artis Merciariorum ſub cap. 21. diſponens, quòd libris hominum d Vniuerſitatis danda ſit fidea contra tertium vſque ad ſommam ſcutorum 60. qualiter ſit intelligendum. deciſ. 167.

Statutum Bononien. *tit de dot. reſt. §. item dicimus*, quo cauatur, mulierem poſſe teſtari de ſua dote, dummodo filijs legitima, & marito pars relinquatur, locum habet, etiam ſi concorrant filii primi matrimonij, & in dote nedum ab alio, ſed à ſe ipſa conſtituta. Laudum acceptatum ab auo paterno, habet vim rei iudicatæ aduerſus nepotes. deciſ. 657.

Statutum conditum à Capitulo cum conſenſu Epiſcopi eſt validum. Dies Commemorationis omnium fidelium Defunctorum an comprehendatur inter feſtiuos. deciſ. 758.

Statutum excludens fœminas ab hereditate patris non habet locum in hęreditate fratrum etiam quoad bona paterna, nec intrat, vbi copulatiuè non concurrit ſubiectio perſonarum & bonorum. Renunciatio per verba futuri temporis comprehendit ſucceſſiones futuras. deciſ. 310.

Statuto excludente fœminas, & illarum deſcendentes, quouſque extent maſculi, iſtis deficientibus fœminæ, & ab eis deſcendentes admittuntur ad bona, à quibus fuerant excluſi. deciſ. 851.

Statutum excluſiuum fœminarum non excludit à bonis extra territorium ſtatuentium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, nec comprehendit forenſes: & ideo, vt habeat locum, requiritur ſubiectio bonorum, & perſonarum; & quòd ſubiectio ſit in vno, & eodem ſtatuto. Incolatus contrahitur animo perpetuò habitandi, & ex quibus talia animus probetur. deciſ. 188.

Statutum, quod excludit fœminas dotatas à ſucceſſione, donec ſuperuixerint maſculi, operatur earumdem fœminarum excluſionem ad tempus, non in perpetuum, &c. deciſ. 796.

Statutum in Terris Eccleſiæ, niſi fuerit confirmatum à Sede Apoſtolica, non valet. Nec præſumitur confirmatio ex lapſu triginta annorum, & vltra, niſi probetur obſeruantia cum ſcientia Papæ. deciſ. 6.

Statutum Peruſinum excludens fœminas, quouſque maſculi ſuperſunt, concedit reintegrationem eiſdem fœminis, & deſcendentibus ex eis, maſculis deficientibus. Legitimatus per ingreſſum Religionis cui ſuccedat, & quando. deciſ. 872.

Statutum Peruſinum excludens fœminas propter exiſtentiam maſculorum non inducit excluſionem perpetuam, ſed temporalem, quouſque exiſtit maſculus. deciſ. 950.

Statutum prohibens, minorem, vel mulierem poſſe contrahere ſinè certa ſolemnitate, an & quando vires ſuas extendat extra territorium ſtatuentium. deciſ. 27.

Statuto prohibente appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem petere, forenſes gaudere non debent, quia dicitur reſpicere deciſoria iudicij. deciſ. 40.

Statutum Rauennæ *ſub rubr.* 11. & 13. excludit fœminas propter maſculos, etiam ab hæreditate alterius fœminæ. Sententia lata poſt deſertam appellationem quando ſit valida. Item ſententia lata contra mortuum valet, ſi de morte in proceſſu non conſtet. deciſ. 241.

Statutum requirens certas ſolemnitates in contractibus mulierum, an, & quando locum non habeat ob impotentiam illas adimplendi. deciſ. 332.

Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiam Capitula, Communitates, & Collegia, licet ſint Ciues per fictionem. deciſ. 253.

Subhaſtatio annuæ præſtationis facta inferiori oblatori eſt nulla, & an ſuſtineatur tanquam facta ſuper fructibus decurſis, non autem ſuper iure illam exigendi. Item an ſuſtineatur deliberatio facta oblatori poſt terminum abſque citatione, vel intimatione debitoris. deciſ. 735.

Subhaſtatio, & deliberatio facta maiori oblatori poſt menſem valet etiam abſque citatione, & decreto Iudicis, quando certum eſt, meliorem conditionem debitoris feciſſe. deciſ. 786.

Subhaſtatio, & deliberatio fieri debet maiori oblatori. deciſ. 891.

Subhaſtatio valida, ſed læſiua declaratur ex pluribus, de quibus in ſummario. deciſ. 675.

Subrogatio in beneficio litigioſo conceditur mortuo collitigante tam naturaliter, quàm ciuiliter per ingreſſum Religionis. Item denegatur ſubrogatio auctoritate propria intruſo, & vbi collitigans tempore litis motæ per triennium poſſedit. deciſ. 39.

Subrogatio gratioſa non facta mentione litis, & rei iudicatæ eſt ſubreptitia. deciſ. 187.

Subrogatio gratioſa regulatur ad inſtar *l. final. C. de edict. diu. Adr. tollen.* deciſ. 918.

Subrogationi locus eſt in locum collitigantis pendente lite ſuper iurepatronatus. deciſ. 927.

Subrogatus gratioſè vt mittatur in poſſeſſionem, quæ debeant probari. deciſ. 300.

Subrogato gratioſè datur immiſſio vigore ceſſionis illius, in cuius locum ſubrogatus eſt, & ſufficit probare poſſeſſionem ipſius cedentis, abſque alia narratorum iuſtificatione. deciſ. 221.

Subſtitutio compendioſa quamuis facta verbis communibus, & reſtricta ad certa bona, ſi facta fuerit cum diſtinctione temporum, intra pubertatem, intelligitur pupillaris, non autem fideicommiſſaria. Item, quando ita conſtat de mente teſtatoris. Item compendioſa facta per verba directa, licèt reſtricta ad bona teſtatoris, cenſetur pupillaris. deciſ. 101.

Subſtitutio facta naſcituris decedentibus ſinè filijs, cenſetur purificata, non ſolùm in caſu deficientiæ, ſed etiam in caſu non natiuitatis: præcipuè concurrentibus coniecturis, & obſeruantia. deciſ. 379.

Sub.

Subſtitutio pupillaris quando, & ex quibus verbis concepta dicatur. deciſ. 84.

Subſtitutio ſub conditione *ſi ſine filijs* expirat, ſi grauatus deceſſerit cum filia. deciſ. 810.

Subſtitutis adiecto onere habitandi cum grauato non retardatur immiſſio exceptione non adimpletæ conditionis, vbi per ipſos non ſtetit, quominus condicio adimpleatur, ſed facto, & culpa grauati cum eo habitare impediti fuerunt. deciſ. 339.

Succeſſor in Epiſcopatu tenetur ad exhibitionem ſcripturarum, ad quam tenebatur eius prædeceſſor. deciſ. 278.

Sumptus litis debentur pauperi habenti pro ſe boni iuris præſumptionem; & quando dicatur conſtare ad hunc effectum, adeſſe præſumptionem boni iuris, & conſtare de paupertate. deciſ. 707.

T

Tertius aſſiſtens alicui in defenſione cauſæ illam adiuuando, ſciens cauſam agitari tenetur illam proſequi in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur. deciſ. 833.

Teſtamentum eſſe confidentiale, & fiduciarium an, & quando probetur. deciſ. 616.

Teſtamentum eſſe in forma probanti deciditur, & plura traduntur in materia recognitionis. deciſ. 611.

Teſtamentum inter liberos, & ad piam cauſam manu teſtatoris ſubſcriptum valet etiam ſinè teſtibus, & abſque die, & menſe, & ſufficit, ſi recognoſcatur per teſtes habentes notam manum, iunctis adminiculis; & quando annulletur, tanquam imperfectum ratione voluntatis teſtatoris. deciſ. 475.

Teſtamentum ſecundum non reuocat primum inter filios, quando non fuit expreſsè reuocatum, præſertim ſi ſecundum contineat fauorem extranei. deciſ. 901.

Teſtator vbi alicui commiſit electionem vnius de pluribus ad adminiſtrationem, ſi is non eligat, adminiſtratio danda eſt à Iudice vni ex illis, de quibus electio facienda erat. deciſ. 125.

Teſtes ad probandum valorem, ad effectum læſionis, qualiter deponere debeant. deciſ. 538.

Teſtes examinati, parte non citata, & extra terminum, non probant; & an & quando admittatur depoſitio teſtium relatiua ad aliud examen nullum; & alia in materia teſtium, de quibus in ſummario. deciſ. 726.

Teſtes pauperes, affines: famuli, & compatres quando admittantur ad teſtificandum. dec. 349.

Teſtes de Voluerſitate, an & quando probent ad eius fauorem. deciſ. 553.

Teſtium dicta præualent aliis in concurſu in pluribus caſibus de quibus in ſummario. deciſ. 903.

Theſaurria, quæ eſt dignitas in Eccleſia Metropolitana, vacat per promotionem ad Epiſcopatum, necnon per aſſecutionem ſecundi beneficij perſonalem reſidentiam, ſiue præciſam, ſiue cauſatiuam requirentis, non obſtante conſuetudine etiam immemorabili; & ex quibus probetur, Theſaurariam eſſe dignitatem. deciſ. 473.

Thori ad ſeparationem agens ob ſæuitiam, vel morbum alterius coniugis, tenetur huiuſmodi cauſas concludenter probare. deciſ. 711.

Titulum iuriſpatronatus allegans cenſetur meliorem allegare; & confeſſio facta à præſentante nocet præſentato, &c. deciſ. 792.

Titulus quando dicatur ità diſcoloratus, vt non ſit ſatis eiendo reſtitutio in ſpolio; & quando gratia Apoſtolica ſubreptitia præbeat titulum coloratum; & quamplurima deducuntur circa diſpoſitionem *cap. auaritiæ, de elect. in* 6. deciſ. 127.

Tranſactio inita per procuratorem, cum ſpeciali mandato per epiſtolam ad id conſtitutum, ligat principalem, nec eſt opus aliqua ratificatione. deciſ. 190.

Tranſactio inita ſub conditione aliquid ſoluendi, obtento priùs beneplacito Apoſtolico, cum clauſula, *& non alias, &c.* litem non extinguit, ſi ſolutio fiat, non impetrato beneplacito huiuſmodi, etiam ſi illud neceſſarium non fuiſſet. deciſ. 374.

Tranſlatio penſionis, auctoritate Apoſtolica facta per tranſlatarium, non annullatur, ex taciturnitate primæ tranſlationis; quia penſio tranſlata non eſt noua penſio, ſed eadem in ſubſtantia cum prima. deciſ. 638.

Tranſlatus auctoritate Apoſtolica ex Religione incapaci bonorum in communi, ad aliam capacem, recuperat legatum annuum ſibi antea factum; & quando legatum dicatur annuum. deciſ. 643.

Tranſlatus auctoritate Apoſtolica de Religione incapaci bonorum in communi ad aliam capacem non reintegratur ad bona, quæ poſſidebat ante profeſſionem in dicta Religione incapaci emiſſam. deciſ. 510.

Tranſportatio actorum, quæ non fuit facta in tempore à Iudice præfixo, non tollit ius partis, quæ fuit impedita ad illam faciendam. deciſ. 267.

Transumptum non legitimè extractum plenè probat concurrentibus adminiculis, quorum plura hic traduntur. deciſ. 243.

Tranſumptum an, & quando ſit in forma probanti; & quando falſitatis ſuſpicio tollat fidem inſtrumento. deciſ. 716.

Tutela non finitur per mortem aliquorum ex pluribus tutoribus in teſtamento datis, ſed remanet penes ſuperſtitem; & an, & quando ſit neceſſaria ſubrogatio aliorum tutorum in locum defunctorum. deciſ. 389.

Tutor an, & quando poſſit inhibere contutori adminiſtrationem, & an expiret tutela, ſi moriatur vnus ex contutoribus cum clauſula, *coniunctim* nominatis. deciſ. 348.

V

Vacatio beneficij ex quibus cenſeatur iuſtificata, & quæ probatio ſufficiat in valore obtentorum. deciſ. 493.

Vacatio per obitum non iuſtificatur, dum conſtat de valida reſignatione per 20. dies antea. deciſ. 794.

Valor beneficij ex quibus probetur. deciſ. 411.

Valor fructuum ad effectum liquidationis ex quibus probetur. deciſ. 676.

Valor fructuum, & illorum liquidatio quomodo probetur oſtenditur. deciſ. 865.

Valor obtentorum probatur per ſemiplenam probationem. deciſ. 797.

Valoris expreſſi falſitas ad annullandam penſionem probari debet ab allegante, ſi reſeruationi conſenſit, & quando cenſeatur per teſtes minus ſufficienter probata; & alia, de quibus in ſummario. deciſ. 402.

Venditio etiam nulliter facta an, & quando per peti-

tio-

tionam pretij cenſeatur approbata, adeò vt non ſit locus tamadio ſpolij . decil. 30 t.

Vendirio quando eſt facta ſub certa forma conuenta inter contrahentes, reſeruato beneplaaito Apoſtolico, ſi beneplacitum det diuerſam formam ab illa priùs conuenta, reſeinditur contractus, etiam ſi res eſſet tradita . dec. 106.

Vendito prædio cum pacto, quòd lapidicina in eo exiſtens excauari poſſit per venditorem ad eius libitum : an tale pactum cenſeatur adirctum priuatinè ad emptorem, vel etiam ei compatat excauanatio. deciſ. 471.

Venditor, qui noluit teneri de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo tantùm, an teneatur etiam de facto ſuorum auctorum, & an, & quando teneatur ad pretij reſtitutionem ſecuta euictione . deciſ. 389.

Venditor, qui recepit pecunias pro aliqua re conſignanda, ſi non adimplat, tenetur ad illam reſtitutionem . deciſ. 819.

Vnio ex quibus probetur affectuata ad effectum, vt non ſit iuſtificanda, nec cadat ſub regula reuocatoria vnionum . deciſ. 734.

Vnio probatur per litteras Apoſtolicas, & beneficium vnitum alicui Monaſterio ad illud ſemper ſpectat. deciſ. 870.

Vnionis effectuatio probatur ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis, ac alijs actibus, de quibus in hac deciſione . deciſ. 857.

Vocati per nomina propria à fundatore in iuspatronatus admittuntur pro virili, & in capita, etiamſi fundator in diuerſa ſcriptura per modum adiectionis alium nominaſſet. Gratia præſeruat ius quæſitum ex præſentatione ; & an in Curia præſentatio fieri debeat de præſente, vel ſufficiat conſenſus patronorum prouiſionibus Apoſtolicis . deciſ. 481.

Vocati per nomen appellatiuum quando ſine nomine appellatiuo fuiſſent comprehenſi in eadem vocatione ſub nomine collectiuo in eadem vocatione poſtea adiecto, præſumuntur comprehenſi ſub nomine collectiuo . deciſ. 801.

Vocatio ad fideicommiſſum, deſcendentia, & legitimatio perſonarum, ex quibus probetur . deciſ. 949.

Vſuræ dotis non ſolutæ an cenſeantur remiſſæ à genero ex receptione alimentorum in domo ſoceri . deciſ. 232.

Vxor an, & quando teneatur ad euictionem pro rebus marito in dotem traditis . deciſ. 745.

Vxor an, & quando pro reſtitutione ſuæ dotis concurrere poſſit cum creditoribus rationis fundacariæ, quam eius vir cum alijs ſocijs exercebat . deciſ. 514.

Vxor executionem ſuper bonis mobilibus pro debito mariti oppoſitione propriataria impedire non poteſt, non probato illorum dominio, & poſſeſſione, maximè concurrentibus præſumptionibus, quod mobilia ad maritum, non autem ad vxorem ſpectent . deciſ. 591.

Vxor in bonis fundacalibus mariti emptis ex pecunia dotali ſibi ſpecialiter hypothecata, præfertur alijs creditoribus eiuſdem mariti, etiam anterioribus . deciſ. 719.

Vxoris, & filijfamilias obligatio ſuſtinetur pro liberatione viri, & patris ab imminenti carceratione, præſertim quando adeſt releuatio indemnitatis . deciſ. 783.

F I N I S .

DI-

DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D. bon. mem.

MATTHAEO BVRATTO.

Auriacen. Iuris nominandi.

Veneris 10. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus titulus non probatur, niſi conſtet de fundatione, vel dotatione: quæ non reſultant ex ſola teſtatoris aſſertione. Nec conſtituitur dos ex legato ſimplicis adminiſtrationis bonorum. Quia requiritur dominij translatio in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur ex fundatione, vel dotatione.*
2 *Iuſpatronatus non probatur ex teſtatoris aſſertione, licèt antiqua.*
3 *Aſſertio teſtatoris nihil operatur circa eá, quæ non ſunt in eius poteſtate.*
4 *Dotatio requirit dationem, & traditionem, ac dominij tranſlationem in Eccleſiam in perpetuum.*
5 *Iuriſpatronatus acquiſitioni Ordinarij aſſenſus accedere debet. & num. 23.*
Et poteſt interuenire antè, vel poſt creationem quandocunque, num. 25.
Et ſufficit etiam tacitus. num. 26.
6 *Præſentatus debet perpetuò in beneficio remanere.*
7 *Adminiſtratio cappellaniæ, quæ non eſt beneficium Eccleſiaſticum, competit etiam laicis, & fœminis.*
8 *Prabenda temporalis non annexa rei ſpirituali poteſt per laicum retineri.*
9 *Vltimus ſtatus attenditur in beneficialibus, præſertim pro Ordinario.*
10 *Referenti non ſtatur, non conſtito de relato.*
11 *Fama non inducitur ex enunciatiuis antiquis non geminatis.*
12 *Filiatio non probatur per famam, non concurrentibus adminiculis.*
13 *Iuſpatronatus acquiritur etiam datione territorij ad Eccleſiam fundandam.*
14 *Iuſpatronatus ex fundatione, dotatione, vel fundi collatione acquiritur, abſque alia reſeruatione.*
15 *Iuſpatronatus Regulare acquiri non poteſt, abſque priuilegio Apoſtolico in limine fundationis.*
Etiam ſi Eccleſia eſſet Conuentualis habitu, non actu. num. 16. Intellige, vt num. 17.
18 *Priuilegium Apoſtolicum præſumitur interueniſſe ex curſu temporis, & obſeruantia, etiam quòd enunciatum non ſit. Niſi ex fundatione appareret, Epiſcopi, vel alterius Prælati Papa inferioris conſenſum acceſſiſſe. num. 19.*
20 *Aedificans, vel fundans cappellam, nequit eam ab Epiſcopi poteſtate eximere.*
Limita vt num. 21. & 22.
24 *Beneficium non dicitur, antequam Ordinarij aſſenſus accedat,*

DECISIO I.

ORDINARIVS Auriacen. die 25. Aprilis 1610. contulit Petro Peregrino Tonduto perpetuam cappellaniam Sancti Blaſij, & Maximini, in Parochiali Sancti Michaelis loci Cadecoſſiæ, vt vacantem per reſignationem in eius manibus factam, ab Arnaldo Faiſſato. Cumquè Andreas Bellonus, nominato priùs presbytero ad celebrandas miſſas in dicta Eccleſia, vigore teſtamenti quondam Andreæ Faiſſati conditi 8. Nouembris 1489. petierit coram Epiſcopo in vim prædicti teſtamenti exhibiti, ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione nominandi, & collationem factam Tonduto caſſari; & Epiſcopos decreuerit, rationes Belloni oſtendi Aduocato Menſæ Epiſcopalis, attenta ipſius, & prædeceſſorum poſſeſſione conferendi hanc cappellaniam ſub dicto titulo, & citari Tondutum: qui incontinenti appellauit; cauſaquè coram me introducta, propoſui dubium. An conſtaret de iurepatronatus, ſeu alio iure nominandi presbyterum, in caſu, & ad effectum, de quo agi-
A tur; & Domini negatiuè reſoluerunt. A

Nam reſpectu iuriſpatronatus, non probatur aliquis
B titulus fundationis, vel dotationis, B, iuxta Sacri Concilij diſpoſitionem *ſeß. 25. de reformatione cap.*
1 *9. in princ. verſ. vt igitur*, quod eſt etiam de iure Canonico *can. piæ mentis 16. quæſt. 7. iuncta Gloſ. ibi in verb. efficitur. cap. nobis de iurepatronatus. Lambert. eodem tractatu par. 1. lib. 1. quæſt. 2. art. 2. num. 1. A.*
2 Fundatio non probatur ex ſola antiqua teſtatoris aſſertione, quæ non eſt inter modos traditos à Concilio, vel à iure; cum enim acquiſitio Iuriſpatronatus non ſit conceſſa, niſi in certis tantùm caſibus, abſurdum eſt, dicere ſtandum eſſe aſſertioni teſtatoris

3 circa caſum permiſſum, quia eſſet in fraudem legis
Bart. in l. ſi ſor tè num. 5. ff. de caſtr. pec. Ioan. Andr.
ad Specul. in tit. de reb. Eccl. in rubr. prima addit. verſ.
abſit enim. Anchar. conſ. 150. *num.* 7. *Iaſ. conſ.* 225.
col. 3. *verſ. tertiò facit. Oſaſc. deciſ.* 172. *num.* 1. & 5.
& in teſtatore *Caſtr. conſ.* 177. *ſub num,* 2. *verſ. nam*
illa verba lib. 1.

Dotatio non probatur ex legato facto in eodem teſta-
mento: dum teſtator voluit, omnia bona ſua poſ-
ſideri per illos de Faiſſatis, illorumquè adminiſtra-
tionem, & regimen per eoſdem dimitti alicui pre-
sbytero, qui celebret miſſas ibi expreſſas in cappel-
la ſub titulo Beatæ Mariæ de Conſolatione, & San-
ctorum Blaſij, & Maximini in Eccleſia Sancti Michae-
lis ab ipſo ædificata. Tùm quià non probatur exe-
cutio, & effectuatio teſtamenti, quod eſt fundamen-
4 tum dotationis requirentis dationem, & traditionem.
Lambert. de iurepatronatus par. 1. *lib.* 1. *quæſt.* 5. *princi-*
pali num. 3. & fuit reſolutum in *Compſana iurispatro-*
natus 23. *Ianuarij* 1603. *coram bon. mem. Litta, in*
Terulen. beneficij 12. *Februarij* 1610. *coram Reueren-*
diſſ. Lugdunen, & in Aquilana executionis Breuis 13. *Fe-*
bruarij 1612. *coram R. P. D. Pirouano.* Tùm quia
cum adminiſtrationem tantùm bonorum, non autem
dominium concedi voluerit, & ad tempus presby-
tero: non poteſt dici dotaſſe; nam in dotatione debet
5 transferri dominium, & quidem in perpetuum in
Eccleſiam *Paul. de Cittad. de iurepatronatus par.* 3. *cauſ.*
2. *num.* 21. *Lambert. eodem tract. par.* 1. *lib.* 1. *quæſt.*
5. *art.* 2. *num.* 3.

Præterea diſpoſitio Andreæ continet duo iuripatrona-
tus repugnantia. Primò, prohibitionem factam
Epiſcopo, ne ſe vllo modo ingerat circa deputatio-
nem, vel remotionem presbyteri per ſolos Faiſſa-
tos faciendam *cap. præterea, huius initij* 1. *de iurepa-*
C *tronatus*, C, & non poteſt acquiri patronatus abſ-
6 que conſenſu Ordinarij *cap. nobis vbi omnes. eodem*
D *tit. Felin. cap. ex parte il* 2. *num.* 2. *de reſcr.* D Secun-
dò, diſpoſitionem, quòd presbyter nominandus re-
moueri poſſit, & eidem committitur hæreditas, quã-
diù nominanti placuerit adminiſtrare *ad text. in cap.*
1. vbi omnes notant *de Cappell. Monach. in* 6.

Reſpectu verò iuris nominandi, ad quod informantes
pro Bellono ſe reſtringebant.

Quia licèt fortè teſtator voluerit, facere, & fundare
non beneficium dandum in titulum, ſed adminiſtra-
tionem ad altare, ſinè conſenſu Epiſcopi laicis com-
7 petentem: & potuerit hoc facere, ne illud altare,
cuius titulus non dabatur, diceretur beneficium.
Barbat. in clem. gratia. col. fin. ante numerum 30. *de*
reſcrip. Sarmen. regul. de Annal. quæſt 20. vbi hac ra-
E tione ceſſare in his regulam de Annali E, & etiam ſi
adminiſtratio commiſſa ſit perſonæ Eccleſiaſticæ, *Caſ.*
de Graſſ. deciſ. 3. *de præben.* Et harum adminiſtratio-
num ſunt capaces etiam mulieres, & laici, *Rota*
deciſ. 182. *par.* 1. & *deciſ.* 264. & 265. *par.* 2. *diuerſ.*
prout dicitur, poſſe per laicum retineri præbendam
8 temporalem non annexam rei ſpirituali *Caputaq. deciſ.*
358. *par.* 2. & de relicto ſacerdoti per hæredes eli-
gendo pro celebratione miſſarum in aliqua cappel-
la reſoluit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Con-
cilij Tridentini Interpretum relata per *Moder. ſuper*
regula octaua gloſ. 5. *num.* 29.

Tamen cum nullibi conſtet, voluntatem illam teſtato-
ris fuiſſe effectum ſortitam; nequè cappellaniam,
de qua agitur, vel illius bona eſſe adminiſtrationem
illam, vel bona à teſtatore relicta; nequè aliquem eo-
rum, qui cappellaniam obtinuerunt, fuiſſe à deſcen-
dentibus Ioannis Faiſſati à teſtatore vocatis nomina-
tum, dixerunt Domini, conſtare non poſſe de iure
nominandi ad illam.

Præſertim quia vltimus ſtatus repugnat adminiſtratio-
ni, ſed eſt, vt collatio fiat ab Epiſcopo, tanquàm de
perpetuo beneficio: vt ex inſtrumento collationis fa-
ctæ per reſignationem Bonifacij de Tortis Arnaldo
Faiſſato, per cuius reſignationem fuit etiam nunc
collatum Tonduto: qui multùm attenditur pro Ordi-
9 nario *ad Calder. conſil.* 23. *de præben.* quem Rota ſe-
quitur, & in his terminis *Dec. conſ* 126 *in princ.*

Accedit, quòd non iuſtificatur, deteciſſe lineam de Faiſ-
ſatis, nequè Andream Bellonum deſcendere à Ray-
mundetto; adeò vt dici poſſet vocatus ex teſtamen-
to Andreæ, quatenus doceretur effectuatum; conſe-
quenter non conſtat de illius iure nominandi, qui eſt
effectus dubij.

Nam fides Iudicis Cadecoſſiæ examinis teſtium hoc de-
10 ponentium nihil probat, non exhibita depoſitione
ad not. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. quæ etiam
fuiſſet per Iudicem prædictum recepta ſinè iuriſdi-
ctione, ex quo tunc cauſa pendebat in Rota per ap-
pellationem, vt dicit idem expreſsè in ſua atteſtatio-
ne, & nulliter, ex quo parte non vocata, ex *vulgar.*

Inſtrumenta verò narrantia filiationem iſtorum de Bel-
lonis non probant; Quia ſi quæ adſunt enunciatiuæ
antiquæ, nulla earum eſt geminata de eadem perſo-
11 na, ita vt dici poſſet inducta fama *Alexand. conſ.* 94.
num. 8. *verſ. inſtrumenta antiqua lib.* 7. *Rota deciſ.* 388.
par. 1. *diuerſ.* admiſſo etiam, quòd fama ſufficeret ad
probandam filiationem, cum tamen debeant con-
12 currere adminicula *Salyc. in l. teſtium. num.* 12. *verſ.*
in caſibus. ff. de teſtibus. Abb. in cap. tranſmiſſæ. ſub
num. 10. *qui fil. ſint legit. Felin. in cap. per tuas. num.*
15. *de probat. vbi Dec. num.* 39. & *adden. ad eum Ale-*
xand. conſ. 25. *num.* 9. *vbi Natt. in add. lib.* 4. *Dec. conſ.*
54. *col.* 1. *verſ ſicut etiam ſola fama.*

Et ita fuit reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Contrarium reſolutum fuit in hac eadem cauſa 18. Maij
1615. coram Domino meo, nempe conſtare de effe-
ctuatione iuris nominandi relicti ab Andrea in eius te-
ſtamento, ex pluribus deductis in dicta deciſione confir-
mata die 8. Februarij 1616. coram eodem.

B Iuſpatronatus acquiritur ex triplici capite duntaxat
13 Conſtructione ſcilicet Eccleſiæ *can. Monaſterium* 16.
quæſt. 7. Dotatione *can. filijs vel nepotibus, eadem*
cauſa & quæſt. Et Territorij ad Eccleſiam fundandam
datione *can. Abbatem* 18. *quæſt.* 2. *cap. ad audientiam*
2. *de Eccleſ. ædific.* & *cap.* 3. *de iurepatron.* vbi *Doct.*
communiter Abb. conſ. 54. *num.* 1. *par.* 1. & *conſ.* 59.
num. 2. vbi quòd de iure non reperitur alius modus ex-
preſſus. & *conſil.* 106. *num.* 1. *par.* 2. & alios refert,
& ſequitur *Rota deciſ.* 311. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*
latè alijs adductis *Garc. de benef. par.* 5. *cap.* 9. *à num.*
56. & *infra, Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 18. *num.*
33. *Praxis Archiepiſc. Neapol. impreſſa Romæ* 1609.
cap. 63. *num.* 13.

Et acquiritur etiam abſquè alia reſeruatione: dummodo
14 expreſsè non ſit remiſſum *cap. ſignificauit.* vbi Doct.
omnes, & præſertim *Abb. in primo not.* & *Felin. num.*
2. *de teſtib. gloſ. in cap. ſi quis Baſilicam. verb. tabu-*
laria de conſecr. diſt. 2. *d. cap. nobis de iurepatr. Doct.*
in cap. 1. *eodem tit. in* 6. *Rot. deciſ.* 5. *eod. tit. in an-*
tiq. Rocch. in verb. Eccleſiam fundauit. q. 8. *num.* 12.
Lambert. qui de communi. lib. 1. *par.* 1. *quæſt.* 2. *artic.*
4. *num.*

Digitized by Google

4. *num.* 12. *&* 14. *& quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 11. *Staphil.*
de litt. grat. tit. de modo, & form. impetr. §. ſequitur
videre, num. 5. latè *Bero. in rubr. de iurepatr. num.* 81.
& 82. vbi de communi, *& in cap.* 3. *num.* 55. *eodem-*
tit. & in Rota pluries recepta eſt, *vt in deciſ.* 167.
num. 4. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 800. *num.* 4. *par.* 4.
diuerſ. & deciſ. 421. *num.* 2. *&* 674. *num.* 1. *par.* 2.
recent. vbi quòd ſæpè in alijs cauſis Rota ſequuta eſt
hanc opinionem, *vt in deciſ.* 517. *num.* 2. *par.* 1. *re-*
cent. & deciſ. 421. *num.* 2. *par.* 2.

Sed in beneficio Regulari requiritur etiam priuilegium-
15 Apoſtolicum. *cap. hinc eſt etiam* 16. *quæſt.* 1. *Gloſ. in-*
cap. nobis. in verb. niſi aliter. verſ. vel expone. & ibi
Doct. de iurepatr. Mohedan. deciſ. 340. *alias* 10. *num.* 5.
eod. tit. Put. deciſ. 356. *num.* 4. *lib.* 2. *in correct. Co-*
uarr. in reg. poſſeſſor. par. 2. *§.* 10. *num.* 3. *verſ. alter*
caſus. vbi de communi *Lambertin. de iurepatr. lib.* 2.
quæſt. 5. *par.* 1. *art.* 5. *num.* 10. *&* 11. *Paul. de-*
Cittadin. eod. tract. par. 3. *cauſ.* 1. *num.* 71. *& cauſ.*
2. *num.* 13. *verſ. ſed ex referuatione ſpeciali, & par.* 7.
quæſt. 10. *num.* 17. *Rota deciſ.* 563. *ante num. primum*
verſ. non obſtat. & 564. *num.* 2. *&* 3. *&* 572. *num.*
2. *&* 574. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 53. *par.* 1.
num. 1. *& d. deciſ.* 421. *num.* 2. *verſ. tamen in præ-*
ſenti par. 2. *recent. Seraph. deciſ.* 1305. *num.* 5. *&*
1353. *num.* 5. *& deciſ.* 1395. *num.* 2.

Amplia, etiam ſi Eccleſia eſſet Conuentualis habitu, non
16 actu, *Alexand. conſ.* 74. *quod eſt Andreæ Barbat. num.*
1. *& ſeq. & ibi Apoſtilla litt. A. lib.* 4. *Seraphin. d. de-*
ciſ. 1395. *num.* 3.

Prædicta intelligenda ſunt, vt procedant, quando iuſ-
17 patronatus referuandum eſſet in tota Eccleſia, ſecus
tamen vbi referuandum eſſet in altari poſito in ipſa-
Eccleſia Regulari; quia tunc ſufficit conſenſus Regu-
larium. *Pariſ. conſil.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. & fuit dictum
in *Segobien. cappellania* 28. *Febr.* 1625. *coram bon. mem.*
Vbaldo.

Priuilegium autem prædictum ex curſu temporis, & ob-
18 ſeruantia præſumitur interueniſſe in limine fundatio-
nis: licèt non ſit enunciatum *ad trad. per Doct. in-*
l. ſtendum. de verb. obligat. Felin. in cap. ſicut de re-
iudic. Abb. loquens de iurepatr. *in cap. cura paſtorali.*
num. 4. *de iurepatr. Dec. conſ.* 155. *Aretin. conſil.* 36.
cum alijs per Gabr. concluſ. 1. *de præſumpt. num.* 9.
Rota in terminis noſtris *deciſ.* 563. *num.* 1. *& deciſ.*
573. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* Niſi ex facie inſtru-
19 menti fundationis conſtaret, adhibitum fuiſſe ſolum-
conſenſum Epiſcopi, vel alterius Prælati Papa infe-
rioris, *ad Caſtren. conſil.* 81. *num.* 1. *verſ. & ſi di-*
catur, lib. 2. *Alexand. conſ.* 1. *num.* 20. *lib.* 4. cum-
alijs *per Gabr. de præſumpt. d. concluſ.* 1. *num.* 57. in-
terminis *Rota deciſ.* 53. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

C Aedificans, vel fundans Cappellam, ſiue Eccleſiam-,
20 non poteſt illam ab Epiſcopi poteſtate eximere, ſiue-
in eius fundatione apponere grauamen, quòd Epiſco-
pus, vel alius Superior in eius prouiſione, vel diſpo-
ſitione non ſe intromittant *Innocent. in cap. in La-*
teranen. num. 5. *de prabend. Panormit. in cap. cum di-*
lectus, num. 4. *de conſuetud. in cap. requiſiſti num.*
22. *de teſtam. & in cap.* 3. *ſub num.* 13. *de Eccleſ. ædi-*
fican. & in cap. cum venerabilis, num. 33. *vbi etiam-*
Dec. notab. 10. *num. eod. de exception. idem Dec. conſ.*
135. *num.* 2. *poſt med. Rota deciſ.* 10. *num.* 1. *& per*
tot. de teſtament. in antiq. Lambertin. de iurepatr. lib.
1. *quæſt.* 9. *principali in princip. num.* 40. *verſ. am-*
plia Guttierez in l. nemo poteſt num. 440. *& duobus ſe-*
quentib. ff. de legat. 1. *cum alijs per Gonzal. ad reg.* 8.
21 *Cancellar. gloſſ.* 5. *num.* 42. *& ſeq.* Niſi Epiſcopus in
ipſa fundatione conſenſum huiuſmodi conditioni præ-
beret, quia tunc valeret huiuſmodi diſpoſitio, ac eſſet
ſeruanda, *Gonzalez loco citato num.* 47. *& duobus ſe-*
22 *quentib.* Vel quando non eſſet cappellania danda in-
titulum, ſed ſolùm adminiſtratio, quæ abſque Supe-
rioris auctoritate, vel licentia fundatur, *Spin. de te-*
ſtament. gloſ. 4. *princip. num.* 39. *iuncto num.* 42. *verſ.*
ex quo deducitur, Gonzal. loco citato num. 44. *& ſeq.*

D In reſeruatione, ſeu creatione iuriſpatronatus Ordina-
23 rij aſſenſus, & auctoritas requiritur, *Rocch. de iure-*
patr. verb. pro eo, in princ. & quæſt. 1. *Calderin. conſ.*
20. *verſ. nam auctoritas, eod. tit. Oſtien. in Summa-,*
eod. tit. §. ex quibus, Lambertin. lib. 1. *par.* 1. *quæſt.* 2.
art. 3. *Rota in Gerunden. beneficij die* 5. *Maij* 1610. *co-*
ram Ortembergo.

Et antequam Ordinarij conſenſus accedat, nunquam dici
24 poteſt beneficium, *Rota deciſ.* 11. *de iurepatr. in no-*
uis, & deciſ. 442. *num* 2. *verſ. non obſtat lib.* 3. *par.* 3.
diuerſ. Verall. deciſ. 64. *lib.* 1. *in manuſcript. & in d.*
Gerunden. beneficij coram Ortemberga, etiam ſi ſit Præ-
latus Epiſcopo inferior, dummodo habeat illius iura
Rocch. vbi proxime. num. 8. *Lambertin. d. quæſt.* 2. *art.*
14. *& part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 5.

Qui conſenſus poteſt interuenire ante creationem, &
25 poſtea quandocunque *Calderin. conſ.* 6. *de iurepatr.*
Rocch. d. verb. pro eo. quæſt. 4. *num.* 9. *Lambertin. d.*
lib. 1. *par.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 16. *& quæſt.* 11. *artic.* 16.
num. 5. *Tanis deciſ.* 20. *Rota in Pientina iuriſpatro-*
natus 13. *Martij* 1609. *coram Reuerendiſſimo D. meo*
Coccino Decano, & in Tuden. Parochialis 9. *Aprilis*
1612. *& in Brittonorien. iuriſpatronatus* 7. *Maij* 1612.
coram bon. mem. Vbaldo Beltramin. in addit. ad deciſ.
26 420. *Gregor. XV. num.* 7. & ſufficit etiam tacitus,
qui colligitur ex inſtitutionibus ipſius Ordinarij factis
ad præſentationes patronorum, *Rocch. vbi ſupra-*
quæſt. 8. *num.* 20. *Tan. d. deciſ.* 20. *Rota in Aquen. iu-*
riſpatronatus 7. *Nouembris* 1601. *coram Cardinali Lan-*
cellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. *pag.*
454. *& in d. Brittonorien. iuriſpatronatus coram Vbal-*
do, Beltram. ad d. deciſ. 420. *Gregor. XV. d. num.* 7.

E *Adde Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *num.* 64.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana pecuniaria.

Lunæ 13. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Depoſitarius ſoluens de ordine illius, qui pecu-
nias apud eum depoſuit, quando liberetur,
ſi pecuniæ non erant ipſius deponentis, ſed al-
terius. Et de Equite Hieroſolymitano, quòd
propriè ſit Religioſus, & quod propterea-
quicquid acquirit Monaſterio acquirit, nec
valeat ab eo facta donatio, ſi intra quadragin-
ta dies obierit poſt factam donationem-.

SVMMARIVM.

1 *Soluens alicui de mandato creditoris liberatur, ac ſi ipſi creditori ſoluiſſet.*

2 *Soluens alicui pecunias furto ſubtractas, & a fure conſignatas de mandato furis, conueniri non poteſt à domino pecuniarum ſubtractarum, ſi furtum ignorabat.*

3 *Depoſitarius ſoluens de mandato domini, cui non debet liberatur, ſi abſit dolus, vel lata culpa.*

4 *Prælato falſo ſoluens excuſatur, ſi ceſſet dolus, vel lata culpa.*

5 *Dolus non præſumitur in eo, qui nullum reportauit commodum, ſed potiùs lucri amiſſionem.*

6 *Depoſitarius ſoluens Monacho pecuniam ſibi à Monacho conſignatam, licèt Monaſterio quæſitam, liberatur.*

7 *Sententia lata non recognitis iuribus ſuſtinetur, vbi non fuit oppoſitum.*

8 *Sigillum appoſitum in aliqua ſcriptura operatur idem, ac ſubſcriptio, præſumiturque appoſitum de mandato, eius, cuius eſt Sigillum; & faciliùs quando agitur de præiudicio ipſius ſignantis. & num. 19.*

9 *Sigillum præſumitur ſubtractum, quando ſcriptura ſigillata fuit allata à fratre, & perſona domeſtica, eiuſque fauorem reſpiciat. Sed contrarium eſt verius, quando dominus ſolebat ſecum illud deferre. num. 10.*

11 *Hieroſolymitani Equites ſunt verè, & propriè Religioſi emittentes tria vota, & quicquid acquirunt, Monaſterio acquirunt, & num. 20.*

12 *Donatio, & qualibet alia diſpoſitio facta ab Equite Hieroſolymitano eſt nulla, ſi ipſe Eques obijt intrà 40. dies à die facta donationis.*

13 *Stabilimentum Relig. Hieroſolymitanæ 14. ſub tit. 16. procedit etiam in præſumpta donatione, & diſpoſitione ex confeſſione reſultante.*

14 *Fides fidem non facit.*

15 *Depoſitum iudiciale reſtituens non liberatur, niſi fecerit de mandato Iudicis, citata parte.*

16 *Prælato intruſo ſoluens canonem liberatur, ſi habet iuſtam, & veriſimilem cauſam credendi, ipſum eſſe Prælatum.*

17 *Prælato putatiuo rectè ſoluitur, ſi cum ipſo celebratus eſt contractus.*

18 *Soluens ei, cum quo contraxit, liberatur, etiam ſi ſciat, pecuniam ad alium pertinere.*

DECISIO II.

THOMAS Thomaſius Eques Hieroſolymitanus cum retineret penès Marinum Gundulam mercatorem ſcuta bis mille 18. 3. die 13. Februarij 1608. per eius apocham illi mandauit, vt prædictam pecuniarum ſummam ſolueret Capitaneo Cæſari Thomaſio, vel alteri circa ipſam eiuſdem voluntatem, & diſpoſitionem ſequeretur, declarans, pecunias verè fuiſſe, & eſſe dicti Capitanei; qui Gundula die 16. eiuſdem ſoluit, quietantiam in pede ordinis recepit, ac ſolutionem in ſuis libris adnotauit. Defuncto verò die 26. & ſic intrà decem dies Equite Thoma, Sacra Religio Hieroſolymitana coram D. Locumtenente Anconitano litem mouit ſuper reſtitutione dictarum pecuniarum, tàm contra Gundulam, quàm contra Capitaneum Cæſarem, à quo fuit ille abſolutus, iſte verò condemnatus ad reſtitutionem. Quam ſententiam, dubio per me hodie propoſito, tàm in primo capite, vtraque parte, quàm in ſecundo vna tantùm informante, confirmandam eſſe, Domini dixerunt.

Quò ad primum caput liberationis Gundulæ funda-
1 mentum fuit; quia cum ſoluerit de mandato Equi-
tis Thomaſij, non minùs liberationem conſequutus
fuit, quàm ſi eidem ſoluiſſet *l. 4. vbi Bald. & Angel.
in l. inuito 12. C. de ſolut. l. ſolutum 11. §. ſolutum ff. de
A *pignor. actio.* A.

Non obſtat, quòd Gundula ſequi non debuerit ordinem Equitis, qui non poterat diſponere de pecunijs tanquam ſpectantibus ad Religionem, vt infra. Quia vltra quòd Religio poteſt tantùm illas vendicare ab eo, cui fuerunt ſolutæ, non autem ſoluentem moleſtare. *l. officium 9. ff. de rei vendicat. cum concordantibus*, Etiam ſi Eques, qui pecunias retinebat penes Gundulam, nihil iuris in illis habuiſſet,
2 ſed furto ſubtraxiſſet: non poſſet Gundula ex reſti-
tutione illarum moleſtari: ſed Eques tantùm eſſet
domino obligatus *text. eſt in l. ſi vrbana 55. ibique
Bald. in ſummario, & num. 1. de condict. indeb.*

Quod fortiùs procedit in depoſitario, qui ſoluens
3 cui non debuit, excuſatur, ſi abſit dolus, vel lata
B culpa B, *Angel. ibi ſub num. 2. verſ. in gloſ. ſuper
verbo, ex text. in l. 1. §. ſi rem à ſeruo ff. depoſiti, in ea
gloſ. allegat.* & propterea infert ad depoſitarios pe-
cuniæ Prælatorum, quòd ſi poſtea falſo Prælato
4 ſoluerint, excuſentur, ſi ceſſet dolus, vel lata cul-
C pa C; ſequitur eodem loco *Iaſ. num. 5.* hic verò
vltra præſumptionem doli, & culpæ excluſiuam,
non poteſt aliquis dolus, vel culpa conſiderari: ex
quo mercator iſte ex ſolutione nullum commodum
5 reportare poterat, ſed potiùs lucri amiſſionem.
*Aym. conſ. 8. ſub num. 4. Decian. reſponſ. 57. num. 36.
lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num.
18. & 19.*

Et in ſpecie poſſe Monacho reſtitui pecuniam per il-
6 lum depoſitam, ſeù traditam, licèt Monaſterio quæ-
ſitam, quamuis etiam hac ratione poſſet repelli iu-
dicialiter ab illius conſequutione *Bart. in l. non
ideo, verſ. ſic & in Monacho,* dicens multùm not. *ff. de
nouat. & in l. filius verſic. & per hoc*, vbi *Bald. num.*
2. dicens, menti tenen. *Angel. num.* 1. qui & in Cano-
nico Regulari, & dicit quotidianum C. *de pact. Bal.
in l. quòd ſeruus, in lectura antiqua ff. depoſiti Salycet.
l. cum hæreditas num. 1. verſ. ſed dubitari C. eodem
Surd. deciſ. 229. num. 9.*

Nec facit, quòd non probetur ordo Equitis, cum non
7 ſit recognitus. Nam cum de hoc non fuerit oppo-
D ſitum, ſententia lata ſinè recognitione ſuſtinetur D,
*Bellamer. deciſ. 539. & fuit dictum in Plocen. fru-
ctuum tertia Iunij, anno 1588. coram bon. mem. Car-
dinali Pamphilio.*

Nec etiam dicatur, ſubſcriptionem nō eſſe manu Equi-
tis, qui ſcribere neſciebat, ſed factam cum typo
per illum retineri ſolito cum ſuo nomine, & co-
gnomine; omiſſo enim, quòd de hoc nullibi conſtat,
8 & ſubſcriptio eſt clara, typus idem operatur, ac
E ſubſcriptio E, *Roman. conſ. 303. num. 20. Gabriel*
infinitos congerens *de præſumpt. concluſ. 4. in princ.
Surd. deciſ. 137. num. 1. verſ. nam ſi eſſemus, & num. 2.
& 3. Menoch. de arbitr. caſ. 113. num. 10. de præ-
ſumpt. lib. 2. præſumpt. 57. num. 3.* Et præſumitur
appoſitus ab eo, cuius eſt, vel de illius mandato. *Butr.
in cap. tertio loco num. 2. not. 2. de probat. vbi Dec.
num.* 8. cum alijs per *Gabr. d. concluſ. 4. num. 12. Me-
noch. præſump. 58. num. 10. lib. 2. qui num.* 8. ampliat
etiam contra ſucceſſores hoc negantes; de commu-
ni *Gambar.* olim Rotæ Auditor, *de auctoritate Lega-
ti de latere lib. 8. num. 234.*

Minùs dicatur, ceſſare hanc præſumptionem, & intra-
9 re aliam, quòd ſigillum fuerit ſubtractum, cum ſcri-
ptura fuerit allata à fratre, & perſona domeſtica, eiuſ-
que fauorem reſpiciat. *Anchar. in cap. 2. col. 1. num. 2.
verſ. in dubio autem, de fide inſtrum. Rom. conſ. 446.
num. 12. Marſil. in l. 1. §. qui in rationibus. num.
7. ff. ad leg. Corn. de falſ. Gabr. d. concl. 4. num. 13.
Gambar. vbi ſupra num.* 230. Quia præterquam
quod non probatur, iſtos fratres inſimul, & in ea-

dem

dem domo habitaſſe, atq; ita ſumus in regula, ceſ-
ſat præſumptio ſubtractionis, ex quo ſupponitur,
10 Equitem ſolitum fuiſſe illud ſecum deferre, & dili-
genter cuſtodire. *Imol. in Clemen. prima ſub num.* 19.
*circa finem verſ. per prædicta, de procurat. Gabr. vbi
ſupra num.* 14. & 40. *Menoch. de præſumpt. præſump.*
58. *ante num.* 10. *verſ. hanc autem.*
Quoad ſecundum caput condemnationis Capitanei
11 Cæſaris fundamentum fuit; quia cum milites Hie-
F roſolymitani ſint verè, & propriè religioſi F, tan-
quam emittentes tria vota, vt ex ſtabilimentis Re-
ligionis tit. *Del Riceuimento de fratelli num.* 1. *verſ.*
lo N. ſol. 9. in eiſdem *trad. Mohedan. deciſ.* 10. *num.*
1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* non poſſunt habere
aliquid proprij, ſed omnia acquirunt Monaſterio *au-
then. ingreſſi*, vbi omnes *C. de Sacroſ. Eccleſ. cap.* 2.
*de ſtatu Monach. Doct. in capit. in præſentia de probat.
Abb. in cap.* 2. *num.* 3. *in* 3. *not. de ſtatu Monach. Mo-*
G *hedan. dicta deciſ. num.* 2. G, conſequenter non potuit
Eques Thomaſius diſponere de dictis pecunijs, quã-
uis eſſent ad eius creditum in banco, *Doctor. in d.
auth. ingreſſi. Abb. d. cap.* 2. *num.* 4. vbi quòd licèt
poſſit habere adminiſtrationem cum licentia Supe-
rioris: non tamen diſpoſitionem, ſeu vſum pro libi-
to voluntatis; vt loquitur *Calderin. conſil.* 1. *circa fi-
nem de Regular.* & in his proprijs terminis cenſuit *Ro-
ta coram bon. mem. Cardinali Paleotto in Hieroſolymi-
tana pecuniaria deciſ.* 436. *lib.* 3. *par.* 3. *diu.* & conſe-
quenter potuit Religio pecunias vendicare. Tantò
12 magis cum Eques non ſuperuixerit per dies 40. à
die ordinis; quo caſu ex ſtabilimento Religionis 14.
ſub titulo 16. *De contratti, & alienationi.* omnis do-
natio etiam inter viuos, diſpoſitio, conſignatio pe-
cuniarum, vel bonorum eſt nulla, pro caſſa, & nul-
lius roboris, & momenti.
Nec releuat dicere, Equitem non diſpoſuiſſe de dictis
13 pecunijs: ſed tantùm declaraſſe, illas eſſe Capitanei.
Quia ſtabilimentum procedit etiam in præſumpta
donatione, & diſpoſitione ex confeſſione reſultante;
aliàs reddi poſſet eluſorium, & illi de facili fieri fraus
Bald. in cap. fin. ſub num. 7. *verſicul. aut non habet
curatorem de confeſſ. & conſ.* 496. *num.* 7. *verſ. item
iſtud lib.* 1. *Put. deciſ.* 7. & 55. *per totam lib.* 3. *iuxta
modern. impreſſ. Creſcen. deciſ.* 2. *de confeſſ. Tiraquell.
de leg. connubial. gloſ.* 5. *num.* 116.
Neque opus eſt, inſiſtere circa fides in proceſſu exhibi-
tas, quòd pecuniæ re vera erant Capitanei, receptæ
in extinctionem cuiuſdam cenſus à Ferrettis; cum
14 tritum ſit, fidem nullam fidem facere. Atque ex his
pro ſententiæ confirmatione reſolutum fuit.

ANNOTATIO.

A *Surd. conſ.* 82. *num.* 2. *lib.* 1. *Mantic. deciſ.* 85. *num.* 2.
B Secus eſt in depoſito iudiciali; quia ſi depoſitarius reſti-
15 tuat ipſi deponenti, vel alteri de eius mandato, non
liberatur, ſed remanet obligatus; niſi faciat de licen-
tia Iudicis, citata parte, vt per *Roman. conſ.* 237. &
ibi Apoſtill. in verbo, licentia; Crauett. conſ 428. *num.*
20. & *conſ.* 331. *num.* 10 & *ſeq. Tiraquell. de retract.
conuent.* §. 4. *gloſ.* 9. *num.* 2. *Surd. conſ.* 385. *num.* 28.
& *ſeq.* qui reſpondet *text. in l. acceptam in fin. C. de
vſur. & Bart. contrarium tenenti*, quòd text. ille pro-
cedat in depoſito recepto de facto, non de iure; vel
quòd loquatur de depoſito auctoritate Iudicis reſti-
tuto, *vt per Caſtren. in d. l. acceptam num.* 3. & *idem
Surd. num.* 30. aſſerit, Bart. opinionem eſſe falſam, &
contra eum ſtare *Caſtr. Roman. Salyc. Bald. Pariſ.* &
Tiraquel. ibidem relatos, & ideo non eſſe ab hac opi-
nione recedendum.
C Sic etiam ſoluens canonem Prælato intruſo, habens ta-
men iuſtam, & veriſimilem cauſam credendi, eum
26 eſſe Prælatum, liberatur, ſecundùm *Corbul. de iure
emphyt. tit. de cauſis priuationis ob non ſolutionem ca-
nonis limit.* 24. *Amic. in ſimili tractatu quæſt.* 100.
num. vlt. quos refert *Auguſt. Barboſ. in collect. ad cap.
potuit, de locato num.* 125.
Prælato autem putatiuo rectè ſoluitur, ſi cum ipſo ce-
17 lebratus eſt contractus, vt in ſimili *Doct. in l. filius
paciſcendo, vbi Alex. Iaſ. & Dec. C. de pact. Becc. con-
ſil.* 19. *num.* 5. & *ſeqq.* & in terminis *Bald. in cap. li-
teris, de reſtit. ſpoliat. Crot. conſ.* 24. *num.* 13. & *ſeq. Surd.
deciſ.* 229. *num.* 10.
Et ſemper ei rectè ſoluitur, cum quo eſt contractum:
18 etiam ſi ſoluens ſciat, pecuniam ad alium pertinere,
*Caſtr. & Iaſ. in l. ſi vrbana prædia ff. de condict. in-
debit.* latè *Anchar. famil. quæſt.* 31. *num.* 9. & *ſeq.* qui
cum *Iaſ. & Caſtr.* vbi proximè reprobat Bart. do-
ctrinam *in l. filiæ inteſtato ff. de ſolut. & Dec.* illum
ſequentem in conſ. 407. Nam qui ſoluit ei, cui ex
contractu erat obligatus, non eſt culpandus, ſiue ſciat,
ſiue non; & allegatis in deciſione addo *Afflict. deciſ.*
147. *num.* 2. & *latè Tiraquell de retract. conuent.* §. 4.
gloſ. 9 *in fine. Surd. conſ.* 150. *num* 104. & *ſequentib.
lib.* 1.
D *Verall. deciſ.* 5. *num.* 5. *par.* 3. *Put. deciſ.* 405. *lib.* 1. *in
nou* quia tunc recognitio iurium fieri poteſt quando-
cunque, *Seraphin. deciſ* 1407. *num.* 3. & infra fuit di-
ctum *in Romana cenſus* 4. *Iulij* 1618. *in Placentina
caſtanearum* 2. *Iunij* 1621. *Cuſentina beneficij* 1. *Iulij*
1622. & nouiſſimè *in Bononien proceſſuum* 15. *Ianua-
rij* 1624.
E Sigillum tribuit fidem ſcripturæ æquè ac ſubſcriptio,
Doct. in cap. poſt ceſſionem de probat. Gemin. conſ. 57.
19 *num.* 5. & *conſ.* 144. *num* 4. *Gabriel. de præſumpt. con-
cluſ* 4 *num.* 46. *Rota in Tridentina decimarum* 14. *Fe-
bruar.* & 6. *April.* 1620. *coram Cardinali Sacrato, &
in Caſalen. beneficij Lunæ* 28. *Iunij* 1627. *coram
R. P. D. meo Merlino, Menoch. conſil.* 1. *num.* 332 &
facilius procedit, quando agitur de præiudicio ipſius
ſignantis *Surd. d. deciſ* 137. *num.* 9.
F Milites Hieroſolymitani, quòd ſint verè, & propriè
Religioſi, in Rota fuit ſæpiùs tentum, & ſignanter
20 *in Romana palatij dell' Aquila* 26. *Maij* 1600 *coram
Cardinali Lancellotto, & in Tiraſonen decimarum*
24. *Maij* 1618. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in
Vrbeuetana hæreditatis* 14. *Aprilis* 1614. *coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo, & inter impreſſas de-
ciſ.* 991. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 333. *ſub num.* 1.
par. 1. *recent. & deciſ.* 87. *num.* 1. *par.* 2. *ſan. mem. Greg.
XV. deciſ.* 87. *num.* 2. *vbi Adden. num.* 13. & *deciſ.* 109.
num. 1. quæ quidem ſententia communi Doctorum
calculo recipitur, vt per *Nauarr. conſil.* 21. *num.* 1. *de
Regular. Gratian. diſcept forenſ. cap.* 457. *num.* 24. & *ſeq.
Bobadil in ſua Politica lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 11. *Sanch. de
matrimon. lib.* 2. *diſp.* 18. *num.* 8.
G Et quòd quicquid acquirant Monaſterio acquirant, vl-
tra allegatos *Rot. dicta deciſ.* 333. *num.* 2. *par.* 2. *re-
cent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Digitized by Google

Leodien. Canonicatus Tongren.

Veneris 17. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Iudicum aſſertioni, & atteſtationi non in forma diſpoſitionis teſtium receptæ credendum non eſt. Et an valeat, & quomodò probetur contraria conſuetudo; reliqua videas in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationem non admittit Papa, ſinè clauſula.* Quòd reſignans aliundè habeat, vndè viuere poſſit.
2 *Iudicum quamuis plurium aſſertiones, & atteſtationes nullam faciunt probationem, non receptæ in forma diſpoſitionis teſtium, ſiue ſint de geſtis coram eis, ſiue de alijs factis.*
3 *Subſcriptio teſtium vltra ſigillum requiritur in atteſtatione, a Notario recepta nomine Officialium, quando negotium non ſpectat ad eorum officium, & agitur de graui præiudicio.*
4 *Conſuetudo vt inducatur, requiritur tacitus conſenſus populi, vel maioris partis.*
5 *Inſtrumenta non probant conſuetudinem; niſi illis fides adhibita fuerit, & venerit in notitiam maioris partis populi, vt num. 15.*
6 *Conſuetudo non dicitur, niſi ſit præſcripta.*
7 *Conſuetudo circa deciſoria non præſumptiuè, ſed plenè probanda eſt.*
8 *Conſuetudo clericos non ligat, niſi clericorum conſenſu introducta fuerit.*
9 *Legitima aſſignatur filio in vita patris diſſipantis bona ſua; ſed tunc pater non amittit dominium, ſed tantùm adminiſtrationem.*
10 *Dos, viro ad inopiam vergente, non reſtituitur vxori, ſed aſſecuratur.*
11 *Solutio præſumitur facta ex cauſa præcedenti neceſſaria.*
12 *Traditio ex duobus emptoribus præſumitur facta ei, qui ſoluit.*
13 *Iudex an, & quando teſtis eſſe poſſit.*
14 *Conſuetudo an ab vna familia induci poſſit.*
15 *Conſuetudo quanto tempore inducatur.*
16 *Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, non valet, nulla facta mentione, quòd erat in titulum Ordinis, etiam ſi reſignans aliundè haberet vndè viueret.*

DECISIO III.

SENTENTIAM Rotalem canonizatoriam reſignationis factæ Gerardo Steuart confirmandam eſſe, Domini dixerunt. Siquidem narrata in gratia reſignationis ſunt iuſtificata ex deciſione in hac cauſa facta 30. Ianuarij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano; nec gratia prædicta ſubreptitia, vel nulla prætendi poteſt, vt reſolutum fuit 8. Iunij 1612. coram eodem.

Non obſtat, quòd non iuſtificetur principalis narrati-
1 ua reſignationis, videlicet Hubertum reſignantem aliundè viuere potuiſſe, ſinè qua Papa non admiſiſſet reſignationem, reſiſtente diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* & *Bulla Pij V.* 58. vt etiam *Sacra Congregatio Concilij, & Rota* aliàs declarauit. Quod deducitur ex eo, quòd aſſignatio facta reſignanti à patre pro ſua legitima annui redditus flor. 200. Brabantiæ ſcut. 55. auri in auro Italiæ conſtituen. ſuper bonis ſpecificatis fuerit nulla, tanquam non facta coram Scabinis, ſeu Iuſtitia loci, ſinè qua de conſuetudine illarum partium nullus tranſportus alicuius redditus, ſeu aliquorum bonorum validè fieri poteſt, vt ex atteſtatione duorum Scabinorum adminiculata ex tribus inſtrumentis coram Scabinis celebratis, in quo ſolo fiebat fundamentum per informantes pro Voſſio.

Primò, quia atteſtatio Scabinorum nullam facit pro-
2 bationem. Tum quia non eſt in forma depoſitionis teſtium *cap. cum à nobis* 28. *de teſtib.* quamuis ſit plurium Iudicum *gloſ. ibi in ver. vnus* & ſiue ſit de geſtis coram ſe, ſiue de alijs factis *Innoc. ibi ſub num.*
A 5. *verſ. in cauſis.* A

Tum quia eſt lite pendente, & ſinè partis citatione. Tum denique, quia etiam ſi eſſent literæ teſtimoniales illorum Scabinorum, prout verè eſt atteſtatio à Notario recepta, non probarent: quia deficit ſub-
3 ſcriptio teſtium vltra ſigillum requiſita *Calder. conſ.* 3. *de fid. inſtrum. Doctor.* communiter *in cap. poſt ceſſionem de probat.* vt teſtatur *Felin. ibi num.* 7. cum hæc non ſint de ſpectantibus ad officium Scabinorum *Dec. ibidem num.* 36. *& ſeqq.* & generaliter vbi agitur de graui præiudicio, dicit communem *Abb. conſ.* 53. *num.* 3. *lib.* 2. vltra quod non ſunt Scabinorum Leodien. vbi fuit facta aſſignatio, & adſunt bona, ſed Oppidi Haſſolen. Ideo non applicatur materia dicti *cap. poſt ceſſionem* vt ibi per *Doctor.*

Neque prædicta inſtrumenta aſſerta conſuetudine ſu-
4 ſtinentur. Quia ad inducendam conſuetudinem requiritur tacitus conſenſus populi, vel maioris par-
B tis B, *l. de quibus* vbi *Bart.* & alij *ff. de legib. gloſ. fin. verſ. item requiritur, quòd maior pars. in cap. fin.* vbi *Doctor. de conſuetud. Rocch. de conſuet. ſect.* 4. *num.* 2. *&* 46. *& ſeq.* & certum eſt, inſtrumenta non fieri coram omni populo, vel maiori parte. Imò eſſe
5 poteſt, quòd nunquam à maiori populi parte viſa fuerint; conſequenter non probant conſuetudinem, *Abb. d. conſ.* 53. *num.* 1. vbi plenè *lib.* 2. *Rocch. de conſuetud. ſect.* 4. *num.* 37. *verſ. & conſulnit & ſect.* 8. *ſub num.* 19. *verſ.* & *dicit pulchrè Rot. deciſ.* 72. *num.* 22. *verſ. vndè ex illis & num.* 24. 26. *&* 27. *par.* 2. *diu. Aym. de antiq. temp. par.* 4. *verſ. materia iſta num.* 41. *circa med.* quicquid diſſentiat, vbi ſumus in tempore, & in inſtrumentis antiquis; hæc autem ſunt
C de recenti, ideo abſque difficultate nihil probant;
6 nam conſuetudo non dicitur, niſi præſcripta ſit C *cap. Cumana* 50. *vbi gloſ. verb. iam præſcripta & Doct. de elect. gloſ. magna & Doct. in cap. fin. de conſuetud. Caſtren. in d. l. de quibus num.* 9. cum alijs per *Iaſ. ibi num.* 44. *de legib. Petr. Rauen. de conſuet. ſect.* 2. *in fin. num.* 49. *Rocch. eodem tract. ſect.* 3. *num.* 1. vbi de communi. Et tamen, prætenſa conſuetudo tanquam
7 circa deciſoria erat plenè probanda *Bart. in dicta l. de quibus num.* 22. *in fin.* & meliùs *in l.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 31. *C. quæ ſit longa conſuetud. Alex. conſ.* 173. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 6.

Secundò, quia allegata conſuetudo etiam probata non procederet in caſu, de quo agitur. Omiſſo enim, quòd eſt particularis, neque docetur, eſſe promiſ-
8 cuam, & introductam conſenſu tàm laicorum, quàm
D Clericorum, vt poſſit Clericos complecti D, *Bald. in cap. cum veniſſent num.* 6. *verſ. oppono dicitur extr. de eo, qui mitt. in poſſeſſ.* Illa eſt tantùm circa tranſ-
por-

Digitized by Google

portus (vt dicunt) bnnorum; in quo non ſumus,
quia illa non fuit ſolutio legitimæ, ſed potius in effe-
ctu aſſecuratio illius, cum taxatione pro ſuſtentatio-
ne filij ſuper bonis paternis, eum illorum omnium
9 obligatione; ſicuti fit ſimilis aſſignatio, vbi pater
diſſipat bona ſua; nec tamen à patre abdicatur do-
minium, ſed tantùm poſſeſſio transfertur in filium,
& pater adminiſtrationem amittit, ne poſſit illa
obligare *Bald. in l. 2. num. 4. verſ. ſed pone, & num.
5. C. ſi in fraud. patr.* ibique *Caſtr. num. 6. & ſeq.
Iaſ. in l. ſi conſtante num.* 199. *ff. ſolut. matrim.* cum
alijs per *Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 16.
num. 9. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 26. num. 5.*
10 quaſi fiat ad exemplum dotis, quæ vxori, vergente
viro ad inopiam, propriè non reſtituitur, ſed aſſecu-
ratur ex magis communi Doctor. opinione in *d. l.
ſi conſtante. ff. ſol. matrim. & in l. vbi adhuc. C. de iur.
dot.* Ita *Caſtr. d. l. 2. num. 7. C. ſi in fraud. patr. Surd.
vbi ſupra, qui num. 8. in fin.* dicit, aſſignationem fieri
ad hoc, vt filius alatur, prout ad hunc finem, & hac
de cauſa hanc, de qua agitur, fuiſſe Huberto reſi-
gnanti factam, legitur expreſsè in inſtrumento: in tan-
tùm, vt legitima illius potuerit augeri auctis facul-
tatibus paternis, ex magis communi *Rip. in cap. cum
M. Ferrarien. num. 38. de conſtit.*

Conſiderabatur etiam, abſque redditu pro legitima
aſſignato, reſignantem habuiſſe penſionem ducat. 12.
vt in *deciſ. huius cauſa 30. Iunij* 1612. *coram R. P. D.
Pirouano*. Item cappellaniam, ſeu beneficium annui
redditus ducat. 30. vt conſtat ex nominatione de ip-
ſo facta eum poſſeſſione ſubſecuta, & ex alia ſimi-
liter effectuata de Bertoldo Steuart per obitum dicti
reſignantis. Item domum emptam pretio flor. 1100.
Rhenenſium, cuius poſſeſſio cum fuerit illi tradita
vigore inſtrumenti venditionis exhibiti poſt menſem,
intra quem, vigore eiuſdem inſtrumenti, facienda
11 erat ſolutio, illa præſumitur facta *ad l. Iulianus §.
offerri* iuncta *gloſ. verb. retinere ff. de act. empt.* ſicu-
ti ex duobus emptoribus traditio præſumitur facta
12 ei, qui ſoluit *Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 19. num.
16.* & maximè cum traditio fuerit facta à Capitulo, à
quo domus vendita non debebat tradi ante pretij ſo-
lutionem.

Ex quibus omnibus viſum fuit, ſatis conſtare, babuiſſe
E reſignantem vndè viuere poſſet E, & propterea ſen-
tentiam Rotalem confirmandam.

ANNOTATIO.

A *Tiraquel. de retract. conſang. §. 8. gloſ. 9. num. 10. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. caſu* 187. *num. 32. Maſcard de
probat lib. 2. concluſ. 949. num. 2. Farinac. de teſtib.
quaeſt. 60. num.* 124. An autem & quando Iudex poſ-
13 ſit eſſe teſtis, latè *Farinac. d. quaeſt. 60. à num. 89. &
infra*.

B Quòd conſenſus ſaltem tacitus totius populi, aut ma-
ioris partis requiratur, vt conſuetudo inducatur, præ-
ter citatos in hac deciſione, tradunt *Mich. Craſſ. tom. 1.
commun opin. lib. 1. tit. 17. num. 302. Valaſc. conſult.
162. num. 16. Maſcard. de probat. concluſ. 423. num. 3.
Ceual q. 357. num. 7. Card. Tuſch. tom. 2. lit. C. concluſ.
795. num. 26. & 31. cum ſeqq Moneta de diſtribut.
quotid par. 2. quaeſt. 12. num. 17. Rebell. de obligat. iu-
ſtit. par. 1. lib. 1. quaeſt. 5. num. 17. Auguſtin. Barboſ. in
Collect. ad cap. vlt num. 19. de conſuetud. Rota deciſ. 255.
num. 4. par. 1. recent. & deciſ. 318. par. 2.*

An autem ab vna familia poſſit conſuetudo induci *Me-
14 noch. conſil. 1. num. 282. & conſ. 104. num. 22. Valaſc.
conſ. 132. num 16. Auguſt. Barboſ. in Collectan ad d. cap
vlt. num.* 20. affirmatiuam ſequuntur, & *Gabr tit de
conſuetud. concluſ. 5. num. 7.* hanc eſſe magis communem
teſtatur; ſed contrariam ſententiam ſequitur *Viu. com-
mun. opin.* 160. & illam veriſſimam appellat ea ratio-
ne; quia non poteſt vna familia, quæ non habet iuriſdi-
ctionem, ius condere, & qui non poteſt ius condere,
non poteſt conſuetudinem introducere *Bart. conſ. 136.
Alexand. conſil 173. num. 12,* & ibi *adden. littera H.
& I. lib. 6. Tiraquel in tractatu primog. quaeſt. 16.
num. 2. & ſeq. Rolan.* qui de communi *conſ. 5. num. 74.
& 76. lib. 1.* & ideo huic opinioni adhæreo, cum qua
videtur ſentire ſanct. mem. *Gregor. XV. deciſ 162. num.
52.* loquens de vna perſona, prout etiam *Rolan. vbi
proximè num. 75.*

C Conſuetudo, quando ius commune non reſiſtit, ſpatio
decem annorum inducitur *Rota in recent. deciſ. 375.
15 num. 8. par. 2.* Et pariter quando præter ius, & ad fa-
uorem piæ cauſæ *deciſ. 365. num. 4. & deciſ 722.
num. 1. ead. par. 2. recent.* & infra *in Ciuitatis plebis Ca-
nonicatus 18. Decemb.* 1623. *num.* 14. Sed contra
ius requiritur ſpatium quadraginta annorum *Rota de-
ciſ. 355. num. 2. & 497. num. 5. par. 1. recent.* & infra
deciſ. 19. num. 7 & in Giennen. Theſauraria 21. Iun.
1621. *num. 4. & 5. & in Leodien dominij de Steuordsa
5. Iunij 1624. num 9.*

D Conſuetudo enim mixta procedens à tacito conſenſu cle-
ricorum, & laicorum maximam vim habet, iuxtà tra-
dita per *Tiraquell. de retract. lignag §. 1. gloſ 13. num. 2.*
& *in tract le mort. par. 3. declar. 8. num. 4. & in praefat.
declar. 7. num. 5. cum ſequentib. Couar pract cap 31. num.
5. Carol. de Graſſis de effectibus clericat effectu 2.*

E Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus,
non valet, nulla facta mentione quod erat ad titulum
16 d. beneficij ordinatus: etiam ſi reſignans aliundè habue-
rit vndè viueret, vt inferiùs in alia *Leodien. Canonicatus
S. Ioannis Ven. 2. Maij* 1625. vbi de materia.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tiburtina Calcarearum.

Ven. 24. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Attentata vt probentur, requiritur, quòd pro-
bationes concludant tempus poſt litem, &
inhibitionem, & cauſam, ſuper qua lis verſa-
tur. Et quando conſtat de non iure ex con-
feſſione partis, non reuocantur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur, quae geſta ſunt, ſinè praeiudicio
litis pendentia.*
2 *Attentata ſunt, quae fiunt poſt litem, & inhibitionem, &
num.* 6.
3 *Attentata non committuntur circa diuerſa ab his, quae ſunt
in lite.*
4 *Attentata tanquam delictum, claram & concludentem
probationem requirunt.*
5 *Teſtes de auditu non probant.*
7 *Aſſertioni Notarij de mandato Iudicis ſibi facto non ſtatur.*
8 *Probationes ſuper attentatis fieri debent in Curia, & dene-
gatur remiſſoria.*
9 *Attentata non veniunt reuocanda, quando conſtat de non
iure ex partis confeſſione.*

Leodien. Canonicatus Tongren.

Veneris 17. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Iudicum aſſertioni, & atteſtationi non in forma diſpoſitionis teſtium receptæ credendum non eſt. Et an valeat, & quomodò probetur contraria conſuetudo; reliqua videas in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationem non admittit Papa, ſinè clauſula.* Quòd reſignans aliundè habeat, vndè viuere poſſit.

2 *Iudicum quamuis plurium aſſertiones, & atteſtationes nullam faciunt probationem, non recepta in forma diſpoſitionis teſtium, ſiue ſint de geſtis coram eis, ſiue de alijs factis.*

3 *Subſcriptio teſtium vltra ſigillum requiritur in atteſtatione, a Notario recepta nomine Officialium, quando negotium non ſpectat ad eorum officium, & agitur de graui præiudicio.*

4 *Conſuetudo vt inducatur, requiritur tacitus conſenſus populi, vel maioris partis.*

5 *Inſtrumenta non probant conſuetudinem; niſi illis fides adhibita fuerit, & venerit in notitiam maioris partis populi, vt num. 15.*

6 *Conſuetudo non dicitur, niſi ſit præſcripta.*

7 *Conſuetudo circa deciſoria non præſumptiuè, ſed plenè probanda eſt.*

8 *Conſuetudo clericos non ligat, niſi clericorum conſenſu introducta fuerit.*

9 *Legitima aſſignatur filio in vita patris diſſipantis bona ſua; ſed tunc pater non amittit dominium, ſed tantùm adminiſtrationem.*

10 *Dos, viro ad inopiam vergente, non reſtituitur vxori, ſed aſſecuratur.*

11 *Solutio præſumitur facta ex cauſa præcedenti neceſſaria.*

12 *Traditio ex duobus emptoribus præſumitur facta ei, qui ſoluit.*

13 *Iudex an, & quando teſtis eſſe poſſit.*

14 *Conſuetudo an ab vna familia induci poſſit.*

15 *Conſuetudo quanto tempore inducatur.*

16 *Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, non valet, nulla facta mentione, quòd erat in titulum Ordinis, etiam ſi reſignans aliundè haberet vndè viueret.*

DECISIO III.

SENTENTIAM Rotalem canonizatoriam reſignationis factæ Gerardo Steuart confirmandam eſſe, Domini dixerunt. Siquidem narrata in gratia reſignationis ſunt iuſtificata ex deciſione in hac cauſa facta 30. Ianuarij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano; nec gratia prædicta ſubreptitia, vel nulla prætendi poteſt, vt reſolutum fuit 8. Iunij 1612. coram eodem.

Non obſtat, quòd non iuſtificetur principalis narrati-
1 ua reſignationis, videlicet Hubertum reſignantem
aliundè viuere potuiſſe, ſinè qua Papa non admiſiſſet reſignationem, reſiſtente diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* & *Bulla Pij V. 58.* vt etiam *Sacra Congregatio Concilij, & Rota* aliàs declarauit. Quod deducitur ex eo, quòd aſſignatio facta reſignanti à patre pro ſua legitima annui redditus flor. 200. Brabantiæ ſcut. 55. auri in auro Italiæ conſtituen. ſuper bonis ſpecificatis fuerit nulla, tanquam non facta coram Scabinis, ſeu Iuſtitia loci, ſinè qua de conſuetudine illarum partium nullus tranſportus alicuius redditus, ſeu aliquorum bonorum validè fieri poteſt, vt ex atteſtatione duorum Scabinorum adminiculata ex tribus inſtrumentis coram Scabinis celebratis, in quo ſolo fiebat fundamentum per informantes pro Voſſio.

Primò, quia atteſtatio Scabinorum nullam facit pro-
2 bationem. Tum quia non eſt in forma depoſitionis
teſtium *cap. cum a nobis 28. de teſtib.* quamuis ſit plurium Iudicum *gloſ. ibi in ver. vnius* & ſiue ſit de geſtis coram ſe, ſiue de alijs factis *Innoc. ibi ſub num.*
A 5. *verſ. in cauſis.* A

Tum quia eſt lite pendente, & ſinè partis citatione. Tum denique, quia etiam ſi eſſent literæ teſtimoniales illorum Scabinorum, prout verè eſt atteſtatio à Notario recepta, non probarent: quia deficit ſub-
3 ſcriptio teſtium vltra ſigillum requiſita *Calder. conſ.*
3. de fid. inſtrum. Doctor. communiter *in cap. poſt ceſſionem de probat.* vt teſtatur *Felin. ibi num. 7.* cum hæc non ſint de ſpectantibus ad officium Scabinorum *Dec. ibidem num. 36. & ſeqq.* & generaliter vbi agitur de graui præiudicio, dicit communem *Abb. conſ. 53. num. 3. lib. 2.* vltra quod non ſunt Scabinorum Leodien. vbi fuit facta aſſignatio, & adſunt bona, ſed Oppidi Haſſolen. Ideo non applicatur materia dicti *cap. poſt ceſſionem* vt ibi per *Doctor.*

Neque prædicta inſtrumenta aſſerta conſuetudine ſu-
4 ſtinentur. Quia ad inducendam conſuetudinem re-
quiritur tacitus conſenſus populi, vel maioris par-
B tis B, *l. de quibus* vbi *Bart.* & alij *ff. de legib. gloſ. fin.*
verſ. item requiritur, quòd maior pars. in cap. fin. vbi *Doctor. de conſuetud. Rocch. de conſuet. ſect. 4. num. 2. & 46. & ſeq.* & certum eſt, inſtrumenta non fieri coram omni populo, vel maiori parte. Imò eſſe
5 poteſt, quòd nunquam à maiori populi parte viſa
fuerint; conſequenter non probant conſuetudinem, *Abb. d. conſ. 53. num. 1.* vbi plenè *lib. 2. Rocch. de conſuetud. ſect. 4. num. 37. verſ. & conſulut & ſect. 8. ſub num. 19. verſ.* & *dicit pulchrè Rot. deciſ. 72. num. 22. verſ. vndè ex illis & num. 24. 26. & 27. par. 2. diu. Aym. de antiq. temp. par. 4. verſ. materia iſta num. 41. circa med.* quicquid diſſentiat, vbi ſumus in tempore, & in inſtrumentis antiquis; hæc autem ſunt
C de recenti, ideo abſque difficultate nihil probant;
6 nam conſuetudo non dicitur, niſi præſcripta ſit C *cap.*
Cumana 50. vbi gloſ. verb. iam præſcripta & Doct. de elect. gloſ. magna & Doct. in cap. fin. de conſuetud. Caſtren. in d. l. de quibus num. 9. cum alijs per *Iaſ. ibi num. 44. de legib. Petr. Rauen. de conſuet. ſect. 2. in fin. num. 49. Rocch. eodem tract. ſect. 3. num. 1.* vbi de communi. Et tamen, prætenſa conſuetudo tanquam
7 circa deciſoria erat plenè probanda *Bart. in dicta*
l. de quibus num. 22. in fin. & meliùs *in l. 2. queſt. 27. num. 31. C. quæ ſit longa conſuetud. Alex. conſ. 173. num. 9. & 10. lib. 6.*

Secundò, quia allegata conſuetudo etiam probata non procederet in caſu, de quo agitur. Omiſſo enim, quòd eſt particularis, neque docetur, eſſe promiſ-
8 cuam, & introductam conſenſu tàm laicorum, quàm
D Clericorum, vt poſſit Clericos complecti D, *Bald. in*
cap. cum veniſſent num. 6. verſ. oppono dicitur extr. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. Illa eſt tantùm circa tranſ-

por-

Digitized by Google

portus (vt dicunt) bonorum; in quo non ſumus,
quia illa non fuit ſolutio legitimæ, ſed potius in effe-
ctu aſſecuratio illius, cum taxatione pro ſuſtentatio-
ne filij ſuper bonis paternis, cum illorum omnium
9 obligatione; ſicuti fit ſimilis aſſignatio, vbi pater
diſſipat bona ſua; nec tamen à patre abdicatur do-
minium, ſed tantùm poſſeſſio transfertur in filium,
& pater adminiſtrationem amittit, ne poſſit illa
obligare *Bald. in l. 2. num. 4. verſ. ſed pone, & num.
5. C. ſi in fraud. patr.* ibique *Caſtr. num. 6. & ſeq.
Iaſ. in l. ſi conſtante num. 199. ff. ſolut. matrim.* cum
alijs per *Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 16.
num. 9. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 26. num. 5.*
10 quaſi fiat ad exemplum dotis, quæ vxori, vergente
viro ad inopiam, propriè non reſtituitur, ſed aſſecu-
ratur ex magis communi Doctor. opinione in *d. l.
ſi conſtante. ff. ſol. matrim. & in l. vbi adhuc. C. de iur.
dot.* Ita *Caſtr. d. l. 2. num. 7. C. ſi in fraud. patr. Surd.
vbi ſupra, qui num. 8. in fin.* dicit, aſſignationem fieri
ad hoc, vt filius alatur, prout ad hunc finem, & hac
de cauſa hanc, de qua agitur, fuiſſe Huberto reſi-
gnanti factam, legitur expreſsè in inſtrumento: in tan-
tum, vt legitima illius potuerit augeri auctis facul-
tatibus paternis, ex magis communi *Rip. in cap. cum
M. Ferrarien. num. 38. de conſtit.*

Conſiderabatur etiam, abſque redditu pro legitima
aſſignato, reſignantem habuiſſe penſionem ducat. 12.
vt in *deciſ. huius cauſa 30. Iunij* 1612. *coram R. P. D.
Pirouano*. Item cappellaniam, ſeu beneficium annui
redditus ducat. 30. vt conſtat ex nominatione de ip-
ſo facta cum poſſeſſione ſubſecuta, & ex alia ſimi-
liter effectuata de Bertoldo Steuart per obitum dicti
reſignantis. Item domum emptam pretio flor. 1100.
Rhenenſium, cuius poſſeſſio cum fuerit illi tradita
vigore inſtrumenti venditionis exhibiti poſt menſem,
intra quem, vigore eiuſdem inſtrumenti, facienda
11 erat ſolutio, illa præſumitur facta *ad l. Iulianus §.
offerri* iuncta *gloſ. verb. retinere ff. de act. empt.* ſicu-
ti ex duobus emptoribus traditio præſumitur facta
12 ei, qui ſoluit *Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 19. num.
16.* & maximè cum traditio fuerit facta à Capitulo, à
quo domus vendita non debebat tradi ante pretij ſo-
lutionem.

Ex quibus omnibus viſum fuit, ſatis conſtare, habuiſſe
E reſignantem vndè viuere poſſet E, & propterea ſen-
tentiam Rotalem confirmandam.

ANNOTATIO.

A *Tiraquel. de retract. conſang. §. 8. gloſ. 9. num. 10. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. caſu 187. num. 32. Maſcard de
probat lib. 2. concluſ. 949. num. 2. Farinac. de teſtib.
quæſt. 60. num. 124.* An autem & quando Iudex poſ-
13 ſit eſſe teſtis, latè *Farinac. d quæſt. 60. à num. 89. &
infra*.

B Quòd conſenſus ſaltem tacitus totius populi, aut ma-
ioris partis requiratur, vt conſuetudo inducatur, præ-
ter citatos in hac deciſione, tradunt *Mich. Craſſ. tom. 1.
commun. opin. lib. 1. tit. 17. num. 302. Valaſc. conſult.
162. num. 16. Maſcard. de probat. concluſ. 423. num. 3.
Geual q. 357. num. 7. Card. Tuſch. tom. 2. lit. C. concluſ.
795. num. 26. & 31. cum ſeqq Moneta de diſtribut.
quotid par. 2. quæſt. 12. num. 17. Rebell. de obligat. iu-
ſtit. par. 1. lib. 1. quæſt. 5. num. 17. Auguſtin. Barboſ. in
Collect. ad cap. vlt num. 19. de conſuetud. Rota deciſ. 255.
num. 4. par. 1. recent. & deciſ. 318. par. 2.*

An autem ab vna familia poſſit conſuetudo induci *Me-
14 noch. conſil. 1. num. 282. & conſ. 104. num. 22. Valaſc.
conſ. 132. num 16. Auguſt. Barboſ. in Collectan ad d. cap
vlt. num.* 20, affirmatiuam ſequuntur, & *Gabr. tit de
conſuetud. concluſ. 5. num. 7.* hanc eſſe magis communem
teſtatur; ſed contrariam ſententiam ſequitur *Viu. com-
mun. opin.* 160. & illam veriſſimam appellat ea ratio-
ne; quia non poteſt vna familia, quæ non habet iuriſdi-
ctionem, ius condere, & qui non poteſt ius condere,
non poteſt conſuetudinem introducere *Bart. conſ.* 136.
Alexand. conſil 173. *num.* 12, & ibi *adden. littera H.
& I. lib. 6. Tiraquel in tractatu primog. quæſt. 16.
num. 2. & ſeq. Rolan.* qui de communi *conſ. 5. num. 74.
& 76. lib.* 1. & ideo huic opinioni adhæreo, cum qua
videtur ſentire ſanct. mem. *Gregor. XV. deciſ* 162. *num.*
12. loquens de vna perſona, prout etiam *Rolan. vbi
proximè num. 75.*

C Conſuetudo, quando ius commune non reſiſtit, ſpatio
decem annorum inducitur *Rota in recent. deciſ. 375.
15 num. 8. par. 2.* Et pariter quando præter ius, & ad fa-
norem piæ cauſæ *deciſ. 365. num. 4. & deciſ 722.
num. 1. ead. par. 2. recent.* & infra *in Ciuitatis plebis Ca-
nonicatus* 18. *Decemb.* 1623. *num.* 14. Sed contra
ius requiritur ſpatium quadraginta annorum *Rota de-
ciſ. 355. num. 2. & 497. num. 5. par. 1. recent.* & infra
deciſ. 19. num 7 & in Giennen. Theſaurariæ 21. Iun.
1621. *num. 4. & 5. & in Leodien dominij de Steuordia
5. Iunij* 1624. *num 9.*

D Conſuetudo enim mixta procedens à tacito conſenſu cle-
ricorum, & laicorum maximam vim habet, iuxtà tra-
dita per *Tiraquell. de retract. lignag §. 1. gloſ 13. num. 2.
& in tract. le mort. par. 3. declar. 8. num. 4. & in præfat.
declar. 7. num. 5. cum ſequentib. Couar pract cap. 31. num.
5. Carol. de Graſſis de effectibus clericat effectu 2.*

E Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus,
non valet, nulla facta mentione quod erat ad titulum
16 d. beneficij ordinatus: etiam ſi reſignans aliundè habue-
rit vndè viueret, vt inferiùs in alia *Leodien. Canonicatus
S. Ioannis Ven. 2. Maij* 1625. vbi de materia.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Tiburtina Calcarearum.

Ven. 24. Maij 1613.

ARGVMENTVM.

Attentata vt probentur, requiritur, quòd pro-
bationes concludant tempus poſt litem, &
inhibitionem, & cauſam, ſuper qua lis verſa-
tur. Et quando conſtat de non iure ex con-
feſſione partis, non reuocantur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur, quæ geſta ſunt, ſinè præiudicio
litis pendentia.*
2 *Attentata ſunt, quæ fiunt poſt litem, & inhibitionem, &
num.* 6.
3 *Attentata non committuntur circa diuerſa ab his, quæ ſunt
in lite.*
4 *Attentata tanquam delictum, claram & concludentem
probationem requirunt.*
5 *Teſtes de auditu non probant.*
7 *Aſſertioni Notarij de mandato Iudicis ſibi facto non ſtatur.*
8 *Probationes ſuper attentatis fieri debent in Curia, & dene-
gatur remiſſoria.*
9 *Attentata non veniunt reuocanda, quando conſtat de non
iure ex partis confeſſione.*

10 *Aedificare ad libitum in ſuo vnicuique competit ex iuris diſpoſitione.*

11 *Remiſſoria denegatur ad excuſan. attentata iam probata: niſi ſtante magno ſumo.*

DECISIO IV.

1 NON conſtare de attentatis, quæ ſint reuocanda, crediderunt Domini. Nihil enim docetur actum in præiudicium litis pendentiæ, quæ eſt ſuper poſſeſſione iuris faciendi (vt dicunt) calcareas, ſeu fornaces ad coquendam calcem, priuatiuè quo ad omnes alios, prętenſa per D. Ducem, vel inhibitionis in vim illius emanatæ *Io. Monac. in cap. cupientes num.* 136. *de elect. in* 6. *Bald. in l. appellatione num.* 3. *vbi Salyc. num.* 7. *C. de appellat. Lancell. de attent. par.* 3. *cap.*26. *num.* 3. *&* 7.

Non obſtant teſtes, qui in effectu deponere conantur, primò fuiſſe factam foueam in loco *detto le Caprine* Terræ Montis Cellij ad effectum extinguendi in ea calcem; ſecundò fuiſſe in illam delatam, & repoſitam calcem de ordine Communitatis.

Nam quoad foueam non concludunt tempus, & ſic fuiſ-
2 ſe factam poſt litem, & inhibitionem; imò primus
videtur dicere, Communitatem fuiſſe inhibitam,
quando illam fieri fecerat; & ſic deficit præcipuum
requiſitum ad attentata, de quo per *Menoch. Bald.* &
alios præcitatos.

Præterea tàm excauatio foueæ pro retinenda calce,
quàm delatio calcis ſunt longè diuerſa à constru-
3 ctione calcarearum, ſuper qua tantùm eſt lis; ideò
A non poſſunt circa prædicta conſiderari attentata A,
Caſſad. deciſ. 6. *num.* 2. *ſuper regul. Verall. deciſ.* 59.
par. 1. *Paleott. dec.* 222. *Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.*4.
limit. 2. vbi plura ponit exempla, ſæpèque deciſum refert, & rurſus *d. part.* 2. *capit.* 12. *limit.* 2.

Et licèt ſubdant, audiuiſſe, Communitatem habuiſſe
animum faciendi nouas calcareas, ſeu foueas pro il-
lis; tamen voluntas faciendi valde diſtat à facto; nec
dicunt audiuiſſe prædicta facta ad illum finem, vt dici
poſſent præparatoria, & attentata; & potuerunt fie-
ri ad effectum conſtruendi domos, vel alia ædificia;
cum tamen circa attentata, tanquam delictum, cla-
4 ra, & concludens probatio requiratur *Lancell. de at-*
tent. par. 3. *cap.* 26. *num.* 93. *&* 103. *& num.* 97. *&*
98. dicens, ita deciſum *in vna Calagurritana S. Illefonſi*
16. *Februarij* 1562. *coram Sarmiento*.

Inde fit, vt quando etiam deponerent, prædicta facta
ad effectum conſtruendi calcareas, tanquam de auditu
nihil probarent *cap. licèt ex quadam*, vbi omnes *de teſt.*
5 *Doct. in cap. præterea eodem tit. gloſ. in l. teſtium verb.*
preſto, vbi ſcriben. *C. eod.* ita omnes tranſire dicit
Curt. Iun. in l. 1. *num.* 57. vbi *Ripa num.* 56. *ff. ſi cert.*
pet. in hac materia *Lancell. d.cap.* 26. *num.* 104.

Maximè quia non dicunt, audiuiſſe ante litem motam:
6 ſed potiùs colligitur, audiuiſſe poſt litem *d. cap. licèt*
ex quadam, iuncta *gloſ. verb. motam*, vbi *Bald. in princ.*
verſ. ſecundum, Abb. ſub num. 3. *verſ. item nota, quòd*
vbi, Roman. Sing. 753. *Ripa d. l.* 1. *ff. ſi cert. pet. ſub*
num. 87. *ver. quas omnes, ibique Curt. Iun. ſub num.*
58. *verſ.* 8.

Minùs facit acceſſus ad locum Cancellarij Montis Cel-
lij cum receptione duorum teſtium in illius facie:
quia id fecit, ſinè partis citatione, & abſque vlla
prorſus auctoritate. Nam licèt dicat, acceſſiſſe de
7 commiſſione Gubernatoris Montis Cellij: eius aſ-
B ſertioni non ſtatur B, *Bald. in l. Iudices num.* 5. *C.*
de fide inſtrum. cuius opinio communiter recipitur,
vt dicit *Alexand. conſ.* 104. *lib.* 5. *Cagnol.* alios refe-
rens, & de magis communi atteſtans *in l. ſi librarius*
num. 46. *de regul. iur. Afflict. deciſ.* 317. vbi quòd ita
Conc. iudicauit, ibique *Vrſill.*

Imò ipſe quoque Gubernator omni carebat iuriſdictio-
ne, cum lis eſſet in Curia, in qua ſunt faciendæ pro-
8 bationes ſuper attentatis, adeo vt nec detur remiſ-
C ſoria C, *Rota deciſ.* 89. *in antiq. alias* 10. *de appellat.*
num. 2. *Veſtr. in praxi* lib. 8. *cap.* 4. *num.* 2. *Lancell. de*
attent. par. 3. *cap.* 26. *num.* 113. 114. *&* 115.

Vltra quod non conſtat, parietem conſtrui inceptum fuiſſe poſt litis pendentiam; quia ex originali acceſſus producto 26. Octobris 1611. non conſtat, de quo anno fuerit, adeò vt applicentur omnia ſupradicta circa teſtes in Curia.

Dicebant etiam aliqui ex DD. quòd prætenſa atten-
tata etiam probata non venirent reuocanda; quia
ipſemet D. Dux conduxit 9. Ianuarij 1606. ad no-
uennium calcareas communes inter Scæuolam quen-
dam, & Communitatem in territorio Montis Cellij
exiſtentes; ex quo excluditur poſſeſſio priuatiuè quo
ad alios: & reſultat recognitio erga alios, & con-
feſſio, quòd alij habent calcareas in dicto territo-
9 rio ad *not. in l. ſi quis conductionis*, *C. locat.* quando
D autem conſtat de non iure ex partis confeſſione D,
attentata non reuocantur, *Lancellott. de attent. par.* 3.
cap. 24. *num.* 21. *& num.* 49. vbi ita deciſum in
10 cauſa Burgen. coram Oradino teſtatur. Maximè con-
currente iuris aſſiſtentia, vt Communitas poſſit in
E ſuo ad libitum ædificare E, *l. altiùs. C. de ſeruit. &*
acq. cum ſimil.

Ideo fuit reſolutum contra prætenſa attentata.

ANNOTATIO.

A *Ruin. conſ* 73. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 5 *Corſett. ſingul. verb. Appellatio in cap regula eſt in* 5. *limit.*

B Intra *in Fauentina beneficij* 21. *Iunij* 1613.

C Remiſſoria denegatur ad excuſanda attentata iam pro-
11 bata *Veſtr. in prax lib.* 6. *cap vlt num.* 2. *circa princip. verſ. niſi fortè Lancellott de attent par.* 3. *cap.* 26. *num.* 110. *cum ſeqq. & num.* 120. *Afflict. deciſ* 351. *num.* 6. *in fin & ſeq. Simonet deciſ.* 48. *in fin. lib.* 1. *alias* 28. *lib* 2. *Put. deciſ* 212 *in corr. lib.* 1 *num.* 2. & fuit dictum *in Ferrarien attentatorum* 22. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Patriarcha Antiocheno, & in Bononien. portionis* 9. *Martij coram Pena, &* 10. *Iunij* 1609. *coram D. Antiocheno*. Vel ſaltem non ſolet decerni, niſi ſtante maximo fumo *Caſſad. deciſ.* 3 *de mut. petit. Put. d. deciſ* 212. *lib.* 1. *in Correct.*

D *Rota in Cæſaraugustana diſmembrationis* 23. *Ianuarij* 1610. *coram Card. Sacrato* impreſſ. apud *Marcheſ de commiſſ. tom.* 3. *fol* 178. & coram *ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ* 465. *num.* 9. *in fin.* & ibi *Beltraminus in fin.* & priùs coram *Cardinali Seraphino deciſ* 1306. *num.* 6. *& deciſ.* 73. *num.* 2. *& in recent. deciſ.* 701. *num.* 4. *par.* 2. & coram *Reuerendiſſimo Coccino Decano deciſ* 265. *num.* 8.

E Idem pluribus congeſtis firmatum fuit *in hac eadem cauſa* 14. *Martij* 1614. *num.* 1. vbi quod poteſt quis ad libitum in ſuo ædificare, fodere, excauare, etiam ſi alteri noceat, dummodo nocendi animo principaliter id non faciat, & *prima Iulij* 1619. *per tot. &* 9. *Decembris* 1622. *num.* 2. *& in Romana altiùs non tollendi* 30. *Maij* 1622. *num.* 4.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Me-

Digitized by Google

Meliten. Conſeruæ.

Lunæ 3. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi, non ſuffragatur: quando quis adimplere impeditus fuit, aut facto aduerſarij, aut ex aliquo fortuito caſu.

SVMMARIVM.

1 *Societas contrahi poteſt etiam in nauigatione.*
2 *Pacta inter ſocios ſeruanda ſunt.*
3 *Exceptio non adimplementi militat etiam in ſocietate.*
4 *Obligatio quælibet ad impoſſibile non trahitur.*
5 *Impoſſibilitas impedit, & finit obligationem.*
6 *Obligatio non comprehendit caſum fortuitum.*
7 *Caſus fortuitus ſemper in obligationibus cenſetur exceptus, præſertim in contractibus ſocietatis, & bonæ fidei.*
8 *Impoſſibilitas adimplendi excuſat tantum à pœna, & damno, non autem prodeſt ad agendum pro lucro.*
9 *Conditio habetur pro adimpleta, quando per aduerſarium ſtetit, quò minus adimpleatur.*
10 *Culpa in faciendo, licèt leuiſſima, æquiparatur leui, vel latæ in non faciendo.*
11 *Socius tenetur ſocio de culpa ad damna, & intereſſe, quamuis non ſit ad caſum ordinata.*
12 *Nauta tenetur de eo, quod ſequitur etiam ex cauſa tempeſtatis: ſi nauem contra domini voluntatem portui applicauerit.*
13 *Locator operarum facto conductoris impeditus, etiam quòd operas ſuas non præſtiterit, poteſt à conductore mercedem conuentam petere.*
14 *Exceptio non adimplementi ceſſat, promiſſione ceſſante.*
15 *Impedimentum eſt iuſta cauſa reſtituendi in integrum aduerſus adimplementum non præſtitum: etiam quòd non agatur de excluſione damni, ſed de non amiſſione lucri.*
Etiam ſi conditio ampliùs reſtaurari non poſſit, quia habetur pro impleta. num. 16.
17 *Societatis contractus regulatur ſecundùm eandem rationem lucri, & damni.*
18 *Impedimentum non ſuffragatur, niſi fuerit continuum, quod debet probari, vt num.* 21.
19 *Milites in conflictu belli capientes bona hoſtium, quando alijs militibus partem facere teneantur.*
20 *Nauta dicitur in culpa, quando fuit præmonitus, & non cogitauit, quid euenire poſſet, nec paruit monitionibus.*

DECISIO V.

INITA fuit de menſe Decembris anni 1602. in Portu Meliten. Societas (Conſeruæ dicunt) inter Magnum Magiſtrum, & quatuor Equites Hieroſolymitanos: inter quos Eques Cagnolus Prior ſanctæ Euphemiæ Dominus Galeoni Leonis auri pro vno tantùm itinere ad infideles deprædandos, prædamque diuidendam, iuxta conuenta in instrumentis deſuper confectis; factáq. in eo itinere, abſquè interuentu Galeoni Leonis auri, præda frumenti ad Melitam delata; prætendente nihilo minus Cagnolo participationem, latiſq. varijs ſententijs, tandem cauſa commiſſa Reuerendiſſimo Attrebaten. & per eum ſubſcripto dubio, An Galeonus Leonis auri, & eius Dominus deberet participare de præda, eòque per me propoſito,

fuit affirmatiuè reſponſum. Ipſe enim vti ſocius na-
A uigationis, in qua contrahi poteſt ſocietas A, *ad text.*
1 *in l. nec quiſquè. ff. de exercit. act. Iul. Ferret. de re nau.*
lib. 3. num. 81. fundatam habet intentionem in con-
uentione de participando pro rata, de qua in inſtru-
2 mento Conſeruæ; quæ pacta inter ſocios ſeruanda
ſunt, *l. ſi non fuerint in princip. ff. pro ſoc. Inſt. eod.*
paulò poſt principium, verſ. & quidem ſi nihil Bald. in
conſ. 121. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 155. *lib.* 3.
Non obſtat exceptio non adimplementi militans etiam
3 in ſocietate, *Rimin. ſen. conſ.* 300. *num.* 52. *lib.* 2. *Ro-*
ta in Romana Societatis duorum millium 19. *Martij*
1574. *coram bon. mem. Card. Seraphino, & in Roma-*
na Societatis de Sorbellonibus 2. *Iunij* 1608. *coram Illu-*
ſtriſſimo Card. Lancellotto ex eo, quòd Galeonus dicti
Prioris deſeruerit Conſeruam, neque illam ſequutus
fuerit, contra formam capitulorum vlteriùs diſpo-
nentium, neminem poſſe quauis cauſa excuſari; quia
Galeonus non deſeruit Conſeruam; ſed illa ventis
contrarijs iactata, & diuiſa fuit; & licèt denuo ſe
coniunxerit: tamen ob ingreſſum Portus, Quaglio,
nuncupati ab Equite de Portu maris Præfecto, conſi-
lio Equitis Vinciguerræ, reclamante ductore Galeo-
ni Leonis auri electi naufragij periculum ſubijt, adeò
vt Galeonus Leonis auri duabus anchoris, quæ hu-
mi defigi non potuerunt, eiectis retineri non potue-
rit; ſed (vt dicunt teſtes Magni Magiſtri) arò, & vix
inde fuerit egreſſus, reſoluto eius ductore, cum fra-
gata ad opem ferendam Galeono Magni Magiſtri vo-
cato, & alijs etiam naufragantibus, anchoraſquè
recuperandas; atquè deinde ventorum violentia ad
varia loca impulſus, & procellis, mariſquè tempeſta-
te agitatus ita fuerit, vt nedum, omni adhibito cona-
tu, non potuerit Conſeruam ſequi, ſed arbore, remis,
fragata, ac ductore deſtitutus, & confractus, effectus
fuerit prorſus inutilis, & innauigabilis; atquè vix
quarundam cymbarum ope Melitam ſe receperit; vt
deponunt teſtes, tàm Prioris, quàm Magni Magiſtri.
Ideòque non poteſt dici, promiſſioni contraueniſſe,
cum illa, prout quæuis alia intelligatur, vt non obli-
4 get ad impoſſibile *l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. Bald. conſil.*
110. *col.* 1. *verſ. item ad prædicta, & conſ.* 145. *verſ. item*
5 *intelligitur. & verſ.* 8. *lib.* 3. Illud enim finit obligatio-
B nem, ſicut impedit eam naſci B, *l. ſi homo mortuus,*
ff. de verb. oblig. Bald. d. conſ. 110. *verſ. item ad præði-*
6 *cta*, & non comprehendit caſum fortuitum *Bald. d.*
conſ. 145. *verſ. ſecundò quia, & verſ. ſeptimò*, vel tem-
peſtatis maris, *Idem verſ. ſextò, qui col. penult verſic.*
octauò, id maximè procedere, ait, in contractibus ſo-
cietatis, & bonæ fidei; præſertim cum tunc non eſ-
ſet merè poteſtatiua, ſed mixta, tanquam pendens
7 etiam à caſu. Vnde ſi caſu deficit, nihil imputatur im-
pleri debenti *l. fin. C. de neceſſ. ſeru. hær. inſtit. l. fluminū.*
24. *§. ſeruus & l. damni infecti.* 43. *ff. de damn. infect. l.*
contractus 24. *in fin. ff. de regul. iur. Bald. d. conſ.* 110.
verſ. præterea iſta promiſſio, & 145. *col.* 2. *in princ. verſ.*
prima igitur ratio.
Nec dicatur, quòd impoſſibilitas adimplendi excuſet
8 tantùm à mera pœna, & damno, non autem profit ad
agendum pro lucro; vt, reprobato. *Oſten.* contra-
rium tenente, tradit *Butr. in cap. ſicut il terzo, num.* 10.
& ibi Abbas num. 6. *de iureiur. Felin. in cap.* 3. *circa*
fin. verſ. & adde iſtis, eod. tit. Dec. in l. cum proponas num.
4. *in* 3. *not. C. de pact. cum alijs per Surd. deciſ.* 141.
C *num.* 5. C Primò, quia cum ex prædictis infortunium,
& cauſa impedimenti proceſſerit ex mala Portus ele-
ctione facta per Præfectum Conſeruæ, ſequendo con-
ſilium Equitis Vinciguerræ; ſequitur, implementum
ha-

haberi pro præſtito; cum ſtetiſſe videatur per Præfe-
ctum, quin ſibi impleretur, vt dicimus in conditione
l. Labeo ſcribit ſi mihi 50. *& l. hac venditio. 7. in princ.*
ff. de contrah. empt. l. in executione 85. *§. fin. de verb. ob-*
lig. Alex. conſ. 49. *num.* 2. *verſ. ſecundò quia lib.* 2.

Præterea infertur, vel Præfectum fuiſſe in culpa ex illa
Portus electione, quæ tanquam conſiſtens in ingredi
10 faciendo Portum, & ſic in faciendo, licèt eſſet leuiſ-
ſima, æquiparatur leui, vel latæ in non faciendo *l. ſi*
conſtante §. maritus, & ibi not. ff. ſolut. matrim. l. in re-
bus §. ſine autem ff. commod. Bart. in l. quod Nerua num.
29. *verſ. ſi ergo. ff. depoſ.* de quibus certum eſt, ſocium
11 conſocio teneri *l. cum duobus §. venit, & l. ſocius ſo-*
cio. ff. pro ſocio, §. fin. Inſtit. de ſociet. Bart. in d. l. quod
Nerua num. 26. quæ culpa ſi ſufficit, quamuis non ſit
ad caſum ordinata ad petendam refectionem damno-
rum inde prouenientium *l. ſcientiam* 46. *§. ſed ſi de-*
fendendo, & in l. Aquilia 45. *& ibi gloſ. ff. ad l. Aquil.*
§. capite tertio Inſtit. eod. vbi Aret. in 4. *not.* ſatis etiam
eſſe debet ad excludendum non adimplementum op-
poſitum ex culpa, & facto Ducis proueniens, qui
vti Præfectus etiam claſſi, & nauigationi, tenebatur
vti exactiſſima diligentia, argumento *l. qui mercedem*
ff. locat. & habere ſcientiam locorum, in quibus naui-
gabat *Iul. Ferret de re naual. lib.* 3. *num.* 1. Tantò
magis: quia ingredi voluit, contradicente, & prote-
ſtante Ductore Galeoni Prioris Cagnoli; exemplo
nautæ, qui tenetur de eo, quod ſequitur etiam ex
12 cauſa tempeſtatis, ſi nauem contra domini volunta-
D tem portui applicauerit D, *Bald. conſ.* 54. *lib.* 4.
Stracha de mercat. lib. 3. *in fin.* Vel cum ſimus in
contractu bonæ fidei, caſum ex facto Præfecti proue-
nientem non impedire, quin Prior habeat partem
13 ſuam lucri; prout locator operarum facto condu-
ctoris impeditus integram mercedem conſequitur
Bart. in l. ſi vno §. item cum quidam num. 2. *verſ.*
ſecundo caſu. ff. locati, ex l. ſi in lege §. ſi domus, &
l. dominus horreorum. §. fin. ff. locat. & num. 5. *poſt*
med. verſ. ſecundo caſu, vbi in omnibus contractibus
bonæ fidei.

Secundò; quia ſi à promiſſione ſequendi, & non deſe-
rendi Conſeruam, videtur ſpecificè exceptus caſus,
quo nauis vim patiatur, cui reſiſti non poteſt *ex*
Bald. d. conſ. 145. & benè *in conſ.* 195. *num.* 2. *lib.* 2.
ceſſante promiſſione, vtique ceſſat nõ adimplementũ.

Tertiò in omnem caſum cum Galeonus iuſtiſſimum ha-
buerit impedimentum, reſtituendus erat in integrum
aduerſùs implementum non præſtitum ex clauſula,
15 *ſi qua mihi, Alex. conſ.* 45. *num.* 8. *lib.* 5. quem *Odd. de*
reſtit. in integ. par. 2. *quæſt.* 84. *artic.* 1. *num.* 5. *in fin.*
licèt non ageretur de damni excluſione, ſed de lucri
non amiſſione *l. Iulianus* 17. *§. cum, & l. ſi quis ſtipu-*
16 *latus* 43. *vbi Doct. ff. ex quibus cauſ. maior.* & etiam ſi
conditio ampliùs reſtaurari non poſſit, quia habetur
pro impleta *Aret. conſ.* 67. *num.* 8. *in fin. verſ. ſecundò*
hoc probatur & 9. quem ſequitur *Rum. conſ.* 199. *num.*
2. 3. 4. *&* 6. *lib.* 1. *Odd. de reſt. in integ. art.* 1. *num.* 5. *&* 11.

Et hæc, quatenus applicaretur exceptio non adimple-
menti, quod non videbatur; cum Prior Cagnolus in-
ſtruxerit Galeonum militibus, armis, cibarijs, & alijs
ad pugnam, prædamq. neceſſarijs, qui vnà cum alijs
è portu diſceſſit. Vndè cum ſocietas non eſſet inita ad
certam aliquam expugnationem, vel prædam; ſed ad
incertam nauigationem, & curſum; poſtquam ſimul
in curſu, & nauigatione fuerunt, quodlibet infortu-
nium cuilibet Galeono ſuperueniens, & damnum ex
eo emergens debet communicari *l. ſi id quod* 59. *in*
princ. & §. 1. *vbi gloſ. & Bart. ff. pro ſoc. Oſt. in d. cap.*
ſicut num. 12. *de iur. iur. Petr. de Vbald. de duob. fratrib.*
par. 8. *num.* 1. *Gabr. Mudæus in l. ſi coeundo, alias. cum*
E *duobus* 52. *§. quidam ſagariam num.* 2. *&* 5. *ff. pro ſoc.* E
& eadem ratione lucrum à ſocio factum; cum in ſo-
cietate eadem ſit ratio damni, & lucri *l. ſi merces* 78.
§. vis maior in fin. ff. locat. d. §. quidam ſagariam in fin.
Card. Alban. in l. ſocium qui §. ſocius num 2. *verſ. ex ijs.*
& tertiò ff. pro ſocio.

Non obſtat, quòd cum non probetur, impedimentum
fuiſſe continuum, imò teſtes pro Magno Magiſtro exa-
minati dicat, Galeonum regredi potuiſſe vndè diſceſ-
18 ſerat, ob ſedatam tempeſtatem, impedimentũ allegari
F non poſſit F, *l. quibus diebus, & ibi Bart. num.* 3. *ff. de*
condit, & demonſtr. cap cum dilecti 6. *§. præterea de dol.*
& cont. Veral. deciſ. 72. *num.* 6. *&* 7. *par* 2. Nam vltra
quòd duo deponunt de iudicio ſuo, vnus, quòd ſi lon-
giùs proceſſiſſet, non potuiſſet: & alij inueriſimilia,
cum neſcirent, vbi Galeonus permaneret: & ideò ſtã-
dum eſſet teſtibus Prioris deponentibus de facto pro-
prio, & diligentia adhibita, vt ſe Conſeruæ coniun-
gerent, & de ventis contrarijs. Cum Galeonus in
portu S. Angeli, quò ſe receperat, fuerit confractus,
& redditus inutilis, & inhabilis ad nauigandum, & pu-
gnandum; ſublato impedimento tempeſtatis, non
ceſſabat aliud impoſſibilitatis *l. ſi quando C. de inoff.*
teſtam. l. ſi non lex ff. de hær. inſtit. & diligentia fuiſſet
vana, nihil profutura.

Nèque, ſtantibus prædictis, applicatur doctrina *Salyc. in l.*
ab hoſtibus num. 6. *verſ. vel aliter capientium C. de poſtlim*
19 *reu.* vbi quòd capta à militibus in diſcurſu territorij
ante bellum campeſtre non communicantur alijs, ſed
fiunt capientium, capta in conflictu communicantur
ratione communis periculi vitæ; maximè quia inter
milites non inducitur ſocietas, niſi inſimul conue-
niant ad conflictum, prædam, vel cuſtodiam.

Quòd autem teſtes ſint examinati abſquè citatione, nèq;
in hoc adſit (vt dicebatur) commiſſio ſanatoria:
cum cauſa fuerit commiſſa à Magno Magiſtro, alla
dritta, & more militari, videri poterit, An virtute di-
ctæ clauſulæ potuerit omitti citatio.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem Rota confirmauit 28. *Nouembris* 1614.
coram Domino meo, & ſequuta eſt in *Romana Salarij*
Lunæ 16. *Decembris* 1619. *coram Illuſtriſſimo Domino*
meo Cardinali Caualerio, & faciunt tradita per *Natt.*
conſ 452. *num.* 2.

B *L. impoſſibilium ff de reg. iur. Surd. deciſ* 141. *num.* 9.

C Adde eundem *Surd. conſ.* 437. *num.* 40 *lib.* 3. *Rolan. conſ.*
69. *num.* 12. *vol.* 4.

D Nauta dicitur in culpa, quando fuit præmonitus, & non
20 cogitauit, quid euenire poſſet, nec paruit monitioni-
bus, teneturq. de ſubmerſione nauis; prout etiam, ſi
in ea appoſuit aliquid tempore incongruo *Rum iun.*
conſ 210. *num.* 42 43. 44. *&* 45. vbi plura, quando
quis de caſu teneatur.

E *Greg. deciſ* 502. *num* 7. *Rota deciſ* 552. *num.* 6. *&* 556.
num 1. *par.* 1. *recent cum alijs relatis Gratian diſcept. fo-*
renſ cap. 768. *num.* 5.

F Impedimenti continuatio probari debet *Anchar. conſ.*
21 388. *num.* 11. *& ſeq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius,

Fe-

Feretrana bonorum.

Lunæ 3. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Statutum in Terris Eccleſiæ, niſi fuerit confirmatum à Sede Apoſtolica, non valet. Nec preſumitur confirmatio ex lapſu triginta annorum, & vltra: niſi probetur obſeruantia cum ſcientia Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum factum à Caſtro, vel alio loco ſubdito Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, non confirmatum à Papa eſt nullum.*

2 *Confirmatio Apoſtolica non præſumitur ſpatio 30. annorum, niſi probetur ſcientia Papæ.*

3 *Decretum irritans tollit etiam futuram conſuetudinem, & præſcriptionem.*

4 *Confirmatio, quæ inducitur ex curſu temporis, præſumitur tantùm in forma communi.*

5 *Confirmatio in forma communi non comprehendit ſtatutum diſponens contra ius commune, tanquam iniuſtum.*

6 *Vicarius perpetuus recognoſcens Superiorem ſtatuere nequit contra ius.*

7 *Imperium merum & mixtum habens non poteſt contra ius diſponere, maximè vbi recognoſcit Superiorem Eccleſiaſticum.*

8 *Retractus conſtitutio dicitur contra ius commune, & contra naturalem rationem.*

9 *Statutum odioſum propriè & ſtrictè interpretandum eſt, & reſtringendum.*

10 *Fraus facta ſuper reſeruatione partis rei contiguæ vicino operatur, quod ſit locus retractui.*

11 *Reſeruatio partis rei contiguæ vicino pro impediendo retractu dicitur prudens conſilium, non fraus.*

12 *Permutatio facta ad excludendum ſtatutum retractus diſponens ſuper venditione, ſuſtinetur.*

13 *Teſtis vnicus non probat.*

14 *Agrimenſori atteſtanti, fuiſſe partem præſentem menſurationi, non creditur.*

15 *Statutum excluſiuum fœminarum quamuis confirmatum in forma communi valet.*

DECISIO VI.

RESOLVTVM fuit, ſtandum eſſe in
deciſis coram bon. mem. Penia ſub die
10. Ianuarij 1611. non conſtare ſcilicet
de bono Chriſtophori iure, ex alijs tamen fundamentis.

Primum fuit; quia cum ſtatutum
terræ Plani Mileti, ſuper quo illi fundant
iudicium retractus, non reperiatur confirmatum
à Sanctiſſimo Pontifice, non valeat tanquam loci Sedi
1 Apoſtolicæ ſubiecti *Bald. in l. omnes populi num.* 14.
verſ. & hæc opin. ff. de iuſtit. & iure dicens, tenaciter
ſeruari in terris Eccleſiæ, refert, & ſequitur ibi *Caccialup. num.* 10. *verſ. dicit etiam Bald. conſ.* 407. *præſupponen. in princ. lib.* 2. *Corn. conſ.* 163. *num.* 15. *lib.*
1. *Rota diuerſ. deciſ.* 536. *num* 1. *par.* 1. & fuit reſolutum *in Montis Faliſci hæreditatis* 19. *Martij* 1584. *co-*
A *ram Palæotto relata inter diuerſ. deciſ.* 780. *par.* 1. A
Tantò magis ſtante conſtitutione Ægidiana lib. 2. cap.
36. declarante ipſo iure nulla ſtatuta, quæ per Rectorem Prouinciæ approbata publico inſtrumento non
apparent; & quòd ſtatutum eſt iuri communi contrarium, vt infra conſideratur in *d. deciſ.* 780. *num.* 4.
in qua dicitur priùs reſolutum *in Auximana molendini coram Robuſterio*.

Neque dicatur, confirmationem præſumi ex curſu 30. & vltra annorum.

Tum quia non probatur obſeruantia cum ſcientia Pa-
2 pæ, ſinè qua ceſſat præſumptio confirmationis *Alexand. conſ.* 8. *num.* 9. *lib.* 3. *Afflict. deciſ.* 107. *num.*
8. *Menoch. de præſump. lib.* 3. *præſump.* 13. *num.*
70. *&* 71.

Tum quia repugnat decretum irritans adiectum in
3 Ægidiana, & confirmatione Pauli III. *Doct. in cap. cum de beneficio de præbend. in* 6. *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.* 30. *verſ. quartò limita de conſtit. Gabr. de clauſ. concl.* 3. *num.* 40. *et* 44.

Tandem, quia illa præſumeretur tantùm in forma com-
4 muni, poſt *Rip. lib.* 1. *reſpon.* 22. *num.* 8. *Rota d. deciſ.*
780. *ſub num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* quæ non comprehendit ſtatutum contra ius commune tanquam iniuſtum,
5 *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. latè *in d. deciſ* 780. *à num.*
B 6. *ad finem, et deciſ* 103. *num.* 12 *part.* 2. B

Non obſtat, quòd cum ſtatutum iſtud fuerit confirmatum, ſeu conditum à Pandulpho Malateſta, tunc Domino, & Vicario perpetuo illarum partium, valeat
Roman qui de ſtatuto Pandulphi loquitur, *conſ* 56. *n* 3.

Quia imò verius eſt, prædictos Vicarios perpetuos
6 ſtatuere non poſſe contra ius, ſicuti non poteſt Præfectus Prætorio *l.* 2. *C. de off Præf. Prat Orien* cui æquiparatur; ita de eodem Malateſta *trad. Caſtr. conſ* 20 *ſub num.* 4. *col* 2. *verſ conſtat autem lib.* 2. in perpetuo Imolæ Vicario *Imol conſ.* 54. *num* 2. *Soccin conſil.* 272 *ſub num.* 5. *verſ quartò principaliter, et num.* 7. *lib.* 2. &
quòd iſti Domini perpetui, recognoſcentes tamen Superiorem non poſſint ſtatuta condere contra ius cõmune, dicit communem *Alex. in l.* 1. *num.* 8. vbi *Dec. num* 20 *ff quod quiſq; iur* idem *Alex. in l nemo poteſt num.* 4. *de leg* 1 *Ruin conſ* 209. *num.* 3. *lib.* 1. *et conſil.* 109. *num.* 10 *in quarto, Natt. conſ* 179. *præſertim num.* 3. *et conſ* 185. *num* 8. *Rolan. conſ* 4 *num.* 10. *et* 3. vbi de communi, *Surd. conſ* 2. *num* 33. *lib* 1. *Aym. de antiquit. temp par.* 4. *in fine §. circa præmiſſa num.* 4 & aliàs quòque tenuit *Rota in Aſiſien hæreditatis* 14. *Decembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten* Neque
Roman. loquitur, quando diſponit contra ius, imò priùs firmat, diſpoſitionem illam fuiſſe de iure licitam, & iuſtam, ſubdens, potuiſſe illi addi pœnam
à Pandulpho vti habente merum, & miſtum impe-
7 rium; tale autem imperium non operatur, vt poſſit contra ius diſponere *Boſſ de Princ. num.* 287.
Natt. et Rolan ſupra citat. Et hoc de plano procedit, vbi recognoſcunt Superiorem Eccleſiaſticum: quicquid aliqui contradicant, vbi ſæcularem *Felin in cap. ſicut Romana, num* 2. *verſ ſecundò declara, de reſcr. Boſſ tit de pœnis num.* 27.

Altera erat; quia Statutum hoc retractus tanquam au-
8 ferens liberam rerum ſuarum diſpoſitionem, eſt contra ius commune, argumento, *l in re mandat.* 1, *C mandat. text. in l. dudum*, vbi *Alber* notat *in princip. C de contrahen empt Abb in cap conſtitutus num* 5 *not.* 7. *de in integr reſtit. Caſtr conſ* 74. *col. penult. verſ. viden eſt ergo lib.* 2. *Tiraq.* plures congerens *de retr. lignag in præf. num.* 60. *et* 61. Imò etiam contra naturalem rationem; *Soccin d. conſ* 272. *num* 6. *et* 7. *lib* 2 *et ſeq. Rota deciſ.*
9 64. *num.* 4 *par.* 2. *diu.* & conſequenter odioſum, propriè & ſtrictè interpretandum, & reſtringendum *Angel d l dudum* dicens, iniquum eſſe *Corn. verſ* 20. *à nu.* 1. *ad* 6. *lib.* 3. *Tiraquell. vbi ſupra num* 60. dicens, hanc

opi-

Digitized by Google

opinionem tenentes eſſe numero, & auctoritate ſu-
periores, & *num.* 62. Cum itàque ſtatutum nihil
diſponat ad fauorem vicini, ſi fiat venditio, illo
non requiſito, ſed tunc applicet rem venditam non
vicino, ſed Fiſco: nulla poteſt Seuero tanquam vi-
cino competere ex ſtatuto actio *Bart.* & alij in *l.* 4.
§ totus ff. de damn. infec. Soccin. conſ 23. *num.* 4. *vo-
lum.* 4. nèque poteſt fieri extenſio ex prædictis: ma-
ximè quia ſtatutum videtur repugnare concedendo
rem Fiſco.

Placuit etiam aliquibus ex Dominis fundamentum, de
quo in alia deciſione; quòd cum venditor partem
fundi vendiderit non contiguam Chriſtophoro, alia
ſibi reſeruata, non poterit Chriſtophorus, non ha-
bens ſtatuti qualitates, ex illo agere, iur. vulg.

Nèque obſtare dicebant duos teſtes nunc examinatos
10 ad probandam fraudem reſeruationis, quo caſu in-
trare retractum, dixit *Corn conſil.* 29. *num.* 1. 7. *&
ſeq. lib.* 3. Quia dum dicunt, reſeruationem fuiſſe
factam, ne vicini poſſent, emptorem moleſtare, iſta
11 non eſt fraus, vt appellatur à ſecundo teſte, ſed
prudens conſilium, & in caſu tali à iure permiſſa; vt
in his terminis fuiſſe conſultum in Ciuitate Peru-
ſina pro excluſione ſtatuti Florentini, teſtatur idem
Corn. vbi ſupra num. 9. *& Gerar. de Petra ſancta
Sing.* 26. *num.* 3. *&* 4. fuiſſe conſilia pro, & contra
referens, ſed pro hac opinione concluſum; quia cen-
ſetur facta principaliter pro ſuo commodo, non ad
excluſionem vicini, ſed in conſequentiam *Tiraquel.
d. præfat. num.* 72. *et* 77. eandem cautelam dicunt
ſe à ruſtico didiciſſe *Modern. ad Statut. Mediolanen.
cap.* 433. *num.* 52. Et vbi fit permutatio ad ex-
12 cludendum vicinum, *Decian. reſponſ.* 23. *num.* 19.
et 20. *lib.* 2. & fuit reſolutum in *Maceraten. retractus
22. Aprilis præteriti coram Reuerendiſſ. Patre D. Man-
zanedo.* Dum verò idem ſecundus teſtis deponit,
partem reſeruatam eſſe inutilem venditori, & ideo
13 in fraudem ad *Corn. vbi ſupra*, tanquam vnicus, &
ſingularis nihil probat *cap. licèt vniuerſis, & cap. in
omni negocio*, cum ſimil. *de teſt. l. iuris iurandi, C. eodem.*

Nèque fraudem probari ex menſura, facta coram Iudi-
ce loci, totius fundi, qui non aſcendit ad numerum
centum, & ſex tabularum venditarum. Quia non
conſtat, partem fuiſſe citatam ad eligendum Agri-
14 menſorem, nèque ad videndum menſurari; nunùs
fuiſſe tunc præſentem, quia non ſtatur Agrimenſori
id atteſtanti.

Et ex his fuit dictum, non conſtare de bono iure Chri-
ſtophori, &c.

ANNOTATIO.

A Idem dictum fuit infra in *Amerina bonorum 27. Februarij
1617. coram D. meo num.* 3. & in *Aſſiſien hæreditatis
14. Decembris 1607. coram Ortembergo, Gregor. XV.
deciſ* 267. *num.* 7. *& ibi Beltramin. hac deciſione alle-
gata num.* 14. *Gratian diſcept foren. cap* 245. *num* 37.

B *Beltramin loco cit in annot. præced. Gratian d. cap.* 245.
num 38. *& ſeq* & fuit dictum *in Rauennaten hæredi-
tatis 14. Aprilis 1606. coram Reuerendiſſ. D. meo Pa-
triarcha Pamphilio*, vbi quòd ſtatutum excluſiuum
15 fœminarum, ſufficiat, ſi ſit confirmatum in forma com-
muni; nam licèt ſit contra Iuris communis diſpoſitio-
nem, nempè contra tex. *in l. maximum vitium, C. de
liber. præter.* tamen quia mens ſtatuentium fuit, reſpi-
cere vtilitatem publicam, ſcilicet rationem conſeruan-
di agnationem, ideo cenſetur fauorabile, vt per *Ale-
mand conſil.* 141. *num.* 10. *lib.* 7. *Surd conſil.* 553. *num.*
6. cum alijs pluribus relatis à *Gratian. diſcept. foren.
cap.* 449. *num.* 23. *& à Rota deciſ* 51. *par.* 1. *recent &
in Bononien. ſucceſſionis 9. Decembris* 1622. *coram bon.
mem. Vbaldo*, de qua re infra.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ciuitatis Ducalis donationis.

Merc. 5. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum quando valeat; quando etiam inſinuationis defectus donationem vitiet; & quando donatio facta ſub modo, vel conditione, modo, ſeu conditione non adimpleta, reuocari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Donatiò omnium bonorum non valet: etiam quòd ſit iuramento firmata. num.* 13.
2 *Donatio omnium bonorum intelligitur tantùm de præſentibus, & ideò valet. & num.* 14.
3 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ad fauorem Eccleſiæ valet.*
4 *Oblatorum bona tranſeunt in Eccleſiam, abſquè donatione.*
5 *Donatio valet, abſquè inſinuatione, ſi non excedat ſolidos quingentos conſtituentes pluſquàm ſcuta* 700. *noſtri temporis.*
6 *Donatio, abſquè inſinuatione, vitiatur tantùm in exceſſu.*
7 *Donatio ob cauſam, & reciproca non eſt neceſſariò inſinuanda.*
8 *Donatio ob cauſam, & reciproca dicitur potiùs permutatio, quàm donatio.*
9 *Inſinuatio non requiritur in donatione facta Eccleſiæ.*
10 *Donatio facta ſub modo præſtationis alimentorum, alimentis non præſtitis, reuocari poteſt. Declara vt num.* 11.
11 *Monachus præſumitur alitus à Monaſterio, niſi ipſe contrarium probet.*
12 *Prælatus non poteſt ex ſui negligentia Eccleſiæ præiudicare.*

DECISIO VII.

ANGELVS Porphyrius volens Deo ſeruire, & Monaſterio S. Auguſtini Ciuitatis Ducalis pro Oblato vel pro Fratre; 6. Nouembris 1581. ſponte ſe dedit pro Oblato dicto Monaſterio, & pro eo Patri Priori, & alijs Fratribus, promittens, ſiue pro Oblato, ſiue pro Fratre acceptatus fuerit, ſeruire Deo, & obedire Priori, & alijs maioribus; & in ſignum ſuæ firmæ, & irreuocabilis deliberationis donauit titulo irreuocabilis donationis inter viuos eidem Monaſterio, Fratribus, & Notario ſtipulanti omnia, & qualiacunquè, & vbicunquè exiſtentia bona ſua, &c.

Prior verò, & Fratres promiſerunt, illum benignè tractare, ſiue Oblatorum, ſiue Fratrum more vixerit: eidèmque de omnibus ad victum neceſſarijs prouidere. Cum verò Angelus agere cœpiſſet coram me, tunc A. C. Locumtenente ſuper reuocatione donationis prædictæ, ac recuperatione bonorum donatorum, & deinde fuiſſem de partium conſenſu deputatus, propoſui dubium. An eidem Angelo obſtaret donatio: quod continebat duo capita; An donatio eſſet

va-

valida, & An poſſit reuocari. Et Rota circa primum
cenſuit, donationem eſſe validam.

Non obſtant oppoſita, & primò quòd ſit donatio om-
nium bonorum, quæ tanquam auferens liberam te-
1 ſtandi facultatem, non tenet, vt tradunt omnes in
l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat. et in l.
A *fin. C. de pactis*. A

Tum quia donatio omnium bonorum intelligitur tan-
2 tùm de præſentibus, & ideo valet. Doctores *in d. l. fin.*
vbi *Alex. ſub num.* 3. qui de magis communi teſtatur
C. de pactis. idem *Alex.* poſt *Bart.* & alios *in d. l. ſtipula-
tio hoc modo concepta num.* 14. imò eſt reſtricta ad præ-
ſentia per illa verba (vbicunque exiſtentia) *Caſtr. conſ.*
132. *num.* 8. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 233. *ſub num.* 11.

Tum quia donatio etiam præſentium, & futurorum ad
3 fauorem Eccleſiæ valet. Fuit opinio *Bart. in dicta l. fin.
num.* 13. vbi *Purpur. de* communi *num.* 242. *Dec. num.* 31.
non eſſe ab ea recedendum, tanquam communi *Cagn.
num.* 238. ſubdens, quòd non auderet ab hac commu-
ni recedere in iudicando, & conſulendo *Mod. Bonon.
in l. fin num* 128. *C. de pact.* communem etiam teſtan-
tur *Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta ſub num.*
10. *& Grat. num.* 97. *Abb. in cap.* 1. *num.* 2. *de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. & in cap. in præſentia num.* 2. ibique *Dec.
num.* 26. vbi de communi vſquè ad *num.* 30. dicens,
non eſſe in practica recedendum, *de probat.* de commu-
ni idem *Dec. conſ.* 488. *num.* 5. *Couar. in rubr. de te-
ſtam. par.* 2. *num.* 5. *verſ. his accedit*; eſſe omnium cre-
B berrimam, teſtatur *Franc. deciſ.* 168. *num.* 2. B, Tan-
4 tò magis, & ſinè dubio quando ſumus in Oblato, cuius
bona tranſierunt in Eccleſiam abſquè donatione, *Do-
ctores in clem.* 1. *de decimis*, *Abb. in cap. fin. num.* 2. *de
ſucceſſ. ab inteſt. d. cap. in præſentia num.* 2. vbi *Felin.
num.* 5. *Dec. num.* 26. *de probat.*

Minùs obſtat defectus inſinuationis, iuxta *l. penult. §. fin.*
5 *C. de donat.* Nàm vltra quòd non fuit doctum, dona-
tionem excedere ſolidos quingentos, de quibus *in d. §.
fin.* qui conſtituunt plus quàm ſcuta 700. noſtri tempo-
ris *Iaſ. in l. fin. num.* 1. *ff. de in ius vocan. & in l.* 2. *§. ex
his num.* 16. vbi teſtatur ita obtinuiſſe *ff. de verb. obl.
Bellon. conſ.* 4. *num.* 13. *&* 14. cum alijs, per *Gabr. de
6 donat. concluſ.* 1. *limit.* 13. *num.* 59. Cum tamen vitia-
retur tantum in exceſſu. *l. ſcimus* 34. *verſ. ſi quid au-
tem* C. *de donat.* de magis communi, & quòd ita iu-
7 dicandom *Bellon. d. conſ.* 4. *num.* 11. Fuit reſpon-
ſum, hanc donationem, cum ſit ob cauſam, & recipro-
ca, non debuiſſe neceſſariò inſinuari, *Oldrad. conſ.* 139.
num. 14. de communi *Curt. iun. conſ.* 81. *num.* 5. *Clar.
in §. donatio quæſt.* 16. *verſ. ſed nunquid, & verſ. ſed quid
dicendum*, plures referens, & infinitos *Tiraquel. ad l. ſi
vnquam verſ. donatione largitus num.* 127. dicitur enim
8 potiùs permotatio, quàm donatio *l. hoc iure §. labeo, &
l. Attilius, ff. de donat. l. ſed, & ſi lege §. conſuluit ff. de
petit. hered.* Et in donatione cum onere alendi do-
nantem, qualis eſt iſta, poſt alios *Surd. de alim. tit.* 8.
priuil. 72. *num.* 4. *& ſeq. & fuit dictum in Romana re-
ſciſſionis contractus* 1. *Decembris* 1608. *coram R. P. D.
meo Decano*.

Addebant aliqui, inſinoationem non requiri in donatio-
9 ne facta Eccleſiæ, *Abb. in cap. relatum, il primo, num.*
4. *de teſtam. Matthes. ſing.* 169. de communi *Crot. in l.
nemo poteſt num.* 40. *verſ. ſecundò limitatur ff. de leg.* 1.
Felin. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 82. vbi de com-
muni, *de conſtit. Dec. d. conſ.* 488. *num.* 7. & alios *Tiraq.
in tract. de priuil. pia cauſa priuil.* 124. *& Gabr. d. con-
cluſ.* 1. *num.* 28. *verſ. ſecundò limita*.

Quo ad ſecundum, duo deducebantur pro reuocatione
10 donationis; primò, quòd donatio erat ſub modo præ-
ſtationis alimentorum, quæ non fuerunt præſtita ad text.
in l. 1. *vbi Doct. C. de donat. quæ ſub modo*. Secundò, quòd
ipſe non fuit pro Fratre, vel Oblato receptus, & ideò
potuit recedere, & recuperare bona, reſcindendo do-
nationem, ex adductis. Primum fundamentum non pla-
cuit Dominis; quia, vltra quòd poſſet dici, quòd cum
11 donans vixerit hucuſquè, præſumitur alitus à Monaſte-
rio, quod tenebatur: niſi ipſe contrarium probet *l. fin.
verſ. nec ferendus C. de alimentis pupill. præſtan.* vbi poſt
Bald. Soccin. num. 3. *verſ. item nota*, dicens, hanc eſſe præ-
ſumptionem iuris, & de iure *Alciat. regula prima præ-
ſumpt.* 50. *num.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 6. *q.* 23. *num.* 11.
12 dicebant, ſpeciale eſſe in donatione facta Eccleſiæ ſub
modo præſtationis alimentorum, vt non reuocetur, il-
lis non præſtitis: niſi hoc actum ſit, puta, quia appoſita
conditio reſolutiua, ſed tantùm agatur, vt modus ſer-
C uetur C, ſiue quia cauſa finalis cenſeatur eſſe ſalus
animæ, ſiue quia Prælatus non poſſit ex negligentia Ec-
cleſiæ præiudicare, textus eſt *in cap. verum de cond. appoſ.*
vbi *gloſ. in verb. conditione Abb. num.* 2. *in fin. verſ. mo-
dus ergo*, *Alexand. de Neuo num.* 1. *&* 2. *et à num.* 13. *ad*
16. vbi poſt *Iacob. de Zochis* dicit, iſtum intellectum gloſ.
communiter teneri *Corſett. Sing.* 60. *incip. in omnibus
in verſ. contractus Soccin. in l. quibus dieb. §. Termi-
lius num.* 18. vbi quòd hæc opinio eſt ſequenda *ff. de
condit. & demonſtr. Couar. lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 14.
num. 6.

De alijs, quæ deduci poſſent pro reuocatione donatio-
nis, voluerunt particulariter videri.

Et ita Domini reſoluerunt, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd donatio omnium bonorum præſentium, & futuro-
13 rum non ſuſtineatur, etiam ſtante iuramento *Clar.* alijs
relat. *in §. donatio quæſt* 24. *verſ hac autem omnia*, *Gut-
tier de iuram. confirmat. cap.* 9 *num* 5. *& ſequen. lib.* 1.
Boer. deciſ. 353. *Oſaſc deciſ* 100. *num.* 41. cum alijs *poſt
Gratian. diſcept forenſ. cap.* 729. *num* 4. *& deciſ. March.*
14 39. *num* 2. Contrarium tamen eſt magis receptum, nem-
pe quòd huiuſmodi donatio valida ſit; quia vt ſuſtineatur,
reſtringitur ad bona præſentia, & non ad futura, vt fir-
matur in hac deciſione, & vltra adductos in ea, tradunt
Angel conſ. 106. *Boer. d. deciſ* 356. *num* 14. *Ruin conſ* 51.
circa fin lib. 1. *Natta conſ* 453. *num* 16. *Menoch. conſil*
101. *num.* 23. *idem Surd. conſil* 450 *num.* 43. *Gratian di-
ſcept. forenſ cap.* 98. *num* 21. & propter clauſulam, Om-
ni meliori modo, *Viu. commun. opin* 207. *num.* 6. *Grat
conſil.* 70. *num.* 21. *lib* 1. *Vrſill ad Afflict deciſ* 107. *num.*
4. *Ioſeph. Ludouic deciſ Peruſ vlt. num.* 6. *Addit. ad Vin-
cent. de Franch deciſ* 163. *num.* 5. *Polid Rip obſeru.* 136.
num. 3. *lib.* 1. *Fontanell de pact nuptial clauſ* 4. *gloſſ.* 21.
par. 1. *num* 42. *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 96. *num.* 44. *iuxta
Lugdunen impreſſionem*.

B *Clarus d. §. donatio quæſt.* 20. *verſ vltimò quæro Tira-
quel. de priu. piæ cauſæ priu.* 120. *Viu. d. opin.* 207. *num.* 2.

C Latè *Tiraq de retract. lib* 2. *in fin. num.* 11. *&* 14.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeu Peruſina pecuniaria.

Lunæ 10. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio ſtatutaria dicitur interrupta per ſolam citationem. Ceſſante cauſa finali obligationis, reſoluitur ipſa obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio interrumpitur per ſimplicem citationem.*
2 *Præſcriptione per citationem interrupta, perpetuatur actio ad annos 40. & an & quando habeat locum, vidè latè num 10.*
3 *Inſtrumentum habet executionem paratam pro ſumma expreſſa: dum nihil fuit declaratum ab arbitris in tempore ipſis conceſſo.*
4 *Exceptio non adimplementi etiam agentem ex Camerali obligatione a limine iudicij repellit.*
5 *Notario referenti aliud inſtrumentum, quamuis dicat à ſe viſum, & lectum, non creditur.*
6 *Reſoluta cauſa finali obligationis, reſoluitur ipſa obligatio, & ipſi obligationi connexa num. 7.*
8 *Decocti actiones tranſeunt in creditores.*
9 *Interruptio contra vnum ex correis afficit alios.*

DECISIO VIII.

ANNO 1583. 23. Iul. Benedictus Pantanus Peruſinus recognouit ſe debitorem Marci Antonij, & fratrum de Taſchis Bergomen. varijs de cauſis in inſtrumento contentis, pro ſumma ſcutorum 2500. quæ ſoluere promiſit per totum menſem Maij proximè venturum: & vlteriùs pro ſolutione ſcutorum 1500. facere accedere Hieronymum eius fratrem. Et verſa vice pro parte illorum de Taſchis promiſſum fuit, excomputare ex prædicta ſumma totum id, quod per Reuerendiſſimos Corneum, & Cuſanum Cameræ Apoſtolicæ Clericos (quos ad hoc in arbitros, & arbitratores elegerunt) fuerit declaratum eſſe excomputan. Et declarationem fieri debere voluerunt per totum menſem Ianuarij proximè venturi, ita quòd lapſo termino, & aliqua declaratione non ſecuta, prædictus Benedictus huiuſmodi exceptione excomputationis ſe iuuare minimè poſſit, pacto adiecto, vt poſſent arbitri terminum ſemel prorogare. Et vlteriùs promiſſum, quòd Benedictus pro ſumma excomputanda, & declaranda nullo modo in futurum moleſtabitur à quauis perſona in ampla forma; vtquè pro dicta excomputatione facienda eſſet eidem Benedicto cautum: promiſſum fuit, obligationi pro d. excomputatione facienda facere accedere inter alios Federicum Cuſanum infra duos menſes proximos; vt latiùs ex inſtrumẽto, in quo dictus Hieronymus pro d. ſumma ſcutorum 1500. acceſſit, ſe principalem etiam in forma Cam. conſtituendo.

Verùm cum arbitri, ſemel etiam prorogato compromiſſo, nihil declaraſſent: actum fuit contra Hieronymum fideiuſſorem pro ſolutione ſcutorum 1500. contra quem 13. Iun. 1589. fuit expeditum mandatum. Cumquè nomine aſſertorum hæredum de Taſchis peteretur à me tunc A. C. Locumtenente, deinde deputato, duplicatum prædicti mandati concedi, vel aliud relaxari. Propoſito deſuper dubio in Rota, reſolutum fuit, legitimatis perſonis mandatum relaxan. De credito enim Marci Antonij, & fratrum dubitari non poteſt ex relato inſtrumento, iuramento, & Camerali obligatione vallato, quod habet executionem paratam.

Non obſtant exceptiones. Nam præſcriptio. 16. annorum *ex ſtatuto Vrbis lib. 1. cap.* 158. attenden. tàm ratione contractus in Vrbe celebrati, quàm ratione iudicij in Curia penden. Excluditur ex relaxatione mandati executiui vſquè de anno 1589. Ex quo ſequitur, ne-
1 dum illam fuiſſe interruptam per citationem, quæ ſola ſufficit in hac præſcriptione inducta ex negligẽtia creditoris *l. cum notiſſimi vbi gloſ. verbo ſolam conuentionem C. de præſcr. 30. ann. Bar. in l. ex hoc edicto num. 4. ff. de eo, per quem fact. er.* quem ibi cæteri ſequuntur, præcipuè *Bald. num. 5. Iaſ. num. 7.* Et in præſcriptione ſtatutaria breuiori, quàm iuris communis tradit *Bart. in l. 2. §. ſi rem num. 2. ff. pro empt. Roman. d. l. ex hoc edicto ſub num. 6. verſ. eſt, & aliud, vbi Soccin. num. 22. Iacobin.* qui de communi teſtatur *num. 19. & 20. Alex.* qui etiam dicit communem *num. 9. & 10. Ioſ. num. 5. verſ. ſecundò extende, & num.*
A *6. Bou. de Stat. Vrb. preſc. gloſ. 21. num. 2.* A, Sed
2 etiam actionem fuiſſe perpetuatam ad annos. 40. *iux. tex. in l. fin. ver. quod nos.* vbi omnes notant *C. de præſcr. 30. ann.* Et in præſcriptione ſtatutaria minoris temporis tenuit Rota in illa *Rom. de Porcarijs cor. Robuſt. inter impr. diu. dec. 86. par. 1. & voluit Imol. in d. l. 2. §. ſi rem ff. pro empt. Iacobin. in d. l. ex hoc edicto num. 21. Soccin. num. 23. Alex. num. 11. verſ. ſed contrariũ Bou. de Stat. Vrb. præſcr. gloſ. 21. num. 15.* de magis communi Legiſtarum, & Canoniſtarum *Corn. conſ. 180. num. 5. lib. 3. Balb. de præſcr. in 4. par. vlt. part. principalis num.*
B *8. verſ. quartò quæro.* B, licèt in hoc caſu tenendo etiam contrariam opinionem *Ang. in d. l. 2. §. ſi rem ff. pro empt.* quòd debeat incipere noua præſcriptio ſtatutaria, additis 10. annis, excludatur præſcriptio, cum non adſit talis lapſus 26. annorum ab anno 1589.

Pactum de excomputando ex hac ſumma, quicquid per RR. PP. DD. Corneum, & Cuſanum fuiſſet declaratum, non videbatur obſtare. Quia cum nihil fuerit declaratum, inſtrumentum habere debet executionem para-
3 tam pro ſumma expreſſa; ita *Soccin. in l. pecuniam num.* 10. vbi ſe pluries obtinuiſſe teſtatur. *ff. ſi cert. pet.* ibiq. *Dec. num. 8. ex tex. in l. 2. ff. de in diem addict. Gram. deciſ. 18. num.* 11. qui loquuntur, quando non fuit præſtitutum certum tempus ad faciendum calculum, ſed promiſſum ſub abſoluta conditione reſolutiua, niſi aliter facto calculo appareret; vndè tantò faciliùs in præſenti caſu, quo arbitris certo tempore præfixo, adiectum fuit pactum, quòd declaratione non ſecuta exceptio excomputationis non prodeſſet.

Exceptioni non adimplementi, quæ agentem quoque ex
4 Cam. obligat. à limine iudicij repellit *Put. deciſ. 357. lib. 3.* & deducebatur ex eo, quòd Cuſanus non acceſſit infra duos menſes, iuxta formã obligationis in eodem inſtrumento contentæ: imò nec poſt; quia inſtrumentum productum continet acceſſionem quorundam nomine Cuſani, enunciato mãdato rogato per alium Notarium, de quo non conſtat: cum tamen Notario referenti aliud
5 inſtrumentum, quamuis dicat à ſe viſum, & lectum, non credatur, *vt not. Doct. in auth. ſi quis in aliquo*, vbi *Cagnol. num.* 82. 87. & in mandato *num. 96. C. de eden. Corn. conſ. 243. num. 2. lib. 2.* Reſponſum fuit, quòd cum acceſſio Cuſani fuerit promiſſa, vt debitoribus eſſet magis cautum pro excomputatione facienda: cum excomputatio, quæ erat cauſa finalis, ſecuta non fuerit, reſoluta videbatur etiam promiſſio *Roman. conſ.* 417. *ſub num. 1. verſ. hoc quidem Tiraquell. tract. ceſſan. cau. par. 1. num. 224. verſ. promiſſionis cauſa* quaſi origo, &

cau-

cauſa obligationis attendatur *l. ſi procuratorem dedero in princ. ff. mand. cum vulgar.* tanquam correſpectiua excomputationi, illa ceſſante, deficiat *l. etiam §. ex cauſa ff. de minor. cum ſimil.*

Quod placebat in hac facti ſpecie, qua conuentum fuit, non poſſe debitorem promiſſione excomputationis ſe iuuare, illa infra tempus non ſecuta; vndè nec iuuari poſſe dicendum eſt promiſſione dãdi fideiuſſorem pro illa, tanquam ad eundem excomputationis finem tendente, &
7 ſic excomputationi connexa *l. quid ergo §. penul. ff. de contr. iud. tut. l. eum actum verſ. planè ſi quid ff. de neg. geſt. cum alijs per Menoch. de arbitr. caſ. 45. num. 6. & 9.*

Exceptioni carentiæ actionis prætextu, quòd Taſchi decoxerint, quo caſu actiones abdicantur à decocto, qui bo-
8 nis ceſſit, & tranſeunt in creditores *l. item ſi vnus ff. de recep. arb. not. in l. is, qui bonis, & in l. qui bonis ff. de ceſſ. bon.* dicebatur, non conſtare de tali decoctione.

Non obſtare denique viſum fuit, quòd ex ſumma promiſſa mille erant debita pro liberatione à moleſtijs occaſione cenſus, & ſeptingenta pro liberatione à moleſtijs occaſione ſocietatis officij; in quibus inſtrumentis Taſchi acceſſerant, vt ex narratiua inſtrumenti, de quo agitur: quos cenſum, & ſocietatẽ nõ conſtat à Taſchis extinctas fuiſſe, adeo vt Benedictus remaneat adhuc obligatus. Quia ſi non conſtabit de extinctione, mandatum relaxabitur ad effectum deponendi pro extinctione, ita vt proſpectum ſit Benedicti hæredibus, ne poſſint vigore prædictorum inſtrumentorum moleſtari.

Sed quia perſonæ agentium non erant legitimatæ, ideo capta fuit reſolutio cũ reſtrictina, illis priùs legitimatis.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra *in Maceraten. Saluiani 21. Februar. 1620. num. 3. & 4.* Vbi quòd interruptio contra vnum ex correis intrat contra omnes; & quod ad præſcri-
9 bendum creditum iuramento firmatum requiritur ſpatium 40. annorum, & datur reſtitutio in integrum aduerſùs d. præſcriptionem ob ignorantiam.

B *Mareſcott variar. reſolut. cap. 67. num. 8. & ſeqq. lib. 2. Seraphin. deciſ. 930. num. 3 & deciſ. 926. num. 1. Rota in Romana tutelæ de Fabijs 29. Ianuarij 1582. coram Orano,*
10 & hac deciſione allegata fuit dictum *in Romana pecuniaria 10. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, in qua hæc concluſio optimè declaratur, & in eã plures caſus pro hac materia diſtinguuntur.

C Primus eſt, quando ſtatutum permittit, præſcriptionem interrumpi per ſimplicem citationem iudicialem, aut etiã extraiudicialem interpellationem; tunc licèt præſcriptio antea cœpta ampliùs non continuet, tamen à die ipſius interpellationis incipit currere noua præſcriptio ſtatutaria, nec fit reditus ad præſcriptionem iuris communis, vt docent *Bart. in l. ex hoc edicto, num. 5.* & ibi *Caſtren. num. 4. Iaſ. num. 3. Alexand. num. 11. Soccin. num. 23. ff. de eo, per quem fact. erit, &c. Imol. in l. 2. § ſi eam rem num. 32. ff. pro empt. Corn. conſ. 180. in fine lib. 3. Mareſcott.* in terminis Statuti Vrbis *d. cap. 67. num. 10. Bou. hic allegatus d. gloſ. 21. num. 15. Seraphin. deciſ. 718. num. 5. & 6. Rota in alleg. Romana tutelæ coram Orano, & in Romana pecuniaria 2. Nouemb. 1609. coram bon. mem. Card Sacrato cum adductis in prælecta deciſ. R. P. D. mei Merlini.*

Secundus caſus eſt, quando interruptio nedum facta fuit per ſimplicem interpellationem, ſed etiam per litis conteſtationem, vel aliquem actum, merita cauſæ reſpicientem, qui in cauſis ordinarijs litis conteſtationem ſequi conſueuit; nam in ſummarijs, & in quibus lis formiter non conteſtatur, huiuſmodi actus habetur loco litis conteſtationis, *Cardin. in clem. conſtitutionum §. fin. in fine de elect. Rot. deciſ. 1. de lit conteſt. in nou. & in terminis Corn. d. conſ. 180. num. 81. lib. 3. Seraphin. d. deciſ. 920. num. 3.* Et tunc ſi actor ob aliquos caſus litem abſoluere præpeditus fuerit, ceſſat præſcriptio ſtatutaria, & intrat præſcriptio iuris communis, ſicquè ad 40. annos perpetuatur actio, *iux. tex. in l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, & tradit Bart. in d. l. ex hoc edicto num. 5.* cum alijs adductis per *Corn. d. conſ. 180. num. 5. Petr. Duen. reg. 6. circa fin. verſ. vnum tamen Bou. d. gloſſ. 2. num. 5. Mareſcott. d. c. 66. num. 9. & 10.* quia tunc creditor negligens dici, vel de eius credito ſatisfactus præſumi non poteſt: cum non fuerit in eius poteſtate litem finire, & creditum ipſum, cuius ſubſtantia, & exiſtentia adhuc ſub Iudice in dubium reuocabatur, exigere.

Tertius caſus eſt, quando creditor non fuit litem conteſtatus animo illam ad finem perducendi, nec fuit impeditus propter caſus fortuitos: ſed ex mera ipſius negligentia litem terminare non curauit; & tunc talis litis conteſtatio licèt præſcriptionem interrumpat, quia ex ſtatuto prædicto ad hunc effectum ſufficit ſola, & ſimplex citatio, ſeu interpellatio etiam extraiudicialis; tamen non perpetuatur actio ad 40. annos, & ſic incipiet currere præſcriptio ſtatutaria, non autem iuris communis. Quia litis conteſtatio ad interrumpen. præſcriptionem iuris communis, prodeſt illi, qui eo animo litem conteſtatus eſt, vt ducat cauſam vſq; ad finem, ſed impeditur propter caſus fortuitus; aliàs non prodeſt; vt argumento ducto à contrario ſenſu *in d. l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & in Auth. de litig. §. omnem circa fin. coll. 8.* firmauit *gloſſ. in can. placuit il 2. §. hac de præſcriptionibus decennij, verb. interrupta, verſ. ei tamen 16 quæſt. 3.* quam ſequuntur *Panormit. in cap. illud, num. vlt poſt med. verſ. & vide ad limitationem, de præſcript. Rom.* d. gloſſ. ſingularem appellans. *in d. l. ex hoc edicto in princ. num. 6. verſ. eſt hic vnum dubium. ff. de eo, per quem fact. Iaſ. in §. pœnales quoque num. 134. Inſtit. de actionib.*

Quartus caſus eſt, quando poſt litis conteſtationem reus cognoſcendo bonam fidem liticeſſit, ac debitum faſſus fuit, & vel terminum ad ſoluendum ſuſcepit, vel actor contra eum mandatum executiuum, aut ſententiam, & rem iudicatam obtinuit: demum idem actor tacuit per ſpatium tanti temporis, quantum per ſtatutum ad præſcriptionem inducendam requiritur; & hoc caſu propter malam fidem debitoris ex propria obligatione conuenti, & ſcientis ſe eſſe debitorem, neque præſcriptio ſtatutaria locum habet; cum nulla præſcriptio admittatur cum mala fide, *cap. fin. de præſcription.* & ibi latiſſimè Doctores contra *Bart.* hanc ſententiam tenentes *Couar. in regula poſſeſſor. 2. par. §. 11. num. 3. Balb. de præſcript. 2. par. tertia partis principalis, quæſt. 14. num. 2. & 3. Matthesil ſingular. 23. & ibi annotatio latè Cardin Seraphin.* qui de communi teſtatur *deciſ. 614. num. 1. & deciſ. 632. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 740. num. 1. Corn. conſil. 265. num. 11 lib. 3. Gregor. XV. deciſ. 489. num. 20. Rota in dicta Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino*, vbi in terminis Statuti Vrbis dictum fuit, præſcriptionem ab eo inductam non habere locum, quando debitor eſt in mala fide; ſed quòd mala fides in foro exteriori per creditorem, qui ſuum creditum per ſexdecim annos petere neglexit, probari debeat, non ſolùm oſtendendo, debitorem fuiſſe à principio propriæ obligationis, & debiti conſcium, verùm etiam docendo, illum ſciuiſſe, obligationem ipſam perduraſſe, nec fuiſſe in rei veritate mediante obligatione extinctam; aliàs quòd ſicuti poſt dicti temporis lapſum ſolutio facta præſumitur, ita etiam præſumatur bona fides; & ratio eſt, quia Statutum prædictum non tollit directè, & immediatè ius, vel actionem creditori competentem, ſed ſtante illius negligentia, & taciturnitate per 16. annos inducit præſumptio-

Digitized by Google

nem ſatisfactionis, & ſolutionis, qua præſuppoſita inſtru-
menta quæcunque, & ſcripturas tàm publicas, quàm pri-
1 uatas vult nullam fidem mereri, nullumq. ſortiri poſſe iu-
ris, aut executionis effectum. Vndè cum poſt d. tempus
ex iuris præſumptione, per d. ſtatutum inducta, debitor,
qui eam allegat, ſit omnino ſimilis illi, qui docet, effectua-
liter perſoluiſſe totum id ad quod erat obligatus. *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 52 num.* 18. non poteſt conſiderari am-
pliùs mala fides, ſed illa omnino excluditur, quemadmo-
dum excluderetur, ſi ex publica, vel priuata ſcriptura,
aut teſtium depoſitionibus, vel alio probationis genere,
quàm ex ſola iuris præſumptione ſolutio, ac ſatisfactio
ipſa effectualis probata fuiſſet, vt *fuit reſolutum in Romana tutelæ 29. Ianuarij* 1588. *coram Orano, & in dicta Romana pecuniaria 29. Nouembris* 1609. *coram Cardinali Sacrato, & in præfata Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.* An autem & quando habeat locum huiuſ-
modi ſtatutum in contractibus iuratis; & contra forenſes
ratione cõtractus in Vrbe celebrati, vel iudicij in Curia pẽ-
dentis; vide infrà in *Rom. de Trincijs* 16. *Febr.* 1615.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Viterbien. pecuniaria.

Lunæ 10. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Confeſſio decocti, vel de proximo decocturi non præiudicat creditoribus. Et ſolutio præſumitur facta de proprijs pecunijs, & ex cauſa, quæ apparet.

SVMMARIVM.

1 *Decocti, vel de proximo decocturi confeſſio non præiudicat creditori, & num. 3. & 6. vbi de Statutis Vrbis, & Genuæ.*
2 *Fraus ex breuitate temporis colligitur.*
3 *Confeſſio mariti, qui ſcit ſe non eſſe ſoluendo, non præiudicat creditoribus.*
4 *Solutio præſumitur facta de proprijs pecunijs.*
5 *Solutio præſumitur facta ex cauſa, quæ apparet.*

DECISIO IX.

CVM Locumtenens Viterbij, vt proſpiceret creditoribus q. Sanctorij Marini mercatoris Viterbien̄, impedientibus corã eo conſignationem bonorum fundacalium die 29. Martij 1597. per Sanctoriũ Stephano Almagiono venditorum, mandaſſet 12. Aprilis ſubſequentis, prædicta bona Almagiono non conſignari, niſi facta priùs per ipſum obligatione, & cautione data, de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus dicti Sanctorij, ac de habendo in bono, fido, & actuali depoſito, omnia alia bona excedentia creditum ipſius, ad effectum illa liberè conſignandi, & reſtituendi prioribus, & potioribus creditoribus quibuſcunque ad omne mandatum Domini, & Almagioni: data etiam cautione, ſe ad prædicta in forma Cameræ obligaſſet; DD. de Fonte, tanquam creditores Sanctorij conuenerunt Almagionum coram A. C. pro ſolutione pretij dictorum bonorum, quod fuit ſcut. 6314. 77. cum dimidio: qui cum exciperet, ad computum ſoluiſſe ſcut. 6300. 97. cum dimidio, vt ex relatione, & calculo periti deputati: fuit coram me extra Rotam dubitatum. An conſtaret de prædictis ſolutionibus, & in qua ſumma. Et informantibus tantùm iſtis de Fonte, procuratore Almagioni ſæpiùs citato informare negligente, Domini reſpectu infraſcriptarum partitarum negatiuè reſponderunt.

Prima continens ſcuta 1100. quæ Almagionus prætendit
ſibi debita ex cauſa lucri facti in ſocietate porcorum
cum Sanctorio die 16. Iunij 1593. inita, & in inſtrumen-
to venditionis excomputata rectè videbatur impugna-
ri; quia de lucro prædicto ſcut. 1100. non conſtat ali-
ter, quàm per aſſertionem eiuſdem Sanctorij in dicto
inſtrumento venditionis, quam DD. dixerunt præiudi-
A care non poſſe illis de Fonte A, quia confeſſio debito-
1 ris non præiudicat creditori, *Cyn. in l. vbi adhuc quæſt. 12. num. 16. de iure dot. Bart. in l. poſt contractum ſub num. 17. ff. de donat. Caſtren. in l. Seia mancipia num. 5. ff. ad S. C. Velleian.* cum pluribus per *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 18. num. 82. verſ. nec etiam, & de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 9.* Et in confeſſione vendito-
ris *Surd. deciſ. 218. num. 5.* ne ſit in poteſtate debitoris,
creditores circumuenire ad *text. in §. aliud quoq; verſic. & ne contingat, & verſ. ſi verò, Auth. de æqual. dot.* præ-
ſertim quia Sanctorius, vel erat tunc temporis deco-
ctus, vel ſtatim decocturus, cum venditio ab illo facta
fuerit 29. Martij 1597. & decretum Locumtenentis ad
inſtantiam creditorum concurrentium 12. Aprilis ſe-
quentis, & ſic inter quatuordecim dies; ex breuitate
2 enim temporis fraus colligitur, ex congeſtis per *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 77.* & tantò magis red-
ditur ſuſpecta aſſertio, & minùs præiudicat creditori-
bus *l. omnes 17. §. lucius ff. quæ in fraud. cred. Alex. conſ. 83. num. 1. lib. 7.* Et in confeſſione decocti, quòd non
3 præiudicet creditoribus, quia præſumitur ſimulata, niſi
aliundè conſtet de veritate *Bald. conſ. 432. num. 1. lib. 1. Rota Ianuen. deciſ. 83. num. 12.* Idem in confeſſione de
proximo decocturi *Bald. conſ. 400. à num. 2. ad 5. lib. 5.*
B quod eſt *conſ. 249. lib. 1.* B, ſicuti dicitur in confeſſione
C mariti, qui ſcit, ſe non eſſe ſoluendo C, *Soccin. l. 1. nu. 108. ff. ſolut. matr. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 13. num. 29.*

Alia ſcut. 882. baioc. 60. non poteſt debitum Almagioni
diminuere tanquam non ab ipſo ſoluta ex cauſa pretij,
ſed à Marco Antonio Rota in tot mercibus. Vndè vel
4 cenſetur ſoluiſſe de ſuo, *l. & magis ff. de ſolut. l. ſi filius C. de neg. geſt. l. cum pecuniam, & l. qui vtiliter ff. eod. Bart. & Bald. in l. 2. C. pro ſocio.* Vel certè ex rebus, &
5 effectibus diuerſis Sanctorij penes ipſum depoſitatis *in ſummar. num. 5.* & ſic ex cauſa, quæ apparet *Aym. conſ. 148. num. 13. verſ. & cum de alia Rot. deciſ. 314.*
D *num. 4. par. 1. diuerſ.* D, Et pro qua tenebatur ipſe
Rota, ideo non poteſt alium à diuerſo debito liberare.

Vltima, quæ viſa fuit non excomputanda, eſt ſolutorum
Collazellis *in ſummar. num. 6.* Tum quia ſupponitur, de
illorum credito non conſtare, niſi per dictam tranſa-
ctionem, quæ creditoribus non præiudicat, ex præalleg.
& videtur *text. in l. ſi vnus 28. §. ante omnia ff. de pact.*
6 Tum quia eſt ex cauſa diuerſa effectuum, & nominum
debitorum penes eumdem Almagionum depoſitatorum
vltra pretium apothecæ, vt in *ſummar. num. 5. verſ. libri,*
& proinde non poteſt diuerſum debitum ex cauſa pretij
diminuere, vt dictum eſt, de quo tantùm nunc agitur.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra in eadem cauſa Lunæ 16. Martij
1615. vbi quòd idem eſt in debitore de proximo decocturo:
& *num.* 3. dicitur, id procedere, etiam in confeſſione iurata

Vltra

Digitized by Google

B Vltra allegatos in deciſione *Stracc. de decoct. par. vlt. tit. qui pot. in bon. decoct. habeant. num.* 17. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 768 *num.* 7. *&* 8. & vltra ius commune in Vrbe adeſt *ſtatutum cap* 114. *lib.* 1. *Scacc. de commerc. §.* 2. *gloſ.* 5. *num.* 445. *verſ. exemplifica,* vbi aduertit, quòd in Statutis Genuen. *lib.* 4. *cap.* 7. *de decoct. §. ſecuta declaratione, & §. ceſſiones* vberiùs prouidetur, quòd ceſſiones, dationes in ſolutum, & aliæ diſpoſitiones factæ per debitorem ad fauorem alicuius, ſeu aliquorum ex ſuis creditoribus intra quindecim dies immediatè antecedentes diem rupturæ; habeantur pro non factis.

C Vide infra ad *deciſ. Ferrarien. recuperationis dotis* 4. *Maij* 1615.

D *Cyn. in l.* 1. *oppoſit.* 1. *C. de ſolut.* & ibi *Salyc. num.* 1. *in fine, verſ. ſed confirmatur, Bart. in l. ſi is cui, §. flauius. ff. eodem tit. Menoch. conſ.* 121. *num.* 40. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 505. *num.* 33. *Gregor. XV. deciſ.* 62. *num.* 9. *& deciſ.* 468. *num.* 5. *& deciſ.* 512. *num.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Foroliuien. Cenſus.

Ven. 14. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Cenſus venditio facta ſinè deſignatione confinium rei cenſui ſubiugatæ, nulla, & inualida eſt. Poſſunt tamen confines quamuis non deſcripti in contractu cenſus, aliunde probari per teſtes, confeſſiones partium, aliasquè probationes, & quomodò.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus ſuper aliqua re, non facta mentione eius confinium, eſt nullus, & late num.* 27. 28. *&* 29. *vbi concluſio declaratur.*

2 *Contractus in dubio præſumitur iuſtus, & non fœneratitius, & qui contrarium dicit probare tenetur num.* 3.

4 *Fundans ſe in negatiua, eam concludenter probare debet, ſiue agendo, ſiue excipiendo, & num.* 30.

5 *Negatiua probatur ex inſpectione inſtrumenti, in quo id non reperitur, quod eſt in controuerſia, & num.* 31.

6 *Affirmatiua vbi probari poteſt aliter, quàm per ſcripturam, negatiua non probatur concludenter ex inſpectione eiuſdem.*

7 *Inſtrumentum factum non eſſe, non probatur ex eo, quòd non reperiatur in protocollo.*

8 *Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus.*

9 *Contractus cenſus probari poteſt per teſtes, confeſſiones, & alias probationes, quàm per ſcripturas.*

10 *Scriptura tradita Notario in ſtipulatione inſtrumenti ſi non reperitur, præſumitur omiſſa ab eodem Notario.*

11 *Notarij error in omittendo non poteſt contractum vitiare, vel partibus obeſſe.*

12 *Expreſſum dicitur, quod ex præcedentibus, & ſubſequentibus verbis ſcripturæ colligi poteſt, licèt ſcriptura deficiat.*

13 *Indicium magnum præſtat firma credulitas teſtis.*

14 *Obſeruantia magnam vim habet ad remouendam contractus nullitatem.*

15 *Contrahentes non præſumuntur ſtulti, & non cogitaſſe de effectu contractus.*

16 *Contrahentes ſibi proſpexiſſe cenſentur.*

17 *Declarans non diſponit, ſed quid in præteritum actum ſit oſtendit & num.* 32.

18 *Declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis.*

19 *Notarij error in omittenda deſcriptione ex confeſſione partis probari poteſt.*

20 *Solemnitates appoſitæ in præcedenti contractu cenſentur repetitæ in ſubſequenti ab eodem Notario incontinenti rogato.*

21 *Obſeruantia dat fidem ſcripturæ etiam informi, & num.* 33. *etiam ſi non conſtet de obſeruantia ſcripturæ in omnibus in ea contentis. num.* 34.

22 *Approbans ſcripturam illam ampliùs impugnare non poteſt.*

23 *Actus præſumitur factus ex obligatione præcedenti.*

24 *Teſtis, licèt perfectè non recordetur de omnibus circumſtantijs, tamen probat contractus veritatem.*

25 *Confeſſiones debitorum probant impoſitionem cenſus.*

26 *Solutio cenſus probat, eius impoſitionem præceſſiſſe.*

35 *Obſeruantia non dat robur ſcripturæ, quando eſt nimis remota.*

36 *Obſeruantia etiam remota ſuffragatur, concurrentibus adminiculis.*

37 *Obſeruantia tranſacti temporis facilè præſumitur.*

38 *Obſeruantia etiam remota ſuffragatur, quando per priùs nunquam ſe obtulit occaſio faciendi aliquem actum.*

DECISIO X.

CVM Paulus, & Iacobus filius de Mangellis vendidiſſent quandam eorum domũ fideicommiſſo ſubiectam olim D. Mercuriali pretio ſcutorum 1750. auri in auro, & ſcut. 750. ſimilia pro parte pretij fuiſſent de illorum conſenſu ſoluta Io. Baptiſtæ fratri dicti Pauli ad fideicommiſſum prædictum vocato, ad effectum illa reinueſtiendi in tot cenſibus pro cautione eiuſdem Io. Baptiſtæ, & deſcendentiũ, ac emptoris. Emerunt ab Antonio Artuſino cenſum annuum ſcutorum 63. auri in auro ſuper 30. tornaturis poſſeſſionis de Villa Maſſæ impoſitum pro pretio ſcutorum 750. auri ſimilium ſolutorum per dictum Io. Baptiſtam, qui illa ad hunc effectum receperat, vt ex inſtrumentis venditionum domus, & cenſus ſub eadem die 3. Iulij 1587. & ab eodem Notario confectis, *in ſummar. Mangelli num.* 1. *&* 2.

Cumquè hæredes Artuſini duobus ab hinc annis denegare cœpiſſent prædicto Iacobo hæredi eius Patris ſoluere ampliùs fructus dicti cenſus, & agere pro repetitione ſolutorum ſpatio 24. circiter annorum, prætextu nullitatis ob non expreſſionem finium; ipſe obtento à me tunc A.C. Locumtenente mandato de manutenendo pro maiori cautela porrexit ſupplicationem Sanctiſſimo pro ſanatione defectuum, ſi qui ſunt, circa confines in eodem *ſummar. num.* 3. à quo emanauit reſcriptum A.C. qui ſpecificatis confinibus procedat ad cauſæ expeditionem quo ad fructus decurrendos tantùm; reſpectu verò decurſorum reſeruato partibus iure, ſi quod habent illos repetendi; *in ſummar. Artuſinorum num.* 3.

Ideo iuxta illius formam propoſui dubium, An eſſet locus ſanationi cenſus, & expeditioni cauſæ quoad decurren. & repetitioni quoad ſolutos. Et Rota dixit, locum non eſſe repetitioni ſolutorum: ſed ſolutioni decurrendorum.

Primæ partis ratio fuit. Quia licèt non facta deſignatione
1 confinium cenſus ſit nullus tanquam contra formam
A Bullæ fel. rec. Pij V. A, ibi, *& quæ nominatim certis finibus deſignata ſit*, cum aliàs re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa effecta, cenſus pro rata non periret, contra eiuſdem Bullæ diſpoſitionem, in *§. poſtremò*, quæ contractus ſub alia forma celebratos fœneratitios iudicat in *§. contractuſquè*.

Digitized by Google

Tamen ſuppoſita veritate impoſitionis, de qua Rota non
2 dubitauit, vt infra, intrat generalis præſumptio pro
B iuſtitia contractus excluſiua fænoris B, l. ſi ea pactio-
ne 14. C. de vſur. Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 19. verſ.
ſed quid ſi do, & ibi Iaſ. num. 7. Dec. num. 6. ff. ſi cert.
pet. Rot. deciſ. 340 num. 1. par. 1. diu. & pro contractus
validitate l. quoties ff. de reb. dub. & ff. de verborum ob-
lig. & ff. de reg. iur. & ne careat effectu l. ſi ſtipulatus
fuero pro te vbi Bart. in ſummario ff. de verb. obligat. ideò-
que Artuſinis incumbit onus probandi contractum
3 fœneratitium, vel nullum Aym. conſ. 48. num. 8. verſ.
conſidero etiam, & ſic negatiuam non expreſſionis finium,
in qua ſe fundant l. actor. vbi not. C. de probat. Bart.
in l. in illa prima num. 5. ff. de verbor. obligat. Put. deciſ.
penult. libro 3. ſecundùm modern. impreſſ. Rot. deciſ. 775.
num. 2. par. 1. diuerſ. Maximè cum hæc negatiua ſic
4 fundamentum repetitionis fructuum tanquam indebi-
C tè ſolutorum, quod eſt concludenter probandum C,
l. cum de indebito 25. verſ. ſic verò, vbi Bart. & alij ff. de
probat. Caſtr. conſil. 123. num. 1. part. 2.

Neque talis probatio notoria eſt (vt Artuſini prætendunt)
5 ex ſola inſtrumenti inſpectione, in quo cum deſcriptio
non reperiatur, dicitur probata negatiua Bar. in l. fin.
C. de reb. cred. cum alijs per Surd. deciſ. 300. num. 10.
6 quia vbi affirmatiua probari poteſt aliter, quàm per ſcri-
pturam, negatiua non probatur, concludenter ex inſpe-
ctione eiuſdem, ita declarat Bal. in l. fin. num. 7. verſ.
quando ergo C. de reb. cred. Iaſ. in l. Titia textores num. 17.
verſ. nam quando ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 35. num. 19.
verſ. ad iſtud. lib. 1. Cephal. conſ. 170. num. 23. lib. 2. pro-
7 ut non probatur, inſtrumentum non eſſe factum ex eo,
E quòd non reperiatur in protocollo Notarij Aym. conſ.
112. num. 7. & fuit dictum in Rom. locor. montium 25.
Maij 1611. coram R. P. D. Vbaldo certum autem vide-
tur, appoſitionem confinium, quæ eſt qualitas, probari
poſſe aliter, quàm per ſcripturam, quæ ſicuti non eſt de
8 ſubſtantia contractus l. contrahitur 4. ff. de pignor. l. pa-
ctum 17. C. de pact. Ita nec contractus cenſus, in quo
Rota idem tenet, quod in alijs, vt probari poſſit per
teſtes, confeſſiones, & alias probationes, vt in Anco-
nitana cenſus 28. Aprilis 1587. coram bon. mem. Cardinali
Seraphino, & in eadem 25. Maij 1599. coram bon. mem.
Corduba, & latiùs in Rom. cenſus 24. Nouembris 1606. co-
D ram Reuerendiſſimo Attrebaten. D

Præterea ex inſtrumento probatur, petias terræ cenſuatas
10 fuiſſe per impoſitorem certis confinibus deſignatas ex
illis verbis, diſtinctis, deſcriptis, deſignatis, & confina-
tis in calce præſentis inſtrumenti, quæ neceſſariò oſten-
dunt, confines fuiſſe ſpecificatos, & Notario traditos,
qui fecit ſe debitorem deſcriptionis illorum in calce;
& ideo ſi omiſſa fuit deſcriptio, non poteſt dici omiſſa
ſpecificatio à partibus, ſed ſcriptura per Notarium
Caſtr. in l. errore num. 3. verſ. & idem in his, vbi Alexand.
num. 4. C. de teſtam. idem Caſtr. conſ. 60. num. 3. lib. 1.
Alexand. conſ. 52. num. 23. lib. 4. aliàs enim illa verba
malè, & fatuè fuiſſent appoſita, quod non præſumi-
tur Caſtr. d. conſ. 6. num. 4. verſ. ſed in caſu noſtro. Er-
ror autem Notarij in omittendo non poteſt contractum
11 vitiare, vel partibus obeſſe l. ſi librarius ff. de reg. iur. l.
fin. §. fin. C. de fideiuſſ. l. Imperator. ff. de ſtatu hom. d. l.
errore, vbi omnes præcipuè, Sichard. num. 1. C. de teſtam.
Achill. deciſ. 1. num. 7. de fide inſtrum. Rota deciſ. 167.
num. 3. lib. 2. par. 3. diuerſ. quaſi plus dictum fuerit, quàm
ſcriptum, ideòque dicto non ſcripto ſtandum ſit Odofr.
12 d. l. errore in 1. not. & pro expreſſa habenda ſit ſpecifica-
tio, licèt ſcriptura deficiat Bart. in l. 1. ff. de hæred. inſt.
Caſtr. d. conſ. 60. num. 3. verſ. item non obſtat Decian. re-
ſponſ. 34. num. 101. verſ. quamuis lib. 3.

Et quòd iſta ſpecificatio fuerit facta inter contrahentes, &
à notario omiſſa adminiculatur ex depoſitione ſecundi
13 teſtis, quæ licèt tantùm ſit de firma credulitate, facit
tamen magnum indicium Angel. conſ. 3. num. 2. Rot. de-
ciſ. 9. num. 12. par. 2. diuerſ. Concurrit obſeruantia ex
14 ſolutionibus fructuum, & alijs, de quibus infra, ma-
gnam vim habens ad remouendam actus nullitatem
Corn. conſ. penul. num. 28. lib. 4. Rota in nouiſſ. deciſ. 636.
num. 2. part. 1.

Accedit enixa partium voluntas contrahendi validè, & iu-
xta formam Bullæ, de qua notitiam habebant, ex pa-
cto, quòd omnia ex illius diſpoſitione apponenda pro
appoſitis habeantur, ampliſſimè concepto, adèo vt in-
uerisimilis reddatur omiſſio expreſſionis confinium,
15 quia aliàs contrahentes fuiſſent ſtulti, nec de effectu co-
gitaſſent contra not. per Bald. in l. fin. num. 3. C. de con-
trahen. ſtipul.

Augetur inuerisimilitudo ex intereſſe nedum emptorum
cenſus, ſed etiam Domini Mercurialis emptoris do-
mus, cui cenſus erat obnoxius pro euictione, & defen-
ſione; nec non Io. Baptiſtæ fideicommiſſarij, qui volue-
16 rat pecunias pretij domus apud ſe reinueſtiendo in di-
cto cenſu ſubrogato loco domus, qui ſibi proſpexiſſe
cenſetur ad Aym. conſ. 308. in fine.

Demum adeſt declaratio confinium in vim reſcripti San-
ctiſſimi, & iudicialiter facta per Artuſinos, de qua in
ſummario Mangelli num. 4. quæ, vt ex lectura, non eſt
facta per modum nouæ appoſitionis confinium, ſed de-
clarationis appoſitorum; ponderando etiam verba illa,
confinia ſunt infraſcripta, vndè non dicitur facta noua
17 ſpecificatio, ſed facta detecta. l. adeo 7. verſ. cum enim
grana ff. de acquir. rerum domin. & eſt vulgare, eum, qui
declarat, non diſponere, ſed quid in præteritum actum
E ſit oſtendere E, Bald. in l. cum teſtam. num. 5. verſ.
item nota C. de teſtam. manum. Deci. in l. edita ſub num.
47. C. de eden. Soccin. conſ. 23. num. 19. lib. 4. & declara-
18 tionem retrotrahi ad tempus diſpoſitionis l. aſſe toto 77.
de hær. inſt. l. ſi ita ſcripſero 38. ff. de cond. & demonſtr.
plenè Io. And. ad Specul. tit. de teſt. §. nunc videndum.
lit. Q. verſ. ſimilibus Caſtr. in l. hæredes palam. §. ſi quid
num. 3. verſ. item nota ff. de teſtam. Soccin. d. conſ. 23. ſub
num. 19. cum alijs per Surd. deciſ. 29. num. 4. & 69. num.
2. Vnde error Notarij in omittenda deſcriptione ex
19 confeſſione etiam partis probatus videtur, vt poteſt.
cap. tertio loco, de probat. Bart. in l. ſi librarius num. 15. verſ.
item poteſt ff. de reg. iur. Bal. in l. cum proponebatur num.
4. verſ. & nota ex iſta gloſ. ff. de leg. 2. Felin. in cap. ex li-
teris num. 2. verſ. item per facientes de fide inſtrum.

Ex quibus reſultat reſolutio ſecundæ partis; quia cum
cenſus ſuſtineri poſſit, etiam reſpectu confinium, ex præ-
dictis, & quatenus aliquid circa illos deeſſet, ſanatum
ſit ex reſcripto Sanctiſſimi purificato per ſpecificatio-
nem magis indiuiduam, de qua ſupra, dubitari non
poteſt, quin ſolutioni fructuum decurrendorum lo-
cus ſit.

Non obſtant appoſita cõtra inſtrumentum de defectu clau-
ſulæ, Actum, Pontificatus, & teſtium, ſinè quibus nul-
la eſt eiuſdem fides, ex latè deductis, pro Artuſinis. Quia
cum hæc omnia ſint in præcedenti inſtrumento vendi-
tionis domus, cenſentur repetita in inſtrumento cenſus
20 ab eodem Notario incontinenti rogato. Bart. in l. ſi quis
ex argentarijs §. ſi initium. in 2. lect. num. 27. verſ. ſi ve-
rò alius. vbi Bald. num. 1. Alex. num. 4. dicens, cum
Bart. tranſire communiter Doct. ff. de eden. Bald. conſ.
208. num. 2. lib. 1. Menoch. præſ. 84. num. 10. lib. 2. &
ſequitur Rota in Rom. Societatis 24. Ian. 1600. coram
Illuſtriſſimo D. Card. Millino.

Accedit obſeruantia ex ſolutionibus tot annorum, & plu-
ribus

21 tibus enunciatiuis reſultans, ex qua datur fides ſcriptu-
ræ etiam informi. *l. 1. & 2. & l. ſi veritas 23. C. de fi-
deic. Bald. conſ. 400. num. 5. lib. 4. Aym. conſ. 101. num.*
F *4. conſ. 158. num. 1. Rota dec. 113. num. 11. par. 1. diuerſ.* F
Et cum Artuſini declarauerint magis ſpecificè confines in
executionem reſcripti ſupponendo inſtrumentum, in
quo res apparet cenſuata, dicuntur inſtrumenti fidem
22 approbaſſe, quam ideo amplius impugnare non poſſunt,
ad l. Pomponius, la prima, vbi *gloſ. de neg. geſt. Bart. in l.
Iulianus. §. ſi. quis ff. de act. empt.*
Maximè quia conſiderabant Domini de veritate impoſitio-
23 nis cenſus dubitari non poſſe. Nam vltra præſumptio-
nem, quæ oritur ex præcedenti obligatione illum im-
ponendi pro aſſecuratione emptoris domus, & fidei-
commiſſarij *ad l. Titia. §. 1.* vbi *Iaſ. ff. de verb. oblig.
gloſ. in l. apud Celſum verſ. cauſa ff. de doli except.*
De illa deponunt primi duo teſtes in ſummario Mangelli,
num. 7. qui ſunt conteſtes, & impoſitioni interueniſſe
dicunt, & licet non videantur perfectè recordari de
24 omnibus circumſtantijs, tamen probant contractus ve-
ritatem, vt quando non recordantur de anno, menſe,
die, vel conſule, tradit *Specul. in tit. de teſt. §. eam de
interrogatorijs num. 11. verſ. licet autem, Alber. de Roſat.
tract. de teſt. lib. 1. cap. 8. num. 10.*
Concurrunt confeſſiones debitorum. Primò, confeſſio An-
25 tonij impoſitoris in inſtrumento 9. Octobris 1589. in
ſummario *num.* 5. dum fatetur, recepiſſe ſcuta 750. auri
ad cenſum à Paulo, & Iacobo de Mangellis, quorum
300. tunc ſoluit Horatio Aſtio, cuius contemplatione
accepiſſe dixit, recipiendo ab ipſo promiſſionem in-
demnitatis. Secundò confeſſio hæredum, dum in diui-
ſione bonorum, & debitorum Patris diuidunt onus iſtius
cenſus debiti Iacobo Mangello, in eodem ſummario
num. 9. & dum ſpecificarunt, & declararunt, vt ſupra
confines fundi ad illius fauorem cenſuati: quæ confeſ-
ſiones probant etiam in hac materia, vt in allegatis *de-
ciſ. Anconitana cenſ. 25. Maij 1599. coram Corduba, &
Romana cenſus 24. Nouembris 1606. coram D. Epiſco-
po Attrebaten.*
Vlterius diuturna fructuum 24. annorum ſolutio ex cauſa
26 cenſus, quæ probat impoſitionem præceſſiſſe, *l. cum de
in rem verſo ff. de vſur.* vbi *poſt gloſſam, Bart. in fine*, &
alij, *l. ſi certis annis C. de pactis*, de communi *Couarr. in
reg. poſſeſſor. 2. par. relect. §. 4. num. 2. & var. reſol. in
lib. 3. cap. 10. circa fin. verſ. quintò.* vbi in annuis reddi-
tibus, quam rationem etiam in cenſibus recepit *Rota in
dicta Anconitana Cenſus 28. Aprilis 1587. coram bon. mem.
Cardinali Seraphino, & in dicta Romana Cenſus coram
Reuerendiſſ. Attrebaten.* quæ ſi ſufficerent ad probandam
impoſitionem cenſus abſq; inſtrumento ex opinione,
quam ſequitur Rota in cauſis allegatis, multò magis ad
fidem impoſitionis inſtrumento præſtandam.
Et ita concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Cenſus eſt nullus, non facta deſignatione confinium rei ſub-
27 iugatæ cenſus impoſitioni, quia contra formam Bullæ ſan-
ctæ mem. Pij Quinti *Nauarr. in Comment. de vſur. num.
86. & 129. Franc. Viu. deciſ. 389. Gaſp. Roderic. de ann.
reddit lib. 2. quaſt. 7. num 13. Auend. de cenſ Hiſpan. cap.
57. num. 6. verſ ſed his omnibus*, & declarauit *Rota in
Romana pretij Palatij 15. Ianuarij 1607. coram Iuſto* im-
preſſ. poſt *Cenc. in tract. de cenſib. deciſ. 80. & in Bononien.
cenſus 10. Iunij 1611. coram Cardinali Lancellotto*, quæ
ibidem eſt *95. num 6.* & hanc noſtram deciſionem refert &
ſequitur idem *Cenc. d. tract. par. 1. cap. 3. quaſt. 3. artic. 1.
num 22. fol mihi 67.*

Imò etiam ex natura contractus requiritur certitudo rei, ſu-
per qua cenſus imponitur *Caſſan. ad conſuetud. Burgund.
rubr. 4. §. 23. num. 35. in addit. & Rubr. 11. §. 6. in tex.
d. aucune couſe in add. & in catal glor. mundi par. 12. con-
ſid. 99. in 25. limit. verſ. aduerte tamen ad vnum, & conſ.
63. num. 1. & ſeqq. & num. 6. & 9.* Calcan *conſ 55 num.
10. verſ. & ſi quis diceret Redoan. de reb. Eccleſ non alien.
in tit. de conſt. ann cenſ. num. 48. Nauarr vbi ſupra de
vſur. num 86. Boccacc in tract. de cenſib. par. 3. num. 26.
Burſatt. conſ. 214. num. 291.* qui contrariam opinionem
dicit eſſe extra terminos iuris, & contra communem,
*Surd. conſ. 421 num. 2. lib. 3. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de
pact. inter empt. & vend. comm. 2. §. 2. num. 63.* vbi teſta-
tur hanc opinionem eſſe communiter receptam, non ſo-
lum apud Canoniſtas, ſed etiam apud Theologos, *Hond.
conſ. 25. num. 32. lib. 2. Fachin. controu. iur. lib. 2. cap. 44.
Brun à Sole in quaſt legal. q. 1 num. 1. & ſeqq & num. 9.
Rebell. de oblig. iuſtit. lib. 10. q. 6 num. 6. verſ per quartam,
Leſſ. in tract. de iuſt. & iur. lib. 2. cap 22. dub. 12. num. 78.
Bernard. Græu. ad obſeru. Gail. 7. lib. 2. conſid. 1. num. 3. &
ſeqq. Peregr. conſ 97. num. 5. lib. 1. Auend. de cenſ. Hi-
ſpan. cap. 57. num. 7. verſ. rurſus*, & hanc opinionem
amplexa eſt Rota *deciſ. 757. par. 1. diuerſ* & ſequitur *Cenc.
de cenc. dicta par 1. cap 3. quaſt. 3. artic. 1 num. 7.* reie-
ctis relatis per *Bernard. Greu. ad d obſeruat. 7. Gail. De-
cian. conſ. 2 num. 72. & 141. lib. 1. Martin de iur. cenſ.
cap. 4. num. 10. & 11. & Rota deciſ. in Eugubina cenſus
10. Febr. 1597. coram Litta* impreſſ. *apud Marcheſ de
commiſſ. tom. 1. pag. 848. & deciſ. 286. par. 4. diuerſ.* &
apud *Cenc.* in ordine *deciſ 92.* & in *Ciuitatis Caſtelli cenſus
Lunæ 29. Maij 1600. coram Iuſto, quæ eſt 38. par. 4. di-
uerſ & apud Pacif. de Salu. Interd. deciſ. 209. & apud
Cenc. deciſ. 81.*
An autem eadem expreſſio fuerit neceſſaria ante Conſtitu-
tionem Pij V. ex diſpoſitione Conſt Martini V. & Calixti
III. inter extrauag. *comm in cap. 1. & 2. de empt. & ven-
dit.* vide *Cenc.* vbi *ſupra fol. 67. num. 24.* qui affirmatiuam
defendit contra *Couarr var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 5.
verſ. ego ſanè Roderic. de ann. redd. d quaſt. 7 num 13. ver-
ſic. ſed verius eſt Burſat. d conſ. 214. num. 9. & Rota deci-
ſiones in dd. Eugubina cenſus coram Litta, & in Ciuitatis
Caſtelli coram Iuſto* impreſſas in locis ſupra relatis.
Declaratur autem ſupradicta concluſio, quòd cenſus conſtitui
28 debet ſuper certa re, & limitata. Primò. Quando qui im-
ponit cenſum non habet in loco, niſi fundum in creatione
nominatum: quia expreſſio loci, etiam abſque confinibus
habet vim ſpecialis, & indiuiduæ deſignationis, & expreſ-
ſionis arg. *§. nominatim*, & ibi *gloſ & Doct. Inſtit. de ex-
hered. liber.* & in his terminis *Gratian. diſcept. forenſ. 141.
num. 14.* ſequendo Rot. *in Ciuitatis Caſtelli cenſus 10 Maij
1599. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino* impreſſ. apud
March. de comm. tom. 1. pag. 859. & 886. & apud *Cenc de-
ciſ. 94. num. 1.* & fuit dictum *in Romana pretij Palatij*
impreſſ. penes eundem *Cenc. 80. num. 2. &* ſequitur ipſe
vbi proximè *fol. 68. num. 34.*
Secundò, ſi res poſſit ex demonſtrationibus expreſſis certi-
29 ficari, puta ſi imponatur ſuper certa quantitate prædij, &
vel exprimatur, à quo latere, vel ex ſignis, & demonſtra-
tionibus conſtare poſſit, ſuper quibus cornaturis d. prædij
facta fuerit impoſitio *Purpur. conſ 505. num. 3. lib 1. Dec.
conſ. 179. col fin. verſ. vltimò non obſtat. Bero. conſ 159.
num. 4. lib. 1. Riunin. iun. conſ 295. num. 42. verſ. tertiò
lib. 3. Neuiz. conſ. 28. num. 26.* quos ſequitur *Cenc. d par. 1.
cap. 3. quaſt. 3. num. 35.* & in his terminis fuit reſolutum
in *Bononien. cenſus 10. Iunij 1611. coram Cardinali Lan-
cellotto impreſſ* poſt conſ. *Farinac tom. 2. num. 433.* & poſt
*Cenc. deciſ. 95. num. 6. & in ead coram R. P. D. Pirouano
7. Nouembris 1611.* apud eundem *Cenc. deciſ 99.* & prius
in

Digitized by Google

in Imolen cenſus coram ſancta mem. Gregor. XV. in ordine
355. *num.* 3. & ibi *Beltram. num.* 6.
B *Greg. d. deciſ.* 355. *num.* 1. in terminis huius deciſionis.
C Quòd negatiua probanda ſit concludenter per fundantem
30 ſe in ea, ſiue agendo, ſiue excipiendo *Pariſ. de reſign. lib.* 1.
quæſt. 5. *num.* 16. *Brun. à Sole in locis commun. verbo negatiua* 8. *Surd. de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 56. & hanc
noſtram deciſionem cum alia in eadem cauſa emanata 2.
Maij 1614. ſequutus eſt in his terminis *Cenc. de cenſ. loco*
proximè allegato num. 36. æque hac deciſione allegata,
necnon alia *coram bon. mem. Remboldo in Bononien. dotis*
9. *Decembris* 1619. *&* 22. *Martij* 1621. *Gratian. diſcept.*
forenſ. cap. 920. *num.* 14. vbi quòd alleganti, non fuiſſe factam interpellationem à Statuto Vrbis requiſitam ne vidua fructus dotis compenſare debeat in ſortem, incumbit
onus negatiuam probandi, ſi agit qui prætendit, fructus eſſe computandos in ſortem; & alia de negatiua probanda vide infra in *Spoletana dotis* 4. *Decemb.* 1617.
D Idem firmatum fuit in hac cauſa 2. *Maij* 1614. in qua
alij adducuntur.
E Declarans non diſponit de nouo *Brun à Sole in locis com-*
31 *mun. verb. declaratio Franc. Galett. in Margarita*
caſuum conſcientiæ, verb. declarare Mar. Anton var. reſolut lib. 1. *reſolut.* 3. *num.* 3. *Gerard. de priuil. ſeu exempt.*
explicat num. 579. & alij citati per *Simon. Vaz. Barboſ. de*
princ vtriuſquè Iur. lit. B. num. 8. & per *Gratian. diſcept.*
forenſ cap. 464. *num.* 19.
F Et quod obſeruantia det robur ſcripturæ etiam informi,
32 vltra adductos in hac deciſione, & infra *in Beneuentana*
domus 28. *Aprilis* 1617. *& Foroliuien parochialis* 15. *Maij*
1626. *Card Seraph. deciſ.* 928. *num.* 2. *Rota in Senogallien. quartæ* 22. *Iunij* 1618. *coram Reuerendiſs. Patriarcha*
Pamphilio, in Burgen. iuriſpatronatus 1. *Iulij* 1611. *coram*
bon. mem Cardinali Sacrato, & *in Monopolitana beneficij,*
ſeu cappellæ 6. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. meo Merlino.*
præſertim contra eum, qui ſcripturam approbauit *Bald.*
conſ. 402. *num.* 9. *lib.* 5. *Peregr. conſ.* 64. *num.* 19. *lib.* 1.
Rota in Firmana hereditatis Ven. 31. *Martij* 1623. *coram Illuſtriſ. D. meo Cardinali Caualerio*, in qua præſens deciſio allegatur, & concordant *deciſ* 482. *num.* 6.
& 11. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 18. *num.* 1. *et* 703. *num.* 8.
par. 2.
Et procedit concluſio, etiam ſi non conſtet de obſeruantia
33 ſcripturæ in omnibus capitibus in ea contentis *Rot. deciſ.*
569. *in fin. par.* 4 *diuerſ.* Imò etiam ſi conſtat de obſeruantia contra tertium, vt fuit dictum *in Ferrarien. bonorum, ſeu Palatij* 21. *April.* 1603. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino*, ſed quoad hoc ſtat in contrarium *Rot deciſ* 375. *num.* 8. *verſ ſecundo par.* 1. *diuerſ.* vt aduertit *Beltram. ad Gregor. XV. deciſ* 469. *num.* 5.
34 Limitantur prædicta, vt obſeruantia non det robur ſcripturæ informi, quando eſt nimis remota à dicta ſcriptura,
Rot. deciſ. 39. *num.* 11. *et* 12. *part.* 2. *diuerſ. et d. deciſ.* 482.
num. 1. *par.* 1. *recent. Gregor. XV. deciſ* 325. *num.* 1. & ibi
Adden. alijs relatis *num.* 26. & fuit dictum in *Tarraconen.*
iuriſpatronatus 14. *Octobris* 1588 *coram Bubalo in Monopolitana beneficij* 17. *Februarij* 1620. *coram Reuerendiſſ. D.*
35 *meo Patriarcha Pamphilio*. Hæc tamen limitatio habet
locum, non concurrentibus adminiculis, quia obſeruantia etiam remota ſuffragatur, quando iuuatur aliquo adminiculo, vt declarat *Rota in d. deciſ* 482. *d num.* 10. *par.*
1. *recent. Beltramin. loco cit.* & fuit dictum in *Monopolitana*
beneficij, ſeu cappellæ 6. *Iunij* 1622 *coram R. P. D. meo*
Merlino. nam obſeruantia tranſacti temporis facilè præ-
36 ſumitur *Surd. conſ* 262. *num.* 27. Sicut obſeruantia etiam
37 remota ſuffragatur, quando per priùs nunquam ſe obtulit
occaſio faciendi aliquem actum, vt fuit dictum in *Barchinonen. prioratus* 11. *Maij* 1609. *coram Reuerendiſſimo*
D. meo Coccino Decano, quæ eſt *deciſ* 469. *num.* 6. inter
cius impreſſ. & *Beltramin. loco citato*.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Catanien. Canonicatus.

Ven. 14. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Obitus in menſe Apoſtolico ad effectum iuſtificationis gratiæ plenè, & concludenter probandus eſt, & talem probationem præſtat partita libri Parochi.

SVMMARIVM.

1 *Obitus in menſe Apoſtolico tanquam fundamentum reſeruationis plenè, & concludenter probandus eſt.*
2 *Liber Parochi probat obitum etiam ad effectum reſeruationis, & num.* 4.
3 *Reſeruationes ſi duæ fuerint expreſſæ: ſufficit, quòd altera ipſarum iuſtificetur.*
5 *Partita libri Parochi vt probet, extrahi debet formiter prout iacet.*

DECISIO XI.

DOMINI dixerunt, gratiam Franciſci impetrationis canonicatus, & præbendæ, de quibus agitur, eſſe inſtificatam quo ad obitum Antonij in menſe Iulij 1609.
Nam licèt obitus in menſe tanquam
1 fundamentum reſeruationis ſit plenè,
& concludentet probandus. *Put. deciſ.* 165. *lib.* 3. iuxta
A modernã impreſſ. *Rot. deciſ.* 46. *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ.* A.
& ſinè dubio concurrente (vt hic) titulo inſtituti habi-
B to ab Ordinario: vt fuit ſæpè reſolutum B, Tamen iſta
probatio viſa fuit reſultare ex partita libri defunctorum
2 Eccleſiæ *Imol. conſ.* 110. *in fin. Mandoſ. reg.* 18. *quæſt.*
10. *ſub num.* 4. & quòd hodie libri confecti à Rectoribus Parochialium, vt S. Concil. Trident. iubet, plenam
faciant fidem, & ideò probent obitum in menſe ad
C effectum reſeruationis C, tenuit *Rota in Ciuitaten. ſcholaſtriæ* 24. *Maij* 1597. *cor. bon. mem. Card. Pamphil. in*
Aquilana beneficij 2. *Decemb.* 1602. *coram Reueredis. D.*
Bononien. & in *Illerden. portionis* 2. *Iunij* 1606. *coram*
bon. mem. Penia.
Concurrunt etiam plura adminicula. Primò confeſſio Iacobi intruſi in inſtrumento declarationis, & proteſtationis de acceptando canonicatum tunc vacantem ſibi fortè conferendum per Epiſcopum, ſinè præiudicio iurium ſibi competentium ad canonicatum, qui priùs vacauerat per mortem Antonij de menſe Iunij; *ſummarij num.* 6. Secundò, confeſſio Epiſcopi in collatione facta eidem Iacobo. Tertiò, teſtes deponentes de publica voce, & fama illius: qui licèt non benè probarent famam, & ſic non facerent ſemiplenam probationem, præſtarent tamen adminiculum.
Non erat neceſſaria probatio, quòd Sedes Epiſcopalis va-
3 caret; quia vbi ſunt expreſſæ duæ reſeruationes, ſufficit
alterius iuſtificatio *Rot. deciſ.* 7. *de reſer. in nou.* quæ reſultabat in præſenti caſu *ex reg.* 8. *Cancel.* ex prædictis.
Cætera verò narrata an eſſent iuſtificata, Domini dubitabant, ideo dixerunt, particulariter viden. eſſe, &c.

ANNOTATIO.

A *Gonzal ad reg. 8. gl. 7. proem num.* 217. qui plures Rotæ deciſiones cumulat, *Gregor. XV. deciſ. 37. num.* 1.
B infra *in Oſcen. beneficij* 25. *Februarij* 1622. *num.* 2.
C Quòd liber Parochi probet obitum, vltrà allegatos in de-
4 ciſione, firmant *Menoch. d præſumpt. lib. 2. præſump.* 51. *num.* 53. *cum ſeqq. Cald. Pereyra in l. ſi curatorem, verb. minoribus, num* 33. *cum ſeqq. C. de in integr reſtitut. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 55. *num.* 7. *Franciſc Molin. de ritu nupt compar.* 9. *num.* 39. *Auguſt. Barboſ de offic. et poteſt Epiſc par. 2. alleg.* 22. *num.* 177. *Rota deciſ.* 321. *num.* 3. *et deciſ* 621. *num.* 4 *par. 1. recent. et deciſ* 605. *num* 4. *par. 2 recent.* & quòd probet obitum etiam ad effectum reſeruationis, præter adductos in hac deciſione, tradunt *Rebuff in tract. de decim. quæſt. 2. num* 10. *verſ ſecunda eſt, Rota deciſ* 700. *num.* 4. *par* 1. *recent.* quæ loquitur in terminis reſeruationis, & in *Terulen. beneficij* 7. *Iunij* 1610. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, et in Leodien. cappellania* 8. *Nouembris* 1619. *coram bon mem. Vbaldo*, in qua hæc deciſio allegatur. Quod facilius procedit, concurrentibus adminiculis, puta teſtibus de publica voce, & fama, vt fuit dictum in *Cæſaraugustana portionis coram Iuſto, impreſſa apud Marcheſ de commiſſ. par.* 1. *pag.* 340. *et in Toletana cappella* 18. *Maij* 1615. *coram R. P. D. meo Pirouano, et coram eodem in Illerden. Canonicatus* 4 *Decembris* 1623. *Beltramin. in addit. ad deciſ* 78. *Gregor. XV. lit. A* & fuit dictum infra in Theatina beneficij, 26. Iunij 1619. coram D. meo.

Non ſufficit tamen ſimplex fides, & atteſtatio Parochi, ſed
5 extrahi debet partita ex eius libro formiter, proue iacet *Gregor. deciſ.* 359. *num.* 5. & fuit dictum in citata *Toletana Cappellæ* 18. *Maij* 1611. *coram R. P. D. meo Pirouano, et in Aeſina bonorum* 17. *Maij* 1617. *coram Andrea Beltramin. loco cit. et in addit. ad d. deciſ.* 359. *num.* 9. *& in alijs.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana penſionis.

Ven. 21. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Facultas transferendi penſiones an comprehendat pẽſiones ante ipſam facultatẽ reſeruatas. & an conceſſa officiali ſit reſtringenda ad pẽſiones durante officio reſeruatas; & quando cenſeatur contemplata perſona, vel officium & dignitas. & an translatio penſionis exceſſiua ſuſtineatur in ſumma permiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatarius ſuccedit in locum transferentis penſionem.*
2 *Penſio tranſlata, in vim conceſſa facultatis transferendi, reſpectu ſubſtantiae non dicitur noua penſio, ſed antiqua.*
3 *Penſio eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda.*
4 *Participiũ intelligitur ſecũdùm tempus verbi cui adijcitur.*
5 *Clauſula*, Nunc, & pro tempore, *futura comprehendit.*
6 *Facultas transferendi penſiones nunc, & pro tempore comprehendit omnes penſiones antè tranſlationem, quamuis poſt facultatem reſeruatas.*
7 *Priuilegium conceſſum ratione officij, vel dignitatis expirat, finito officio, vel dignitate, quando eorum ratione conceſſum fuit: ſecus quando eſt conceſſum ratione perſonæ. num.* 8.
9 *Priuilegium intelligitur conceſſum perſonæ, non autem officio, vel dignitati, quando concedens in diſpoſitiua direxit verba in perſonam.*
10 *Perſona, non officium, contemplata cenſetur, quando concedens priuilegium perſonam primò expreſſit.*
11 *Cauſa quando requiritur adeſſe certo tempore, ſufficit, ſi illo tempore adſit, licèt poſtea ceſſet.*
12 *Cauſa vna ex pluribus ceſſante, non ceſſat effectus.*
13 *Clauſula*, & aliàs omni meliori modo, *comprehendit etiam modos non expreſſos.*
14 *Executor poteſt lato vocabulo Iudex appellari.*
15 *Citandi non ſunt, qui contradicere, & impedire non poſſunt.*
16 *Tranſlatio penſionis exceſſiua an ſuſtineatur pro ſumma permiſſa.*

DECISIO XII.

DOMINVS Abbas Almericus de Galeſſis 10. Nouembris 1612. vigore facultatis ſibi per fel. record. Clemen. VIII. 5. Ianuarij 1605. conceſſæ tranſtulit in Dominum Antonium eius fratrem tunc Vicarium Cenatenſem, qui etiam Canonicus exiſtebat, inter cæteras penſionem annuam 120. ducatorum auri de Camera, ſibi in reſignatione beneficiatus Sancti Petri facta, 6. Martij 1607. D. Bernardo de Vrſis ſuper eiuſdem fructibus, ac diſtributionibus reſeruatam: Vndè orta controuerſia inter Galeſſium tranſlatarium, & Vrſium titularem ſuper eo An penſio tranſlatario deberetur, factoquè in me compromiſſo, cum voto Rotæ, Rota hodie conſulta penſionem deberi cenſuit.

Nam ſicuti non controuertitur validitas reſeruationis, &
1 ſic quin transferenti deberetur, ita debetur translatario,
qui ſtante facultate transferendi, & ſua habilitate ſucceſſit in locum transferentis, ex vulgatis, adeo, vt
2 ad hunc effectum reſpectu ſcilicet ſubſtantiæ penſionis,
penſio tranſlata non dicatur noua, ſed antiqua, vt fuit reſponſum in Carpentoraten. penſionis 29 Maij 1602.
A coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto. A

Non obſtant deducta contra facultatem transferendi, & primò quod ſit reſtricta ad penſiones ante illius conceſſionem reſeruatas ex participio præteriti temporis, emolumenta aſſignata, & reſeruata, ideo trahi non poſſit ad poſtea reſeruandas; cum ſit odioſa, ſtrictè intelligenda *Sarnen. reg. de infir. reſign. quæſt.* 16. *num.* 2. *verſ.*
3 *cum igitur, Verall. deciſ.* 303. *par.* 1. *& deciſ.* 100. *par.* 3.
Gig. conſ. 121. *num.* 8. Quia cum participium illud regatur à verbis, ceſſare, extinguere, ac poſtquam, videlicet reſeruare, & aſſignare vtique habet relationem ad tempus eorundem verborum, itaut ſufficiat, penſio-
4 nes, tunc temporis eſſe reſeruatas *l. Titius* vbi *Bart.* &
Bald. in princ. Ang. in fin. ff. de milit. teſt. l. in delictis §. ſi extraneus vbi *Alber. ff. de noxal.* in ſimili participio, quod ſecundum tempus verbi, cui adijcitur intelligatur *Alex. conſ.* 143. *num.* 1. *lib.* 6. Et cum determinet actum diſponendi ſufficit penſiones eſſe reſeruatas tempore actus; ex quo ſit ipſa tranſlatio *Bart. in l. ex facto ſub num.* 1. *in primo caſu ff. de vulg. & pup.* vbi in addit *Alber.* mox allegatus *Alex. conſ.* 91. *num.* 4. *verſ. confirmantur lib.* 7. Imo cum tenor conſtructionis ſit, vt perſona eligenda poſſit caſſare, & reſeruare penſiones tunc, & pro tempore reſeruatas, verba concipi non poterant ſub participio futuri temporis, vt patet. Accedit adiectio clauſulæ, *nunc, & pro tempore*, quæ futura com-
5 prehendit *Bald. in cap. cum inter. num.* 7. ex illo *text. de re*

iu-

B *iudic.* B, & exponitur, quæ nunc ſunt, & tunc tempo-
ris fuerint ſeruatæ, & ſic quando fit tranſlatio *Rebuff. in
concord. Franc. tit. de Regia ad prælat. nomin. §. 1. verſ.
pro tempore.* Et quòd facultas transferendi ita concepta
comprehendat omnes penſiones, ante tranſlationem,
6 quamuis poſt facultatem reſeruatas, fuit etiam reſpon-
ſum *in Laudenſi Penſionis 29. Ianuarij* 1607. *coram bon.*
C *mem. Penia*. C
Minùs obſtat ſecundò, quòd ſaltem facultas reſtringenda
ſit ad reſeruatas durante ſamiliaritate Almerici, ſicuti
conceſſa Theſaurario reſtringitur ad reſeruatas, durante
illius officio: vt in voto *bon. mem.* Cardinalis Pamphilij
7 *in cauſa Taurinenſi, & Auguſtana Penſionis* 18. *Maij*
1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino*, & fa-
ciunt tradita *in deciſ.* 70. *par.* 1. *diu.* vbi priuilegium
conceſſum Scriptoribus Apoſtolicis, vt ſint Prothono-
D tarij, ceſſare dicitur dimiſſa ſcriptura D. Quia fuit di-
ctum, prædicta procedere, quando priuilegium non
E conceditur ratione perſonæ E, ſed ratione officij, vel
8 dignitatis principaliter, vel ipſi officio, vel dignitati; in
caſu enim *deciſ.* 70. hoc erat manifeſtum, vt ibi *num.* 4.
& conſtabat, priuilegium Prothonotarius qualificari à
qualitate ſcripturæ: & de mente, quòd qualitas deberet
eſſe permanens, et ſucceſſiua, *vt num.* 2. 3. & 14. in caſu
Taurinenſis, vt dum facultas non erat conceſſa perſo-
næ intuitu, & officij contemplatione, ſed cantabat de
reſeruatis, & reſeruandis Theſaurario pro tempore
exiſtenti, quæ benè exponuntur, pro tempore, & quate-
nus foret Theſaurarius, vt in *verſ. facultas, & verſ. non
obſtat.* hic verò facultas non fuit conceſſa officio, vel
9 dignitati, ſed perſonæ Almerici, vt in diſpoſitiua ibi, *ti-
bi*, & infra, *per ſe*, & ſæpius *ad text. in cap. quoniam
Abbas*, vbi *not. Panorm. num. 4. verſ. item nota quòd diſpo-
ſitio, de offic. deleg. Iaſ. in l. more num. 65. de iuriſd. omn.
iudicum*. Vndè licèt in principio dicatur *Almerico presby-
tero Cenetenſi nominato, & familiari noſtro*; cum Papa.
10 primò perſonam expreſſit, quam notam habebat, illa,
non officium videtur contemplata, & illi gratia demon-
ſtrationis, aut expreſſionis additum cenſetur, argumen-
to *l. qui habebat ff. de reb. dub. & l. ſi communis ſeruus
37. circa fin. ff. de ſtipul. ſeru. tradit. Anan. d. cap. quo-
niam Abbas in fin.* poſt *Butr. ſub num.* 21. *ſub verſ.* 3.
*videtur Cardin. circa fin. verſ. ſi autem ex coniecturis ſtri-
ctius heredem Bonb. col. 3. ſub verſ. ego non credo Bellam.
num.* 13. vbi quòd audiuit ab illis de Cancellaria, quòd
aliàs non darentur literæ expreſſo nomine proprio, niſi
Papa perſonam principaliter conſideraſſet *Dec. num.* 33.
36. 45. *& ſeq. Bero. num.* 91. *&* 92. *de offic. deleg.* Quod
apertiùs demonſtratur ex verbis illis in principio di-
ſpoſitiuæ, *quia tu, qui etiam cubicularius, &c.* ex qui-
bus patet, perſonam principaliter, familiaritatem am-
pliatiuè conſiderari.
Et licèt Papa ad concedendam hanc facultatem perſonæ
11 motus fuiſſet ob familiaritatis obſequia, quæ impendit,
& impendebat; cum verba facultatis comprehenderent
omnes penſiones ante tranſlationē reſeruatas vt ſupra,
& cauſa familiaritatis expreſſa non reſpiceret tempus
futurum, ſed præteritum, & præſens: ſufficiebat tunc ad-
fuiſſe, neque, illa non durante, ceſſat facultas *Bald. in l. ge-
neraliter ſub num. 8. verſ. duo igitur, & num. 7. verſ ſed
ego dico C. de Epiſcop. & Cler. Dec. in cap. cum ceſſante num.*
10. *de appell. & conſ. 24. num. 1. & per tot. Ripa in l. ex fa-
cto num.* 17. quia, inquit, eſt cauſa inductiua, non conſer-
uatiua *ff. de vulg. & pupill. Tiraquell.* plura ponens e-
xempla *in tract. ceſſ. cauſa lim.* 4. vltra quòd cum plores
cauſæ expreſſæ mouerint Papam, ceſſatio vnius non re-
12 mouebat conceſſionem, quaſi non eſſent finales *l. ſi non
l. alia* vbi. *Bald. ff. de her. inſt. Dec. d. cap. cum ceſſante
num. 12. de appell. Tiraquell. eodem tract. lim.* 22.
Nec refragantur deducta contra tranſlationem, & primò,
quia perſona electa proceſſerit vti iudex, non citatis Ti-
tularibus; quia vltra quòd proceſſit vigore facultatis, ac
13 cum clauſula, *& aliàs omni meliori modo*, quæ com-
prehendit etiam modos non expreſſos *Verall. deciſ.* 124.
*lib. 1. Creſcen. deciſ. 11. in fin. de dol. et contumac. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 1. num. 3. & 4. de elect. Rota deciſ. 467. num.*
14 7. *lib. 3. part. 3. diuerſ.* Potuit executor lato vocabulo
iudex appellari, neque citandi erant, qui contradicere,
15 & impedire non poterant *Oldr. conſil. 95. in fin.* cum
alijs per *Gabriel. de citat. concl. 1. lim. 8. num.* 332.
Non ſecundò quòd exceſſerit declarando, titulares teneri
16 ad ſoluendum terminos decurſos: ideo tota translatio
corruat, vt fuit dictum *in Cæſarauguſtana penſionis* 26.
Iunij 1586. *coram Grato*. Quicquid enim ſit, an transla-
tio pro ſumma exceſſa ſuſtineatur pro permiſſa, in quo
etiam contrarium deciſum fuit *in Vicentina penſionis* 28.
F *Iunij* 1591. *coram Illuſtriſſimo D. Card. Mantica* F, &
an termini decurſi debeantur, de quo non agitur. Pen-
ſio ipſa, & ſic ius illud vtendi, fruendi, cum vſufructui
comparetur, transfertur pro ſumma conceſſa abſque
aliquo exceſſu, & eſt omnino ſeparabile, ac diuerſum à
fructibus, ſeu terminis.
Ideo reſolutum, penſionem deberi, &c.

ANNOTATIO.

A quæ eſt *deciſ.* 327. *par.* 1. *recent.* & idem pluribus conge-
ſtis firmatum fuit infra *die* 17. *Iunij* 1622. *num.* 3. vbi vide
alias concordantes.
B Hanc deciſionem refertur *Marcheſ de commiſſ par. 2. pag.*
558. *Auguſt. Barboſ de clauſ. vſu frequent. clauſ. 93. num.*
10. *ſecundum Lugdunen impreſſ ſub die* 19. *Iunij* 1615. pu-
to per errorem, prout etiam legitur inter *recent. deciſ.*
733. *par.* 2. & hanc ipſam ſequuta eſt Rota in *Par-
men. penſionis Ven.* 17. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. meo
Nauarro*.
C huius deciſionis auctoritate vtitur *Auguſtin. Barboſ. d.
clauſ* 93. *num.* 2.
D Retinentur tamen priuilegia data ratione officij, & digni-
tatis, etiam illis dimiſſis cum bona gratia Principis *l. vnic.
C. de Comit. qui Prou regunt lib. 12. l. eam legem C. de ex-
cuſ. muner. lib 10. Guidopap. deciſ* 337. *et Boer.* qui alios
allegat *deciſ 246 num. 4. et in 5. col. verſ quinimo videtur
quòd ſi retineret*.
E Quia certæ perſonæ conceſſum ipſam perſonam non egre-
ditur *Menoch de præſumpt lib. 3. præſumpt. 103. num. 45.
Suarez. de legib. lib. 8. cap. 10 et 11. Salas eodem tract. diſp.
17. ſect. 6. et 8.* vbi latè de materia.
Quæ concluſio declaratur non procedere in priuilegio etiam
perſonæ conceſſo, quando cauſa proxima concedendi non
eſt ipſa perſona, ſed aliqua conditio, ſeu cauſa exiſtens in
perſona; veluti in beneficio reſtitutionis in integrum, quod
licèt perſonale ſit, eo quòd minorum perſonis concedi-
tur: quia tamen principalis cauſa illud concedendi eſt læ-
ſio, iuxta text. in *l. non omnia, & in l. quòd ſi minor, §.
non ſemper ff. de minor.* Ideo concludunt Doct. ad hæredes
tranſire per *l. non ſolum ff de reſtit. in integr. & in l. minor
19. §. vlt ff de minor.* quas ſic intelligunt *Dyn. in reg pri-
uilegium num. 7. de reg. iur in 6.* & alij communiter ſecun-
dùm *Pech. num. 10. in ſolut. ſecundæ difficultatis* ibidem
*Dec. in d. l. in omnibus cauſis num. 4. Gomeſ. var. reſolut.
tom. 2. cap 14. num. 6. Menoch d. lib 3. præſump* 103. *num.*
16 & alios relatos à *Barboſ in l. quia tale nu 49. ſolut. ma-
trim.* & eſſe communē teſtatur *Cald Pereira in l. ſi curato-
rem, verb. minoribus num* 44. quod etiam videtur voluiſſe
Maurit. de reſtit. in integr. cap. 15. & illum ſequutus *Mi-*

ſyng.

Digitized by Google

ſyng. lib. 4. obſer. 19. & ceteri, qui dicunt, huiuſmodi beneficium reſtitutionis reale eſſe, & ideò ad hæredes tranſire, quia ſcilicet cauſæ datur, ſeu læſioni, vt explicat *Suar. d. lib. 8. cap. 3. num. 6.*

F Penſionis tranſlatio licèt exceſſiua ſuſtinetur pro ſumma permiſſa, vt in *d. Vicentina penſionis coram Card. Mantica inter eius impreſſas deciſ.* 153. confirmata *in deciſ.* 173. *& in Lucana penſionis* 17. *Febr.* 1592. *coram Orano impreſſa par. 4. diuerſ. deciſ.* 684. *& per Marcheſ. tom. 1. pag.* 159. *& per Pacif. deciſ.* 190. *& poſt Galleſ. deciſ.* 138. *& in Segobien. penſionis* 3. *Febr.* 1588. *coram Cardinali Pamphilio*, & hanc D. mei deciſionem in his terminis ſequuta eſt Rota *in d. Parmen. penſionis Ven. 17. Iunij* 1622. *coram R.P.D. meo Nauarro*,

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina beneficij.

Ven. 21. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Attentata dicitur poſſeſſio capta, pendente appellatione interpoſita ab inſtitutione iudiciali; & pro appoſitione ſequeſtri ſufficit ſummaria cognitio, imò iudex poteſt etiam ex officio illud apponere.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta, pendente appellatione.*
2 *Collatio & inſtitutio factæ poſt appellationẽ ſunt attentatæ.*
3 *Mandatum procuræ probatur ex aſſertione Notarij dicẽtis, eadem die rogatum, & à ſe lectum; quando incidenter non principaliter de eo dubitatur.*
4 *Sequeſtrum apponitur officio iudicis de ſtylo Rotæ, verificatis attentatis. & num. 8.*
5 *Sequeſtrum vt concedatur, ſufficit ſummaria cognitio, & ſemiplena probatio.*
6 *Supplicatio ſignata ſufficit ad docendũ de intereſſe, nec habet locum regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, quando non agitur de gratia canonizanda.*
7 *De intereſſe vt conſtet, non requiritur plena, ſed ſatis eſt apparens probatio.*
9 *Conſtare non dicitur de non iure, quouſque de eo doceri poteſt, vel ex partis confeſſione, vel re iudicata.*

DECISIO XIII.

PENDENTE lite coram Vicario Fauentino inter Vincentium Centellum præſentatum ad ſimplex beneficium S. Mariæ ad ignem in Eccleſia Sancti Petri de Fugnano per quondam Ioannem Baptiſtam filium Valentis de Valentibus fundatoris, eiuſdemque beneficij primum Rectorem: & Carolum de Carolis ſe opponentem, & præſentantem eius filium, tanquam iuſpatronatus ad ipſum, vti fundatoris ex ſorore nepotem in defectum agnationis deuolutum foret. Vicarius 16. Februarij præſentis anni per diffinitiuam pronunciauit, præſentationem de Vincentio factam validam, & canonicam, & propterea illum inſtituendum. Et non attenta appellatione pro parte Caroli tunc interpoſita, cui ſi, & in quantum detulerat, eadem die mandatum de immittendo ad fauorẽ Vincentij relaxauit, qui ſtatim fuit, mediante procuratore, in poſſeſſionem immiſſus.

Vndè cauſa appellationis mihi commiſſa, atque propoſito dubio, An conſtaret de attentatis, quæ venirent purganda, placuit Dominis, quòd apponeretur ſequeſtrum.
Attentata enim non negantur ex parte Centelli, vbi conſtet
de mandato procuræ ipſius in Dominicum Galaminum,
qui poſſeſſionem cepit, memorato in rogitu adeptæ poſ-
ſeſſionis, in quo ſolo vis facta fuit, & ſunt clariſſima,
1 cum poſſeſſio capta fuerit pendente appellatione *rubr.*
& tot. tit. ff. nil nouar. appellat. interp. & cap. vt lite penden-
te, cap. non ſolum in princ. de appellat. in 6. Cumque ap-
pellatio ab inſtitutione interpoſita ſit iudicialis, poſſeſ-
A ſio per Rotam ſemper habetur pro attentata A, vt co-
ram *Oradino in cauſa Neapolitana cappellaniæ de menſe De-*
cembris 1562. dictum fuiſſe teſtatur *Lancell. de attentatis*
appellat. pend. limit. 40. num. 10. & 12. & in alia Tole-
tana cappellaniæ 9. Iunij 1567. cor. eodem, & in pluribus
cauſis teſtatur idem *Lancell. vbi ſupra cap. 12. num. 78.*
& 79. & limit. 49. num. 2. vſq; ad finem. Tantò magis,
quia immiſſio non poteſt dici actus conſecutiuus colla-
tionis, & inſtitutionis; quia inſtitutio, & collatio non
2 procedit, ſed ſubſequitur appellationem, ideò & ipſa
eſt attentata *Lancell. d. limit. 40. num.* 13.
De mandato autem procuræ Galamini immiſſi procurato-
3 rio nomine Centelli, conſtat ſaltem præſumptiuè per
aſſertionem Notarij dicentis, eadem die rogatum à tali
Notario, & à ſe lectum, quamuis non exhibeatur, quaſi
incidenter, non principaliter de eo dubitetur; ita *Curt.*
Iun. in auth. ſi quis in aliquo, num. 54. quem ibi *Cagnol.*
B *num. 96. C de edendo* B, Et ideò viſum fuit, ſatis conſta-
re de attentatis, ſaltem pro apponendo ſequeſtro iudi-
4 cis officio, vt paſſim ſeruat Rota *Caſſad. deciſ. 3. in fin. de*
reſtit. ſpoliat. Caſ. de Graſſis deciſ. 108. *aliàs ſecunda*
C *num. 1. de appell.* C, Et ſufficit ad concedendum ſeque-
5 ſtrum ſummaria cognitio *Abb. in cap. 2. num. 28. de ſe-*
queſtr. poſſ. & fruct. quem Doctor. ſequuntur *in l. ſi fide-*
iuſſor 9. ſi ſatis datum ff. qui ſatiſdare cog. & ſemiplena
probatio, *Iaſ.* poſt alios *in d. 9. ſi ſatiſdatum num. 12.*
& 13 maximè quia ſequeſtrum nullum videtur facere
præiudicium Centello, quia ſi ipſe non apprehendit poſ-
ſeſſionem, nec dedit mandatum, adhuc illa eſſet vacans;
ſi verò apprehendit, & tunc mitiùs cum ipſo agitur,
quia deberet reuocare.
Nec dicatur, non conſtare de intereſſe Caroli, & litis con-
ſortium, tum quia Bernardus, qui liti adhæret, obtinuit
à Sanctiſſimo ſubrogationem gratioſam: & quamuis li-
6 teræ non ſint expeditæ, ſufficit ſola ſupplicatio pro iuſti-
ficatione eius intereſſe: cum non agatur de gratia ca-
nonizanda, quo tantùm caſu procedit regula, de non iu-
dicando iuxta formam ſupplicationis; ſecus ſi adhibea-
tur ad alium effectum, veluti ad docendum de iure ter-
tij, *Caſſad. deciſ. 18. num. 13. de reſtit. ſpoliat. & deciſ.*
2. num. 4. de re iud. Sarnen. ſuper reg. prædicta quæſt. 4.
num. 2. verſ. & ideo Mandoſ. ſuper eadem regula quæſt.
7 13. *num.* 4. ſicuti ad docendum de intereſſe non requi-
ritur plena, ſed ſufficit tantùm apparens probatio *Abb.*
in cap. veniens il 2. num. 9. & ibi Felin. num. 13. de
teſtibus.
Tum quia vbi iudex non poſſet ad inſtantiam Caroli appel-
8 lantis, poſſet ex officio ſuo apponere ſequeſtrum *Bart.*
in l. Imperatoris §. fin. in fin. ff. de appellat. Bero. conſ. 116.
num. 6. lib. 3. Lancell. de attent. par. 3. cap. 29. a num.
142. *ad num.* 147. qui *num.* 149. tradit, ad illud deueni-
ri generaliter per Rotam ex cauſa ſibi benè viſa.
Tandem dici non poteſt conſtare de non iure Caroli ad im-
9 pediendam reuocationem attentatorum, donec poteſt
de eo doceri. *Aegid. deciſ.* 103. & non dicitur conſta-
re de non iure, niſi per confeſſionem, vel rem iudica-
tam; & ita hanc materiam intelligit Rota teſte *Lancel-*
lott.

Digitized by Google

lott. de attent. part. 3. cap. 24. num. 64. 65. & ſequen. Ita fuit reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A In prouiſionibus beneficiorum proceditur, aut iudicialiter, aut extraiudicialiter, vt benè diſtinguit *Gonz. ad reg. 8. Canc. in annot. contra null. num. 14. & ſeq.* Et quando ad prouiſionem, & inſtitutionem extraiudicialiter proceditur, tunc nec prouiſio, nec poſſeſſio eſt attentata ſicut poſt Lancell. *Gonz. vbi ſupra num. 27. Seraph. deciſ. 152. Rota coram Reuerendiſs. D. meo Coccino Decano inter eius impreſſas deciſ. 314 num. 3. & in Lunen. Sarzanen iuriſpatronatus 22. Iunij 1615. coram bon. mem. Remboldo.* An autem & quando oppoſitio extraiudicialis cauſet attentata, vide infra in Gerunden attentatorum *Ven. 16. Maij 1625.*

Quando verò proceditur iudicialiter iuris ordine ſeruato, tunc ſinè dubio inſtitutio, & poſſeſſio infra terminum decem dierum, vel poſt oppoſitionem eſt attentata *Seraph. d. deciſ. 152. Rota coram Illuſtriſs. D. meo Cardinali Veroſpio deciſ. 598. in fin par. 1. recent. & in d. Lunen. Sarzanen coram bon. mem. Remboldo, & in Compoſtellana parochialis 27. Maij 1619. coram bon. mem. Andrea,* & ſæpe alibi apud *Garc. de benef. par. 4. cap. 4. num 16. & ſeq.* & in alijs. & ſignanter hac deciſione allegata *ſub num. 505.* quæ eſt 503. *par. 1. recent. per Beltram. ad deciſ. fel. recor. Greg. XV. deciſ.* 250. *num.* 14. & hanc ipſam deciſionẽ ſequuta eſt *Rota in Burgen beneficij Lunæ 1. Iulij 1619. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

B Idem, hac deciſione allegata, dixit *Rota in Toletana iuris celebrandi 10. Februarij 1620. coram bon. mem. Dunozetto in fine.*

C Ita etiam hanc deciſionem ſequendo fuit dictum in allegata *Burgen. beneficij Lunæ 1. Iulij 1619. coram bon. memor. Card. Sacrato,* etiam ſi non conſtet de apprehenſione poſſeſſionis; quia ex appoſitione ſequeſtri fit minus præiudicium parti.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Laudi.

Ven. 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Laudum, non ſeruata forma compromiſſi, nullum eſt. Item an, & quando dicatur diuiduum, vel indiuiduum: adeo quod pro parte valere poſſit, & pro parte non. Item arbitrorum aſſertioni an, & quando ſit ſtandum: & alia plura laudi nullitatem, illiuſque executionem reſpicientia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Laudum eſt nullum, non ſeruata forma compromiſſi.*
2 *Arbitri, vel arbitratoris poteſtas tota pendet a forma compromiſſi, & num. 46.*
3 *Dictio* tamen, *conditionem importat, & num. 51.*
4 *Participia abſoluta conditionem important.*
5 *Prius, vel poſterius, ordinem procedendi, & ſic formam importat, prout etiam conditio, ibid.*
6 *Dictio*, non poteſt, *neceſſitatem importat, & num. 52.*
7 *Conditionis implementum probandi onus incumbit fundanti ſe in diſpoſitione conditionali.*
8 *Formæ implementum allegans debet illud probare.*
9 *Laudum ſequutum non dicitur, quandò latum eſt non ſeruata forma compromiſſi.*
10 *Formæ præfixio vbi traditur ab initio iuriſdictionis, eius omiſſio vitiat ipſo iure, ſecus ſi in exercitio.*
11 *Renuncians iuri dicendi de nullitate, non cenſetur renunciare nullitati ex defectu formæ.*
12 *Nullitas ex defectu formæ non venit ſub ſtatuto, prohibente dici de nullitate.*
13 *Laudum præſumitur iuſtè, & rectè prolatum.* Declara, *vt num. 15.*
14 *Arbitri aſſertioni an ſit credendum, quando eſt electus cum clauſula,* ſinè ſcriptis, *& num. 19.*
16 *Paria ſunt, nihil facere, vel ſub conditione quæ non purificetur.*
17 *Iuriſdictio data ſub conditione, non cenſetur data niſi in euentum, in quem conſtet, conditionem ſeruatam.*
18 *Mandati formam non ſeruare, vel mandato carere idem eſt.*
20 *Clauſula,* ſinè ſcriptis, *operatur, vt Iudex non teneatur facere ſcripturam, ſed acta probari poſſint per teſtes.*
21 *Arbitro non creditur circa fundamentum ſuæ poteſtatis.*
22 *Calculus nullum habet effectum, ſi non ſit factus per aliquem ad hoc legitimè electum.*
23 *Calculus fieri, & firmari debet interuentu, & conſenſu partium, & num. 26.*
24 *Calculatores ſi eligantur à Iudice, monendæ ſunt partes ad intereſſendum.*
25 *Cognitio etiam extraiudicialis ſinè partium præſentia haberi nequit.*
27 *Paria ſunt, aliquid non factum, vel minus legitimè.*
28 *Calculus fieri non dicitur, niſi examinatis omnibus, & ſingulis rationibus, & omnibus libris in medium allatis, vt veritas apparere poſſit.*
29 *Arbiter ſi non pronunciet ſuper omnibus in compromiſſo contentis, ſed aliquid reſeruet, laudum eſt nullum.*
30 *Conſenſus non extenditur vltra ea, quæ verba conſentientis important.*
31 *Laudum nullum non cenſetur ratificatum ex nudo conſenſu vnius ex partibus.*
32 *Laudum nullum vt valeat in vim pacti, requiritur ſtipulatio.*
33 *Compromiſſum à pluribus factum non poteſt ab vno tantum reuocari.*
34 *Laudum non poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro alia non, & claudicare.*
35 *Compromiſſum ratificatum non dicitur, niſi ratificanti lectum fuerit, adeò quod plenam, & perfectam, illiuſq. & ſingulorum in eo contentorum ſcientiam habuerit.*
36 *Scriptura priuata non probat.*
37 *Epiſtola non probat pro ſcribente.*
38 *Arbiter ſuæ iuriſdictionis fundamentum ignorans pronunciare non poteſt.*
39 *Laudum regulariter eſt diuiduum reſpectu perſonarum. Intellige vt num. ſeq.*
41 *Indiuiduum efficitur id, quod eſt diuiduum, ex diſponentium voluntate.*
42 *Compromiſſum vbi eſt indiuiduum, ſi vnus deficiat, ſequi non poteſt laudum inter alios.*
43 *Laudum non poteſt ab vno compromittentium in aliorum præiudicium approbari.*
44 *Laudum claudicare non poteſt.*
45 *Laudum nullum exequi non poteſt, præſertim ſi pars inſiſtat ſuper nullitate.*
46 *Compromiſſum eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretandum.*
47 *Compromiſſum extendi non debet niſi ad ſpecificata, etiam ſi ampliſſimas clauſulas contineret, vel eſſet iuramento vallatum.*

Lau-

48 *Laudum latum ſuper non comprehenſis in compromiſſo eſt*
nullum, nec poteſt per partes emologari. num. 49.
50 *Laudum nullum per partes emologatum, valet in vim*
pacti; dummodo interueniat ſimultaneus partium con-
ſenſus num. 51.
52 *Arbiter an poſsit pro bono pacis ſuper rebus in compro-*
miſſo non deductis laudare remiſsiue.
53 *Laudi nulli approbatio nihil operatur, quando laudum*
fuit ſubſcriptum, abſque eo quòd fuerit lectum.

DECISIO XIV.

ROTA cenſuit, laudum eſſe nullum,
1 mota præcipuè ex non ſeruata forma
compromiſſi, à qua omnis arbitri, vel
arbitratoris poteſtas pendebat *l. Pe-*
2 *dius 7. in fin. & l. non diſtinguemus 37.*
§. de officio, vbi *Odoffred. Alber. & Bald.*
ff. de recept. arbitr. gloſſ. in cap. exami-
nata verſ. nris in fin. ff. de confir. vtil. vel inutil. itaut ea
non ſeruata laudum eſſet nullum *d. l. Pedius & d. cap.*
examinata Fulgoſ. conſ. deciſiua 180. *col. 1. verſ. verius ta-*
men arbitror Roman. conſ. 141. *verſ. ſupereſt autem tertia,*
cum alijs per *Felin. in cap. cum dilecta num. 8. verſ. am-*
A *plia 8. de reſcip.* A, quod etiam corruit modo non ſer-
uato *Bald. in tit. de pace conſtantiæ verſ. ſententia num. 2.*
in vſib. feud. Ioan. Baptiſta de Peruſio tract. de arbitr. lib.
10. *cap. 1. col. 2. poſt med. verſ. quid tamen nos dicemus.*
Primo enim compromiſſum erat conditionale, & formale
in illis verbis. *Ita tamen, quòd D. Robertus deuenire non*
poſſit ad aliquam declarationem, aut vt dicitur, ſtaglio,
ſeu ſtralcio, niſi priùs ſolidatis omnibus computis, & fa-
ctis omnibus bilancijs, & dicto D. Roberto conſignatis;
conditio reſultabat ex illis verbis, *ita tamen l. Titio*
centum 70. §. Titio centum verſ. conditio, & l. Iulia-
nus 85. in princ. vbi gloſſ. in verſ. & ita ff. de condit. & de-
monſtr. Lucas de pen. in l. 1. verſ. ita tamen C. de collat.
B *feud. lib. 11.* B, Et ex participijs abſolutis adiectis *Bald.*
4 *in l. 1. num. 34. ff. de condit. & demonſtr. Oſaſc. deciſ.* 165.
num. 12.
Forma autem reſultabat ex verbis (*niſi priùs*) ordinem
5 procedendi, & ſic formam importantibus *Bald. in l. 1.*
num. 8. verſ. ex dicto ergo C. ne lic. in vna eademque cauſa
Felin. in d. cap. cum dilecta ſub num. 6. verſ. ſextum ſi-
C *gnum.* Alia etiam (*non poſſit*) C, neceſſitatem indu-
6 cebant ſub priuatione poteſtatis laudandi *ad gloſſ. in cap.*
1. verſ. non poteſt de reg. iur. in 6. notant *Doct. in l. 1.* vbi
Iaſ. num. 2. ff. de verb. oblig. vndè Dominis de Donis
fundantibus ſe in laudo lato ſuper compromiſſo con-
7 ditionali incumbebat onus probandi conditionum im-
plementum *l. ita ſtipulatus 115. §. quod ſi ab initio ff. de*
verb. oblig. præſertim in iudicio *Bald. in l. ſi quidem num.*
D 5. *C. de except.* D, & etiam vti allegantibus formæ
8 implementum *cap. ſacro, de ſent. excom.* cum alijs per
Brun. tract. de form. & ſolemnitat. tit. de probat. & præ-
ſumpt. form. in princ. quod cum non fecerint, laudum
non poterat ſortiri effectum, iuribus notis, ſed intrabat
prædicta nullitas, quaſi nullum adfuerit compromiſ-
ſum, neque dicatur ſequutum laudum *l. quid tamen 25.*
vbi *Bart. ff. de recept. arbitr. Blanc. de compromiſſ. in 3. quaſt.*
6. *quaſt. principalis ſub num. 5. verſ. & in tantum,*
& num. 13. verſ. infertur octauò, & licèt formæ præſixio
10 non eſſet tradita ab initio iuriſdictionis, quo caſu
omiſſio viriat ipſo iure, ſed in exercitio: tamen omiſſio
intraret quoad effectum *gloſſ. in Clem. 1. verſ. inhibentes,*
& ibi Anchar. de iure patron. Iaſ. in l. vniuerſa num. 8. in
fin. verſ. 2. principaliter C. de precib. Imper. offerend. Quæ
nullitas non fuit comprehenſa in renunciatione nullita-
11 tis dictioni etiam iuratæ, *Fulgoſ. d. conſ. 180. col. 1. verſ.*
verius tamen Lanfranc. de Oriano de arbitr. in 7. diuiſ.
quaſt. 51. num. 102. & 103. prout non venit ſub ſtatu-
12 to prohibente dici de nullitate laudi *gloſſ. vltima in*
Clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. fruct. vbi *Anchar. num. 10.*
verſ. ſimiliter idem conſ. 207. num. 9. Ang. in l. non erit
num. 3. ff. de iur. iur. Socin. conſ. 124. num. 11. lib. 1.
Dec. conſ. 434. num. 8.
Non obſtat præſumptio pro laudi iuſtitia, & rectitudine
13 iuxta *opin. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de arbitr. & arbi-*
trator. §. ſequitur lite pendente cum alijs per *Menoch. de*
præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. à num. 1. ad 7. eo magis
concurrente aſſertione arbitri in laudo, ibi, *ſaldato tut-*
ti li conti, & fatti tutti li bilanci, cui credendum dici-
14 tur, tanquam electo cum clauſula, *ſinè ſcriptis* tenuit
Bart. in authent. niſi breuiores in fin. C. de ſent. ex breui
recit. quem *Abb. in cap. 1. num. 17. verſ. & hoc dicit de*
libell. oblat. Petr. Rauen. Sing. 127. Roman. ſing. 52. &
alij plures ſequuntur. Quia omiſſo, an præſumptio pro-
15 cedat vbi petita fuit reductio intra decendium, neque
poſtea ex alijs probationibus illud iuſtificatur, in quo
negat *Bald.* quem *Pariſ. in repet. cap. quoniam contra*
num. 136. alios referens *de probat.* & his ceſſantibus lo-
quitur *Put. deciſ. 112. lib. 3. ſecundùm vltim. impreſ.*
præſumptio intrat ſuppoſita facultate, & poteſta-
te arbitri, ſeu arbitratoris, ex qua illa prouenit: ſe-
cus quando nulla fuit tributa poteſtas, niſi ſub conditio-
ne, quæ non purificatur, neque enim præſumi poteſt pro
laudo Arbitratoris, niſi demus illum vti talem potuiſſe
ad laudum deuenire; ita limitat *Alc. de præſumpt. reg. 3.*
præſumptione 12. num. 6. verſ. & ſic concludo, & in for-
tiori ceſſare præſumptionem reſpectu ordinis in proce-
dendo iuxta formam compromiſſi *Ioan. Ant. de S. Geor-*
gio alias Præpoſitus in rub. extra de appell. num 7. verſ.
quod verum intelligitur, Menoch. d. præſump. 76. num. 28.
Et faciunt regulæ, paria eſſe nihil facere, vel ſub condi-
16 tione, quæ non purificetur *l. pecuniam 36. ff. ſi cert. pet.*
Rip. reſp. 81. alias 54. num. 22. & 23. de iure gent. fol.
148. Iuriſdictionem datam ſub conditione non cenſeri
17 datam, niſi in euentum, in quem conſtet, conditionem
ſeruatam *Clem. vnic. verſ. quia decretum de conceſſ. præ-*
18 *bend.* & idem eſſe non ſeruari formam mandati à iudice,
vel mandato carere, *Bald. conſ. 402. num. 3. lib. 1.* quæ
cum excludant compromiſſum, & laudum, vt ſupra
dictum eſt, conſequenter, & præſumptionem ex laudo
orientem.
Neque obſtat aſſertio Arbitratoris ex doctr. *Bart. in d.*
19 *authen. niſi breuiores,* cum alijs *præalleg.* quia contra
Bart. tenet *Ang. in d. auth. niſi breuiores num. 3.* ex quo
aperiretur via malitijs, & raro poſſet peti reductio, ple-
nè *Butr. conſ. 24. num. 8. Ang. Aret. conſ. 7. num. 30. &*
ſeq. Imol. in cap. quintauallis ſub num. 58. verſ. ſed hoc
non placet de iur. iur. dicens veriorem, *Rom. in l. ſcien-*
dum num. 65. ibique *Alex. num. 25. in fin. ff. de verb.*
oblig. Felin. in cap. quoniam contra num. 3. de probat. di-
cens dictū *Bart.* cōmuniter non teneri *Put. conſ. 24. num.*
139. *& 140. lib. 2.* quā de vera, & ab omnibus tradita
concluſione, eandem vti vltimò relatam tenere videtur
Crot. in tract. de teſtib. par. 6. num. 15. & facit ratio *Ro-*
20 *man. Alex. & Felin.* vbi ſupra quod cum dictæ clauſulæ
operentur, vt non teneantur facere ſcripturam, ſed
acta poſſint probari per teſtes iuxta *Bart. in l. ſi ſocieta-*
tem §. arbitrorum num. 37. ff. pro ſoc. & Butr. in cap.
quintauallis num. 42. verſ. ſed ſi vellent, & num. 43. de
iure iur. id ſatis eſſe debet abſque eo, quòd eius dicto
credatur; quæ *Angeli* opinio benè procedit in re magni
præiudicij *Franc. Curt. in repet. l. admonendi num. 398.*
ff. de iur. iur. Aretin. in d. cap. quoniam contra num. 20

Digitized by Google

& ſeq. ibique Felin. num. 3. verſ. benefactor, de probat.
Accedit, qoòd cum hoc caſo haberet arbiter poteſtatem
limitatam, vt nõ poſſet ad pronunciam deuenire, niſi prę-
dictis adimpletis, non creditur illi circa fundamentum
E ſuæ poteſtatis E, Iaſ. in l. 1. num. 60. verſ. ego teneo
21 contrarium ff. de offic. eius, vbi Curt. in addit. ad Alex. ſub
num. 55. Purpur. num. 547. benè Dec. in cap. qua in Ec-
cleſiarum num. 130. verſ. non obſtat, quòd præſumatur,
de conſtit. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. num.
27. Gabr. conſ. 40. num. 17. lib. 1. Et facit, quòd ſi fuiſ-
ſeot ſolidata computa, & facta, ac ſignata bilancia,
fuiſſent veriſimiliter exhibita Notario, cum laudo, vt
fuit votum D. Conſultoris, & compendium computorũ
per eundem arbitrum compilatum: præſertim cum bi-
lancia requirerent ſcripturam, vel ſaltem hodie exhibe-
rentur à Donis ad rollendam difficultatem in re tã graui.
Minùs facit, qoòd Albericus poſuerit coram A. C. bilan-
cia fuiſſe facta, & illa ſimul exhibuerit. Nam Albericus
id non affirmauit, nec exhibita approbauit, ſed ad pro-
bandum nulla fuiſſe facta bilancia cum ipſo, nec de eius
ordine, & ſic negatiuam ex confeſſione illorum de Do-
nis poſuit, qualiter ipſi prætendebant, & hodie præten-
dunt iuſtitiam laodi, & obſeruantiam conditionum, de
qoibus in compromiſſo, & quòd dixerunt in iudicio,
& extra, bilancia fuiſſe facta, & quòd ſunt illa, quæ ipſis
oſtenduntur, in quibus ſe fundarunt, vt ex lectura, &
ſic ad illos quateous poſitiones faterentur, conuincen-
dum, quòd bilancia dici non poteraot. Vode oon de-
bent dictæ poſitiones cootrarium effectum operari ad l.
non minùs ff. ſi cert. pet. cum ſimil. Exhibita verò bilan-
cia dici non poterant, quia oon conſtabat, fuiſſe com-
22 pilata per aliquem ad hoc legitimè electum l. 2. num. 5.
C. de iure Fiſci lib. 10. Ruin. conſ. 7. num. 3. lib. 4. nequè
23 cum ipſius interuentu, & conſenſu, pront calculus fieri,
& firmari debet ad Bart. in l. Thoompompus num. 9. verſ.
quandoque ſtatur ff. de dot. præleg. Bald. in l. hac edictali.
num. 6. verſ. pone conſules C. de ſecund. nupt. Soccin. conſ.
65. num. 7. verſ. iudex autem lib. 4. Stracha de mercatu-
ra par. 2. num. 67. verſ. ſolent etiam; adeo, vt ſi calcula-
24 tores eligantur à iudice, monendæ ſint partes ad inte-
reſſendum Corn. in l. 2. num. 5. C. de vſur. & fruct. lega-
torum, ſeu fideicom. Neuiz. conſ. 94. num. 17. in fin. quia
25 cognitio etiam extraiudicialis ſine partium præſentia
haberi nequit Creſc. deciſ. 2. num. 3. de Arbitris. Et ſty-
lus eſt, etiam bilancia non fieri, niſi cum partium inter-
uentu, vel approbatione, & illis diſſentientibus, per
depotatum à iodice ipſis monitis: maximè cum hoc caſu
arbitratori io faciendis bilancijs, & ſolidandis compu-
tis oulla data eſſet auctoritas, quia non erat electus niſi
ad faciendam declarationem, ſeu (vt dicitur) ſtaglio
poſtquam bilancia eſſent facta, & illi conſignata; paria
27 autem ſunt, aliquid non factum, vel minùs legitimè ex
vulg. Et hinc prætendit Albericus, omiſſas fuiſſe plures
partitas exactas ante laudum, & ſuper libris Rationis
nouæ Dominorum de Donis ſignatis lit. M, adnotatas,
& coram A. C. extractas, ſuper quibus etiam tanquam
ad priorem rationem, in qua ipſe erat particeps, ſpe-
ctantibus, erat calculandum; cum calculus fieri non
28 dicatur, niſi examinatis omnibus, & ſingulis rationi-
bus l. cum ſeruus 81. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi purè
39. in fin. & l. Thais 41. circa fin. verſ. cum de quo quæ-
ritur ff. de fideicomm. libert. l. ſi ſtatu liberi 6. §. fin. ff.
de ſtat. liber. facit gloſ. in l. cognoſcere verſ. conferre
ff. de verbor. ſignif. & omnibus libris in medium al-
latis, vt veritas apparere poſſit. Bald. conſ. 152. num.
1. in fin. verſ. non gratior lib. 2. in quo concurrunt etiam
verba compromiſſi ibi, omnibus computis, & omnibus
bilancijs, nihil excludendo.

Secundò, non fuit ſeruata forma compromiſſi, qoòd de-
29 beret omnia termioare, neque poſſet vnum decidere,
& alium indeciſum relinquere; dum reſpectu partitæ, ſu-
per qua adhibitum fuit votum D. Aduocati, facta fuit
reſeruatio, de qua in voto, quod facit vt laudum, oec
ratione capitulorum, in quibus eſt laudatum ſuſtinea-
tur d. l. quid tamen, ff. de recept. arbitr. Azo. in rubr. C. de
arbitr. num. 24. cuius opinionem dicit communem
Cyn. in l. 1. num. 24. C. ſi aduerſ. rem iud. Abb. in cap. cum
inter num. 23. verſ. ego concluſiui, qui de communiori, &
veriori de ſent. & re iudic. vbi Butr. num. 26. verſ. Pe-
trus, & Abb. Bellam. num. 10. verſ. ſed alij diſtingunt
Imol. num. 12. verſ. ſi autem per delegatum, Felin. ſub
num. 7. verſ. reſtringe dupliciter, Abb. conſ. 44. num. 2.
verſ. & facit lib. 1. Bero. quæſt. 23. num. 10. Blanc. de
compromiſſ. in 3. quæſt. 6. quæſt. in princip. Lanfranc. de O-
rian. de arbitr. in 5. membr. quæſt. 16. num. 32. quod eſt
etiam de iore l. non diſtinguemus 37. §. quæſitum, ff. de
recept. arbitr. addit. ad gloſſ. in l. quid tamen 25. verſ. ſepa-
ratim, vbi Bart. num. 3. ff. eod. Imò, quòd nec per
Conſultorem fieri potuerit illa reſeruatio, tenet Bald.
conſ. 481. vertente quæſtione num. 4. verſ. dico lib. 1. quem
Soccin. iun. conſ. 63. num. 6. & 7. lib. 1.
Nec obſtat fides D. Conſultoris, quòd Albericus conſen-
ſerit dicto voto cum reſeruatione; quia non inde ſequi-
30 tur, illum conſenſiſſe probationi laudi, cum dicta re-
ſeruatione, cum conſenſus non extendatur. ad Bart. in
l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. actuq. priu. Dec. conſ.
452. num. 14. & 651. num. 2. Aym. conſ. 292. num. 1.
31 & oodus conſenſus vnius non producebat actionem,
ideo non erat ſufficiens Soccin. conſ. 87. num. 8. verſ. præ-
terea dico lib. 3. & conſ. 220. num. 3. lib. 2. & conſ. 115.
32 num. 5. & 6. lib. 4. & altera parte abſente non habebat
vim pacti, ad quod vel ſtipulatio reqoiritur. Dec. conſ.
472. num. 35. verſ. ſecundò reſpondetur, Natt. conſil. 95.
num. 3.
Nec potuiſſet ſolus à compromiſſi forma recedere, vel
33 illud nouare Brun. tract. de form. & ſolemnit. tit. quis
poſſ. dar. col. 13. verſ. forma autem data, præſertim, cum
34 laudum oon poſſit eſſe pro vna parte obligatorium, pro
alia non, & claodicare l. ſi cum dies 26. §. penult. in fin.
ff. de recept. arbitr. Specul. tit. de arbitr. & arbitrat. §. ex-
cipitur, in princ. verſ. item quòd claudicat. Tertiò ceſſabat
cõpromiſſum, & ſic poteſtas, quia reſpectu Nicolai ipſe
non prorogauit, neque D. Octauius in prorogatione
pro eo de rato promiſit, vt ampliſſimè fecerat in com-
promiſſo expirato. Neque prima prorogatio ſuſtine-
35 tur, cum non ſit cum inſertione compromiſſi, prout
expreſsè conuentom fuerat, ibi (& cum inſertione) ne-
que illud ei lectum fuit Caſtr. conſ. 465. num. 5. lib. 1.
Aym. conſ. 197. num. 14. Bec. conſ. 37. num. 34. neque
aliter conſtat, Nicolaum habuiſſe plenam, & perfectam
ſcientiam compromiſſi ratificati, & ſingulorum pacto-
rum in eo contentorum, qualis requiritur ad ratifica-
tionem Pariſ. conſ. 47. num. 77. lib. 1. Natt. conſ. 636.
num. 192. cum alijs per Gabr. conſ. 149. num. 79. lib. 2.
36 Alia verò per Epiſtolam ſub datum Florentiæ, 10. No-
uembris 1612. vltra eoſdem defectus, tanquam ſcriptu-
ra priuata non probat Bart. & alij in l. ſcripturas C. qui
pot. in pign. habeantur Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ.
37 7. ſub num. 43. & vt epiſtola non poteſt probare pro
ſcribente ad not. per Doct. in l. admonendi ff. de iur. iur.
vbi Rip. num. 137. Præterea cum non fuerit aliqua
prorogatio, vel ratificatio exhibita coram arbitro
38 non potuit fundamentum ſuæ poteſtatis ignorando
pronunciare, Bald. in l. dicere num. 1. ff. de recept. arbitr.
Blanc. de compromiſſ. quæſt. 9. princ. de effectu ſent. quæſt.
1. verſ. veritas tamen eſt, qui num. 2. verſ. intellige. am-
pliat

pliat etiam Arbitro prorogationem temporis ignoran-
te reſpectu Ricaſoli nulla adeſt compromiſſi ratificatio.
Ex bis ſequitur, laudum, nec quo ad Donos, & Alberi-
cum ſuſtineri, nam dato illud eſſe regulariter diuiduum
reſpectu perſonarum, vt dicitur de ſententia *l. de vno-*
39 *quoque ff. de re iud. l. non idcirco ff. de Iudic. Alex. conſ.*
36. num. 20. verſ. etiam ſententia lib. 4. ſecus eſt hoc ca-
ſu. Primò, quia negotium erat ſui natura indiuiduũ, cum
40 ratio vnius non poſſet rectè adæquari, ſinè viſione,
& adæquatione rationis alterius, & diminutio debiti,
vel crediti vnius poſſet augere, vel diminuere debitum,
vel creditum alterius in aceruo, & corpore rationis, per
Arbitratorem figurato *Cyn. in l. ſancimus col. 1. verſ.*
tertio caſu C. de donat. Alber. in l. 1. §. ſed ſi mihi ſub num.
20. verſ. tertio caſu ff. de verb. oblig. Secundò, quia effectũ
41 erat indiuiduum expreſſa partium conuentione, quòd
Arbitrator non poſſet niſi ſuper omnibus pronunciare,
vt poſt *Iacob. Butr.* tradunt *Alber. in l. Pedius. §. in ſer-*
uum. verſ. quedam indiuidua ratione voluntatis ff. de re-
cept. arbitris Alex. in l. 5. §. ſed & ſi mihi num. 2. verſ.
3. ratione, vbi Iaſ. num. 5. verſ. tertiò ff. de verb. oblig. &
text. in d. l. Pedius. loquentem in compromiſſis ad om-
nes contractus extendit *Bart. in l. Græce §. illud. num.*
3. quoddam eſt indiuiduum: vbi *Ang. num. 3. verſ. ſic, &*
alias ff. de fideiuſſ. Put. deciſ. 315. in fin. lib. 1. & ideo
ſtante hac conuentione reddente compromiſſum indi-
uiduum, ſi vnus deficiat, ſequi non poſſe laudum inter
42 alios, tradit *gloſſ. in dicta l. diem proferre 32. §. 1. verſ.*
morte in fin. quam ibi *Bart. in fin. & Bald. num. 3. ff. de*
receptis arbitris Blanc. de compromiſſ. quæſt. 7. & 8. verſ.
ſed pro ſupradicta.
Non obſtat ratificatio Ricaſoli 23. Ianuarij 1613. Tum,
G quia laudũ non fuit illi lectum ex G, *Caſtr.* & alijs ſupra
citatis. Tum quia non poteſt conualidare laudum latum
43 in præiudicium Alberici, *Rota deciſ. 13. aliàs 1. de pro-*
cur. in antiq. Put. deciſ. 373. num. 40. lib. 2. maximè cum
Albericus non potuiſſet ſe iuuare laudo contra Ricaſo-
44 lum, & laudum claudicare non poſſit *d. l. ſi cum*
dies 26. §. penult. in fin. ff. de recept. arbitr. & Specul. ſu-
pra allegatus.
Ex quibus ſequitur, laudo prædicto executionem dari non
poſſe *l. 4. §. condemnatum & l. ſi cum nulla ff. de re*
iud. l. quoties ff. qui ſatiſdare cogant. in laudo loquitur
F *Roman. conſ. 141. in princ.* maximè cum pars inſiſteret
ſuper nullitate *Bald. in l. ſicut proponis in fin. C. quomod.*
& quand. Iudex, cum alijs per *Rot. deciſ. 361. num. 3.*
par. 1. diuerſ. vndè mandatum quoque A. C. cum omnibus
inde ſecutis eſſe reuocandum, concluſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd compromiſſum eſt ſtricti juris, & ſtrictè in-
46 terpretandum *cap. cum olim, de donat. Corn. conſ. 63. num.*
8. vol. 2. Alex conſ. 12. num. 3. vol. 3. Soccin. conſil. 20.
num. 1. vol. 1. Pariſ conſ. 4. num. 23. vol. 1. Roland. conſ.
28 num. 34. vol. 4. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæſt. 99.
num. 3. & conſ 79. num. 14. & conſ. 80. num. 42. Imol.
47 *conſ. 20. num.* 1. nec debet extendi niſi ad ſpecificata, etiam
ſi ampliſſimas clauſulas contineret, *Corn. conſ. 168. num.*
3. vol. 1. & conſ. 205. col. 2. vol. 2. & conſ. 293. num. 5. &
48 *13. vol. 3.* etiam ſi eſſet iuramento vallatum *Roland d. conſ.*
24. num. 36. Ideo Laudum latum ſuper non comprehen-
ſis in compromiſſo eſt nullum *Soccin. iun. conſ 63. num. 6.*
& conſ. 77. num. 75. vol. 1. Alexand. conſ. 48. num. 10. vol.
7. Pariſ & Roland. locis cit. Becc. conſ. 183. num. 16. vol. 4.
49 cum alijs per *Valenzuol. conſ. 11. num. 19.* & non valet
etiam ſi fuerit per partes emologatum, quia non exinde
validum redditur per *text. in cap. examinata*, & ibi *Abb.*
num. 4. de confirmat. vtil vel inut. Bal. in tit. de pace Cõſtant.
ver. ſententia quoque col. 10. & conſ. 101. ad fin. lib. 3. Ro-
man. qui dicit hoc ſingulare, *conſ. 155 num. 4. Angel. conſ.*
139. Blanc. in tract. de compromiſſ. 6. quæſt. ſub num. 5. poſt
med. verſ & idem Ruin. conſ 135. num. 2. lib. 5 Soccin con-
ſil. 18. col. 15. num. 38. verſ & ex prædictis decidatur lib 1.
Dec. conſ. 434. in fine Calcan conſ. 1. num 18. Corſett ſing.
19. Pariſ conſ. 24. num. 156. lib. 2 Gratian deciſ Marcb.
50 *6. num.* 5. Valebit tamen in vim pacti *gloſſ in l. 2. C. com de*
iudic. Abb. vbi proximè, Rota deciſ 512. num. 2. par. 1. di-
uerſ. & fuit dictum in *Romana legitima de Gabrielibus 11.*
Februarij 1609. coram Ortembergo, & in Romana execu-
tionis laudi 26. Iunij 1613. coram bon. mem. Vbaldo, & in
Bononien. hæreditatis 22. Maij 1620. coram Illuſtriſſimo D.
meo Cardinali Caualerio, & coram eodem in Pampilonen.
iuriſpatronatus 5. Iulij 1610. neceſſarius eſt tamen in hoc
caſu ſimultaneus partium conſenſus, qui ab initio interue-
nerit, vt firmatur in hac deciſione, & vltra adductos in
ea, tradunt *Pariſ. conſ. 24. num. 162. & ſeq. lib. 2. Surd.*
conſ. 136. num. 56. & conſ 313. num. 36. & conſ 398 num.
76. & deciſ. 53. num 21. & ſeq. & fuit dictum in Peruſi-
na laudi de Cantuccijs 21. Martij 1622. coram bon. mem.
Vbaldo. an autem, & quando poſſit Arbiter pro bono pa-
cis ſuper re non petita, vel non deducta in compromiſſo
laudare videatur *Ruin. d. conſ 135. num. 6. Soccin. conſil.*
220. num 2. lib. 2. Gratian. deciſ. 6. Marcb. num. 33. & ſeqq.
B Quòd dictio, *Ita tamen*, conditionem importet, tradunt
51 *Rebuſ. in concord. tit. de mandat. Apoſtol §. 1. verſ ita ta-*
men. Auguſt. Barboſ in tract. de diction. ſub dict. Ita tamen,
prope fin. & fuerat dictum in *Auximana ſocietatis 3. Mar-*
tij 1595. coram Iuſto impreſſ per Marcheſ. de commiſſ. par.
1. pag. 748. Et quod quandoque importet modum, docent
Menoch. conſ 131. num. 3. & Surd. conſ. 437. num. 2.
C Verbum, *poſſum*, negatiuè prolatum neceſſitatem impor-
52 tat, priuatq. omni potentia *Guttierez in repet. l. nemo*
poteſt, num. 145. ff. de legat. 1. & Practic. quæſt. lib. 3.
quæſt. 52. num. 2. Cald. Pereir. in l. ſi curatorem, in princ.
num. 27. C. de in integr. reſtit & de poteſt. elig. cap. 10.
num. 1. & num. 42 & de reſolutione emphyt. cap. 3. num.
1. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 38. num. 20. Franc. Mo-
lin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 41. num. 31. cum alijs pluribus
apud *Auguſt. Barboſ. in d. tract. de diction. ſub dict.* Poſ-
ſum, *in vtraque editione.*
D Adde *Menoch de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 182. Flamin.*
Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 3. num. 40. et lib. 3. q. 7.
num. 17.
E Hanc deciſionem in hac parte refert, & ſequitur *Rota in*
Nepeſina laudi 15. Ianuarij 1620. coram Illuſtriſſ. D. meo
Cardinali Caualerio.
F Adde *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 379. num. 18.*
G Quòd emologatio, & approbatio laudi nulli nihil opere-
53 tur, quando laudum fuit ſubſcriptum, abſque eo, quòd
fuerit lectum, vel viſum, tradunt *Aym. conſ. 197. num. 14.*
Becc. conſ. 37. num. 24. Surd. conſ. 105. num. 36. Rota in
d. Peruſina laudi de Cantuccijs 15. Martij 1622. coram
Vbaldo, in qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Digitized by Google

Ferrarien. alimentorum.

Ven. 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis ſubminiſtrantur, cõcurrentibus paupertate, & præſumptione boni iuris. Et arbitrium conceſſum Iudici, aliàs juriſdictionem habenti dat facultatem, aliqualiter recedendi à regulis iuris.

SVMMARIVM.

1 *Sumptus litis ſubminiſtrantur, concurrentibus paupertate, & præſumptione boni iuris.*
Declara procedere in iudicijs vniuerſalibus, vt num. 8.
2 *Pauper an diues aliquis ſit, Iudicis arbitrio remittitur. & num.* 9.
3 *Clauſula,* arbitrio Rotæ, *dat facultatem aliqualiter diſcedendi à regulis iuris, & num.* 10.
4 *Conſtare dicitur de bono iure ad effectum ſubminiſtrandi ſumptus litis, etiam per vnicam ſententiam, quamuis per appellationem ſuſpenſam, num.* 5.
6 *Beneplacito Apoſtolico obtento, pœnitentia locus ampliùs non eſt, quamuis non ſit lata ſententia per exequutores ferẽda.*
7 *Exceptio cenſetur reiecta, quando fuit oppoſita, & nibilominus Iudex proceſſit ad ſententiam.*

DECISIO XV.

FVIT reſolutum, eſſe locum arbitrio ad effectum ſubminiſtrandi alimenta, & ſumptus litis Domicellis S. Barbaræ.
Quia concurrunt pro illarum parte paupertas, & præſumptio boni iuris;
1 & ſic duo illa ad hoc requiſita *Aret. in cap. ſi qui teſtium col.* 3. *num.* 14. & 15. vbi *Felin. num.* 9 *verſ ſecundus caſus de teſtib. Guidopap. quæſt.* 561. *Creſc. deciſ.* 8. *in fin. de iudic. Alciat. de præſumpt reg.* 3. *præſump.* 9. *num.* 8. & 9. & paſſim ſeruat
A Rota. A
Paupertas viſa fuit probari ex confeſſione pro cauſa in concordia, eiuſque confirmatione emanata, quòd iſtæ puellæ maxima rerum inopia, & egeſtate laborabant *ad l. cum precum* C. *de liber. cauſa*, ex teſtibus receptis pro eiuſdem verificatione, quorum primus, & ſecundus addit, illas eſſe in maxima paupertate, & nullos, vel paruos redditus habere, & locum miſerabilem eſſe: præſtant adminiculum qualitas loci, & fides Nobilium Ferrarienſium, quamuis extraiudicialiter exhibita.
Cum tamen in hac materia valdè verſetur Iudicis arbitriũ,
2 *Luc. de Penna in l. vnica col.* 2. *verſ. breuiter omiſſis* C. *de*
B *mendic. val. lib.* 11. *Bart. in l. ſi conſtante num.* 14. quem ibi ceteri ſequuntur *ff. ſolut. matrim. Ang. in l. ſi verò* §. *qui pro rei num.* 5. *ff. qui ſatiſd. cog.* Couarr. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. alios *Menoch. de arbitr. caſu* 65. *num.* 7. *lib.*
C 2. Maximè ſtante clauſula, *arbitrio Rotæ*, C, quæ directa Iudici habenti facultatem procedendi, prout de iure, dat facultatem, aliqualiter diſcedendi ab eius re-
3 gulis *Creſcen. deciſ.* 4. *num.* 3. *de teſtibus*, fuit dictum in *Romana* Cottiuij 6. *Martij* 1606. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*; & ſupplendi ex arbitrio ad fauorem pauperis: vt in *Romana Saluiani* 17. *menſis præteriti corã eodem*, multò magis in materia, quæ etiam de iure illius arbitrio committitur. Boni iuris præſumptio reſultare viſa fuit ex tribus ſententijs latis ad fauorem puellarum ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, à quarum vltima cauſa appellationis eſt com-
4 miſſa mihi, & tamen vnica ſufficeret ad hunc effectum *l. ſi inſtituta* §. *de inofficioſo, vbi gloſ. & Doct. ff. de inoffic. teſt.* de communi *Couarr. pract. quæſt. cap* 6. *num.* 6.
5 etiam appellatione ſuſpenſa *Alciat. d. reg.* 3. *præſumpt.* 9. *num.* 8. *Cephal. conſ.* 127. *num.* 18. & *conſ.* 714. *num.* 14. *Surd. de alimen. quæſt.* 120. *num.* 11. & fuit reſolutum in alleg. *Romana Saluiani coram D. Damaſceno*.
Non obſtat, quòd immiſſioni ex capite purificati fideicommiſſi ad fauorem puellarum (quod ex alia parte non controuertebatur) oppoeretur tranſactio inter ipſas vocatas, & Lanzonum grauatum inita, quæ, ſtante beneplacito expedito ante mortem Lanzoni, non poteſt etiam ante ſententiam confirmatoriam ex capite pœni-
6 tentiæ reuocari, vt ſæpius deciſum fuit, vt *in Nullius emphyt. de Guaſtalla* 16. *Nouembris* 1607. *coram Illuſtriſ. D. Card. Lancellotto, & in Bononien. tranſactionis* 5. *Decembris* 1607. *coram R. P. D. meo Decano*, & ab articulo, an tranſactio obſtet, ſit metiendum bonum ius, tanquam præiudiciale, in quo Blaſiolus obtinuit ſententiam illius canonizatoriam à Vicario. Quia hæc exceptio fuit oppoſita in iudicio immiſſionis, & nihilominus latæ ſen-
7 tentiæ ſuper immiſſione; vndè cenſetur reiecta *cap. ex parte il* 2. *de appellat. l. à procedente*, vbi *Bart. num.* 4. C. *de dilat. Bald. in l.* 1. *num.* 11. *verſ. in contrarium* C. *de ord. Iudic.* & cum appellatio pendeat ab immiſſione, non à confirmatione concordiæ, de qua etiam cognitum fuit in iudicio immiſſionis, non tollitur præſumptio reſultans ex prædictis ſententijs, vt ſupra. Præſertim, quia poteſt dubitari, an illi, qui concordarunt pro loco pio eſſent adminiſtratores, & tales, qui haberent facultatem alienandi. An hæc exceptio poſſet impedire iudicium immiſſionis, & de alijs, de quibus, cum merita negotij, & iuſtitiam ſententiarum concernant, erit poſtea videndum, ſubminiſtratis interim alimentis.
Et ita Rota eſt arbitrata.

ANNOTATIO.

A Et quòd alimenta, & ſumptus litis præſtari debeant pauperibus, dummodò pauper habeat præſumptionem iuſtitiæ, vltra relatos in deciſione, tradunt *Speculat de inquiſit.* §. *fin vol.* 1. *Imol. in cap. ex parte de accuſat. Felin. in cap. ſi qui teſtium, col vlt. de teſtib. Rimimal iun. conſ* 377. *num.* 1. *lib.* 4 *Cephal. conſ* 157. *num.* 11. *verſ ad tertium*, *Couarr. pract quæſt. cap.* 6. *num.* 5. *Surd. de aliment tit.* 1. *quæſt.* 120. *num* 8. *Seraphin. deciſ* 1098 *num.* 2. *Rota in Aeſina bonorum* 1. *Iulij* 1617. *coram Andrea, & infra in Biſignanen. penſionis* 26. *Iunij* 1617. *in Romana palatij* 26. *Iunij* 1620. *num* 1. *in Romana hæreditatis de Cuſidis* 26. *Ianuarij* 1624. *num* 1. *in Romana fideicommiſſi de Epis* 12. *Februarij* 1624. *num.* 1. vbi *num* 3. quòd neque alimenta, neque ſumptus litis debentur boni iuris præſumptione deficiente; nam paupertas, & boni iuris præſumptio ad hunc effectum copulatiuè requiruntur. & *in Romana vineæ* 17. *Maij* 1623. in qua concluſiones ferè omnes in
8 hac firmatæ comprobantur. Hoc tamen procedit, quando pauper peteret, vel vniuerſam hæreditatem, vel maiorem partem; ſecus ſi perſonali actione experiretur pro aliquo ſuo credito, vel pro aliqua re ſingulari, quam prætendat ſuam, vt declarat *Lup. in cap. per veſtras* §. 39. *ampliat.* 18. *num.* 3. *verſ imò quod plus eſt de donat. inter vir & vxor. Surd. d. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 14. *Gratian. diſcept forenſ. cap.* 55. *num* 50.
B Et quòd Iudicis arbitrio relinquitur, quis pauper dicatur
9 attenta perſonarum, & circumſtantiarum qualitate, vltra ci-

citatos deciſ. tradunt *gloſ. in auth. præterea*, *in verb. locuplete G. vnde vir. & uxor.* quam ſequuntur ibi *Bald. Alex. Iaſ. Dec.* & alij plures, quos congeſsit *Benınc. in tract. de paupert. in 6. q. princ. num.* 17. *Bald. conſ.* 5. *num.* 2. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1154. *num.* 8. *Surd. deciſ.* 61. *num.* 4. *& conſil.* 491. *num.* 11. *& de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 10. *& tit.* 9. *quæſt.* 35. *num.* 35. *Perez. l.* 1. *verſ. ex qualitate tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. Molin. de primogen. lib.* 2. *cap* 16. *num.* 46. *Barboſ. in l. maritum num.* 6. *ff. ſoluto matrim. Scacc. de appellation. quæſt.* 17. *limit.* 40. *num.* 8. *Farinac. in praxi crimin. quæſt.* 57. *num.* 93. *cum ſeqq. Honded. conſ* 93. *num.* 3. *&* 30. *vol.* 1. *Sfort. de reſtit. in integr. quæſt.* 11. *num* 53. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 2. *nu.* 43. *Giurb. deciſ. Sicil.* 18 *num* 5. præcipuè in materia alimentorum, quæ neque omnibus eadem debentur, neque poteſt de ſingulis certa lex ſtatui, & ideò Iudicis arbitrio remittuntur, qui iudicabit iuxta facultates, conditionem perſonarum, dubium litis euentum, & valorem rei in iudicio deductæ *l. fin. C. de ordinat. iud. Rebuff. de ſent. prouiſional. in præfat. num.* 30. *Couarr. pract. quæſt cap.* 6. *num.* 7. *Molin. d. cap.* 16. *num. vlt. Menoch. præſumpt.* 35. *lib.* 1. *num.* 35. *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 41. *Gratian diſcept. forenſ cap.* 55. *in fine*, & dictum fuit infra in *Biſignanen. penſionis* 26. *Iunij* 1617.

C Clauſula, *arbitrio Rotæ*, dat facultatem aliquid relaxandi de
9 rigore iuris, vt cenſuit ſæpius Rota, & ſignanter apud *Seraphin. deciſ.* 1154. *num.* 1. *& inter recent. deciſ.* 85. *num.* 4. *& deciſ.* 179. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 284. *num.* 5. *& deciſ.* 440. *num.* 8. *& deciſ.* 587. *num.* 1. *par.* 2. operatur enim, vt relicto extremo rigoroſo ſeruetur æquitas *Rot. deciſ.* 462. *num.* 3. *par.* 1. *recent. et deciſ.* 506. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

D Quæ eſt inter impreſſas 374. *num.* 5. vbi cumulat has deciſiones quas ſequitur *Gratian diſcept. forenſ.* 514. *num.* 9. *Praxis Archiep. Neap. cap.* 106. *num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Beneuentana Saluiani.

Veneris 28. Iunij 1613.

ARGVMENTVM

Ægidianæ conſtitutiones non habent locum in rebus Eccleſiaſticis, etiam ſi ageretur de vtili dominio inter laicos, ex defectu iuriſdictionis in conſtituente.

SVMMARIVM. A

1 *Aegidiana nõ habet locũ in rebus Eccleſiæ, nec inter perſonas Eccleſiaſticas, tam ad certum fauorẽ, quam contra, num.* 3.

2 *Aegidiana non habet locum inter laicos, quando agitur de vtili dominio, & directum eſt Eccleſiæ.*

DECISIO XVI.

VNA tantùm parte informante, Domini dixerunt, non eſſe locum Aegidianæ, reſpectu tumulorum 12. ſub
2 proprietate Sancti Victorini. Ratio fuit; quia illa non intrat in rebus Ec-
A cleſiæ A, defectu poteſtatis Cardinalis Aegidij conſtituentis, quæ erat tantùm in temporalibus, & prophanis, vt fuit dictum *in Hortana Sanctiſſimæ Trinitatis* 7. *Iunij* 1573. *coram bon. mem. Rubeo*, & in alijs relatis per *Honded. conſ.*
2 20. *num.* 8. *lib.* 2. Idque, etiam ſi agatur inter laicos de vtili dominio, vt fuit vltimo loco, plenè diſcuſſo articulo, reſolutum in Romana domus de Scapuccijs 19. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Decano.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd ſicut Aegidiana non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas in earum præiudicium, ita neque habet locum
3 in ipſarum fauorem; & ideo ſicut licitum eſt perſonæ Eccleſiaſticæ, appellare in caſu ſuccumbentiæ in poſſeſſorio; ita etiam licebit laico appellare in eodem iudicio aduerſus perſonam Eccleſiaſticam; & ſufficit quòd reus, ſiue actor ſint Eccleſiaſtici, vt non habeat locum Aegidiana. *Honded. in hic alleg conſ* 20. *num.* 2. *iuncto num.* 12. *et ſeq. lib.* 2. *Scapucc. de Saluian. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num* 7. *Beltramin. in addit. ad deciſ.* 581. *Gregor. XV. num.* 8. *Rota apud Pacific. de Saluian deciſ.* 234. *et deciſ* 236. *vtrobique in fine, et fuit dictum in Romana deuolutionis domus* 12. *Ian.* 1624. *coram bon. mem Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Alerien. beneficij.

Lunæ 1. Iulij 1613.

ARGVMENTVM.

Patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria fertur, ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis, non docto de paritione, & num.* 4.

Tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm mandati de manutenendo num. 5.

2 *Contumacia in non parendo reſultat ex intimatione perſonaliter facta, & ſeruatione quatuor terminorum: & ex eo, quòd non docetur de paritione intra terminos ad parendum aſſignatos num.* 7.

3 *Declaratoria ferri poteſt, abſquè citatione, poſtquam ſeruati ſunt quatuor termini.*

6 *Declaratoria an, & quando pro debito illiquido ferri poſſit.*

8 *Patientia ſola ſufficit, vt dicatur paritum, quando nihil adimpleri debet.*

DECISIO XVII.

PROPOSITO dubio, An contra Andream danda eſſet declaratoria, alia tantùm parte ob illius contumaciam informante, Domini pro affirmatiua reſoluerunt. Concurrunt enim omnia requiſita. Executoriales legitimè relaxatæ à R. P. D. meo Pamphilio, *in ſummario num.* 3. vigore ſententiæ, & rei iudicatæ, *in ſummario num.* 2. fulminatio cenſurarum in eiſdem contenta, *ibi ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis ſententiam promulgamus*. Et vera contumacia in parendo; ideò ſeruatis iam quatuor terminis, ferenda eſt declaratoria. *Achil. deciſ.* 5. *de ſent. excom. Rota deciſ.* 261.
A *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* A

Contumacia in parendo reſultat ex intimatione exequuto-
B rialium perſonaliter facta, *in ſummario num.* 4. *cap.* 1.
2 *cum ibi not. de ſent. excom. in* 6. *not. in cap. reprehenſibilis, vbi Abbas num.* 2. *de appellat. Soc. in cap. nulli num.* 15.

de ſent. excom. cum lapſu terminorum ad parendum aſſi-
gnatorum, ex quo dicitur incurſa, & purificata excom-
municatio in illis promulgata *Doct. in cap. præterea* hu-
ius initij, 2. *de appell. Soccin. cap. ſacro num.* 144. *& ſeq.*
& cap. ſacris, num. 496. *de ſenten. excom.* Adeo, vt illa
3 poſſet hoc caſu ferri abſque alia citatione *Roman. conſ.*
482. *incip. in caſu num.* 5. *Put. deciſ.* 324. *num.* 4. *lib.* 1.
C *ſecundum mod. impreſſ.* C, Et viſa fuit augeri contuma-
cia, tum ex lapſu 18. menſium ab intimatione exequu-
torialium, & excommunicationis, vt ſupra incurſæ;
tùm quia idem Andreas fuit aliàs in hac cauſa declaratus
ob non paritionem mãdato de manutenendo à bon. me-
mor. Cardinali Seraphino relaxato; in *ſummario num.* 1.
Neque conſtat de aliqua abſolutione, vel paritione.
Vndè faciliùs pro declaratoria reſolutum fuit.

ANNOTATIO.

A Idem dictum fuit infra in *Calaguritana beneficij de Auſeio*
4 4. *Februarij* 1615. *in Aſtoricen. parochialis* 1. *Iulij* 1619.
num. 1. *in Placentina caſtanearum* 10. *Ianuarij* 1622. *num.*
1. *in Toletana applicationis* 12. *Ianuarij* 1624. *num.* 1. *Veſtr.*
in praxi lib. 8. *cap. vlt. num.* 17. *ad fin. Mobed. deciſ.* 1. *de*
ſent. excomm. Rota in *Toletana decimarum de Aldegagna*
28. *Iunij* 1595. *et in Valentina emolumentorum* 30. *Maij*
1609. *coram bon. mem. Card. Marcomontio*, & in alijs plu-
ribus congeſtis in *Cremonen. penſionis* 4. *Decembris* 1619.
coram bon. mem. Vbaldo, & in *Legionen. Canonicatus* 16.
Decemb. 1622. *coram bon. mem. Patriarcha Hieroſolymi-*
5 *tano*. & hunc ſtylum Rota ſeruat tàm in executorialibus
rei iudicatæ, quàm in executorialibus mandati de manute-
nendo; vt in *Alerien. beneficij* 17. *Iunij* 1609. *coram Reue-*
rendiſſ. D. meo Patriarcha Pamphilio, in Cremonen. penſio-
nis 18. *Iunij* 1612. *coram bon. mem. Vbaldo in Pampilo-*
nen. parochialis 6 *Martij* 1617. *coram bon mem. Andrea*,
in qua aliæ allegantur, & in *Tullen. cappellaniæ* 4. *Iunij*
1625. *coram R. P. D. meo Merlino*.

Adde, quòd licèt declaratoria ferri non poſſit, niſi præceden-
6 te liquidatione *Seraphin deciſ.* 1213. *num. vlt. Rota in Pam-*
pilonen. de Ianſi 14. *Decembris* 1598. *coram Litta apud Sa-*
luſt in praxi lib. 3. *cap.* 19. *& coram eod. in Neritonen. pen-*
ſionis 5. *Nouembris* 1601. *apud Marcheſ par.* 1. *pag.* 331.
in qua aliæ referuntur. Hoc tamen procedit, vbi ſoluere
condemnatus comparet, & fatetur, ſe in aliquo, licèt in
modico debitorem, illudque deponit cum oblatione, &
proteſtatione, quòd ſi apparebit, ſe plus debere, ſoluet,
& pro ſolutione fideiuſſorem præbeat pro reſiduo, iuxta
tradita ab *Angel. in l.* 4. *§. prætor ait num.* 2. *ff. de re iudic.*
quem ſequuntur ibi communiter Doct. *Alex. num.* 2. *Soc-*
cin. num. 8. *in fine, Iaſ ſub num.* 2. cum alijs per Caputaq.
deciſ. 150. *num.* 5. *in fin. & ſeq. par.* 1. Rota in *Dertuſen.*
decimarum 11. *Maij* 1609. *coram bon mem. Card. Marco-*
montio apud *Marcheſ. par* 1. *pag.* 675. Dum autem nihil
offert, nec comparere curat, iuſtè contra eum, etiam non
facta liquidatione, ſententia excõmunicationis ferri poteſt,
Rota *deciſ.* 5. *de re iud in nou Milis in Repert. verb. excom-*
municatus iuſtè dicitur ille, Achill. deciſ. 1. *num.* 1. *de ſent.*
excomm. Rota *in d. Dertuſen. decimarum num.* 2. & fuit
dictum in *Calaguritana penſionis* 19. *Decemb.* 1624. *coram*
bon. mem. Patriarcha Hieroſolymitano, & coram eodem
in Elboren. ſpolij 28. *Iunij* 1627. *& in Camerinen. prædij*
13. *Ianuarij* 1625. *coram bon. mem. Remboldo*, dummodo
declaratoria non feratur pro certa quantitate. vt in eadem
Dertuſen. an autem prædicta doctrina procedat in ſpolio,
& attentatis, vide notata infra in *Romana ſpolij* 17. *Ia-*
nuarij 1620.

B Contumacia licèt videatur reſultare ex intimatione exe-
7 cutorialium, & ex eo, quòd non doceatur de paritione
intra terminos ad parendum aſſignatos, vt in hac deciſio-
ne, & tradit etiam *Seraphin. deciſ.* 1113. *num.* 3. & fuit di-
ctum in *Calaguritana ſedilium* 11. *Martij* 1622. *coram*
R. P. D. meo Merlino, tamen ad hoc ita diſtinguendum
eſt, vt, quando in literis, quibus parendum erit, explici-
tè, vel implicitè continetur præceptum aliquod poſitiuũ,
quod adimpleri non poteſt, niſi mediante actu poſitiuo;
vt ſi quis condemnatus fuerit ad certam pecuniarum ſum-
mam perſoluendam, aut certam rem aliquam penes ipſum
exiſtentem præſtandam, vel fructus ab eo perceptos re-
ſtituendos, aut quid ſimile; tunc ita condemnatus tenea-
tur, intra terminum ſibi aſſignatum docere ſe ſoluiſſe, vel
feciſſe omnes illos actus poſitiuos ad paritionem neceſſa-
rios, ex quorum omiſſione reſultat contumacia, & inobe-
8 dientia. Quando verò mandatum, vel literæ non conti-
nent præceptum poſitiuum, quod ad ſui implementum
actum pariter poſitiuum requirat, ſed potius præceptum
prohibitiuum, vel negatiuum, aut tale, quod abſque actu
aliquo poſitiuo impleri poteſt; veluti ſi quis condemnatus
fuerit ad præſtandam patientiam, quòd alius ipſi præcedat,
vel iuſſus alium non moleſtare, vel turbare; tunc perfectè
paruiſſe cenſetur, ſi patientiam præſtiterit, vel non tur-
bauerit poſitiuè; niſi de moleſtijs, aut turbationibus, vel
alijs actibus poſitiuis ad contumaciam, & inobedientiam
requiſitis ab allegante doceatur. Ita diſtinguendo tradunt
Mobedan. deciſ 9. *de re iud. Garc. de benefic. par.* 6. *cap.* 3.
num. 143. *& ſeqq. Rota deciſ* 319. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*
& fuit dictum in *Tullen. ſeu Nullius Monaſterij* 5 *Iulij*
1618. *coram bon. mem Cardinali Sacrato, in Sorana be-*
neficiorum 25. *Iunij* 1616. *coram R. P. D. meo Pirouano,*
confirmata coram eodem 20. *Februarij* 1617. *& in Toleta-*
na admiſſionis 2. *Decembris* 1619. *&* 16. *Nouembris* 1620.
coram bon. mem. Vbaldo, & coram eodem alijs relatis in
Aſtoricen præſtimoniorum 13. *Iunij* 1622. *& in d. Cala-*
guritana ſedilium 11. *Martij* 1622. *coram R. P. D. meo*
Merlino, & coram eodem in Leodien. Canonicatus S. Pauli
8. *Aprilis* 1622. *& infra in Leodien. declaratoria* 13. *No-*
uembris 1624. *coram D. meo num.* 3.

C Adde Dec. *in cap. paſtoralis §. verum, num* 6. *de appellat.*
& in auth. caſſa, num. 3. *C. de ſacroſ Eccleſ. Gabr. de citat.*
num. 478.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aretina Cappellæ.

Lunæ 1. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Déuolutioni ad Sedem Apoſtolicam locus non
eſt: niſi concludenter probata ſcientia patro-
norum, & Ordinarij, ac lapſu temporis poſt
dictam ſcientiam. Sententia eſt nulla, niſi ex-
preſſè ad illam audiendam præceſſerit citatio.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio ob non præſentationem in tempore eſt plenè, &*
concludenter probanda.
2 *Inſtitutus ab Epiſcopo præſumitur in tempore præſentatus.*
3 *Scientia patronorum probanda eſt cum lapſu temporis, vt*
déuolutioni ſit locus; maximè quando vacatio euenit per
reſignationem, non per obitum num. 4.
5 *Scientia Epiſcopi probanda eſt cum lapſu ſemeſtris, vt ab*
eo ad ſuperiorem collatio deuoluatur, & quid in Archie-
piſcopo num. 12.

6 *Deuo-*

6 *Deuolutio excluditur per præſentationem in tempore.*
7 *Citatio ſpecifica, & expreſſa requiritur ad audiendam ſententiam, alias eſt nulla.*
8 *Sententia, quæ dat executionem literis Apoſtolicis nondum iuſtificatis, dicitur iniuſta.*
9. *Valor probari debet de tempore impetrationis.*
10 *Scientia patronorum, vt deuolutioni ſit locus, debet eſſe certa, nec ſufficit interpretatiua, & verſimilis.*
11 *Iuſpræſentandi conſeruatur in vno ex patronis, qui ſcientiam vacationis beneficij non habuit, alijs propter ſcientiam excluſis.*

DECISIO XVIII.

SENTENTIA Rotalis, quam hódie, altera ex partibus non curante informare ſuper dubio dato, confirmandam eſſe Domini dixerunt, habet duas partes: quia declarat literas impetrationis Blondi eſſe inualidas, eidemque ſuper beneficio, & Cappella, de qua agitur, ius competere; & inſuper reuocat ſententiam ad illius fauorem à Vicario latam.

In prima fundamentum reſolutionis fuit, quia cum impetratio eſſet fundata in deuolutione, ob non præſentatio-
1 nem in tempore, illa erat plenè, & concludenter iuſtificanda *Put. deciſ.* 266. *alias* 265. *ſecundum mod. impreſſ. lib.* 3. & fuit dictum in *Vercellen. Cappellaniæ* 28. *Iunij* 1606. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen.* & in hac cauſa 1. *Iunij* 1611. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancelloto Aegid. deciſ.* 611. *Hector. Simon. de reſeru. quæſt.* 24. & fuit reſolutum in *Hiſpalen. beneficij de Xerez* 12. *Maij*
A 1603. *coram bon. mem. Litta*. A. Tantò magis, quia cum præſentatus fuerit inſtitutus ab Epiſcopo, præſumi-
2 tur in tempore præſentatus *Rot. deciſ.* 12. *incip. Vtrùm præſentatus, alias* 556. *de iurepatr. in antiq.* quam *Felin. in cap.* 3. *num.* 11. *verſ. & ſi quis dicit, de probat.* Neque ſatis erat probare lapſum quadrimeſtris conceſſi laicis ad preſentandum *cap. unico* §. 1. *de iurepatr. in* 6. *Gloſ. in cap. cum vos, de off. ord.* à die vacationis ad diem præſentationis vt putauit *Lambert. de iurepatr. in* 8. *art.* 1 *quæſt.*
3 2. *par.* 3. *lib.* ſed erat probanda ſcientia patronorum vacationis, cum lapſu temporis à die ſcientiæ, vt fuit dictum in hac cauſa 1. *Iunij* 1611. *coram Illuſtriſſimo Card. Lancellotto, arg. text. in cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. preb & in cap.* 2. *&* 3. *de ſuppl. negl. præl.* & in terminis noſtris hanc opinionem tenuit *Nota* poſt *Oſt. Aegid. Io. Andr. Bero. Rebuff. Simon. & Abb.* ibi relatos in *Legionen. Paroch.* 7. *Octobris* 1577. *coram bon. mem. Card. Blanchetto* relata inter *impr. diu. deciſ.* 421. *par.* 1. vbi ita deciſum refert etiam *in Barchinonen. S. Antonij corā Peregr.* Idem etiam voluit *Rot. de iurepatr verbo honorificum quæſt.* 27. *num.* 58. *Lap. alleg.* 78. *quæſt.* 4. *num.* 12. vbi Addentes dicunt, illius dictum teneri pro vero, & communi, *Feder. & Paul. de Caſtr.* quos refert, &
B ſequitur *Tiraq. de retract. lig.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 7. B, Idque tantò magis in caſu noſtro, quo vacauit Cappel-
4 la ex permutatione, quæ ſolet ſecrete fieri, nec ſtatim, vt obitus, ad notitiam deuenire, vt in his terminis admittit etiam *Lambert. d. art.* 8. *in fin. & art.* 20. *eiuſdem quæſt. &* in hac vacatione loquitur *Lapus* vbi ſupra. De-
5 inde erat etiam probanda ſcientia Epiſcopi, ad quem ob negligentiam patronorum ſpectaret collatio *cap. cum propter* 27. *de iurepatr.* cum lapſu ſemeſtris, ſi non ſit aliud tempus à Papa ei præſtitum à die ſcientiæ deuolutionis iuxta *text. in d. cap.* 3. *de ſuppl. negl. præl.* Ita *Abbas in cap. fin. num.* 7. *de iurepatr. Paul. de Cittad. eod. tract.*
C *par.* 6. *art.* 3. *num.* 103. C, Hic verò nedum probatur deuolutio cum prædictis requiſitis, ſed illa exclude-
6 batur ex præſētatione Poggij de menſe Septembris, quo ſequuta fuit vacatio, cum inſtitutione de menſe Octobris; vt latiùs, & particulariter firmatum fuit in hac cauſa 1. *Iulj* 1611. *coram Illuſtriſſimo Lancell.* & fuerat dictum in eadem *corā eod.* 5. *Mar.* 1610. & conſequenter impetratio remanebat inualida, & obreptitia, vt in fortiori *Verall. dec.* 253. *num.* 10. *par.* 2.

Secundæ partis iuſtitia apparet ex nullitate, & notoria
7 iniuſtitia; ſententiæ reuocatæ: nullitas deducebatur ex defectu, ſeu inualiditate citationis ad ſententiam, cum citatio fuerit ad videndum produci inſtantiam pro expeditione cauſæ, & videndū fieri actus ad id vtiles, & neceſſarios, non autem ſpecificè, & expreſsè ad audiendam ſententiam, vt requiritur *Gloſ. in clem. ſæpè verb. ad id, de verb. ſignif. vbi Imol. num.* 48. dicens, gloſ. notan. vt ſcias practicare *Cardin. verſ. & quia num.* 9. 16. not. *gloſ. in cap. cum contumacia verbo reſpondeat, de hæret. in* 6. ibique poſt *Io. Andr. Franc. num.* 4. *verſ. in ea gloſ.* & fuit dictum in hac cauſa 5. *Martij* 1610. *coram eodem Illuſtriſſimo*, vbi de ſimilibus citationibus ſæpè in Rota deciſum teſtatur, prout etiam *Alex conſ.* 105. *num.* 5. *lib.* 5.

Iniuſtitia reſultat, quia non iuſtificatur ex actis, dat enim
8 executionem literis Apoſtolicis, abſque illarum iuſtificatione *Mohed. dec.* 35. *per tot. de renunc. Caſ. de Graſſ. deciſ.* 12. *num.* 1. *&* 4. *de probat.* imò ceſſante illarum fundamento, ſcilicet deuolutione, vt dictum eſt. Vltra quòd neque etiam valor, qui probari debet de tem-
9 pore impetrationis *Oldrad. conſ.* 58. *Verall. deciſ.* 330. *par.* 3. & ſæpè dictum in Rota, fuit probatus, vt in eadem *deciſ.* 5. *Maij* 1610. & fuit deinde particulariter deciſum 31. *Ianuarij* 1611. *coram Illuſtriſſ. Card. Lancell.* Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra *in Praten. beneficij* 24. *Februarij* 1620. *& in Ianuen. Abbatiæ* 22. *Iunij* 1616 *num.* 1. vbi aliæ adducuntur, quibus addi poteſt *Seraphin. deciſ.* 1270. *num.* 1.

B Adde *Rotam in deciſ* 173. *ſub num.* 1. *& deciſ.* 186. *ſub nu. etiam* 1. *par.* 2. *recent. Caputaq. deciſ.* 248. *num.* 1. *par.* 3. *Seraphin. deciſ.* 380. *num.* 1. *Beltramin. in addit. ad deciſ.* 177. *Gregor XV. num.* 9. & dictum fuit infra *in Praten beneficij*
10 24. *Februarij* 1620. *num.* 7. Et hæc ſcientia debet eſſe certa, nec ſufficit interpretatiua, & veriſimilis *Seraphin. deciſ.* 1173. *num.* 3. cum alijs per *Rotam d. deciſ* 173. *ſub num.* 1. *& d deciſ* 186. *ſub num.* 2. *par.* 2. *recent. Beltramin. loco cit.* & late *in d. Praten. beneficij*, *Gabr. conſ* 185. *num.* 6. *lib.* 2. *Garc. de beneſic par.* 10. *cap.* 3. *num.* 34. faciunt tradita per *Aym conſil.* 221. *num.* 28 *Roland. conſil* 40. *num.* 9. *lib.* 3. *Caſſador. deciſ* 2 *num.* 4. *de pœn Ruin. conſil.* 66. *num.* 18. *lib.* 3. *Put. deciſ.* 47. *lib.* 1. *Verall deciſ.* 35 *num.* 7. *& deciſ* 116. *num.* 4. *lib.* 1. *Natta conſ* 162. *num.* 33. *& conſ* 456. *num* 18. *Tiraquel de retract. lignag.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 30. cum alijs per *Seraphin deciſ.* 133. *num.* 2. *& deciſ* 991. *num. etiam* 2. & ius præſentandi conſeruatur in vno ex patronis, qui ſcientiam huiuſmodi vacationis non habuit, alijs propter ſcientiam excluſis, *Rota in Spoletana beneficij* 28. *Maij* 1590. *coram Cardinali Blanchetto relata per Garc de beneſic. par.* 10. *cap.* 2. *num.* 41.

C *Garc de beneſic. par.* 10. *cap.* 3. *num.* 13. *et* 14. vbi Rotæ de-
11 ciſiones refert, & ſequitur. & eadem ſcientia requiritur etiam in Archiepiſcopo, à quo fit deuolutio ad Papam *cap. licet de ſupplen. neglig. præl. Roman. conſ* 361. *num.* 6. *Garc. d. cap* 3. *num* 3. prout fit ab Epiſcopo, & Abbate exempto *Rebuff. in praxi tit. de deuol. num.* 36. *Gonzal*
ad

ad reg. 8. *gloſ.* 24. *num.* 88. qui alios cumulat. An autem præſumatur in Archiepiſcopo ſcientia circa vacationem beneficij in diœceſi Suffraganei, vide *Garc.* vbi ſupra *à num.* 21. *vſque ad* 30. infra. Qui *d. par.* 10. *cap.* 4. *num.* 30. aduertit cum Mandoſio *reg.* 24. *de annal. quæſt.* 90. *num.* 6. quòd duobus modis poſſunt impetrari beneficia deuoluta, vel iuxta ſtatuta Lateranen. Conc. & tunc debet probari ſcientia, & deuolutio gradatim, iuxta firmata in deciſione, & ſupra allegata; vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris, ſeu patroni: & ex quo Papa poteſt concurrere cum Epiſcopo, ſeu Archiepiſcopo, vel Capitulo, ad quos facta eſt deuolutio *Abb. in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. prab. num.* 5 *Garc. de beneſ. par.* 5. *cap.* 1. *a num.* 8. tunc ſufficit probare negligentiam *Gonzal.* §. 3. *proœm. a num* 3. *et* §. 4. *num.* 88.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Giennen. portionis.

Merc. 13. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum ipſo iure; & quid in hoc operetur contraria conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Portionarij, & dignitatem in Eccleſia Cathedrali habentes ad perſonalem reſidentiam tenentur.*
2 *Beneficia duo reſidentiam requirentia ſunt incompatibilia.*
3 *Beneficium primò obtentum per aſſecutionem alterius incompatibilis vacat ipſo iure. Declara vt num.* 18. *& ſeqq.*
4 *Statutum iuris communis correctorium non extenditur ex identitate, vel maioritate rationis.*
5 *Extenſio de vno caſu ad alium ceſſat in prouenientibus ex priuilegio Principis.*
6 *Dignitatem habens, abſurdum eſt, vt portionem retinere poſſit, pro qua teneretur, inferiori etiam ſeruitio miniſtrare.*
7 *Conſuetudo contra ius requirit lapſum quadraginta annorum.*
8 *Diſpenſatio probat actum, ſuper quo data eſt, eſſe contra ius.*
9 *Fieri non poſſe dicitur, quod fit per viam diſpenſationis.*
10 *Error facti conſenſum excludit.*
11 *Conſuetudo ex certa ſcientia, & non per errorem inducta eſſe debet.*
12 *Conſuetudo retinendi beneficia incompatibilia non valet, abſquè conſenſu Capituli ſaltem tacito.*
13 *Conſenſus, & ſcientia maioris partis Clericorum requiritur ad inducendam conſuetudinem retinendi incompatibilia.*
14 *Conſuetudo vt inducatur, actus fieri debent animo, & intentione conſuetudinem inducendi.*
15 *Ordinarius præſumitur informatus de ſtatu Eccleſiæ, cum teneatur ſcire.*
16 *Acceptans prouiſionem beneficij tanquam vacantis per promotionem illud obtinentis ad aliud, confitetur, beneficium, de quo ſimiliter prouiſum fuerat, eſſe incompatibile.*
17 *Concilij Tridentini verba generalia tollunt etiam conſuetudines alioquin rationabiles.*
20 *Decretum de dimittendo non obligat ad dimiſſionem primi beneficij, niſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi; ad quod ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales.*
22 *Beneficium primò obtentum non vacat per aſſecutionem beneficij, ſeu dignitatis, quæ datur ad tempus, non autem in perpetuum.*
23 *Vacatio primi beneficij non inducitur per aſſecutionem ſecundi, niſi poſt duos menſes à die pacificæ poſſeſſionis: poſt quod tempus beneficium primum cenſetur vacare ab initio.*

DECISIO XIX.

INFORMANTE ſolùm Franciſco, DD. dixerunt, ſententiam Rotalem canonizatoriam collationis eidem factæ ab Ordinario Portionis, de qua agitur, eſſe cõfirmandam. Potuit enim Epiſcopus Portionem conferre, vtì vacantẽ ex eo, quòd Gomeſius, qui illam obtinebat, Scholaſtriam in eadem Eccleſia fuerat aſſecutus; quia cum certum ſit, Scholaſtriam eſſe dignitatem in Eccleſia Giennen. tam ex ſtatuto eiuſdem Eccleſiæ, quàm ex prouiſione, cuius vigore Gomeſius poſſidet:
1 atque ita tàm illam, quàm Portionem perſonalem reſidentiam requirere, ex *Sac. Conc. Trid. diſpoſitione ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reform. verſ. præterea*, & abſolutè, non ratione fructuum tantùm, *verſ. creſcente verò*, reſulta-
2 bat incompatibilitas vtriuſque tam de iure ad *not. in cap. fin. de cler. non reſid.* de communi *Capra reg.* 90. *num.* 136. *Hosed. de beneſ. incomp. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 30. *&* 34. quàm ex eodem *Sac. Conc. d. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 17. *verſ. liceat nihilominus*, & conſequenter vnam per alterius aſſecutionem ipſo iure vacaſſe, ex eiuſdem *Sac. Conc.* cenſura *ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 4. & ita declarauit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Conc. interpretum in cauſa Aquilana, in qua reprobatur deciſio bonæ mem. *Card. Lancellotti in cauſa Maceraten. beneſ.* 17. *Iunij* 1575. relata *inter impreſſas diuerſ. deciſ.* 484. *par.* 1. quatenus contrarium videbatur ſentire, & in alijs; & ſæpius Rota ſecuta fuit, præſertim *coram bon. mem. Orano, Pacen. Litta, & Cardinali Pamphilio*, vt ex *Molin. ſuper reg.* 8. *gloſ.* 15. *num.* 18. & 19. *Add. ad pract. Diaz cap.* 48. *verſ. ipſo iure*, & benè etiam deducitur in deciſ. in hac cauſa
A facta 5. *Iunij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo.* A
Neque obſtare ſtatutum Eccleſiæ, permittens retentionem Dignitatis cum Canonicatu; quia (vt in eadem deciſione dicitur) cum ſtatutum ſit correctorium iuris com-
4 munis, & Sac. Conc. prohibentium retentionem incompatibilium, extendi nõ poteſt ad retentionem Dignitatis cum Portione, de qua non loquitur, quamuis eadem, vel maior ratio militaret *Bart. in auth. quas actiones, num.* 7. *&* 9. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi alij ſequuntur. *& Iaſ. num.* 20. *verſ. ex quibus*, de vera, & communi teſtatur *Caſtren. & Pau. in deciſ. allegati Bart. in l. ſi conſtante num.* 39. vbi de communi, *Ripa num.* 57. *&* 58. *ff. ſolut. matrim. Alex. conſ.* 6. *num.* 1. *& conſ.* 167. *num.* 13 *lib.* 7. de communi *Soccin. conſ.* 28. *num.* 25. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 52. *num.* 8. *Pariſ.* qui de communi *Scriben. conſ.* 69. *num.* 175. *lib.* 3. Tantò minùs, cum ſtatutum ſumpſerit robur ex ſpeciali
5 cõfirmatione Apoſtolica, & in prouenientibus ex priuilegio Principis, ceſſat extenſio de vno caſu ad alium, vt argumento *l. ius ſingulare ff. de leg.* tradit *Alex. in l. ſeriniarios num.* 2. *in fin. C. de milit. teſt.* Imò placebat Dominis diuerſitatis ratio in deciſione conſiderata inter retentionem Canonicatus cum Dignitate, & retentionẽ Portionis; quia Canonici habent æqualia ſeruitia cum Dignitatibus, at Portionarij inferiora; vndè incõueuiens, & abſurdum videbatur, vt habens Dignitatem retinere
6 poſſet etiam Portionem, pro qua teneretur in inferiori etiam ſeruitio miniſtrare contra *notata in cap. ſtatuimus, de maior. & obed.*

Mi-

Minùs refragari prætenſam conſuetudinem retinendi di-
gnitatem cum portione. Quia quatenus deducitur ex
7 inſtrumentis, non probatur, illam eſſe quadragenariam,
qualis (cum ex prædictis verſemur in conſuetudine con-
tra ius) requiritur *cap. vlt. in fine*, vbi *gloſ. vlt. in princip.
de conſuet.* ibique Card. *num.* 27. *verſ.* 32. *quæro*, *Butr.
ſub num.* 39. *verſ. vndè tenent* Canoniſtæ, *Bellam. num.* 21.
in 2. quæſt. verſ. Canoniſtæ, *Anan. num.* 11. vbi quòd
omnes ſequuntur *Abb. num.* 11. *verſ. conſuetudo eſt con-
tra Imol. num.* 15. *Anchar. ſub num.* 7. *Bart. in l. de qui-
bus num.* 14. *in fin. ff. de leg. Roman. ſing.* 103. *Ant. Burg.
in rep. cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 25. *de conſtit.* & in
conſuetudine retinendi incompatibilia *Hoed. de benef.
incomp. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 14. Illa enim non poteſt
incipere ex prouiſione facta de anno 1563. Franciſco
Valdiuiæ Prioratum in Eccleſia obtinenti, de portione.
Nedùm quia eſt ante Concilium de anno ſequenti pu-
blicatum, quo tempore talia beneficia fuiſſe compatibi-
lia tradunt *Mohed. deciſ.* 13. *de præbend.* & *Put. deciſ.* 227.
lib. 3. *ſecundùm vltimam impreſſ.* ſed quia portionem
8 impetrauit cum ſpeciali diſpenſatione Apoſtolica, quæ
probat retentionem aliàs fuiſſe illicitam, ex natura
diſpenſationis, *Specul. de diſpen. in princip. Oldrad. conſil.*
327. *num.* 1. & 2. *Doct. in cap. at ſi clerici*, §. *de adulterijs
9 de iudic.* & quòd per viam diſpenſationis fit, fieri non
poſſe dicitur *gloſ. in can. ventum eſt, verbo non poſſum* 1.
quæſt. 1. *Tiraquel. de retract. lign.* §. 32. *gloſ. vnic. ſub
num.* 59. vndè deducto tempore, quo Valdiuia Priora-
tum cum portione ex dicta diſpenſatione retinuit vſque
ad annum 1579. remanet excluſa quadragenaria, & ſic
ſublatæ prouiſiones ſubſequentes ad fauorē Martini Ce-
ron, & Franciſci Godoi, vt latè deducitur in alia de-
ciſione *coram D. meo Vbaldo.* Quæ etiam prouiſiones Go-
doi, & Ceron non releuarent, quia Capitulum admiſit
Godoum ad portionem expreſſa cauſa, attenta gratia,
quam illi fecit Papa, vt poſſit Prioratum, & portionem
10 ſimul obtinere, *in ſummario* num. 5. Vndè error hic facti
conſenſum excludit *l. ſed hoc ita* 20. *vbi gloſ.* citat concor-
11 dantes *ff. de aqu. plu. arcend.* & ſic conſuetudinem, quæ
debet eſſe inducta ex certa ſcientia, & non per errorem
*gloſ. magna in can. fruſtra, verſic. item quòd non per er-
rorem* 8. *diſtinct.* & *in d. cap. fin. verſ. item quòd ex certa
ſcientia*, vbi in errore facti Doct. communiter *de conſue-
tud. Bart. in l. de quibus num.* 6. *verſic. rectè initiatum ff. de
legibus Faber in* §. *ex non ſcripto num.* 7. *Inſtit. de iur.
nat. gent.* & *ciu.* vbi ita gloſ. & Doctores vbique tenere
teſtatur *Miſyng. obſer.* 41. *num.* 11. & 12. *cent.* 6. *Cyn.
l.* 1. *num.* 11. *in quarta quæſt.* C. *quæ ſit longa conſuetudo*,
vbi maximè quando eſt contra ius. Quatenus verò ex
teſtibus; illi vel deponunt de retentione Canonicatus
cum dignitate, in quo adeſt prædictum ſtatutum: vel ſi
aliqui deponunt de cōſuetudine retinendi Portionem cū
Dignitate, reſtringunt ſe ad retentionem Prioratus cum
portione per dictos Valdeniam, & Godou, quorum
primum cum conſtet habuiſſe diſpēſationem, ſecundum
nunc viuentem admiſſum erroneè cum præſuppoſito,
12 quòd illam haberet, excluditur conſuetudo, nedum ex
prædictis, ſed & quia ceſſat tacitus conſenſus Capituli,
vt in Eccleſia plures dignitates retineri poſſint, qui eſt
cauſa immediata conſuetudinis. *Angel. in d. l. de quibus
num.* 28. *ff. de leg. Miſyng. d. obſer.* 41. *num.* 12. *verſ. vn-
13 dè* & *ſi*; cum tamen debuiſſet probari ſcientia, & con-
ſenſus maioris partis clericorum *Alex. conſ.* 196. *num.*
14. *lib.* 2. *Hoied. de benef. incomp. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 17.
14 & deduci actus facti animo conſuetudinem inducendi
gloſ. 1. *in princ. in can. conſuetudo*, 1. *diſtinct.* & *in can. fru-
ſtra, verſ. item quòd eo animo* 1. *diſtinct.* & *in d. cap. fin.
verſ. item requiritur, quòd ſit vſus*, & *verſ. item requiritur,
quòd maior*, vbi *Abb. num.* 12. *verſ. ſeptimò requiritur de
conſuet. Dec. conſ.* 115. *num.* 3. & *conſ.* 402. *num.* 6. *verſ.*
& *pro iſta concluſione.* & tandem magis excluditur con-
ſuetudo, cum actus prædicti admittendi cum diſpenſa-
tione, vel illius præſuppoſito ſonent in contrarium, vt
ſupra *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus in fin. ff. de re-
gul. iur. Roman. conſ.* 268. *num.* 7. Accedit ad excluſio-
nem prętenſæ conſuetudinis vltra præſumptionem, quòd
15 Ordinarius ſit informatus de ſtatu ſuæ Eccleſiæ, cum te-
neatur ſcire *gloſ. in reg. præſumitur verſic. in his autem
de regul. iuris in* 6. *Rot. deciſ.* 166. *in princ. par.* 1. *diuerſ.*
& teſtes Franciſci, quorum primus eſt Canonicus à 50.
annis citra, duo Cappellani, alter Sacriſta, & alius olim
Cantor eiuſdem Eccleſiæ deponentes nunquam vidiſſe,
vel audiuiſſe, retentas portiones, vnà cum dignitatibus
16 in dicta Eccleſia, niſi ex diſpenſatione Apoſtolica; con-
feſſio Gomeſij reſultans ex acceptatione prouiſionis ſibi
factæ ab eodem Ordinario de Scholaſtria eodem modo,
quo prouiſio facta Franciſco de portione, vti ſcilicet
vacante per promotionem Didaci illam obtinentis ad
Archidiaconatum Baecenſem, & per incompatibilita-
tem illius cum Archidiaconatu, *in ſummario num.* 1. qui
Archidiaconatus eſt vna ex octo dignitatibus in Eccleſia
Giennen. *in ſummario num.* 2. ad *Ægid. deciſ.* 596. *incip.
17 ſi A.* quem Rota ſequitur. Præterea prætenſa conſuetu-
do videtur ſublata ex verbis generalibus, Sac. Concil.
quæ tollunt etiam conſuetudines alioquin rationabiles,
vt reſpondit Sac. eiuſdem Congreg. Epiſcopo Tarraco-
nen. Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Idem deciſum fuit infra in *Taurinen. Theſaurariæ* 15.
Maij 1620. *num.* 2. & *in Pacen. portionis* 15. *Iunij* 1615
*coram bonæmem. Dunozetto, in Salamantina dimidiæ portio-
nis* 11. *Decembris* 1585. *coram Orano, Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap.* 133. *num.* 28

Declara tamen, vt per aſſecutionem ſecundi beneficij in-
18 compatibilis tunc cenſeatur vacare primum, quando ſci-
licet prouiſus poſſeſſionem ſecundi pacificè adeptus eſt,
vel per eum ſtat, quominus eam adipiſcatur *Garc. de bene-
fic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 100. & fuit dictum infra *in Calagu-
ritana beneficij de Brencauilla* 13. *Martij* 1615. *coram D.
meo num.* 2. & adeptio, & poſſeſſio ſecundi debet eſſe pa-
cifica, non ſolùm de facto, ſed etiam de iure, ideſt non
litigioſa, ſed ſinè moleſtia iuris, & facti, iudiciali, & ex-
traiudiciali *cap. commiſſa*, & ibi *Gloſſ. Archid.* & *Io. Andr.
de elect. in* 6. *d. cap. licèt Epiſcopus, de præben. eodem lib. Bel-
lam. deciſ.* 82. 153. & 597. *Caſſador deciſ.* 9 *num.* 1. *de cauſ.
poſſeſſ.* & *propriet. Rebuff. de pacific. poſſeſſor num.* 165. *Go-
meſ. in reg. de triennal. quæſt.* 53. *Hoed. de incompatib. be-
nefic. cap.* 13. *num.* 80. *Maſcard. concluſ.* 183. *num.* 40.
de probation. Seraphin. deciſ. 997. *num.* 2. & *ſequentib.*
& 853. *num.* 3. & 1254. *num.* 1. & 2. vbi quod de-
20 cretum de dimittendo non obligat ad dimiſſionem pri-
mi, niſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi, ad quā
excludendam ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, & de
facto, *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. *num.* 127. *Garc. loco cit.
num.* 103. *Rota in Corduben. Cappellaniæ* 27 *Iunij* 1606.
*coram Reuerendiſsimo Patriarcha Pamphilio Adden. ad Gre-
gor. XV. deciſ.* 431. *num.* 12. dummodo non ſint affecta-
tæ à poſſeſſore vtriuſque beneficij, vt in *deciſ.* 1. *R. P.
21 D. meo Nauarro.* Et talis pacifica poſſeſſio debet eſſe ne-
dum tituli, & beneficij ſecundi, ſed etiam fructuum, & bo-
norum beneficij, ſeu maioris partis eorum; nam ſi fructus
ſecundi beneficij, vel maiorem eorum partem habere ne-
quit, eò quia ex priuilegio, vel aliàs ad alium pertinent ad
tempus, non vacat primum, *cap. ſi tibi conceſſo*, & ibi
Gloſſ.

Digitized by Google

Gloſſ. fin. de præbend in 6. Panormit. num. 16. & Doctor. communiter *in d. cap. de multa, de præbend. & cap. cum in cunctis, §. 1. de elect. Franc. in d. cap. commiſſa num. 3. Villadieg. de legat. quæſt. 14. par. 1. num. 95. Staphil. tit. de qualit. & ſtat. beneſic. §. huiuſmodi num. 12. Addit. t. ad Rot. deciſ. 3. de præbend. in nou. Caſſador. d. deciſ. 9. num. 21 de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Gomeſ. in reg. de annal. quæſt. 47. verſ. hinc videmus, & in reg. de triennal. quæſt. 53 verſ. et ideo Hoied. d cap. 13. num. 48. et num. 80. verſ. tertiò declaratur, Seraphin. d. deciſ. 953. num. 1. Garc. d. cap. 5. num 123.*

Sicut neque vacabit beneficium primò obtentum per aſſecu-
22 tionem officij, ſeu dignitatis, quæ datur ad tempus, nec in titulum perpetui beneficij confertur, vt eſt *tex. expreſſus in d. cap. de multa de præbend notant. ibi Innocent num. 6. Ancharan num. 15. Imol. num. 136. Panormit. num. 22. et 23. et in cap. 1. de conſuetud in 6. Rota in Seguntina Theſauraria 29. Aprilis 1596. coram Orano* apud *Garc. d. cap. 5.*
23 *num.* 181. datur tamen ſpatium duorum menſium ad dimittendum primum beneficium, inchoando à die pacificæ poſſeſſionis ſecundi, ante quod tempus non datur vacatio, etiam ſi in eis lis mota non fuerit *Caſſador. d. deciſ. 9. num. 2. Maſcard. d. concluſ. 183. num. 47. Gabr. conſil. 193. num. 8. et 9 lib. 1.* & fuit dictum in *Calaguritana beneficij de Arnedo 22. Ianuarij 1622. coram R. P. D. meo Merlino*, verum poſt lapſum duorum menſium cenſetur primum beneficium vacare a principio captæ poſſeſſionis, *Garc. loco cit. num. 114. et 116.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Brunduſina pecuniaria.

Ven. 15. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Renunciari an poſſit, & quando renunciatum cenſeatur priuilegio l. 2. ff. & C. quòd cum eo. Item quando renunciatio trahatur ad ignorata: & quando filius familias prohibitus contrahere ſinè conſenſu patris poſſit ad fauorem eiuſdem patris fideiubere.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Renuncians omni legum, & iuris auxilio, *cum iuramento, ſufficit ad tollendum priuilegium, ne quis conueniatur vltra id, quod facere poteſt. Contra num.* 10.

2 *Renuncians beneficio* l. 1. 2. & totius tit. ff. & C. quòd cum eo, *in indiuiduo, illo gaudere non poteſt.*

3 *Renunciari poteſt beneficio* l. 1. & totius tit. ff. & C. quòd cum eo, *maximè cum iuramento, licèt fauore publico inductum eſſet, & num.* 12.

4 *Renunciato priuilegio, ne quis teneatur vltra id, quod facere poſſit, an valeat, ſi renuncians non fuit certioratus de iuribus huius beneficij, & num.* 13.

5 *Turpitudinem ſuam allegare nemo poteſt.*

6 *Minor Doctor in integrum non reſtituitur.*

7 *Filius quando pro patre fideiubet, non comprehenditur in pragmatica Regni, prohibente recipi obligationes filiorum familias abſque expreſſo patris conſenſu.*

8 *Filius maior 25. annis poteſt pro patre efficaciter fideiubere.*

9 *Priuilegium, vt quis non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, quibus perſonis competat.*

11 *Clauſula*, Renuncians omni legum auxilio, *non extenditur ad exceptiones ſuperuenientes, nec ad illa, quæ habent effectum, & cauſam de futuro.*

DECISIO XX.

DOMINIS, vna tantùm parte informante, placuit perſiſtere in reſolutione capta decimaprima Aprilis 1611. coram Reuerendiſſimo Lugdunen. decretum Vicarij Brunduſini declarans, Granaſeum potiri debere beneficio *l. ſecundæ, & totius tit. ff. & C. quòd cum eo, qui in aliena poteſt.* eſſe reuocandum. Ratio fuit, quia cum Granaſeus in inſtrumento fideiuſſionis huic beneficio renunciauerit, non ſolùm ex clauſula, *renunciauit omni legum, & iuris auxilio* cum iuramento,
1 quam ſufficere ad tollendum priuilegium ne quis con-
A ueniatur vltra id, quod facere poteſt A, *ex Corn. Gozad. & Roland.* firmatur in alia deciſione, quibus addi poſſunt *Moder. Senen. de priuileg. iurament. priu. 56. num. 6. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 78. num. 26. & 27. Ladercb Imol. conſ. 30. num.* 11. licèt in hoc contradicat
2 *Franc. deciſ.* 181. Sed (quod tollit difficultatem) in indiuiduo illo gaudere non poteſt *ex reg. l. quæritur 14. §. ſi venditor ff. de ædil. edict. & l. Herennius 63. ff. de euict. gloſ. in cap. quàm periculoſum 7. quæſt. 1.* Poſſe autem huic beneficio renunciari, ſentit *Alber. in rubr.*
3 *ff. quòd cum eo: num. 1. verſ. continuè*, quem *Pariſ. conſ. 94. num. 45. in fin. lib. 1.* benè *Franc. deciſ 164. num. 7. & d. deciſ. 181. in princ. num.* 9. Et vbi renunciatio eſt iurata, vt iſta, hoc eſt indubitatum etiamſi priuilegium, ne quis, vltra id, quod facere poſſit, conueniatur, ſecundariò eſſet fauore publico inductum *Ladercb. Imol. d. conſ. 30. ante num. 11. verſ. quod ex theor. Bart. in l. ſi quis pro eo num. 8. ff. de fideiuſſ.* generaliter firmantis, poſſe ſimilibus beneficijs cum iuramento renunciari *Surd. de alimen. d. quæſt. 78. num.* 49. Vbi quòd renunciari po-
B teſt, ſi non ſit inductum ratione reuerentiæ B,
Neque obſtat, Granaſeum non fuiſſe de huius beneficij
4 iuribus certioratum, cum tamen renunciatio non trahatur ad ignorata *l. mater ff. de inoff. teſtam. l. cum Aquiliana ff. de tranſact. cum ſimil.* Quia omiſſo, an ſtante iuramento renunciatio trahatur etiam ad ignorata, vbi illa in iure conſiſtunt, vt hic, *Alex. conſ. 133. num. 13. & 14. lib. 5. Dec. conſ. 350. num. 10. & conſ. ſeq. num. 8. Modern. Senen. de priuil. iuram. priu. 119. ſub num. 2. verſ. ſolue*, & vbi eſt facta mentio de beneficio competente *ad l. ſub pretextu la ſeconda*, vbi *Bart. C. de tranſact. Aret. conſ. 33. num. 10. verſ. ad tollendum, Illuſtriſſimus Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 16. tit. 18.*
C *num. 12. verſ. neque obſtat.* C, Cum renuncians dicatur in inſtrumento iuris vtriuſque Doctor præſumitur
D in eo iuris ſcientia D, & dicendo contrarium turpi-
5 tudinem ſuam allegaret, quod non poteſt *l. profeſſio C. de muner. patr. lib. 10. l. 2. §. Quintus Mutius ff. de orig. iuris.* Qua ratione in fortiori, nec minor Doctor in in-
6 tegrum reſtituitur, Doctores omnes *in l. 1. C. qui. & aduer. quos*, cum alijs relatis per *Odd.* qui de magis com-
E muni *de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 23. art. 7.* E. Quo verò ad nullitatem obligationis, ex pragmatica Regni
7 prohibente recipi obligationes filiorum familias abſque expreſſo patris conſenſu, & in decreto Vicarij reſeruatam, viſa fuit non obſtare. Quia vltra quòd ille hic interuenit, inter alias reſponſiones datas in alia deciſione in hac cauſa facta, placuit illa, quòd hic caſus, quando filius pro patre fideiubet, non ſit in conſtitutione comprehenſus, tanquã correctoria ſtrictè intelligenda, ideoq; ſub iuris communis diſpoſitione remaneat, quæ eſt, vt filius maior 25. annis poſſit pro patre efficaciter fide-
8 iubere *l. filius fam.* 8. vbi gloſ. *in verſ. tenetur Bart. Bald. Salyc. & Donell. C. de fideiuſſ. l. ſi paternam, C. ad Velleian,*

letan,

leian. l. 1. *C. de filio fam. min.* quod in termino pragmaticæ tenet *Carauit. ead. pragmat. de Senat. Macedon. §.* 11. *num.* 11. *&* 16. Tanto minus dici poteſt comprehenſus, quòd pragmatica mota fuit ad diſponendum, conſenſum patris interuenire debere ratione præiudicij, & damni, quod illi ex contractu filij inferri poſſet, *Carauit. ibidem §.* 5. *à num.* 15. *ad finem*. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Quibus perſonis competat huiuſmodi priuilegium, vt non
9 conueniantur, niſi in quantum facere poſſint, & deducto ne egerint, latè *Ioan Faber in §. ſunt præterea, verſ. item ſi de dote, Inſtit. de action. Addit. ad Capell Tholoſ quæſt.* 259 *num.* 3. quæ ſunt pater à filio, patronus à liberto, donans à donatario, ſocius à ſocio, maritus ab vxore, ſocer à genero, vel nuro, filius pro patre; quid autem de ſubdito, & Prælato, de Scholari, & Doctore, vide *Fabr. loco cit. verſ. ſed & ſi quis.* Et quòd etiam competat fratri, latiſſimè *Theſaur. deciſ Pedemont.* 119. *per tot poſt Iacob de Rauen. in l. verum ff pro ſocio, & Ioan. Fabr. vbi proximè*, licèt contrarium teneant *gloſ. Petr. Iacob. Butrig. Rayner Bart. Bald. Salycet. Alberic. & Fulgoſ in d l. verum, Iaſ in §. ſed & ſi quis cum parente num.* 4. *Inſtit. de action. Petr. de Vbald. de ſociet par.* 15. *col.* 2.

B Quòd per Clauſulam, *Renuncians omni legum auxilio, &c.* cenſeatur renunciatum beneficio, ne quis conueniatur, vltra quàm facere poteſt, præter citatos in hac deciſione, tradunt *Bertazzol. de clauſul. inſtrum. clauſ.* 30. *gloſſ.* 6. *num.* 4. *Mart. de clauſul. par* 1. *clauſ* 139 *aliàs clauſ.* 136. *Auguſt. Barboſ eod. tract. clauſ.* 133. *num.* 8. *in vlt. impreſſ.*

Contrarium præter *Franc.* in deciſione allegatum latè de-
10 fendunt *Corbul. de priuat. ob non ſolut. canon limit.* 41. *num.* 3. *Amat deciſ* 16. *num.* 50. *Mar. Giurb. deciſ. Sicil.* 42. *num.* 22. *Gratian diſcept. forenſ. cap.* 799. *num.* 25. ea ratione; quia Clauſula, *Renuncians omni legum auxilio, &c.* non extenditur ad exceptiones ſuperue-
11 nientes, nec ad illa, quæ habent effectum, & cauſam de futuro *Bart in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, num.* 1. *verſ. oppono extra gloſ* & ibi *Iaſ. num.* 6. *ff. ſi quis caution. Roman conſil* 472. *num* 4. *&* 5. *Ruin conſil.* 98. *num.* 6. *lib.* 5. *Gabr de fideiuſſor. concluſ* 1. *num.* 94. *Mantica de tacit. lib.* 16 *tit.* 18 *num.* 16. *Rimmald. iun. conſ.* 72. *num.* 93. *lib.* 1. *Gratian* qui de veriori, & magis recepta ſententia, & alij vbi proximè: vide infra ad materiam in hac eadem cauſa 21. *Aprilis* 1614. cum ibi not.

C Idem firmatum fuit infra in hac eadem cauſa 21. *Aprilis*
12 1614. *num.* 5. quæ eſt deciſio 580. *par.* 1. *recent. & in Romana nullitatis obligationis* 24. *Nouembris* 1617. in qua vide, quæ notaui.

D Quòd renunciatio cum iuramento omnibus beneficijs com-
13 petentibus extendatur etiam ad ignorata idem *Bartol. in l. ſi ſub conditione, num.* 21. *ff de teſtam. tut. Gratian. diſcept. forenſ cap.* 834. *num.* 21. & dictum fuit infra in *Veneta donationis* 7. *Nouembris* 1614. *num.* 5. impreſſa inter *recent. par* 1. *deciſ* 665.

E *Maſcard de probat. concluſ.* 528. *num.* 7. *&* 9. *& concluſ.* 592. *num.* 3. nam ius, in quo verſantur, ignorare non præſumuntur *Ioſeph ſeſſ deciſ Aragon.* 109. *num.* 25.

F *Ludouic. Montaluus de reprob ſententia Pilat. artic.* 5. *num.* 69. *Girond. de priu. ſeu exempt. explicat. num.* 1373.

G Idem dictum fuit infra in hac eadem cauſa 21. *Aprilis* 1614. *num.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina beneficij.

Merc. 20. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Plura explicantur quæ iuriſpatronatus materiam reſpiciunt; & de qualitatibus à fundatore appoſitis, & obiter declaratur an, & quando qualitas in præcedentibus appoſita cenſeatur in ſubſequentibus repetita, & è contra.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus à patre fundare Eccleſiam, ſi ſponte id fecerit, iuſpatronatus acquirit.*
2 *Patronus non poteſt ad beneficium vacaturum præſentare, vel procuratorem ad præſentandum conſtituere, niſi huiuſmodi conditio in limine fundationis appoſita eſſet.*
3 *Patronus poteſt in limine fundationis apponere pacta, & conditiones, quas vult, etiam iuri communi contrarias, dummodo Epiſcopi conſenſus accedat.*
4 *Fundator iuriſpatronatus poteſt in limine erectionis adijcere conditionem, vt prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem in beneficio, nulla ſecuta Ordinarij inſtitutione.*
5 *Patronus poteſt ex priuilegio, vel conſuetudine ſimul cum beneficiato in vita ipſius eligere ſucceſſorem etiam ſinè Papæ licentia.*
6 *Voluntas fundatoris in primæua inſtitutione maiorem vim habet, quàm conſuetudo, vel priuilegium.*
7 *Teſtatoris diſpoſitio, quòd in defectum agnatorum, in beneficio præſentandus ſit deſcendens ex eius ſorore, valida eſt.*
8 *Sequentia referri non poſſunt ad præcedentia, quando in medio adſunt alia capitula ſeparata.*
9 *Relatio non fit ad præcedentia, quando qualibet oratio eſt perfecta, etiam ſi adeſſent dictiones repetitiuæ, vt dictio,* item, etiam, copula &, *& ſimiles.*
10 *Ordinare aliud eſt, aliud coniungere.*
11 *Relatio ceſſat, vbi eſt aliqua ratio diuerſitatis inter proxima, & remota.*
12 *Relatio non fit ad ſuperiora, quando præcedentibus vni eſt ſpecialiter prouiſum.*
13 *Conditio in vltima clauſula poſita non refertur ad præcedentia, quando apparet teſtatorem habuiſſe maiorem affectionem erga filium, quàm in alios.*
14 *Prædilectus in vna parte teſtamenti cenſetur etiam prædilectus in alijs.*
15 *Ratio maioritatis affectionis ad perſonas in vno capite, quam ad alias in alio capite expreſſas, facit clauſulam non referri ad omnia, ſed ad præcedentia tantùm.*
16 *Relatio non fit ad præcedentia contra voluntatem teſtatoris.*
17 *Præſentandus ad iuſpatronatus ſi eſt incapax, & inhabilis, patronus poteſt alium nominare, perinde ac ſi ille non extaret.*
18 *Primò vocato incapace exiſtente, locus fit ſequenti, perinde ac ſi primus non adeſſet.*
19 *Sacerdotij qualitas vbi requiritur in præſentando, ſufficit, eundem poſſe intra annum ad illud promoueri.*
20 *Teſtator vbi voluit, quòd præſentandus ad ſuum iuſpatronatus quatuor minores vel alium ordinem habuerit, non ſufficit habilitas.*
21 *Laicus non poteſt ad beneficia ſimplicia præſentari, nec ſufficit, ſi poſtea incontinenti clericetur.*

Iuſpa-

22 *Iuſpatronatus deſtinatum habetur pro erecto.*
23 *Mandare quis poteſt erigi beneficium, & conſtituere patronum, qui ad illud, cum erectum fuerit, præſentet.*
24 *Procurator non habens mandatum, ſi pars cum eo litigauerit, & nunquam oppoſitum fuerit, cenſetur approbatus.*
25 *Mandatum non interueniſſe poſt litem conteſtatam, probandi onus opponentis eſt.*
26 *Mandatum ſatis eſt producere, quando pars opponit.*

DECISIO XXI.

TENVERVNT DD. Sententiam Vicarij Fauentini inſtitutionis Centelli ad beneficium iuriſpatronatus, de quo agitur, ſatis iuſtificari ex præſentatione de illo facta per ſpecialem Procuratorem Io. Baptiſtæ filij, & hæredis Valentis fundatoris, qui eundem
Centellum vigore facultatis ſibi in teſtamento attribu-
1 tæ, & in erectione Patronatus reſeruatæ ad illud nomi-
A nauerat. Certum eſt enim Io. Baptiſtam qui ſponte A, iuxta patris voluntatem beneficium dotauit effectum fuiſſe patronum. Paul. de Cittad. de iurepatr. par. 3. cauſ. 1. quæſt. 22. num. 55. Lamber. eod. tract. par. 1. lib. 1. quæſt. 4. art. 7. num. 2. verſ. niſi dicas. Rot. diu. deciſ. 167. num. 6. par. 2. Imò poſſet dici fundator, cum aſſignauerit Cappellæ integrum patrimoninm non deducta, immò comprehenſa eius legitima. Et licet idem Ioannes Baptiſta eſſet etiam Rector beneficij, & regula ſit non poſſe Patronum ad beneficium vacaturum præſen-
2 tare, vel Procuratorem ad præſentandum conſtituere cap. fin. vbi Doct. de conc. præb. Paul. de Cittad. de iurepatr. par. 6. art. 3. num. 73. & 74. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. art. 19. Tamen cum hæc conditio appoſita fuerit per teſtatorem, & expreſsè repetita per Io. Baptiſtam in limine fundationis valida cenſenda
3 eſt; quia Patronus poteſt in limine fundationis apponere pacta, & conditiones quas vult cap. præterea il ſecondo de iurepatr. cap. quanto de cenſ. Lamber. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 1. Etiam ſi iuri communi contraria ſint, dummodo (vt hic) Epiſcopi conſenſus accedat Imol. in cap. conſtitutus num. 22. verſ. & hoc patet de conſuet. Felin. in tract. quando litera Apoſt. noc. par. col. 2. verſ. corroborari, & ante num. 2. latè Lambert. vbi ſupra art. 1. num. 49. Et in ſpecie valere conditionem in limine erectionis adiectam, vt prædeceſſor eligat ſibi ſuc-
4 ceſſorem in beneficio, etiam nulla ſecuta Ordinarij in-
B ſtitutione B, Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 70. & art. 3. in princ. Vbi refert conſ. Corſetti, Rotæ Auditoris pro hac parte ab alijs eminentiſſimis iuriſconſultis ſubſcriptum, & num. 13. & 14. & num. 16. verſ. quare, & num. 21. verſ. moueor, & alio, & num. 27. in fin. & num. 28. & 29. & in fin. diſtinguit conditionem, vt nulla requiratur inſtitutio valere, quando præſentatio eſt facienda per perſonam Eccleſiaſticam, vt eſſet in caſu noſtro, qui tamen eſt in longe facilioribus terminis, cum teſtator expreſſe mandauerit inſtitutionem, & confirmationem ad Epiſcopum ſpectare. Confirmatur, quia ſi poteſt induci ex
5 priuilegio, vel conſuetudine, vt Patronus ſimul cum beneficiato, in vita beneficiati eligat ſucceſſorem, etiam ſine Papæ licentia Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. art. 21. num. 7. verſ. benè dicerem, ita dicen-
6 dum eſt ex diſpoſitione fundatoris, cum maiorem vim habeat voluntas fundatoris in primæua inſtitutione, quam conſuetudo, vel priuilegium Lambert. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. art. 27. num. 10. & art. 29. num. 2. circa fin. verſ. certè iſta theorica.
Non obſtat, quod ſecundum diſpoſitionem Teſtatoris in
7 defectum agnatorum fuiſſet præſentandus, & inſtituendus Hercules deſcendens ex eius ſorore, quæ valida eſt. Gemin. in cap. cum in Eccleſia num. 5. de præb. in 6. Anchæran. in Clem. quia contingit num. 11. not. 6. de relig. dom. Felin. tract. quando litera Apoſtolica col. 2. verſ. dicit Dominicus. Nam dupliciter tollebatur, & primò, quòd iſtud onus præſentandi aliquem de agnatione, & in defectum de famila ſororis non fuit impoſitum Io. Baptiſtæ, ſed alijs futuris patronis tùm quia illa clauſula non eſt coniuncta cum illo capite, in quo datur Ioanni Baptiſtæ facultas nominandi Rectorem poſt eius mortem, ſed ad ſunt plura intermedia, ideò ad illud referri
8 non poteſt Bart. in l. fin. in fin. verſ. ſed veritas eſt ff. de reb. dub. vbi Caſtr. in princ. num. 2. verſ. 1. Colligitur Soccin. col. 2. in fin. verſ. ſic item procedit, idem Bart. conſ. 39. in fin. verſ. præterea præcedentia lib. 1. Bald. in l. fin. num. 12. quæſt. vlt. C. de indict. vid. toll. Soccin. conſ. 3. num. 19.
9 verſ. præterea licet lib 3. Et quælibet oratio eſt perfecta, quo caſu non ſit relatio ad præcedentia, etiam ſi ad eſſent dictiones repetitiuæ, item, etiam, copula, & ſimiles l. qui fundum ff. de contrah. empt. l. in repetendis vbi Bart. & Doct. ff. de leg. 3. l. Seia §. Caio ff. de fund. inſtr. Bart. conſ. 27. viſa facti. Bald. conſ. 48. num. 1. lib. 2. Alex. conſ. 66. num. 6. lib. 3. Decian. reſp. 17. num. 34. quia dictio, Item, cum ſit in diuerſa parte, & ſeparata ſignificat ordinem verborum, & non copulam, & aliud
10 eſt ordinare, aliud coniungere l. quidam ff. de pecul. leg. Bald. in d. l. fin. in fin. verſ. refert. ergo C. de indict. vid. tollen. Tum quia ceſſat relatio, vbi eſt aliqua ratio diuer-
11 ſitatis inter proxima, & remota, tunc enim fit ad proxima l. ſi idem cum eod. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 1. §. deinde cum ſeqq. ff. de poſtul. Bart. in l. talis ſcriptura §. hanc autem num. 3. verſ. aut ponitur de leg. 1. conſ. 54. ſub num. 4. verſ. hoc ſic probo Bald. in l. in actionibus in 3. not. ff. de his qui not. inf. Caſtr. d. l. fin. in 4. limitat. Felin. in cap. cauſam quæ, in 2. lim. de reſcript. Alex. conſ. 138. num. 13. verſ. ex prædictis libro 1. Diuerſitatis au-
12 tem ratio conſiderabatur primò, quia in præcedenti ſeparatio Capitulo fuerat ſpecialiter prouiſum, quòd Io. Baptiſta haberet facultatem nominandi, & eligendi Rectorem, qui ſuccederet poſt eius mortem Bart. in d. l. talis ſcriptura §. hanc autem num. 3. verſ. 1. ſi in præceden. & ibi 1 af. num. 37. Soccin. conſ. 22. num 2. verſ. præterea lib. 3. cum pluribus per Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 181. num. 6. Secundò, quia negari non poteſt,
13 quin Teſtator maiorem habuerit affectionem erga filium vniuerſalem hæredem inſtitutum quam in alios Patronos l. Publius §. Titia ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. cum acutiſſimi col. 1. verſ. quæro quòd ſi teſtator C. de fideicom. Alex. conſ. 226. num. 2. & 3. lib. 6. vnde facile dicendum venie, illi voluiſſe maiorem, & laxiorem facultatem concedere, quam alijs, quia prædilectus in
14 vna parte Teſtamenti, cenſetur, etiam prædilectus in alijs l. cohæredi §. qui partem ff. de vulg. & pupill. l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. l. Publius §. fin. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. fin. ff. ad Trebell. & in l. ſi mater. §. 1. ff. de vulg. & pupil. & ratio maioris affectionis ad perſonas in
15 vno capite, quam ad alias in alio expreſſas, facit clauſulam non referri ad omnia, ſed ad præcedentia tantùm Bart. conſ. 54. Angelus Maria col. 2. in princ. verſ. valendo tamen Alex. d. conſ. 226. num. 4. verſ. & quòd ratio l. 6.
Ex lectura etiam teſtamenti conſtare videtur, clauſulam prædictam non eſſe referendam ad præſentandum, vel nominandum per filium, & hæredem Teſtatoris, ſed ad præſentandos per alios Patronos, nam poſt facultatem conceſſam filio nominandi, ſequitur, Item voluit, quòd

poſt

Digitized by Google

poſt mortem electi, & præſentati ab ipſo ſuo hærede
perpetuis temporibus dictę Cappellæ præſentari debeat
per proximiorem de domo, &c. deinde adijcit qualita-
tes requiſitas in præſentandis per vocatos poſt mortem
primò nominati per hæredem, de quibus diſcretiuè lo-
16 cutus ſuit: ideo ceſſat relatio ex contraria Teſtatoris
voluntate *Oldr. conſ. 152. factum tale eſt, col. 2. Abb. conſ.
75. in fin. lib. 2. Alex. conſ. 48. lib. 1. Aym. conſ. 70.
num. 9.*

Secundò principaliter qoatenus etiam dici poſſet, quali-
tates à teſtatore requiſitas in pręſentandis referri etiam
ad præſentandum per filium; nihilominus potuiſſet Cen-
tellus nominari; quia idem Teſtator expreſsè diſpoſuit,
eum, qui ius præſentandi habebit, poſſe non exiſtente
aliquo de familia ipſius, vel ſororis, quem maluerit præ-
ſentare, & expreſsè etiam cauit, Rectorem præſenta-
tum eſſe debere ſaltem in quatuor ordinibus conſtitu-
tum. Cum itaque nedum tempore, quo Centellus in
quatuor ordinibus conſtitutus fuit à Io. Baptiſta nomi-
natus, ſed etiam quo præſentatus fuit coram Ordina-
rio 7. Iunij 1611. Hercules non haberet ordines, imò
nec primam tonſuram, vndè ipſe, pater, & alij pro
eo ſemper vti laico comparuerunt: & ſic eſſet incapax,
17 & inhabilis; intrabat facultas alium nominandi, perinde
ac ſi ille non extaret, *l. 1. §. vlt. verſ. & quidem ff. quòd
cuiuſq; vniu. nom. l. Gallus §. videndum ff. de liber. & poſt-
hum. l. multa. 6. in fine ff. de cond. & demonſtr. l. 1. §.
ſed ſi patronus*, ibi *pro mortuo habetur ff. de conium. cum
eman. lib.* ſicuti etiam primò vocato incapace exiſten-
18 te, locus fit ſequenti, perinde ac ſi primus non adeſſet
*l. 1. §. qui habebat vbi Bart. num. 3. ff. de bon. poſſ. contra
tab.* cum alijs *per Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 9.
num. 29. & ſeqq.* Nec facit, quod vbi etiam teſtator
19 requirit ſacerdotium in præſentato ſufficiat, eundem
poſſe intra annum ad illud promoueri *c. ſi quis de præben.
in 6. c. 2. de inſt. in 6. Ferret. conſ.* 305. prout ſupponitur,
potuiſſe Herculem intra hoc tempus ad ordines requiſi-
tos. Nam omiſſo, an Teſtator voluerit actu qoatuor or-
20 dines in præſentando, quo caſu non ſufficeret habilitas
prædicta *Rota deciſ. 1. de præbend. in nou. Ferrett. d. conſ.
305. num. 4. Rocchus de iurepatr. verb. honorificum num.*
D *21. verſ. circa illud Dec. conſ. 129. num. 5.* D, Sat eſt,
quòd Hercules non erat Clericus tẽpore pręſentationis
de Centello coram Ordioario factæ, cum tamen hoc re-
21 quiratur in præſentando etiam ad ſimplicia, adeo vt
non ſufficiat, ſi poſtea incontinenti clericetur ex *cap. 2.
de inſtit.* cum alijs *per Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 1.
quæſt. 7. art. 2. num. 15. verſ. dicere, in fin. & art. 7.
num. 7. & art. 29. col. fin. verſ. ſic aduerte ad illud*, vbi
quòd ſicut laicus non eſt capax collationis, ita nec præ-
ſentationis, licèt velit ſe promouere, & ſicut debet quis
eſſe clericus tempore dictæ collationis, ita tempore
dictæ præſentationis, & ſecuta eſt *Rota in Burgen. Ab-
batia 19. Decembris* 1588. *coram bon. mem. Penſa*, vbi
diſtinguit inter nominationem, & præſentationem co-
ram Ordinario, vt tempore nominationis non requira-
tur, ſed omnino tempore præſentationis coram Ordi-
nario.

Minùs obſtat, quòd nominatio, & mandatum ad præſen-
E tandum fuerit datum ante erectionem beneficij E, ne-
que enim videtur prohibitum mandatum ad petendam
confirmationem erectionis iuriſpatronatus, & deinde
22 præſentandum, quia iuſpatronatus deſtinatum habetur
pro erecto *arg. l. 3. §. quòd ergo ff. de contr. tut.* & in
23 ſimili poteſt qois mandare erigi beneficium, & conſti-
tuere procuratorem, qui ad illud, cum erectum fue-
rit, præſentet *Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt.
4. art. 10. num. 4. & par. 2. quæſt. 1. art. 21. num. 5.*
prout ita cantat mandatum, & priùs fuit obtenta con-
firmatio erectionis, quàm facta præſentatio in hoc ca-
ſu; ſed ceſſat difficultas ex ratificatione, & approbatio-
ne poſt beneficij erectionem, & præſentationem ſubſe-
cuta, de qua *in ſummario Centelli ſub num.* 3.

Nec denique obſtat nullitas ex defectu mandati procuræ
Centelli in Conſolum, qui cauſam egit in partibus. Quia
24 omiſſo, quòd fuit litigatum cum eo, tanquam tali,
nec vnquaoι oppoſitum, ideo cenſetur approbatus, &
onus probandi non eſſe procuratorem poſt litem con-
25 teſtatam eſt opponentis *gloſſ. in l. licet verb. inueniatur
vbi Bald. num. 10. Salycet. Fulgoſ & Caſtr. quos Alex.
num. 5. C. de proc. Felin. in cap. quoniam contra num.* 53.
verſ. 7. quæro, de probat. Natt. conſ. 126. num. 8. vbi de
communi, *& conſ. 142. num.* 7. cum hodie tantùm de
26 tali defectu opponatur, poterit doceri, illum non adeſ-
ſe, & exhiberi mandatum mihi datum, factum 6. Iunij
1611. & ſic in tempore *Rota deciſ. 19. de procurat. in ant.
Aym. conſ. 108. num. 1. Rota diuer. deciſ. 688. num. 2.
part. 1.* & ex his reſolutum fuit, ſententiam Vicarij eſſe
confirmandam.

ANNOTATIO.

A Iuſpatronatus non acquiritur ex conſtructione, ſeù do-
26 tatione neceſſariè, non voluntariè facta: quia iſta neceſſi-
tas excludit omnem liberalitatem *l. rem legatam, ff. de adi-
men. legat.* & non præſtat beneficium, qui debitum impen-
dit *l. ſi ſeruo ff. de hæred. inſtituen.* & quia iure ſpeciali in-
ductum eſt, vt laici ſint capaces iuriſpatronatus, nempe vt
alliciantur ad dotandas Eccleſias, quæ ratio ceſſat, quando
faciunt ex neceſſitate. Sic *Lambertin de iurepatron. par. 1.
lib. 1. 4. quæſt princip. art. 7. Rota deciſ. 167. num. 5. & 6.
par. 2. diuerſ.* & in *Burgen. de Acojo vlt. Ianuarij* 1604. *co-
ram bon. mem. Cardinali Sacrato, & coram Gregor. XV.
deciſ. 397 num. 2. vbi Addem. num. 5.*

B Idem firmatum fuit infra in hac eadem cauſa 13. *Iunij*
1614. *num. 1.*

C Quòd fundator, qui reſtrinxit præſentationem ad certum
27 genus perſonarum, non præſumatur voluiſſe ſibi adimere
facultatem alium præſentandi, ſed ligare tantùm ſucceſſo-
res, dixit etiam Rota in *Gerunden beneficij 26. Octobris
1625. coram Illuſtriſſimo Cardinali Caualerio*, quæ eſt *de-
ciſ. 758. num. 2. par. 2. recent & in Camerinen penſionis
10. Decembris 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*

D Idem dictum fuit infra in *Pampilonen. Cappellaniæ* 30.
28 *Ianuarij* 1623 *num. 2.* in qua plures adducuntur quibus ad-
de Rotam *in deciſ. 570. par. 4. diuerſ.* vbi, quòd quando
patronus in limine fundationis voluit, quòd Cappellanus
teneatur ſingulis hebdomadis tot miſſas celebrare, tunc
præſentandus tempore præſentationis debet eſſe actu Sa-
cerdos, non habitu.

E An autem patronus poſſit conſtituere procuratorem ad
29 præſentandum, ad beneficium vacaturum, & an tale man-
datum ſit validum, diſtingue, quòd vel in mandato eſt
expreſſa certa perſona præſentanda, & non valet, quia
continet votum captandæ mortis contra *text. in cap. ne
captandæ, de conceſſ. præbend. in 6.* aut non eſt expreſſa
certa perſona, ſed eſt tradita poteſtas præſentandi in ge-
nere, & ſuſtinetur mandatum *Guid. Mutinen. quem alleg.
Ioan. Andr. in cap. fin. ſub num. 3. de conceſſ. præbend.* &
ibi *Panormit. num. 6. Imol. num. 8. circa med. Prob. ad Mo-
nach. in cap. 1. num. 9. de offic. Vicar. lib. 6. Lambertin. de
iurepatr. par. 1. lib. 2. quæſt. 4. art. 3. Garc. de benefic. par. 10.
cap. 1. num. 19.* Rota quam refert, & ſequitur *Mareſcot.
variar. reſolut. lib. 2. cap. 33. num. 1. & ſeq. Beltramin in
addit. ad deciſ. 420. Gregor. XV. num. 9.* quod facilius pro-
cedit; quando patronus ex iuſta cauſa longæ abſentiæ con-

Digitized by Google

ſtituit procuratorem generalẽ pro omnibus negocijs ſuis, cui præſentationem committit, nam tunc valet conſtitutio procuratoris, etiam ſi conſtituens vnicam tantùm præſentationem haberet *Ioan. Andr. Abb. Imol. & Prob. locis cit. Rebuſ. in praxi in forma Vicariat. num. 13. & 71. Lambert. d. art. 3. & 8. quæſt. art. 9. num. 4. Mareſcott. d. cap. 33. num. 3. Rota in Pampilonen. beneficij de Vgarte 13. Februarij 1595. coram Iuſto, apud Garc. d. cap. 1. num. 21. & coram Gregor. XV. d. deciſ. 420. num. 5. & deciſ. 521. num. 7. par. 1. recent. Beltramin. loco cit.*

Barchinonen. Parochialis.

Ven. 29. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur à ſententia Metropolitani ſuper electione facta ab Ordinario in concurſu ad beneficia, iuxta conſtitutionem Pij V. tàm quoad effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum. Ab electione tamen Ordinarij non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum. Item quis dicatur dignior ad beneficia curata.

SVMMARIVM.

1 *Appellare licet à ſententia Metropolitani ſuper concurſu ad Parochiales habito tam quoad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum, & num. 38.*

2 *Appellatio vt permiſſa dicatur, ſufficit illam non prohiberi.*

3 *Appellatione pendente nihil innouari poteſt.*

4 *Prohibitum non cenſetur id, quod non eſt expreſſum, quando facilè exprimi potuiſſet.*

5 *Conſtare de irrationabili iudicio dici non poteſt, niſi per rem iudicatam.*

6 *Conſtare dicitur de non iure agentis, & de dominio rei conuenti, ad excludendum ſpolium, per ſententiam in petitorio, dummodo ſententia in iudicatum tranſierit, & num. 40.*

7 *Facultas ex conſtitutione Pij V. Metropolitano conceſſa conferendi, vel remittendi pro inſtitutione poſt rem iudicatam, quomodo intelligenda ſit.*

8 *Sententiarũ executio ſpectat ad iudicem, qui vltimam tulit.*

9 *Statutum, ſufficit, quòd aliquid operetur contra ius commune, licèt poſſet etiam aliud operari.*

10 *Intellectus, ex quo reſultat abſurdum, ſemper vitandus eſt.*

11 *Appellatio ſuſpenſiua non datur ab electione Ordinarij, quia celeritatem deſiderat, & num. 15. vbi quòd prouiſus ab eadem Eccleſia, appellatione pendente, amouendus non eſt, & num. 39.*

12 *Appellatio ſuſpenſiua non datur ab immiſſione hæredis ſcripti ratione celeritatis.*

13 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum datur à ſententia iudicis, in qua denegat immiſſionem hæredi ſcripto.*

14 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum quando detur à ſententia ſuper alimentis.*

16 *Statuti determinatione extante, non eſt vlteriùs quærendum.*

17 *Appellatione recepta tandiu nihil innouandum, quamdiu cauſa finita non fuerit.*

18 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*

19 *Mens conſtitutionis attendenda magis, quam verba.*

20 *Mens verbis præferenda eſt, etiam vbi illis aduerſaretur.*

21 *Appellatio ſuſpenſiua quare non detur ab electione Ordinarij.*

22 *Ratio generalis reddit totam legem generalem, & in quacunque parte ſit, regulat totam diſpoſitionem.*

23 *Vacatio Eccleſiarum damnoſa eſt.*

24 *Conſtitutio Pij V. diſponens, non retardari electionem per appellationem, habet locum nedum in prima, ſed in qualibet alia appellatione.*

25 *Extenſio datur ex identitate rationis ſcriptæ in cõſtitutione.*

26 *Ratio habetur pro expreſſa, vbi vnica tantùm aſſignari poteſt.*

27 *Extenſio admittitur etiam in correctorijs, quando ratio habetur pro expreſſa.*

28 *Beneficij concurſus quando ſit, vltra doctrinam, conſiderandi ſunt mores, prudentia, & alia.*

29 *Dignior ad beneficia curata quis dicatur.*

30 *Ordinarius præſumitur inſtructus de vita, & moribus concurrentium ad beneficia, & de alijs vltra doctrinam requiſitis, & num. 41.*

31 *Electus ad beneficium ab Ordinario in concurſu habet præſumptionem pro ſe, adeo vt debeat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate ipſius Ordinarij.*

32 *Vincula duo magis ſtringunt.*

33 *Sententia per appellationem, inſpecto præſenti ſtatu, habetur pro extincta.*

34 *Extenſio de caſu expreſſo ad caſum ſimilem non expreſſum licita eſt in ſtatutis, præſertim in materia fauorabili.*

35 *Præſumptio oriens ex ſententia iudicis an cenſeatur ſublata per contrariam ſententiam.*

36 *Sententia prima eſt, quæ parit ſequeſtrum.*

37 *Sententia lata in Curia pro actore operatur effectum appoſitionis ſequeſtri, quamuis adſint contraria in partibus pro poſſeſſore.*

DECISIO XXII.

PRÆVIO concurſu ad parochialem S. Stephani Granullorum Barchinonen. Diœc. de menſe Auguſti anni præteriti vacantem, electus fuit ab Ordinario Balthaſſar Mir, & ad Sanctiſſimũ D. N. pro collatione obtinenda remiſſus. Cum verò Franciſcus Domenech à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconenſem prouocaſſet, præuio nouo examine fuit electio primi Iudicis reuocata, & ipſe habilis declaratus, Mir verò inhabilis; à qua pronuncia Mir appellauit, & cum inſtaret, eius ſupplicationẽ, licèt poſt Metropolitani ſententiam ſignatam expediri, Domenech verò, aliam per eũ porrectam ad ſui fauorẽ ſignari vigore literarũ Metropolitani; Reuerendiſſ. D. Datarius tranſmiſit ad me dubium in Rota proponendũ, An eſſet relaxãda ſupplicatio ſignata ad fauorem Balthaſſaris, vel potiùs ſignanda porrecta per Franciſcum; quod reſolutum fuit pro Balthaſſare.
Nam ſupplicationem Franciſci non eſſe ſignandã DD. dixe-
1 runt; quia cum à ſententia Metropolitani Tarraconen. ſit expreſsè conceſſa appellatio ex conſtitutione fel. record. Pij V. ſuper collatione Parochialium edita in *verſ. & ſi quis a ſententia*, quæ intelligitur tàm quo ad
A effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum A, *Grat. conſ. vlt. num. 16. & 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 28. num. 22. & ſeq. lib. 4. Rota deciſ. 330. num. 4. par. 2. in nouiſſ.* cum
2 tamen ſufficeret, illam non prohiberi ad hoc, vt diceretur permiſſa *can. omnis, can. ad Romanam 2. quæſt. 6. l. & in maioribus & ibi gloſ. C. de appell. gloſ. vulg. in l. qui reſtituere ff. de rei vendicat.* ſequitur, ea pendente nihil innouari poſſe *cap. venientes 19. de iure iur. cap. paſtoralis*

28. *§. preterea, verſ. non autem de offic. deleg. tot. tit. ff. nil*
nou. app. interp. Et ſi Bulla voluiſſet tollere appellatio-
nem ſuſpenſiuam à ſententia Metropolitani, id expreſſiſ-
ſet, prout fecit in appellatione ab electione Ordinarij, in
4 verſ. *hac tamen appellatio* ad *tex. in l. vnic. §. ſin autem*
ad deficientes, C. de caduc. tollen. Nec ſufficiunt illa ver-
ba, *conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque*
reuocato, Parochialis per eundem Iudicem appellationis
conferatur, ſeu conferenda remittatur, de quibus in verſ.
vt autem, Quia clauſula, *Conſtito*, non refertur ad
cognitionem, & reuocationem faciendam à Metro-
politano, neque illi dirigitur: vndè intrat concluſio,
5 non poſſe dici conſtare de irrationabili iudicio, niſi
per rem iudicatam *Aegid. deciſ.* 103. *Rota deciſ.* 79.
num. 6. *&* 7. *par.* 2. *diuerſ.* facit *text. in l. furti*, vbi *gloſ.*
verſ. inter famoſos, & Doct. ff. de his, qui not. infam. Sicu-
6 ti licèt dicatur conſtare de non iure agentis, & de do-
minio rei conuenti ad excludendum ſpolium per ſenten-
tiam in petitorio, vt poſt *Angel. Imol. Alexand. Soccin.*
Iaſ. & Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 35. *&*
39. *ff. de acquir. poſſeſſ.* qui de communi *Afflict. deciſ.* 303.
num. 1. *Caeſar. de Graſſ. deciſ.* 141. *aliàs* 1. *num.* 7. *de lo-*
cat. Tamen hoc non procedit, niſi vbi illa tranſiuit in iu-
B dicatum B, quia tunc ſolùm dicitur conſtare de non iu-
re actoris, & de iure rei conuenti *Bero. in cap. literis num.*
3. *verſ. ſecundò quia de reſtit. ſpol. Imol. in l.* 1. *num.* 8. *ff.*
de nou. oper. nunc. Iaſ. conſ. 9. *num.* 1. *verſ. item cum lib.*
3. *Rota coram Robuſterio in Caeſaraugustana Parochialis* 16.
7 *Ianuarij* 1589. Vndè facultas Metropolitano conceſ-
ſa conferendi, vel remittendi pro inſtitutione, poſt
rem iudicatam eſt intelligenda, ne tollatur appella-
tio permiſſa ex eadem conſtitutione iuxta *not per Cyn.*
Angel. & Salycet. in l. ita nobis, C. ad l. Iuliam de adult. &
ne contrarietas in eadem Conſtitutione inducatur *Abb.*
in cap. gratum num 2. *& in cap. ſuper quaeſtionum in* 3. *not.*
de offic. delegat. itaut operetur, Metropolitanum vti Se-
dis Apoſtolicae delegatum exequi poſſe ſuam ſententiam
reuocatoriam electionis Ordinarij in iudicatum tranſa-
8 ctam, cum aliàs executio ſpectaret ad Iudicem, qui vlti-
mam ſententiam ferret. *Bart. in l. à Diuo Pio num.* 15.
verſ. quaero, & reuoco ff. de re iudic. in l. praecipimus §. of-
ficijs num. 1. *in* 2. *notab. & num.* 2. *C. de appell.* quem om-
nes ſequuntur *Franc. in cap. Romana §. fin. num.* 31. *verſ.*
aliquando ſententia diffinitiua de appell. & ſufficere debet,
conſtitutionem hoc operari contra ius commune, licèt
9 poſſet etiam aliud *Grat. conſ.* 13. *num.* 43. *Gozzad. conſ.*
19. *num.* 5. Eo magis, quia ſi aliter intelligeretur, re-
ſultaret hoc abſurdum, executiones, & immiſſiones
iuxta varietatem ſententiarum variari debere modò pro
electo ab Ordinario, modò pro electo à Metropolitano,
10 ſeu Iudice appellationis, & ideò intellectus iſte vitan-
dus eſt *l. Saluius Ariſto ff. de leg. praeſt. Rota deciſ.* 170.
11 *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ.* Neque inconuenit, appellationem
ſuſpenſiuam eſſe denegatam ab electione Ordinarij, &
tamen conceſſam à ſententia Metropolitani, ſeu Iudicis
appellationis reuocatoria, cum electio Ordinarij cele-
ritatem deſideret, & ſic vigeat in ea ratio tollendae ap-
pellationis ſuſpenſiuae, *l. final. ff. de appell. recip. l. quiſ-*
quis C. quorum appell. non recip. cap. fin. 2. *quaeſt.* 6. quod
non eſt in ſententia reuocatoria Metropolitani; ſicuti ra-
12 tione celeritatis non datur appellatio ab immiſſione
haeredis ſcripti *d. l. fin. ff. de appell. recip. d. l. quiſquis*, vbi
Bart. Bald. Salycet. & Caſtr. C. quor. app. gloſ. in l. fin. in
ver. miſſus, & ibi *Bart. num.* 21. *C. de edict. Diu. Adr.*
13 *tollen.* & tamen datur, quando Iudex pronunciat dene-
gando immiſſionem, iuxta opinionem *Angel. d. l. quiſquis*
num. 3. quam ſe in ſacris audientijs practicaſſe teſtatur
Iacob. de S. Georg. d. l. fin. num. 56. *C. de edic. Diu. Adr.*
toll. vbi *Zuccard. num.* 433. cum alijs per *Menoch. remed.*
4. *adipiſc. poſſ. quaeſt.* 100. *num.* 876. *Lancellot. de attent.*
par. 3. *cap.* 28. *num.* 89. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 60.
num. 26. *in fin. &* 27. Quia ſcilicet ceſſat ratio celerita-
tis *Menoch. vbi ſupra, verſ. ea eſt ratio*, & eadem ratione
14 fit eadem diſtinctio in ſententia ſuper alimentis ad trad.
per *Surd. d. priuil.* 60. *num.* 10. 25. *&* 33. *verſ. ideo non*
15 *eſt curandum.* Supplicationem Balthaſſaris relaxandam
dixerunt, moti ex d. Conſtitutione *verſ. hac tamen ap-*
pellatio, cuius verba clariſſima, & praeciſa ſunt, quòd
appellatio interpoſita ab electione Ordinarij interim
non impediat, aut ſuſpendat, quo minus electio per il-
lum facta debitae demandetur executioni: & vlteriùs
quòd prouiſus ab eadem Eccleſia, cauſa huiuſmodi ap-
pellationis pendente, non amoueatur; non eſt itaque vl-
16 teriùs quaerendum *l. Gallus §. ſi eius*, vbi not. *Bald. in*
2. *not. ff. de liber. & poſthum.*
Non obſtat, quòd conſtitutio loquatur pendente cauſa
appellationis ab electione Ordinarij, ibi, *hac tamen ap-*
pellatio, & ibi, *cauſa huiuſmodi appellationis pendente*.
17 Ideoq. ſecus dicendum videatur, ea finita, prout eſt per
ſententiam *l.* 1. *verſ. recepta autem appellatio. ff. nil nou.*
18 *app. interp.* vel caſus iſte dicatur omiſſus, & ſic in iuris
communis diſpoſitione relictus ad *vulgat. l. commodiſſi-*
mè, vbi *Bart. ff. de liber. & poſthum.* prout ita conſtitu-
tionem intellexiſſe videtur Rota in cauſa *Dertuſen. Pa-*
rochialis coram bon. mem. Gipſio 30. *Martij* 1584. Na Do-
19 mini reſpiciendam eſſe magis dixerunt mentē conſtitu-
tionis, quàm verba, cum ex lege veniat, quod ſumitur
ex mente *l. nominis, & rei §. verbum, & ibi Alciat. ff. de*
verb. ſignif. l. cum mulier la prima ff. ſolut. matrim. Bart.
20 *in d. l. contra num.* 1. etiam vbi eſt illis contraria *Dyn. in*
cap. fin. de regul. iur. in 6. *Oldrad. conſ.* 103. *num.* 5. Ra-
21 tio autem, ob quam Summus Pontifex ſuſtulit ſuſpen-
ſionem executionis electionis Ordinarij, duplex reddi
poteſt. Vna ſecundùm informantes pro Balthaſſare, ne
Parochiales diu in ſuſpenſo maneant in maximum ani-
marum periculum, de qua in *verſ.* inſuper; quae licèt
videatur appoſita in capite diſtincto, negari tamen
22 non poteſt, huic etiam conuenire: ratio enim generalis
reddit totam legem generalem *l. regula §. cum quis*, vbi
Bart. in 3. *notab. ff. de iur. & fact. ignorant.* & in quacun-
que parte ſit, regulat totam diſpoſitionem *Io. de Anan.*
conſ. 4. *num.* 2. Quae ratio diutinae vacationis tollendae
fuit maximè prae oculis habita, dum voluit Summus
Pontifex concurſum, & alia iuxta formam praeſcriptam
ab Ordinario infra ſex menſes expediri, aliàs collatio-
nes ad ipſum deuolui. Vndè non mirum, ſi ab electione
tanquam celeritatem requirente non detur appellatio
ſuſpenſiua, ex praeallegatis. Et haec ratio celeris colla-
23 tionis Parochialium conſideratur etiam per canones,
vt in *cap. ſi Apoſtolica* 32. *de praeben.* damnoſa eſt enim
Eccleſiarum vacatio *cap. quam ſit de elect. in* 6. *Rebuſ. in*
Concord. rubr. de collation. §. ſi quis verò, verb. ad alium
Superiorem verſ. nec refragatur. Et militat etiam lata
24 reuocatoria, ideo conſtitutio diſponens, non retardari
electionem per appellationem, habet locum nedum in
prima, ſed in qualibet alia appellatione ob hanc ratio-
nis identitatem ne vacatio protelletur *Compoſtel. in cap.*
1. *col.* 2. *verſ. vndè etiam dicimus de electio. in* 6. dicens
ita ſeruaſſe *Innoc.* & ibi *Archid. col.* 3. *in fin. verſ. pro-*
pter hoc Io. Andr. col. 1. *num.* 4. *poſt med. verſ. imo plus*,
Ancharan. verſ. & ſic exponat Franch. ſub num. 5. *verſ. ad*
hoc dicens, quòd Doct. ſequuntur *gloſ. in Clem.* 3. *in verb.*
occaſione eod. tit. vbi *Card. ſub num.* 5. *verſ. quintò quaero*,
Ancharan. ſub num. 4. *Imol. num.* 40. *verſ. quinimo plus*
dicit Vital. & Barbat. num. 32. & in hac Bulla *Modern.*
ſuper reg. 8. *gloſſ.* 6. *num.* 216. *& ſeq.* cumque haec ratio

25 ſcripta ſit in conſtitutione, caſus dicitur comprehenſus
per illius identitatem abſque alia extenſione *gloſ. in cap.
1. de tempor. ordinan. in 6. Oldrad. conſ. 185. in fin. Cald.
conſ. 1. vt lit. pend. Bald. in l. illud, poſt num. 6. C. de ſa-
croſan. Eccleſ.* Vel, ſi ſecundùm informantes pro Franci-
ſco, negetur, rationem eſſe prædictam, quæ expreſſa le-
gitur, ſed dicatur eſſe præſumptionem pro electione Or-
26 dinarij, cum iſta tantùm reddi poſſet, habetur pro ex-
preſſa iuxta *gloſ. in l. quamuis* vbi *Bald. in princ. verſ. &
cum vna ſola C. de fideicomm.* & ibi *adden. Caſtr. num. 4.
Iaſ. num.* 6. adeò vt ab ea tanquam vnica licita ſit exten-
27 ſio etiam in correctorijs *Caſtr. in l. ſi verò §. de viro num.
1. verſ. idem ſi ratio ff. ſolut. matrim. Adden. ad Bald. in
auth. quas actiones litera E*, & ibi *Iaſ. num. 22. C. de ſa-
croſan. Eccleſ.* idem *Iaſ. in d. l. quamuis num. 7. verſ 2. C.
de fideicomm. cum concord. per Surd. deciſ. 174. num. 12.
& 13. & deciſ. 192. num. 15. & 16.* Et hæc præſumptio
eſt adeò vehemens, vt non tollatur ex ſententia reuoca-
toria Metropolitani, quia cum in electione ad Paro-
28 chiales ex diſpoſitione Sacri Concilij Trid. *ſeſſ. 24. de
reformat. cap. 18. verſ. peracto*, vltra doctrinam, ſint etiam
conſiderandi mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam
C gubernandam opportuna C, qua ratione dignior non
29 ſimpliciter dicitur ille, qui doctior ſit, vel ſanctior, ſed
is, qui iuxta munus cui præficiendus eſt, aptior eius mi-
niſterio apparet, & hic eſt præferendus, vt ex ſententia
Diui Thomæ tradit *Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 7.
ſub num. 4. verſ. dignior verò*, & dixit Rota in *Beneuenta-
na parochialis 13. Iunij 1590. coram bon. mem. Orano*, &
in *Rauennaten. parochialis 2. Decembris 1594. coram Illu-
ſtriſſimo Arigonio, in Nullius Parochialis, ſeu concurſus 4.
Decembris 1610. coram Reuerendiſſimo D. Bononien.* Ex
quo cenſuit Sacra Congreg. Illuſtriſſimorum Cardina-
lium Concilij Interpretum præferendum eum, cuius
mores noti, probatiq. ſunt ei, cuius vita ignoratur, li-
30 cèt doctiori. Ordinarius præſumitur inſtructus de vi-
ta & moribus concurrentium, & alijs vltra doctrinam
D requiſitis tanquam eius diœceſanorum D, *Card. in
clem. 1. num. 20. verſ. ſic autem*, vbi *Anch. num. 7. verſ. &
hoc ideo, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Verall. deciſ. 406. par. 2.
Put. deciſ. 395. num. 2. lib. 3.* & conſideratum fuit in
terminis huius Bullæ in dictis *Rauennaten. coram Illu-
ſtriſsimo Arigonio, & nullius coram Reuerendiſs. Bononien.*
Metropolitanus verò per nouum concurſum non poteſt
certior fieri, niſi de doctrina, & ſic ceſſat in eo præſum-
ptio, vel ſaltem non æquè viget. Et adeo præſumitur
31 pro iudicio Ordinarij, vt debeat clarè doceri de dolo,
& irrationabilitate illius, vt tenuit Rota in *Camerinen.
concurſus 19. Decembris 1605. coram Reuerendiſs. Attreba-
ten. & in Sabinen. concurſus 6. Aprilis 1609. coram Reue-
rendiſs. D. meo Damaſceno.* Et ſi quælibet ex prædictis
rationibus de per ſe ſufficit, tanto magis ſimul iunctæ,
32 exemplo duorum vinculorum, quæ magis ſtringunt
cap. 1. de treg. & pac. cum ſimilib. Præterea etiam ſi con-
ſtitutio eſſet reſtricta ad primam appellationem, tamen
cum à reuocatoria ſententia detur appellatio, quo ad
vtrumque effectum, vt firmatum fuit, perinde eſt illa
interpoſita, ac ſi eſſemus in caſu verbis expreſſo, ante
ſcilicet latam reuocatoriam, quæ habetur pro extincta
33 inſpecto præſenti ſtatu iuxta *text. in l. 1. in fin.* & ibi
*gloſ. ff. ad Turpill. l. 2. verſ. ceterum, ff. de pœn. Bal. in rubr.
C. de appell. num. 2. & in l. ita demum num. 2. C. de procur.
Rom.* poſt *Imol. in l. 1. num. 30. verſ. quo ad ſecundum*, vbi
Alex. num. 2. Iaſ. num. 9. Rip. num. 10. ff. de re iud. de com-
muni *Felin in rubr. de appell. ſub num. 1. col. 4. verſ. & adde,
& in cap. paſtoralis 18. num. 14. verſ. concluſio ſit de offic. de-
leg.* vbi *Adden.* de communi dicit veram *Alexand. conſ. 36.
num. 6. lib. 4.* & communem *conſ. 188. num. 10. lib. 2.*

34 Et ideo licèt verba conſtitutionis videantur reſtricta
ad appellationem ab electione Ordinarij, tamen non
excluderentur caſus ſimiles *gloſ. in l. ob æs, in ver. alienum
in princ.* & ibi *Salycet. C. de præd. minor. & in l. ſerui
nomine*, vbi *Bart. num. 3. ff. de vſucap. gloſ. vulg. in l. il-
lud, in verb. alia cauſa*, & ibi *Bart. in princ. C. de ſacroſan.
Eccleſ.* præſertim in hac materia fauorabili diutinæ va-
cationis tollendæ *Bart. in d. l. illud num. 3. Bald. num. 6.
in fin. Caſtr. num. 4. verſ. hic eſt vna, Bart. in d. l. ſerui
nomine num.* 3. vel qui veniunt in neceſſariam expreſſo-
rum conſequentiam, ex quibus ceſſant dicta de caſu o-
35 miſſo. Neque etiam poteſt dici ſublata, vel eliſa præ-
ſumptio electionis Ordinarij, per contrariam ſententiam
iuxta doctr. *Card. in clem. 1. quæſt. 4. num. 13. de ſeque-
ſtrat. poſſ. & fruct.* Nam in quæſtione ibi poſita per Car-
dinalem non minùs militabat præſumptio pro ſecunda
ſententia, quàm pro prima, pro poſſeſſione lata, ſed ea-
dem, cum vtraque eſſet lata in Curia, vt ipſe inquit, imò
36 in terminis *d. clem.* ipſa prima ſententia eſt, quæ parit
ſequeſtrum *Caſſad. deciſ. 1. eodem tit.* Sed in caſu noſtro
negari non poteſt, quin maior ſit præſumptio pro ele-
ctione Ordinarij, à qua non datur appellatio ſuſpenſiua,
quam pro ſententia Metropolitani, à qua datur quo ad
vtrumque effectum: Et ideo ſententia, quæ habet maio-
rem præſumptionem habet aliquem effectum executiuũ,
non obſtante alia contraria, prout in terminis eiuſdem
clem. primæ ſententia lata in Curia pro actore opera-
tur effectum appoſitionis ſequeſtri, quamuis adſint con-
trariæ in partibus, & hoc ratione maioris præſumptio-
nis pro ea, vt ibi explicant Doctores.

Prædictis ergo non obſtat allegata *deciſ. Dertuſen. coram
bon. mem. Gipſio*, vti ſimpliciter fundata in verbis re-
ſtrictiuis, non conſiderata conſtitutionis ratione, & in
qua Domini priùs ſuſtulerunt præſumptionem pro ele-
ctione Ordinarij, quam reſoluerunt fuiſſe gratificato-
riam, & iudicium Ordinarij fuiſſe ſuſpectum, vt in deci-
ſione præcedenti de menſe Decembris 1581. & per ſen-
tentiam reuocarunt. Vndè conſiderarunt, quòd niſi ap-
poneretur ſequeſtrum, facilè aperiretur via fraudibus
contra mentem, & verba dictæ conſtitutionis, *in verſ.
nos, ad quorum*, ibi, *perſonis minùs dignis*, &c. Neque
colligitur, fuiſſe appellatum à ſecunda ſententia lata in
Curia; quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, in quo præſum-
ptio viget manifeſtè pro electione Ordinarij, adeſt eadẽ
ratio exequendi, & ſententia reuocatoria non poteſt
haberi in aliqua conſideratione tanquam extincta præ-
ſentaneo ſtatu conſiderato per appellationem.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quòd à ſententia Metropolitani, ſeu alterius Iudicis ap-
pellationis reuocatoria electionis priùs factæ ab Ordinario
in concurſu ad Parochiales detur appellatio ad effectum
deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, notant etiam *Gutierez ca-
nonicar. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 25. & practicar. quæſt.
lib. 1. quæſt. 146. Garc. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 247.
Beltramin. ad deciſ 538. Gregor. XV. num. 8. Gonzal. latè
ad reg. 8. Cancell gloſſ 6. à num. 163. vſque ad num. 222.*

Licet non detur appellatio ab huiuſmodi electione per Ordi-
39 narium, niſi vbi conſtaret de doloſo, & irrationabili eius
iudicio, vt firmatum etiam fuit infra in *Hieracen. iuriſpa-
tronatus 20. Maij 1622. num. 4. & 5. & in Pampilonen.
Parochialis de Leya 30. Ianuarij 1626. num. 2. adde Rotam
deciſ 40. ſub num. 1. par. 1. recent. Mareſcott. variar. reſo-
lut. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24. Gonzal. ad reg. 8. in an-
not. ad gloſſ 9. num. 209. Gregor. XV. d. deciſ 538. ad fin.
vbi Adden. num. 6.* Quæ appellatio à mala Ordinarij ele-
ctio-

ctione admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum; quia interim prouiſus appellatione pendente à Parochiali amoueri non debet, vt ex d. conſtitutione Pij V. *verſ. hac tamen*, *notant Garc.* alijs adductis *d. cap. 2. num. 236. & 246. & Beltramin. loco cit. num.* 8.

B Adde *Seraphin. deciſ. 75. num. 1. & deciſ. 983. num 7.* &
40 fuit etiam dictum infra in *Virdunen. Abbatia 22. Iunij 1615. num. 11. & in Romana ſpolij domus de Ximenes 4. Maij 1620 coram Illuſtriſſimo Cardinali Caualerio*, in qua hæc deciſio, & dicta Virdunen. canonizantur.

C Idem firmauit Rota in *Fauentina parochialis* 28. *Iunij 1613. & 13. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, Beltramin. in addit. ad deciſ. 11. Gregor. XV. ſub lit. D.*

D Adde *Gonzalez ſuper reg. 8. Cancellar. gloſſ. 4. num. 117.*
41 *125. & 132. Put. deciſ. 331. num. 3. lib. 1. in correct. Beltramin. vbi proximè ſub lit. B. Rota in d. Fauentina parochialis 28. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, et coram eodem in Amerina iuriſpatronatus 17. Nouemb 1614.* in qua hæc deciſio allegatur, & infra in *d. Regien. concurſus 10. Iunij 1622. num.* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Giennen. portionis.

Merc. 4. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria concedenda non eſt ſuper articulis, ſuper quibus, cauſa in partibus pendente, poterat fieri probatio, ob calumniæ ſuſpicionem. Item denegatur in beneficialibus, non præcedente aliquo fumo boni iuris, vel quando fumus contratijs probationibus excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria calumnioſè petita concedenda nõ eſt. & num. 12.*
2 *Remiſſoria non conceditur illi, qui potuit teſtes examinare lite pendente in partibus, & non fecit. limita, vt num. 14.*
3 *Probationem quis feciſſe præſumitur meliorem, & pleniorem, quam haberet.*
4 *Remiſſoria in beneficialibus non conceditur, vbi non adeſt fumus.*
5 *Diſpenſatio indicat, actum, ſuper quo diſpenſatum fuit, alias illicitum fuiſſe.*
6 *Conſuetudo in Capituli actibus induci non poteſt, abſq. conſenſu, & animo ipſius Capituli inducendi conſuetudinem.*
7 *Conſuetudinem ſuper aliquo non extare, arguitur ex actibus contrarijs.*
8 *Remiſſoria, vt denegetur, ſufficit, fumum contrarijs probationibus excludi.*
9 *Recurſum habens ad iudices laicos incidit in excõmunicationẽ Bullæ Cœnæ Dñi, & venit à limine iudicij repellendus.*
10 *Remiſſoria denegatur excommunicato.*
11 *Recurſus ad iudices laicos facti nomine alicuius intereſſe in cauſa habentis, præſumuntur de illius mandato facti.*
13 *Remiſſoria, vt denegetur, an ſufficiat quælibet, calumniæ ſuſpicio, vel illa debeat eſſe vehemens.*

DECISIO XXIII.

EXCLVSA per binas deciſiones Rotales prætenſa conſuetudine retinendi in Eccleſia Giennen. portionem cum dignitate, petebatur pro Gomeſio de Anila remiſſoria ad illam meliùs probandam,
A quam vti calumnioſè petitam A, denegandam eſſe
1 DD. reſoluerunt *ad Roman. conſ. 273. in vltimis verbis Felin. in cap. de cetero num. 12. de ſentent. & re iud. Caſſad. deciſ. 3. ſub num. 1. verſic. qua remiſſio de dilat. Rot. deciſ. 322. lib. 3. par. 3. in nouiſſimis*. Calumnia viſa fuit apparere, tam ex eo, quòd cauſa nedum ventilata fuit in partibus,
2 vbi potuerunt fieri hæ probationes, quo caſu ſolet re-
B miſſoria hac ratione denegari B, *Veral. deciſ. 63. in princ. par. 3. Seuerol. de remiſſor. cap. 7. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vltimo num. 3. verſ. idem ſi cauſa Rota in Tarentina retractus 22. Aprilis præteriti corã R. P. D. Manzanedo*. Sed ibi diſcuſſus articulus conſuetudinis, &
3 ſuper illo examinati teſtes coram Ordinario, & per remiſſoriam in Ciuitate Boereæ, vndè meliores, quàm haberi poſſent inducti præſumuntur *Aegid. deciſ. 38. verſ. & quia præſumitur. Verall. deciſ. 50. num. 5. verſ. verum quia par. 3. Aym. conſ. 134. num. 3. Rota deciſ. 128. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.* Quàm ex defectu fumi pro
4 remiſſoria in beneficialibus obtinenda requiſiti *Chiſanen. deciſ. 164. Veral. deciſ. 401. incip. remiſſoria lib. 1. in manuſcript.* de communi, & ineuitabili Rotæ ſtylo *Mandoſ. in prax. commiſſ. form. 19. verb. remiſſoriam, & verſ. non tamen*. Aequè enim fumus oritur ex depoſitione teſtium examinatorum; tum quia dum de prætenſa conſuetudine retinendi portionem cum dignitate deponunt, reſtringunt dictum ad ſolam retentionem Prioratus cum portione per Franciſcum Godoc, quorum alterum retinuiſſe, conſtat ex particulari diſpenſatione Apoſtolica, alterum admiſſum à Capitulo cum erroneo obtentæ diſpenſationis præſuppoſito. Et ſic duo reſultant. Primò, confirmare incompatibilitatem, & reten-
5 tionem fuiſſe aliàs illicitam ex natura diſpenſationis, *Bald. in l. 1. num. 2. C. de iure aur. anul.* & latè firmatum fuit in hac cauſa 5. *Iunij præteriti coram R. P. D. Vbaldo, & 13. Nouembris coram me*. Secundò excludit conſenſum, & animum Capituli conſuetudinem indu-
6 cendi, & ſic cauſam inductiuam conſuetudinis *Gloſ. in cap. fin. verſ. item quòd ex certa ſcientia*, vbi omnes *de conſuetud. Angel. in l. de quibus num. 28. ff. de legib.*
7 cum actus admittendi cum diſpenſatione, vel eiuſdem præſuppoſito, contrarium arguant ex prædictis *Bart. in l. ſemper in ſtipulationib. in fin. ff. de reg. iur. Roman. conſ. 368. num. 7. Bero. conſ. 5. num. 25. lib. 1. Aym. conſ. 462. num. 14. lib. 3.* & fuit dictum in alia deciſione huius cauſæ 13. *Nouembris coram me*. Tolleretur ex teſtibus Franciſci deponentibus, ſe nunquam vidiſſe, vel audiuiſſe retentas portiones cum dignitatibus in dicta Eccleſia, niſi ex diſpenſatione: qui licèt non coarctent negatiuam, tamen cum vnus ſit Canonicus à quinquaginta annis citra, & alij Presbyteri in eadem Eccleſia, redditur inuериſimile, quin ſi prætenſa conſuetudo quadragenaria ibi vigeret, ipſi notitiam haberent de aliquo actu, vel perſona, per quem, & in qua cœpta, vel in-
8 troducta dici poſſet; ſufficit autem pro denegatione remiſſoriæ, fumum contrarijs probationibus excludi *Paleot. deciſ. 567. num. 3. & 5. lib. 3. par 3. diuerſ. Rota in Toletana Parochialis 29. Martij 1593. coram bon.*
C *mem. Litta* C, Accedebat recurſus habitus pro Gomeſio poſt ſententiam Ordinarij ad iudices laicos in hac
9 cauſa, quo fit, vt inciderit in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, & veniat à limine iudicij repellendus *cap. exceptionẽm 12. de except. vbi Doct. cap. 1. & clem. 1. eod. tit. & not. in cap. 1. de reſcript. in 6.* &
10 conſequenter deneganda remiſſoria *Rota in Toletana*
D *Parochialis 2. Maij 1597. coram bon. mem. Litta* D, Et cum iſti recurſus ſint facti nomine Gomeſij habentis intereſſe, præſumuntur etiam de illius mandato ad effe-

Digitized by Google

ctum denegandæ eidem audientiæ *Rota in Placentina beneficiorum* 19. *Februarij* 1603. *coram Illuſtriſſimo Card. Milino, & in Tuden. beneficij* 5. *Aprilis, &* 25. *Iunij*
E 1604. *coram bon. mem. Penia* E, Et ex his præcipuè pro denegatione remiſſoriæ reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Remiſſoriam iuſtè denegari ex ſuſpicione fraudis, & calumniæ, vltra citatos in deciſione, tradunt *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 199. *num.* 5. *Seraphin. deciſ.* 1470. *Rota deciſ.* 589. *num* 2. *par.* 2. *recent. & in Romana molendini* 2. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Dunozetto, & coram eod. in Neapolitana literarum cambij* 13. *Nouembris* 1620. *& in Cæſarauguſtana electionis* 28. *Iunij* 1623. *coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, & fuit dictum infra in Melicen. habitus* 19. *Nouembris* 1618. *num.* 1. non ſufficit tamen quælibet ſuſpicio, ſed illa debet eſſe vehemens, vt fuit dictum in *Terdonen. Præpoſituræ* 1. *Decembris* 1600. *coram Reuerendiſſ D. meo Coccino Decano, in Leodien fideicommiſſi* 26. *Iunij* 1615. *coram R. P D meo Pirouano, in Leodien. pactorum dotalium* 10. *Maij* 1621. *coram bon. mem Vbaldo* cum alijs adductis infra *in Placentina decimarum caſtanearum* 10. *Ianuarij* 1624. *num.* 3. & ita intelligendæ ſunt deciſiones, in quibus dicitur ſimpliciter, ex calumniæ præſumptione non denegari remiſſoriam, vt in *Brixien Canonicatus* 29. *Ianuarij* 1616. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Veroſpio, & coram eodem in Elboren. fructuum* 18. *Iunij* 1618. & in alijs; hoc tamen procedit ſolum, quando petens remiſſoriam dat aliquem fumum ad excludendam calumniæ ſuſpicionem, quo non dato, Rota ex ſola calumniæ præſumptione denegat remiſſoriam, vt fuit dictum in *Hiſpalen. primitiarum* 15. *Decembris* 1617. *coram Andrea, Beltramin in addit. ad deciſ* 414 *Gregorij XV. nu.* 13.

B Limita, niſi materia articulata eſſet releuans, & petens remiſſoriam daret fumum, vt fuit dictum in *Hieracen. iuriſpatronatus* 5. *Iunij* 1617. *coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Veroſpio*, & patet ex dictis ſupra ſub lit. A, vel quando pars in partibus obtinuit ſententiam fauorabilem, quia tunc ceſſat omnis præſumptio calumniæ, *vt per Rot. coram Greg XV. deciſ* 276. *num* 3. vbi aliæ allegantur. Vel quando licet ſententiam in partibus pro ſe reportauerit, tamen illa reuocata fuiſſet, quia ex d. reuocatione ceſſat etiã præſumptio calumniæ, *Rot. deciſ* 677. *num.* 5 *in fine par.* 1. *recent. Beltramin ad d. deciſ* 276. *Gregor. XV. num.* 8.

C Idem firmatum fuit infra in *Peruſina hæreditatis* 28. *Nouembris* 1616. *num.* 10. *& in Colimbricen. matrimonij* 6. *Nouembris* 1617. *num.* 6.

D Adde Rotam in *Corduben pecuniaria* 31. *Ianuarij* 1620. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Caualerio*, in qua hæc deciſio allegatur.

E Idem alijs adductis dictum fuit in eiſdem terminis infra *in Romana legati, ſeu denegationis audientiæ* 15. *Ianuarij* 1620. *num.* 7.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana reſignationis extra Rotam.

Merc. 11. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Officia Romanæ Curiæ an ſint reſignabilia cum beneplacito Sanctiſſimi, & an poſſint alienari ab officialibus Societatum abſque ſolemnitatibus. Item an & quando vſusfructus, vel proprietas conceſſa cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Officia Romanæ Curiæ ſunt reſignabilia cum beneplacito Sanctiſſimi.*

2 *Officia Romanæ Curiæ in legitimam imputantur.*

3 *Contrahentes cenſentur ſe cum conſuetudine conformaſſe, etiam ſi conſuetudo ſit contra propriam verborum ſignificationem, ius commune, & naturam contractus.*

4 *Negatiuæ duæ habent implicitam affirmatiuam.*

5 *Beneficium alteri vnitum extinguitur.*

6 *Res intelligitur conceſſa, & debet eſſe penes eum, cui conceſſa eſt, eodem iure, prout erat penes concedentem.*

7 *Vſusfructus, & non proprietas conceſſa cenſetur, quando conceſſio eſt ad vitam.*

8 *Vſusfructus in alium transferri non poteſt.*

9 *Officio ſimpliciter conceſſo, proprietas ſaltem reſpectu vtilis dominij conceſſa cenſetur.*

10 *Reſeruatio vnius operatur conceſſionem non reſeruatorum.*

11 *Vſusfructus ſi alicui concedatur cum prohibitione alienandi, cenſetur relicta proprietas, etiam vbi aliàs vſusfructus tantùm conceſſus eſſet; & faciliùs procedit in vltimis voluntatibus num.* 15. *an autem habeat locum in contractibus, remiſſiuè num.* 19.

12 *Voluntas à poteſtate metienda eſt.*

13 *Officia Romanæ Curiæ transferri, & alienari poſſunt à Cuſtodibus & adminiſtratoribus Societatum, abſque ſolemnitatibus.*

14 *Res emphyteuticari, vel infeudari ſolita poteſt, ſinè ſolemnitatibus, de nouo concedi.*

16 *Vſufructu relicto cum facultate alienandi, cenſetur ipſa proprietas legata, ſi alienatio ſequuta eſt num.* 17.

18 *Fallit, ſi teſtator etiam data facultate alienandi adiecerit taxatiuã, per quam eius diſpoſitio reſtricta eſſet ad vſumfructum.*

20 *Officia Romanæ Curiæ mortuo officiali ad R. Cameram redeunt.*

DECISIO XXIV.

VENERABILE Archihoſpitale S. Iacobi Incurabilium, ad quod, iure proprietatis, & annexionis eidem perpetuo factæ à fel. rec. Paulo III. vnum ex Officijs collectoriæ Plumbi Apoſtolici ſpectat, ſtante retroceſſione Iacobi Martij, cui priùs venditum fuerat, illud vendidit Io. Baptiſtæ San Iuliano durante illius vita, & non vltra, pretio ſcutorum 754. cum dimidio auri in auro, conditione appoſita, quòd ipſe non poſſet d. officium, ſiuè illius titulum alicui alteri vendere, niſi priùs requiſitis Cuſtodibus, & habito illorum conſenſu, & voluntate; cumquè San Iuliano denegaretur à dictis Cuſtodibus conſenſus pro eiuſdem Officij venditione per eum requiſitis, recurſum habuit ad Reuerendiſſ. D. Datarium pro reſignatione abſque conſenſu obtinenda, à quo emanauit dubium, An conſenſus denegatus pro obtinenda reſignatione ſufficeret, quo propoſito, Domini reſoluerunt, officium eſſe reſignabile iu-
A xta ſtilum Datariæ in alijs officijs vacabilibus. A,

Fundamentum fuit, quia Officia Romanæ Curiæ eſſe reſi-
1 gnabilia, cum beneplacito tamen Sanctiſſimi affirmant *Caſtr. in l. omni modo §. imputari num.* 5. *C. de inoff. teſt. Sarnen. reg. de infirm. reſign. q.* 22. *in princ. & num.* 2. *verſ. nã in officijs Iaſ. in d. §. imputari num.* 2. *&* 3. *& in l. illud num.* 6. *C. de collat. Rip. in l. in quartam num.* 164. *ad l. Falcid.* qui hac ratione volunt, illa imputari in legitimam
2 *Rol. conſ.* 11. *in princ. & à num.* 8. *ad num.* 13. *lib.* 2. Vndè hoc quoquè erit reſignabile ſecundum conſuetudi-

3 dinem, cum qua contrahentes ſe conformaſſe cenſen-
tur d l. ſemper in ſtipulationibus, vbi Dec. n. 8. ff. de re-
gul. iur. cum alijs per Menoch lib. 3. præſump. 38. num.
8. & ſequen. & per Illuſtriſſ. Mantic. de tacit. & am-
big. conuention. lib. 2. tit. 9. num. 9. & 10. vbi etiam ſi
conſuetudo ſit contra propriam verborum ſignifica-
tionem, ius commune, & naturam contractus num.
16. 17. & 18. & in conceſſione officiorum Bart. in
l. magiſtratus num. 2. ff. ad municip. Quibus non repu-
gnat pactum, quòd non liceret officium vendere, niſi ha-
bito conſenſu, & voluntate Cuſtodum; imò ex duabus
4 illis negatiuis, non niſi, habet implicitam affirmatiuam
l. actione vbi poſt Bar. & alios Iaſ. num. 3. Dec. in 6. not.
C. de tranſact. Adeo, vt permittat alienationem cum
illorum conſenſu, & voluntate Ruin. conſ. 127. num. 13.
& conſ. 132. num. 3. & ſeq. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 163.
num. 36. cum ſeq lib. 2. Oſaſch. deciſ. Pedem. 85. num. 12.
verſ. primò retorquendo, & num. 14. Decian. reſp. 78 num.
12. & 43. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 322. num. 4. par. 1.
Surd. conſ. 565. num. 9. lib. 4. Et ideo eſt conforme na-
turæ, ſeu ſtylo officiorum, in quorum reſignatione ob-
tinendus eſt conſenſus Sanctiſſimi. Neque ex applica-
tione Apoſtolica facta Hoſpitali officium mutauit na-
5 turam, exemplo beneficij vniti, quod extinguitur ad
Caſſad. deciſ. 3. de iudic. & alios alleg. hæc enim vnionis ma-
teria viſa fuit non applicari, cum officiũ non fuerit ſup-
preſſum, ſed ex Principis munificentia in Archihoſpitale
tranſlatum, & ſic mutata ſolùm perſona domini, officio
in eodem ſtatu permanente; quia res intelligitur con-
6 ceſſa, & debet eſſe penes eum, cui conceſſa eſt eodem
iure, prout erat penes concedentem l. teſtatrix §. fin. ff.
ſi ſeru. vendit. gloſ. concord. allegans in l. creditor 54. in
verb. veniret ff. de act. empt.

Non obſtat, conceſſionem eſſe ad vitam, & ſic fuiſſe con-
7 ceſſum vſufructum tantùm, & non officium Bal. in l. 1.
ſub num. 3. verſ. quando aliquid conceditur ff. de vſufr. &
ist. expenſ. latè Pic. in l. Titia §. Titia num. 12. & 13. ff. de
8 leg. 2. qui propterea in alium transferri non poſſet l. ſi
vſusfructus 67. ff. de iur. dot. §. finitur Inſtit. de vſufr.
cum congeſtis per Tiraq. de retract. lign. §. 26. gloſ. 1.
num. 43. Nam fuiſſe conceſſum officium, eiuſque pro-
prietatem ſaltem reſpectu vtilis dominij, demonſtrant
verba ſemper conceſſionem ipſius officij exprimentia
9 l. filios hæredes vbi Bar. num. 1. ff. de vſufr. leg. Socc. conſ.
10. num. 71. verſ. 1. lib. 1. Quia ex verbis, adiectio fru-
ctuum, & emolumentorum facta acceſſoriè ad officij
conceſſionem, quaſi eiuſdem ſequela eſſet, ibi (cum om-
nibus prouentibus, & fructibus) reſeruatio directi do-
minij operantis tranſlationem non reſeruatorum, & ſic
10 vtilis per Crot. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 95. ff.
de verb. oblig. & Surd. conſ. 294. num. 18. & ſeq. lib. 2.
prohibitio alienandi officium diſcretiuè poſita à promiſ-
ſione diſponendi de fructibus, quæ operantur conceſ-
11 ſionem proprietatis, etiam vbi aliàs vſusfructus tan-
tùm conceſſus eſſet, iuxta opinion. Bald. in l. Proculus ff.
de vſufr. quam Angel. ibi verſ. ex prædictis Rom. conſ. 206.
num. 4. Pic. d. §. Titia num. 171. verſ. 74. quæro Cremen.
Sing. 28. incip. maritus vbi Addentes plures congerunt,
& de communi teſtantur, & de receptiſſima Gabr. conſ.
108. num. 32. lib. 2. Surd. conſ. 572. num. 8. & 41. lib.
4. denique pactum, quòd poſt obitum Io. Baptiſtæ vſuſ-
fructus officij cum proprietate, exercitio, & alijs ibi
expreſſis ad Archihoſpitale, vt priùs, ſpectet, quod benè
cõſideratum non ſupponit proprietatem in Archihoſpi-
tali, & ſic conſolidationem vſusfructus cum illa, ſed in
Ioan. Baptiſta, non minùs quàm priuatio habitum, &
ſic verba conceſſionis ad vitam, & durante vita nihil
operantur contra alia prædicta repugnantia, & vti ex-
primẽtia, quod ex natura officij tacitè inerat ad l. 3. ff. de
leg. 3. & l. quæ dubitationis ff. de reg. iur. Nec deniquè dici
poteſt, deficere poteſtatem Cuſtodum in alienando pro-
prietatẽ officij applicati Archihoſpitali nõ ſeruata for-
12 ma extrauag. ambitioſæ, ideoquè metiendo voluntatem à
poteſtate dicantur nudum vſufructum conceſſiſſe. Quia
13 id procederet in alienatione perpetua, & inſolita, ſed
ſumus in reſolubili per mortem, & iuxta ſolitum conceſ-
C ſionis officiorũ C, & venditionẽ præcedentem factam
ab Archihoſpitali Martio, quæ potuit fieri ſinè ſolemni-
tatibus, vt dicitur de re ſolita concedi in emphyteuſim,
14 vel feudum cap. 2. vbi Doct. de feud. Cald. conſ. vlt. de
conſuetud. Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 4. de reb. Eccl. non
alienan. de communi Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 4.

Et ita vtràque parte informante deciſum fuit, officium
prædictum, ſecundùm ſtylum, & ſolitum Datariæ in
alijs, eſſe reſignabile, &c.

ANNOTATIO.

A Hæc deciſio fuit confirmata Lunæ 28. Aprilis 1614.

B Hanc opinionem tanquam magis communẽ ſequitur Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 216. num. 1. 2. & 3. poſt Rim. Iun.
Inſtit. de donat. in princ. num. 357. Ruin. conſ. 39. num. 3.
& 133. num. 13. lib. 2. Pariſ. conſ. 71. num. 1. lib. 2. vltra
in deciſione allegatos quicquid dixerint Roman in l. dona-
tionis §. ſpecies poſt princ. de donat. Mandoſ. ad eundem
Roman. conſ. 206. in verb. legaſſe add. ad Alex. conſ. 150. in
verbo prohibitionem in fin. lib. 7. Pinell in l. 1. par. 3. num.
41. vſque ad 44. C. de bon. matern. Ceual. de vſufr num. 28.
verſ. & in terminis noſtris. Cana. lib. 4. cap. 3. in fin.

Sed firmata concluſio in deciſione faciliùs procedit in vlti-
15 mis voluntatibus, vt in ſpecie concludit Surd conſ. 572.
num. 49. vſque 55. lib. 4. Gratian. dicta diſcept. 216.
num. 36.

Amplia, quòd cenſeatur relicta proprietas, data vſufructuario
16 facultate alienandi ex Comenſ. conſ. 121. num 2. verſ nam
cum contra naturam vſusfructus Barbat. conſ 64. col. 2. lib.
2. Alciat. conſ. 103. lib. 9. tom. 3. aliàs 562. num 2. & 3.
Soccin. conſ. 210. ad fin. verſ primò quia data eſt poteſtas
lib. 2. & hanc eſſe magis veram opinionem teſtatur Menoch.
conſ 10. num. 9. verſ nec aduerſatur lib. 1. Card. Mantic.
de coniect. vlt. vol. tit. 5. lib. 9. num. 14. & de communi etiã
docet Curt. iun conſ. 14 inuocato igitur col. 1 ad med verſ ſic
etiam conſuluit Gratian. d. diſcep. 216 num. 9. licèt contra-
rium ſentiat Gabr. conſ. 108. num. 32. lib. 2.

Non operatur autem dicta facultas nondum facta cum effectu
17 alienatione, Alexand. conſ. 58. col. penult & vlt. lib 3. ſe-
quitur Pariſ conſ 95. num. 73. & 74. lib. 2. Ruin. conſ. 109.
num. 10. & 11. lib. 2.

Nec dicta proprietas cenſetur conceſſa quando teſtator di-
18 xerit, quòd is, cui relinquitur, ſit tantum vſufructuarius,
quamuis adſit prohibitio, ſeu permiſſio alienandi, quia illa
taxatiua excludit omnem extenſionem, & declarat mentem
teſtatoris, fuiſſe ſolũ de vſufructu cogitatum, vt in his ter-
minis Surd. d conſ 572. in deciſ. allegat. num. 45. verſ quartò
reſpondeo lib 4.

19 An autem prædictæ concluſiones habeant locum in con-
tractibus vide Gratian d. diſcept. à num. 36.

C Officia Romanæ Curiæ mortuo officiali ad Reuer. Ca-
20 meram redeunt Bald. in l. fin. §. ſed et ſi quis num. 8. in
princ. C comm. de legat. Alexand. in l. diem functo num. 3.
de offic. aſſeſ. Franc. Marc. deciſ 617. in fin. et deciſ 626.
num. 8. par. 1. Gabr. conſ. 63. num. 15. et 17. lib. 2. et
conſ. 78 num. 1. lib. 1. Barboſ in l. qui tale 14. num. 38.
ff. ſolut. matrim. Gratian. diſcept forenſ cap. 276. num. 63.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Illcr.

Illerden. portionis de Pertuſa.

Mercurij 11. Decemb. 1613.

ARGVMENTVM.

Patronatus laicalis eſt, & non Eccleſiaſticus, in quo Vniuerſitas plures nominat, beneficiati verò eam pro patrona recognoſcentes vnum ex nominatis eligunt; & ſufficit probari identitatem perſonæ, licèt diuerſis nominibus nuncupatæ.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes 50. annorum continuatæ, & effectum ſortitæ probant iuſpatronatus.*

2 *Vniuerſitas vnum nominans ad beneficium dicitur patrona, & non beneficiati, qui neceſſariò nominatum eligerent.*

3 *Perſonæ identitatem probari ſufficit, licèt diuerſis nominibus nuncupatæ.*

4 *Inſtrumentorum vis non eſt minor quàm teſtium, imò fortior.*

5 *Inſtrumentorum copiæ ſi intra terminum producantur in actis, ſemper locus erit productioni authenticorum.*

6 *Nominatio non habetur in conſideratione, ſed ſolus actus præſentationis attenditur.*

7 *Nominantes ad beneficium via ſimplicis petitionis dicuntur habere quandam honorantiam, non patronatum.*

8 *Vniuerſitas tanquam patrona præſentans coram Priore, & beneficiatis, à quibus pro tali admiſſa fuit, dicitur verè patrona, & non beneficiati.*

9 *Concurſus in Parochialibus iuriſpatronatus laicorum eſt neceſſarius, vbi plures ſunt præſentati; de quo latè ſub num. 10.*

11 *Præſentatus ad Parochialem iuriſpatronatus laicorum habens maiorem vocum partem, ipſe ſolus eſt examinandus, & idoneus repertus inſtituendus. Intellige vt ibi.*

12 *Concurſus eſt neceſſarius in Parochialibus iuriſpatronatus mere Eccleſiaſtici, ſiue etiam mixti.*

DECISIO XXV.

FIRMATO *coram R. P. D. Pirouano 29. Aprilis proximè præteriti* conſtare de iurepatronatus laicali Villæ de Pertuſa, cum ex hoc reſultaret, portionem, de qua agitur, non venire ſub regula reſeruatoria menſium, ex qua Ludouicus illam impetrauerat; lata fuit ſententia, qua fuit declaratum, ius præſentandi ad Iuratos, & Vniuerſitatem Villæ prædictæ ſpectare; ideoq; præſentationem, & inſtitutionem de Ioãne factam eſſe canonicam, eidemque portionem adiudicãdam eſſe. Cauſaque appellationis mihi cõmiſſa, & propoſito dubio, An ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda, DD. pro confirmatione reſoluerunt, non obſtantibus pro Ludouico deductis, quæ ad duo præcipuè redigebantur. Primò in tollendo altero ex requiſitis S. Conc. in præſentationibus 50. annorum continuatis, & effectum ſortitis conſiſtente, ex eo, quòd præſentatio Martini Marci de anno 1570. eſt per obitum Didaci Gonzalez; cum tamen nulla reperiatur præcedens præſentatio de Didaco, ſed de Iacobo Gonzalez de anno 1544., cui propterea hęc ſubordinari non poteſt, qua ſubducta, non remanent præſentationes continuatæ annorum 50.

Secundò in oſtendendo patronatum, de quo agitur, eſſe Eccleſiaſticum, quia Vniuerſitas plures nominat, quorum vnum beneficiati eligunt à Priore inſtituendum; vndè licèt ſi Vniuerſitas vnum tantùm nominaret, ipſa diceretur Patrona, & non beneficiati, qui neceſſariò nominatum eligerent, quod eſt contra naturam patronatus, vt per *Gambar. de auct. Legat. de lat. lib. 3. num. 397. & ſeq. ex Collectar. in cap. 1. num. 3. verſ. ſed quòd d. prior. de reg. iur.* atteſtante, congregatis Doct. & Auditoribus in Curia, omnes fuiſſe in hac opinione, pro qua iudicatum; contrarium tamen dicendum ſit, cum plures nominat, tunc enim Patronatus eſſe videtur penes beneficiatos, vt limitando, quæ dixerat, tradit ibi *Gambar. num.* 407. quaſi non dicatur ademptą pręſentandi libertas ei, qui ex certo genere eligere tenetur. Et ad primum dicebant, Didacum eſſe eum, qui fuit ſub nomine Iacobi de anno 1544. præſentatus, qui vtroque nomine vocabatur; quod, omiſſa teſtium depoſitione, probari viſum fuit ex inſtrumento 19. Septembris 1554. in quo idem nominatus, & requiſitus ſub nomine, *Iayme*, ponitur, & repondet ſub nomine *Diego*, ibi, *el dicho Diego reſpondi*, & ex alio 2. Septembris 1567. in quo nominatur Didacus, & ipſe ſubſcripſit, Iacobus. Et ſic probatur identitas perſonæ, licèt di-
3 uerſis nominibus nuncupatæ *ad tex. in l. Lucius Titius teſtam. 14. ff. de fideicom. lib.* vbi *Alber. & Bart.* idem *Bart. in l. demonſtratio falſa num.* 20. *verſ. ſic verò ſunt nomina ff. de cond. & demon.* ponens modum probandi perſonæ identitatem per teſtes ſimilem reſultanti ex dd.
4 inſtrumentis, quorũ vis non eſt minor, quàm teſtium *ad l. in exercendis. vbi omnes C. de fid. inſtr.* imò fortior *Gloſ. in rubr. ff. eodem Dec. in rubr. extra eod. num. 3 & in rubr. de teſtib. num.* 4. Concurrente præcipuè duorum inſtrumentorum anni 1551. adminiculo, in quorum altero 18. Auguſti, dum Iurati de Pertuſa præſentant ad beneficium tunc vacans beneficiatos, inter illos deſcribitur Iacobus Gonzalez; in altero 9. Octobris dum beneficiati eligunt vnum ex nominatis, Didacus Gonzalez, idẽq; in alijs duobus alterius præſentationis, & electionis de anno 1567. in quibus legitur ſemper vnus tantùm Gonzalez, & immediatè ante Io. de Neuales modò Iacobus, modò Didacus nuncupatus; ita vt cum de illo appareat nominatio promiſcua Didaci, & Iacobi, non poſſit niſi in vno, eodemque verificari *ad tex. in l. 1. ff. de lib. & poſth. & in §. nominatim. inſtit. de exhæred. lib.* ex quo etiam placet, prædicta nomina *Iayme, & Diego* pro eodem, & ſinonymis in illis partibus vſurpari.

Non obſtat, quòd dicitur, inſtrumenta anni 1554. & 1567.
5 non eſſe in forma probanti. Quia fuerunt DD. exhibita authentica, & in forma probanti Vndè etiam ſi producta in actis eſſent copiæ, ſemper locus eſſet productioni authenticorum *Dec. poſt Bald. in cap. 1. num. 4. de teſtib. Felin. in cap. licèt cauſam num.* 18. *circa med. in 5. limit. de probat.*

Ad ſecundum reſpondebatur, clarum eſſe, Vniuerſitatem, & Iuratos loci nedum nominare ad beneficia vacantia coram Priore, & beneficiatis, ſed præſentare cum clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*, electum à beneficiaris Priori conferenti, vt ex inſtrumentis, & teſtibus; atque ita ſumus extra terminos quæſtionis Gambari, qui ſunt, quando ius tantùm nominandi eſt penes Parochianos, ius verò præſentandi penes Capitulum, in quibus terminis etiam quando laici nominant plures, contrarium tenet *Collectar. in cap. cum dilectus verſ. quod de quæſtione de iurepatron.* quaſi nec tunc ſit libera præſentandi facultas.

Et cum hic ius etiam præſentandi penes Vniuerſitatem

reſi-

reſideat, ceſſat, imò retorquetur ratio opinionis, quòd
iuſpatronatus ſit penes præſentantem, non nominan-
tem; quæ eſt, quia nominatio non habetur in conſide-
6 ratione, ſed ſolus actus præſentationis attenditur *cap.*
nobis, & cap. conſultationibus de iurepatr. cap. cum terra
de elect. vt patet ex *Collectar. d. cap. cum dilectus*, & *eodem*
Gambaro num. 393. & 394. ſed intrat alia, quòd cum
præſentatio ius tribuat, illa, non autem electio, quæ fit
in neceſſariam præſentationis executionem, attendenda
ſit *l. vnum ex familia* 69. §. *ſi falcidia ff. de leg.* 2. ibi; *non*
enim facultas neceſſaria electionis propria liberalitatis bene-
ficium eſt. Præſertim, quia, cum beneficiati, dum
eligunt, admittant Vniuerſitatem pro patrona, & Prior
illi conferat, vt præſentato ab Vniuerſitate patrona, &
ad quam ius præſentandi pertinet; vt ex ſerie collatio-
num ab anno 1498. ad annum 1570. Et iuſtitia, & Iura-
ti numquam nominauerunt via ſimplicis petitionis, quo
7 caſu dici poſſent habere quandam honorantiam, non
patronatum; ſed præſentauerunt ſemper vti patroni lai-
ci coram Priore, & Beneficiatis, à quibus pro talibus
admiſſi fuerunt, ſubſecuta collatione, & poſſeſſione;
controuerti non poteſt, ad Vniuerſitatem iuſpatrona-
tus ſpectare. *Archid. in can. hortamur. col. pen. verſ.* 5.
eſt præſentatio, & verſ. 6. *vta.* 71. *diſtinct. Dec. conſ.* 134.
in fin. Ferret. conſ. 33. *num.* 4. *Lambert. de iurepatr. lib.*
1. *par.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 5. *num.* 20. & 21. Et Beneficia-
ti, coram quibus, & Priore fit præſentatio, videntur
eſſe vti conſiliarij Prioris habentis inſtituere, vt eliga-
tur magis idoneus: exemplo examinatorum, quos cer-
tum eſt, nihil iuris habere in patronatu, licèt approbent
idoneos pro obtinenda collatione Parochialium, iuxta
diſpoſitionem *S. Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 18.
9 etiam iuriſpatronatus laicorum, & vbi plures præſen-
A tantur, etiam per concurſum inter ipſos A, vt *S. Con-*
gregatio Illuſtriſſimorum Conc. Interpretum declarauit.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Regulariter Parochiales iuriſpatronatus laicorum non
10 prouidentur per concurſum; nam tunc præſentatus à pa-
trono debet ſimpliciter examinari ab examinatoribus de-
putatis, & ſi idoneus repertus fuerit, admitti, & inſtitui,
vt expreſsè diſponitur in *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor-*
mat cap. 18. & ontant latè *Gonzal. ad reg* 8. *Cancell. gloſſ.*
6. *à num.* 134. *Garc. de benefic. par.* 9. *cap.* 2. *à num.* 255.
Mareſcott variar reſolut. lib. 1. *cap.* 5. *num* 11. Verùm
quando ſunt plures præſentati à patronis laicis, tunc in-
ter præſentatos debet fieri concurſus, & idonei ſunt ab
examinatoribus approbandi, & ex his magis idoneus ab
Epiſcopo eligendus; vt declarauit *Sacra Congregatio Con-*
cilij Tridentini, & referunt *Gonzal d. gloſſ.* 6 *num.* 13.
Garc. d. cap 2. *num.* 156. *Rota coram Gregor. XV. deciſ.*
494 *num* 2. & ibi *Beltramin latè num.* 6. *& ſeqq.* & fuit
dictum in *Pampilonen. de Zal* 2. *Iunij* 1609. *coram bon*
mem. Ortembergo, & in alia Pampilonen. Parochialis 27.
Ianuarij 1614. *coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*
Hoc tamen eſt intelligendum, quando ſinguli præſentati à
patronis laicis habent æquales voces; nam ſi eorum aliquis
haberet maiorem vocum partem, ille ſolus eſſet examinan-
dus, & idoneus repertus inſtituendus, vt tradit *Garc. d.*
cap 2 *num.* 257. & fuit dictum infra in *Pampilonen. Paro-*
chialis 26. *Iunij* 1626. *coram D. meo, num.* 2. niſi habens
pluſes voces ſe examini, & concurſui ſubijciat; quia
tunc facit ſe parem; & ideo habendus eſt, ac ſi haberet
pares voces, vt dixit Rota in *d. Pampilonen parochialis*
coram Reuerendiſſ D meo Decano, Beltramin, loco citato
12 *num.* 4. In parochialibus autem iuriſpatronatus Eccleſia-
ſtici neceſſarium eſt examen per concurſum, ex diſpoſitio-
ne *Sacri Conc. Trident. d. cap.* 18. *verſ ſi verò iuriſpatro-*
natus Eccleſiaſtici. & hoc procedit etiam in parochiali-
bus iuriſpatronatus mixti, quod ad effectum concurſus
cenſendum eſt merè Eccleſiaſticum, vt declarauit *Sacra*
Congregatio, teſtibus *Gonzal. d. gloſſ.* 6. *num.* 135. *& Garc.*
d. cap. 2. *num.* 278. & ſequitur *Mareſcott. variar. reſolut.*
lib. 1. *cap.* 52. *num.* 7. *Beltramin. loco cit. num.* 5. *&* 6.

Romana ſponſionum.

Lunæ 16. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Indebiti condictione non repetitur, quod ſolutum eſt auctoritate rei iudicatæ, niſi interuenerit dolus actoris, vel exceptio, per quam appareat, indebitum non potuiſſe examinari in primo iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Solutum auctoritate rei iudicatæ non poteſt vti indebitum repeti. Declara, vt num.* 12.

2 *Cõdictio ſinè cauſa non datur pro repetitione indebiti ſoluti in vim rei iudicatæ.*

3 *Actio nulla datur, per quam veniatur contra ſententiam pro repetitione indebiti; niſi quãdo actoris dolus interuenit, vel exceptio, per quam apparet, indebitum non potuiſſe examinari in primo iudicio, num* 4.

5 *Reſtitutio in integrum ad effectum repetendi indebitè ſolutum auctoritate rei iudicatæ non datur.*

9 *Poſſet tamen ſe tueri debitor ſi non ſoluiſſet.*

7 *Sententia lata propter falſa inſtrumenta abſque dolo, non ſuperueniente noua cauſa æquitatis non facit reſtitutionem ceſſare.*

8 *Res iudicata pro veritate habetur.*

9 *Reſtitutio in integrum conceditur ad reuocandum errorem; denegatur autem quando erroris reuocatio impugnat directè ſententiam* 10.

11 *Error poſt ſententiam non admittit reſtitutionẽ in integrum.*

DECISIO XXVI.

RESOLVTVM fuit, non conſtare de
cauſis reſtitutionis in integrum. Quia
effectus dubij conſiſtit in repetitione
pecuniarum aliàs per D. Maroldum
Arnaldo ſolutarum, ſolutum autem
auctoritate rei iudicatæ non poteſt, vt
in debitum repeti *l. ſi fideiuſſor* §. *in*
omnibus ff. mandati l. ſi ſine §. 1. *ff. rem rat. hab. l.* 1. *C.*
1 *de cond. indeb. Gloſ. in* §. *is quoque in verſ. accepiſſe Inſt.*
quib. mod. contr. oblig. Bart. in l. 1. *num.* 26. *ff. de cond.*
A *indeb.* A, Neque datur pro repetitione condictio ſinè
2 cauſa, ne iura ſint impoſita verbis, & non rebus, vt
poſt *Iacob. de Rau. & Pet.* dicit *Cyn. in l.* 1. *num.* 3. *verſ.*
8. *oppono, & ibi Bart. in verſ. Doctores noſtri C. de con-*
dict. indeb. Quod præcipuè procedit, quando per con-
dictionem dicitur malè iudicatum, licèt ſecus ſit, vbi
ſententia non dicitur iniuſta, ſed quòd illius cauſa de-
uenit ad non cauſam, vt reprobatis *Gloſſ.* tradunt *in d.*
l. 1. *C. de condit. indeb. Petr. de Bellaper. col.* 1. *in fin. &*
col. 3. *in principio verſ. quæ eſt ergo cauſa. Cyn. d. num.* 3.
verſ. dicendum eſt ergo, & verſ. At vbi ſententia iniqui-
tas.

Digitized by Google

tas. *Bart. in d. verſ. Doctores noſtri*, *& ibi Apoſtillantes* ad eum dicentes, quòd ſolutum indebitè per ſententiam, non poteſt repeti per aliquam actionem, qua experiatur contra ſententiam *Bald. num.* 4. *verſ. tertiò nota*, *& num.* 5. *Salyc. num.* 8. *verſ. & illa Gloſſ.* Et idem dicunt *in l. ſi fullo ff. de cond. ſine cauſa* per illum textum. *Bart. num.* 1. *Bald. num.* 1. *Angel. in princ. verſ. ſequitur in textu. Caſtr. num.* 7. *verſ. ſed in condictione ſinè cauſa, & num.* 9. *verſ. quid autem Iaſ. num.* 5. *verſ. in gloſ.* 1.
4 Vel quando dolus actoris interuenit, vel exceptio (per quam apparet indebitum) non potuit examinari in primo iudicio. *Bart. in l. ſi ſinè col.* 2. *in princ. ff. rem rat. hab. Bald. in d. l. ſi fideiuſſor §. in omnibus in fin. & ibi Salyc. num.* 5. *ff. mand. Abb. in cap. ſuborta num.* 10. *verſ. ſed Bart. de re iudic. Addentes ad Alex. conſ.* 69. *lit. H*, *vol.* 3. Qui omnes apertè ſentiunt, non dari reſtitutionem in integrum ad effectum repetendi indebitè ſolutum auctoritate rei iudicatæ, condictione indebiti, vel
5 ſinè cauſa, dum reprobant Gloſſas contrarium tenentes, & præſertim quòd non detur reſtitutio ex clauſula generali *in d. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus in verſ. ceſſat. in fin.* Vel quando ſententia eſt aliqua, ſed precibus, vel gratia lata. *Alber in d. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus in fin.* vbi dicit, ſic eſſe intelligendam illam gloſ. quam etiam, dum loquitur de reſtitutione in integrum ex clauſula generali, & in vtroque dicto eſſe probandam per *Cyn. & Doct. in l.* 1. *C. de cond. indeb.* dicit ibi *Bart. num.* 2. *& Bald. in princ. & in addit. num.* 2. dicens, quòd aliàs lex eſſet impoſita verbis, & non rebus, licèt videatur tenere, quòd ſi debitor condemnatus nondum ſoluiſſet, poſſet ſe tueri; & expreſsè *Salyc. num.* 5. *verſ. ſed vnum*. Sed quando ſententia eſt lata propter falſa inſtrumenta abſque dolo aduerſarij, & non ſuperueniente noua cauſa æquitatis, ne quis locupletetur cum aliena iactura, poſt ſententiam quòd ceſſet reſtitutio *Angel. in d. l. ſi fullo. verſ. ſi autem nihil. Cyn. in d. l.* 1. *num.* 4. *in fin. verſ. ſed contra hoc eſt C. de cond. indeb.* & ſentit ibi *Bald. num.* 8. *verſ. ſolutio. intellige*.

Sed D. Maroldus victus per duas ſententias Rotales conformes rem iudicatam facientes inter ciues, & incolas ex *ſtatuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 180. & in vim mandati executiui relaxati per Reuerendiſſimum D. Bononien. ſoluit Arnaldo nedum ſortem, ſed etiam expenſas taxatas, & hodie prætendit repetitionem, ex ſolo capite notoriæ iniuſtitiæ ex eiſdem; ita non fuit viſa DD. aliqua ſubeſſe cauſſa digna reſtitutione in integrum ex prædictis; & quia ſententia, & res iudicata pro veritate habetur *l.*
8 *ingenuum ff. de ſtat. hominum. l. res iudicata ff. de reg. iur.* facit de indebito debitum, vt not. omnes *in d. l.* 1. *C. de cond. indeb.* & fuit etiam approbata per ſolutionem *l. ad ſolutionem C. de re iudic. Innoc. in cap. ſollicitudinem num.* 2. *de appellat.* Et licèt reſtitutio in integrum con-
9 cedatur ad reuocandum errorem; non tamen quando erroris reuocatio impugnat directè ſententiam, vt ex
10 mente *Bart. not. Angel. in l. cum fideicommiſſum num.* 4. *verſ. ſecundò fallit ff. de confeſſ. Odd. de reſt. in integrum par.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 7. *num.* 35. Nec quando error eſt
11 commiſſus poſt ſententiam, vt poſt *Innoc. in d. cap. ſollicitudinem, in verbo reuocare, verſ. argumentum contra*, tradit *Angel. in d. l. cum fideicommiſſum in fin. & Odd. vbi ſupra num.* 37. Et nihilominus ſententiæ viſæ fuerunt DD. ſatis iuſtificatæ ex deciſionibus factis, & præſertim coram Reuerendiſſimo D. Bononien. 13. Nouembris 1609. quæ eſt ſuper ſola iuſtitia ſententiarum: & etiam ex præcedentibus coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & bon. mem. Iuſto, ex quibus tolluntur omnia fundamenta hodie facta in hoc articulo pro D. Maroldo, quibus non eſt opus ſigillatim reſpondere.

Aliud autem caput dubij, an D. Maroldus teneatur releuare indemnem Arnaldum DD. reſeruarunt particulariter videndum.

ANNOTATIO.

A *Doct in d. l* 1. C. *de condict indeb. & in l. eleganter, & in l. Iulianus ff. eod. Alexand conſil.* 169. *num* 12. *volum.* 2. *Ruin. conſ.* 109. *num.* 4. *vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 108. *num.* 36.
12 *vol* 4. *Surd. deciſ.* 74. *num.* 10. Limita, vt hæc regula habeat locum, quando ſolutio fuit facta ſponte, non autem quando coactè, & Iudicis mandato, vt per *Rot. Ianuen. deciſ.* 3. *num.* 10. quæ limitatio procedit, quando in primo iudicio non potuit examinari, an eſſet debitum, vel indebitum, neque exceptio aliqua ad ſolutionem ipſam impediendam opponi, vt fuit dictum in *Romana repetitionis indebiti* 29. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. meo Merlino*, in qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien cenſus extra Rotam.

Lunæ 16. Decembris 1613.

ARGVMENTVM.

Statutum prohibens, minorem, vel mulierem poſſe contrahere ſinè certa ſolemnitate, an & quando vires ſuas extendat extra territorium ſtatuentium.

SVMMARIVM.

1 *Minoris fideiuſsio facta, ſinè curatore valet, ſi minor curatorem non habeat, præſertim ſtante iuramento. Limita vt num.* 10.
2 *Statutum dirigens verba in perſonam afficit perſonam ſubditam, etiam extra territorium exiſtentem, & num.* 4. *Secus vbi principaliter reſpicit formam, & contractus, ſecũdariò verò perſonam, & num.* 5. *Contrarium num.* 11.
3 *Statutum Bononiæ inhabilitans minores ad contrahendum, an, & quando comprehendat minores extra ſuum territorium contrahentes, & numm. ſeqq.*
8 *Statutum non afficit contrahentem extra territorium cum forenſe, & neſciente ſtatutum.*

DECISIO XXVII.

MANDATVM executiuum contra D. Aureliũ ab Armis per hæredes Ioãnis Teggiæ petitum eſſe relaxandum, viſum fuit DD. Quia perſonæ agentium ſunt legitimatæ, & ex inſtrumento cenſus à Virgilio Butriolo ad fauorem dicti Ioannis impoſiti conſtat de acceſſione D. Aurelij in forma Cameræ, ac principaliter, & inſolidum facta.

Neque obſtat exceptio nullitatis obligationis, tanquam facta à minore vigeſimo quinto, licèt maiore vigeſimo
1 anno. Nam cum non conſtet, eum habuiſſe curatorem, fideiuſſio valet *l.* 3. *C. de in integ. reſtit. l.* 1. *C. de filio*
A *fam. minore* & ſinè dubio, ſtante iuramento A, *auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. venditionem*, & ibi *Bald. num.* 13. *Iaſ. in l.* 1. *num.* 6. *ff. ſi quis in ius voc. non ierit Tiraquel. de leg. connub. gloſ.* 5. *num.* 104. *Surd. conſ.* 46. *num.* 3. in princ. Statutum verò Bonon. ſub rubr. *de contract. cum minor.* &c. dato etiam, quòd verba dirigeret

in per-

in perſonam, vt videtur ibi, *Quòd nullus minor* 25. *annis contrahere poſſit, &c.* & ſic illam principaliter conſiderando inhabilitaret. *Bart. in l. ſi quis pro eo num.* 11. *verſ. quintò prohibetur, & verſ. ſed ſi verba, & verſ. ſi verò prohibitio ff. de fideiuſſ.* Caccialup. *in repet. l. cunctos populos num.* 101. *verſ. & maximè, & num.* 109. *verſ. quartus*, quo caſu porrigit vires extra territorium *Bart. in d. l. cunctos populos num.* 32. cum allegat. per *Tiraquel. de leg. connub. gloſ.* 8. *§.* 26. *num.* 219. *&* 220. *et* 223. *et Lamberteng. de contract. mulier. gloſ.* 14. *num.* 6. *Achill.*
B *deciſ.* 2. *de conſtitut.* B, quicquid aliud ſit, vbi ſtatutum reſpicit principaliter formam, ac ſolemnitates contractus, ſecundariò perſonam *Rot. diu. deciſ.* 162. *num.* 3.
3 *par.* 2. Non tamen obſtare videtur in caſu iſto. Omiſſo enim, quòd non videtur abſolutè perſonam minoris inhabilitare, ſed tantùm quando contrahit in Ciuitate, vel territorio Bononiæ; vt ex lectura ſolemnitatum requiſitarum, quæ non, niſi in territorio, poſſunt adhiberi; inter quas decretum alicuius Doctoris Collegij iuris ciuilis, vel canonici Bononiæ; quia non poſſet vti forenſis illud extra territorium interponere; ſicut ſtatutum excludit Iudices forenſes, etiam in ipſa Ciuitate; præſentia, agnati, vel cognati cum iuramento; contractum non tendere in damnum minoris, & reſpectu minorum 18. annis in alienatione ſtabilium decretum Antianorum, & Trib. pleb. & in *§. ſi autem pupilli* prouidetur de vicinis, ſi nõ reperiatur agnatus, vel cognatus in Ciuitate; & clarè in *§. et quia in fraudem*, vbi cõtrahere nõ poſſunt in aliquibus Villis, Terris, vel Caſtris extra Ciuitatem Bononiæ, niſi per tres menſes in illis permanſerint, & tunc ad excludendam fraudem; & ita non videntur inhabilitati abſolutè extra territorium, ſed ſolùm quando ducerentur extra in fraudem ſtatuti; quod conſideraſſe videtur in hac materia *Bald. conſ.* 6. *num.* 1. *verſ. item certum eſt lib.* 5. quæ ratio ceſſat in aduena, & ignaro ſtatuti. Statutum ligaret contrahentes extra territorium ſi ſimpliciter, & abſolutè perſonam inhabilitaret; & in his terminis loquitur *Bart. in d. l. cunctos populos quæſt.* 6. *num.* 32. *verſ. aut ſtatutum eſt prohibitorium in perſonam*, quem *Salyc. ibi num.* 11. *verſ. ſi in perſonam, Signorol. quæſt.* 6. *num.* 19. ſecus verò, quan-
5 do non ſimpliciter, ſed ita vt non poſſit, ſinè certis ſolemnitatibus, vt iſtud; tunc enim quamuis verba in perſonam dirigantur, videtur principaliter inducta forma contractus, & potius eſt locus primæ parti diſtinctionis *Bart. in d. quæſt.* 6. vt non procedat extra territorium *Aret. conſ.* 14. *num.* 3. *verſ. tertia ratio principalis, & conſ.* 75. *num.* 5. *verſ. his ergo, & num.* 6. *Soccin. conſ.* 239. *num.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 131. *num.* 2. *verſ. eſt etiam lib.* 4. *Crot. in repetit. cap. vt animarum §.* 1. *num* 28. *&* 29. *de conſtit. in* 6. *& in l. omnes populi num.* 253. *&* 254. *ff. de iuſtit. & iur. Ruin. conſ.* 53. *num.* 13. *lib.* 2. *& conſ.* 201. *ſub num.* 8. *lib.* 1. quos *Rota deciſ.* 103. *num.* 19. *& ſeqq. par.* 2. *diuerſor. Capra conſ.* 144. *num.* 13. *Lambert. de contr. mulier. Gloſ.* 2. *verbo mulierum num.* 48. *in fin.* vbi de communiori in his terminis teſtatur *numeris ſeqq.* cum allegatis per *Modern. Ferrarien. in tractat. clauſular. clauſ.* 7. *Gloß.* 19. *num.* 17. *verſ. contrarium tamen*, qui ita ſe tenuiſſe teſtantur *Petr. Anton. Anguiſ. conſ.* 38. *num.* 15. *verſ.* 4. *lib.* 2. & hanc opinionem tenuit Rota in *Valentina mercedis* 2. *Iunij* 1608. *coram R. P. D. meo Decano*, & in terminis huius ſtatuti *Petr. Caballus conſ. ciuilis deciſiuo* 100. *num.* 44. Et multi in contrarium allegati loquuntur in ſtatuto prohibente, ſimpliciter, & abſolutè minorem, vel muliere contrahere, non autem quando ſinè certa ſolemnitate, prout *Roman. conſ.* 39. *in princip. Soccin. conſ.* 79. *num.* 5. *in* 4. *Curt. iun. conſ.* 9. *num.* 2. & alij. *Bald.* verò, qui in his terminis *conſ.* 60. *lib.* 5. vltra quòd conſuluiſſet id, quod non firmauit *in d. l. cunctos populos*, vt ibi not. *Caccialup. num.* 105. mouetur ex præſumpta fraude, vt aduertunt *Modern. Ferrarien. vbi ſupra verſ. declara tamen*.

Quæ opinio vbi generaliter ſumpta pati poſſet difficulta-
7 tem, benè tamen procedit in caſu propoſito, quo D. Armius contractum inijt in Vrbe, non ab eo ſolo pendentem, vt eſſet teſtamenti factio; ſed vltrò, citròq. obligatorium cum Teggia Salonen. & ſic forenſe, non ſubdito ſtatuto Bononiæ, qui illius ignarus præſumitur; vt diſtinguebat *Zuccar. Triuiſan.* quem profundæ ſcientiæ virum dicens, ſequitur *Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta num.* 199. *verſ. hic cadit quæſt. de conſtit. & num.* 201. *in fin. & Caccialup. in d. l. cunctos populos num.* 176. *verſ. limitauit tamen* ſubdens, ſtatutum non debere afficere contrahentem extra territorium cum forenſe, & neſciente ſtatutum *Alexand. conſil.* 41. *num.* 16. *& in addit. ad Bart. d. l. cunctos populos num.* 32. *verbo, vbicunque bona, Gabr. de ſtat. concluſ.* 8. *num.* 4. nec diſſentire videtur *Tiraquel. de legib. connub. Gloſſ.* 8. *num.* 222. *&* 223. & licèt *num.* 224. ſequatur opinionem ſupra relatã pro nullitate contractus, non tamen loquitur eo caſu, quo mulier contrahit cum forenſe ſtatuti ignaro *Moder. Ferrarien vbi ſupra verſ. declara tamen, & verſ. declara ſecundo*, quem ſequitur etiam, & latè contra *Ruin.* defendit. *Rim. iun. conſ.* 42. *num.* 59. *cum pluribus ſeqq.*

Non obſtant deciſiones in cauſa *Bononien. cenſus* 17. *Maij*
9 1608. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen. &* 15. *Februarij* 1610. *coram bon. mem. Penia*, in quibus firmari videtur, ſtatutum, de quo agitur, ligare ſubditos, etiam extra territorium contrahentes; nam illa coram Reuerendiſſimo Lugdunen. hoc non firmat, ſed principale fundamentum facit in Statuto Vrbis, in quo ſolùm perſiſtitur in alia deciſione 20. *Februarij* 1609. *coram eodem*, & vltra quòd mouentur ex eo, quòd à Statuto fides tollatur inſtrumentis aliter confectis, quod fit ſolùm in contractibus pupillorum: ibi contractus erat initus à minore Bononienſe cum eius patre, & regimine Bononien. Vndè caſus ille non applicatur huiuſmodi contractui inito cum forenſe ex prædictis.

Ex quibus vtraque parte informante ſic concluſum.

ANNOTATIO.

A Quòd minoris fideiuſſio, ſtante iuramento valeat, & non competat ei in integrum reſtitutio, dictum fuit infra in
10 *Romana, ſeu Tudertina nullitatis obligationum* 4. *Iulij* 1614. *num.* 5. limitatur tamen; vbi minor fuiſſet enormiſſimè læſus, vt latè *ibid. num.* 6. & in *eadem* 1. *Iunij* 1615. *num.* 3. cum ibi notat.

B *Gabr.* qui loquitur in ſtatuto Aeſino prohibente mulieribus teſtari ſinè præſentia conſanguineorum *conſil.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. hanc tamen *Bart.* & ſequacium diſtinctionẽ Rota non ſequitur; ſed indiſtinctè tenet, ſtatutum non porrigere ſuas vires extra territorium, ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam; de qua re vide latè infra in *Collen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *coram D meo num.* 2. *& ſeq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Leo-

Leodien. Canonicatus Tongren.

Ven. 10. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria concedi, vel denegari ſolet in pluribus caſibus, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria deneganda non eſt in tertia inſtantia, quamuis cauſa ſit beneficialis.*
2 *Remiſſoria non datur ad probandum id, quod probatum non releuaret, & num.* 8.
3 *Articuli admitti ſolent à Rota, quando dubium eſt, an releuent.*
4 *Remiſſoria non datur in beneficialibus ſinè fumo.*
5 *Remiſſoria denegari non ſolet, calumnia ceſſante, quæ non præſumitur.*
6 *Calumniæ præſumptione non debet quis facilè à probando repelli.*
7 *Remiſſoria danda non eſt ad probandum delictum, præſertim ſinè magno fumo.*
9 *Probatio fruſtrà expectatur, quæ cum peruenit, nihil operatur.*

DECISIO XXVIII.

REMISSORIAM concedendam eſſe, concluſum fuit, reſpectu ſex priorum articulorum continentium conſuetudinem in Ciuitate, & diſtrictu Leodien. nedum quadragenariam, ſed immemorabilem, vt ſtabilium vēditiones, onerum impoſitiones, aſſignationes etiam pro legitima filiorum ſuper eiſdem bonis, & aliæ obligationes eorundem fiant coram Scabinis, & iuſtitia loci, vbi bona ſunt ſita, vel loci ſuperioris: & aliter factæ ſint ipſo facto nullæ, & pro nullis etiam in iudicijs contradictorijs habitæ; & quòd iſta conſuetudo eſt vniuerſalis, & promiſcua, etiam in contractibus Clericorum, ſiue inter ſe contrahant, ſiue cum laicis. Nam vltra quod cum cauſa ſit in tertia inſtantia, quamuis ſit beneficialis, non eſt deneganda remiſſoria *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 2. verſ. vſu quoq; Seuerol. de remiſſ. cap.* 27. Illorum releuantia videbatur apparere, ex eo, quia illis probatis reſultaret nullitas aſſignationis legitimæ facta Huberto reſignanti ab eius patre, ex qua principaliter firmatum fuit, eundem reſignantem aliunde viuere potuiſſe, & conſequenter nullitas reſignationis factæ Gerardo, ex alleg. in alia deciſione. Et licèt in ea fuerit etiam conſideratum, abſque redditu pro legitima aſſignato, habuiſſe reſignantem alia bona, & redditus, quo caſu non daretur remiſſoria ad probandum
2 id, quod probatum non releuaret, *Caſſador. deciſ. 2. de*
A *dilat. Verall. deciſ. 66. par.* 3. A, Tamen cum in deciſione non fuerit firmatum; ex illis ſolis reſignantem potuiſſe viuere, non poteſt dici conſtare de irreleuantia: præſertim quia principale deciſionis fundamentum eſt in aſſignatione legitimæ, excluſa allegata conſuetudine: & Rota, quando etiam dubitatur, an articuli re-
3 leuent, conſueuit illos admittere. *Rota deciſ. 25. de teſt.*
B *aliàs 644. in ant. Veſtr. lib. 5. cap. 15. num. 7.* B
Non obſtat, quòd in beneficialibus non detur remiſſoria
4 ſinè fumo, ex communi, & ineuitabili Rotæ ſtylo, de quo *Mandoſ. in prax. commiſ. form. 19. verb. remiſſoria verſ. non tamen, & fuit vltimo loco dictum in Giennen. Portionis 4. Decembris præteriti coram me.* Quia pro fumo conſiderabant DD. fidem Scabinorum, quæ licèt non benè concludat conſuetudinem, vt oſtenſum fuit in alia deciſione, tamen illam deſeruire poſſe dicebant ad
5 remouendā calumniam, qua ceſſante non ſolet remiſſoria denegari. *Verall. deciſ. 59. in princ. lib. 3. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 4. verſic. & generaliter.* & quæ in dubio non præſumitur, imò propter præſumptam ca-
6 lumniam non debet facilè quis repelli à probando *Bellam. deciſ. 624. ſi habui ſemel. in vlt. verbis*, quem Rota
C ſequitur C, Quo verò ad alios continentes falſitatem mandati procuræ ad reſignandum, & aſſignationis legi-
7 timæ, cum ad probandum delictum non ſit danda remiſ-
D ſoria, præſertim ſinè magno fumo. D *Verall. deciſ. 62. & deciſ. 68. num. 3. par. 3. & fuit dictum in Hiſpalen. matrimonij de Alcala 5. Iun. 1604. coram Reuerendiſſimo Bononien.* DD. dixerunt, non eſſe dandam, ſuper quo ſi pars volet iterum audietur. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Roman conſ 356 Cæſar. de Graſſ deciſ 1. num.* 10.
8 *de dilat. Put deciſ. 324. lib. 2. in correct. Gregor XV. deciſ. 184. num. 3. deciſ 81. num. 3. deciſ 122. num. 1. deciſ. 356. num. 1. deciſ 461. num. 1. & deciſ. 477. num. etiam 1. Rot. deciſ. 338. num. 1 par. 1. & deciſ 589 num. etiam 1. in fine par. 2. recent. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 803. num. 11. & cap. 199. num.* 12. nam fruſtra expectatur probatio,
9 quæ cum peruenit nihil operatur, *Bald in l. ad probationẽ num. 3. C. de probat. Pariſ conſil 97. num 131. & ſeq. lib. 1. Honded. conſ. 19. num 2. lib. 1. Rota deciſ. 326. num. 2. par. 2 recent.*
B Adde *Boccacc. de liter remiſſor. cap. 4. num. 46. Farinac. de oppoſit contra exam. teſt quæſt. 77. num. 45. in fine, Gratian d. cap. 199. d num. 12.*
C Vide quæ notaui ſupra *deciſ* 23.
D Adde *Gratian. d cap. 803. num.* 13. & fuit etiam dictum infra in *Meliten. habitus 19. Nouembris 1618. num. vlt. & in Palentina ſepulturæ 1. Iulij 1619. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Caualerio, in qua hæc deciſio allegatur.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana laudi.

Lunæ 13. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Plura explicantur, quæ laudi nullitatem inducunt. Item an, & quando arbitri aſſertioni credendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum non ſeruata forma compromiſſi eſt ipſo iure nullum.*
2 *Arbitrorum aſſertioni quando ſtetur, & quando non, & num. ſeqq.*
Clauſula, nulla tela iudiciaria ſeruata, de iure, & de facto, *an æquipolleat clauſula*, ſinè ſcriptis.
3 *Clauſula in compromiſſo*, quòd poſſit arbiter procedere de iure, & de facto, nulla tela iudiciaria ſeruata, *habet locum in leuibus tantum cauſis, & modici præiudicij, non autem in grauibus, & magni ponderis.*
4 *Diſtinctio concilians opiniones eſt amplectenda.*
5 *Arbitrorum aſſertioni non creditur in concernentibus iuſti-*

ſtitiam, vel iniuſtitiam laudi.

6 *Iudici nunquam creditur in ijs, à quibus ei prouenit iuriſdictio.*

7 *Præſidi aſſerenti, ſe ex aliqua iuſta cauſa delegare cauſas meri, & mixti imperij, an, & quando credatur.*

8 *Arbitrum ſe aſſerenti non creditur, niſi conſtet de compromiſſo, & num. 24.*

9 *Arbiter ſi eſt electus ſub conditione debet de illius purificatione ante laudum conſtare, alias laudum eſt nullum.*

10 *Statutum tollens exceptiones contra ſententiam non excludit exceptionem, qua negatur eſſe latam à Iudice competenti, & ſic eſſe ſententiam.*

11 *Arbitro non creditur in ijs, quæ probari non poſſunt, niſi per ſcripturam.*

12 *Scriptura eſt de ſubſtantia contractus, quandò partes voluerunt, de eo fieri debere ſcripturam.*

13 *Arbitro, cui data eſt facultas procedendi ſinè ſcriptis, creditur de geſtis coram ſe.*

14 *Bilancia fieri non dicuntur, niſi examinatis omnibus, & ſingulis rationibus.*

15 *Laudum in vno exceſſiuum an ſit nullum in totum, & num. 26.*

16 *Arbiter, qui tenetur decidere cum voto Conſultoris, tenetur illud requirere, non ſequi.*

17 *Laudum nullum reſpectu alicuius ex compromittentibus dicitur etiam nullum reſpectu aliorum.*

18 *Clauſula*, Omni meliori modo, *licèt faciat ſuſtineri actum, etiam ſi alio modo, quam expreſſum ſit, valere poſſet, non tamen operatur obligationem pro alio.*

19 *Obligatio pro alio ſtrictiſſimè interpretatur, ita vt in ea quod expreſſum non eſt, habeatur pro omiſſo.*

20 *Clauſula*, Omni meliori modo, *in requirentibus expreſſionem nihil operatur.*

21 *Prorogatio cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, quibus primus actus.*

22 *Scriptura priuata debet eſſe ſcripta tempore data appoſitæ.*

23 *Arbiter pronunciando extra tempus compromiſſi non prorogatum, nulliter pronunciat.*

24 *Laudum, vbi non conſtat de compromiſſo, eſt nullum. Limita, vt num. 25.*

27 *Sententia, vbi capita ſunt ſeparata, valet quoad vnum, licèt corruat in alio, ſecus vbi eſt indiuiſibilis.*

28 *Conſilium an, & quando ſit ſequendum, vel ſufficiat ſi tantum requiratur, remiſſiuè.*

DECISIO XXIX.

APPROBARVNT DD. reſolutionem factam 28. Iunij præteriti, Laudum à nullitatibus defendi non poſſe, exiſtimantes. Primò ex defectu poteſtatis ob non ſeruatam formam compro-
A. miſſi, A, vt arbiter non poſſet ad aliquam declarationem deuenire, niſi priùs ſolidatis omnibus computis, & factis omnibus bilancijs, & illi conſignatis; & ideò laudum, conditio-
1 nibus priùs non purificatis, eſt ipſo iure nullum *Innoc. in cap. fin.* quem ibi omnes ſequuntur teſte *Felin. num. 23. verſ. tertiò aduerte, de præſump. gloſſ. magna in clem. 1. vbi Anchar. Card. & Imol. de offic. deleg.* quos *Felin. vbi ſupra Soccin. conſ. 49. num. 10. verſ. tertiò confirmatur lib. 3. Ruin. conſ. 68. num. 5. in prin. conſ. 25. à num. 4. ad 9. lib. 4. Put. deciſ. 319. in fin. lib. 1. ſecundum vltimam impreſſionem.* Nec prædictorum implementum ex arbitri aſſertione probatur, quamuis ex compromiſſo procedere poſſet, nulla tela iudiciaria ſeruata, de iure,
2 & de facto. Quia vltra quòd poſſet controuerti, An iſtæ clauſulæ æquipolleant clauſulæ, *ſinè ſcriptis*, in qua loquitur *Bart. in auth. niſi breuiores, in fin. C. de ſent. ex breuit. recitan.* Domini prætermiſerũt diſcuſſionem opinionis *Bart.* quam ſequuntur cumulati per informantes pro Dominis de Donis, contra quam tenent *Angel.* & alij in deciſione allegati, inter quos *Imol.* de veriori *Felin.* opinionem *Bart.* communiter reprobatam, *Pariſ.* hanc veram, & ab omnibus probatam teſtatur *Barbat. in cap. ex literis num. 22. de probat.* dicens, ſe malè aliàs pro *Bart.* conſuluiſſe, *Adden. ad Dec. in cap. quoniam contra num. 29. lit. B. de probat. Ruin. conſ. 67. num. 14. lib. 1.* dicens, communem, & contrariam *Bart.* non veram, & communiter reprobatam, ſed firmarunt, illam præſenti caſu non procedere ex pluribus.

Primò, quia habet locum tantùm in leuibus cauſis, & mo-
3 dici præiudicij, non autem in cauſa graui, & magni ponderis, *Butr. conſ. 24. ſub num. 8.* quem *Soccin. Sen. conſ. 46. num. 47. lib. 4. Lauden. in tract. notularum, ſeu retractationum opinionum Bart. quæ non ſeruantur in prædictis* quem refert, & ſequitur *Curt. Sen. in repet. l. admonendi, num. 338.* dicens ſæpe conſuluiſſe *ff. de iure iur. Aretin. & Felin. in deciſ. allegati*, & videtur ſequi *Aret. conſ. 163. num. 5. verſ. non obſtant notata,* quæ diſtinctio
4 concilians opiniones eſt amplectenda. *Gloſſ. fin. in fin. in cap. ſcienter de cenſib.* maximè cum magnam ſapiat æquitatem, ne in arduis, grauibus, & formalibus nimis poteſtas arbitri relaxetur, & inueniatur cautela tollendæ reductionis ad arbitrium boni viri, etiam poſt laudi paritionem, nunquam à Doctoribus reperta.

Secundò, quia non procedit in aſſertione circa concernen-
5 tia iuſtitiam, vel iniuſtitiam laudi *Butr. in cap. quintauallis num. 43. de iureiur. Abb. in d. cap. quoniam contra num. 3. verſ. & vide, ibique Aretin. num. 19. Felin. num. 3. verſ. vno caſu Bero. num. 34. Franc. Curt. in repet. d. l. admonendi num. 338. Aym. conſ. 265. num. 4.* Prout eſt iſta, cum ex ſolidatione computorum reſultet augmentum, vel diminutio crediti, & debiti vtriuſque partis reſpectiuè, & illa omiſſa; non poſſet arbiter benè cognoſcere, quis eſſet creditor, vel debitor, & in qua ſumma; & ita multo minus aliquam declarationem deſuper facere.

Tertiò, quia opinio *Bart.* non applicatur, quando arbitri
6 aſſertio eſt circa fundamentum ſuæ auctoritatis, & formam præſcriptam, ſiuè qua laudare non poterat; cum nunquam credatur Iudici in ijs, à quibus prouenit iuriſdictio, ex allegatis in deciſione. Quibus non obſtat
7 *Ruin. conſ. 35. num. 38. & conſ. 50. in fin. lib. 1.* volens, credi Præſidi dicenti, ſe delegare cauſas meri, & mixti imperij, ex aliqua iuſta cauſa, ſinè qua non poſſet, *cum alijs citatis.* Data enim illa opinione pro vera, quæ multos habet contradictores, procedit in Iudicibus ordinarijs, de quorum iuriſdictione cum conſtet, præſumi volunt pro qualitate. At ſecus in delegato, vel arbitro, quorum iuriſdictio pendet ab alterius conceſſione, *Butr. in cap. cum in iure num. 13. vbi Henric. Boich. verſ. ſi quæris de delegato de offic. deleg. Gabr. conſ. 40. num. 16. & 17. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 76. num. 8. verſ. hic intellectus. & num. 14. & 15.* Et *Bart.* vult ſtari arbitro circa proceſſum, & geſta coram eo, ſup-
8 ponendo illum eſſe arbitrum; at hic negatur ſuppoſitum, & ſic aſſerentem fuiſſe arbitrum, de quo priùs conſtare debet ex *l. non erit §. dato, iuncta gloſſ. in verb. dato, ff. de iure iur. Io. de Monte Sperello, quem Soccin. Sen. in auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo, num. 12.* qui licèt loquatur,
B vbi non conſtat de compromiſſo B, eius tamen ratio concludit, etiam quando conſtat de conditionali *Alex. conſ. 124. num. 9. verſ. tertia ratione, & 10. lib. 2.* vbi quòd
9 ſi arbiter ſit electus ſub conditione, debet de illius purificatione conſtare ante laudum, quod aliàs tanquam

latum à carente auctoritate arbitrandi, non valet, nec
ſtatur in hoc verbis narratiuis laudi; quod confirmat
conſ. 48. num. 121. verſ. vltimò principaliter lib. 7. ſequi-
tur *Natt. conſ. 167. ſub num. 10. Rum. conſ. 68. num. 4.
& 16. verſ. ſed per prædicta*, vbi relato dicto *Bart. num.*
14. inquit, non procedere, niſi in aſſertione, per quam
non acquiritur iuriſdictio, quia priùs aderat, & de illa
conſtabat; ſecus conditione non verificata, quia non
ante acquirit poteſtatem *Aret. d. conſ. 163. num. 5. à
verſ. non obſtat, ad num.* 6. Hinc ſtatutum tollens exce-
10 ptiones contra ſententiam non excludit illam, qua ne-
gatur eſſe latam à Iudice competenti, & ſic eſſe ſenten-
tiam *Bart. in l. diuus num. 1. verſ. certè ſic ff. de teſt. mi-
lit. Abb. in cap. item cum quis num. 6. de reſtit. ſpol.* & idem
dicitur de ſtatuto tollente exceptiones instrumēti *Bart.
vbi ſupra, & in l. 1. §. & paruu num. 3. verſ. ego in iſta
materia ff. quod vi, aut clam Butr. in d. cap. item cum quis.
num. 16. verſ. ſi ſtatutum licet.* vbi *Abb. alleg. & Bero.* qui
de communi *num. 27. Felin. in cap. ex parte il 2. num. 6.
verſ. ſecundò fallit*, & ibi *Dec. num. 39. in 2. limit. de offic.
deleg.* & in ſtatuto prohibente dici de nullitate laudi fuit
dictum in præcedenti deciſione.

Quartò opinio *Bart.* non poteſt procedere in ijs, quæ pro-
11 bari non poſſunt, niſi per ſcripturam, in quibus arbi-
tro credi non poteſt, *gloſſ. in l. ne in arbitris, in verbo Iu-
dice, & addentes ad illam in verb. ſermones C. de receptis
arbitris vbi Bart. num. 6. verſ. aut poſtquam, & verſic.
ſolum Bald. num. 10. Salyc. num. 2. in fin. & 3.* Vndè
Bart. & ſequaces monentur vnica ratione datæ facul-
tatis procedendi ſinè ſcriptis, ex qua videntur partes
voluiſſe ſtari eius atteſtationi; hic autem reſpectu con-
fectionis bilanciorum, & ſolidationis computorum
arbitro conſignandorum, nedum partes non dederunt
facultatem arbitro illa conficiendi, & ſinè ſcriptura, ſed
12 expreſsè voluerunt, illa in ſcriptis redigi, dum conue-
nerunt ea omnia fieri, & arbitro conſignari, cum clau-
ſulis abnegantibus potentiam aliter declarandi; & ideo
hoc caſu procedit doctrina *Caſtr. in l. contractus C. de
fid. inſtrum.* ſcripturam dici de ſubſtantia, vt per *Put.
deciſ. 43. lib. 3. iux. modernam impreſſ.* prout etiam eſt im-
poſſibile, bilancia fieri ſinè ſcriptura, vt ad ſenſum patet,
& deponunt teſtes pro Donis examinatis.

Quintò, *Bart.* & alij dicentes, arbitro procedenti ſinè ſcri-
13 ptis credi, loquuntur de geſtis coram ſe: hic autem com-
puta, & bilancia non fuerunt facta, neque erant facienda
coram eo, ſed illi facta inter partes conſignanda; & in-
ſuper arbiter non atteſtatur de conſignatione illorum
facta per partes, vel Pyrrhum. Minùs prædicta proban-
tur ex teſtibus nouiter examinatis, ex illis enim contra-
ria potiùs reſultat probatio reſpectu ſolidationis, dum
ſecundus iuxta 22. dicit, neſcire computa fuiſſe ſolidata:
tertius iuxta idē dicit neſcire, & quòd ſi fuiſsēt ſolidata,
id appareret in libris; quartus iuxta idem dicit, cōputa
in eius domo fuiſſe calculata, non ſolidata in *ſummario
Pyrrhi num.* 5. cum tamen Doni in articulis cum iura-
mento productis inter alios, à quibus ponunt fuiſſe ſo-
lidata computa, nominauerint Fabronum tertium, &
Ciaium quartum teſtes *in eodem ſummario num.* 17. id
expreſsè negantes; quod etiam colligitur, quia conſtat,
non fuiſſe exhibitos omnes libros rationis ſæpius à
Pyrrho ante laudum petitos, & dum illorum exhibitio
negabatur, illam obtineri ab arbitro non potuiſſe, ſed
reſponſum per verbum petijt, vt in *ſummario euſdem
num.* 6. iuncta maximè interpellatione Pyrrhi in termi-
no prolationis laudi ad exhibendum libros rationis aliàs
petitos, ad effectum conficiendi computa, & bilancia
in eodem ſummario num. 8. & intimatione facta eadem
die pro DD. de Donis, qualiter conſignarunt arbitro
bilancia negociorum, quorum libri commodè haberi nō
poſſunt in *eodē ſummario num.* 15. reſpectu confectionis
bilanciorum, quia primi duo nihil deponunt, tertius de
bilancijs duorum negociorū tantùm, quartus de varijs;
& ſic non excludunt defectum formæ, & conditionis: cū
eſſent facienda omnia bilancia omnium rationum; vltra
quod, quartus eſſet vnicus, & ſingularis, cumq; deponat,
fuiſſe facta ſinè interuentu, vel approbatione partis, ap-
pareret fuiſſe nulliter confecta, ex allegatis in alia deci-
ſione. Neque ad oſtendendam ſolidationem factam cū
Pyrrho facit vltima notula quarundam partitarum pro
Donis producta, quia nulla apparet in ea computorū ſo-
lidatio, imò excluditur, dum manu Ciaij plures parti-
tæ reſeruantur aptandæ, & inſuper adnotatur, quòd ex-
pectentur quidam libri, & quòd arbiter debeat omitte-
re declarationem ſuper differentiam vnius partitæ, quod
in ſequentem quoque nullitatem influeret. Neque pro
bilancijs deſeruire poteſt liber ſpolij, quia partes no-
luerunt illi ſtare, nedum ex eo, quòd licèt liber iſte adeſ-
ſet tempore compromiſſi, conuenerunt, quòd fierent
bilancia, ſed etiam quia ita proteſtatus fuit procurator
illorum de Donis in illius exhibitione coram arbitro
facta, vt *in eius extractu fol.* 65. & ſumma ratione, quia
in eo plures partitæ debebant aptari, & meliori calculo
ſolidari, vt adnotatum fuit in partitis, de quibus in no-
tula Pyrrhi, & quia deficiebant partitæ rationis ab anno
1608 vſque ad annum 1611. Minùs compendium com-
putorum exhibitum per arbitrum vnà cum laudo, con-
tinens (vt prætenditur) bilancia cuiuslibet rationis; quia
omiſſo, quòd non fuiſſent confecta cum interuentu, vel
approbatione Pyrrhi, nulla erat data facultas arbitro
in faciendis bilancijs, ſed tantùm in facienda declaratio-
ne, ſeu (vt dicitur) *Staglio*, poſtquam illa eſſent facta,
& eidem conſignata. Ex ex dicto compendio apparet,
bilancia malè fuiſſe confecta; conſtat enim, non fuiſſe
habitam rationem ſcutorum 1012. auri, & ſcutorum
1427. monetæ ante laudum exactorum per Banchum
eorundem de Donis, adnotatorum ſuper libris rationis
nouæ ſignatis lit. M. in qua non eſt particeps Albericus,
vt ex partitis extractis coram A. C. & ex quietantia D.
Octauij reſpectu ſcutorum 1012. auri pro reſiduo, &
reſpectu ſcut. 545. ℔. 50. monetæ per inſtrumentum ſub
die 21. Auguſti 1612. Vndè cum Doni dictas partitas
ad rationem, in qua aderat Albericus, ſpectantes de-
ſcripſerint in alia ſuper libro M. erant etiam ſuper illo
14 facienda bilancia, quæ fieri non dicuntur, niſi exami-
natis omnibus, & ſingulis rationibus ex allegatis in de-
ciſione, vel ſaltem illarum habenda ratio; & propterea
A. C. relaxauit mandatum pro ſcutis 15. mill. iuliorum
duodecim pro quolibet tantùm, & ſic detracta ex laudo
hac ſumma exacta. Ex quo etiam reſultabat nullitas lau-
15 di tanquam exceſſiui C, quod, cum ſumma eſſet ſub
G vnica verborum conceptione, erat nullum in totum
Bart. conſ. 159. num. 8. prout dicitur de ſententia *Bart.
in l. fin. per illum text. in fin.* vbi *Alber. num.* 16. *Caſtr.
num. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Put. deciſ. 315. lib. 1.
iuxt. nouiſſ. impreſſ.*

Secundò, non fuit etiam ſeruata forma compromiſſi in eo,
vt deberet omnia terminare, nec poſſet vnum decidere,
aliud indeciſum relinquere, vt fecit reſeruando iura
Donis recuperandi in alio iudicio ſummas contentas in
partitis reuocatis, ſeu (vt dicitur) *ſtornatis*: quæ reſer-
uatio vitiabat totum laudum, ex deductis in deciſione,
& eſt valdè præiudicialis Pyrrho, & non Donis.

Neque obſtat conſenſus Alberici voto Domini Conſul-
16 toris eandem reſeruationem continenti, cum arbiter,
qui tenebatur decidere cum voto, teneretur illud re-
D quirere, ſed non ſequi. *D. Card. poſt Innoc. in cap. cum*

olim

olim in ſumm. in 2. oppoſitione, & in 7. quæſt. Abb. num. 2.
Anania num. 17. *Anchar. num.* 1. & 4. *verſ. ſeptimò nota*
Bellamer. num. 2. & 17. *Imol. num.* 7. & 8. *de arbitr. Ca-*
gnol. malè in contrarium citatus in l. conſilij num 11. *ff. de*
reg. iur. vnde benè intrat concluſio in deciſione firmata,
quòd ex conſenſu preſtito voto non inferebatur ad con-
ſenſum laudo contra formam compromiſſi, neque ex-
preſsè, neque neceſſariò ex actu illo nouatam.
Tertiò, ex defectu compromiſſi, tàm reſpectu Nicolai,
17 quàm Ricaſoli, cum neuter illorum illud prorogauerit,
itaut ratione indiuiduitatis laudum, nec reſpectu Octa-
uij, & Alberici ſuſtineatur; indiuiduitas autem eſt patens
præcipuè ex partium intentione, & conuentione in
compromiſſo, etiam cum interuentu Ricaſoli vnius ex
principalibus compromittentibus adiecta, & ſic om-
nium reſpectu intelligenda, quòd arbitrator non poſ-
ſet, niſi ſuper omnibus pronunciare, & deberet omnes
differentias, & prætenſiones dirimere, ex *l. Pedius §.*
in ſeruum ff. de recept. arbitr. vbi Alberic. verſ. quadam
indiuidua, cum alijs in deciſ. allegatis, & latè explicat *Al-*
ciat. in l. 1. *§. ſed ſi mihi Pamphilum num.* 19. *ff. de verb.*
obligat. vbi ampliat etiam ex voluntate vnius ex parti-
bus, & ſufficere indiuiduitatem reſpectu intentionis
agentium, licèt in veritate non ſit, & *num.* 20. vbi in
laudo. Nec obſtat reſpectu Nicolai prorogatio, illius
etiam nomine facta per D. Octauium, quia vel in ea non
18 eſt repetita promiſſio de rato virtute clauſulæ, & *omni*
meliori modo, vt videtur, quæ licèt faciat ſuſtineri actū,
etiam ſi alio modo, quàm expreſſum ſit, valere poſſet
ad *Achill. deciſ. vnica de verb. ſignif. Verall. deciſ.* 124.
par. 1. cum allegatis: nemo tamen dixerit, operari obli-
gationem pro alio, quæ poterat eſſe damnoſa, & in qua
ſit ſtrictiſſima interpretatio, itaut in ea, quod expreſ-
19 ſum non eſt, habeatur pro omiſſo ad *l. quicquid adſtrin-*
gendæ in princ. ff. de verb. oblig. cum in requirentibus ex-
20 preſſionem clauſula prædicta nihil operetur *Ruin. conſ.*
6. *num.* 8. *lib.* 2. *Alciat. in d. l.* 1. *§. ſi quis ita num.* 23.
verſ. limita iſtam ff. de verb. obligat. Cephal. conſ. 23. *num.*
120. Vel ſi admittamus, eſſe repetitam ex regula, pro-
21 rogationem cenſeri factam cum eiſdem qualitatibus, &
conditionibus, quibus primus actus *ad l. ſed & ſi ma-*
nente ff. de precario cum pluribus per *Gabr. de dilat. con-*
cluſ. 2. *num.* 3. & in prorogatione compromiſſi *l. labeo*
ait la ſeconda, §. hec autem ff. de recept. arbit. Blanc. de
compromiſſ. quæſt. 7. *num.* 53. vt contendunt informan-
tes pro Donis: neceſſe eſt etiam eadem ratione fate-
ri, repetitam fuiſſe promiſſionem de faciendo illa rati-
ficare intra menſem, cum promiſſione præciſæ obſer-
uantiæ in eodem compromiſſo contentæ; quæ non fue-
runt adimpleta ex epiſtola Nicolai 10. Nouemb. 1612.
cum non ſit per inſtrumentum, iuxta conuentionem, &
non fuerit exhibita, nedū intra menſem, ſed nec ante lau-
22 dum: neque probetur, fuiſſe ſcriptam tempore datæ ap-
poſitæ, vt in ſcriptura priuata requiritur. Minùs facit
prorogatio Alberici facta, ſtante prorogatione D. O-
ctauij, nomine etiam Nicolai; quia ex ea non ſequitur,
illam approbatam fuiſſe pro ſufficienti reſpectu Nico-
lai; & remiſſum promiſſionem de faciendo ratificare
Nicolaum, & exhibendo inſtrumentum ratificationis
intra menſem, quæ in ipſamet prorogatione, ex regu-
la ſupra firmata, ineſſe, & repetita cenſebatur; neque
in facto ſubſiſtit, Albericum inſtetiſſe pro laudo, imò
contradixit eius prolationi, vt dictum eſt. Quò verò
ad Ricaſolum, nulla adeſt prorogatio, neque circa pro-
rogationes compromiſſi adeſt aliqua arbitri aſſertio in
laudo, vt pro Donis ſupponitur, quæ tamen non ſuffice-
ret ex prædictis. Ex quo etiam ſequitur, arbitrum,
23 qui reſpectu omnium laudauit, ignoraſſe à quibus pro-
rogationes factæ eſſent, vel non, & ſic nulliter pronun-
ciaſſe *Bald. & Blanc. in deciſ. allegat. Soccin. in l. multùm*
intereſt, col. penult. in fin. verſ. aliquando, & ſecundò, &
verſ. aliquando, & tertiò ff. de condit. & demonſtrat. Alex.
in l. etſi num. 3. *verſ. non dicit ff. de acquir. hæred.* Ex qui-
bus & alijs in deciſione, & per informantes deductis ita
Domini concluſere.

ANNOTATIO.

A Vide notata ſupra *deciſ.* 14. & adde, hoc ipſum fuiſſe fir-
matum, hac deciſione allegata in *Calaguritana iuris acce-*
dendi ad proceſſiones 15 *April.* 1622. *coram b.m. Rembolda.*
B Laudum, vbi non conſtat de compromiſſo, eſt nullum,
quia compromiſſum debet præcedere, & non laudum. *An-*
24 *char. quæſt.* 26. *num.* 9. *lib.* 1. verùm quando laudum eſt
25 latum partibus præſentibus, & non contradicentibus, va-
let: nam tunc compromiſſum præſumitur, *Angel. Bald &*
alij in l. ſciendum, ff. de verb. obligat. Soccin. conſ. 220. *num.*
2. *col.* 2. *verſ. confirmatur ex his lib.* 2. *Anchar. d. quæſt.* 26.
num. 2. *Alexand. conſ.* 84. *num.* 3. *lib* 5. *Stephan. Gratian.*
deciſ. March. 64. *num.* 7. & *deciſ.* 6. *num.* 36.
C Laudum nullum in vna parte eſt nullum in totum, quando
26 materia eſt indiuidua; vt firmatur in hac deciſione, &
vltra adductas in ea tradunt *Soccin. conſ.* 205. *num.* 6. *lib* 4.
Rimminald iun. conſ. 127 *num.* 15. *lib.* 2. *Franc. deciſ.* 173.
num. 4. *Mohed deciſ.* 10. *de re iud.* cum alijs per *Gratian.*
diſcept. 529. *num.* 46. ſecus tamen, vbi laudum continet
plura capita ſeparata; quia tunc ſuſtinetur in vno, licet
27 quoad aliud infringatur; ſicuti dicitur de ſententia, quæ
vbi capitula ſunt ſeparata, valet quoad vnum, etſi corruat
in alio, non autem quando eſt indiuiſibilis *Corn. conſil.* 49.
num. 15. *lib.* 2. *Gabr. conſ.* 56. *num.* 19. *lib.* 1. & in termi-
nis laudi fuit dictum in *Senogallien. pecuniaria* 17. *Decemb.*
1612. *coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano impreſſ.*
apud Marcheſ de commiſſ par. 1. *pag* 1123. *Gratian. di-*
ſcept. forenſ 524. *num.* 16. & *ſeq.* & *hac deciſione D mei*
allegata d. diſcept. 529. *num.* 47. in qua omnes ferè huius
deciſionis concluſiones firmantur, imò videtur tota ex hac
deciſione deſumpta.
D Conſilium an, & quando ſit ſequendum, vel ſufficiat illud
requirere, item an ſit expectandum, tradunt *Menoch con-*
ſil. 69. *num.* 18. & *ſeq.* latè *Sanch. de matrimon. lib.* 1. *diſp.*
34. *num.* 24. & *ſeqq.* & *in Decalog. lib.* 5 *cap.* 4. *num.* 64.
& *ſeq.* Et quando adeſt dictio, *de*, ſcilicet, *de conſilio, &*
voto, an ſit neceſſariò ſequendum, quaſi tunc ſignificet, in-
duſtriam perſonæ electam eſſe, *Gemin. in can. hinc etenim*
num. 7. *diſt.* 49. latè *Burſat. conſ.* 90. *num.* 41. & *ſeqq. lib.*
1. *Corn. conſ* 53. *num.* 2. *lib.* 1.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Calaguritana Beneficij de Fuenmajor.

Lunæ 13. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

In concurſu beneficij quot examinatores inter-
uenire debeant, quomodò idoneum, vel ma-
gis idoneum nominare, & alios reprobare,
ſiue beneficium ſit curatum, ſiue ſimplex.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſi, conditionem importat, præſertim coniuncta cum aduerſatiua, verò.*
2 *Ceſſante præſuppoſito, ceſſat diſpoſitio.*

 3 *Ra-*

3 *Ratio vnica alicuius diſpoſitionis, licèt ſit omiſſa, habe-
tur pro expreſſa.*
4 *Examinatores tres, ſatis eſt, quòd interueniant in exami-
ne ad Parochiales.*
5 *Conſtitutio diſponens ſuper eo, ſuper quo diſponit ius com-
mune, interpretatur ſecundùm ius commune.*
6 *Reprobatus in primo examine per concurſum non poteſt poſt
lapſum plurium annorum nouum concurſum pro maiori
habilitate probanda petere. Limita vt num. 9.*
7 *Præſumptio nō inducitur ex præſenti in præteritum, quan-
do ſtatus præſens concurrere non poteſt cum naturali ve-
ritate ſtatus antecedentis.*
8 *Promiſſus à Papa de beneficio, ſi conſtiterit, eum eſſe literis
eruditum, non ſufficit, ſi ſit talis tempore præſentationis
literarum.*

DECISIO XXX.

ADDVCTA pro Thoma contra
ſententiam Rotalem adiudiacntem
beneficiū, de quo agitur, Andreæ, quē
ſolum examinatores de partibus in
concurſu facto iuxta formam conſti-
tutionis fel. rec. Clemeutis VIII. pro
habili ad beneficia curata approba-
runt, ac retuleruut, viſa fuerunt DD. non obſtare, quo
minus illam confirmandam cenſerent. Nàm primum,
quòd cum examinatores non approbauerint, vel repro-
bauerint omnes oppoſitores, non ſeruauerint formam
dicti motus proprij Clementis VIII. & ſic nulliter pro-
ceſſerint, benè ſublatum fuit in deciſione in hac cauſa
facta coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno 22.
Aprilis præteriti, in qua firmatum fuit, examinatores
referre non debere, niſi idoneos ad curata, quando ali-
quis adeſt, idoneos verò ad ſimplicia non, niſi quando
nullus adeſt ad curata idoneus; quod manifeſtè oſten-
ditur ex ipſo conſtitutionis contextu, in qua poſtquam
diſpoſitum fuit, omnes idoneos ad curam animarum
in examine repertos, quotquot fuerint, referri debere,
ſubditur. *Si verò nullus inter oppoſitores ad curam anima-
rum exercendam idoneus exiſtat, vt præfertur, referant
omnes, quotquot ad beneficium ſimplex, & ſinè cura obti-
nendum, idoneos iudicauerint*, ergo ſi adſit aliquis idoneus
ad curam animarum, non tenentur examinatores ido-
1 neos ad ſimplicia referre, ponderando dictionem, *Si*,
conditionem importantem *gloſ. 1. in l. 1. vbi Bart. num. 1.
verſ. primò ergo ff. de condit. & demonſtr.* præſertim con-
innctam cum aduerſatiua, *verò*, ex qua reſultat quòd
alio caſu (& ſic quòd ſit idoneus ad curata) locum
non habeat diſpoſitio *l. ſi ita ſcriptum*, vbi *Bart. num.
2. ff. de lib. & poſthum.* idem *Bald. in l. in repetendis cir-
ca finem verſ. contrarium credo ff. de legat.* 3. & ſicuti ceſ-
2 ſante præſuppoſito, ceſſat diſpoſitio *Butr. & Salyc.* ex
mente *gloſ. in l. mancipia C. de ſeru. fugit. Roman. Sing.*
495. *Dec. conſ.* 90. *num.* 2. ita ceſſante non exiſtentia
idonei ad curam animarum, ceſſat neceſſitas referendi
idoneos ad ſimplicia. Confirmatur; quia cum ratio,
ob quam conſtitutio requirit concurſum in collatione
beneficiorum ſimplicium à Sacro Concilio Tridentino
ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. verſ. peracto, in Parochia-
lium tantùm collatione requiſitum, non alia eſſe poſſit,
quàm vt illa magis idoneis, ac dignis conferantur, vt
etiam ex proœmio, dum refertur ſimilis diſpoſitio facta
à fel. rec. Sixto V. colligitur, quæ ideò tanquam vnica,
3 & omiſſa haberetur pro expreſſa *gloſ. in l. quamuis vbi
Doct. C. de fideicom.* fuit dictum coram me in illa *Bar-
chinonen. Parochialis* 29. *Nouembris præteriti*, vtique dum
adſunt magis idonei, & habiles ad curata, inanis, &
fruſtratoria eſſet relatio de idoneis ad ſimplicia.
Secundum fundamentum in deducta examinis nullitate
4 prætextu, quòd maior pars examinatorum in illo non
interuenerit, vt exigit conſtitutio, ceſſare videbatur
ex facto; cum examen fuerit factum à tribus examina-
toribus Synodalibus à Vicario deputatis, & ipſo Vica-
rio, qui vti examinator Synodalis retulit vnà cum alijs,
in ſummario Thomæ num. 2. neque probetur, plures,
quàm ſex, vel ſeptem examinatores fuiſſe in Synodo
diœceſana deputatos, prout tanquam nullitatis funda-
mentum probandum eſſet, ex vulgaribus; & videbatur
aliquibus ex DD. etiam tolli ex eo, quòd Sacri Conc.
Trident. diſpoſitio contenta eſt trium examinatorum
interuentu dicta *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. verſ. exa-
minatores*, ſecundùm quam intelligendam eſſe conſtitu-
5 tionem, & ab illa paſſiuam interpretationem recipere
debere dicebant *l. 2. C. de noxal. Bar. in l. 1. §. lex Fal-
cidia ff. ad leg. Falcidiam.*
Tertium, quòd erat ad nouum examen deueniendum,
6 ex quo apparere poſſe dicebatur de eius ſcientia, &
conſequenter de grauamine, viſum fuit parui roboris;
quia cum examen, & relatio fuerit de menſe Ianuarij
1610 & ſic lapſi ſunt quatuor anni, quo temporis ſpa-
tio potuit Thomas fieri habilis, licèt tunc non eſſet,
non poteſt ex nouo examine conſtare de iniuſtitia, &
A conſequenter non erat admittendum A, vt ſæpè in
Rota deciſum fuit, & ſignanter in ſimili *in Calaguritá-
na beneficij de Ceruera* 8. *Februarij* 1591. *coram bon. mem.
Penia*, & eſt ratio, quia ex doctrina, & literatura de
7 præſenti tanquam habitu acquiſito, non innato *l. Sti-
chus ff. de legat.* 3. non infertur ad tempus præteritum,
& ſic examinis *Bald. in l. ex perſona num. 2. verſ. ſed in
materia contingenti C. de probat. Euerard. in Top. leg. loco
de tempore num. 20. verſ. 3. caſu Menoch. de præſumpt. lib.
1. præſumpt. 24. à num. 5. ad* 53. inferentes, non ſuffi-
cere, eum cui Papa de beneficio prouidit, ſi conſtiterit,
8 eſſe literis eruditum, reperiri talem tempore præſenta-
tionis literarum. Neque videbatur Thomas excuſan-
dus, ſi non petijt nouum examen ex eo, quòd prius
voluit obtinere, præſentationem, & collationem factam
Andreæ declarari attentatam; quia hoc non impedie-
bat, quo minus peteret, nouum examen fieri, præſer-
tim cum adhuc poſt declarationem attentatorum, &
oppoſitionem ſequeſtri tacuerit.
Ex quibus pro ſententiæ confirmatione reſolutum fuit.

ANNOTATIO.

A Semel reprobatus non admittitur ad nouum examen,
quando multum temporis ſpatium interceſſit à primo exa-
mine; quia præſumitur medio tempore habilis effectus,
vt præſenti deciſione allegata firmauit *Rota in Paduana
coadiutoria 6. Nouembris 1623. coram R. P. D. meo Mer-
9 lino*. Sed quando lapſum eſt modicum temporis ſpa-
tium poſt reprobationem, intra quod reprobatus veri-
ſimiliter diſcere, & habilitari non potuit; eſt locus nouo
examini, præſertim vbi maior pars illius temporis in-
termedij conſumpta fuit in lite, *Gregog. XV. deciſ. 527.
num. 3. & ibi Adden. num. 5. & deciſ. 538. num. 4.* in qui-
bus deciſionibus conſideratum fuit, tempus quindecim
menſium eſſe breue ad hunc effectum; ita etiam fuit di-
ctum *in Calaguritana de Munilla 15. Iunij 1612. coram
Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Nepeſina
Canonicatus 28. Februarij 1625. coram R. P. D. meo
Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Se-

Seguntina parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Gratioſè ſubrogato danda eſt immiſſio, iuſtificato priùs ipſius clericatu, reſeruatione, & poſſeſſione defuncti, & quomodo hæc iuſtificetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratioſè ſubrogato datur immiſſio, iuſtificato ipſius clericatu, reſeruatione, quæ notoria ſit, et poſſeſſione, ad quam ſit ſubrogatio.*
2 *Communis reputatio ſufficit ad probandum clericatum.*
3 *Reſeruatio, ad hoc, vt detur immiſſio gratioſè ſubrogato, quomodo probetur.*
4 *Poſſeſſio, ad quam ſit ſubrogatio, probatur per teſtes de publica voce, & fama deponentes.*
5 *Reſeruatio, quæ aliàs requirit plenã probationem, ſufficienter iuſtificatur per ſemiplenam, quando non conſtat de titulo in contrarium.*

DECISIO XXXI.

GRATIOSE subrogato dari immiſ-
1 ſionem, iuſtificato ipſius clericatu,
reſeruatione, quæ notoria ſit, & poſ-
ſeſſione, ad quam ſit ſubrogatio, indu-
bia eſt in Rota concluſio; cũ itaq; hæc
tria benè præſtitiſſet Gaſpar: reſolutũ
fuit, illi immiſſionem concedendã eſſe.
Nam de Clericatu deponunt duo teſtes reddentes cauſam
ſcientiæ, quia viderunt illum ſæpius, & à pluribus an-
nis miſſam celebrantem, in habitu, & tonſura ince-
dentem, & communiter pro tali reputatum, quorum
2 vnus etiam de fama formiter deponit; cum tamen com-
munis reputatio ſufficiat *Rota deciſ. 14. de probat. in antiq. Aegid. deciſ.* 114. ſi impetrans *Gabr.* qui de com-
muni obſeruantia *conſ.* 181. *num.* 15. *lib.* 2. *Rota in Goloníen. canonicatus* 20. *Maij* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Narnien. canonicatus* 30. *Apri-*
A *lis* 1604. *coram bon. mem. Litta,* & alijs pluribus A, Re-
ſeruatio eſt patens ex decreto appoſito in prouiſione
3 Apoſtolica facta Io. Carnez Parochialis S. Iacobi de Al-
mazao, quòd idem Parochialem de Alentiſque, de qua
agitur, quamq; obtinebat, intra duos menſes, &c. in
manibus Rom. Pont. pro tempore exiſtentis dimittere
omninò teneretur, alioquin vtraque Eccleſia vacaret
eo ipſo, ita vt de illis per Sedem Apoſtolicam dumtaxat
diſponi poſſet; quod ſufficit *ex tex. in extr. ad regimen* 13. *verſ. necnon etiam de præben. inter comm. deciſ.* 65. *de reſcript. & deciſ.* 14. *de rer. permut. in antiq. Simonet. de reſeru. quæſt.* 26. *Modern. Gloſſ. reg.* 8. *gloſ.* 51. *num.* 36.
& adeſt conſtitutio Sanctiſſimi ſub datum 25. Februarij
1609. licèt etiam fuerit iuxta illius formam ſubſequuta
dimiſſio 26. Iulij 1612. Poſſeſſio D. Ioannis Parochialis
4 de Alentiſq; quouſque illam dimiſit, probatur ex eiſdem
teſtibus benè de publica voce, & fama deponentibus;
quam probationem in hoc ſufficientem reputat Rota,
vt in Hiſpalen. beneficij 27. *Iunij* 1605. *coram bon. mem. Litta, & in Placentina beneficij de Iartiz* 1. *Iulij* 1609. *co-*
B *ram Illuſtriſs. Cardinali Lancellotto* B, & prædicta eo fa-
ciliùs procedunt in caſu iſto, quo pro parte Preton.
ſe opponentis nullus fuit exhibitus titulus, quo caſu
5 etiam circa obitum in menſe ad effectum ſubrogationis
ſufficit ſemiplena probatio, *vt fuit vltimo loco reſolutũ in*
C *d. Placentina beneficij coram Illuſtriſſimo Lancellotto.* C
Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A *Greg. deciſ* 394. *num.* 2. *Rota deciſ.* 329 *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & infra in *Theatina beneficij* 26. *Iunij* 1619 *num.* 8. *& in Cuſentina Abbatiæ Lunæ* 20. *Decemb.* 1627. *corã R. P. D. meo Vrsili.* & in alijs ad materiam vide infra *deciſ.* 36.
B Adde *Rotã im Pãpilonen. Archidiaconatus* 29 *Martij* 1621. *corã Illuſtriſſ. Card Cauelerio,* in qua hæc deciſio allegatur.
C *Gonzal ſuper reg* 8 *gloſ* 11. *num* 107. *Rota coram Reuerendiſſ D meo Coccino Decano deciſ.* 87. *num* 2. *& deciſ.* 373. *num.* 5. *& deciſ.* 475. *num.* 9. *inter eius impreſſ. Greg. d. deciſ.* 394. *num.* 6. *& ibi Beltramin. num.* 7.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Salamantina præſtimonij.

Veneris vltima Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda eſt habenti poſſeſſionem anteriorem, & ex quibus poſſeſſio probetur anterior poſſeſſione aduerſarij eadem die capta.

1. *Poſſeſſio, habens horam præſumitur anterior poſſeſſione eadem die capta, & num.* 6.
2 *Poſſeſſio arguitur ex clauium detentione.*
3 *Poſſeſſio anterior præfertur poſteriori turbatiuæ, & nullæ.*
4 *Poſſeſſio non amittitur per factum Iudicis nullum.*
5 *Excommunicatus manuteneri non poteſt, & num.* 9.
7 *Clauium traditione poſſeſſio trãsfertur. Intellige vt num.* 8.

DECISIO XXXII.

MANVTENTIONEM eſſe con-
cedendam Io. Valcarcel, deciſum fuit:
1 quia cum poſſeſſio per eum capta 23.
Decembris 1610. habeat horam, vt
in inſtrumento, præſumitur anterior
poſſeſſione eadem die pro Ioanne de
Peralta adepta, *Gloſ. in cap. ſi à Sede in verbo nec appareat de præb. in* 6. *Soccin. in l.* 1. *num.* 11. *verſ. tertiò limita, vbi Iaſ. num.* 4. *verſ. ſecundò ſingulariter Rip, num.* 7. *ff. ſolut. matr. Caſſad. deciſ.* 20. *de præb.* cum alijs
A per *Tiraq. de retract. lignag. §.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 10. A,
de qua etiam anterioritate apparet ex confeſſione Pe-
raltæ, petentis ſibi tradi poſſeſſiooem in porta Eccleſiæ,
ex quo illa erat clauſa, & claues detinebat Valcarcel
B quæ clauium detentio poſſeſſiooem arguit B, ad *l. cla-*
2 *uibus, cum ibi not. ff. de contrahen. emptione,* & ex contra-
dictione aduerſarij, qui curauit illi intimari à Notario
poſſeſſionem ab eo priùs adeptam: de quibus in *ſummario Valcarcel num.* 3. & conſequenter præferenda eſt
3 poſteriori turbatiuæ, & nullæ *cap. licèt cauſam vbi DD. de prob. Rot. deciſ.* 19. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. quæ num.* 2. *& 3. poſt ibi relatos* tradit, in manutentione attendi præ-
lationem temporis etiam reſpectu horarum. Et ideo
non obſtat manutentio conceſſa per Archidiaconum in
partibus Peraltæ, qua cum nulliter proceſſerit præſe-
4 rendo poſteriorem inſtrumentalem anteriori, anterior in
ſuo robore permanſit *Rip. in l. naturaliter §. nihil cõmune num.* 61. *ff. de acquir. poſſ.* & ſæpè in Rota deciſum fuit.
Minùs obſtat, quòd Valcarcel ex recurſu, & prouiſione à

Iudicibus laicis extorta inciderit in excõmunicationem
Bullæ in Cœna Domini, & manuteneri non poteſt, vt
in illa *Paccn. penſionis* 20. *Decembris* 1609. *coram Reue-*
C *rendiſſimo Domino Lugdunen.* C, quia reſolutio capta
fuit cum præſuppoſito obtentæ abſolutionis à Sanctiſ-
ſimo, quam Domini, habito denuo verbo in Rota, ex
quo abſolutio poſtea ſuperuenerat, mandarunt nihilo-
minus extendi.

ANNOTATIO.

A Quòd poſſeſſio capta cum expreſſione horæ præſumatur
6 prior in concurſu alterius poſſeſſionis, quæ non habet ho-
ram, licèt ſit capta eadem die, præter citatos in deciſione
tradunt *Menoch. de adipiſcend remed.* 4. *num.* 292. *Rota*
decif 19. *num.* 2. *cum ſeqq par.* 2. *diuerſ. Gratian. diſcept.*
forenſ. cap. 542. *num.* 6. & hac deciſione citata dictum fuit
in *Iadren. Canonicatus* 5. *Iulij* 1621. *coram bon. mem Vbal-*
do, & in Romana quartæ 27. *Aprilis* 1626. *coram R. P. D.*
meo Durano, & *coram eodem in Ariminen bonorum* 26.
Maij 1627 & fuit etiam dictum infra in *Firmana heredi-*
tatis 27. *Iunij* 1614. *coram D. meo num* 5.

B Quia clauium traditione traditur poſſeſſio eorum, quæ
7 ſunt ſub clauibus, & per claues intratur ad poſſidendum,
vt notant *Bald. in l* 2. *C. de verb. ſignif. & in l.* 1. *C. de crim.*
expilat. hered Dec. conſ 56. *num.* 2. *Tiraquel. de iur. con-*
ſtit. par. 2. *amplìat.* 3. *num.* 3. & 4. *Maſcard de probat. con-*
cluſ. 298. *num* 78. *Seraphin decif* 72. *num.* 4. vbi poſt
Butr. quòd tranſmiſſio clauium videtur habere vim transla-
8 tionis poſſeſſionis. Debet tamen conſtare de titulo, vt ex
traditione clauium rei conſignatio, & poſſeſſio probetur;
nam aliàs deficiente titulo, clauium retentio, & illarum
traditio indicat ſolum cuſtodiam *Iaſ in l.* 1. *§. ſi iuſſerim,*
in fin. ff. de acquir. poſſeſſ Rip. in ead l. 1. *num.* 59. *verſic.*
tertiò requiritur ff. de acquir poſſeſſ. Ancharan. in clem. 1. *§.*
ſanè num 5. *de heretic Dec. d. conſ.* 56. *num.* 2. *Cephal. conſ.*
225. *num.* 25 *& ſeq lib.* 2. *Decian. conſ.* 35. *num.* 28. *lib* 2.
Afflict. decif 299. *num.* 32. vbi quòd debet eſſe titulus va-
lidus. *Honded. conſil.* 100. *num.* 52. *lib.* 2. *Rebuf. de mater.*
poſſeſſ in præfat. num 67. *& ſeq.* cum alijs per *Gratian. di-*
ſcept. forenſ. cap. 503. *à num* 3. *vſque ad* 7. *incluſiuè*.

C Idem dictum fuit in *Valentina penſionis* 31. *Ianuarij* 1600.
9 *coram bon mem Patriarcha Manzanedo impreſſ poſt Mar-*
cheſ de commiſſ par. 3. *pag.* 353. *in Conchen. Archipresbyte-*
ratus 19 *Nouembris* 1605. *coram Penia, Gregor. XV. de-*
cif 64. *num.* 3. & ibi *Adden. num.* 13. *Ricciull.* hac deciſione
allegata cum alijs pluribus *in tract. de iur. perſon. extr grem.*
Eccleſ. exiſten. lib. 4. *cap.* 31. *num.* 22.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Veneris vlt. Ianuarij 1614.

ARGVMENTVM.

Spolium non admittit cumulationem petitorij
per viam exceptionis deducti, nedum pro-
pter contrarietatem, & ordinem, ſed ob par-
ticulare priuilegium iudicij ſpolij. Arbitrium
verò pro cumulatione Rota non impertitur,
niſi ſpolium eſſet turbidum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium non admittit cumulationem cum petitorio etiã per modum exceptionis deducto, & num.* 6.
2 *Spolij iudicium habet particulare priuilegium, ne cumuletur cum petitorio.*
3 *Titulus coloratus ſufficit ad effectum agendi ſpolio.*
4 *Prouiſio Apoſtolica tribuit titulum coloratum, etiam ſi eſſet nulla.*
5 *Arbitrium tunc impertitur à Rota ſuper cumulatione poſ-ſeſſorij, & petitorij quando ſpolium eſt turbidum.*

DECISIO XXXIII.

CENSVERVNT Domini, arbitrio
locum non eſſe ad effectum cumulandi
petitorium per viam exceptionis pro
parte Liuron propoſitũ, cũ poſſeſſorio
per viam ſpolij à Fr. Nicolao Thoma
1 intentato moti ex regula, quæ habet,
huiuſmodi poſſeſſorium non admitte-
A re cumulationem cum petitorio A, etiam per modum
exceptionis deducto, de qua *in cap. fin. de ordin. cognit.*
& in cap. 1. *de reſtit. ſpol. Bart. in l. naturaliter §. nihil*
commune in 5. *combin. num.* 27. *ff. de acq. poſſ.* obſtat
2 enim cumulationi, nedum contrarietas, & ordo, ſed etiã
priuilegium iudicij ſpolij, vt per *Rip. in d. §. nihil com-*
mune num. 165. vbi *Berengar. part.* 3. *num.* 42. *Soccin.*
iun. num. 352. quod adeo potens eſt, vt reus de do-
minio opponens nonniſi de conſenſu agentis ſpolio au-
diatur *d. cap.* 1. *de reſtit. ſpol. vbi Butr. num.* 5.

Vndè non fuit viſa adeſſe talis turbiditas, quæ ſufficeret
ad exercendum arbitrium; etenim in confeſſo eſt fun-
damentum ſpolij in anteriori poſſeſſione Fratris Nico-
lai conſiſtens: neque offuſcatur ex defectu tituli, quia
coloratus ſufficit, *Aegid. decif.* 49. qui de ſtylo Rotæ
tantùm requiritur *Rota decif.* 16. *num.* 4. *de reſtit. ſpo-*
liat. in nou. Put. decif. 180. *lib.* 1. *ſecundum vltim. impreſſ.*
qualis negari non poteſt in Fratre Nicolao prouiſionẽ
Apoſtolicam habente, etiamſi eſſet nulla *Caſſad. decif.* 1.
ſub num. 10. *verſ. item ſufficit, de reſtit. ſpol.* vel ſubreptitia
Put. decif. 76. *lib.* 1. *iuxta nouiſſ impreſſ.* qui loquitur ad
effectum ſpolij; & ſpoliato magnum inferretur præiu-
dicium, ſi cogeretur docere de iure ſuo, antequam rein-
tegraretur; cũ reintegratus poſſet obtinere in petitorio
abſolutoriam ex nõ iure Liuron, qui efficeretur actor.

Exceptiones verò contra ſpolium deductæ quòd Fr. Nico-
laus ceciderit facto proprio à poſſeſſione, dum dedit
mandatum ad reſignandam Abbatiam ad fauorẽ Caroli,
qui deinde illam reſignauit in fauorem Epiſcopi Tullen.
per cuius obitum ipſe obtinuit de ea ſibi à Sanctiſs. pro-
uideri; quòdq; renunciauerit ſpolio per concordiam ini-
tam 26. Aprilis 1595. viſæ fuerunt DD. valde turbidæ
cũ reſpectu mandati diceretur, illud eſſe correſpectiuum
reſeruationi penſionis mille francorum in eius fauorem
faciendæ, quæ tamen non fuit ſubſecuta: Et reſpectu
concordiæ, hactenus non conſtiterit de effectuatione.

Non obſtat deciſio in *Rom. Cottiuij* 26. *Martij* 1606. *coram*
Reuerendiſſ. D. Sacrato, ibi enim ſpolium erat adeo turbi-
dum, & implicatum, vt Rota contra illud inclinaret, cum
poſſeſſio fuiſſet capta auctore Prætore, qui rectè pro-
ceſſerat, & in vim præciſi reſcripti Iulij III. & continua-
ta ſpatio 30. annorum non poteſt igitur ad hunc caſum
inferri ex prædictis, ideoq; noluerunt hic DD. arbitriũ
interponere, quo ſtrictè vtuntur in hac materia, ne de-
tur occaſio ſpoliantibus, ſe in ſpolio confouendi.

A *Vide infra decif.* 48.

Oxo-

Digitized by Google

Oxomen. Archidiaconatus.

Ven. 21. Februarij 1614.

ARGVMENTVM.

Ciuilis cauſa, ſi eſt preiudicialis criminali facit, ſilere criminalẽ, donec ciuilis termineturꝫ præiudicialis autem dicitur, quando criminalis per ciuilem excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilis cauſa dicitur præiudicialis criminali, quando per illam excluditur criminalis. & num. 3.*
2 *Ciuilis cauſa præiudiciali pendente, ſilere debet cauſa criminalis.*
4 *Ciuilis cauſa quando cumulari poſſit cũ criminali remiſſiuè.*

DECISIO XXXIV.

PETRVS Briones criminaliter in partibus moleſtatus, eo quòd poſſeſſionem Archidiaconatus, de quo agitur, propria auctoritate contra formam capitulorum Eccleſiæ Oxomen. apprehendiſſet, vt in *ſummario num.* 2. *&* 3. mihi Iudici cauſæ executionis, & canonizationis Coadiutoriæ, cum futura ſucceſſione ad hunc Archidiaconatum impetratæ reſcribi obtinuit, vt conſtito, cauſam ciuilem eſſe præiudicialem criminali Iudici de partibus inhiberetur; dubio itaque propoſito, dictum fuit, eſſe præiudicialem, ac propterea inhibendum, ratio erat, quia cum in literis coadiutoriæ legatur conceſſa facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate *ſummario num.* 1. vtique ſi Rota pro gratiæ iuſtificatione, & canonizatione determinaret, excluderetur prætenſum delictum ex apprehenſione poſſeſſionis propria auctoritate deductum; quia iure ſuo vſus
1 eſſet, ex quo reſultat præiudicialitas, & criminalem
A per ciuilem excludi A, *l. præſes C. ad l. Flau. de plag. Bart. in l. 2. §. hoc edicto num. 3. ff. de vi bon. rapt. Salycet. in l. fin. num. 1. in 2. oppoſit. C. de ord. cognit. Aym. conſ.* 280. *num.* 1. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 23. *num.* 28. deciſum referens coram Sarmiento, quòd ſi Iudex procederet criminaliter ſuper inuaſione, & occupatione, cauſa ciuili pendente in Rota ſuper iure eligendi, proceſſus eſſet attentatus. Vndè ſequebatur, inhibendum eſſe iuxta formam reſcripti, & meritò; vbi enim cauſa ciuilis eſt præiudicialis criminali, ſilere debet cri-
2 minalis, donec ciuilis terminetur *d. l. præſes C. ad l. Flau. de plag. l. quoniam* 26. *C. ad l. Iul. de adult. Gloſ. in l. fin. verbo ſæpe fit C. de ord. Iud. vbi Salyc. num.* 1. *Sichard. num.* 4. *Bellamer. in l.* 1. *circa fin. verſ. nunquid lex iſta, vbi Odofr. num.* 10. *in fin. verſ. vel niſi ciuilis, & num.* 12. *poſt Modern. verſ. denuò inſtatur C. quan. ciu. act. crim. præiud. Afflict. ſuper conſt. Regni, ſi ciuiliter num.* 1. *verſ. ſed ſi cauſa ciuilis rubr.* 20. *par.* 2. *Aym. conſ.* 280. *à princ. vſque ad num.* 3. *verſ. facit ad præmiſſa*, & ſequuta eſt Rota in *Romana hæreditatis de Stochys* 9. *Martij* 1598. *coram bon. mem Gypſio, & in Romana pecuniaria* 28. *Iunij* 1604. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino.* Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Cauſa ciuilis quòd dicatur præiudicialis criminali, quando
3 ſententia lata in vna parte exceptionem rei iudicatæ in alia pluribus adductis *fuit dictum infra in Romana iuriſdictionis* 1. *Iunij* 1626. *coram D. meo num.* 1. an autem, &
4 quando cauſa ciuili pendente, ſuperſedendum ſit in criminali, & è contra, necnon quando licita ſit cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, quandoue vna electa, liceat aliam intentare, tradit latiſſimè *Farinac. in praxi quaſt.* 100. *cap.* 2. *&* 3. *à num.* 58. *vſque ad finem.*

Ioannes Franciſcus Forentillius.

Terulen. Vicariæ.

Ven. 28. Febr. 1614.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio, ſeù denegatio inſtitutionis facta abſq; cauſæ cognitione, an habeat vim ſententiæ diffinitiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio non facta, vocatis vocandis, & cum cauſæ cognitione, dicitur interlocutoria, non diffinitiua, ſicut etiam inſtitutio denegata. num.* 3.
2 *Confirmatio facta, ſine contradictione, & cauſa cognitione non habet vim diffinitiuæ, ſed eſt actus extraiudicialis.*
4 *Verba Iudicis ſine cauſæ cognitione prolata non habent vim ſententiæ, præſertim, vt faciant iudicatum.*
5 *Incontinenti facta, dicuntur fieri, abſque cauſæ cognitione.*
6 *Iudicium dici non poteſt, vbi non interuenit Iudex, & contradictor.*
7 *Appellatio de iure canonico datur ab omni grauamine, etiam extraiudicialiter illato.*
8 *Decreti natura non poteſt ex facto alicuius partis immutari.*
9 *Cauſam non poſſunt partes, de ordinaria ſummariam efficere.*

DECISIO XXXV.

DVBITAVI An conſtaret de tribus conformibus ad fauorem Epiſcopi Terulenſis ſuper concurſu faciendo ad Vicariam S. Andreæ, & DD. negatiuè reſponderunt: non enim habuerunt pro diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente ad effectum, vt inter alias duas diffinitiuas ſuper concurſu faciendo ſubſecutas computari poſſet, reſponſionem datam 14. Nouembris 1600. à Vicario, præſentationi coram eo factæ nomine Portionariorum de Ioanne Codrillas, quòd non poterant præſentare niſi præuio examine, & probatione per examinatores Synodales, iuxta Sacri Concilij Tridentini diſpoſitionem. Neque aliam 5. Iulij 1601. alteri præſentationi per obitum d. Codrillas, quòd erat paratus præſentationem admittere ſeruata forma Concilij. Nam
1 ſicut inſtitutio non eſt diffinitiua, nec diffinitiuæ vim habens, niſi quando facta fuit vocatis vocandis, & cum cauſæ cognitione, ſed interlocutoria, *gloſſ.* in *cap. fin. in verbo manes de elect. in* 6. quam ſequuntur ibi *Anchar. num.* 4. *verſ. quanto quaro, & Franc. num.* 7. *Lambert. de iurepatr. art.* 4. *num.* 6. *quaſt.* 11. *principalis ſecunda par.*
2 *ſecundi libri*, prout etiam confirmatio facta ſine contradictione, & cauſæ cognitione non habet vim diffinitiuæ; ſed eſt actus extraiudicialis, *Innoc. in cap. conſtitutis il* 2. *col.* 3. *in princ. verſ. illud tamen de appell. & ibi Butr. num.* 9. *verſ. intelligerem autem, & num.* 17. *verſ. oppono,*

quod

Digitized by Google

quòd iuſtificetur circa fin. Abb. num. 14. *verſ. ſed contra prædicta Imol. num.* 9. *verſ. in ea Gloſſ. circa fin. Bellam. num.* 10. Ita idem dicendum eſt de inſtitutione denega-
3 ta, arguendo ab oppoſitis: & facit ratio, verba iudicis
4 ſine cauſæ cognitione prolata non habere vim ſenten-
tiæ, & præſertim, vt faciant iudicatum *l. ex ſtipulatione vbi Gloſſ. in verb. potuit, & Bart. in princ. & in* 2. *notab. C. de ſent. & interloc.* & eſt text. *in l. interlocutio* 4. *C. commun. epiſt. &c.*

Reſpõſiones autem prædictæ emanarunt incontinenti poſt
5 præſentationem, & ſic abſque cauſæ cognitione *Bart. in d. l. ex ſtipulatione in fin.* nemine vocato, & à Vicario nomine Portionariorum adito, non vtì iudice (quòd conſtet) ſed vtì habente facultatem inſtituendi præſentatum ab eis, & non interueniente Procuratore menſæ
6 Epiſcopalis, & ſic contradictore; adeò, vt nec etiam poſſit dici iudicium *cap. forus de verb. ſignif.*

Neque obſtat, quòd Portionarij appellauerint à prædictis reſponſionibus, quia non exinde infertur, eas fuiſſe diffinitiuas, vel illarum vim habuiſſe, cum ab omni gra-
7 uamine etiam extraiudicialiter illato detur de iure canonico appellatio, *ex not. per Doct. in d. cap. conſtitutis*
8 *il* 2. *de appellat.* neque poſſit pronunciæ natura ex facto alicuius partis immutari, prout dicitur de natura cau-
9 ſæ, quam partes non poſſunt de ordinaria ſummariam efficere *Cardin. in clement. ſæpè num.* 13. *quæſt.* 12. *de verborum ſignif. Maranta in ſuo ſpeculo par.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 213.

Oxomen. Archidiaconatus.

Lunæ 10. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Gratioſè ſubrogato datur immiſſio in poſſeſſionem defuncti, licèt concurrat ſola affectio; etiam ſi ſubrogatio deſumpta ſit ex clauſulis generalibus ſupplicationis. Item beneficium quando dicatur affectum ex appoſitione manus Papæ, & ex prouiſione ſubreptitia ex falſa cauſa, vel aliàs nulla.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in poſſeſſionẽ defuncti non controuerſam conceditur clerico gratioſè ſubrogato, non ſolùm data lite, vel reſeruatione, ſed etiam vbi concurrit ſola affectio: etiam ſi ſubrogatio deſumpta ſit ex clauſulis generalibus ſupplicationis.*

2 *Beneficium ex appoſitione manus Pontificis ita remanet affectum, vt nullus inferior ſe circa illud ampliùs interponere poſſit.*

3 *Teſtes recepti ab Ordinario, pendente lite coram executore literarum Apoſtolicarum, dicuntur abſque iuriſdictione, & nulliter examinati.*

4 *Affectio in beneficio non excluditur, ſed inducitur, vbi prouiſio Papæ eſt ſubreptitia, vel nulla; & etiam quando prouiſio eſt ad fauorem certæ perſonæ.*

5 *Beneficia remanent affecta ex Papæ prouiſionibus, & mandatis de prouidendo, etiam ſi ex aliqua cauſa non ſortiantur effectum.*

6 *Affectio futuræ vacationis beneficij reſultat ex decreto irritanti, & inhibitione adiectis in prouiſione Papæ ad fauorem certæ perſonæ, & ſubreptitia.*

7 *Decretum, aliaque clauſula acceſſoria nihil operantur, gratia principali non ſubſiſtente: declara vt ibi.*

8 *Clauſulæ acceſſoriæ gratiam non augentes declarant concedentis intentionem.*

9 *Ordinarius nunquam ſe in beneficio reſeruato intromittere poterit, niſi reſtituta ſibi poteſtate per decretum, & inhibitionem ablata.*

10 *Affectio in beneficio an ceſſet, quando prouiſio Papæ fuit ex falſa cauſa.*

11 *Papa vbi prouidet alicui ex falſa cauſa de beneficio, ad quod aliquis erat expectans auctoritate Apoſtolica, ſi huiuſmodi prouiſio non valet, expectans poteſt tale beneficium acceptare.*

12 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione non impedit Ordinarium, quin, illa ceſſante, conferat.*

13 *Alternatiua conceſſio habet in ventre clauſulam,* Dummodo beneficia aliàs reſeruata, vel affecta non fuerint.

14 *Affectio inducitur ex commenda.*

DECISIO XXXVI.

MAIOR pars DD. cenſuit, Petro Brio-
1 nes dandam eſſe immiſſionem, quæ clerico gratioſè ſubrogato conceditur in poſſeſſionem defuncti nõ controuerſam, (vt hic) non ſolùm data lite, vel reſeruatione, ſed etiam vbi concurrit ſola affectio, *vt reſolutum fuit in Barchinonen. Canonicatus* 9. *Martij* 1598. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino*: etiam ſi ſubrogatio deſumpta ſit ex clauſulis generalibus ſupplicationis, vt tenuit Rota *in Miranden. Parochialis* 12. *Martij* 1600. *coram bon. mem. Penia, in Aſtoricen. Archidiaconatus* 6. *Nouembris* 1602. *& in Montis Faliſci Cappellaniæ* 30. *Ianuarij* 1606. *coram Illuſtriſſimo Cardi-*
A *nali Lancellotto.*

Affectio viſa fuit manifeſta ex gratia Sanctiſſimi Coadiuto-
2 riæ, & futuræ ſucceſſionis eidem Petro, etiam ſpecialiter in hunc caſum, in quo coadiutus deceſſit, antequam ipſe literas intimaſſet, vel coadiutoris officium exercere cœpiſſet, conceſſæ; ex qua manus appoſitione beneficium ita remanſit affectum, vt nullus inferior ſe circa illud potuerit ampliùs intromittere ad *text. in cap.* 1. *&* 2. *de confir. vtil. vel inutil. & in cap. vt noſtrum* 56. *de appell.* & tradunt *Aen. de Falcon. de reſeruat. benefic. prælud.* 3. *num.* 4. *Pariſ. conſ.* 47. *num.* 3. *&* 31. *lib.* 4. *Rebuff. in prax. benef. par.* 1. *de reſer. num.* 34. & alij congeſti per *Modern. Gloſſat reg.* 8. *gloſſ.* 52. *num.* 4. *&* 7.

Non obſtat prætenſa Coadiutoriæ ſubreptio, veluti obten-
3 tæ ſub narratiua, quòd Ioanes ob corporis imbecillitatẽ, & aeris ciuitatis Oxomen. intemperiem Eccleſiæ de cetero deſeruire poſſe non ſperaret, quæ non ſolùm non iuſtificatur, ſed contrarium prætenditur exaduerſo probatum; tum quia teſtes ad ſubreptionis probationem inducti tanquam recepti ab Ordinario, pendente lite coram executore literarum Apoſtolicarum, de qua fuerat illi facta intimatio, & proteſtatio, & ſic abſq. iuriſdictio-
B ne nulliter, & attentatè, nihil valent B. Tum quia non
4 excluditur affectio, ſed inducitur etiam vbi prouiſio Pa-
C pæ eſt ſubreptitia, vel nulla C, *Innoc. in cap. inter dilectos col.* 2. *verſ. ſed nobis videtur de exceſſ. Prælat.* & etiam quando prouiſio eſt ad fauorem certæ perſonæ, cum Papa, non tàm perſonæ, quàm beneficio prouidere cenſeatur, & indignum ſit, collationem, ſuper qua Summus Pontifex manum appoſuit, ad inferiorem reuerti *Ancharan. conſ.* 58. *in princ. ibi pro certa perſona, & ſub num.* 3. *Roman. conſ.* 335. *num.* 5. *& ſeq. Dec. in cap. vt noſtrũ num.* 3. *de appell. & in cap.* 1. *num.* 10. *vbi Adden. de confirm. vtil. vel inut. & conſ.* 137. *num.* 4. *verſ. & in ſimili caſu, & conſ.* 393. *ante num.* 10. *verſ. & ideo ſi Papa, &*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 699. *num.* 3. *verſ. & ad hoc facit, Adden. ad Rotam*
deciſ. 10. *de prabend. in nou. in* 2. *addit. Couarr. in cap. al-*
ma mater. par. 1. §. 6. *num.* 8. *circa fin. quem Gutierez.*
alleg. 1. *num.* 27. *Suarez tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 3. *ſect.* 1.
num. 34. *verſ. quapropter Pontifex*, & hanc opinionem
tenuiſſe Cardinalem Vinarien. refert *Aegid. conſ.* 14. *num.*
11. *verſ. caue*, qui idem tenere videtur, dum poſtquam
dixit, contrarium probabiliter dici poſſe, canendum
ſubdit. Et *Ancharan.* & *Roman.* indiſtinctè ſecuti ſunt
Iaſ. conſ. 98. *ſub num.* 1. *verſ. ſimiliter quando collatio lib.*
4. *Pariſ. conſ.* 118. *num.* 7. *lib.* 4. *Aym. conſ.* 137. *num.* 8.
in fin. Gemin. in cap. 1. *num.* 126. *verſ. ſic etiam manus*
appoſitio, de conſtit. in 6. *Rebuf. in prax. par.* 1. *de reſer.*
num. 30. *Bellenc. Rota Auditor. de charit. ſubſid. quaeſt. pe-*
nult. num. 10. *& ſeq. Mandoſ. in reg.* 4. *Cancell. quaeſt.* 4.
num. 4. *& conſ.* 19. *num.* 12. *verſ. amplia etiam*, *& in*
addit. ad Lap. alleg. 32. *in verb. reuocat.* qui ita ſe obtinuiſ-
ſe coram Cotta teſtatur, *Adden. ad Roman. conſ.* 335. *lit.*
C. Caputaq. deciſ. 230. *pendente cauſa in fin. lib.* 1. *in ma-*
nuſcr. Simonet. de reſeruat. benef. quaeſt. 58. *Modern. ſuper*
reg. 8. *d. gloſſ.* 52. *num.* 15. ex quibus ſequitur, hanc opi-
nionem eſſe hodie receptiorem contra *Abbat. in d. cap.*
inter dilectos num. 10. quem *Soccin. ibi num.* 18. *& Felin.*
in cap. fin. num. 4. *de praeſumpt.* volentem, ceſſare affe-
ctionem, vbi prouiſio ſubreptitia, vel nulla eſt etiam
ad fauorem certæ perſonæ, quem reprobat in ſpecie
Couarr. ſupra relatus.

Et præſertim attenta *extrauag. ad Romani* §. *Romani quoq;*
5 *de prabend. inter communes* diſponente, beneficia rema-
nere affecta ex prouiſionibus, & mandatis de prouiden-
do, etiam ſi ex aliqua cauſa non ſortiantur effectum, ex
qua ceſſare dubitationem, putauit *Aen. de Falcon. de re-*
ſeru. benef. quaeſt. 4. *principali eff.* 16. *verſic. iſta tamen*
dubitatio.

Sed ceſſare videtur difficultas ex decreto irritanti, atque
6 inhibitione, ex quibus etiam in prouiſione ad fauorem
certæ perſonæ, & ſubreptitia adiectis, reſultat futuræ
vacationis affectio, perinde ac ſi Papa expreſsè reſeruaſ-
ſet *Oſtien. in cap. inter dilectos ſub num.* 14. *verſ. poteſt*
dici, quòd nunquam, vbi Ioan. Andr. num. 16. *poſt medium*
verſ. poteſt dici Ancharan. num. 13. *circa fin. verſ. Ioan.*
Andr. & Butr num. 19. dicens dicto *Compoſtell. in cap.*
Capitulum num. 47. *de reſcrip.* addenda eſſe tradita per
Ioan. Andr. Rot. deciſ. 25. *num.* 3. *&* 4. *de conceſſ. praben.*
in antiq. repetita apud *Biſignett. deciſ.* 6. *eodem tit. Papaz-*
zon. in additione 2. *ad deciſ.* 1. *de praben. in nou. Simonett.*
d. quaeſt. 58. *num.* 9. *ad ſecundum, & num.* 11. *& quaeſt.*
60. *num.* 4. benè *Oſtien. in cap. cum dilectus* 28. *num.* 3.
verſ. alijs videtur, & fortè melius, de iurepatr. & Io. Andr.
ibi num. 6.

Nec dicatur, decretum, aliasq; clauſulas acceſſorias nihil
7 operari, non ſubſiſtente gratia principali *Gemin. in cap.*
praeſertim in princ. verſ. nota quòd eo ipſo, vbi Franch. in
tertio not. de offic. leg. in 6. *Caſſad. deciſ.* 10. *num.* 4. *ſuper*
reg. Put. deciſ. 108. *in noua impreſſ. lib.* 3. quia vltra quod
non iuſtificatur ſubreptio, nec falſitas cauſæ, vt in caſu
deciſionis Putei, adhuc id procederet reſpectu impe-
trantis, cuius gratia canonizari non poſſet, in quibus
terminis intelligendus eſt Puteus, non autem reſpectu
Papæ, cuius mens afficiendi vacationem declarata fuit
8 ex inhibitione, & decreto; cum etiam clauſulæ acceſſo-
riæ gratiam non augentes declarent concedentis inten-
tionem *Bald. in l. eam quam num.* 37. *C. de fideicommiſſ.*
in cap. nonnulli num. 37. *in* 15. *concluſione de reſcr.* nun-
9 quam enim poterit Ordinarius ſe intromittere, niſi re-
ſtituta ſibi poteſtate per decretum, & inhibitione ablata
Rota d. deciſ. 10. *de praebend. in nou.* quod ex decreto, &
inhibitione in his terminis teneat *Doct.* oēs ſupra relati.

Minùs obſtare viſæ ſunt authoritates adductæ ad proban-
10 dum, ceſſare affectionem, vbi prouiſio Papæ fuit ex fal-
ſa cauſa; nam procedunt quando falſitas cauſæ eſt circa
pertinentiam collationis, quia Papa conferat benefi-
cium vt reſeruatum, cum non ſit *Roman. d. conſ.* 335.
num. 11. & ita conſilium *Gemin.* intelligit *Aen. de Fal-*
con. de reſeru. benef. quaeſt. 4. *principali eff.* 19. *num.* 12.
vel circa ipſam vacationem principaliter narratam,
quæ non adſit *Gemin. in cap. ſi tibi, num.* 18. *vbi Franch.*
num. 14. *verſ. alias ſi poſt, de praben. in* 6. vel diuerſa eue-
niant ad quam non extenditur manus appoſitio *Rot. de-*
ciſ. 488. *alias* 14. *num.* 2. *vt lit. pend. in nou. & deciſ.* 419.
num 2. *par.* 1. *diuerſ. Gemin. conſ.* 136. contrarium
tenens, ſi vacatio, ex qua fuit appoſita manus, ſit neceſſa-
ria, & ſubſequatur, vt hic, *& Rot. in illa Barchinonen.*
praecedentiae 23. *Ianuarij* 1602. *coram Reuerendiſſimo D.*
meo Damaſceno, ibi enim concluſum fuit, non reſultare
affectionem ex vnione nulla: quia Papa limitatè ſolùm
voluit beneficium vnire, imò admittitur affectio, vbi idē
prouidet licèt nulliter, ſpecialiter etiam in caſu, qui poſt
accidit, vt hic; vel ſi adſit expectans Apoſtolicus, qui
11 poterat acceptare, cum Papa met prouidere cenſeatur
Rota *deciſ.* 39. *lib.* 12. *de conceſſ. praben. in antiq.* quæ
ſentit cum *Innoc.* non poſſe Ordinarium iure proprio
prouidere, concludens hanc opinionem veram, quòd
ab alio conferri non poſſit, *Roman. in ſaepe citato conſ.*
335. *num.* 11. *&* 12. *Prob. ad Monach. in cap. tibi qui, an-*
te num. 20. *verſ. praeterea de reſer. in* 6. quam diſtinctio-
nem, vt ligentur manus Ordinariorum, non autem expe-
ctantium auctoritate Apoſtolica venientium, probat
Bellenc. de charit. ſubſ. quaeſt. pen. num. 12. ſecus quando
(vt in hoc caſu) Papa prouidendo non errauit circa
pertinentiam collationis, imò voluit concedere futu-
ram ſucceſſionem etiam in menſibus Ordinarijs, & ſic
gratiam præuentiuam, afficiendo futuram vacationem,
& ligando manus inferiorum per decretum, & inhi-
tionem, & cum clauſulis adeo prægnantibus, vt licèt
dici poſſet, quòd Papa ſic nō prouidiſſet, nō tamen abſo-
lutè, quòd non prouidiſſet, & quòd inferiorum manus nō
ligaſſet ex *Anchar. eod. conſ.* 58. *num.* 4. *verſ. ſi igitur Pa-*
pa, & alijs per *Modern. ſuper reg.* 8. *d. gloſſ.* 52. *num.* 15.
& 48. *verſ. licèt ſecus*, & hanc diſtinctionem probauit
Rota in vna Toletana Cappellaniae 1. *Decembris* 1606. *co-*
ram eodem Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno. Puteus *deciſ.*
225. *praeſertim num.* 18. *verſ. ſed poſito, in vlt. impreſſ. lib.*
3. volens, per Coadiutoriam cum futura ſucceſſione non
12 impediri Ordinarios, quin illa ceſſante conferant, lo-
quitur ſtantibus concordatis Germaniæ remouentibus
reſeruationes, & quaſcumque diſpoſitiones, Ordinario-
rum collationes in ſex menſibus impedientes. Aliud eſt
in terminis regulæ octauæ, in qua conceſſio alternatiuæ
13 habet in ventre clauſulam *dummodo beneficia aliàs reſer-*
uata, vel affecta non fuerint. Nec loquitur, quando Papa
prouidere voluit, etiam ſi tempore gratiæ beneficium
vacaret, cum decreto irritanti, & inhibitione, imò con-
14 trarium ſentit hoc caſu, dum *num.* 18. vult, hac ratione
D. ex commenda affectionem induci. D; Ex quibus pro
ſubrogati immiſſione fuit pro maiori parte reſolu-
tum, &c.

ANNOTATIO.

A *Seraphin deciſ* 1426. *Gregor. XV. deciſ.* 103. *num.* 2. & ibi
Adden. lit. A & fuit dictum in *Pampilonen. Archidiaconatus*
29. *Martij* 1621. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Caualerio*, in
qua hæc deciſio allegatur; quod procedere etiam quando
literæ gratioſæ ſubrogationis non expedirentur ad partem,
ſed ſimul cum gratia principali, dixit Rota in *Miranden.*

Pa-

Parochialis 2. Aprilis 1601. *coram Penia impreſſ penès Garc. de benef. par. 6. cap. 4. num.* 33. *& deciſ* 401. *num. 3. par. 2. recent.*

B Idem dictum fuit in *Calaguritana iuriſdictionis de Nagera* 26. *Aprilis* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo*, in qua hæc deciſio allegatur.

C Hæc deciſio circa iſtam, & ſequentes concluſiones declarata fuit infra 19. *Nouembris eiuſdem anni*, in qua vide.

D Quòd affectio inducatur ex commenda perpetua, donec beneficium prouideatur in titulum, tradunt *Put. deciſ* 154. *per tot. lib. 1. in correct. Caputaq. deciſ.* 145. *part. 1.* cum alijs congeſtis à *Gonzal. in reg. 8. Cancell gloſſ. 3. §. 8. num. 61. Rota deciſ* 154. *num. 5. par. 1. recent.* & fuit dictum in citata *Pampilonen. Archidiaconatus* 29. *Martij* 1621. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Caualerio*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Barchinonen. Parochialis,

Lunæ 10. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Appellatio vbi non ſuſpendit executionem, nec etiam illam ſuſpendit, quando appellatur à reuocatoria primæ ſententiæ. Cameralis obligatio quando dicatur vulnerata, ad hoc vt exequi non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione à prima ſententia ad effectum ſuſpenſiuum permiſſa, cenſetur etiam ad eundem effectum permiſſa appellatio à ſecunda reuocatoria primæ.*

2 *Appellatio, inſpecto præſenti ſtatu, ſententiam extinguit.*

3 *Executionis præſeruatio per conſtitutionem Pij V. facta vigere debet, etiam lata reuocatoria, & in omnibus inſtantijs, ſicut ea, quæ fit per clauſulam appoſitam in commiſſione.*

4 *Cameralis obligatio per vnam ſententiam contrariam vulnerata exequi non poteſt.*

5 *Cameralis obligatio tunc dicitur vulnerata, quando prima ſententia eſt contra illam, non autem quando eſt pro eiuſdem executione, quia tunc durat executio donec ſint tres conformes in contrarium.*

DECISIO XXXVII.

1 ITERVM propoſito dubio 29. Nouembris præteriti reſoluto, Domini ſteterunt in deciſis, eo præcipuè fundamento, quòd appellatio à ſententia Metropolitani reuocatoria electionis Ordinarij non ſolùm nō reperitur prohibita, ſed permiſſa ex verbis fel. rec. Pij V. *in verſ. & ſi quis a ſententia*; cum tamen vbi vult executionem per appellationem non impediri, id exprimat, vt in caſu contrario appellationis ab electione Ordinarij *in verſ. hac tamen appellatio*; Ex quo ſequitur, ſupplicationem Franciſci ſignari non poſſe, ne detur executio ſententiæ per appellationem ſuſpenſæ; ſed ad fauorem Balthaſſaris ſignatam in executionem electionis Ordinarij, quæ per appellationem non retardatur A, expediri debere.

Neque obſtant, verba conſtitutionis, quibus inhærent informantes pro Franciſco, eſſe, vt appellatio ab electione, executionem non impediat, non autem à ſententia reuocatoria. Primò, quia ſatis oſtenſum fuit, conſtitutionis mentem, ac rationem in appellatione ſuſpenſiua ab Ordinarij electione tollenda inſpiciendam eſſe, quæ ex duabus in ea expreſſis non alia eſſe poteſt, quàm illa, ne Parochiales diu in ſuſpenſo maneant, in maximum animarum periculum, quæ militat etiam lata reuocatoria, à qua detur, & interpoſita ſit appellatio, & tanquam fauorabilis, & à iure quoque conſiderata operatur, vt conſtitutio, quæ videtur de prima appellatione ab electione diſponere, haberet locum in qualibet alia, ex doctrina *Compoſtel. in cap. 1. col. 2. verſ. vndè etiam dicimus de elect. in* 6. communiter à ſcribentibus in deciſione cumulatis approbata. Nam altera, vt Parochiales dignis, & magis idoneis conferantur, non poteſt ad prohibitam electionis ſuſpenſionem referri, ſed potiùs ad permiſſam appellationis deuolutionem pertinet ad hoc, vt ſi de irrationabili Ordinarij iudicio cōſtiterit, poſſint Parochiales dignis, ac magis idoneis conferri, & ad alia circa electionem per concurſum faciendam diſpoſita.

Secundò reſponſum fuit in deciſione, quòd conſtitutio ſatis exprimere dicitur, executionem electionis Ordinarij per ſententiam reuocatoriam non impediri, dum exprimit non impediri per appellationem, & à reuocatoria in gradu appellationis ſubſecuta appellari poſſe; nam cum

2 appellatio inſpecto præſenti ſtatu ſententiam extinguat, *Bald. in rubr. C. de appell. num.* 2. cum alijs *in verſ. præterea* allegatis, adeo vt illa fingatur non lata, & nullum operetur effectum, *Mynſyng. conſ.* 41. *num.* 7. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num.* 93. nihilo magis poteſt executionem impedire ſententia reuocatoria, quàm antea poſſet appellatio. Confirmatur, quia cum executio electionis præſeruetur, dum tollitur appellatio ſuſpen-

3 ſiua, præſeruatio per conſtitutionem facta vigere debet, etiam lata reuocatoria, & in omnibus inſtantijs, ſicuti

B in ea, quæ fit per clauſulam appoſitam in cōmiſſione B, *Caſſador. deciſ. 8. in princ. & num. 5. de reſcrip. Rota diu. dec. 43. num. 1. & 2. par. 2.*

Et ex his ceſſat etiam, quòd, lata reuocatoria, vulnerata

4 videatur electio Ordinarij, ideoque exequi non poſſit, ſicuti nec obligatio Cameralis vulnerata. Neque enim dici poteſt vulnerata ſententia, pro qua ſit maior præſumptio, & à qua prohibeatur appellatio per ſententiam, à qua permittatur, & fuerit interpoſita, quin potiùs ſecunda remanet, inſpecto præſenti ſtatu, per appellationem extincta, neque etiam dici ſublata per ſententiam, reuocatoriam executio præſeruata ex prædictis.

5 Et in ſimili obligationis Cameralis illa vulneratur, quando prima ſententia eſt contra, non autem quando pro eiuſdem Cameralis obligationis executione, ſed tunc durat executio, donec ſint tres conformes in contrarium, vt tradunt etiam inferendo ad terminos huius conſtitutionis *Modern. ſuper reg. 8. gloſ. 6. num,* 202. *&* 208.

Cetera fuerunt ſublata in alia deciſione.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ* 22.

B *Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 2. num. 1. Marcheſ. de commiſſ part. 2. §. vnic. de commiſſ aperit. or. num.* 77. *Put. deciſ* 416. *num. 3. lib. 1. in correct.* hoc tamen procedit, quando ſequentes commiſſiones emanarunt ſuper eadem cauſa, ſecus ſi poſterior commiſſio obtineatur ſuper diuerſa cauſa, vt fuit dictum in *Pacen canonicatus coram Penia impreſſ apud Marcheſ. de commiſſ part. 1. pag. 237. & d. par. 2. pag.* 427.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tibur-

Tiburtina Calcarearum.

Veneris 14. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Calcarearum conſtructionem an, & quando ſubditis Dominus prohibere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare, fodere, excauare permiſſum eſt vnicuiquè in ſolo proprio, etiam cum vicini damno, dummodo principaliter nocendi animo id non faciat, ſed vt ſibi proſit.*

2 *Calcarearum, ſicut & furnorum, & molendinorum conſtructionem Dominus ſubditis prohibere non poteſt.*

3 *Calcarearum conſtructionem Dominus ſubditis prohibere non poteſt, etiam ſi ab antiquiſſimo tempore ſolus habuiſſet calcareas, ad quas ſubditi pro calce acceſſiſſent niſi tentaſſent alias conſtruere, & ob prohibitionem factam deſtitiſſent, atque ab indè citra tempus ad præſcriptionem requiſitum cucurriſſet.*

4 *Seruitutes negatiuæ non præſcribuntur, niſi præcedente prohibitione.*

5 *Aedificandi in ſuo facultas nullo tempore præſcribitur, niſi alius ſit in poſſeſſione negatiuæ ædificandi.*

6 *Præſcriptio vt in ſeruitutibus negatiuis acquiratur, ſufficit prohibitio extraiudicialis, & quòd maiori parti ſubditorum facta fuerit. num. 7.*

8 *Dominus præſcriptionem in ſeruitutibus negatiuis aduerſus ſubditos acquirere volens, tenetur prohibitionem, patientiam, & obedientiam probare.*

9 *Præſcriptio vt ſuper ſeruitutibus negatiuis inducatur poſt prohibitionem, quot tempus requiratur, remiſſiuè.*

DECISIO XXXVIII.

RESOLVTVM fuit, licere Communitati facere calcareas in proprijs lo-
1 cis ſitis in Territorio Montis Cælij
ex vulgari regula, permiſſum eſſe vnicuique in ſuo fodere, excauare, & ædificare ad libitum *l. altiùs C. de ſeruit. & aqu. l. Imperatores, 13. ff. de ſeruit. vrb. præd.* etiam ſi alteri noceat, dummodo principaliter nocendi animo id non faciat, ſed vt ſibi proſit *l. cum eo. 8. ff. de ſeruit. vrb præd. l. proculus 26. & l. fluminum 74. §. fin. vbi Bald. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique Marcellus ff. de aqu. pluu. arcen. Aym. conſ. 94. num. 2.* Quod in dubio præſumitur, *Gloſſ. in d. l. fluminum §. fin. in verb. non teneri, vbi Oldrad. num. 17. verſ. ſed in dubio, Alberic. num. 2. verſ. ſi eſt dubium Bart. in prima oppoſitione ff. de damn. infect. Iaſ. in l. quo minus num. 33. vbi Ripa num. 29. ff. de flum. Andr. Gayll. obſer. 69. num. 30. lib. 2. Surd. conſ. 127. num. 19. & conſ. 154. num. 14.*
Neque poteſt D. Dux vti Dominus, Calcarearum conſtru-
2 ctionem ſubditis prohibere ſicuti non poſſet furnorum, vel molendinorum *Iacobin. in ſua inueſt. feud. verſ. & cum molendinis num. 4. Rip. d. l. quo minus num. 134. ff. de flum. Neuız. conſ. 43. num. 7. & 8. Boer. deciſ. 125. num. 4. & 5. Alber. Brun. conſ. 56. num. 2. Surd. conſ. 127. num. 23. & 54.* & etiam ſi ab antiquiſſimo tempo-
3 re ſolus habuiſſet calcareas, ad quas ſubditi pro calce acceſſiſſent, nihilominus non fuiſſet illi quæſitum ius, ne nouæ fierent, niſi tentaſſent ſubditi aliàs conſtruere, & propter prohibitionem factam deſtitiſſent, atque abinde citra tempus ad præſcriptionem requiſitum cucur-
A riſſet A, *Bald. quæſt Veronen. de ſeru. vrb præd. cap. 50. de furno num. 2. Afflict. deciſ. 388. num. 1 & ſeq. Capic. deciſ. 209. num. 26. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 45. de cauſ. poſſ. & propriet. Neuız. d. conſ. 43. num. 10. Alber. Brun. d. conſ. 86. num. 1. Balb. de præſcript. in 4. par. 5. part. principalis quæſt. 9.* qui de communi *Surd. d. conſ. 127. num. 23.* Et regula eſt in ſeruitutibus nega-
4 tiuis, vt non aliter præſcribantur, quàm præcedente prohibitione *Gloſſ. in l. qui luminibus* in iure prohibendi ædificare in ſuo loquens *ff. de ſeru. vrb. præd. ibique Bart. Florian. & Angel. ſub num. 3. verſ. ex quo conclude*, vbi
5 quòd facultas ædificandi in ſuo nullo tempore præſcribitur, niſi alius ſit in poſſeſſione ſeruitutis negatiuæ ædificandi *Bald. in l. 1. num. 8. C. de ſeru. & aqu.* poſt *Gloſſ. 1. ibi circa princip. Bart. in l. ſi priuſquam ſub num. 4. in 7. oppoſitione verſ. reſtat. ff. de nou. oper. nunciat. Abb. in cap. Abbate num. 8. de verb. ſignif. Rip. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num. 50. Afflict. d. deciſ. 388. num. 2. Aym. conſ. 111. num. 22. Andr. Gayl. obſeru. 69. num. 9. lib. 2. Surd. conſ. 127. num. 22.* Hic verò tantum abeſt à D. Duce, probari, ipſum ſolum calcareas in territorio Montis Cælij habuiſſe, alijſque conſtructionem illarum prohibuiſſe acquieſcientia, & præſcriptione ſubſecuta, vt potiùs conſtare videatur, alios quoque in eo territorio calcareas habere, dum ipſe calcareas in eo ſitas ab alijs conduxit, vt fuit in alia deciſione ponderatũ. An autem id liceret in loco *la foſſa di Cicrotto alle Caprine*, nuncupato, ſuper quo pendet lis contractus, quæ prætenditur præiudicialis, ex eo, quòd fundus per calcarearum exercitium immutaretur, & deſtrueretur, reſeruarunt Domini, vt particulariter videretur.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd non requiritur neceſſariò, vt hæc prohibitio,
6 cui vaſſalli acquieuerunt, fuerit iudicialis; nam etiam extraiudicialis ſufficiet *Capic* poſt alios in hic citata *deciſ 209. num. 26. Roland. conſil. 22. num. 23. vol 2 & conſil. 80. num. 41 vol. 1. Theſaur. deciſ. Pedemont. 16. ſub num 7. verſ. item ſufficit Roſental. de feud. cap. 5 concluſ. 17. num.*
7 2. Sicut etiam ſatis erit, ſi facta ſit maiori parti, & quòd tali prohibitioni obtemperatum fuerit pro bono pacis *Boer hic citata deciſ 125 num. 1. Theſaur. vbi proximè, verſ. ſufficereque Roſental. d. concluſ. 27 num 2. Natta conſil. 525. num. 1. & 522 num. 4. lib. 3. Roland. d. conſil. 22.*
8 *num 4.* Incumbet tamen Dominis onus probandi prohibitionem, ac patientiam, & obedientiam, *Aym. conſ 861. num 6. Bertrand. conſil. 329. num. 2. & conſil. 234. num. 5. lib 3. Afflict. d. deciſ 388 num. 10. Theſaur. d. deciſ. 16. num 8. Gratian. diſcept. forenſ cap 564. num 34.* Quod
9 autem temporis ſpatium requiratur ad inducendam præſcriptionem talium ſeruitutum poſt prohibitionem tradit *Theſaur. latè d. deciſ. 16. ſub num. 7. verſ. diſſentiunt tamen.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Hiſpalen. Cappellaniæ.

Veneris 14. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Subrogatio in beneficio litigioſo cõceditur mortuo collitigante, tam naturaliter, quàm ciuiliter per ingreſſum Religionis. Item denegatur ſubrogatio auctoritate propria intruſo, & vbi collitigans tempore litis motæ per triennium poſſedit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio in beneficijs litigioſis datur per deceſſum collitigantis.*

2 *Subrogatio in beneficio litigioſo conceditur per mortem ciuilem collitigantis ingredientis Monaſterium, & in eo profeſſi.*

3 *Beneficia profeſſi in Religione vacant, prout naturaliter mortui.*

4 *Subrogatio conceditur in beneficijs litigioſis, quocunquè modo vacent.*

5 *Intruſus in poſſeſſionem beneficij propter mortem collitigantis indignus eſt ſubrogatione.*

Intruſus quando quis dicatur ad effectum denegandi ſubrogationem, ibidem.

6 *Subrogatio denegatur, vbi collitigans tempore litis motæ per triennium poſſedit.*

7 *Poſſidere vno, & eodem tempore duo inſolidum non poſſunt.*

8 *Infans eſt incapax tam tituli beneficij, quam poſſeſſionis. Intellige, vt num. 14.*

9 *Poſſeſſor triennalis vt quis dicatur, poſſeſſio, & color alicuius tituli copulatiuè requiritur.*

10 *Religioſi Societatis Ieſu qui vota biennij tantùm emiſerunt, retinent beneficia, necnon etiam penſiones num. 11.*

12 *Penſio venit nomine beneficij latè ſumpto.*

13 *Penſio extinguitur per profeſſionem in Religione.*

DECISIO XXXIX.

IOANNI Fernandez informanti ſub-
rogationem in ius Didaci, in Religio-
1 ne Beatæ Mariæ de Mercede redem-
ptionis captiuorum profeſſi, conce-
dendam eſſe, deciſum fuit. Datur enim
hæc ſubrogatio per deceſſum colliti-
2 gantis *cap. 2. vt lit. pend. in 6. & reg.*
28. de ſubrog. collitig. & ita ad ius morientis interpreta-
tiuè, & ciuiliter, ſicut verè mortui, *Archid. d. cap. 2. ver-*
ſic. cedant, vbi Anchar. num. 1. in 2. not. Franch. ſub num.
3 *5. verſ. intra Gloſſ. in fin. vt lit. pend.* cum vacent benefi-
A cia profeſſi prout naturaliter mortui A, *cap. beneficium*
vbi Doct. de Regular. in 6. & conſequenter in hoc mors
ciuilis naturali æquiparetur, *can. placuit il 2. vbi Gloſſ.*
verb. mortuus 16. quæſt. 1. Et quocumque modo bene-
4 ficium vacet, militat ratio ſubrogationis concedendæ,
ne per nouos collitigantes in Eccleſiarum diſpendium
litigia prorogari contingat, de qua *in d. cap. 2. & in re-*
gula prædicta, quæ propterea procedit, quocumque mo-
do beneficium vacet, vt tradit etiam *Gloſſ. ibi in princip.*
Non obſtat, quòd Ioannes ex poſſeſſione adepta videre-
5 tur intruſus, atque ita ex verbis ipſius regulæ ſubroga-
tione indignus; Quia cum intruſio debeat eſſe de tem-
pore petitæ ſubrogationis, ad illam denegandam *Sar-*
nen. in regul. de ſubrogand. collitig. quæſt. 18. num. 3. Gy-
gas de intruſo num. 82. Rebuff. in prax. par. 2. reg. de ſub-
rog. collit. Gloſſ. 4. num. 3. de illa non conſtare viſum
fuit, ex quo fuit in partibus conceſſa manutentio Dida-
co eius aduerſario; vt in his terminis tenuit *Rota in*
Barchinonen. Parochialis de Mataro 26. Iunij 1611. coram
R. P. D. meo Decano, præſertim cum ſupponatur, fru-
ctus cappellaniæ nunquam à Ioanne, ſed à patre prædi-
cti Didaci perceptos fuiſſe, intruſus autem dici non
poteſt, ad hoc vt ceſſet regula, qui fructus non habuit,
Gygas de intruſo à num. 7. ad num. 77.
Minùs obſtare exiſtimarunt, quòd ex verbis eiuſdem re-
6 gulæ denegetur ſubrogatio, vbi collitigans tempore
litis motæ pacificè per triennium poſſedit. Tum quia
cum indubitatum ſit, Laurentium de Gatica fuiſſe be-
neficij poſſeſſorem, & de anno tantùm 1603. defunctum,
neque conſtet, illum in Religione Societatis Ieſu pro-
feſſionem emiſiſſe, & ſic amiſiſſe poſſeſſionem, in qua
B exiſtebat B, excludebatur poſterior poſſeſſio Didaci,
7 cum duo eodem tempore inſolidum poſſidere non poſ-
ſint *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. Mohed. deciſ. 20.*
de reſtit. ſpoliat. Tum quia cum Didacus nullam habue-
rit prouiſionem beneficij, de quo agitur, ſed tantùm
decretum ab Ordinario, vt illi in ſexto ætatis anno exi-
C ſtenti (& ſic incapaci tàm tituli beneficij C, *cap. 3. de*
8 *ætat. & qualitat. ordin. S. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de*
reformat. cap. 6. quàm poſſeſſionis *l. 1. §. 1. ff. de acquir.*
poſſeſſ.) reſponderetur de fructibus, & poſtquam ad le-
gitimam ætatem perueniſſet, fieret collatio; vtique ceſ-
ſare videbatur, tàm poſſeſſio, quàm color alicuius tituli,
9 cum tamen vtrumque copulatiuè requiratur, vt quis di-
ci poſſit triennalis poſſeſſor, ex vulgaribus.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A De vacatione beneficiorum ob ingreſſum Religionis tra-
dunt *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 14. num. 13. Gonzal. ad*
reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 45. Garc. de benefic. par. 11. cap.
9. per tot. Sanchez in Decalog. lib. 7. cap. 4. & cap. 29.
B Declara, vt poſſeſſio beneficiorum priùs obtentorum à
10 Religioſis Societatis Ieſu amittatur poſt emiſſam ſolemnē
profeſſionem, vel vota Coadiutorum formatorum, per
quæ redduntur omninò incapaces, bona, & iura quæcunque
acquirendi, & retinendi: non autem per emiſſionem ſim-
plicium votorum biennij, per quæ, iuxta d. Societatis con-
ſtitutiones à Sede Apoſtolica approbatas, tales Religioſi
non fiunt incapaces retinendi dominium bonorum, & be-
neficia, quæ in ſeculo habebant, vt in d. Societatis *conſtit.*
par. 4. cap. 4. §. 5. in declarat. lit. E. & par. 6. cap. 2. §. 11
in declarat. litera E. & legitur expreſsè in bulla Gregorij
XIII. earundem Conſtitutionum confirmatoria incip.
Aſcendente Domino, ſub dat. 8. *Kal. Iunij 1584. verſ. &*
licèt qui ad gradus profeſſorum. Et ratio eſt, quia licet ipſi
emittentes dicta vota ſimplicia remaneant perpetuò obli-
gati, adeo quòd non ſit eis integrum, abſque apoſtaſiæ labe
reſilire, ſecus eſt tamen quoad Religionem, cuius Præpo-
ſitus Generalis poteſt (data iuſta cauſa) illos quandocunq;
dimittere; vndè ſicut beneficia ingredientium Religionem
non vacant infra annum probationis, antè profeſſionem
expreſſam, vel tacitam, per tex. *in d. cap. beneficium de*
Regular. lib. 6. eo ſcilicet, quia ſunt in ſtatu dubio, & pen-
denti, & poſſunt ad ſeculum redire: vt aduertunt *Archi-*
diac. ibi num. vlt. verſ. ad hoc dicas. Tiraquell. de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 8. num. 28. 37. & ſeq. Roderic. quæſt. re-
gular. tom. 2. quæſt. 37. artic. 1. verſ. tertiò nota, Syluest. ver-
bo Religio num. 7. ad med. ita neque vacabunt beneficia
obtenta à Religioſis, qui dicta vota ſimplicia tantùm emi-
ſerunt, eadem enim ratio militat.
Idem dicendum eſt de penſionibus, quæ per dicta biennij vo-
11 ta non extinguuntur, ſed durant vſque ad profeſſionem
ſolemnem, ſicuti de beneficijs dictum eſt, quia tex. in *d.*
cap. beneficium, intelligitur de omnibus beneficijs, ſecundùm
Archidiac. ibi in princ. Franc. num. 1. Gyg. de penſion. quæſt.
12 *57. num. 5.* at nomine beneficij latè ſumpto venit etiam
penſio, *Gyg. d. num. 5. in fine, & quæſt. 29. num. 1. &*
13 *18. Monald. conſ. 559. num. 22. vol. 2.* tum quia ſicut per
profeſſionem vacat beneficium, ita etiam extinguitur pen-
ſio *Gyg. d. quæſt. 57. à num. 5. vſque ad 7. Garc. de benefic.*
par. 1. cap. 1. num. 514. ideo ſicut per vota biennij non va-
cant beneficia, ità neque cenſeri debent extinctæ penſio-
nes ad tex. *in l. etſi contra ff. de vulgar. l. vlt. §. fin. ff. de le-*
gat. 3. & ibi Doct. præterea quoad penſiones adhuc viget
præ-

Digitized by Google

prædicta ratio, quæ in beneficijs, quia ſcilicet poſſunt ta-les Religioſi ad ſeculum reuerti. Atque ita tradit *Sanch. in Decalog lib. 7. cap. 4. num. 7. & cap. 27. num. 32. & cap. 29. num* 10. & fuit reſolutum in *Nullius, ſeu Caputaqueñ penſionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram R. P. D. Martino Andrea*: tenentur tamen hodie prædicti Religioſi finito probationis biennio, antequam vota ſimplicia emittant, beneficia priùs obtenta reſignare, iuxta præſcriptum 5. *generalis Congregationis d. Societatis can.* 5. & tradit *Sanch. d. cap. 4. num. 7. & d. cap. 27. num.* 32. penſiones tamen retinent vſque ad ſolemnem profeſſionem, vel vota coadiutorum formatorum, vt obſeruatur in praxi, de qua teſtatur idem *Sanch. d. cap. 29. num.* 10.

C Quòd minori 14. annorum prouideri non poſſit de beneficio nedum per viam collationis, verùm etiam præſentationis, electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis, ſtante generica Tridentini Conc. prohibitione, notant *Mandoſ. de minor. ætat. cap. 4. num. 7. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 7. cap. 6. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 60. num.* 98. hoc tamen non procedit in beneficio ſimplici iuriſpatronatus, ad quod patronus in limine fundationis voluit, etiam minores 14. annorum præſentari, & inſtitui poſſe; quia huiuſmodi conditio in limine fundationis poſita eſſet valida, & ſeruanda, vt declarauit *Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Sacri Conc. Interpretũ* teſtibus *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. num. 91. Campanil. d. cap. 6. num. 2. Barboſ. d. alleg. 60. num.* 73. & approbauit *Rota deciſ. 194. par. 2. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ferrarien. Pecuniaria.

Veneris 14. Martij 1614.

ARGVMENTVM.

Statuto prohibente appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem petere, forenſes gaudere non debent: quia dicitur reſpicere deciſoria iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ conformes Ferrariæ, ex diſpoſitione ſtatuti, rem iudicatam faciunt.*
2 *Statutum prohibens appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem petere, dicitur reſpicere deciſoria, non ordinatoria iudicij.*
3 *Statuto reſpiciẽte deciſoria iudicij forenſes gaudere nõ debẽt. Iudicij locus non attenditur in deciſorijs. ibid.*
4 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt.*
5 *Appellare vbi licet vni ex partibus, licere etiam debet alteri, vel non.*
6 *Appellatio à nouo grauamine non deducto in primis ſententijs permitti debet.*

DECISIO XL.

LATIS Ferrariæ duabus ſententijs ad fauorem Ceciliæ relictæ quondam Ioãnis Mariæ Baroni Veneti contra Riccios, & litis conſortes ſuper proprietate, & potioritate pro recuperatione eius dotis, in quibuſdam Oriaijs, ſeu illorum pretio per dictos conuentos eidem Cæciliæ reſtituendæ, ac alijs duabus ſuper illarum
1 exequutione vti conformium, & ex diſpoſitione ſtatuti rem iudicatam facientium; Claudius pupillus de Banizatis, contra cuius auctores fuerant in dictis ſententijs reſeruata iura pro releuatione, ſeu indemnitate timens, ne per exequutionem ſententiarum omne damnum in ſe retorqueretur, obtinuit in Signatura Sanctiſsimi commiſſionem cauſarum prædictarum in Rota, cum clauſula, *de procedendo ad legitimam exequutionem ad fauorem hæredum Cæciliæ pendente lite defunctæ*, & dato dubio, an eſſet locus exequutioni, fuit, nemine pro hæredibus prædictis informante, negatiuè reſolutũ.

Quia licèt ex ſtatuto *lib. 2. cap.* 66. à ſententia in cauſa appellationis lata, ſiue in totum confirmatoria primæ, ſiue in parte, pro parte, in qua illi conformis eſt, non liceat appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem petere:
2 tamen cum videatur reſpicere deciſoria, *Franc. cap. ſi duobus col. mihi 16. in fin. verſ. ſed ſtatutum de appellat. Aret. in cap. quòd Clericus num. 11. & ſeq. de foro compet. Soccin. conſ. 195 num. 2. lib. 2. Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 157. de conſtit. Gozzadin. conſ. 76. num.* 15. non poteſt illo gaudere Cæcilia forenſis, licèt Ferra-
3 riæ fuerit litigatum: cũ in deciſorijs non attendatur locus iudicij *Bald. in l. 1. num. 58. & 59. C. de ſumma Trinit. Alex. conſ. 164. num. 3. lib. 6. Marzar. conſ. 9. num.* 9. & in hoc ipſo ſtatuto Ferrariæ *Deci. conſ. 97. in princ. Hippol. Rimin. conſ. 450. num. 9. lib. 4. Bertaz. conſ. 15. in princ. vol. 1. crimin.* Tantòq; minùs locum habere de-
4 bet, quòd nec contra Cæciliam ſeruatum fuit, quæ ſecundò prouocauit, licèt priùs per duas conformes ſuccubuiſſet, vndè ſi deinde duas pro ſe fauorabiles reportauit, aduerſarijs quoque permitti debet appellatio, vt
A in iudicijs ſeruetur æqualitas A, *cap. non licet. de regul. iur. in 6. l. final. vbi Bald. C. de fruct. & lit. expenſ. idem Bal. conſ. 486. col. 2. verſ. quartò pone lib.* 2. & eo caſu,
5 quo licet vni ex partibus appellare, vel non, debet licere, vel non alteri *cap. 2. de mut. petit. Rum. conſ. 85. in fin. verſ. ſicut ergo lib. 5. Bertaz. d. conſ. 15. in princip. &*
B *conſ. 469. num. 13. vol. 2. crim.* B Præterea certum eſt, ſecundam ſententiam declarare pondus, valorem, & quantitatem Oriziorum, ad quam quilibet ex reis conuentis teneretur, quod in prima factum non fuerat; vn-
6 dè ab hac liquidatione, tanquam nouum grauamen inferente permitti debet appellatio *Rot. diuerſ. deciſ.* 100. *in princ. par.* 1.

Ex quibus reſolutum fuit, locum non eſſe vlteriori exequutioni ſententiarum, &c.

ANNOTATIO.

A Ex hac concluſione, quòd æqualitas in iudicijs ſeruanda ſit, vide plures illationes deductas à *Beltramin. in addit. ad deciſ. 581. Gregor XV. ſub lit. A.*

B Adde *Stephan Gratian deciſ Marchiæ 220. num 1. 2. & ſeq. Rota deciſ. 132. ante num 1. par. 2. diuerſ.* & fuit dictum in *Anconitana hæreditatis 11. Martij 1616. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Grani.

Veneris 11. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Paupertas reſpectu certi effectus non probatur, niſi per veras, & concludentes probationes, non præſumptiuas: maximè ſtante clauſula, *conſtito*.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* conſtito, *requirit veras, & concludentes probationes, nec præſumptiuas admittit, & num. 8.*
2 *Teſtes non coarctantes negatiuam, quòd quis habere non poſſet, quin ipſi ſcirent, non probant illum non poſſidere.*
3 *Paupertas in genere de ſtylo Rotæ probatur per teſtes deponentes de communi reputatione.*
4 *Paupertatis in genere probatio eſt arbitraria.*
5 *Pauper quis reſpectu certi effectus vt dicatur, probandum eſt, ipſum adeo pauperem eſſe, vt eius bona ſolutioni non ſufficerent.*
6 *Pauper quis eſſe poteſt, & tamen litis expenſas ſoluere.*
7 *Pauper ad certum effectum quis non dicitur, quando poteſt aliquid operando lucrari.*
9 *Teſtes deponentes ſuper negatiua, debent illam coarctare. Limita, vt num. 10.*

DECISIO XLI.

PAVPERTAS Dominici ad effectum
reſeruandi expenſas, in quibus eſt con-
demnatus, in fine litis, non fuit viſa
Dominis concludentet probata, vt erat
probanda tanquam poſita in cõditione
per clauſulam, *conſtito*, requirentem ve-
ras, & concludentes probationes, nec
1 præſumptiuas admittentem *l. Lucius Titius* 82. *ff. de cond.*
& demonſtr. Bald. in l. in bonæ fidei num. 28. *verſ. vnum*
reſtat, & ibi Salyc. num. 28. *verſ. quæro tertiò C. de reb.*
A *cred. Felin. in rubr. de probat. num.* 3. *verſ.* & *ideo* A,
prout de clauſula, *cõſtito*, Breui apponi ſolita tenet Rota.
Nam omiſſis tribus teſtibus nihil dicentibus, quartus, &
quintus deponentes iuxta 10. & ſuper tertio bona à Do-
2 minico non haberi, vel poſſideri, non concludunt, veluti
non coarctantes negatiuam, quòd haberi nõ poſſent, quin
B ipſi ſcirent B, *vt ex tex. in §. ſi verò abſunt. in verſ. &*
vidiſſe in fine Auth. de her. & Falc. & in l. 1. *in princ. ff.*
de itin. act. priu. Roman. conſ. 245. *num.* 9. *Couarr. var.*
reſol. lib. 2. *cap.* 6. *num.* 8. *verſic. cæterum*, dum verò de
3 communi reputatione deponunt, quamuis illa ſufficiat ex
ſtylo Rotæ, vbi agitur de probanda paupertate in genere
Verall. deciſ. 295. *num.* 2. *par.* 2. Tamen cum hic agatur
non de probanda paupertate in genere, quo tantùm caſu
4 probatio eſt arbitraria, ſed reſpectu certi, & determi-
nati effectus reſtituendarum expenſarum litis, proban-
dum erat, ipſum eſſe adeo pauperem, vt eius bona ſolu-
5 tioni non ſufficerent §. *ſed neque Auth. de fideiuſſ. Bald.*
in auth. præterea num. 4. *verſ. quæro ergo, vbi Salyc. num.*
4. *C. vnde vir. & vx. Iaſ. l. ſi conſtante num* 245. *verſ.*
ſicut cauſa ff. ſolut. matr. Afflict. deciſ. 179. *num.* 3. *et deciſ.*
C 48. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *diuerſ.* C, & in reſcripto, de quo
agitur, requiri talem paupertatem, vt expenſæ ſolui non
poſſint ſentit. *Staphyl. de liter. grat. par.* 2. *in clauſula*,
& per Breue S. V. *num.* 14. & fuit dictum *in Portalegien.*
Spolij 5. *Iunij* 1589. *coram bon. mem. Grato.*
Et facit ratio, quòd ſtant hæc ſimul, Dominicum haberi pro
6 paupere, & eſſe, & tamen ſoluere poſſe expenſas, de
quibus agitur, quæ ſint modicæ; ex quo etiam ſequitur,
non releuare ſententiam latam pro collatione dotis in
tutum vxoris, & ſic inter alios. Ex quibus cum agatur
de probanda paupertate in conditione poſita, & ad cer-
7 tum effectum, atque expenſæ ſint modicæ, ita vt potiùs
veriſimile ſit, ſolui poſſe à Dominico, qui habuit dotem
ſcut. 800. vel circa, vt deponit ſecundus iuxta 19. &
quintus iuxta 19. qui de ſcut. mille habet partem ſuffi-
cientem ad victum à D. Duce Zagaroli, vt dicit ſecun-
dus iuxta 20. & eſt iuuenis annorum 30. qui poteſt ſe
in aliquo exercere, præſertim in arte agraria, vt depo-
nit ſecundus iuxta 18. viſum fuit DD. non conſtare ſuf-
ficienter de paupertate.

ANNOTATIO.

A Adde *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 660. *num.* 18. *& cap.*
8 992. *num.* 11. *Barboſ. in tract. de clauſul. clauſ.* 25. *ſecun-*
dum Lugdun. impreſſ. à quibus hæc deciſio allegatur, &
fuit dictum in *Meleuitana bonorum* 7. *Maij* 1627 *coram*
R. P. D. meo Durano, vbi quòd huiuſmodi probationes fieri
debent cum partis citatione. Et quando clauſula, *conſtito*,
eſt appoſita in Breui, quòd requirat plenas, & concluden-
tes probationes, itaut reſultet clara, & aperta reſerua-
tio, *Garc. de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 38. *& cap.* 3. *num.*
64. vbi plures Rotæ deciſiones adducit *Gregor. deciſ.* 53.
num. 1. & fuit dictum in *Oſcen. portionis* 17. *Decembris*
1617. *coram bon. mem. Dunozetto*, iuſtificatur tamen ſuf-
ficienter ex ſola iuris præſumptione, quæ dicitur conclu-
dens, & liquidiſſima probatio, *Rota deciſ.* 756. *num.* 4.
part. 2. *recent.*
B Quòd teſtes deponentes ſuper negatiua debent illam coar-
9 ctare, & remouere actum à ſenſu, dicendo, quòd aliter eſſe
non poſſet, quin ipſi vidiſſent, vel ſciuiſſent, vltra hic al-
legatos, tradunt latè *Gabr. de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 8.
Gregor. deciſ. 42. *num.* 5. *deciſ* 325. *num. etiam* 5. *& deciſ.*
510. *num.* 1. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 65. *num.* 228. Hoc
10 tamen non procedit, quando teſtes deponunt ſuper eo,
quod veriſimile eſt, eis eſſe notum, tunc enim non eſt ne-
ceſſe, quòd remoueant actum à ſenſu, ſed ſufficit, quòd
ſimpliciter deponant de negatiua, *Farinac. d. quæſt.* 65.
num 229. *Gregor. d. deciſ.* 325. *ſub num.* 5. & ibi *Adden.*
num 27. qui alias Rotæ deciſiones adducit.
C Quòd paupertas reſpectu certi effectus ſit probanda in
ſpecie, firmauit *Rota in Viterbien. tranſactionis* 20. *Februa-*
rij 1615. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpro*,
& in Saonen. præpoſituræ 20. *Maij* 1622. *coram bon. mem.*
Remboldo, in quibus hæc deciſio allegatur, & infra in Ro-
mana exceſſus legati 16. Nouembris 1616. coram Domi-
no meo, *num.* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Comen. Habitus.

Lunæ 14. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Nobilitatis probatio generica quando ſufficiat, & quando requiratur ſpecifica; & ex quibus probetur nobilitas. Item an ex nobilitate, vel ignobilitate vnius fratris arguatur nobilitas, vel ignobilitas alterius fratris.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitatis generica probatio regulariter ſufficit.*
2 *Nobilitatis probatio ſpecifica requiritur in volentibus aſſumere habitum Religionis Hieroſolymitanæ.*
3 *Parentum appellatione pater, & mater, aui, & auiæ ex vtroque ſtirpite continentur.*
4 *Nobilitas antiqua non genericè, ſed ſpecificè probanda eſt.*
5 *Nobilitas probatur ex aſſecutione honorum, & munerum, quæ non niſi nobilibus conferuntur.*
6 *Teſtis, qui non eſt informatus non probat.*
7 *Teſtis falſus in vno eſt falſus in omnibus ratione iura-*
mentum

Digitized by Google

menti, quòd eſt indiuiduum. Limita vt num. 14.

8 *Nobilitas non probatur ex eo, quòd quis ſit de familia nobili, cum eſſe poſſit, quòd ex eadem domo aliqui nobiles reputentur, & aliqui non.*

9 *Frater non probatur nobilis, probata nobilitate alterius fratris, niſi probetur nobilitas aſcendentium.*

10 *Nobilitas tanquam priuilegium perſonale ad tranſuerſales non transfertur.*

11 *Sententia lata ſuper nobilitate, vel ignobilitate contra vnum fratrem alteri non præiudicat.*

12 *Nobilitas in Ciuitate Comi ex conſuetudine per Notariatum non denigratur.*

13 *Notariatus officium inhabilem reddit ad ſuſcipiendum habitum Fratrum militum in Religione Hieroſolymitana.*

DECISIO XLII.

PRONVNCIATVM fuit à R.P.D. meo Pirouano, non conſtare de ſufficienti nobilitate D. Ioannis Antonij Lucini, ad hoc vt admitti deberet ad habitum S. Religionis Hieroſolymitanæ, quam ſententiam confirmandam eſſe DD. cenſuerunt.

Nam, & ſi generaliter generica nobilitatis probatio ſuf-
1 ficiat, eo modo, quo tradit *Bart. in l. 1. num. 87. & 98. C. de dignit. lib.* 12. cum allegatis in deciſ. R. P. D. mei Pirouani 9. Iunij 1610. quæ nobilitas fuit admiſſa per Rotam in familia de Lucino ex teſtibus, inſtrumentis, hiſtorijs, inſignis, & armis, & alijs, vt latè in d. reſolutione.

Tamen quia ſtabilimenta Religionis *tit. de recept. form. num.*
2 17. requirunt probationem nobilitatis ſpecificam reſpectu parentum, quorum appellatione pater, & mater,
3 aui, & auiæ ex vtroque ſtipite continentur, *vt in titulo de ſignificatione verb. l.* 51. non ſufficit hoc caſu probatio ſimplicis nobilitatis, ſed talis probari debet, qualis à dd. ſtabilimentis deſideratur, & etiam reſpectu auorum & auiarum, prout de ſtatuto requirente nobilitatem antiquam tradit *Rebuff. in tract. de nominat. quaſt.* 12. *num.* 42. *in fin. verſ. ſi tamen requireretur, & Put. deciſ.* 289. *num.* 1. *lib.* 1. *ſecundum nouiſſ. impreſſ.*

Huiuſmodi autem probatio licèt admitteretur reſpectu Benedicti Iunioris Patris, qui fuit I. V. D. & de Colle-
5 gio Ciuitatis Comen. Decurio, Orator ad Præſidem Mediolani, Fiſcalis regius in Patria, & alijs muneribus, & honoribus cohoneſtatus, quibus non gaudent niſi primarij nobiles, & quicquid ſit an probata dicatur reſpectu aliorum aſcendentium. Reſpectu Franciſci aui paterni viſa fuit non probari per teſtes, nec per inſtrumenta. Non per teſtes, qui nihil omninò dicunt de nobilitate D. Franciſci ex natiuitate, ſeu origine ſanguinis. Quatenus verò deponunt de nobilitate ex communi reputatione dicebatur, duos, ſcilicet primum, & ſecundum fidem non mereri. Quia cum ex deductis in deciſionibus *coram Reuerendiſſ. D. Lugdunen.* 13. *Februarij* 1609. & 4. *Martij* 1611. & *coram R. P. D. Pirouano* 9. *Iunij* 1610. & 11. *Ianuarij* 1618. conſtet dictum Franciſcum auum fuiſſe Notarium, & Notariatum exercuiſſe, & tamen id deponant Franciſcum nunquam fuiſſe Notarium, nec exercuiſſe negatiuam firmiſſimè adſtruentes
6 non probant, tùm quia non videntur informati, tùm etiam quia cum de contrario conſtat ex publicis inſtru-
7 mentis, de quibus in dd. deciſionibus, & ſuper quo non fuit facta modò controuerſia ex parte D. Lucini, nulla eorum depoſitionibus videtur adhibenda fides ratione iuramenti, quod eſt indiuiduum *Oldrad. conſ.* 37. *num.* 1. *verſ. veriùs tamen, Bald. in l. ſi ex falſis num.* 25. *verſ. iſta eſt veritas C. de tranſact. & in l. fin. num.* 18. *C. de edict. diu. Adr. toll. Felin. in cap. fraternitatis num.* 21. *de*
B *heretic.* B, & *fuit etiam deductum in deciſ. D. mei Pirouani* 14. *Iunij* 1613. Quartus vero teſtis deponit ſolùm in genere de antenatis nulla facta ſpecifica mentione d. Franciſci aui, & requiritur ex prædictis, qui etiam tanquam annorum 68. tempore examinis de anno 1604. & ſic annorum 8. in circa tempore obitus Franciſci, qui deceſſit de anno 1544. vt deponit ſecundus iuxta 17. non potuit veriſimiliter de communi iſta reputatione, & alijs reſpectu Franciſci notitiam habere.

Et ſic remanet ſolus ſecundus teſtis, qui eſſet vnicus, nec etiam videtur concludenter deponere de communi reputatione nobilitatis. Minùs ex inſtrumẽtis nouiter exhibitis iuſtificatur nobilitas aui, & aliorum aſcendentium; quia non apparet, ipſos deſcendere à Gabrio de Lucino, qui enunciatur nobilis in inſtrumento præſentationis factæ ad Cappellam S. Mariæ Magdalenæ de anno 1361. ſed verificatur ſolùm, eos deſcendere à Maſiolo tritauo Io. Antonij, & Beltramo abauo, qui in eius teſtamento condito del 1473. 4. Auguſti, & in matricula notariatus Benedicti Senioris eius filij, & proaui dicti Io. Antonij fuit enunciatus Ciuis, & habitator Comarum, & ſcholarium Rector, ſeu grammaticæ Doctor, & nunquam dicti aſcendentes fuerunt nuncupati nobiles, & conſequenter ex dd. inſtrumentis non probatur nobilitas. Nec ex enunciatiuis antiquis tranſuerſalium dicti Benedicti Senioris proaui, qui habuit Theodorum fratrem enunciatum Magiſtrum in inſtrumentis antiquis præſentationum, & quandoquè nobilem, & Magiſtrum, & Rectorem ſcholarium, reſultare poteſt aliqua proba-
8 tio nobilitatis reſpectu aſcendentium dicti Io. Antonij, poteſt enim eſſe, quòd ex eadem domo aliqui nobiles reputentur, & aliqui non *Soccin. conſ.* 246. *num.* 3. *verſ. quocunque autem dictorum lib.* 2. Et ſic quatenus ex dd. enunciatiuis probaretur nobilitas Theodori nõ reſulta-
9 ret probatio nobilitatis Benedicti eius fratris, niſi probata nobilitate aſcendentium *Afflict. ſuper conſtit. Regn. lib.* 1. *ſub rubr.* 9. *de illicit. portat. armor. incip. intentionis num.* 48. *verſ. ſed quaro de quæſtione, ſequitur. Tiraq. de Nobilit. cap.* 17. *num.* 2. 3. & 4. cum Theodorus potue-
10 rit nouiter nobilitari, quæ nobilitas tanquam priuilegium perſonale ad tranſuerſalem non transferatur *Afflict. & Tiraq.* in locis præallegatis.

Pront è conuerſo aliæ enunciatiuæ exercitij artium non
11 nobilium in fratribus Franciſci aui non præiudicarent
C Io. Antonio. C, ſi probata eſſet nobilitas ſpecificata parentum, & ex vtroque ſtipite iuxta formam à dd. ſtabilimentis præſcriptam, quemadmodum ſententia lata ſuper nobilitate, vel ignobilitate contra vnum fratrem non præiudicat alteri. *Franc. deciſ.* 523. *num.* 19.

Cum itaque ceſſet ſpecifica illa probatio nobilitatis in perſona Franciſci aui à ſtabilimentis requiſita, fruſtatorium eſt quærere an per notariatum præiudicetur nobilitati
12 ſtante conſuetudine Ciuitatis Comi, quòd nobilitas per notariatus exercitium nõ denigretur à teſtibus ad hoc particulariter receptis comprobata, & per Rotam admiſſa, ſuper quo latè inſiſtebant informantes, &c.

Et ideo reſponſum fuit, ſententiam Rotalem eſſe confirmandam.

ANNOTATIO.

A Quæ eſt deciſio 297. *par.* 1. *recent.* in qua fuit reſolutum,
13 notariatus officium, licèt in Ciuitate Comenſi nobilitatem inficere non cenſeatur, tamen inhabilem reddere ad habitum Fratrum militum in Religione Hieroſolymitana ſuſcipiendum, quia eſt officium vile, & ſecundum aliquos

Digitized by Google

eo ipſo, quòd quis illud exercere incipit, ſubitò amittit
nobilitatem. At nobilitas a Statuto dictæ Religionis re-
quiſita debet eſſe talis, quæ pro nobilitate vbique locorum
habeatur, imò expreſsè eos, qui patre, aut auo Scriba,
vel Notario, aut Tabellione publico nati fuerint, à ſuſce-
ptione habitus excludit.

B Limita hanc concluſionem procedere, quando teſtes de-
ponunt falſum in ſubſtantialibus: nam falſitas in ijs, quæ
non ſunt de ſubſtantia negotij, dictum teſtis non viciat,
*Menoch præſumpt. 22. num. 19. & ſeq. lib. 5. Natta conſ.
96. num. 1. & 2. Cardin. Mantic deciſ. 6. num. 6.* latè plu-
ribus congeſtis *Farinac. de teſtib quæſt. 67. num. 179.*
quando autem teſtis dicatur falſum depoſuiſſe in ſubſtan-
tialibus, & quando ſecus, tradit idem *Farinac. ibid. num.*
84. qui à *num.* 111. *vſque ad num.* 186. incluſiuè principa-
lem concluſionem pluribus modis ampliat, & reſtringit.

C Idem in his terminis poſt alios, hac deciſione allegata, di-
ctum fuit in *Meliten. habitus* 14. *Maij* 1627. *coram R. P.
D. meo Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Mediol anen. proceſſionis.

Veneris 18. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Rector vnius Parochialis an prohibere poſſit, ne Rector alterius Parochialis faciat proceſſionem Corporis Chriſti eadem die, qua ipſe eam facit; & quid ſtante eius quaſi poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Rector non poteſt in ſua Parochia prohiberi ab alijs, iura Parochialia exercere, & proceſſiones facere, obtenta maximè Ordinarij licentia.*

2 *Teſtes deponentes ſuper negatiua, debent illam coarctare, negatiuam actus, & non ſenſus concludentes, & debent reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogati, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus. num. 9.*

3 *Teſtes numero plures alijs præferendi ſunt.*

4 *Teſtes iuris aſſiſtentiam pro ſe habentes præferuntur ijs, quibus ius reſiſtit, & num. 10.*

5 *Exercitium plurimorum iurium Parochialium operatur retentionem aliorum.*

6 *Quaſi poſſeſſio, & exercitium iurium Parochialium non amittitur per non vſum, niſi probetur prohibitio.*

7 *Præſcriptio non currit in facultatiuis.*

8 *Proceſſiones, quæ fiunt in feſtiuitate Corporis Chriſti debent iure Concilij Tridentini fieri cum populi frequentia, ſolemnitate, ac veneratione.*

DECISIO XLIII.

IVSTITIA ſententiæ Vicarij Me-
diolanē: declarantis, licere Curatis lo-
corum Bertatij, & Sancti Viti, habita
licentia ab Ordinario, proceſſionem,
de qua controuertitur in die ſolemni-
tatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ac
etiam in die Dominico infrà Octauam
ſingulis annis facere alternis tamen vicibus, vt ſcilicet
vno anno eam faciat Curatus loci Bertatij in die ſolem-
nitatis prædictæ, & Curatus S. Viti in die Dominico,
Octauæ, & è contra Curatus S. Viti faciat dictam pro-
ceſſionem die ſolemnitatis Corporis Chriſti anno proxi-
mè ſequenti, & Curatus Bertatij die Dominico Octauæ
eiuſdem anni, & ſic deinceps, deinde ab Ordinario Pa-
pienſe confirmatæ, quatenus concernit intereſſe Curati
S. Viti, videbatur Dominis reſultare, tàm ex diſpoſitio-
1 ne iuris communis, vt non poſſit Rector in ſua Paro-
chia prohiberi ab alijs iura parochialia exercere, & pro-
A ceſſiones facere A, obtenta maximè Ordinarij licentia
*can. 1. & can. Epiſcopi 9. quæſt. 2. Calcan. conſ. 35. num.
10. verſ. & etiam probatur*, quàm ex quaſi poſſeſſione
eiuſdē ab annis ſupra 40. acquiſita, huiuſmodi proceſſio-
nem faciendi ſingulis annis, benè probata ex teſtibus
deponentibus nedum de viſu, & intereſſentia tempore
Curati Nidaſij annis iam ferè 40. defuncti, videlicet ex
primo de annis 12. *quarto* vltra decem continuos, *ſexto*
per 15. annos continuos, *octauo* ſpacio octo annorum,
ſecundo, & *quinto* vna vice, *ſeptimo* duabus, *tertio* plu-
ries; ſed etiam de auditu ab eorum maioribus, anteacto
tempore ſemper factam fuiſſe, & eſſe conſuetudinem
antiquiſſimam; *quartus* non concludit de die. Non
obſtant teſtes pro Rectore Bertatij examinati deponen-
tes, non vidiſsè, nec audiuiſſe in loco S. Viti factam di-
2 ctam proceſſionem; pauci enim coarctant negatiuam
B ſenſus, & non actus, concludentes B, iuxta *Gloſſ.* cō-
muniter receptam, & à Rota ſemper approbatam in *§.
hinc nobis verſ. & vidiſſe in fin. Auth. de her. & falcid.* illi
verò non eſſent cum teſtibus Rectoris S. Viti conferen-
3 di, tanquam numero pauciores *cap. in noſtra 32. de teſtib.
cap. licèt cauſam 9. verſ. ex præmiſſis de probat. l. ob carmen.
21. §. ſi teſtes, vbi gloſſ. verb. in pari ff. de teſtib.* & haben-
4 tes contra ſe iuris aſſiſtentiam *Bald. in d. l. ob carmen in
num. 7. verſ. in gloſſ. quæ ſuper verbo Aret. conſ. 44. ad fin.*
C cum alijs per *Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 23.* C, &
coarctant ex ratione minùs concludenti, quia ſcilicet
Nidaſius Curatus ſe conferebat illa die cum cruce, &
hominibus loci ad proceſſionem, quæ fiebat in loco Ber-
tatij, cum attenta loci, vicinitate potuerit fieri proceſ-
ſio ante, vel poſt, etiam in loco S. Viti. Nec releuat,
quòd Rectores S. Viti ceſſauerint proceſſionem facere
per annos ferè 30. Nam vltra quòd ab initio id accidit
ob infirmitatem, ac ſenectutem prædicti Rectoris Ni-
daſij, vt dicunt *ſecundus*, *quartus*, *ſeptimus*, & *octa-
uus*; nihilominus non poteſt dici omiſſum ius illa ſcele-
5 brandi, etiam ſi maiori tempore deſiciſſent, ſed, per
exercitium aliorum iuriū Parochialium iſtud dicitur re-
tentū *Innoc. in cap. dilectus num. 3. col. 2. verſ. poſſeſſorem,
de cappell. monach* quem ſequuntur ibi *Carden. col. fin. quæſt.
11. Henric. Boich. num. 11. verſ. ſequitur de ſecundo. Io.
Andr. num. 7. & 8. verſ. ex prædictis, & num. 19. in fin.
Butr. num. 15. Abb. num. 19. verſ. nec obſtat Anchar. num.*
6 21. præſertim cū non probetur, vel acquiſitum fuiſſe ad-
uerſarijs ius prohibendi, vel ipſos in loco S. Viti pro-
ceſſionem celebraſſe *Anchar. vbi ſupra verſ. quod intelli-
go verum, Ioan. de Anan. in fin. verſ. ſi autem nullus vti-
tur.* Et licèt Rector S. Viti interuenerit etiam interdum
cum cruce in proceſſione facta in loco Bertatij in die
ſolemnitatis prædictæ; non inde tamen quæſitum eſt ius
Rectori Bertatij, Rectorem pro tempore S. Viti com-
pellendi, vt ad proceſſionem in loco Bertatij faciendam
accedat, nec illam in loco S. Viti faciat; cum in iſtis fa-
7 cultatiuis nulla currat præſcriptio *l. 2. §. deinde Mar-
cellus, & l. ſi eo fundo ff. de aqu. pluu. arcen. Rip. in l. quo-
minus num. 132. ff. de flumin. Balb. de præſcript. in 4.
par. 5. par. principalis quæſt. 1. Menoch. de arbitr. caſu
260. num. 6. & ſeq. Theſaur. deciſ. 10. num. 3.* Nec vi-
ſum fuit Dominis, alicui ex partibus præiudicatum in
8 eo, quòd vtraque ſimul non poſſet quolibet anno in die
ſolemnitatis proceſſionem facere, ſed potiùs benè pro-
uiſum,

uiſum, vt in quolibet loco, quolibet anno fieret, & ita vt locorum exiguitas, & vicinitas non impedirent quominùs frequentia, ſolemnitate, ac veneratione *a Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 5. requiſitis, & clem. 1. §. nos itaque de reliquijs, & venerat. Sanct.* conſideratis celebrarentur, mandando illas fieri, vt ſupra, ſeruata etiam in hoc æqualitate, & tantò magis videbatur Ordinarij iudicio deferẽdum cũ (ſecundùm acta Eccleſiæ Mediolanen. *par. 1. concluſ. 7. decret.* 7.) proceſſiones iſtæ fieri non poſſint, niſi ab Eccleſijs, quibus ipſe conceſſerit, quod etiam innuunt aliqui teſtes.

Et ex his reſponſum fuit, ſententiam prædictam eſſe confirmandam.

ANNOTATIO.

A Idem in his terminis, hac deciſione allegata, dictum fuit *in Cæſarauguſtana dedicationis* 18. *Decembris* 1618. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*.

B Vide, quæ dixi ſupra ad *deciſ.* 41. *lit. A.* quibus adde, quòd
9 teſtes deponentes ſuper negatiua ad hoc, vt probent, tenentur reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogati, tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus, *Farinac. poſt alios quæſt.* 65. *num.* 230. *Gregor. deciſ.* 42. *num.* 3. *& deciſ.* 105. *num.* 23. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 789. *num.* 9.

C Adde *Farinac. de teſtib. quæſt.* 65. *num.* 130. *Gregor. deciſ.*
10 51. *num.* 2. *& deciſ.* 449. *num.* 5. *& deciſ.* 472. *num.* 3. & iden licet regulariter magis credatur teſtibus affirmantibus, quàm negantibus; tamen ſi cum depoſitione teſtium negantium concurrat aſſiſtentia, ſeu præſumptio iuris cõmunis, creditur magis negantibus, quàm affirmantibus; *Farinac. d. quæſt.* 65. *num.* 239. qui à *num.* 106. *vſque ad* 244 *incluſiuè* latiſſimè tradit, quibuſnam teſtibus in concurſu maior fides adhibenda ſit.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Brunduſina Pecuniaria.

Lunæ 21. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Filius familiàs prohibitus à ſtatuto contrahere ſinè conſenſu patris, an ſit prohibitus, pro patre ſe obligare.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio filij pro patre valida eſt.*
2 *Pragmatica Regni Neapolitani prohibens recipi obligationes filiorum familiàs ſinè conſenſu patris, prohibet filio, obligare poſſe pro patre.*
3 *Pater an poſſit conſentire in contractu filij ad ſuimet fauorem & num.* 10.
4 *Conſtitutio laicorum annullans contractus non comprehendit contractus iuratos & lit. B.*
5 *Renunciatio l.* 1. *& 2. ff. &* Cod. *quod cum eo, valida eſt præſertim accedente iuramento.*
6 *Renuncians beneficio l.* 1. *& 2. ff. &* C. *quod cum eo, an ſi poſtea abſoluatur à iuramento, dictarum legum beneficio potiri valeat.*
7 *Abſolutio à iuramento obtenta ad effectum agendi, & excipiẽdi habilitat abſolutum ad comparendum in iudicio ſinè metu periurij; ſed non tollit vires, & robur iuramenti.*
8 *Clauſula de ſtylo notariorum apponi ſolita non nocent, ſinè præcedente certioratione.*
9 *Turpitudinem propriam quis allegare non poteſt.*

DECISIO XLIV.

PROPOSITO dubio 15. Nouembris præteriti, vna tantùm parte informante, reſoluto, Domini in vtraque eius parte ſteterunt in deciſis; & circa primam validitatis obligationis Lucæ Granafei in cenſu ab illius patre impoſito moti ſunt, quia valida eſt obli-
1 gatio filij pro patre *l. filius familias*, vbi *Gloſſ. & Doct.* C. *de fideiuſſor. l. ſi dubitet §. filius familiàs ff. eodem l.* 1. C. *de filio famil. min. l. ſi ex alio* C. *quod cum eo*.

Non obſtat pragmatica Regni Neapol. prohibens recipi obligatinnes filiorum familiàs ſinè expreſſo patris con-
2 ſenſu: quia non inhabilitat perſonas, neque annullat contractus aliter factos, ſed tantùm dirigit verba in notarios, ne, ſub certis pœnis in ea contentis, recipiant obligationes filiorum familiàs, niſi in præſentia, & de conſenſu patris, vel niſi ſint emancipati, & viuant ſeorſim à patribus: quod etiam patet ex ſubſequenti declaratione pragmaticæ ad ſupplicationem quorundam notariorum emanata, quòd ſi notarij interrogauerint partes, an ſint patres familiàs, & viuentes ſeorſim à patribus, & illæ mendacium dixerint, ipſi tunc non teneantur ad ſupradictas pœnas, facta de hoc nota in inſtrumentis, ſed acta non teneant; licèt, vbi etiam annullaret contractus, non comprehenderet obligationem filij de iure permiſſam pro patre, *ex Carauit. ſuper hac pragmat. de Senatuſc. Macedon. §.* 11. *num.* 11. *&* 16. & ex alijs deductis *in alia deciſione* 15. *Nouemb. coram me*.

Et quamuis pater non poſſit in ſuimet fauorem conſenti-
3 re, *Soccin. conſ.* 23. *num.* 15. *lib.* 4. *& fuit dictum in Bononien. cenſus* 29. *Nouembris* 1608. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* & in terminis pragmaticæ *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 293. *num.* 22. *&* 23. Hoc tamen procedit, vbi conſẽſus requiritur ad integrandam perſonam cõtrahentis, non autem vbi ratione præiudicij conſentire debentis
A A, *Doct. communiter in l.* 1. *§. fuit quæſitum ff. ad Trebellian. Lamberteng. de contract. mulier. gloſſ.* 10. *num.* 3. *Franch. deciſ.* 14. *num.* 2. quod non conſiderat *Vrſill.* hic autem requiri conſenſum ratione præiudicij, latè probat *Carauit. d. pragmat. de Senatuſc. Maced. §.* 1. *à num.* 15. *ad finem, & Ioan. Franc. Scaglion. ibi in princip.* & ex ſupra relatæ cõſtitutionis tenore apparere poteſt.

Placuit etiam reſponſio data in alia deciſione 11. Aprilis 1611. coram Reuerendiſſimo Lugdunen. non compre-
4 hendi ſub pragmatica hunc caſum obligationis iuratæ, cum neque directè de caſu iurato diſponat, quod non
B poſſet tanquam conſtitutio laicorum B, *Bart. in l. omnes populi num.* 25. *ff. de iuſtit. & iur. Alexand. conſil.* 27. *num.* 7. *lib.* 1. de veriori, & magis communi *Soccin. Iun. conſ.* 32. *num.* 31. *lib.* 3. cum alijs in alia deciſione cumulatis, neque etiam directè præſumendo ſimulatinnem, vel dolum, ad *Caſtren. conſ.* 314. *num.* 7. *lib.* 1. *Verall. deciſ.* 200. *part.* 3. Quoad ſecundam partem, quòd Gra-
5 nafeus potiri non poſſit beneficio *l.* 1. *& 2. ff. &* C. *quod cum eo.* cui renunciauit, ratio fuit, quia renunciatio eſt
C valida C, vt ex *Alber. Pariſ. & Franc. deciſ.* 164. *num.* 7. *& deciſ.* 181. in alijs deciſionibus allegatis firmat *Andr. Molpheſ. conſ.* 4. *num.* 4. *poſt commentar. ad conſuetud. Neapolitan.* & multò magis accedente iuramento, vt in vtraque deciſione firmatum fuit.

Non obſtat abſolutio à iuramento, poſt quam poſſe renun-
6 ciantem gaudere beneficio prædictarum legum tradit *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 308. *num.* 21. referens, ita in magna Curia Vicariæ fuiſſe bis obſeruatum; nam eius dictum procedere non poteſt, niſi cum præſuppoſito inualiditatis renunciationis, iuxta opinionem, in quam

ipſe inclinabat, quæ tamen vera non eſt, ex prædictis; imò tempore ſuo fuiſſe dubitatum, an ſufficeret generalis renunciatio cum iuramento, nec fuiſſe deciſum in cauſa cuiuſdam Tinti, refert *Franc. d. deciſ.* 181. *vbi num.* 9. quòd Notarij cum peritiſſimorum Aduocatorum conſilio ab annis 40. renunciationem in ſpecie apponunt ad tollendam difficultatem. Si itaque valet renunciatio, ſublato iuramento illa non tollitur. Sed nec iuramen-
7 tum, eiuſque robur, & efficacia ſublata fuit in caſu iſto, quo fuit obtenta ab Ordinario abſolutio ad effectu agendi, & excipiendi, & ſic potius habilitatio ad comparendũ in iudicio ſinè metu periurij, *Bald. in l. hac ſcriptura num.* 2. *ff. de condit. & demonſtr. Caſtren. conſ.* 259. *col.* 3. *poſt med. verſ. ſed remanet dubium lib.* 2. *Aym. conſ.* 7. *num.* 7, *Couarr. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Nec placuit ra-
8 tio, quòd huiuſmodi renunciatio de ſtylo notariorum appoſita cenſetur, & ſic non poſſit nocere Granaſeo ſinè præcedenti certificatione *Molph. d. conſ.* 4. *num.* 5. 9. & 10. quicquid enim ſit de illius veritate, quando ſumus in maiori, prout in minori conſuluit *Molph.* nulla erat hic neceſſaria certioratio renunciationis I. V. D. qui
9 non poteſt propriam turpitudinem, & iuris ignorantiã allegare *l. profeſſio, vbi Gloſſ. & Doct. C. de muner. patr. lib.* 10. cum allegatis in alia deciſione. Quòd autem Granaſeus eſſet clericus tempore obligationis, non probatur; quòd ſi nunc doceret ſe talem, poſſet probatis requiſitis petere ſe admitti ad beneficiũ *cap. Odoardus de ſolut.* quod eſt quid diuerſum à præſenti diſputatione.

ANNOTATIO.

A Quando tamen auctoritas patris in contractu filij requiritur à ſtatuto ad ipſum contractum ſolemnizandum, perſona filij ſemper eſt integranda, & pater authorizare non poteſt, quando filius pro ipſo obligatur, ſed debet fieri per præſentiam, & decretum Iudicis, per quod patris auctoritas à iure ſuppletur, vt latè alijs adductis fuit dictum in *Bononien. pecuniaria* 21. *Februarij* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano.* vbi quòd auctoritas patris dicitur requiſita à ſtatuto pro ſolemnitate, quando in eo adeſt clauſula irritans contractum, ſi ſecus actum fuerit.

B Ad materiam vide *Maſcard. de probat. concluſ.* 1039. *à num.* 64. *Guttier. in auth. ſacramenta puberum, num.* 46. *cum ſeqq. C. ſi aduerſ. vendit. & de iurament. confirmat. par.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. *Molin. de iuſtit. & iur. tract.* 2. *diſp.* 271. *verſ. addimus præterea Suarez de relig. tom.* 2. *tract.* 5. *lib.* 2. *cap.* 38. *num* 15. *Barboſ. in l.* 1. *par.* 1. *num* 78. *ff. ſolut. matrim. Cald. Pereir. in l. ſi curatorem, verb. minoribus, num.* 4. & 6. *C. de in integr. reſtit.*

C Vide quæ notaui ſupra *deciſ.* 20. *ſub lit. E.* & infra in *Romana nullitatis obligationis* 24. *Nouemb.* 1617.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana reſignationis Officij.

Lunæ 28. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Officia Romanæ Curiæ vendita ad vitam alicuius, cenſentur conceſſa quo ad proprietatem, non quo ad vſumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas concedi videtur, ſi res donetur ad vſum.*
2 *Venditio facta ad vitam alicuius reſtringitur ad vſumfructum.*
3 *Officia Romanæ Curiæ licèt vendantur ad vitam, cenſentur tamen conceſſa quo ad proprietatem.*
4 *Expreſſio verbi, quod tacitè ineſt ex natura contractus, non auget, nec minuit.*
5 *Verba debent aliquid operari ſecundùm naturam contractus.*
6 *Solemnitates omnes in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum requiſitæ ex curſu triginta annorum præſumuntur, ſi concurrat obſeruantia, vt num.* 8. *vbi in terminis beneplaciti Apoſtolici.*
7 *Contractus præſumitur etiam vtilis Eccleſiæ ex lapſu triginta annorum, & obſeruantia.*
9 *Obſeruantia præſumpta non ſufficit, ſed requiritur vera, ad inducendam præſumptionem ſolemnitatum, & vtilitatis in alienatione rerum Eccleſiæ.*
10 *Solemnitates etſi non præſumantur interueniſſe ex ſolo temporis curſu ſinè obſeruantia, tamen diuturnitas temporis inſeruit pro adminiculo ad præſcribendum.*
11 *Conſenſus præſtari debet ab eo, qui non habet iuſtam cauſam denegandi.*

DECISIO XLV.

HABVERVNT Domini pro conſtanti, Officium ipſum fuiſſe per Archihoſpitale tranſlatum in Ioannem Baptiſtam, non ſolum vſumfructum: & inter cætera in alia deciſione conſiderata, dixerũt, verba eſſe clara tam inſtrumenti, vbi vendiderunt Officium cum omnibus iuribus, adiecta etiam clauſula ad habendum, & ibi Ioannem Baptiſtam in eodem Officio prætulerunt, & in prohibitione de non alienando Officium, ac in promiſſione de eodem in pacifica Officij poſſeſſione manutenendo: quàm literarum patentium, in quibus præſertim rogantur alij Officiales, vt ipſum Ioannem Baptiſtam in locum Archihoſpitalis in eodem Officio admittant, prout Archihoſpitalis Cuſtodes admitterent, adeo vt etiam ſi eſſent adiecta verba, *ad vſum*, vel ſimilia, dice-
1 retur conceſſa proprietas, cum præcedat datio rei *l. donationes la* 2. *§. ſpecies vbi Gloſſ.* 1. *Alber. & Bart. num.* 1. *ff. de donat. Bart. in l.* 4. *ff. de alim. & cib.* quem *Rota deciſ.* 168. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* ſequitur *Bald. l. qui in venditione in rub. C. de iure emph. num.* 12. *verſ. idem ſi decem* cum alijs per *Capyc. deciſ.* 188. & *Surd. de alim. tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 21. & reſponſum fuit in *Bononien. Alimentorum* 4. *Decembris præteriti coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. Et quamuis venditio ſit facta durante vita Ioan-
2 nis Baptiſtæ, quo caſu reſtringi ſolet conceſſio ad vſum-
A fructum A, *Bald. in l.* 1. *ſub num.* 3. *verſ. & quando aliquid C. de fruct. & lit. expenſ.* cum alijs per *Menoch, lib.* 4. *præſumpt.* 133. *num.* 12. tamen, vltra quòd multa repugnant hoc caſu in alia deciſione deducta, id procedit in conceſſione rerum ad hæredes tranſmiſſibilium non autem illarum, quæ de ſui natura non ſunt ad hæredes tranſitoriæ, prout ſunt officia Romanæ Curiæ, licèt ſimpliciter vendantur *Caſtr. in l. omnimodo §. imputari in fin. C. de inoffic. teſtam.* & alij in præcedenti deciſione cumulati, quibus addi poteſt *Crot. in l. frater à fratre quæſt.* 13. *num.* 93. *ff. de condict. indeb.*
4 tunc enim expreſſio verbi, quod tacitè ex natura contractus inerat, non auget, nec minuit *Bald. in cap.* 1. *§. fin. num.* 25. *verſ. quæro quid ſi curauit, de probib. feud. alien.*

allet. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 25. verſ. & ideo. Nec conceſſioni proprietatis repugnat reſeruatio directi dominij, & caducitatis, ſed potius oſtendit tranſlationem vtilis, & fuit appoſita ad cautelam, ne Ioannes Baptiſta venderet titulom Officij, ſinè conſenſu Hoſpitalis, & eo irrequiſito, ideò non debet immutare naturam ipſius Officij, quin ſit reſignabile, ſed
5 intelligenda eſt, vt operetur ſecundū naturam cōtractus *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. quaſt. 9. num. 16. & in l. 1. num. 11. C. commod. Alex. conſ. 22. num. 9. lib. 5. Card. Mant. d. tit. 12. num. 25.*

Et propterea non receſſerunt Domini à reſolutis 11. *Decembris* præteriti, Officium non immutaſſe naturam, ſed eſſe reſignabile, iuxta ſtylum Datariæ in alijs; & quoad alia pro Hoſpitali deducta placuerunt reſponſiones datæ in alia deciſione, & per informantes additæ pro reſponſione nullitatis venditionis, vti factæ abſque bene-
6 placito Sanctiſſimi, & alijs ſolemnitatibus in alienatione bonorum Hoſpitalis requiſitis, adeſſe curſum triginta, & vltra annorum cum obſeruantia: ex quibus omnes ſo-
B lemnitates præſumuntur B, vt paſſim ſeruat Rota.

An autem Archihoſpitale teneatur conſentire, vel poſſit
C conſenſum denegare C, & ſubſit iuſta cauſa illum denegandi ex allegata Ioannis Baptiſtæ ſenectute, Domini nihil firmarunt, ſed dixerunt, ſeruandum ſtylum Datariæ.

ANNOTATIO.

A Vide quæ notaui ſupra *deciſ. 24.*

B *Seraphin deciſ.* 1042. *num.* 4. *& deciſ.* 1125. *num.* 3. & fuit dictum in *Meleuitana emphyteuſis* 11. *Maij* 1615. *coram bon. mem. Dunozetto, in Burgen. Abbatiæ* 20. *Nouembris* 1615. *& in Romana legati* 2. *Aprilis* 1618. *coram bon. mem. Vbaldo*, & ex lapſu 30. annorum cum obſeruan-
7 tia alienatio rerum Eccleſiæ præſumitur nedum ſolemnis, ſed etiam vtilis *Mantic deciſ.* 101 *Seraphin. d. deciſ.* 1125. *num* 3. *& deciſ.* 1307. *num.* 7. *Rota deciſ.* 684. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 221. *num.* 5. *part.* 4. *diuerſ. Gregor. deciſ.* 343. *num* 1. & ibi *Adden num.* 4. *& ſeq.* & fuit dictum in *Tuſculana bonorum* 18. *Martij* 1611. *coram Cardinali Sacrato*. Sola autem diuturnitas temporis triginta anno-
8 rum non ſufficit ad præſumendam ſolemnitatem, niſi etiam concurrat obſeruantia *Gabr. conſil.* 36. *num.* 52. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 474 *num.* 14. Rota in terminis beneplaciti Apoſtolici *coram Reuerendiſs. D. meo Coccino Decano deciſ.* 301. *num.* 3. *& deciſ.* 364. *num.* 6. *inter eius impreſſ.* nec ſufficit ad hunc effectum obſeruantia præſumpta, ſed
9 requiritur vera, ne ex eodem curſu temporis dentur duæ præſumptiones, *Rota d. deciſ.* 301. *num.* 4. *Seraphin d. deciſ.* 1042. *in fine*. Verùm diuturnitas temporis ſine obſer-
10 uantia licèt non faciat præſumere ſolemnitates, inſeruit tamen pro adminiculo ad præſcribendum, *Rota coram Reuerendiſs. D. meo Coccino Decano deciſ.* 453. *num.* 5. *inter eius impreſſas*.

C Quòd teneatur præſtare conſenſum, quando nulla ſubeſt
11 iuſta cauſa denegandi, in ſimili de contutore fuit dictum in *Romana legatorum* 9. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*, in qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Foroliuien. cenſus.

Veneris 2. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Cenſus impoſitio probari poteſt per teſtes etiam poſt Bullam Pij V. ſuper forma creandi cenſus; neque attenduntur defectus inſtrumenti cenſus, quando illius impoſitio aliunde probatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo conteſtes plenam faciunt probationem.*
2 *Cenſus impoſitio probari poteſt ſinè ſcriptura, etiam poſt Bullam Pij. V. & num.* 19.
3 *Probationes, parte non contradicente, receptæ, & admiſſæ, licèt aliàs inſufficientes, plenè probant.*
4 *Defectus contra inſtrumentum cenſus non attenduntur, quandò cenſus impoſitio aliundè probatur.*
5 *Solemnitates in vno inſtrumento appoſitæ cenſentur repetitæ in alio poſtea incontinenti celebrato.*
6 *Negatiua non probatur ex inſtrumento, quod fidem non facit.*
7 *Affirmatiuæ probatio in materia cenſus non eſt ad inſtrumentum coarctata.*
8 *Titulum meliorem quis producere præſumitur.*
9 *Productio facta in vna cauſa non præiudicat in alia.*
10 *Procuratoris confeſſio facta in vno iudicio non præiudicat parti in alio.*
11 *Iuribus a ſe aliàs impugnatis nemo vti poteſt. Declaratur num. 20. & ſeqq.*
12 *Inſtrumenti productio non excludit probationem alterius generis.*
13 *Notarij error probatur ex omiſſione eius, quod apponi debuit.*
14 *Solemnitas extrinſeca aliquo modo ſcripta, licèt non expreſſa, qua conuenit ſcripturæ, præſumitur interueniſſe, ad effectum, vt ex aduerſo probanda ſit negatiua.*
15 *Solemnitas extrinſeca in aliquo actu non enunciata præſumitur in ipſo actu interueniſſe, quando eam allegans eſt in poſſeſſione ipſius actus per decennium.*
16 *Solemnitas extrinſeca adhibita præſumitur, licèt in actu expreſſa non ſit, ſi aduerſarius, qui conuenitur, contractum neget, & de contrario fuerit conuictus.*
17 *Confeſſio procuratoris non reuocata, nec docto de ipſius errore, præiudicat domino.*
18 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*
21 *Impugnans actum poteſt, durante lite ſuper impugnatione in illo ſe fundare.*
22 *Inſtrumētis nullitate pendente, cauſari poteſt ex eo executio.*
23 *Impugnatio actus in vno iudicio non nocet impugnanti in alio.*
24 *Iudex poteſt ſuper actu, ſeu ſcriptura impugnata etiam ad impugnantis fauorem ſe fundare.*

DECISIO XLVI.

VERITAS cenſus, de quo eſt controuerſia, etiam ſinè inſtrumento impoſitionis viſa fuit DD. concludentiſſimè probata, ex antecedentibus, & ſubſequētibus, & ex duobus teſtibus de cōtrouerſa cenſus impoſitione deponētibus de viſu, & intereſſentia, vt in præcedēti deciſione dictū fuit, qui duo cum ſint conteſtes, ple-
1 nam faciunt probationem *Bart. in l. admonendi num.* 48. *ff.* de

ff. de iur. iuran. Bald. in l. fin. num. 10. *verſ. & ſcias, &*
num. 14. *C. de probat.* vbi quòd pleniſſimam, quæ eſt ſuf-
ficiens: cum ad probationem cenſus non ſit neceſſaria
A ſcriptura, etiam poſt Bullam fel. ree. Pij V. A, ſe-
2 cundùm opinionem, quam Rota tenet, vt in deciſioni-
bus in prima deciſione citatis, *& in Anconitana cenſus*
28. *Iunij* 1610. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto*,
quicquid aliqui recentiores velint, in terminis Bullæ eſ-
ſe neceſſariam, quorum opinio nō procederet in iſto ca-
ſu, quo probatur per confeſſionem Artuſini, & hære-
dum *Bero. in cap.* 1. *num.* 76. *de probat. Grat. conſ.* 13.
num. 49. *lib.* 2. facit *text. in auth. rogati C. de teſtib. &*
per ſcripturas, & teſtes ſimul *Butr. & Anan. cap. auditis*
vterque num. 8. *de reſtitut. in integr.* præſertim cum
3 probationes iſtæ parte non contradicente receptæ, &
admiſſæ fuerint *Bald. in l. certi condictio num.* 12. *vbi Alex.*
num. 7. *ff. ſi cert. petat.* cum allegatis *per Aſyn. in ſua*
praxi §. 19. *cap.* 5. *limit.* 12. cum itaque probata ſit aliun-
4 de cenſus impoſitio, ad rem non faciunt defectus con-
tra inſtrumentum deducti: qui nec etiam ſubſiſtunt;
cum Pontificatus, locus, teſtes, & clauſula, *actum*,
5 quæ deficere videntur, tanquam in præcedenti inſtru-
mento venditionis domus appoſita, cenſeri debeant in
hoc poſtea incontinenti celebrato repetita *ex doctr. Bart.*
& aliorum in priori deciſione relatorum, nec impedi-
tur repetitio ex eo, quòd ſecundus teſtis dicat, inſtru-
mentum cenſus fuiſſe celebratum in domo illorum de
Mangellis, cum tamen venditio celebrata fuerit in Pala-
tio Prætoris; quia teſtis dubitatiuè loquitur per verba,
Saluo il vero, nec colligitur, an loquatur de loco con-
tractus, vel ſtipulationis inſtrumenti; & licèt dici non
poſſit repetitus Artuſinus teſtis in inſtrumento vendi-
tionis domus, deinde in inſtrumento cenſus principalis:
tamen coadiuuatur in hoc inſtrumentum ex dictis duo-
bus teſtibus de intereſſentia ipſorum, & aliorum depo-
nentibus; & omnem fidem, & defectum ſupplet aliàs
ponderata obſeruantia tot annorum ſubſecuta; & eo
magis excluduntur prædicti defectus, quia dubitari non
poteſt de rogitu huius inſtrumenti, tàm ex ſubſcriptio-
ne notarij dicentis ſe rogatum, quàm ex atteſtatione
Archiuiſtæ de extractione ex rogitibus eiuſdem nota-
rij; quibus accedunt depoſitiones duorum teſtium enū-
ciatiuæ eiuſdem notarij in inſtrumento ſolutionis ſcut.
300. ex pecunijs receptis ad cenſum ſactæ per Artuſinū
Aſtio, & in alio ſolutionis fructuum per Artuſinum fa-
ctæ Mangello, & aliæ in duabus quietantijs fructuum
per eundem receptis à Mangellis, & demum alia hære-
dum de Artuſinis in inſtrumento diuiſionis.

Nec defectus ſpecificationis confinium, ſuper quo Artuſini
præcipuū faciūt fundamentum probatur ex inſpectione
inſtrumenti impoſitionis; nam, aut illud fidem non fa-
6 cit, vt ipſi prætendunt, & non poteſt probare negati-
uam *Seraphin deciſ* 889. *num.* 5. aut fidem facit, vt fir-
matum eſt, & nihilominus ex eo non reſultat negatiua,
7 cum probatio affirmatiuæ nō ſit ad inſtrumentum coar-
ctata, vt vltra relatos in alia deciſione, *Salyc. in l. final.*
num. 1. *C. de reb. cred. & in l.* 2. *num.* 3. *verſ. vnde dicit,*
& in fine verſ. & idem poſt Bald. ibi num. 6. *verſ. ſi au-*
tem, C. de error. Aduoc. & in l. 2. *num.* 2. *ff. de probat.*
Butr. in cap. auditis num. 3. *in* 2. *not. de reſtit. in integr.*
Barbat. conſ. 7. *num.* 7. *in fin. libri Herculan. de negatiu.*
num. 169. *& ſeq. Honded. conſ.* 78. *num.* 35. *lib.* 2. Nec
dici poteſt coarctata ad inſtrumentum ex illius pro-
ductione, ex qua ceſſat alius titulus ad *Verall. deciſ.* 304.
par. 3. & tritiſſimum eſſe in Rota dicitur in *deciſ.* 732.
num. 19. *par.* 1. *diuerſ.* quia productio facta fuit in alia
cauſa, quæ propterea tanquam tacita confeſſio non præ-
9 iudicat in iſta *Bald. in l.* 2. *num.* 25. *verſ. ſed iuxta præ-*
dicta, vbi Dec. num. 64. *Bologn. qui alios num.* 71. *C. de*
eden. Aret. in cap. cauſam quæ, num. 26. *verſ. ſecundò li-*
mitatur, vbi *Felin. num.* 9. *verſ. item non procedit, de te-*
ſtib. & in terminis productionis *Achill. deciſ.* 161. *aliàs* 2.
de confeſſ. Rimin. Iun. conſ. 213. *num.* 20. *lib.* 2. *Honded.*
conſ. 66. *num.* 58. *lib.* 1. eoq; minùs, quia facta per aſ-
10 ſertum procuratorem ad lites Mangelli, cuius nec ex-
preſſa confeſſio in alio iudicio præiudicat *Specul. de con-*
feſſ. §. *nunc videndum num.* 4. *Abb. in cap.* 1. *num.* 33. *vt*
lit. non conteſt. præſertim, quia cum fuerit impugnata
11 pro Artuſinis, non poſſunt ſuper ea facere fundamen-
B tum B, *ex cap. ex eo de regul. iur. in* 6. *cum ſimil. Surd.*
12 *conſil.* 151. *num.* 93. *lib.* 2. vltra quòd productio inſtru-
menti non excludit probationem eiuſdem cenſus alijs
modis, ſeu alio genere probationum. Imò potius ex
inſtrumento probatur affirmatiua, dum poſt expreſſio-
nem 30. tornaturarum poſſeſſionis Villæ Maſſæ, ſub-
dit notarius, *deſcriptis, deſignatis, & confinatis in cal-*
ce præſentis inſtrumenti, quæ tanquam verba diſpoſiti-
ua neceſſariò oſtendunt, confines fuiſſe à partibus ſpe-
cificatos, & notarium illos in fine inſtrumenti deſcri-
bere debuiſſe, vt aliàs dictum fuit; & inde reſultat er-
13 ror notarij in omittenda ipſa deſcriptione, qui proba-
tur ex omiſſione eius, quod apponi debuit *Bald. in l. cum*
proponebatur, in princ. ff. de legat. 2. *Decian. conſil.* 34.
num. 101. *lib.* 3. & ex illis verbis inducitur præſumptio
14 extrinſecæ huius ſolemnitatis aliquo modo ſcriptæ, li-
cèt non expreſſæ, quæ conuenit ſcripturæ, quam
veriſimile eſt, interueniſſe ad effectum, vt ex aduerſo
probanda ſit negatiua *Alber. in l. actor. col. fin. verſ. aut*
eſt extrinſeca, C. de probat. Iaſ. in l. ſciendum num. 14.
poſt Bart. ibi ſub num. 5. *ff. de verb. obligat. Felin. in cap. ſicut*
15 *num.* 27. *de ſent. & re iudic.* concurrente maximè quaſi
poſſeſſione Mangelli decennali, & vltra, cenſus, *Iaſ. in*
d. l. ſciendum ſub num. 17. latè *Menoch. de præſumpt.*
lib. 3. *præſumpt.* 132. *num.* 45. *& ſeq.* præcipuè contra
16 Artuſinos negantes impoſitionem cenſus, & de con-
trario conuictos, *Iaſ. ibidem num.* 20. *Crot. num.* 20.
Menoch. vbi proximè num. 39. Quæ confinium ſpecifi-
catio comprobatur ex depoſitione vnius teſtis, & ex
illorum ſpecificatione in partibus iudicialiter facta pro
parte dictorum de Artuſinis, vt aliàs deciſum eſt; & li-
17 cèt facta fuerit à procuratore, tamen illa non reuoca-
ta, nec docto de errore, præiudicat *Rota deciſ.* 373. *aliàs*
2. *de confeſſ. in antiq.* præſertim cum potiùs vera, quàm
erronea appareat ex prædictis, & abſque dubio reſpe-
ctu Liuij vnius ex fratribus de Artuſinis, qui fuit præ-
ſens dictæ confeſſioni, cui obuenit cenſus in diuiſione
pro rata ſcut. 400. nec releuat proteſtatio adiecta tan-
18 quam contraria facto conformi ſolutionibus, & alijs
actibus, ex quibus patet, & ipſi bonam fidem ſemper
agnouerunt, & veritati ex pluribus comprobatæ.

Ex quibus DD. in aliàs deciſis permanſerunt.

ANNOTATIO.

A Latè *Cinc. in ſuo tract. de cenſib. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 14.
19 *in fin.* vbi poſt alias plures, hac deciſione allegata, tra-
dit, cenſus impoſitionem probari poſſe non ſolùm per
teſtes, ſeu etiam per confeſſionem debitoris annuæ re-
ſponſionis, nedum iudicialem, verùm etiam extraiudicia-
lem, de qua te vide ibi latè per eum *num.* 20. *& ſeqq.*

B Non ſufficit tamen, quòd quis ſimpliciter actum impu-
20 gnauerit, ad hoc, vt illo ſe iuuari nequeat: ſed eſt neceſ-
ſarium, quòd pars aduerſa impugnationem acceptauerit
Felin. in cap. Capitulum, num. 13. *in* 7. *limit. verſ. confir-*
matur. de reſcript. Cephal. conſil. 152. *num.* 42. *lib.* 2. *Ruin.*
conſil. 21. *num.* 6. *lib.* 1. *Rota in Romana releuationis a mo-*
leſtijs

Digitized by Google

21 *leſtijs 11. Maij 1601. coram Cardinali Lancellotto*. Præte-
rea durante lite ſuper impugnatione, poteſt is, qui imp-
gnauit, in actu impugnato ſe fundare. *Felin. poſt Abbat &
alios in d. cap. Capitulum, num. 9. de reſcript. Sarnen. in
reg. de annali quaſt 46. infin. Franc. Marc decis. 44. par. 1.
Viu. decis. 370. num. 7. Gabr. conſil. 40. num. 26. vol 1.*
cum alijs per *Giurb. decis. Sicil. 55 num. 11. Rota in d. Ro-
mana releuationis à moleſtijs coram Cardinali Lancellotto,
Gratian diſcept. forenſ cap. 279 à num. 37. vſque ad 42.*
22 Sicut pendente, inſtrumenti nullitate, ceſſat, poteſt ex
eo executio *Franc. decis. 273. Rota diuerſ. decis. 301. num.
3. part. 1. Gratian diſcept. forenſ cap. 141. num. 55.* cum
alijs per *Giurb decis. 2. num. 1. & d. decis. 55. num. 11. &
decis. 100. per tot.* Item impugnatio ſcripturæ facti in
23 vno iudicio non nocet impugnanti in alio, quia confeſſio
oriens ex impugnatione eſt tacita. *Butr in cap cum olim,
col 7 de cenſib. Felin in d. cap. Capitulum col. 8. verſ hanc
ſecundam limitationem de reſcript. Achill. decis 2. num. 3. de*
24 *confeſſ.* Poteſt etiam Iudex, ſi velit, ſe fundare ſuper
ſcriptura, ſeu actu impugnato etiam ad fauorem impu-
gnantis *Bald. in l. vnic. num. 3. & Caſtren ibid. col 2. in
fin. C. vt quæ deſ. aduoc. Felin. in d. cap Capitulum num.
10. Gratian d. cap. 279. num. 42. diſcept. 967. num. 29.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Venetiarum donationis.

Lunæ 5. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Cauſa criminalis ſuper prætenſa falſitate an, & quando faciat ſuperſedere in ciuili; & quando falſitas in actis commiſſa dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis de falſo intentata non præiudicat ciuili, neque in ea ſuperſedere facit, niſi ius totius cauſæ ciuilis conſiſtat in probatione accuſata.*
2 *Donationis acceptatio inducitur ex ſola ſcientia.*
3 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, & num. 10. Limita, vt num. 11.*
4 *Sententia contumacialis contra vnum lata non præiudicat tertio, ipſo non citato.*
5 *Sententia contumacialis non habet præſumptionem, niſi quatenus conſtet ex actis.*
6 *Cauſa criminalis non facit ſuperſedere in ciuili, quando querela data eſt poſt relaxatum mandatum.*
7 *Falſitatem in actis committens cadit à cauſa.*
8 *Falſitas committitur in faciendo antidatam.*
9 *Falſitas non dicitur commiſſa in actis per productionem ſcripturarum in iudicio, nec per eam amittitur cauſa.*
12 *Falſitatem in actis committens licèt perdat cauſam, aduerſarius tamen non obtinebit, niſi intentionem ſuam plenè probauerit; etiam quando cauſa perdatur ob falſitatem, vigore ſtatuti, num. 13.*

DECISIO XLVII.

EXISTIMARVNT Domini cauſam
criminalem non eſſe præiudicialem
ciuili, ita vt in ciuili ſuperſedendum
ſit. Moti quia cauſa criminalis de fal-
ſo non aliàs præiudicat ciuili, quàm ſi
iùs totius cauſæ ciuilis conſiſtat in pro-
1 batione accuſata *Bald. in l. 1. num. 15. verſ. ſed de ri-
gore C. de his qui accuſ. non poſſ.* quam diſtinctionem
ſequitur *Conſ. Neap. apud Afflict. decis. 229. num. 2.
ad fin. & num. 3. vbi Apoſtil. Capic. decis. 25. num. 3.
Grammat. decis. 69. poſt num. 24. verſ. & ſequitur
Afflict. ſuper Conſtitut. Regni lib. 2. rubr. 20. de præ-
iudicial. ſublat. num. 14. poſt medium Roland. conſ. 13.
num. 17. lib. 2. & Rot. coram Caſ. de Graſſ. decis. 92. alias
3. num. 4. & num. 9. in fine de except. & in Ciuitatis Ca-
ſtelli ſpolij bonorum 18. Februarij 1591. coram bon. mem.
Cardin. Platto relata per Farinac. quaſt. crimin. 100.
num. 101.*
In propoſito autem ius totius cauſæ ciuilis non videbatur
DD. conſiſtere in epiſtola Dominici ex Ciuitate Vene-
tiarum 15. Aprilis 1606. Antonio in Vrbe commoran.
directa, ſuper cuius tantùm falſa antidata, falſaque ſup-
poſitione in actis criminalibus inſtituta fuit accuſatio
contra Antonium quia ſinè dicta epiſtola contingere
poſſe credebant Antonium in cauſa ciuili obtinere, pro
quo alia plura remanebant. Et primò mandatum pro-
curæ D. Rodulphi Pij in eius perſonam factum 18. Mar-
tij 1600. in quo inter cætera declarauit, Antonium com-
prehendi in donatione 19. Decembris 1598. per ipſum
facta Dominico eius fratri, qui propterea tàm nomine
proprio, quàm vti procurator Dominici donationem
coram A. C. de anno 1601. parte citata produxit. Se-
cundò epiſtola 8. Aprilis 1606. à Dominico eidem An-
tonio directa, in qua approbat declarationem factam
à D. Rodulpho 18. Martij 1600. & cedit Antonio om-
nia iura ſibi vigore dictæ donationis competentia: ex
cuius ſola ſcientia inducta fuit acceptatio donationis in
2 ea contentæ *Bart. in l. qui enim num. 1. ff. rem rat. hab.
Aymon. conſ. 291. num. 3.* Tertiò inſtrumentum 7. Iu-
nij 1612. nouæ donationis Dominici ad fauorem An-
tonij, & confirmationis antiquæ cum renunciatione
3 iurata defectui inſinuationis, quæ ſinè dubio illud ſup-
A plet A, *Bald. in cap. cum contingat ſub num. 13. vbi
Imol. num. 9. de iureiur. Veral. decis. 285. par. 1. Aym.
conſ. 118. num. 1. Clar. in §. donatio quaſt. 18. verſ. re-
tenta, & verſ. ſcias etiam.*
Non obſtat, quòd inſtrumentum anni 1612. ſit poſt ſenten-
tiam latam contra Dominicum ſuper falſitate donatio-
nis eidem factæ à D. Rodulpho de anno 1548. nam
vltra quòd ſententia non iuſtificatur ex actis, & valde
dubitari poteſt de illius validitate, ex deductis per in-
4 formantes, cum ſit contumacialis, non præiudicat An-
tonio non citato *l. cum filius fam. vbi Bart. ff. de verb.
obligat. Alex. conſ. 84. num. 4. lib. 3.* & pro ea nihil præ-
5 ſumitur niſi quatenus conſtet ex actis, vt dixit *Rota in
Imolen. Caſtrorum 22. Iunij 1575. coram bon. mem. Car-
dinali Seraphino inter impreſſ. diuerſ. decis. 136. num. 3.
par. 1.* cum præſertim haberet à fratre aliam ceſſionem
ex epiſtola 8. men. Aprilis, & ſic ante ſententiam, & in
omnem caſum non conſtat, illam non poſſe in cauſa ciui-
li ex alijs iuribus ſinè epiſtola diei 15. obtinere, prout
conſtare deberet ad impedien. illius progreſſum. Moue-
bar etiam DD. magna præſumptio vigens contra par-
tem ob dilatam querelam poſt mandatum exequutiuum
6 ad fauorem Antonij relaxatum, quo caſu non ſuperſe-
detur in ciuili *Afflict. d. decis. 229. in princ. Capic. decis.
25. num. 5. Farinac. d. quaſt. 100. num. 104. & 105.*
præſertim quando non conſtat euidenter de propoſita
ſuppoſitione, & antidata *Felin. in cap. de cetero poſt num.
11. de re iudic. Barbat. conſ. 43. num. 9. in fin. lib. 1. Fa-
rinac. eadem quaſt. 100. num. 107.* prout dici non po-
teſt, de ea euidenter conſtare, non ſolùm quia vtraque
pars habet ſententiam pro ſe, ſed quia epiſtola impu-
gnata fuit ante relaxarum mandatum, & antequam
in cauſa ciuili reproduceretur ad inſtantiam Antonij
extra-

extracta ex ſcripturis illi de anno 1606. à Fiſco ablatis,
& quæ apud actuarium cauſæ remanſerant,parte, & Fi-
ſco citatis, nec aliquid opponentibus, neque extractio-
ni, & conſignationi contràdicentibus.
Minus dici poteſt præiudicialis ex eo, quòd ſi vera eſſet
7 accuſatio, Antonius caderet à cauſa, à qua cadit com-
B mittens falſitatem in actis B, *l. in fraudem* 45. *§. quo-
ties ibi gloſ. in verſ. cadat, & Bart. ff. de iure Fiſci Alex. in
l. dicas num. 7. ff. de re iudic. Boer. deciſ.* 291. *num.* 1. Iſta
8 enim licèt eſſet falſitas, quæ committitur in faciendo
antidatam *Franc. Marc. deciſ.* 673. *par.* 1. *cum alleg. per
Farinac. de falſit. quæſt.* 150. *num.* 99. Non poſſet tamen
dici commiſſa in actis, ſed extra, licèt epiſtola cum dicta
9 antidata eſſet in actis poſita, nec per eam amittere-
tur cauſa *Bart. in d. l. in fraudem §. quoties Angel. in l.* 1.
verſ. ſecundò fallit. C. *ad legem Cornel. de falſ. Boer. d. de-
ciſ.* 291. *num.* 1. *verſ. tamen. ſecundùm Bart. & num.* 2.
verſ. ad ſecundum & num. 3. *verſ. ſed falſificans*, cum
alijs per *Farinac. d. quæſt.* 150. *num.* 37. *& num.* 41, vbi
de magis communi.
Et ita concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd Iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis, indu-
10 bitanter procedit, quando inſinuationi fuit in ſpecie
cum iuramento renunciatum, vt pluribus adductis dictum
fuit infra *in hac eadem cauſa* 7. *Nouembris* 1614. contro-
uerſum eſt enim, an defectus inſinuationis purgetur per
ſimplex iuramentum, niſi illi ſpecialiter fuerit renuncia-
tum, vt patet ex pluribus, quos pro vtraque parte addu-
11 cit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 531. *num.* 34. 35 *&* 36.
Verùm quando adeſſet ſtatutum, quod in contractibus vl-
tra iuramentum deſideraret etiam inſinuationem, prout
eſt conſtitutio Marchiæ, tunc iuramentum, & inſinuatio
copulatiuè requiruntur, *Rota deciſ.* 729. *num.* 1. *part.* 4.
diuerſ. & in recent. deciſ. 671. *num.* 2 *part* 1. *& deciſ.* 385.
num 9 *part* 2 *Mareſcott variar. reſol lib.* 2. *cap.* 17. *num.*
13. *&* 14 *Beltramin in addit ad deciſ* 391. *Gregor. XV.
lit. B. verſ. prædicta, & fuit dictum in Ariminen legato-
rum* 27. *Maij.* 1615. *coram bon. mem. Patriarcha Man-
zanedo, & nuper in Peruſina hereditatis* 10. *Decembris*
1628. *coram R P D. meo Virili.*
B Licèt falſitatem in actis committens cadat à cauſa, non
12 tamen per hoc aduerſarius obtinebit: niſi intentionem
ſuam plenè probauerit; quia ad obtinendum non ſuf-
ficit probare non ius aduerſarij, niſi probetur ius actoris,
cap olim, in fine cum ibi not. de reſcript. Soccin. conſil. 15.
num. 4. *vol.* 5. *Sard. deciſ.* 282. *num.* 23. vbi quòd ſicut
quando cauſa amittitur ob falſitatem ex diſpoſitione iuris
communis, actor debet plenè intentionem ſuam probare,
13 aliàs non obtinet: ita debeat ad victoriam plenè proba-
re, quando cauſa perditur ex diſpoſitione ſtatuti; & ideo
ſi ſtatutum diſponat, producentem falſum inſtrumentum
perdere cauſam, ſi reus, & actor falſa inſtrumenta pro-
duxerint, in pari cauſa melior erit conditio rei, & is ve-
niet abſoluendus, *vt ex Bald. Iaſ. & Decian. tradit. Sard.
loco cit num.* 25. quem ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ. cap*
833. *num.* 16, 17. *&* 18.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Lunæ 5. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Cumulatio petitorij in remedio reintegrandæ quando admittatur ſtante commiſſione cum clauſula, *Arbitrio*; Item quis dicatur titulus coloratus ſufficiens ad obtinendam reſtitutionem in ſpolio. Item quando quis dicatur ceciſſe à poſſeſſione facto proprio, ita vt non ſit reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegran. non admittit cumulationem petitorij etiam per viam exceptionis deducti.*
2 *Arbitrium interponit Rota pro cumulatione petitorij in remedio reintegran. quando poſſeſſorium eſt turbidum.*
3 *Prouiſio obtenta ab habente facultatem conferendi, licèt nulla, vel ſubreptitia ſufficit ad præſtandum titulum coloratum in ſpolio.*
4 *Prouiſio Ordinarij nulla non præſtat titulum coloratum ad effectum regulæ de triennali.*
5 *Reſignatarius dicitur fateri titulum reſignantis.*
6 *Titulus coloratus probatur pro ſpoliato ex confeſſione ſpoliatoris.*
6 *Reintegrandus non eſt, qui cadit à poſſeſſione facto proprio.*
8 *Correſpectiui dicuntur actus eadem die, coram eiſdem Notario, & teſtibus celebrati.*
9 *Reſignatio beneficij quando eſt facta cum aliqua conditione, illa non adimpleta, non abdicatur poſſeſſio à reſignante, ſed competit ei actio ſpolij, etiam contra ipſum reſignatarium num.* 10.
11 *Conditio habens tractum ſucceſſiuum non dicitur adimpleta, niſi probetur adimplementũ & in totum, & ſucceſſiuis temporibus, & conſequenter non impedit reintegrationem. num.* 12.
13 *Monaſterium tenetur alere Monachos, & latè num.* 17.
14 *Actus vt dicatur factus vigore præcedentis obligationis, neceſſe eſt probare ſecundum illius formam, & tenorem factum fuiſſe.*
15 *Contractus factus cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici dicitur conditionalis.*
16 *Titulum coloratum in ſpolio non præſtat prouiſio Apoſtolica notoriè, & euidenter nulla.*

DECISIO XLVIII.

IN deciſis pro non arbitrio Domini reſpõderunt, repugnat enim iuris diſpo-
1 ſitio ex quo remedium reintegran. non
admittit cumulationem petitorij, etiã
per viam exceptionis deducti *cap. fin.
de ord. cog. & cap.* 1. *de reſt. ſpol. cum al-
leg. in alia deciſ. et dixit Rota in Mantua-
na bonorum* 16. *Decembris* 1611. *&* 4. *Maij* 1612. *coram
R. P. D. Vbaldo.* Non obſtat, quòd interdum Rota in-
terpoſuerit arbitrium pro cumulatione, viſa turbiditate
2 poſſeſſorij, *vt in deciſ.* 120. *num.* 9. *par.* 1. *diu. in Rom.
Cottiuij* 26. *Martij* 1606. *coram Reuerendiſſimo D. meo
Sacrato, & in Vicentina parochialis* 10. *Septembris* 1608.
coram R. P. D. Manzanedo.
Quia placuit reſpõſio, de qua in alia deciſione, hoc eſſe ſtri-
ctiſſimè intelligendũ quando nõ eſt clara poſſeſſio Actu-
ris,

A ris, & ſic primum extremum A; *vt in dicta Vicentina parochiali*, vel quãdo Rota contra ſpolium inclinat,
vt in dicta Romana Coſtinj. In propoſito verò anterior poſſeſsio fratris Nicolai actoris, in qua conſiſtit
ſpolij fundamentum, controuerti non poteſt. Et pro ſpolio DD. inclinarunt. Neque illi obſtare videbatur;
B Primò defectus tituli colorati B, prætextu, quòd prouiſio Apoſtolica ad fauorem Fratris Nicolai fuerit inualida, & ſubreptitia ex eo, quòd haberet clauſulam, *dummodo Monaſterio non eſſet de alia perſona canonicè prouiſum*, & tamen adeſſet præcedens prouiſio ad fauorem Claudij Collieo, & quòd non eſſet facta mentio electionis de ſe factæ cõtra reſeruationes Apoſtolicas, fructuum perceptione ſubſecuta. Omiſſo enim, prædicta non videri ſufficienter iuſtificata, & altiorem indaginem
3 requirere, ad effectum tituli colorati in ſpolio ſufficit prouiſio obtenta ab haben. facultatem conferendi licèt nulla, vel ſubreptitia *Put. deciſ.* 76. *ſecundum vltim. impreſſ. lib.* 1. *cum alijs in alia deciſ. alleg.* & fuit etiam reſolutum in vna *Leodien. canonicatus* 28. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Dunozetto*.
Nec in contrariũ facit deciſio in Seguntina beneficiorũ 1. Iunij 1593. corã Orano, quæ loquitur in prouiſione Or-
4 dinarij nulla, vt non præſtet titulum coloratum ad ef-
B fectum regulæ de triennali B, & ſic in terminis longè diuerſis. Tantò magis ſtante tacita confeſsione Caroli le Pougnant, per cuius deindè reſignationem fuit prouiſus Epiſcopus Tullenſis, & per huius obitum D. de
5 Liuron: iſte enim impetrauit Abbatiam ex cauſa reſignationis Fratris Nicolai, & ſic faſſus dicitur titulum reſignantis *Veſtan. deciſ.* 180. *quem refert*, *& ſequitur Pontan. de ſpol. lib.* 1. *num.* 140. *verſ. dicens inſuper*, ex
6 qua confeſsione reſultat probatio tituli colorati, *Rot. deciſ.* 19. *de reſtit. ſpol. in nou.* quam eſſe in viridi obſeruantia teſtatur *Caſtad. deciſ.* 3. *ante num.* 1. *eodem tit.*
Minùs obſtat ſecundò, quòd Frater Nicolaus ceciderit à poſſeſſione facto proprio, & propterea non ſit reintegrandus *Rot. deciſ* 2. *de rer. permut. in nou. Verall. deciſ.* 172. *par.* 3. latè *Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 95. Nam aut hoc deducitur ex reſignatione ab ipſo facta, &
7 cum mandatum ad reſignandũ fuerit correſpectiuũ mandato ad conſentiendũ reſeruationi penſionis 1000. francorum ad eius fauorem, vt ex mandatis prædictis eadẽ
8 die coram eiſdem notario, & teſtibus celebratis, *Creſcent. deciſ.* 1. *de ſimon. Mohed. deciſ.* 3. *ante num.* 1. *eodem tit.* ſub iſta conditione, vt deponunt duo teſtes inſtrumentarij, neque ſubſecuta fuit penſionis reſeruatio, non
9 poteſt dici abdicata poſſeſſio à reſignante, ſed competit illi actio ſpolij *Pariſ. conſ.* 5. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 4. *Achill. deciſ.* 10. *num.* 1. 4. *&* 6. *de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ.* 471. *num.* 1. 2. *&* 3. *part.* 1. *diuerſ. & in Romana Canonicatus* 17. *Nouemb.* 1567. *coram bon. mem. Cardinali Seraphino inter nouiſſ. impreſſ. deciſ.* 25. *Moder. de reſig. benefic. lib.* 1.
10 *q.* 3. *num.* 10. *&* 11. etiam contra ipſum reſignatarium *Put. deciſ.* 15. *de reſtit. ſpoliat.* & fuit deciſum in *Abulen. & Zamoren. beneficiorum* 17. *Iunij* 1594. *coram bon. mem. Penia, & in Hiſpalen. & Corduben. præſtimoniorum* 14. *Iunij* 1600. *coram Illuſtriſsimo Lancellotto*, & in his terminis deciſum fuit in *Virdunen. monaſterij* 26. *Ianuarij* 1589. *coram bon. mem. Cardinali Paleotto inter impreſſ. di-*
C *uerſ.* 558. *lib.* 3. *part.* 3. C, Aut verò ex concordijs, quarum altera inita fuit 26. Aprilis 1595. cum Carolo, altera 16. Aprilis 1598. cum Epiſcopo. Et cum vtraque facta fuerit correſpectiuè ad quaſdam annuas conuen-
11 tas præſtationes fructuum, & pecuniarum, illæ non poſſunt, niſi probetur ad implementum, & in totum, & ſucceſſiuis temporibus *l. ſi quis ita legauerit*, *ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. inter Caſtellianum num.* 1. *verſ. in textu ff. de recept. arbi. Alexand. conſ.* 53. *num.* 12. *lib.* 6. *Iaſ. in l. ſi quis num.* 14. *in* 4. *limit. C. de inſtit. & ſubſtit. Berro. conſ.* 27. *num.* 14. *lib.* 2. & conſequenter non impe-
12 diunt reintegrationem, vt in his terminis reſolutum fuit in *Comen. præpoſitura* 4. *Iulij*, *&* 15. *Octobris* 1584. *coram Bubalo*, vbi idem firmatur, etiam ſi ab aliquo vel ſucceſſore fuerint pro aliquo tempore penſiones receptæ. Huiuſmodi verò integralis, & ſucceſsiui implementi probationem, certum eſt, non reſultare ex quietantijs exhibitis: imò abſolutè nullum probari adimplementũ dicebant DD. cum nullum in eis verbũ, de concordia, & quietantia ſub die 10. Ianuarij 1600. quæ videbatur eſſe pro penſione concordata: dicebatur, verbum accordè in illa appoſitum ex ſui natura intelligi pro data, & conceſſa, non autem pro concordata, vt etiam D. meus Auditor Gallus teſtatus fuit. Nec dici poteſt præſumi factum in executionem obligationis præcedentis ex co-
13 cordia, ex quo aderat etiam obligatio alendi Mona-
C chos C, *cap. cum ad monaſterium*; *ſ. porrò de ſtat. regul.* qualis erat idem Nicolaus: & ex partitis compulſatis conſtat, alijs quoque fuiſſe per Abbatem ſubminiſtrata alimenta. Sunt prætereà difformes, nec correſpondere videntur ſummæ in concordia promiſſæ: cum tamen neceſſe fuiſſet, probare ſolutiones ſecundùm for-
14 mã, & tenorẽ tranſactionis factas, *Rot. deciſ.* 262. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ.* Deinde ſecunda inita fuit ſub beneplaci-
15 to Sedis Apoſtolicæ, & ſic conditionaliter *gloſ. in l. item labeo in verbo ſi pure ff. fam. erciſc. Bald. conſ.* 188. *ad med. thematis & col.* 2. *verſ. modò, ita eſt lib.* 3. *Loffred. conſ.* 17. *num.* 54. *verſ. & tantò magis & num.* 55. *Put. deciſ.* 2. *de tranſact. Verall. deciſ.* 12. *part.* 3. & tamen de eo non conſtat, & præſertim cum ſub dicta reſeruatione vnica verborum ſtructura renunciatum fuerit iuri, & litis; vndè ſicuti neceſſarium erat beneplacitum quo ad renunciationem iuris, ita ex indiuiduitate voluntatis, & conuentionis dicendum videbatur quo ad renunciationem litis.
Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A *Rota deciſ* 365. *num.* 11. *part.* 1. *recent & fuit dictum in Spoletana penſionis* 1. *Iulij* 1630. *coram bon. mem Vbaldo & in Ciuitatis Caſtelli pecuniaria* 20. *Martij* 1623. *coram bon mem. Remboldo*, in qua hæc deciſio allegatur.
B Ita etiam intelligenda erit *deciſ Card. Seraphin.* 457. *in fine*, in qua dicitur, gratiam nullam non præſtare titulum coloratum, vt ſcilicet procedat ad effectum regulæ de triennali, in quibus terminis loquitur d. deciſio, non autem ad effectum ſpolij. Licèt autem prouiſio Apoſtolica etiam
16 nulla præbeat titulum coloratum in ſpolio, tamen hoc non habet locum, quando notoriè, & euidenter conſtat de illius nullitate, & ſubreptione, *vt dictum fuit infra in hac eadem cauſa* 22. *Iunij* 1615. *num.* 1. titulus enim notoriè infectus non tribuit aliquem colorem, quia dicitur emanaſſe de facto, & non de iure, *Sarnen. ſuper reg. de triennal. quæſt.* 33. *num.* 1. *Rebuff conſil.* 188 *num* 3. *Pontan. de ſpol. lib.* 3. *num* 62. *Beltramin. ad deciſ Gregor. XV.* 500 *ſub num* 11.
C Monaſterium tenetur alere Monachum, & illi expenſas
17 neceſſarias ſubminiſtrare, etiam quando Monachus Abbatem accuſauit: nam interim donec cauſa debitum finem accipiat, ſunt ei de rebus Monaſterij expenſæ miniſtrandæ, *cap ex parte*, *de accuſat.* de qua te latè *Surd. de aliment. tit.* 1 *quæſt.* 120. *per tot. Sanchez in Decalog. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 20. *& tribus ſequen.* Item alendus eſt Monachus à Monaſterio, dum Abbas aduerſus illum de aliquo delicto inquirit *Surd. d. tit.* 1. *quæſt.* 128. *à num.* 6. *Sanchez.*

Digitized by Google

ebez. d. cap. 12. *num.* 25. *qui num. ſeq.* ſubdit, idem eſſe, quando Monachus cauſam ſuæ electionis proſequitur, cum ſcilicet ad prælationem in ſuo monaſterio eligitur, ſecus ſi extra illud eligatur. An autem Monaſterium cogi poſſit ad alendum profeſſum iniuſtè expulſum, tradit *Surd. d. tract. tit.* 6. *quaſt.* 35. *num.* 6 *latè Sanch. d. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Spolij.

Veneris 9. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Spolium non inducitur per ſolutionem partis pecuniæ debitæ vigore mandati; quia nouatio non inducitur, quando aliquid conſignatur vigore mandati, niſi id expreſsè ſit actū.

SVMMARIVM.

1 *Spolium reſultat propter executionem exceſſiuam.*

2 *Spolium inducitur, quando ante electionem, & æſtimationem peritorum bona minorum deliberantur.*

3 *Poſſeſſio capta in vim mandati vigore inſtrumenti cum obligatione Camerali relaxati ſeruatis ſeruandis, non dicitur ſpoliatiua, ſed iuſta.*

4 *Nouatio non inducitur per diminutionem ſummæ debiti, pro quo mandatum relaxatum eſt.*

5 *Mandatum non nouatur, niſi id expreſſè actum fuerit, cum habeat vim ſententiæ.*

6 *Acceptilatio, vel ſolutio pro parte non nouat pro alia.*

7 *Solutio partis debitæ fieri non poteſt, nolente creditore.*

8 *Fauore alicuius inducta non debent in eius odium retorqueri.*

9 *Spolium non inducitur per ſimplicem pignoris apprehenſionem per executorem factam, quia per eam quis non priuatur ſua poſſeſſione.*

10 *Notarij verba prooemialia, & enunciatiua, ſeu narratiua de præterito non probant.*

11 *Notario creditur in ijs, de quibus tunc quando inſtrumentum facit, eſt rogatus a partibus.*

12 *Exceſſus in executione non conſideratur, niſi quando decretum vel eſt pro indebito, vel partim ex vera, partim ex falſa cauſa.*

13 *Subhaſtatio de re maioris valoris pro ſumma debita ſuſtinetur &, reſiduum reſtituitur debitori.*

14 *Tutores, & curatores ex receptione reſidui pretij rei minoris ſubhaſtatæ, & præſtatione fideiuſſionis pro euictione ad fauorem emptoris, ſubhaſtationem ratam habere dicuntur.*

15 *Ratificatio rei ſubhaſtatæ retrotrahitur ad diem deliberationis.*

16 *Tutor, vel curator realiter tradentes ex cauſa rem pupilli transferunt poſſeſſionem in recipientem.*

17 *Tutor, vel curator poſſunt ratificare venditionem rei pupilli ſinè ſolemnitatibus ſtatuti, quando eſt ex cauſa neceſſaria, & in vim iudicati.*

18 *Minoris bona vendi poſſunt ſinè ſolemnitatibus, cum iuſſu prætoris iure pignoris capta fuerunt.*

19 *Tutor tenetur bonam fidem agnoſcere.*

20 *Tutor dum facit id, quod diligens pater familiàs feciſſet, etiam ſinè ſolemnitate ſtatuti, rectè facit.*

21 *Minor regulariter non recuperat bona nulliter alienata, niſi reſtituto pretio, & fructibus in eius vtilitatem verſis.*

DECISIO XLIX.

MAGDALENA prætendebat ſe ſpoliatam poſſeſſione domus deliberatæ, ex tribus. Primò ex eo, quòd mandatum executiuum ſcut. 717. baioc. 70. relaxatum ad fauorem Vincentiæ eius matris, pro reſiduo dotis contra bona hæreditaria Auguſtini olim eius viri, fuerit nouatum per conſignationem ſcut. 17. b. 70. poſt
1 illud factam, & ſic opus fuerit nouo mandato. Secundò quòd executio fuerit exceſſiua in dictis ſcut. 17. b.
70. & inde reſultet ſpolium, ad deciſionem *corā bon. mem.*
2 *Iuſto in Romana ſpolij* 26. *Februarij* 1606. *& ſimil.* Tertiò, ex non ſeruata forma Statuti Vrbis *lib.* 1. *tit.* 184.
circa electionem, & æſtimationem peritorum ante deliberationem. His tamen non obſtantibus dictum fuit, ſpolium non intrare; executio enim cum inde ſecutis
proceſſit in vim mandati, vigore inſtrumenti dotalis cū
3 obligatione Camerali relaxati, ſeruatis ſeruandis, &
propterea poſſeſſio capta non fuit ſpoliatiua, ſed iuſta, *vulgat. l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir poſſeſſ. Rot. deciſ.* 641. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.*

Ad primum fundamentum dicebatur, hunc nouandi mo-
4 dum nullo iure probari, imò in contrarium eſſe vulgarem tex. *l. fin. C. de nouat.* diſponentis, per diminutionem ſummæ debiti non fieri nouationem; præſertim quia conſignatio facta fuit vigore mandati, quod non poteſt
5 dici nouatum, cum habeat vim ſententiæ, quæ non nouatur, niſi expreſsè agatur *l.* 4. *ff. ſi ex conuentione*, & ibi *Gloſſ. in verb. nouatio. Bart. et Ang. in princ. et circa fin.*
6 *verſ. in gloſſ. alias. et num.* 6. *ff. de re iud.* neque acceptilatio, vel ſolutio pro parte nouat pro alia. *§. item per acceptationem, verſ. ſicut autem, Inſtit. quib. mod. toll. oblig.*
7 aliàs ſi induceretur nouatio, ſolutio partis debiti, quæ non poteſt fieri niſi volente creditore, & ſic eius fauo-
8 re *l. tutor ff. Lucius, ff. de vſur.* retorqueretur in eius præiudicium contra not. *in d. l.* 4. *§. ſi ex conuentione, ff. de re iudic.*

Secundum de exceſſu tollitur, quia quatenus deducitur ab executione, non conſtat, domum captam fuiſſe pro maiori ſumma. Et licèt executor dicat, cœpiſſe vigore mandati ſub diebus ibi adnotatis relaxati, quod continebat ſummam, non tamen dicit pro dicta ſumma.
9 Neque ex ſimplici apprehenſione pignoris per executorem facta reſultare poteſt ſpolium, cum illa non priuauerit Magdalenam poſſeſſione, nec poſſeſſionem in Vincentium tranſtulerit, ex communi, de qua per *Alex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus num.* 12. & 16. *Iaſ. num.* 15. *ff. de acquir. poſſeſſ. Neguſ. de pignor.* 3. *memb.* 3. *par. num.* 12. Quatenus verò in deliberatione non legitur, quòd facta fuerit pro dicta ſumma ſcut. 717. b.
70. & dum in inſtrumento dicitur, domum fuiſſe ſubhaſtatam ad inſtantiam Vincentiæ creditricis in ſcut. 717. b. 70. vltimo, & plus offerenti pretio ſcut. 825. mone-
10 tæ, verba illa ſunt prooemialia, & enunciatiua, ſeu narratiua Notarij de pretio, quæ non probant, dictam ſubhaſtationem fuiſſe factam: quia in ijs tantùm notario
11 creditur, de quibus eſt tunc rogatus à partibus, *Innoc. in cap. quoniam contra, num.* 12. *verſ. quia hoc ſatis patet de probat.* quem alij ibi communiter ſequuntur *Alexan. conſ.* 42. *num.* 9. *vol.* 4. *Felin. in cap. ſi cautio num.* 69. *de fid. inſtrum.* Nec reuera præcedebat ſubhaſtatio, & deliberatio pro certa ſumma, ſed ſolùm decretum de ſubhaſtando, & deliberãdo plùs offerēti. Vndè verba illa notarij non ſunt diſpoſitiua, ſed prolata habita relatione ad tempus mandati, de quo non erat facta ſolutio ſcut. 17. & b. 70. præſertim quia in diſpoſitiua eiuſdem in-

Digitized by Google

inſtrumenti dicitur, quòd ſi loco inueſtituræ Vincentia
vellet pro ſcut. 700. monetæ eius dotis præſtare cautio-
nem de euictione dictæ domus, poſſet illam præſtare,
prout Vincentia obtulit deinde inueſtituram, & loco
illius cautionem præſtitit pro ſcut. 700. & habuit coo-
ſignationem ſchedulæ pro dicta ſumma, & non vltra.
Et ex prædictis excluditur exceſſus, qui non conſidera-
12 tur, niſi quando decretum eſt, vel pro indebito ad *Bart.*
in l. fulcinius §. 2. *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* vel partim
ex vera, partim ex falſa cauſa, idem *Bart. Caſtr. & alij
in l. ſi non ſortem,* §. *ſi centum, ff. de condict. indeb. Ruin.
conſ.* 160. *num.* 26. *&* 27. *vol.* 2. *gloſ fin. in fin. ff. de iu-
riſd. omn. iud.* quam ibi tenent communiter omnes Doct.
vt per *Alex.* ibi, & in iſtis termiois procedit deciſio co-
ram Iuſto, de qua ſupra, & aliæ ſimiles, in quibus nul-
litas ſubhaſtationis procedebat à radice ioſecta videli-
cet, vel decreto, & mandato relaxato, vel ſubhaſtatio-
ne pro maiori ſumma debiti: ſecus verò, quando ſubha-
13 ſtatio fit pro ſumma debita de re maioris valoris, quia
tunc ſuſtinetur, & reſiduum reſtituitur debitori *Bald. in
l. fin. num.* 4. *verſ. et non plùs C. de iur. domin. impetr.
Afflict. deciſ.* 218. *num.* 2. *Ruin. conſ.* 160. *num.* 25. *vol.*
A 2. *Surd. de alim. tit.* 9. *quaeſt.* 32. *num.* 82. *et* 83. A
Ad tertium de forma Statuti Vrbis non ſeruata, reſpon-
ſum fuit (& hoc tollit etiam exceſſnm, ſi commiſſus
14 fuiſſet) quòd ex receptione reſidui pretij ſcienter, &
prudenter facta per tutorem, & curatorem Magdale-
næ, & præſtatione fideiuſſionis pro euictione dictæ do-
mus ad fauorem emptoris inducta eſt ratificatio ſub-
haſtationis, *Calcan. conſ.* 22. *num.* 4. *circa fin. verſ. et bre-
uiter dicendum eſt, Cranett. conſ.* 159. *num.* 3. *et conſ.* 237.
num. 2. *Menoch. de recuperan. remed.* 15. *num.* 123. quæ
ratificatio retrotrahitur ad diem deliberationis, *cap. ra-
tihabitionem de regul. iur. in* 6. Et ſaltem ſufficit ad tran-
16 ſlationem poſſeſſionis, prout ſufficeret veoditio facta
per tutorem, ſeu curatorem, ſubſecuta reali traditio-
ne, quicquid ſit de ficta, *Alexand. in l.* 1. *num.* 9. *ff. de
acquirend. poſſeſſ.* vbi *Rip. num.* 67. *Ruin. in fine,* & te-
nent omnes *Soccin. Ian. num.* 462. *Bolognet. num.* 317.
et ſqq. & præſertim *num.* 325. *Horman. num.* 69. *cum
ſeq. Crot. num.* 61. *vſque ad fin. Rot. deciſ.* 93. *num.* 11.
et 12. *par.* 2. *in nouiſ.* Et potuit tutor prædictus ratifi-
care dictam venditionem, ſinè ſolemnitatibus: quia fuit
17 ex cauſa oeceſſaria ſolutionis dotis, & io vim iudicati
ad text. *in l.* 1. *C. de præd. min. et in l. ſed ſi pecunia*
§. 1. *et* §. *item quaeritur, ff. de reb. cor. in l. a Diuo Pio,* §.
fin. ff. de re iud. Menoch: de arbitr. lib. 2. *centur.* 2. *caſu*
171. *num.* 72. prout etiam quando bona capta iure pi-
gnoris iuſſu Prætoris *l.* 4. *in princ. verſ. pignori, et* §.
ſubſequenti, ff. de reb. cor. etc. Menoch. vbi ſupra num. 71.
18 Tenetur enim totor bonam fidem agnoſcere *l. quoties*
§. *ſicut. ff. de admin. tutor.* & ibi *Bart. l. non eſt, et l. bo-
nam, C. eodem,* eo magis, quia Magdalena ſuſtinebat
onus alimentorum dotalium cum matre ad rationem
ſeptem com dimidio, iuxta conuentionem factam ad
formam Statuti Vrbis, à quo interuſurio expediens erat,
vt ſe liberaret, cum ex dicta domo non extraheret poſ-
ſeſſionem ad dictam rationem; & ſic factum fuit id,
20 quod diligens paterſamil. feciſſet *l. à tutoribus, ff. de ad-*
21 *miniſtrat. tutor.* & minor regulariter noo receperat bo-
na nulliter alienata, niſi reſtituto pretio, & fructibus
in eius vtilitatem verſis. *l. prædium,* & ibi *Doct. C. de
præd. min. deciſ. Pedemontana* 160. *num.* 6. Ex quibus
reſolutum fuit, ſententias abſolutorias à ſpolio in-
tentato contra RR. PP. ſancti Blaſij de Anulo dictæ
domus poſſeſſores extra Rotam latas eſſe confirman-
das.

ANNOTATIO.

A *Burſatt. conſil.* 184. *num.* 37. *Surd. conſil.* 39. *num.* 28. *Rota
diuerſ part.* 1 *deciſ.* 771. *num.* 2. *& coram Reuerendiſſimo
D. meo Coccino. Decano deciſ.* 136. *num vlt. & in Romana
ſubbaſtationis* 2. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo im-
preſſ apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ* 60 *num* 5 *& in
Romana domus de Cardellis* 1. *Decembris* 1617. *coram
bon. mem Card. Caualerio.* io qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Diuiſionis Domus.

Veneris 9. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Emphyteutica res diuidi debet inter ſocios no-
lentes in communione manere, etiam irrequi-
ſito domino.

SVMMARIVM.

1 *Socius cogi poteſt ad diuiſionem, quia nemo inuitus cogitur in communione permanere; quod procedit etiam in emphyteuticis, & feudalibus.*
2 *Emphyteuticæ rei diuiſio eſt permiſſa, etiam irrequiſito dominio præſertim ſi æqualiter fiat. Declara, vt num.* 9.
3 *Diuiſio in feudo inferiori pluribus conceſſo fieri poteſt etiam domino irrequiſito.*
4 *Diuiſio dicitur alienatio neceſſaria.*
5 *Emphyteuticæ rei diuiſio non impeditur ex, eo quòd alter ex emphyteutis poſſit facere conditionem alterius ſua culpa deteriorem, non ſoluendo canonem.*
6 *Caducitas in cenſu, vel locatione ad longum tempus ceſſat, ceſſante pacto.*
7 *Conceſſio facta pluribus ſimpliciter, abſque clauſula, in* ſolidum, *cenſetur cuilibet facta pro rata, & quilibet pro virili tenetur.*
8 *Socius, qui tenetur pro virili, ſi canonem non ſoluat, eius pars tantùm incidit in commiſſum.*

DECISIO L.

AD inſtantiam illorum de Stanghellinis
fuerunt per ſententiam A.C. condem-
nati illi de Sirenis ad diuidendas do-
mos, de quibus agitur, aliàs de anno
1546. Marino de Angelinis, & Lucæ
de Stanghellinis eorum auctoribus in
perpetuam locationem conceſſis; pro
cuius ſententiæ confirmatione DD. reſoluerunt, ex vul-
1 gari regula neminẽ inuitũ cogi in cõmunione permane-
re *l. fin. vbi Doct. C. comm. diuid.* ſed poſſe conſociũ ad di-
uiſionem compellere *l. etſi non omnes* 8. *vbi omnes, & l.
antepenult. in fin. ff. eod.* quæ procedit etiam in emphi-
teuticis *Alexand. conſ.* 7. *num.* 7. *lib.* 5. *Rolan. conſ.* 80.
num. 46. *lib.* 1. & in feudalibus *Soccin. conſ.* 67. *num.* 45.
in fin. & ſeq. lib. 1. cum alijs per *Schrad. de feud. par.* 8.
cap. 2. *num.* 32 *& ſeq.* quæ de veriſſima, & communi,
A & *Roſſent. in eodem tractatu cap.* 9. *concluſ.* 53. *num* 40. A
Et in emphyteuticis eſt permiſſa diuiſio, etiam irrequiſito
B Domino, inter comprehenſos B, vbi præſertim æqua-
2 liter fiat *Bart. in l. qui Romæ,* §. *duo fratres num.* 24. *verſ.
ego dico, ff. de verb. obligat.* quem ibi omnes ſequuntur, &
de magis cõmuni teſtatur *Alexand. num.* 60. *Iaſ. num.* 73.
Crot. num. 135. *Rip. num.* 86. *Modern. Bononien. num.*

281. *iaem Iaſ. in l. fin. num.* 114. C. *de iur. emphyt. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num.* 89. *verſ. ſimiliter dicitur,*
3 *de conſtit. Clar. in §. emphyteuſis quaſt.* 14. prout in feu-
C do inferiori pluribus conceſſo C, habetur *cap.* 1. *§. præterea ducatus de probib. alien. per Feder.* & tradunt *Iaſ. in d. l. fin. num.* 114. idem *in d. §. duo fratres num.* 75. vbi *Rip. num.* 86. *Schrad. de feud. lib.* 1. *par.* 8. *cap.* 2. *num.*
4 31. Idque ob eandem rationem, quòd diuiſio dicatur alienatio neceſſaria *Bart. in l. & ideo, in fin.* vbi *Baſ. verſic. inducit hunc textum, ff. de condict. furt. Iaſ. in d. l. fin. num.* 47. *Alexand. d. conſ.* 7. *num.* 5. *lib.* 5. *Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. quaſt.* 11. *verſ. iſta autem quinquageſima, num.* 18. *bon. mem. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention, lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 49. Nec impe-
5 diri poteſt prætextu, quòd vnus ex emphyteutis poſſet, ſi alter deficeret in ſolutione canonis abſque propria, culpa caducitatem incurrere; nam vltra quòd conceſſio, de qua agitur, videtur potiùs cenſualis, vel locationis ad longum tempus, quàm emphyteutica, in quibus
6 ceſſante pacto, vt hic, ceſſat caducitas, vt in cenſu *gloſſ. penult. in cap. conſtitutus,* vbi *Innoc. & alij de relig. domib. Natt. conſ.* 3. & in locatione ad longum tempus, latè probauit *Rota in vna Romana Caſalium de Maximis* 20. *Februarij* 1576. *&* 14. *Martij eiuſdem anni coram bon. mem. Cardinali Seraphino relata par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 139. *&* 174. Cum ſimpliciter abſque clauſula, *in ſolidum,*
7 fuerit prædicto Marino, & Lucæ facta conceſſio, cenſetur cuilibet facta pro rata, & quilibet pro virili tenetur *l. cum, qui ita* 56. *in princ. & l. ſi mihi, & Titio* 110. *ff. de verb. obligat. l. reos* 11. *§. cum in tabulis, ff. de duobus reis,* & in emphyteuſi *Bart. in l. fraudati, ad fin. verſ. & ideo ſi ponerem, ff. de publican. Bald. conſ.* 116. *num.* 1. *lib.* 1. *Crot. in d. §. duo fratres num.* 145. *Dec. conſ.* 58. *in fin. Gabr. conſ.* 86. *in princ. lib.* 1. *Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſol. can. limit.* 36. *num.* 1. ita vt solùm pars ſol-
8 uere ceſſantis incidat in commiſſum *Bart. in d. l. fraudati in fin. Bald. d. conſ.* 116. *Iaſ. in l. fin. num.* 87. *verſ. ſecundò limita* poſt *Alber.* ibi *in* 9. *quaſt.* C. *de iure emphyt. Rip. in l.* 4. *§. Cato num.* 44. *verſ. primo caſu, ff. de verb. obligat. Ronchegall. in l. eandem, in princ. num.* 137. *ff. de duob. reis, Corbul. d. limit.* 36. *num.* 2.

Et ex his pro ſententiæ confirmatione reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Gabr. conſil.* 62. *num.* 18. *lib.* 2. *&* allegata hac deciſione fuit dictum *in Romana redditionis rationis* 14. *Decembris* 1618. *coram Cardinali Sacrato.*

B Adde *Gam deciſ Luſitan.* 243. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 268. *num.* 2. *Cenal. cõmun. contra cõmun. q* 453. *num.* 1. *Valaſch. conſ.* 53. *num.* 4. *& de partition. cap.* 25. *a num.* 7. *Cald. Pereyr. de nouiun emphyteuſ quaſt.* 24. *num.* 14. *cum ſeqq. Gra-*
9 *tian. diſcept. forenſ cap.* 36. *a princ.* Declara tamen, vt res emphyteutica diuidi poſſit inter ſocios, domino directo irrequiſito, quando emphyteuſis recepta fuit à patre pro ſe, & filijs, & hæredibus, quia cum inter eos habeat locum ius accreſcendi *ex Bart. in l. ſi. mihi, & Titio, num.* 4. *& ſeqq. & ibi Doct. ff. de verbor. oblig.* alienatio inter ipſos facta per diuiſionem dicitur quædam renunciatio; ſecus eſt autem, quando emphyteuſis à principio duobus etiam fratribus conceſſa fuit; nam tunc ius accreſcendi inter eos locum non habet, *d. l. ſi. mihi, & Titio ff. de verb. obligat.* ideo, ſine domini conſenſu, diuidere non poſſunt; quia cum domino præiudicium inferatur, offerendo iuſtum pretium, ipſe eſt alijs præferendus, *Mantic. poſt alios de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 28. *ſub. num.* 47.

C Latè *Roſental* qui infinitos cumulat, *de feud. d. cap.* 9. *memb.* 2. *conclu.* 53. *num.* 1. *& per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Alerien. Beneficij.

Lunæ 12. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *Quam, & quas,* operatur vt iudex appellationis cognoſcere poſſit prout in prima. Inhibitio intelligitur iuxta formã cõmiſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Quam, & quas *operatur, vt Iudex appellationis procedere poſsit, prout Iudex prioris inſtantiæ.*
2 *Inhibitio iuxta formam commiſsionis non arctat, niſi in cauſa, de qua commiſsio loquitur.*
3 *Delegatus cognoſcere non poteſt extra cauſam ſibi commiſsã.*
4 *Reſcripta ſunt ſtricti iuris.*
5 *Iuriſdictio, vel eius exercitium non competit ante præſentationem commiſsionis.*
6 *Abſolutio ad cautelã cõcedi nõ poteſt. ſinè ſpeciali cõmiſsione.*
7 Clauſula, Quam, & quas, *non operatur, vt Iudex procedere poſsit prout in prima, ſi acta tranſportata non fuerint.*

DECISIO LI.

SENTENTIA à R. P. D. meo Manzanedo lata ad fauorem Andreæ ſuper Eccleſia Sancti Petri, viſa fuit Dominis non laborare defectu iuriſdictionis, vt prætendebat Vincentius. Non ex eo, quòd ille eſſet tantùm iudex cauſæ nullitatis, & reſtitutionis in integrum primæ ſententiæ R. P. D. mei Pamphilij ad fauorem Vincentij ſuper Eccleſia Sancti Saluatoris tãquam non vnita Eccleſiæ Sancti Petri, & quòd expiraſſet iuriſdictio per reſolutionem Rotalem, quòd non conſtaret de cauſis reſtitutionis, & ideò ſuper Eccleſia Sancti Petri pronunciare non poſſet.

Nam potuit R. P. D. Manzanedus vigore clauſulæ, *Quam,*
1 *& quas,* pronunciare ſuper dicta Eccleſia Sancti Petri, prout poterat R. P. D. Pamphilius iudex prioris inſtantiæ, cui cauſa ſuper vtraque Eccleſia commiſſa fuerat. *Sarnen. ſuper reg. de infir. quaſt.* 34. *num.* 4. *Achill. deciſ.* 30. *alias* 14. *de reſcript. Lancell. de attent. appell. pend. ſecunda par. cap.* 20. *limit.* 12. *num.* 13. *Rota deciſ.* 254. *in princ. par.* 1. *diuerſ. & in Romana Saluiani* 14. *Decembris* 1598. *coram Illuſtriſſimo Card. Lancellotto,* & quòd ita quotidiè practicatur, & fertur ſententia vt in prima, teſtatur *Put. deciſ.* 24. *par.* 3. *lib.* 2. *inter impreſſ. diuerſ.* &
A de eodem ſtylo *Honded. conſ.* 28. *num.* 45. *&* 63. *vol.* 1. A

Nec ex eo, quòd fuerit lata ad inſtantiam eiuſdem Andreæ poſt commiſſionem per eum obtentam à Sanctiſſimo, mihi directam, cum clauſula, *Parito iudicato.* Nàm cum dicta commiſſio non comprehenderet, niſi cauſam nullitatis, & reſtitutionis ſuper Eccleſia Sancti Saluatoris, quæ nihil habet commune cum Eccleſia Sancti Petri, nec eſt illi vnita, vt fuit reſolutum coram D. meo Pamphilio, ſubſequuta ſententia inappellabili ex forma reſcripti Sanctiſſimi, & quæ tranſitum fecit in iudicatum, nec non relaxatione exequutorialium, & cenſuram, non poteſt dici nulliter proceſſum quo ad Eccleſiam
2 Sancti Petri, & inhibitio iuxta formam commiſſionis decreta non arctauit, niſi in cauſa Sancti Saluatoris commiſſa, ad latiſſimè tradita *per Lancell. de attent. lit. pend.* 2. *par. cap.* 4. *limit.* 2. *& cap.* 12. *appell. pend. limit.* 2. *&*
3 *cap.* 20. *poſt inhibitionem limit.* 4. de qua ſolùm iudex delega-

legatus cognoſcit. *cap. cum olim, il 1. de offic. deleg & ibi Innoc. num. 2. Abb. num. 3. Imol. num. 11. Card. num. 3.* reſcripta enim ſũt ſtricti iuris *cap. ſignificante, & ibi gloſ. magna circa med. & cap. Rodulph. de reſcript. cap. P.*
4 *& G. de offic. deleg. Verall. deciſ.* 151. & 153. *par.* 3. & conſequenter nec poſſunt dici nulla poſt inhibitionem ſubſequuta. Et quò ad validitatem ſententiæ res carere videbatur difficultate, quia lata fuit 8. Martij 1613. & ſic ne dum ante inhibitionem emanatam 14. Maij, ſed etiam ante præſentationem commiſſionis mihi directæ, quæ fuit 20. Aprilis ſequentis, ante quam non competit
5 iuriſdictio, vel exercitium *cap. ſuper eo in fin. il 2. de appell. Innoc. in cap. ex conqueſtione, & ibi Oſtien. Abb. & Card. de reſtit. ſpoliat. Felin. in rub. de reſcript. num. 11. & in cap. ceterum num. 3. in tertia limitat. eodem tit. Rot. deciſ. 242. aliàs 8. de offic. delegat. num. 7. in nou. Verall. deciſ. 324. num. 4. par. 1. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. num.* 147. & 148. Quò verò ad abſolutionem ad cautelam ab excommunicatione, quam incurriſſe Andreas declaratus fuerat ob non paritionem reſpectu Eccleſiæ Sancti Saluatoris, quam prætenditur con-
6 cedi nõ potuiſſe ſinè ſpeciali commiſſione *Rot. deciſ.* 850. *alias 3. de ſent. excommun. in antiq.* DD. nihil dixerunt, ideo de eo poterit aliàs videri, cum præſertim ſententia D. mei Pamphilij tranſitum feciſſet in iudicatum, prout etiam aduertendum erit, an clauſula, *quam, & quas*, quæ legitur ſolùm in corpore commiſſionis directæ D. meo Manzanedo intelligi poſſit repetita in ſecunda parte commiſſionis oppoſita per Signaturam.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ* 751. *num.* 5. *par* 2. *recent. & in Bonon. de Cappellis 27. Decembris* 1615. *corã Martino Andrea* in qua hæc deciſio allegatur; debent tamen tranſportari acta prioris inſtantiæ. nam Signatura, & Rota poſt Conc. Trid. intelligunt, vt d. clauſula, *Quam, & quas*, non operetur, niſi tranſportato proceſſu in cauſis appellationis, vel depẽdentibus ab eiſdem, vt fuit dictum in *Valentina Parochialis* 13. *Ian.* 1580. *coram Card Blanchetto impreſſ apud Saluſt in praxi pag* 259. *Mart. in ſimil. tract. par.* 1. *clauſul* 120. *num.* 4. *& de materia vide* ibi. & latius per *Barboſ in eodem tract. clauſ.* 121. *iuxta Lugdunen. impreſſ.* vbi *num.* 9. ſequitur concluſionem deciſionis.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Reatina Terrarum.

Mercurij 14. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Decreto de terminis amotis reponendis cenſetur ſufficienter paritum per patientiam præſtitam in eorundem repoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, parito iudicato, *in amotis terminis reponẽdis verificatur ex inſtrumento publico repoſitionis, & fide expenſarum in ipſis reponendis:*
2 *Decreto indeterminato reponendi terminos intelligitur paritum, ſi aliqui repoſiti fuerunt.*
3 *Relatum attendi debet magis, quàm referens, & latè num.* 11. *& ſeqq.*
4 *Ceſſante ſuppoſito literarum, ceſſat earundem diſpoſitio.*
5 *Sententia exequi debet, ſecundum eiuſdem formam, & deſignationem.*
6 *Patientia præſtita ſufficit, vt dicatur paritum decreto, quando loquitur indefinitè iubendo aliquid fieri.*
7 *Verba decreti indefinitè prolata ad iuris intellectum ſunt referenda.*
8 *Terminorum amotorum reſtitutio de iure non ſpectat ad partes, ſed ad iudicem, qui emendat, quod malè circa illos geſtum eſt.*
9 *Actio de termino amoto habet peculiare, vt non concludatur aduerſarium compelli, ſed terminos reſtitui in priſtinũ.*
10 *Actio terminorum amotorum habet, vt nihil petatur a parte, ſed a iudice.*
11 *Referenti ſtandum eſt, licèt non conſtet de relato, quando verba referentis continent certam diſpoſitionem, & partes diſponere potuerunt. Limita vt num.* 12.
13 *Referenti quando ſtetur potius, quam relato, licèt de eo conſtet, & num. ſeq.*
15 *Referenti ſtatur circa diſpoſitionem, quæ in relato non reperitur, vbi relatum non repugnat.*

DECISIO LII.

COMMISSA pro parte D. Equitis Nenij cauſa appellationis in Rota cum
1 clauſula, *Parito iudicato*, quò ad terminorum appoſitionem à decreto declarante, illi non licuiſſe propria auctoritate amouere terminos. Ideoque communitatem eſſe reintegrandam, & terminos ſumptibus eiuſdem Nenij reponendos. Dubitaui, an conſtaret de ſufficienti paritione, vel potiùs de exceſſu; & DD. de ſufficienti paritione conſtare dixerunt. Nam de repoſitione terminorum apparet tàm ex publicis inſtrumentis, quàm ex literis Gubernatoris Reatini, & de ſolutione expenſarum in illa factarum ex quietantia Theſaurarij Communitatis. Nec obſtare viſum fuit, quòd tres tantùm termini fuerint appoſiti, cum tamen epiſtola Illuſtriſſimi D. Cardinalis Burgheſij mandaret, apponi quatuor. Quia, omiſſo, an potuerit poſtea declarari, ac ſtatui certus numerus terminorum, quem decretum, de cuius paritione agi-
2 tur, non continebat, abſque nouo decreto, & d Equitis Nenio non citato; de quo poſſe dubitari dicebatur, ad *Bart. in l. ab exequutore num.* 8. *ff. de appell. Papien. in for. execu. ſent. diff. in ver. publico num.* 13. conſtat, mentem Illuſtriſſimi D. Cardinalis in eius literis fuiſſe, ſolùm committendi Gubernatori executionem dicti decreti, quod tranſmittebat, vt ex verbis, ibi, *s'è fatto l'incluſo decreto, per eſecutione del quale dourà V. S.* & quatenus eidem mandat, vt reponi faciat duos terminos propè lumentellam (quorum tamen vnus tantùm repoſitus fuit) exequendi ſententiam Gambetelli, ad quam ſe refert, ſupponendo etiam, illam ita ſtatuere ibi, *conforme alla ſentenza del Gambetelli*; quæ propterea magis
A attendi debet, quàm epiſtola ad eam relatiua A, *Alexand. conſ.* 9. *num.* 12. *in fin. lib.* 5. *Dec. conſ.* 63. *num.* 6. *verſ. & licèt, Curt. iun. conſ.* 29. *num.* 20. *verſ. & fortiùs, Rota diuerſ. deciſ.* 40. *num.* 7. *par.* 2. Imò cum in ſententia non cõtineatur aliquis numerus terminorum, ſed deſignetur tantùm locus, infra quem facienda erat terminorum appoſitio, ſeu forma quædam, videlicet per diſtantiam, ſeu à terminatione cannarum decem à forma nuncupata lumentella, propè ripam lacus verſus montem Sancti Baldnini, per lineam directam ad columinellam lapideam exiſtentem in pede Montis Marmaroli inter duos Eſchio; ceſſante ſuppoſito literarum,
4 ceſſat earundem diſpoſitio in hac parte, vulgata *l. mancipia* vbi omnes *C. de ſeru. fugit.* & propterea ſcripſit

Illuſtriſſimo D. Cardinali, ſibi viſum non fuiſſe, aliquem alium terminum apponere ſinè alio ordine, nec debebat in locum illius, qui non continebatur in ſenten-
5 tia, ex prædictis, & qui non erat deſignatus, nec reperiebatur, *l. teſtamento ad finem*, ibi *quoniam ad quod exemplum fieri ſuſſiſſet monumentum, id nuſquam extaret ff. de cond. & demonſtr.* Præterea non inde reſultabat non paritio decreti, quod non compellit, nec compellendum eicit Equitem Neuium ad terminorum repoſitionem,
6 ſed ſimpliciter terminos reponendos: ideò ſufficit, Equitem præſtitiſſe patientiam, & non contradixiſſe (vt conſtat ex epiſtola reſponſiua Gubernatoris) illorum repoſitioni *Mohed. deciſ. 9. de ſent. & re iud.* & tenuit Rota *in Burgen. iuriſdictionis* 10. *Decembris* 1597. *coram Peregrino, in Maioricen. ſacriſtiæ* 24. *Maij* 1602. *coram Cardinali Pamphilio, & in Barchinonen. confinium* 18. *Decem-*
B *bris* 1609. *coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno* B. Cum
7 præſertim ſi verba decreti velut indefinitè prolata ad iuris intellectum ſunt referenda, *Bart. in l. 3. §. prætor ait, num. 13. verſ. item ſi, ff. de damn. infect. Butr. in cap. ſi aduerſarius num. 8. verſ. per hæc, de eo qui mitt. in poſ-*
8 *ſeſſ. Roman. conſ. 310. num. 4.* & de iure terminorũ amotorum reſtitutio, non ſpectat ad partes, ſed ad Iudicem, qui emendat, quod malè circa illos geſtum eſt, *Bald. in cap. cum cauſam num. 9. verſ. ſi autem de probat. Felin. in cap. quia iudicante num. 4. verſic. & dicit, de præſcript.* Et peculiare eſt in actione de termino amoto, vt non con-
9 cludatur, aduerſarium compelli, prout in alijs, in quibus petitur, reum condemnari, & condemnatum iuris remedijs cogi, & compelli, ſed terminos reſtitui in pristinum, & ita etiam Iudex pronunciet, *Salycet. in l. 3. num. 1.* poſt *Bald. num. 2. C. fin. reg. Caſtren. ibi num. 1. verſ. in gloſ. 1, & num. 4. verſ. ſed ſi peto.* Vbi quòd nihil
10 petitur à parte, ſed à Iudice *Sichard. num. 4. et 7.* qui poſt *Bald.* practicam ponit iuxta illum *text.* repoſitionis terminorum, vt fiat à Iudice, vel agrimenſore de eius mandato. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Relato ſtandum eſt, non autem referenti, quantumuis
11 referens certum ſit, & ab habentibus poteſtatem diſponendi prolatum; quia licèt referenti ſtetur, etiam ſi non conſtet de relato quando ſumus in re, quæ pendet à libera partium voluntate, & verba referentis continent certam diſpoſitionem. *Rimnald. Iun. conſil 42. num. 9. Surd. conſil. 241. num. 1. conſil. 402. num. 31. conſil. 419. num. 24. conſil 425. num. 2. conſil. 540. num. 6. & deciſ. 291. num. 17 Menoch. conſil. 391. num. 32. Magon deciſ. Lucen. 96. num. 12. Seraphin deciſ 1083. num. 2. & 3.* cum alijs per *Gratian, diſcept. 501. num. 17. & 508. num. 34. & 35.* & fuit dictum. *in Romana locorum montium 25. Maij 1611.*
12 *coram bon. mem. Vbaldo* tamen ſecus eſt, quando apparet diſpoſitio, & ſcriptura relata, nam tunc referens modificatur, & reſtringitur ad terminos diſpoſitionis, vel ſcripturæ relatæ, vt præter hic allegatos, tradunt *Soccin. Iun. conſ. 181. num. 64. lib. 1. Honded. conſ. 112. num. 20. lib. 1. Pariſ conſil 7. num. 10. lib. 3. Surd. conſ. 313. num. 50. Peregrin. de fideicommiſſ art. 16. num. 111. verſ tertius caſus Mantic. deciſ 352. num. 2. Gregor. deciſ 439. num. 2, & ibi Adden hac deciſione D. mei allegata, num. 13.* ſta-
13 tur tamen referenti potiùs, quam relato, licèt de eo conſtet, quando ſcilicet expreſsè apparet, diſponentem aliter voluiſſe diſponere, quam in relato, vt ex *Decio tradit Pereg. loco cit.* Vel quando diſpoſitio referens eſt gratioſa, & ad aliam refertur, ampliandi, non reſtringendi cauſa;
14 quia tunc diſpoſitio referens non modificatur per ſcripturam relatam *Ruin. conſil. 18. col. 2. & 3. lib. 3 Peregrin.*
15 *d. num. 111. in fine*, Statur etiam referenti circa diſpoſitionem, quæ in relato non reperitur, vbi relatum non repugnat, vt alijs allegatis fuit dictum *in Bononien. de Cataneis 15. Ianuarij 1618 coram R P D. meo Pirouano.*
B Idem fuit dictum in *Terdonen. beneficij 1. Iunij 1615. coram bon. mem. Cardinali Caualerio, in Placentina Cappellæ 3. Iunij 1617. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, in Neapolitana beneficij 13. Ianuarij 1617. coram bon mem. Vbaldo, & coram eodem in Foroliuien. beneficij 10. Martij 1623.* in quibus hæc deciſio allegatur. Vide quæ dixi ſupra *deciſ. 17. lit B.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten. Penſionis.

Mercurij 14. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Illegitimi an, & quando ſint capaces penſionis, & quid, ſi fuerint infantes, an in reſeruatione ſit neceſſaria expreſſio infantilis ætatis.

SVMMARIVM.

1 *Penſio aſſignata filio naturali ſuper fructibus commendæ patris, tacita naturalitate, non valet.*
2 *Illegitimus diſpenſatus ad clericatum, poteſt penſiones, abſque alia diſpenſatione obtinere.*
3 *Filij clericorum penſiones habere non poſſunt ſuper fructibus beneficiorum à ſuis parentibus obtentorum.*
4 *Penſio reſeruata infanti, cum narratiua* Vitæ, ac morum honeſtas, &c. *eſt ſubreptitia ſi fiat abſque diſpenſatione.*
5 *Infantes ſunt capaces penſionis, & ideo in reſeruatione non eſt neceſſaria expreſſio infantilis ætatis.*
6 *Penſionem aſſignandi facultas alicui conceſſa, & reſtricta ad certas perſonas non extenditur ad alias.*

DECISIO LIII.

ASSIGNATA per defunctum Commendatarium de Yeuenes in vim facultatis ſibi 19. Februarij 1603. à M. Magiſtro conceſſæ, annua penſione ducatorum 200. monetæ Caſtellæ Frãciſco de Quintela, ſuper dicta eius commenda, illaque à Sanctiſſimo 18. Iulij 1606. & à M. Magiſtro 20. Nouembris anni ſequentis confirmata, & commiſſa, pro moderno Commẽdatario penſionem minimè deberi prætendẽte, cauſa in Rota ſuper iactationibus, & penſionis validitate, in contumaciam partis aduerſæ, dedi dubium, An penſio deberetur, negatiuè reſolutum. Primò aliqui ex DD. mouebantur ex eo, quia ex teſtibus, & alijs per informantes ponderatis, ſatis conſtare credebant, Franciſcum fuiſſe filium naturalem Commendatarij defuncti, & propterea vel ſit incapax *Gig. de penſ. quæſt. 16.* vel
1 ſaltem de hoc debuiſſet fieri mentio in literis *Gamb. de pot. Leg. lib. 6. num. 284.* vel probandus ſit ab ipſo clericatus cum diſpenſatione ad illum. Sed alijs non place-
2 bat hæc ratio, quia illegitimus non eſt inhabilis ad obtinendam penſionem, niſi ratione clericatus ſuper quo ſi ſit diſpenſatus non indiget diſpenſatione ſuper illegitimitate, *Sarnen. in reg. de ann. quæſt. 21. ad fin. verſ. ſi verò non daretur*, quam opinionem perpetuò ſeruat Rota, *vt in Legionen. penſ. 10. Octobris 1577. coram Robuſte-*

rio

rio inter impreſſ. diu. 425. par. 1. in Veneta penſionis 10. *Decembris* 1572. *coram eodem in Burgen. penſionis* 19. *Februarij* 1596. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, &* 16. *Decembris* 1596. *coram bon. mem. Penia in Cæſarauguſtana penſionis* 19. *Februarij* 1595. *coram Gypſio, & in Colimbrien. penſionum* 11. *Februarij* 1594. *apud bon. mem. Card. Seraph. d. deciſ.* 1264. *num.* 2. *par.* 2. *Paleott. de*
A *not. & ſpur. fil. cap.* 58. A, vndè non credebant neceſ-
ſarium inueſtigare, an eſſet probatum, Franciſcum eſſe
illegitimum, quia non videbatur ex hoc capite abſolutè
firmari poſſe, penſionem non deberi, cum non ſit pen-
ſionarius, qui agat pro penſione, ſed titularis, qui ſuper
inualiditate cauſam commiſit. Niſi obſtaret diſpoſitio
S. Conc. Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de reform.* prohiben-
3 tis, à filijs clericorum haberi penſiones ſuper fructibus
beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alijs
B obtinuerunt B, quod cum deductum non fuerit, eſſet
particulariter viden. an probetur talis filiatio Franciſci
defuncti, cui obſtet prædicta Concilij diſpoſitio. Secun-
dò aliqui mouebantur ex eo, quòd penſio fuit confirma-
ta cum narratiua ſub qua aſſignantur maiori, videlicet,
4 vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia, &c. quæ
cum non cadat in infante, qualem probari prætendeba-
tur Franciſcum tempore reſeruationis, reddit confirma-
tionem nullam, & ſubreptitiam *Verall. deciſ.* 138. *par.*
2. *Guidop. deciſ.* 138. *alias* 139. *Pariſ. de reſig. ben. lib.* 6.
cap. 2. *num.* 82. & fuit dictum *in allegata Burgen. penſio-
nis* 16. *Decembris* 1596. *coram bon. mem. Penia*, licèt aliàs
non ſit neceſſaria expreſſio infantilis ætatis, cum illa non
reddat incapacem penſionis, vt fuit reſolutum *in Veneta
penſionis* 10. *Aprilis* 1573. *coram Robuſterio, & in Ca-*
C *tanien. penſionis* 4. *Maij* 1583. *coram D. Gypſio.* C,
Sed (vt alij aduertebant) minor ætas non rectè concludeba-
tur ex teſtibus, qui fuerunt de menſe Auguſti præteriti
Melitæ examinati, & dicunt, quòd tunc temporis eſſe
poterat annorum 14. in circa, imò octauus concludit,
fuiſſe maiorem ſeptennio, dicens de anno 1599. fuiſſe
annorum trium. Tertiò itaque in hoc ferè omnes con-
6 uenerunt, quòd facultas aſſignandi penſionem fuit re-
ſtricta, vt poſſet illam concedere Fratribus, & Religio-
ſis Prioratus Caſtellæ, & Legionis, quod eſt etiam iu-
xta diſpoſitionem Bullarum fel. record. Pij V. & Grego-
rij XIII. in Stabilimentis Religionis nouiter impreſſis,
fol. 25. *&* 66. quod penſiones aſſignari non poſſint, niſi
Fratribus dicti Ordinis, vel intra ſex menſes profeſſio-
nem emittentibus. Vndè licèt Franciſcus 23. Septem-
bris 1604. fuerit à Magno Magiſtro in gradu Cappella-
norum dicti Prioratus, abſque onere probationes fa-
ciendi, receptus; cum certum ſit, Franciſcum non fuiſ-
ſe eius ætatis, in qua potuerit ad profeſſionem recipi
iuxta formam Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 15.
ex hoc capite ſequebatur, penſionem non deberi, vt fuit
ſolo informante Priore, reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ* 5. *§.* 5. *num.* 24. *&* 25. *Kota coram Reuerendiſſimo D. meo Decano deciſ.* 31. *num.* 8. *inter eius impreſſ. & fuit dictum in Regien translationis penſionis* 14. *Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Firmana Penſionis* 17. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. meo Durano*, in quibus hæc deciſio allegatur.

B De hac materia latè *Garc. de beneſic. part.* 7. *cap.* 3. *per tot. & Gratian. diſcept.* 397. *num.* 24.

C Adde *Lal. Zecch. de beneſic. & penſion. cap.* 11. *num.* 7. *in princ. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 508. *num.* 17. *Gonzalez ad regul.* 8. Cancellar. *gloſſ.* 5. *§.* 5. *ſub num.* 26. vbi teſta-tur, ita à Sacra Congregatione declaratum fuiſſe, atque in praxi obſeruari: licèt contrarium referant Eman. Sà in Aphoriſm. *verb. beneficium, num.* 30. *Garc. de beneſic. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 129.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Concordiæ.

Mercurij 21. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Ratificationis non ſequutæ exceptio non poteſt obijci contra illum, qui principaliter ſe obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi obſtat quando agitur ex eodem contractu, & num.* 17.
2 *Nouatio induci non poteſt per procuratorē niſi habeat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera.*
3 *A tranſactione partium conſenſu diſcedi poteſt.*
4 *Ad tranſigendum ſpeciale mandatum requiritur.*
5 *Ad tranſactionem diſſoluendam ſpeciale mandatum deſideratur.*
6 *Mandatum ad aliquod expediendum per vnicum actum dicitur conſumptum.*
7 *Inſolidum conſtituti procuratores poſſunt vnuſquiſque de per ſe validè contrahere.*
8 *Nouatio non præſumitur.*
9 *Procuratores habentes ſufficiens mandatum ad nouandum non nouant niſi actum faciant animo nouandi.*
10 *Inſtrumentum præſumitur factum in vim pacti præambuli.*
11 *Contractus conditionalis deficit, conditione deficiente.*
12 *Actus nullitatem operari non debent inducta ad eius validitatem.*
13 *Conuentio, quæ fit ad reſoluendum, non operatur productionem actionis.*
14 *Obſeruantia contractus facit, quòd cenſeatur receſſum à pacto reſolutiuo in ipſo contractu adiecto.*
15 *Actus tendens ad alterius fauorem intelligitur, ſi pars eo vti voluerit.*
16 *Obſeruantia dicitur inducta eo ipſo, quòd recipitur vigore contractus.*
18 *Procurator non poteſt ſuper iure claro domini tranſigere, licèt ſpeciale mandatum habeat ad tranſigendum, vel generale cum libera.*

DECISIO LIV.

EXCEPTIO non ſecutæ ratificationis viſa fuit non obſtare Excellentiſſimo Duci Brachiani; quin ſe liberaret ab annua præſtatione ſcut. 500. erga DD. Canonicos S. Saluatoris in Lauro per ſolutionem pretij tenutæ Volocraniæ alias per eoſdem Canonicos retrouenditæ *bon. mem.* Paulo Iordano dicti D. Ducis auctori. Nam illa deduci non poteſt, niſi ex inſtrumento ſuper concordia priùs inita celebrato inter procuratores partium, in quo fuit conuentum de ratificare faciendo d. q. Paulum infra menſem, cum declaratione, ac proteſtatione per procuratores d. Congregationis, quòd aliàs nolebant teneri ad d. retrouenditionem obſeruandam. Ad fundandam autem intentionem ſufficit cedula concordiæ inita 8. Octobris 1561. in Ciuitate Florentiæ inter

Digitized by Google

d. q. Paulum ex vna, & procuratorem ſpecialem Con-
gregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, cuius eſt
membrum Monaſterium S. Saluatoris: quæ cum fuerit
per partes ipſas ſubſcripta, & in ea ipſemet Paulus pro-
miſerit ſoluere pretium tenutæ retrouenditæ per totũ
menſem Septembris 1563. & interim annua ſcut. 500.
in quorum ſolutione, & receptione perſeueratum fuit
vſque ad depoſitum pretij de anno præterito factum,
nullam continet, nec continere poterat promiſſionem
de ratificare faciendo d. q. Paulum: ideo contra eum
1 ceſſat non ſecutæ ratificationis exceptio, quia *reg. l. Iu-
lianus, §. offerri de act. empt. procedit tantùm, vbi oritur
A ex contractu, de quo agitur A, & declarat *Odofr. in
princip. & fin. Alber. in verſ. & multum Bart. & Bald.
in princip.*

Nec dici poteſt ex inſtrumento nouata concordia priùs
per cedulam inita ex defectu poteſtatis, & voluntatis;
poteſtatis, quia procuratores, inter quos fuit celebratũ,
non habebant poteſtatem mutandi conuentiones, & pa-
cta in cedula contenta, & ſic nouandi; ad hoc enim re-
2 quiritur ſpeciale mandatum, vel generale cum libera
l. non abſtulit, & ibi *Gloſſ. verbo procurator*, *Odofr. Salyc.
num. 2. C. de nouat.* Præſertim, quia verba illa inſtru-
menti (quod non ſecuta ratificatione Iordani infra men-
ſem, Canonici nolebant teneri ad obſeruantiam retro-
uenditionis) tendunt ad diſſolutionem tranſactionis
3 præfatæ, à qua licèt partium conſenſu diſcedi poſſit *l. ſi
diuerſa, C. de tranſact.* non tamen procuratorũ carentiũ
4 ſpeciali mandato, quod ſicuti ad tranſigendum requi-
ritur *l. generali ff. de procur. l. tranſactione C. de tranſact.*
B *cum allegat. per Rolan. conſ. 26. num. 11. lib. 2.* B ita ad trã-
5 ſactionem diſſoluendam *ad l. nihil tam naturale, ff. de reg.
iur.* Tantòq; minùs id fieri poterat per procuratores
Congregationis, quòd per tranſactionem per vnum
6 ex eis Florentiæ initam conſumptum, & finitum erat
mandatum, cum diſpoſitio *l. boues. §. hoc ſermone de
verb. ſignif.* procedat etiam in mandato dato ad ali-
quod expediendum *Lap. alleg. 2. verſ. 3. quia dictus*, &
in ſpecie in mandato facto per quoſdam Fratres S. Marię
de Aretio *Angel. conſ. 43.* & licèt concordia eſſet inita
per vnum tantùm ex procuratoribus Congregationis,
7 tamen id ſatis erat, cum eſſent conſtituti inſolidum ad *l.
plures ff. de procur.* cuius diſpoſitio procedit etiam in
negotijs, vt ibi *per Alber. num. 6. verſ. & in negotijs.*
8 Ex defectu voluntatis, nam vltra reg. quòd nouatio non
præſumitur *l. fin. C. de nouat.* & quòd, dato etiam ſuffi-
9 cienti mandato, debebant procuratores actum facere
animo nouandi *d. l. non abſtulit*, & ibi *gloſ. verſ. libera-
uit, Bald. num. 3. Salyc. num. 2.* inſtrumentum fuit fa-
10 ctum in vim, & executionem dictæ cedulæ, & ita præ-
ſumitur *Natt. conſ. 176. num. 5. Surd. deciſ. 70.* & Ro-
ta ſecuta fuit in *Romana reſtitutionis dotis* 10. *Martij*
1608. *coram bon. mem. Penia*. & facti præambuli, licèt
nec tunc eſſet neceſſarium, vel de ſubſtantia iuxta opi-
nionem Ioan. relatam per *Gloſſ. in l. contractus in
princ. in verſ. in ſcriptis* C. *de fid. inſtrum.* quæ eſt com-
munis, & à Rota paſſim approbata, vt per *Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 10. verſ. ſed diuerſam.
Put. deciſ. 33. par. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 376. num. 6. par. 2.*
quod clarum redditur ex verbis inſtrumenti ibi, dictas
cõuentiones &c. ad maiorem corroborationem cedulæ
præinſertæ, & contentorum in ea, &c. & de nouo actum
geminandi, & ſecundũ d. præinſertæ cedulæ ſeriem, & te-
norem &c. quæ verba pluries in dicto inſtrumento le-
guntur; & videtur etiam dici poſſe, quòd aut dicta cedu-
la non fuerit nouata, & res eſt clariſſima, aut verò no-
uata, & quia nouatio eſt ſub conditione, quòd fieret
11 ratificatio infra menſem, quæ conditio, vt Canonici
prætendunt, deficit, conſequenter dictum inſtrumen-
tum nouans *l. nouatione ff. de nouat. l. nouatione C. de fide-
iuſſ. Doct. in l. 1. C. etiam ob. chyrograph. pecun. cum al-
leg. per Surd. deciſ. 51. num. 16.* Et licèt inſtrumentum
12 fuerit poſtea ratificatum per Iordanum tantùm, cum
ratificatio ſecuta fuerit ad concordiam confirmandam,
non debet ſequi abſurdum, quòd illa deſtruatur *l. ſi ſic
ſtipulatus la 2. & ibi not. Iaſ. num. 1. de verb. oblig. cum
alleg. per Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 13. per tot.* & ita ſua-
dent omnes iuris regulæ, ne actus operetur vltra inten-
tionem *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* vel diuerſum effectum
ab ea *l. legata inutiliter, & ibi Alex. ff. de l. 1. l. legata
ff. de condit.* & de quo nihil eſſe abſurdius dixit *Roman.*
13 *conſ. 499. num. 6.* ſicuti conuentio, quæ fit ad reſoluen-
dum non operatur pruductionem actionis *l. ab emptione*,
& ibi notat *Bart. ff. de pact. Iaſ. in dicta l. legata inutiliter
num. 6. ff. de leg. 1.* & ita nec ratificatio facta ad confir-
mandum poteſt econtra reſolutionem operari.

Sed quatenus attendendum eſſet inſtrumentum, in quo ad-
eſt pactum reſolutiuum, illi locum eſſe non poſſe dice-
batur; cum nihilominus lapſo tempore ratificationis
faciendæ, Canonici perſeuerauerint in contractu reci-
piendo annuam præſtationem ſcut. 500. ex qua perſe-
14 uerantia remiſſa fuit non ratificationis exceptio, & re-
C ceſſum à pacto reſolutiuo C *l. de lege 6. verſ. poſt diem ff. de
15 leg. commiſſ.* quia intelligitur ſi pars eo vti voluerit *Ruin.
conſ. 35. num. 31. lib. 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb.
reuertatur num. 10. C. de reuoc. donat* & dixit *Rota in Spo-
letana Terrarum 2. Iunij* 1599. *coram Illuſtriſſimo D.
16 Card. Millino*, quæ voluiſſe dicitur eo ipſo, quòd re-
cepit vigore contractus *l. poſt diem 7. & ibi Bald. ff. de leg.
commiſſ. & idem Bald. in l. commiſſoriæ num. 10. C. de
pact. inter empt. & vend. Rot. diuerſ. deciſ. 631. num. 4.
par. 1.*

Quia verò alia quædam pro parte RR. DD. Canonico-
rum deducebantur DD. placuit, vt de eis in alia di-
ſputatione videretur, &c.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra *in Romana de Cangijs* 25. *Iunij*
17 1621. *num. 3.* Adde quòd etiam ſi agatur ex eodem con-
tractu, qui habeat plura capita ſeparata, exceptio inob-
ſeruantiæ, ſiuè nõ adimplementi opponi nõ poteſt in capi-
te ſeparato, obſtat enim circa idem capitulum, vel conne-
xum, non autem circa diuerſum, & ſeparatum *Natt con-
ſil. 133. num. 5. Surd. conſil 101. num. 25. Cephal conſil 48.
num. 4. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 26. num. 22. & deciſ.
238. num. 2. Rota deciſ. 388. num. 3. par. 2. recent. Beltra-
min ad deciſ 761. Gregor. XV. ſub lit A* & ad *deciſ 541 num.
2.* Sicut ècontra vbi cõtractus ſunt correſpectiui, licèt ad-
ſint duo, vel plures, implementum non ſecutum reſpectu
vnius obligationis excludit aduerſarium petentem virtute
alterius obligationis correſpectiuæ, vt tradunt *Felin. in
cap. 3. num. 5. de iureiuran Gratian diſcept. forenſ cap. 853.
num. 31. & ſeq.* nam in correſpectiuis illud, quod ineſt
vni, ineſt alteri, itaut vnicus actus videatur, etiam ſi eſ-
ſent plures diuerſæ naturæ, vt benè in terminis declarat *Ro-
ta deciſ. 428. num. 6. ad med part. 1. recent.*

B Ad tranſigendum ſpeciale mandatum requiri, vel etiam
generale cum libera, *dixit Rota deciſ. 414. num. 3. & de-
ciſ. 692. num. 4. part. 2. recent.* non poteſt tamen procu-
rator, quantumuis ſpeciale habeat mandatum, vel gene-
rale cum libera, ſuper iure claro, & indubitato ſui do-
mini tranſigere, *l. ex pluribus in princ. ff de ſolut. cum
alijs per Surd. deciſ. 276. num. 2. Gregor. in terminis deciſ.
311. num. 1.*

C Quòd exceptio non adimplementi opponi non poſſit ab
eo,

Digitized by Google

eo, qui contractui acquieuit, quia videtur tacitè non implementi defectum remiſiſſe, *Aym. conſil.* 251. *num.* 8. *Surd. in ſimili deciſ* 317. *per tot Rota coram Gregor. XV. deciſ.* 75. *num.* 2. *& deciſ* 577. *num* 10. *part.* 2. *recent.* latè exornat *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 301. *& cap.* 302. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Calaguritana beneficij de Fuen mayor.

Mercurij 21. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Clauſula *dummodo non ſit alteri ius quaſitum*, ſemper cenſetur appoſita in literis Apoſtolicis expediendis. Ius quæſitum dicitur ex approbatione habita in concurſu, alijs reiectis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, *ſemper habetur pro appoſita, & apponi ſolet in literis expediendis num.* 2.

3 *Gratia non ſortitur effectum contra illum, cuius iuri derogatum non eſt, ſed ius ipſius remanet praſeruatum.*

4 *Ius in re, an & quando ex ſola oppoſitione acquiratur, & latè num.* 9.

5 *Approbatio in concurſu vitiatur ex ſubſequentibus attentatis.*

6 *Subreptitia dicitur gratia, quando non narratur id, propter quod Papa vel non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet.*

7 *Clauſula*, dummodo tempore datæ, &c. *praſeruat non ſolum ius in re, ſed etiam ius ad rem.*

8 *Clauſula*, dummodo tempore datæ præſentium, &c. *praſeruat ius canonicum & validum, non autem inualidum, & coloratum.*

DECISIO LV.

POSTQVAM 22. Aprilis 1613. corã Reuerendiſſimo D. Damaſceno fuerat in hac cauſa reſolutum, beneficium, de quo agitur, eſſe adiudicandum Andreæ, cui ſoli vigore motusproprij fel. rec. Clem. VIII. debebatur: Thomas collitigans 2. Maij eiuſdem anni illud à Sede Apoſtolica impetrauit, & cum prætenderet gratiam iuſtificaſſe, & propterea illius executionem DD. propoſito dubio, contrarium cenſuerunt.

Ratio potiſſima fuit; quia licèt non legatur in ſupplicatio-
1 ne clauſula, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*: illa tamen ſemper habetur pro appoſita, non ſolùm ex regula *de non toll. iur. quaſ.* ſed etiam de iure communi, *Felin. in cap. Capitulum num.* 16. *verſ. adducitur ratio de reſcript. Sarnen. in eadem reg. quaſt.* 1. *num.* 1. *ibique Man-*
2 *doſ. quaſt.* 2. *num.* 5. & apponi ſolet in literis expedien. *Sarnen. dicta quaſt.* 1. *in princ.* Ex quo ſequitur, non fuiſſe Andreæ præiudicatum, ſed illius ius ità præſeruatum
A A, vt gratia contra ipſum effectum ſortiri non poſſit,
3 vt in his terminis fuit dictum *in Calaguritana beneficij de Maeſtro* 24. *Nouembris* 1604. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & in Calaguritana de Furbano* 14. *Febr.* 1605. *corã bon. mem. Penia.* Quòd autem Andreæ quæſitum eſſet ius ſuper beneficio, conſtare dicebant DD. ex eo, quòd ex pluribus oppoſitoribus ad illud admiſſis ad examen, tamquam ceteras qualitates ex forma motusproprij Clem. VIII. requiſitas habentibus, ipſe ſolus fuit pro habili ad curam animarum approbatus, & ſic ceteri, inter quos Thomas, tacitè reiecti; vndè ſequebatur, ex diſpoſitione eiuſdem motusproprij, eidem præuia præſentatione, & inſtitutione beneficium conferri debuiſſe, vt reſolutum fuit 22. *Aprilis* 1613. *coram eodem D. meo Damaſc. & 13. Ianuarij præteriti coram me in hac cauſa*;
4 & ſic intrat limitatio regulariter, quòd ex ſola oppoſitione ius non acquiritur *Mohed. deciſ.* 1. *&* 34. *de praben.* quæ non procedit, quando ex fundatione, conſuetudine, aut conſtitutione aliter cauetur, vt puta deberi beneficium oppoſitori habenti qualitates requiſitas, & magis idoneo reperto, *Caſſad. deciſ.* 18. *num.* 5. *de praben. Sarnen. reg. de iur. quaſ. non toll. quaſt.* 1. *num.* 10. *verſ. nam per illam ſolam, Put. deciſ.* 252. *in nou. impreſſ. lib.* 3. & deciſũ fuit *in Toletana Scholaſtria* 22. *Maij* 1592. *coram Orano, in d. Calagur. de Furbano coram bon. mem. Penia, in Calaguritana beneficij de Ocon.* 16. *Iunij* 1603. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & in Gerunden.*
B *beneſ.* 2. *Decemb.* 1605. *corã Reuerendiſſimo Damaſceno.* B
Et ſic non facit, quòd præſentatio, & alia in Andreæ fauorem ſubſequuta fuerint declarata attentata *coram bon. mem. Penia* 12. *Febr.* 1612. cum ex ſola approbatione, præcedente appellatione fuerit in hoc caſu ius quæſitum, ex prædictis: quæ relatio, & approbatio non po-
5 tuit ex ſubſequentibus attentatis vitiari, *vt dixit Rota in præalleg. deciſ. Reuerendiſſimi Damaſceni in hac cauſa.* Quòd eò magis in præſenti caſu firmarunt DD. quia Thomas non narrauit Sanctiſſimo, quòd iam Rota reſoluerat, beneficium deberi aduerſario, eidemque eſſe adiudicandum: imò ſolum expreſſit, fuiſſe per Rotam declaratam attentatam prouiſionem Andreæ, cum inde ſequutis; & ſic gratia videbatur ſubreptitia; quia ſi ſic
6 expreſſiſſet, aut non conceſſiſſet, aut difficiliùs *cap. ſuper literis, vbi not. de reſcript. cum ſimil.* & in his terminis *Put. d. deciſ.* 252. *in fin. lib.* 3. Deductis verò circa nullitatem examinis, & relationis examinatorum viſum fuit DD. ſufficienter ſatisfactum in alia deciſione 13. *Ianuarij præteriti coram me.*

Et ita DD. vtraque parte informante reſoluerunt.

ANNOTATIO.

A Clauſula, *Dummodo tempore data praſentium non ſit alteri ius quaſitum*, præſeruat non ſolùm ius in re, ſed etiam
7 ius ad rem *Rota deciſ* 253. *num.* 1. *part.* 2. *recent & coram bon. mem. Cardinali Caualerio in Mediolanen. beneficij* 17. *Decembris* 1612 *quæ eſt deciſ.* 231. *num.* 4. *inter eius impreſſ. Seraphin. deciſ.* 1274. *num.* 3. *Mareſcott variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 172. *&* 173. cum alijs pluribus relatis *à Barboſ. in tract. de clauſul. clauſ.* 44. *num.* 3. *ſecundùm*
8 *Lugdunen impreſſ.* intelligitur autem de iure canonico, & valido, non autem de inualido, & colorato *Seraphin. deciſ* 1494. *num.* 4. *Rota deciſ* 572. *num.* 6. *part* 1. *recent. & deciſ* 504. *num.* 3. *& deciſ* 634. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* cum alijs *per Barboſ loco cit. num* 10. apud quem plura de vi, & effectibus huius clauſulæ; & quòd faciat executorem mixtum, fuit dictum infra *in Cuſentina beneficij* 1. *Iulij* 1622. *num.* 3. vbi vide quæ notaui.
B De iure ad rem conſiderabili, quòd acquiritur ex ſola ap-
9 poſitione, latè *Garc. de beneſic. part.* 4. *cap.* 3. *à num.* 61. *Gonzal. ad reg.* 8 *Cancellar Gloſſ.* 9. *à num.* 88. *vſq. ad* 96. *& infra in Regien. Cappellania* 17. *Nouembris* 1623. *& in Bononien. de Maletis* 11. *Decembris eiuſdem anni.*
Et quòd ex ſola oppoſitione etiam abſque præſentatione acquiratur ius ad rem conſiderabile, adeò, quòd per clauſulam, *Dummodo de tempore data praſentium, &c.* cenſeatur præſeruatum, quando in fundatione vocatur proxi-

mior

mior ad iuſpatronatus, vltrà allegatos in deciſione tradit
Gonzalez loco cit. ſub num. 94. verſ pariter quoque. Seraphin deciſ 1403. num. 3. & fuit dictum in Barchinonen. tertij beneficij Sanctæ Theclæ 27. Ianuarij 1613. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. Quod eſt intelligen-
10 dum, vt procedat, quando qualitates fundationis vni tantùm conuenirent, aut eſſet vnicus oppoſitor, qui neceſſariò eligi, ſeu præſentari deberet: ſecus vbi plures concurrere poſſent ad recipien. præſentationem de eodem genere, quia hoc caſu ſemper eſt neceſſaria præſentatio *Caſſador. deciſ 18. num. 1. de præbend.* & fuit dictum in *Barchinonen. beneficij 2. Maij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano*; & idem procedit in oppoſitionibus factis ad beneficia, quæ debentur habentibus certas qualitates à ſtatuto, vel conſuetudine requiſitas, vt tradunt *Garc. d. cap. 3. num. 71. Gonzal. d. §. 5 num. 92. & 93.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Domus.

Veneris 23. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Peritorum in electione an ſit citanda pars; & quid ſit faciendum, ſi tertius peritus cum nemine ex alijs duobus concordet.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, vel præſentia partis requiritur in æſtimatione à peritis facienda, etiam ſi periti à partibus extraiudicialiter electi ſint num. 3.*
2 *Cognitio etiam extraiudicialis ſinè partium præſentia haberi nequit.*
4 *Periti ſunt loco arbitrorum, & ideo debent partes monere, & ab eis informationem capere.*
5 *Peritus tertius ſi diſcordet ab alijs, nulli ſtatur, ſed deueniendum eſt ad electionem aliorum, & quando procedat. num. 8.*
6 *Peritis duobus concordantibus magis creditur, quàm tertio diſcordanti.*
7 *Periti relatio erronea retractari debet.*

DECISIO LVI.

AESTIMATIONEM domus, de qua agitur, non eſſe ritè factam, reſponderunt DD. quia facta fuit à tertio perito, abſque citatione, vel præſentia Gregnæ, prout omnino requirebatur, cum potuiſſet illum trahere
1 in diuerſam ſententiam, iuxta doctrinam *Bart.* communiter receptam *in l. Theompompus num. 9. verſ. quando ſtatur eius declarationi ff. de dot. præleg. in l. qui bona §. fin. num. 2. verſ. ſed ante ff. de damn. infect.* aduertens, id poni debere in actis, ne aliàs proceſſus periclitetur *Felin. in cap. veniens il 1. num. 20. verſ. adde etiam de teſtam. Cagnol. in l. 2. num. 260. verſ. ſecundò nota C. de reſcind. vendit. facit text. in l. 3. C. fin. regund.* Quæ ex eadem ratione, & quia cognitio etiam
2 extraiudicialis ſinè partium præſentia haberi nequit *l.*
3 *fin. C. ſi per vim, vel alio modo*, procedit etiam ſi periti ex-
A traiudicialiter à partibus electi ſint A, *Creſcen. deciſ. 2. de arbitr. Alex. conſ. 33. num. 9. lib. 6. Aldobr. conſ. 59.*
4 *num. 6. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 13. num. 5. in 9.*
B *concluſ. verſ. idem ipſe*. Sunt enim loco arbitrorum B, & ideo debent partes monere, & requirere, & ab eis informationem capere, *Salyc. in l. fin. num. 10. verſ. quid dicendum, C. de contrahen. empt.* Accedit, quòd æſtimatio tertij diſcordat ab alijs duabus præcedentibus,
5 cum tamen alteram ex illis approbare debuiſſet: quo fit, vt nulli ſtetur, ſed deueniendum ſit ad electionem
C aliorum C, *Salycet. in l. hac edictali §. his illud num. 10. verſ. concludo igitur, C. de ſecundis nuptijs, Gabr. conſ. 168. num. 106. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 335. num. 11. verſ. hæc ſunt lib. 3.* Tandem conſtat de errore eiuſdem periti circa menſuram parietum in cannis 200. ex quo ipſe retulit, parietem eſſe cannarum 800. cum alij duo concordent, eſſe cannarum mille, & vltra, quibus propte-
6 rea magis creditur, quàm tertio diſcordanti *cap. 1. de arbitr. in 6. Soccin. conſ. 54. num. 1. lib. 1. Cephal. conſ. 540. num. 88.* Et conſequenter eius relatio etiam tan-
7 quam erronea deberet retractari ex doctrina *Barth. in l. 2. num. 7. & 10. C. de iur. Fiſci lib. 10.*
Et ita vna tantùm parte informante reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Vide infrà in hac eadem cauſa 4. Iulij an, & quando requiratur citatio pro declaratione Arbitratoris extraiudicialiter procedentis.
B *Gabr. conſ 178. num 104 lib. 1. Surd. conſ. 452. num. 30. lib. 3. Gratian diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 263. num. 20. & cap. 600. num. 25.*
C Hanc deciſionem ſequuta eſt Rota *in Romana pecuniaria 18. Apr. 1616. coram bon. mem. Vbaldo, & in Nepeſina laudi 15. Ianuarij 1620. coram bon. mem.* Cardinali *Caualerio quæ eſt inter eius impreſſas 527. num. 2.* & concordat *Surd. d. conſ. 452. num. 66. per text. in cap. legitima ibi*, cum quo ambo, vel alter eorum, *de appell. in 6. & in cap. ſuſpicionis in princ. ibi*, cum quo duo, vel alter eorum,
8 *de offic deleg.* & licet contrarium ſentire videatur *Gloſſ. in l. item ſi vnus. §. principaliter, in verb. auctoritati in fine ff de arbitr.* cum alijs per *Rot. deciſ. 294. ſub num 2. & deciſ. 354 num. 1. part 1. recent.* tamen iſta deciſio D. mei cum alijs ſupra relatis procedent in tertio electo de partium voluntate, in quibus terminis loqui videntur, aliæ verò, quando tertius fuit aſſumptus ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel cogente iudice; & ità diſtinguendo tradit *Gabr. de arbitr. concluſ 1. num. 1. & 4. & Surd. d. conſil. 352. num. 59. & ſeqq.* qui *num. 65.* ſubdit, tertio ſic electo ſtandum eſſe, quando alij ſuum votum non retulerunt, ſed eo relato, cogitur tertius adhærere ſententiæ alterius ex duobus, nec aliter iudicare poteſt, ſecundùm *Cardin. in d. cap. ſuſpicionis*, qui dicit, eſſe notandum, & vidiſſe de facto.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana de Panzanis.

Mercurij 28. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Filius ceſſionarius creditorum anteriorum patris an ſit præferendus creditoribus poſterioribus ipſius patris.

SVMMARIVM.

1. *Ceſſionarius cedentem repræſentat.*
2 *Pater habet vſumfructum in bonis maternis filij.*
3 *Bona materna filiorum vendi poſſunt, patre conſentiente.*

4 *Filius,*

4 *Filius, qui ſe obligauit creditori patris, poteſt ab eo ceſ-*
ſionem reportare, quando vtilitas negotij, pro quo ſe obli-
gauit, peruenit ad patrem.
5 *Cenſus ad extinctionem agere non poteſt illius dominus,*
quamuis debitor eſſet decoctus.
6 *Ceſſionario obſtat exceptio, quæ obſtat cedenti. Declara pro-*
cedere in exceptionibus circa rem num. 7.
8 *Exceptio compenſationis, quæ opponi poterat contra ceden-*
tem, an ſuffragetur contra ceſſionarium, remiſſiuè.

DECISIO LVII.

RESOLVTVM fuit pro anteriori-
tate Tiberij ceſſionarij Anibalis Quer
ti; non enim controuertuntur credita
d. Anibalis cum Matthæo patre Ti-
berij pro releuatione eius indemnita-
tis, ratione duorum cenſuum ſcutorũ
1500. pro ſorte, & duarum ſocietatũ
officij ſcutorum 450. ſub recognitione bonæ fidei dicti
Matthæi, quæ apparent anteriora credito Caualcanti-
ni, & Bonanni ſcutorum 1800. ſub die 20. Septembris
1602. Neque controuertitur ceſſio facta per Anibalem
ad fauorem Tiberij 2. Maij 1613. in venditione virida-
rij, & palatij ad Thermas facta dicto Anibali pro ſcutis
800. in diminutionem pretij: quod viridarium, & pa-
latium ſpectabant Tiberio tanquam electa pro dote ma-
terna, vigore tranſactionis initæ inter ipſum, & alios
creditores cum Matthæo 13. Septembris 1605. Ex qui-
1 bus ſequebatur, ipſum vti ceſſionarium, qui cedentem
repræſentabat, habere intentionem fundatam contra
Caualcantinum, & Bonannum, qui bona pro eorum
credito electa prioribus, & potioribus reſtituere pro-
miſerunt. Non obſtat, quòd fructus dd. viridarij, &
palatij ſpectarent ad creditores Matthæi, qui dum viue-
2 bat erat illorum vſufructuarius, tàm de iure *l. 1. C. de*
bon. mater. quàm vigore concordiæ. Quia ſunt priùs
tàm de iure iuxta *l. fin. §. ipſum autem*, C. *de bon. qua lib.*
quàm ex eadem concordia, deducenda alimenta Tibe-
rij, & ſororis, quæ veriſimiliter poſſunt fructus dd. bo-
norum excedere. Et bona prædicta, in quibus pater
3 habebat vſumfructum, potuerunt vendi, patre conſen-
tiente *Gloſ. in d. l. fin. §. filijs autem, verb. voluntate*, C. *de*
bon. quæ lib. quam Bald. num. 1. verſ. ſi autem filius, An-
gel. num. 3. Caſtren. num. 5. Cyn. verſ. tertiò poteſt quæ-
ri, Salycet. num. 25. & probat tex. ibi à contrario ſenſu.
Nec dici poteſt, Tiberium ſatisfeciſſe propriæ obliga-
tioni de anno 1609. ad fauorem Querri factæ, ideoque
4 non potuiſſe ceſſionem reportare. Quia cum vtilitas
negocij, pro quo ſe obligauit, peruenerit ad patrem, po-
tuit ceſſionem tanquam in effectu fideiuſſor reportare
iuxta *gloſſ.* communiter receptam in *Auth. de fideiuſſ. in*
princip. verb. fideiuſſorem. verſ. item quod ſi principaliter.
Reſpectu autem veræ ſortis cenſuum ſolutæ à Tiberio,
5 mediante excomputatione pretij facta Anibali emptori
viridarij, & domorum, vt illos in ſe accollaret, dice-
bant Domini, agi non poſſe, quia nec Anibal agere de
iure potuiſſet pro extinctione cenſuum, quamuis debi-
tor eſſet decoctus, vt fuit reſolutum in *Romana cenſus*
27. Ianuarij 1602. coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſce-
A *no.* A Quia verò opponebatur, Anibalem in inſtrumẽ-
to concordiæ elegiſſe pro ſuis creditis creditum quod-
dam Matthæi cum Domino Marchione de Maximis,
quo caſu ſicuti non licuiſſet Anibali agere contra po-
ſteriores, cum, prout ex forma eiuſdem tranſactionis,
docere deberet, creditum non eſſe verum, vel exigibi-
B le, ita nec Tiberio eius ceſſionario B, cui obſtat ex-
6 ceptio, quæ obſtat cedenti *ad l. non omnibus §. non de-*
beo, ff. de regul. iur. cum vulgar. Ex aduerſo autem dice-
batur, electionem fuiſſe pro alijs creditis, DD. reſerua-
runt hoc particulariter videndum.

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione allegata dictum fuit *in Romana de*
Luraghis 27. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Cardinali
Caualerio, quæ eſt deciſio 527. num. 1. inter eius impreſſ.
B Ceſſionario obſtant omnia, quæ obſtant cedenti *Gabr.*
conſ. 155. num. 1. lib. 1 Surd conſil. 4 num. 7 & conſ. 333.
num. 15. & ſeq. Gregor. deciſ. 121. num. 3. & ibi *Adden.*
lit. A, quod eſt intelligendum quoad exceptiones reſpicien-
7 tes rem, non autem quoad exceptiones reſpicientes per-
ſonam *Soccin Iun conſ. 74. num. 7 lib. 3 Aretin. conſil. 16.*
in fine, quos refert, & ſequitur *Seraphin deciſ. 512. num.*
1. an autem exceptio compenſationis, quæ opponi pote-
8 rat contra cedentem, opponi etiam poſſit contra ceſſio-
narium, videantur *Theſaur. deciſ. 221. Ladercb. Imol. con-*
ſil. 109. & conſ. 164. Gratian diſcept. forenſ. cap. 356.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria.

Lunæ 2. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Peritis duobus electis diſcordibus tertius eligi-
tur. Quando ſunt plures ſocij vnius nego-
tij, non poteſt vnus ſolus compelli ad reſti-
tuendas pecunias per ipſum acceptas, niſi
computis ſolidatis.

SVMMARIVM.

1 *Peritis duobus electis diſcordibus, ad electionem tertij de-*
ueniendum eſt.
2 *Socij quando ex ſocietate ſinguli pecunias acceperunt, non*
poteſt vnus ſolus ad reddendas pecunias per ipſum acceptas
condemnari, ſed facienda ſunt computa.
3 *Socius, qui ex ſocietate pecunias recepit, ad certæ ſummæ*
reſtitutionem compelli nequit, niſi computis ſolidatis.
4 *Socij plures quandò omnes adminiſtrarunt, vnus priùs*
quam alter ad adminiſtrationis rationem reddendam cogi
non poteſt.
5 *Mercatorum cauſa de bono, & æquo, & ſola facti verita-*
te inſpecta cognoſci, & terminari poſſunt, & ideo inter
eos non attenditur quid petitum, ſed quid probatum fue-
rit num. 6.
6 *Summariè vbi agitur, non quid petitum, ſed quid proba-*
tum fuerit attenditur.

DECISIO LVIII.

DISSOLVTA de anno 1599. ſocie-
tate, ad quam D. Camillus Palagius
fuerat ab olim D. Alexandro Dono de
anno 1590. in ſocium aſſumptus, &
anno 1596. cum maiori participatione
confirmatus; prætendens D. Palagius
ratam vtilium ad ipſum ſpectantem,
egit coram A. C. pro electione communium amicorum
iuxta formam capitulorum anni 1596. ad effectum vi-
dendi computa ſocietatis prædictæ, & verſa vice DD.
de Donis hæredes Alexandri contra Palagium ad ratio- 3
nem

nem adminiſtrationis reddendam, ac in primis reponendom in eorum baneo plures pecuniarum ſummas ab ipſo habitas. Cumq. R. P. D. Ginettus in eauſa, & cauſis prædictis ab A. C. deputatus mandaſſet, ſinè præiudicio quorumcunque iurium partium, eligi peritos, & illi in relatione longè diſeordaſſent. Dubitatum fuit, an eſſet locus electioni tertij. Et Rota affirmatiuè reſpondit: quia firma, & paſſim obſeruata eſt eonclusio, in di-
1 ſeordia duorum ad electionem tertij deueniendum eſſe, *l. item ſi vnus, §. pen. ff. de recep. arbit. eap. innotuit, eod. tit. & vtrobique Doctor.* Non obſtat prætenſio DD. de Donis, quòd Palagius debeat ante omnia reſtituere pecunias ab ipſo extractas. Quia pro reſponſione dieebant DD. etiam Donos peeunias habuiſſe ex negotio,
2 ita vt faeienda ſint eomputa, vt videatur, quis debeat reſundere, *Caſtr. conſ. 126. circa med. verſ. ſi tamen ad manus lib.* 2. & ab omnibus reddenda ſit ratio, nee interim poſſit vnus eondemnari, *Angel. conſ. 286. col. 2. verſic. & ſi inter dictos, Rimin. Sen. conſ. 300. num. 53. & 54. vol. 2. Soccin. Sen. conſ. 24. num. 36. verſ. hic enim ſi vnus, lib. 1. Rota Ian. deciſ. 29. num. 3.* Et vlteriùs Palagium non poſſe ad certæ ſummæ reſtitutionem eom-
3 pelli, niſi computis ſolidatis, ex quibus poteſt etiam creditor remanere, vt ex *l. de illo, ff. pro ſoc. Bald. in conſ. 463. num. 4. verſ. quarta ratio, lib. 1. Anchar. conſ. 235. ſub num. 1. verſ. præterea, Alexand. conſ. 192. num. 2. & 3. lib. 7. Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 1. num. 37. Aym conſ. 231. num. 16. verſ. vndecimò conſidero, & conſil. 275. num. 43. verſ. tertiò principaliter, Purpur. conſ. 339. num. 2. verſ. tamen, lib. 1. Cephal. conſil. 768. num. 14. & conſ. ſeq. num. 11. lib. 5. Munnoz. de Eſcobar. de ratiocin. eap. 21. à num. 12.* vbi alios refert ad *num. 22.* vbi hane opinionem dieit magis rationi, & æquitati conſentaneam, melioribusq. fundamentis ſulcitam, ac in Senatu Pintiano frequentiſſimè obſeruatam, quam probauit Rota in illa *Aſſiſien. pecuniaria coram Reuerendiſſ. Lugdunen.* quod in pecunia admittit, licèt contrarium velit quo ad bona per adminiſtratorem inuentariata, aliaq. functionem in genere ſuo non recipientia, *Surd. deciſ. 184. num. 2. & num. 12. verſ. non reſiſtunt,* vbi ita opiniones conciliare videtur.

Neque etiam obſtat, quod dieebatur, Palagium debere ſaltem priùs rationem reddere, cum haberet negocij complementum. Quia hae ratione dixerunt DD. tertium, ſeu peritum eſſe eligendum quo ad omnia hinc inde, ita vt videantur quæcunque eomputa adminiſtratorum. & geſtorum per quemlibet, necnon lucra, & alia quæcunque neceſſaria, ex quibus nihil ſupererit pro
4 ſufficienti redditione rationis, quàm reſtitutio reliquatus *l. eum ſeruus 81. verſ. nam non vtique, ff. de condit. & demonſtrat.* Et quo ad omnes, cum iſtud ſit vnicum negocium, & rationes ſint eonnexæ *Rimin. Sen. d. conſil. 300. num. 55.* & faciunt tradita *in Romana Laudi 28. Iunij præteritis coram me.*

Et eò faciliùs in hanc ſententiam venerunt DD. cum aga-
A tur cauſa inter mercatores, A & coram A. C. habente
5 facultatem procedendi inter illos ex bono, & æquo, & ſola facti veritate inſpecta, quæ benè haberi poterit eligendo tertium, ſeo peritum, etiam quò ad omnia hinc inde prætenſa, & quò ad omnes; prout ita reſolutum.

ANNOTATIO.

A Quòd inter mercatores de bono, & æquo, & ſummariè procedatur. nec attendantur ſolemnitates iuris, *fuit dictum infra in Romana participationis 15 Decẽbris 1614.* & præter ibi allegatos tradunt *Boer. deciſ. 221. num 15.*
6 *Gayll. obſeruat. 27. num. 27. lib. 2.* & ideo inter eos non attenditur quid fuerit petitum, ſed quod probatum fuit, *Rota in Anconitana pecuniaria 13. Februarij 1609. coram Cardinali Sacrato*, quæ eſt *deciſ. 268. num. 6. poſt Farinac. tom. 2. conſil.* quod procedit ſemper vbi agitur ſummariè,
7 vt tradunt *Ruin conſil. 5. num. 12. lib. 4. Pariſ conſil. 131. num. 14. lib. 1. Surd deciſ. 284. num. 14. & conſ. 12. num. 74. Caputaq. deciſ. 126. part. 3. Rota deciſ. 611. num. 5. part. 1. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Boianen. beneficij.

Veneris 6. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Attentata lite pendente, aut pendente termino ad appellandum, an & quando ſint reuocanda: & quando litigioſi vitiũ inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta per procuratorem operatur, ac ſi eſſet capta per principalem.*
2 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit ad concedendam manutentionem, quando poſſeſſio eſt vacans.*
3 *Manutentio datur priùs poſſidenti, & num. 6.*
4 *Poſſeſſio, capta pendente termino ad appellandum, nullius eſt roboris, tanquàm attentata.*
5 *Attentata licèt, deſerta appellatione, non reuocentur per viam attentatorum reuocantur per viam nullitatis.*
7 *Contumax verus auditur ex obſeruantia Rotæ, ſi appellauerit intra decendium à die latæ ſententiæ.*
8 *Citatus in alieno territorio non dicitur verus contumax, niſi quo ad effectum dandi immiſſionem in poſſeſſionem beneficij, ſecus quo ad alios effectus contumaciæ.*
9 *Sententia lata à Iudice appellationis eſt nulla, ſi feratur contra ſententiam latam in prima inſtantia, illa non reuocata, ſi de ea fuit oppoſitum in actis, num. 18.*
10 *Poſſeſſio capta à prouiſo per obitum vnius ex duobus colligantibus, lite adhuc pendente, eſt attentata.*
11 *Litigioſi vitium non inducitur per litem in ſummariſſimo poſſeſſorio, nec impeditur Ordinarius, quin conferat.*
12 *Litigioſi vitium non inducitur in cauſa beneficij, in qua non agitur principaliter, cuius eſſet beneficium, ſed tantùm agitur de iure præſentandi inter patronos.*
13 *Litigioſum non remanet beneficium, quando lis, cuius ſit beneficium, non eſt principalis, ſed incidens.*
14 *Actus factus lite pendente ab ignorante litem non dicitur attentatus.*
15 *Mandatum ſpeciale licèt requiratur ad capiendã poſſeſſionem beneficij, nec ſufficiat, procuratorem eſſe coniunctum, non tamen illud requiritur in induendo.*
16 *Poſſeſſio ſinè mandato acquiſita, poteſt ratificari.*
17 *Decendium ad appellandum currit à tempore ſcientiæ, vbi quis perſonaliter citatus non fuit.*

DECISIO LIX.

DIXERVNT DD. manutentionem dandam Paulo Claudio, qui vti prouiſus ab Ordinario per obitum Caroli de Niuerſa vltimi poſſeſſoris de mẽſe Septembris 1612. defuncti, mediante ſpeciali procuratore 12. eiuſdem menſis
A conſtituto A, poſſeſſionem adeptus fuit, vt ex inſtrumento 13. Martij 1613. quæ idem operatur, ac ſi

per

1 per ipſum Paulum capta fuiſſet ad *l. 1. §. per procuratorem, & l. communis ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ.* & licèt
2 inſtrumentalis ſufficit, cum poſſeſſio eſſet vacans, ad vulgarem *l. prædia*, & ibi *not. Gloſſ. & Doct. ff. eodem*, & quotidie in Rota practicatur; & tanquam anterior
3 poſſeſſione Caraccioli eſt præferenda *cap. licèt cauſam, cum ibi not. de reſcript.*

Non obſtat, quòd Caracciolus vel præſentatus fuerit immiſſus in vim ſententiæ Metropolitani, latæ citato Paulo, & ideò videatur amiſſa poſſeſſio, & quæſita Caracciolo ad *l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.* quia cum fuerit capta poſſeſſio, pendente termino ad appellandum,
4 nullius eſt roboris tanquam attentata, *cap. non ſolùm, de appellat. in 6.* Et licèt non fuerit intra decemdium ap-
5 pellatum, reuocatur tamen per viam nullitatis, licèt non per viam attentatorum, vt Rota paſsim ſeruat, teſte *Caſ. de Graſſ. decif. 2. num. 4. & 5. de appell.* qui ita deciſum refert in *Calaguritana beneficij del Burgo 7. Maij 1574. coram bon. mem. Cardinali Seraph. inter impreſſ. diuerſ. 406. num. 3. par. 1. Put. deciſ. 2. in fin. in nou.*
6 *impreſſ. lib. 1.* & datur priùs poſſidenti manutentio, vt fuit dictum in *Ferrarien. bonorum de Taſsonis 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio.* Nec dicatur, Paulum, Claudium vel perſonaliter peremptoriè citatum dici verum contumacem, & ſic appellare non poſſe, vel ſaltem ex obſeruantia Rotæ, niſi appellauerit
7 intra decemdium à die ſententiæ, *Felin. in cap. quod ad conſultationem num. 28. de ſenten. & re iudic. Veſtr. in*
B *prax. lib. 7. cap. 3. num. 21.* B Quia cum fuerit citatus
8 in ciuitate Neapolis, & ſic in alieno territorio, non videbatur contumax, niſi quo ad effectum, vt poſſet dari immiſsio in poſſeſsionem beneficij, non autem quo ad alios effectus contumaciæ *Socein. in cap. ſanè num. 14. de for. compet.* Vltra quòd ſententia poteſt etiam dici nulla, tanquam lata à Iudice appellationis, contra ſen-
9 tentiam latam in prima inſtantia, non ſolùm illa non reuocata, ſed nec de ea facta mentione, *Caſſad. deciſ. 1. num. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* & tenuit Rota in *Pe-*
C *ruſina dotis 9. Aprilis 1607. coram bon. mem. Penia.* C

Minùs obſtat, quòd etiam poſſeſſio Pauli fuerit attentata,
10 ſtante lite de anno 1607. inter prætenſos patronos, & appellatione à ſententia Ordinarij per Landulphum vnum ex præſentatis coram Metropolitano introducta, ad text. *in cap. 2. vt lite pendente in 6. & in clem. 1. eodem tit.* & vtrobique Doct. Nam pro reſponſione dicebatur, non conſtare, litem prædictam fuiſſe talem, ex qua beneficium fuerit effectum litigioſum, imò decretum
11 Ordinarij fuit in ſummariſſimo poſſeſſorio, & ſic non potuit induci vitium litigioſi *Alber. in authen. litigioſa num. 1. in fin. & ibi Bald. & Angel. in princip. C. de litig. Caſſad. deciſ. 6. num. 2. de reſcript.* Neque impediri Ordinarius, quin conferret *Caſſad. deciſ. 4. in princ. vt lit. pend. Franch. in cap. 2. in 2. & 3. notab. eodem tit. in 6. Mandoſ. in reg. 27. de ſubrog. quæſt. 13. num. 4. verſ. & quòd beneficium,* de communi, *Lancellott. de attent. par.*
D *1. cap. 3. num. 94. 95. & 135.* D Neque in omnem caſum conſtare videbatur, actum fuiſſe principaliter in
12 ea lite, cuius eſſet beneficium: quia erat ſuper iure præſentandi inter patronos, quæ non facit beneficium litigioſum. Et licèt deinde prætendatur etiam inter præſentatos litigatum ſuper titulo, non tamen conſtat, vt dixi, hoc fuiſſe principaliter. Quòd ſi fuit incidenter,
13 beneficium non remanſit litigioſum, *Arobid. in d. cap. 2. in verb. litigatur,* vbi *Franch. num. 3. vt lit. pend.* de com-
E muni, *Lancell. d. cap. 3. num. 113.* E Quæ erunt pleniùs diſcutienda, vbi agetur de gratia Veterani, qui beneficium ex hoc capite litis à Sede Apoſtolica impetrauit; interim verò non deneganda manutentio Paulo.

Nec etiam viſa fuit attentata collatio Ordinarij ex eo, quòd fuerit facta 15. Septembris 1606. cum tamen die duodecima præceſſiſſet præſentatio Caraccioli coram Vicario, qui mandauerat apponi edicta; quia collatio facta fuit ab Epiſcopo in Vrbe commorante, quem non conſtat habuiſſe notitiam præſentationis, & decre-
14 ti, prout dicitur, actum factum lite pendente ab ignorante litem non eſſe attentatum, latè *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 27.*

Et ita omnibus informantibus concluſum fuit.

ANNOTATIO.

A Licèt mandatum ſpeciale requiratur ad capien. poſſeſſionem beneficij, vt etiam firmatur infrà in *Mindonien. Canonicatus 26. Nouembris 1616. num. 10.* & in alijs, nec ſufficiat, procuratorem eſſe fratrem, vel coniunctam perſonam *Seraph deciſ. 1165. num. 5.* & fuit dictum *in Iadren. Canonicatus 5. Iunij 1621.* & in *Vaſionen Cappellania 23 Maij*
15 *1625. coram bon. mem. Vbaldo*, non tamen illud requiritur in indiuiduo, ſed ſufficit ad accipien. poſſeſſionem quorumcunque beneficiorum *Alex. in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. poſſ Ferret. conſ 820 num 12. in fin. lib. 1. Rota in Auerſana beneficij 1. Iunij 1620. coram bon mem. Vbaldo*, & fuit dictum infra in *Murana beneficij ſeu præſtimoniorum 26. Iunij 1617. coram D. meo num. 4* Poteſt
16 tamen poſſeſſio beneficij ſinè mandato acquiſita ratificari, *Greg. deciſ. 50. num 4.*

B Adde *Gratian diſcept. forenſ cap. 164. & Scacc. de appell.*
17 *quæſt. 12 num. 9. Emanuel Barboſ in comment ad ordinat. reg. Luſitan. lib. 3. tit. 70. de appell. à definit ſentent. in princ. num. 29.* aliàs enim vbi ſcilicet non fuit perſonaliter citatus, ac proinde verus contumax nō dicitur, decemdiū ad appellandum currit à tempore ſcientiæ ſecundùm *Gloſ. verb. ſciuerit in cap. concertationi, de appell lib. 6. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſ 10. num. 104. Menoch conſ 120. num. 4. & Scacc. d. quæſt 12. num 7. Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de appell. reſol. 4. num. 3. & reſolut. 6. num. 3. Emanuel Barboſ citat. loco num. 18.*

C Adde *Hier. Gabr. conſ 54. num. 8. lib. 1. Rot in Fauentina ſucceſsionis 20. Iunij 1608. coram bon. mem. Cardinali Caualerio in princip.* vbi declarat, id non procedere, vbi non conſtiterit in actis fuiſſe oppoſitum de ſententia lata in partibus ex *Gabr. loco citato, & Pedemont. deciſ. 1. num. 40.*

D Hanc deciſionem ſequuta eſt Rota *in Cordubem. præſtimonij 11. April. 1622. coram R. P. D. meo Nauarro* latè *Gonz. ſuper reg. 8. §. 7. procem. num. 29. Pariſ de reſign. lib. 1. quæſt. 3. num. 52. & ſeq. Curt. Iun.* de communi *conſ. 165. num. 5. Ferrett. conſ 12. num 4.* qui pariter de communi teſtatur *ſanct. mem. Greg. deciſ. 335. num. 5. 8. & 9.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana bonorum.

Lunæ 9. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur habenti poſſeſſionem, quæ probatur ex ſolutionibus penſionum, & fructuum cenſuum, ab Inquilinis, & cenſuarijs reſpectiuè receptis, etiam contra tertium, maximè concurrente locatione.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones penſionum domorum, & fructuum, cenſuum ab inquilinis & cenſuarijs reſpectiuè receptorum probant poſſeſſionem etiam contra tertium.*
2 *Præſertim concurrente locatione.*
3 *Et maximè contra non poſſidentem.*
4 *Solutio vnica fructuum cenſus conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi.*
5 *Tutrix ad commodum pupillorum poſſidet.*
6 *Quietantiæ factæ cenſuarijs, & inquilinis probant ſolutiones, concurrentibus adminiculis.*
7 *Adminiculum facit ad probandas ſolutiones penſionum domorum, quando inquilini deponunt de vera ſolutione.*
8 *Relationi periti ſtandum eſt in præiudicium eius, qui illum adhibuit.*
9 *Et eò magis dum expreſſè approbauit relationem.*
10 *Poſſeſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato ab immiſſo à iudice nulliter, & iniuſtè procedente, poteſt petere in primis manutentionem.*
11 *Immiſſus ex primo decreto non poſſidet.*
12 *Detentatio acquiritur ex primo decreto, pro qua datur manutentio ex Iudicis officio.*
13 *Solutio vnica, etiam facta metu mandati, vel cenſurarum, ſi de eis non fuit proteſtatum, ſufficit pro manutentione.*
14 *Solutio partis termini ſufficit ad obtinenendam manutentionem, quia in dubio ex poſſeſſione partis infertur ad poſſeſſionem totius, niſi appareat de contrario animo ſoluentis.*

DECISIO LX.

FIRMARVNT DD. manutentionem dandam eſſe Tancredis, de quorum poſſeſſione conſtare videbatur ex
1 ſolutionibus penſionum domorum,
& fructuum cenſuum ab inquilinis, &
cenſuarijs reſpectiuè receptis, quæ
probant poſſeſſionem, etiam contra
tertium *Bart. in l. quamuis, §. ſi conductor num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Lanfranch. in cap. quoniam contra num. 412.*
A *de probat.* A concurrente præſertim locatione, de qua
2 deponunt inquilini *Lanfranch. ibid. Menoch. de retin. re-*
3 *med. 3. num.* 572. maximè contra Dianam non poſſidentem, *Menoch. ibi num.* 574. & quoad fructus cenſus,
4 vnica etiã ſolutio in quaſi poſſeſſione conſtituebat. *Rom. conſ. 311. num. 7. Rip. in cap. cũ Eccleſia Sutrina num. 53. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Rot. diuerſ. deciſ. 196. num. 2. par. 1. & in Romana cenſus 4. Martij 1611. coram bon.*
B *mem. Penia.* B De ſolutionibus autem apparet ex quie-
5 tantijs factis à tutrice, quæ ad commodum filiorum
poſſidet *Seraph. deciſ.* 80. per inquilinos, & cenſuarios
monitos à Iudice compulſore exhibitis, & cum iuramento recognitis, & ſic antidatæ ſuſpicione carentibus,
6 quæ probant ſolutionem, concurrentibus adminiculis,
Ruin. conſ. 142. num. 3. & 4. lib. 1. Natt. conſ. 543. num. 10. Rota. deciſ. 547. num. 5. par. 2. diuerſ. quæ admini-
7 cula concurrunt tàm ex eo, quòd inquilini deponunt
de vera ſolutione *l. Lucius Titius 27. §. tutelæ, vbi Bart. ff. de adminiſtrat. tut. Natt. d. conſ. 542. num. 14.* quàm ex
confeſſione iudiciali olim Petri, dum in actis petijt à Tãcredis poſſeſſiones, & fructus cenſuum à die 8. Iulij
1598. reintegrationis Marij, vſque ad diem 14. Auguſti 1603. reintegrationis ipſius Petri, ſuper quo obtinuit etiam eligi calculatorem, qui retulit Tancredos
debitores dd. penſionum, & fructuum pro dicto tempore, tanquam exactorum per ipſos, cui, licèt ſolus eſſet,
8 ſtari debet in præiudicium Petri, qui illum adhibuit, *Alciat. in l. 1. §. fin. num. 5. in fin.* & ibi *Galiaul. num. 78. ff. de verb. obligat.* & eò magis, cum expreſsè approba-
9 uerit relationem *Alciat.* ibi *num. 44. verſ. fallit*, dum petijt iuxta tenorem illius mandatum executiuum pro reſtitutione dd. penſionum, & fructuum, *l. cum precum*, vbi *Bald. & Salyc. C. de lib. cauſa.* Confirmabatur poſſeſſio iſtorum de Tancredis ex confeſſione Petri, qui cõtra illos vti poſſeſſores obtinuit ſe reintegrari à Reuerendiſſimo Attrebaten. Et licèt Petrus fuerit per ſententiam eiuſdem reintegratus, tamen hæc ſententia videbatur notoriè iniuſta, & fundata ſuper erronea cauſa prætenſi exceſſus commiſſi in execntione ſententiæ bon. mem. Cardinalis Seraphini, qui tamen exceſſus non aderat, vt fuit poſtea reſolutum 7. Maij 1604. coram eodem Attrebaten. & deinde 26. Maij 1611. coram R. P. D. meo Manzanedo. Et propterea fuit reuocata, declarando attentatam executionem illius vigore factam, & validam factam in vim ſententiæ bon. mem. Cardinalis Seraphini per ſententiã eiuſdem D. mei Manzanedi, à qua licèt pendeat coram me cauſa appellationis, non tamen prohibetur Tancredis, non habendo ſe
10 pro ſpoliatis, petere in primis manutentionem, *Seraph. deciſ. 299. num. 2. & ſeqq.* Et quamuis reſpectu d[...]
S. Nicolai, & duorum cenſuum, ſupponatur, Mariu[m]
11 fuiſſe immiſſum ex primo decreto, qui propterea non
poſſideret *Alexand. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus num. 22. vbi Iaſ. num. 14. ff. de re iud.* fuit nihilominus acqui-
12 ſita detentatio, pro qua datur manutentio ex Iudicis
officio *l. 1. §. ſed ſiue res, ff. ne vis fiat ei Gloſ. in l. 3. §. creditores, verſ. non poſſe*, & ibi *Bart. & Angel. ff. uti poſſid. Gloſ.* quam ſequuntur ibi *Bart. Caſtr. & Roman. in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Menoch. de retinen. remed. vlt. num.* 18. quæ detentatio redditur clara etiam ex alijs ſupradictis; aduertendum tamen erit, non fuiſſe citatos hæredes Petri, qui in quodam mandato procuræ facto per Dianam enunciantur eſſe Fratres S. Dominici Anconæ, ſed ſolùm Dianam, quæ ceſsit tenutæ domorum priùs ab ipſa captæ, vt in actis.

Et ita deciſum, vna parte tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictum infra in *Murana beneficij, ſeu præſtimonij 28. Iunij 1617. num. 2. & 3.* vbi vide quæ notaui.

B Solutio vnius termini penſionis ſufficit ad conſtituendum in quaſi poſſeſſione, etiam ad effectum obtinendi manutentionem, vt præter citatos in deciſione, tradunt plures apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 113. num. 2. Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 313 num. 1. & coram Card. Seraphin. deciſ. 1411. & inter recent. deciſ. 764. num. 3. par. 2.* & fuit dictum in *Romana manutentionis 12. Ianuarij 1624. coram bon. mem. Vbaldo* in qua aliæ cumulantur; quod procedit etiam ſi facta eſſet metu mandati, vel cenſurarum,
13 quando in actu ſolutionis non fuit proteſtatum de metu, *Seraphin. deciſ. 1047. num. 11. Rota deciſ. 196. num. 3. par. 2. diuerſ. & deciſ. 241. num. 6. & deciſ. 299. num. 10. part. 1. recent. Gratian diſcept. forenſ. cap. 410. num. 38. & 39. Mareſcott. variar. lib. 1. cap. 23. num. 21. & 22.* & fuit dictum in *Romana cenſus 19. Febr. 1618. coram bon. mem. Vbaldo.* de quo vide *Beltramin in addit. ad deciſ. 365. Gregor. XV. lit. B.* Sufficit autem ſolutio etiam partis termi-
14 ni ad obtinendam manutentionem, *Rota in Reatina penſionis 14. Decembris 1599. coram Cardinali Pamphilio, & in Pampilonen penſionis 16. Ianuarij 1613 coram Cardinali Sacrato, impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. pag. 545. & in Spoletana penſionis 1. Iulij 1620. coram bon. mem. Vbaldo*, in qua vtitur ratione in acquiſitione

fun-

fundi, vel alterius rei corporalis, quòd non eſt neceſſe
omnes totius fundi glebas percurrere, ſed ſatis eſt certam
aliquam fundi partem ingredi, animo tamen poſſidendi to-
tum fundum vſque ad terminum, *l. 3. initio ff. de acquiren.
poſſeſſ.* Ita in incorporalibus ſufficit adipiſci poſſeſſionem
vnius rei pro tota. Hoc tamen procedit, ſi ſumus in du-
bio, & quando non conſtat, ſoluentem habuiſſe animum
agnoſcendi debitum pro parte; ſecus ſi conſtet de contra-
rio: quia animus ſoluẽtis præcipuè attenditur in hac mate-
ria, *Rota deciſ. 547. num. 8. par. 1. recent. Gratian. diſcept.
426. num. 3. & 4.* & fuit dictum in allegata *Spoletana
penſionis coram bon. mem. Vbaldo, & in Calagurritana pen-
ſionis 17. Iunij 1624. corã bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina Beneficij.

Veneris 13. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Patronus an poſſit in limine fundationis apponere conditionem, quòd ante vacationem præſentetur certa perſona.

SVMMARIVM.

1 *Patronus nequit, ad beneficium vacaturum præſentare, ſeu nominare.*
2 *Patronus poteſt, in limine erectionis conditiones etiam contra ius apponere.*
3 *Patronus nec etiam de conſenſu Epiſcopi poſt erectionem in beneficio conditiones contra ius apponere poteſt.*
4 *Iuſpatronatus ſumit initium a tempore conſenſus Epiſcopi.*
5 *Beneficium non dicitur, niſi ſecuta approbatione Epiſcopi.*
6 *Relatio operatur, vt in referente omnia dicantur nominatim expreſſa.*

DECISIO LXI.

IN hac ſecunda poſitione non videba-
tur Dominis aliquid deduci, ex quo
deciſio pro confimatione ſententiæ de
partibus emanata læderetur. Nam
quòd non potuerit Io. Baptiſta præ-
ſentare, ſeu nominare Centellum ad be-
neficium vacaturum ex *cap. fin.* vbi om-
A nes *de conc. præb.* cum allegatis A, erat ſublatum in
1 deciſione ex eo, quòd hæc facultas fuerat ſibi in teſta-
mento paterno conceſſa, qua diſpoſitione ſpecificè nar-
rata, fuit, cum Ordinarij cõſenſu, viſo teſtamento, iuſpa-
2 tronatus erectum, ideoque etiam ſi eſſet contra ius tan-
quam in limine erectionis appoſita ſuſtinetur, ex dedu-
B ctis in deciſione. B
Nec obſtare dicebatur, quòd hæc conditio non legitur in
inſtrumento aſſignationis bonorum factæ per Io. Ba-
ptiſtam 17. Nouembris 1610. in qua conſiſtere præten-
3 debatur erectionem, fundationem, & dotationem
beneficij, poſt quam nec de conſenſu Epiſcopi apponi
poteſt *Gloſ. in cap. cum dilectus in verſ. conſtitutum in
fin.* vbi *Abb. num. 5. Imol. num. 21. de conſuet.* Quia cum
expreſſerit, ſe bonorum prædictorum aſſignationem fa-
cere in executionem mentis, ac voluntatis paternæ, &
cum reſeruatione iuriſpatronatus, ad formam traditam
per eius patrẽ in teſtamento rogato 26. Octobris 1589.
cum Ordinarij authoritate erigendi; duo ſequuntur. Pri-
mò, quòd iſta bonorum aſsignatio fuerit conditionalis,
4 pendens à conſenſu Epiſcopi, ante quam iuſpatronatus
non poteſt initium ſumere *Roc. de iurepatron. in ver.
pro eo quòd de Diœceſani in 1. verſ. hinc alias Lambert. in
eodem tract. lib. 3. par. 1. quæſt. 2. art. 11. num. 3. verſ.
quarta dicitur*, & conſequenter facultatem confirma-
tam ab Epiſcopo (dum viſo teſtamento, & ſibi in ſpecie
narrata hac facultate Ioanni Baptiſtæ conceſſa, præſti-
tit conſenſum ad mentem, & diſpoſitionem teſtatoris)
dici in limine fundationis adiectam, cum præſertim
5 beneficium non dicatur, niſi ſequuta approbatione
Epiſcopi, *Calderin. conſ. fin. de iurepatron. Felin. in cap.
C ex parte 5. num. 2. de reſcript.* C. Secundò, quòd ex re-
latione ad formam teſtamenti dicantur expreſsè appo-
6 ſitæ conditiones in teſtamento contentæ *l. ait prætor. §.
1. vbi Doctor.* & præſertim *Rip. num. 1. ff. de re iudic.*
Et ſic iſta perinde ac ſi nominatim expreſſa fuiſſet *Bald.
conſ. 212. lib. 5. Alex. conſil. 80. num. 9. lib. 1. Pariſ. con-
ſil. 122. num. 3. & ſeq. lib. 1. Rot. deciſ. 1152. num. 2.
lib. 3. par. 3. diuerſ.* Et præſertim vt ſuſtineatur, nec
reddatur inutile mandatum datum per eundem Io. Ba-
ptiſtam ad obtinendam confirmationem iuriſpatrona-
tus, & deinde nominandum pro eius ſucceſſore in bene-
ficio Centellum, iuxta opinionem Rotæ, de qua *bon. mem.
Cardinal. Seraph. in eius deciſ. impreſſ. deciſ. 616. num.
5.* In alio etiam capite, quòd ex forma teſtamenti debuiſ-
ſet nominari Hercules vtì deſcendens à ſorore teſtato-
ris, non autem extraneus: placuerunt Dominis reſpon-
ſiones datæ in alia deciſione, quòd onus præſentandi
aliquem de agnatione, & in defectum ex deſcendenti-
bus ex ſorore, non reſpiceret nominationem faciendam
per filium viuentem ex facultate illi ſpecialiter attribu-
ta, ſed præſentationes ab alijs patronis per mortem
Rectorum faciendas. Et quòd etiam ſi idem in hac no-
minatione filij diceretur, tamen cum non conſtet ali-
quem ex agnatione, vel deſcendentem ſororis tempore
præſentationis factæ de Centello coram Epiſcopo ha-
buiſſe primam tonſurã, imò contrarium reſpectu Her-
culis, potuerit Centellus nominari ex aliàs allegatis,
cum quibus Domini tranſiuerunt, & in deciſis per-
manſerunt, &c.

ANNOTATIO.

A *Garc. de benef. par. 10. cap. 1. à num. 4. Cabed. de patronat. reg. coron. cap. 14. à princ. Cened. ad decret. collect. 160. Put. deciſ. 238. num. 3. lib. 1. in correct. Rebuff. in praxi benef. par. 2. tit. de reprob. benef. viu. impetr. à num. 25. Spin. in ſpecul. teſt. gloſ. 4. princ. num. 102.* An autem, & quando patronus poſſit conſtituere procuratorem ad præſentandum ad beneficium vacaturum, dixi *in Annotat. ad deciſ. 21. num. 29.*

B Quas conditiones à patrono in limine erectionis appoſitas teneatur Epiſcopus, ſeu alius ſuperior acceptare, quaſq; reijcere debeat, latè tradit *Aug. Barboſ. de off. & pot. Epiſc. alleg. 70. poſt num. 35. verſ. poterit ſecundum Lugdunen. impreſſ.*

C Rota *in Monopolitana hebdomadæ 1. Iulij 1613. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & dixi ex alijs *ad deciſ. 1. num. 24.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domus.

Lunæ 16. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Hypothecæ ius quando tolli poſſit per debitorem; & quando creditor in re empta ex proprijs pecunijs præferatur creditoribus anterioribus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Conſentire non cogitur habens iuſtam contradicendi cauſam.*
3 *Hypotheca non extinguitur per extinctionem rei, ſed rem ipſam ſequitur.*
4 *Emptor in re ex propria ipſius pecunia empta, & ſibi ſpecialiter hypothecata præfertur creditoribus etiam anterioribus, etiam dotalibus, num. 9.*
5 *Hypotheca creditoribus tolli non poteſt à debitore.*
6 *Hypotheca ſpecialis ex interuallo adiecta ad fauorem creditoris nihil operatur in præiudicium hypothecæ anteriorum creditorum.*
7 *Debitor poteſt in quærendis creditoribus præiudicare.*
8 *Pactum de redimendo æſtimatur in ſexta parte valoris rei venditæ, & num. 11.*
10 *Hypotheca tacita acquiritur ſuper re refecta mutuanti pecunias ad illam reficiendam, licèt expreſſum non fuerit.*

DECISIO LXII.

EX pretio domus 24. Ianuarij anni præteriti venditę per Chriſtophorũ Perardum, Bernardo Orlando fuerunt ſcut. 740. penes Montem Pietatis depoſita ad effectum inueſtiendi de ſcientia, & conſenſu prædicti emptoris in alijs bonis ſtabilibus, cenſibus, ſiue locis montium non vacabilium, qui ſtent, & permaneant loco fideiuſſionis de euictione, ac loco cautionis in caſum cuiuſcunque moleſtiæ. Prætendente venditore, poſſe illam reinueſtire in redemptione alterius domus priùs ab eodem venditæ, cum pacto redimendi, Stephano Tuſco: emptore autem contradicente, lata fuit in Curia Capitolina pro emptore ſententia, quam hodie confirmandam DD. cenſuerunt.

Fundamentum fuit in diſſenſu emptoris, cuius tamen, nę dum ſcientia, ſed conſenſus requirebatur ex forma con-
1 uentionis, à qua certum eſt contractus legem accipere,
cum præſertim habeat emptor iuſtam contradicendi
2 cauſam: vndè non poteſt ad conſentiendum compelli,
quicquid aliud eſt, vbi nulla ſubeſt cauſa diſſenſus *l. ſi cũ dotem. § eo autem tempore, ff. ſolut. matrim. cap. nullus, de iure patron. Mandoſ. in reg. de impetr. benef. per obitum famil. Card. quæſt. 32. num. 2.* & tenuit Rota in *Romana exequutionis, ſeu non adimplementi 25. Iunij 1593 coram bon. mem. Card. Mantica.* Cauſa autem præcipua contradicendi conſiſtere viſa fuit in eo; quia ſi pretium reinueſtiretur in redemptione ſupradictæ domus, creditores anteriores Chriſtophori, quorum hypotheca non remanſit extincta per venditionem ſubſequutam, ſed
3 rem venditam concomitata fuit *l. diſtractis, & l. pignoris, C. de pign. l. res, C. de remiſſ. pignor.* ſemper agere poſſent contra domum retroemptam: & ſic non eſt emptori, pretium in hac domo redimenda inueſtienti, proſpectum; quod inconueniens ceſſat, vbi emitur res, quæ nunquam fuit venditoris: quia poteſt exprimi in
4 inſtrumento, quòd illa fuit empta de pecunijs Bernardi eidem ſpecialiter hypothecata, quo caſu præfertur cre-
A ditoribus anterioribus A, *iuxta text. in l. licèt, vbi Doct. omnes C. qui pot. in pign. hab.* Cuius legis diſpoſitio applicari nõ poteſt, vbi redimitur res propria debitoris, in qua creditores habent ius hypothecæ radicatum, ex prædictis, quæ propterea tolli non poteſt per debito-
5 rem, nec in ea illis præiudicari *l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. l. debitorum C. eodem, vbi Bal. Salyc. & Iaſ. Surd. deciſ. 286. num. 3.* & magis in ſpecie *text. in l. 1. C. debitor. vend. pign. imp. non poſſe, vbi Bal. & Salyc et. Neguſ. de pignor. in 3. membr. 6. par. num. 11.* qua ratione etiam in emenda re, quæ nunquam fuit debitoris, ex pecunia alterius, ſi poſt emptionem ex internallo adijciatur pactum, quòd res ſit illi ſpecialiter hypothecata,
6 illud nihil operatur, quia iam quæſitum eſt ius hypothecæ anterioribus, vt ex *tex. in d. l. licèt in verb. ſtatim,* aduertit ibi *Bellapertic. in fin. & Sichard. num. 7. verſ. præterea procedit.* Sed ſolùm vbi res noua acquiritur, quia
7 debitor poteſt in quærendis creditoribus præiudicare, neque illis fit iniuria, quorum ius in aliquo non læditur ad *l. qui autem in princ. ff. de his quæ in fraud. cred. l. non fraudantur de reg. iur.* quam rationem conſiderat *Franc. deciſ. 97. num. 6.* & benè explicat *Hugo Donell. in d. l. licèt num. 1. verſ. ſed non ne iniquum*, dicens, æquum eſſe, poſteriorem, de cuius pecunia quid emitur, anteriori præferri: dummodo id fiat ſinè aliorum iniuria; prout in caſu illius textus, in quo dum poſterior præfertur, nihil anteriori adimitur, qui nullum ius habiturus erat, ſi nemo pecuniam ad redimendum crediddiſſet. Addebatur etiam, quòd Bernardus emptor hypothecarum habet pro defenſione domus ius luendi domum primò venditam, quod ius, capiendo minimam æſtimationem,
8 quam ſeruat Rota, æſtimari debet in ſexta parte pretij rei venditæ, *vt in Romana reſidui dotis 31. Ianuarij 1611.*
B *coram Illuſtriſſimo Lancell.* B, quæ hypotheca tolleretur, ſi in eadem domo fieret inueſtimentum, ſalua autem remaneret, ſi in alijs ſtabilibus.

Ex quibus reſolutum fuit, pretium in redemptione domus reinueſtiri non poſſe, & propterea ſententiam Capitolinam eſſe confirmandam, &c.

ANNOTATIO.

A Amplia, vt mutuans pecuniam ad emendam rem præfe-
9 ratur creditoribus anterioribus etiam dotalibus *Neguſant. de pignor. & hypothec. part 5. membr. 2. num. 22. Barboſ. in l. ſi cum dotem §. vlt. num. 34. in fin ff ſolut. matrimon. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin. 45. num. 19. Rebuff. de conſtit. reddit. art. 1. gloſſ. 8. num. 26. & 27. Gratian. diſcept. 670. num. 3. & diſcept. 616. num. 5.* requiritur tamen, quòd expreſsè res empta hypothecetur ad fauorem mutuantis pecunias, vt dicitur in hac deciſione, & notant *Aſſlict. deciſ. 306. num. 4. & 9. & ibi Vrſill. num. 1. & ſequen. Gayll. obſeruat. 15. num. 4. verſ. ſecundò limitatur lib 2. Franc. d. deciſ. 97. num. 6. & deciſ. 369. num. 2. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg 48 num. 4. & 7.* latè *Gratian.* poſt alios ſupra citatos *d. diſcept. 670. num. 5. & ſeq. & d. diſcept. 616.* in qua omnibus huius deciſionis concluſionibus vſus fuit. Secus eſt in eo, qui dat pecuniam ad re-
10 ſtaurationem rei, cui etiam ſi nihil expreſſum fuerit, acquiritur hypotheca tacita in re refecta pro ſolutione ſui crediti *l. interdum ff qui potior in pign habeant.* de quare videndi ſunt *Gayll. obſeruat. 15. num. 4. lib. 3.* & alij relati *a Gratian. d. diſcept. 670. num. 8. & 9.*

B Quòd pactum de redimendo faciat rem æſtimari minùs, quam ſi fuiſſet liberè vendita, quia dicitur pars pretij, & iuxta

juxta ſtylum Rotæ æſtimetur, vt aſcendat ad ſextam partem pretij rei venditæ, dixit etiam Rota *deciſ. 446. in fine par. 1. recent.* licèt alias dixerit, quòd ſi illud fuiſſet perpetuum, faceret æſtimationem minui pauló minùs, quàm in tertia parte, vt in *deciſ. 746. num. 5. part. 4. diuerſ.* & quòd æſtimetur in tertia parte, adeò, vt res valoris centum vendita cum tali pacto valeat ſolùm ſeptuaginta *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 20. num. 49. Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num. 20. verſ. quartum, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 97. num. 4. Roland. conſil. 96. num. 36. vſque ad 42. lib. 2.* & quòd minuat quartam partem pretij, & non citra, communiorem eſſe opinionem dixit *Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 12. quæſt. 3.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Foroliuien. fideicommiſſi.

Lunæ 16. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Attentata an dicatur executio mandati expediti, antequàm iudex detulerit appellationi, licèt poſt delationem facta fuerit executio. Fideicommiſſario an ſit danda immiſſio pro indiuiſo, vbi per hæredem ſunt faciendæ detractiones certæ.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, appellatione ſublata, & num. 12.*
2 *Attentata conſiderari non poſſunt reſpectu Iudicis, qui poſt delationem appellationi, nihil innouauit.*
3 *Iudex deferendo appellationi abdicat a ſe iuriſdictionem, & illam trasfert in Iudicem, ad quem.*
4 *Attentata conſiderari non poſſunt reſpectu partis, quæ ignorauit, Iudicem appellationi detuliſſe.*
5 *Sententia interlocutoria executioni demandata nequit à Iudice in præiudicium partis appellatæ reuocari.*
6 *Appellationis delationi conſentire videtur pars appellata per impetrationem commiſſionis cauſæ appellationis.*
7 *Procurator non poteſt, ſinè ſpeciali mandato, actum facere, ex quo cauſarentur attentata.*
8 *Filius quando poſſidet eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſariorum, ratione legitimæ ſibi debitæ: niſi fideicommiſſarij velint retentionem pro legitima concedere.*
9 *Hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium, excluditur, quando certum eſt, quid ſit detrahendum, quia ſufficit, illud ſibi a fideicommiſſario reſtitui.*
10 *Fideicommiſſario conceditur immiſſio pro indiuiſo, non obſtante detractione legitimæ, & Trebellianicæ, & num. 15.*
11 *Iniuſtitia notoria requiritur ad cauſandum attentata in terminis Aegidianæ.*
13 *Appellatio nulla non ſuſpendit ſententiam, nec cauſat attentata.*
14 *Attentata an dicantur geſta pendente termino ad appellandum, ſi poſtea appellatum non fuerit.*

DECISIO LXIII.

CONCLVSVM fuit pro non attentatis, quia poſſeſſio fuit capta in vim mandati pro fideicommiſarijs expediti, vigore ſententiæ Rotalis ſuper
1 immiſſione ad eorum fauorem latæ. Et ideò intrat Aegidiana prohibens appellationem, qua ſublata, ceſſant
A attentata A, ex vulgar. Et licèt poſt expeditum antetamen exequutum mandatum fuerint Oliuerijs appellantibus dati reuerentiales: tamen ex hoc non fuit effe-
2 cta cauſa appellabilis, nec cauſata attentata; quia iudex, qui per delationem abdicauit ſolùm à ſe iuriſdictionem
3 illam transferendo in iudicem, ad quem *cap. cum appellationibus §. ſi verò, vbi Doct. de appellat. in 6. Marant. in ſuo Speculo 3. par. 6. par. principalis quæſt. 2. num. 146.* cum allegatis per *Lancellot. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 6. & limit. 1. num. 66. & ſeq.* nihil vlterius innouauit. Et ideò poſſeſſionis adeptio reſpectu iudicis non fuit attentata, nec reſpectu partis, quæ delationem ignorauit, & cui poſt expeditum mandatum
4 iudex dando reuerentiales præiudicare non potuit, cum expeditio mandati ſit interloeutoria executioni demandata, quam iudex in præiudicium partis appellatæ re-
5 uocare non potuit, *Gloſ. vlt. ad fin. in l. 1. §. fin. ff. d. prætor. ſtipul. vbi Bart. num. 4. Caſtren. num. 2. verſ. tertio modo Roman. conſ. 226. in princ. Iaſ. in l. quod iuſſite num. 32. ibique Rip. num. 33.* dicens gloſſam illam ab omnibus approbatam *ff. de re iudic.*

Non obſtat commiſſio cauſæ appellationis interpoſitæ pro parte Eliſabethæ, & Armellinæ, impetrata per appella-
6 tos, ex qua videntur conſenſiſſe delationi ad *notat. per Lancell. d. par. 2. cap. 12. num. 27. cum ſeq.* Quia fuit obtenta per procuratorem generalem ad lites, qui non potuit ſinè ſpeciali mandato actum facere, ex quo cau-
7 ſarentur attentata *Rot. deciſ. 81. aliàs 7. vt lit. pend. innouis*, cum alijs per *Lancell. de attentat. par. 5. cap. 1.*
B *num. 13. & ſeqq.* B

Minùs facit prætenſa iniuſtitia ſententiæ ex eo, quòd cum eſſet detrahenda legitima, iuxta deciſionem factam 9. *Maij* 1611. *coram R. P. D. Pamphilio*, non potuerit dari immiſſio pro duabus ex tribus partibus pro indiuiſo, ne appellantes inuiti inciderent in communionem. Quia licèt filius ſit legitimus contradictor quando poſ-
8 ſidet, ad impediendam immiſſionem ratione legitimæ ſibi debitæ, *Zuccar. in l. final. num. 429. & 430. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num. 642. & 643.* Tamen ſicuti hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium poſſidentem, vt detrahat quartam, excluditur, quando quarta eſt certa; quia
9 ſufficit illam ſibi à fideicommiſſario reſtitui, *Corn. conſ. 232. num. 15. lib. 4. Zuccard. d. l. fin. num. 428. Menoch. d. remed. 4. num. 641. Surd. deciſ. 333. num. 6. in quarta volum. conſ.* Ita non poteſt impediri immiſſio fideicommiſſarijs volentibus concedere retentionem pro legitima. Et hanc opinionem vti valde æquam ſeruat Rota
10 concedendo immiſſionem fideicommiſſario pro indiuiſo, non obſtante detractione legitimæ; vel Trebellianicæ, vt in *Interamnen. de Paradiſis 1. Iulij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Caſenaten. de Aldinis*
C *24. Iunij* 1611. *coram R. P. D. meo Decano* C, & ita
11 excluditur prætenſa iniuſtitia, quæ deberet eſſe notoria ad cauſandum attentata, vt ſunt verba eiuſdem Aegidianæ, & latè declarat *Contardus de momentanea poſſ. limit. 9. ratione notoriæ iniuſtitiæ.* Ceſſat etiam motiuum non præſtitæ cautionis refectionis melioramentorum, quia illa fuit præſtita in partibus ante adeptam poſſeſſionem.

Et ita concluſum non conſtare de attentatis.

ANNOTATIO.

A Quòd appellatio interpoſita in caſibus, in quibus non licet appellare, non cauſet attentata, quia illa ceſſant appel-

12 ſitione ceſſante, tradunt *Rota Bononien. deciſ. 76. num. 1.*
diu. Cabed. deciſ. 120. num. 5. part. 1. Surd de aliment. tit. 8.
priuileg 10. *num.* 11. *Roland. alijs citatis conſil.* 77. *num.* 20.
lib. 2. *Lancellott. de attent par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 1.
& ſequent. Surd. deciſ 160. *num.* 54. *Rota deciſ.* 183. *ſub*
num. 3. *in fine part.* 2. *recent.* & fuit dictum in *Taruiſina*
feudi 15. *Ianuarij* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*, in qua
hæc deciſio allegatur: & idem procedit, quando appella-
13 tio eſt nulla, quia non ſuſpendit ſententiam, nec cauſat
attentata, paria enim ſunt non appellare, vel nulliter ap-
pellare, ita *Pariſ.* 108. *num.* 26. *vol.* 1. *Surd. d. conſil.* 160
num. 55. *Rota deciſ.* 75. *de appellat. in antiq.* quæ loquitur
etiam poſt præſentatā inhibitionem. Pari ratione, quamuis
14 regulariter geſta pendente tempore ad appelandum ſine
attentata, quando tamen appellatio non interponitur in-
tra eundem terminum, non dicuntur attentata *Lancellott.*
d. part. 2. *cap.* 11. *num.* 42. licèt autem non reuocentur ex
priuilegio attentatorum, reuocantur ſaltem per viam
nullitatis *Seraphin deciſ* 406. *num.* 3. *Rota deciſ* 598 *num.*
1. *&* 618. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & deciſ.* 406. *num.* 2 *part.*
1. *diuerſ. Gregor. XV. deciſ.* 91. *num.* 8. *& deciſ.* 339. *num.*
4. *& ibi Adden. num.* 6. & fuit dictum in *Piſcien. beneficij*
20. *Maij* 1628. *coram R. P. D. meo Vbaldo iuniori*, & infra
in alijs *coram D. meo*.

B *Caputaq. deciſ.* 184. *part.* 2. *Rota deciſ.* 705. *ſub num.* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 201. *num etiam* 4. *part.* 2. *recent.* in quibus redditur ratio, quia attentata ſapiunt delictum, & mandatum nunquam datum cenſetur ad delictum, niſi exprimatur.

C Quòd Rota ſoleat fideicommiſſario immiſſionem pro indiuiſo concedere, non obſtante detractione legitimæ, vel Trebellianicæ, quando quantitas eſt certa ratione loci, & quotæ *fuit etiam dictum infra in Tudertina prædij* 1. *Iunij* 1615. *in Recanaten. ſucceſſionis* 28. *Iunij* 1617. *in fine, & in Spoletana fideicommiſſi* 2. *Decembris* 1620. *etiam in fine coram D. meo, & in Bononien. fideicommiſſi de Lambertinis* 29. *Maij, &* 15. *Nouembris* 1624. *coram bon. mem. Patriarcha Hieroſolymitano, in Bononien. de Cataneis* 27. *Nouembris* 1620 *&* 13. *Februarij* 1623. *coram R. P. D. meo Pirouano, in Tuſculana fideicommiſſi* 4. *Iulij* 1618. *in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis* 16. *Aprilis* 1627. *& in Montis Faliſci fideicommiſſi* 21. *Aprilis* 1627. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, in quibus Rota hanc deciſionem canonizauit, & ſequitur *Beltramin. ad deciſ.* 185. *Gregor. XV. num.* 4.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana pecuniaria.

Venerìs 20. Iunij 1613.

ARGVMENTVM.

Promiſſio facti alieni, an & quando obliget præciſè ad factum, vel ad pœnam, ſiue intereſſe; & quando promiſſor liberetur faciendo diligentias.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facti alieni reſoluitur in promiſſionem facti proprij, adhibendi ſcilicet diligentiam, & curam, vt promiſſa ſequantur.*

2 *Promittens factum alienum ſatisfacit ſuæ obligationi, omnem adhibendo diligentiam, nec tenetur ad pœnam, vel intereſſe ſi factum non ſequatur, licèt iuramentum promiſſioni acceſſerit, etiam vbi directè factum alienum promittitur num.* 3. *& latè ſub num.* 15. *&* 16.

4 *Promittens factum alienum liberatur adhibendo omnem diligentiam niſi adſit aliqua clauſula oſtendens mentem ſe obligandi, vbi factum non ſequeretur, non obſtante difficultate, & diligentia adhibita, & num.* 18 *& ſeqq.*

5 *Promiſſio pœna, vel intereſſe pro alio intelligitur conditionalis, ſi ille fuerit in mora.*

6 *Difficultas excuſat à mora, & pœna: vel intereſſe in promiſſionibus etiam iuratis, declara vt in annot.*

7 *Diligentia de ratificari faciendo quomodò probetur.*

8 *Colluſio in dubio non præſumitur, ſed bona fides.*

9 *Mandatum reuocari poteſt, iuramento non obſtante.*

10 *Promittens alium ratum habiturum, quando ille ex capite enormiſſimæ læſionis renuit conſentire, non tenebitur promittens & num.* 22.

11 *Promittens factum alienum non tenetur in caſum, in quem non tenetur tertius facere, ſed ijſdem exceptionibus vti poteſt & num.* 23.

12 *Promittēs alium ratū habiturū, ne teneatur, ſufficit ſi habēs ratificare, alleget iuſtam cauſam contraueniendi, & n.* 24.

13 *Promiſſio facti alieni quando eſt læſiua reducitur ad non cauſam, nec eſt obligatoria.*

14 *Intereſſe ab actore probari debet.*

17 *Promittens, ſe facturum cum effectu an liberetur faciens, quod in ſe eſt.*

19 *Promittēs in obligatione pro facto alieno, ſoluere de proprio, ſi factum non ſequatur, tenetur ad pœnam, vel intereſſe.*

29 *Promittens releuare indemnem, ſi factum alienum non ſequatur, facto non ſecuto, non liberatur omnem adhibendo diligentiam.*

21 *Promiſſioni facti alieni an cenſeatur ſatisfactum, ſi actus ſimpliciter efficiatur, vel requiratur, quòd ſit validus.*

25 *Promittens factum alienum, cōſtituitur in mora abſque interpellatione. Limita, vt num.* 26.

DECISIO LXIV.

MANDATVM A.C. ad fauorem Mineruæ, & litis conſortium contra Equ. Scalamontem exequendum non eſſe DD. dixerunt; illius enim promiſſio in apoca concordiæ initæ cum Equ. Racano, quòd nepotes illam confirmabunt, & per inſtrumentum obſeruantiam capitulorum promittent, reſoluitur in promiſſionem facti proprij, adhibendi, ſcilicet, diligen-
1 tiam, & curam pro confirmatione, & promiſſione
obtinenda, iuxta *Gloſſ.* communiter receptam *in cap. ex*
literis il ſecondo in verſ. tam Patres, vbi Abb. num. 1. *&*
6. *Alex. de Neu. num.* 12. *&* 13. *in cap. ſicut in verſ. iu-*
ramentis, vbi Butr. num. 9. *verſ. vnde dicit gloſſ. de ſpon-*
ſal. cum alijs *per Couarr.* qui de communi *in relect. cap.*
quamuis de pact. part. 2. *§.* 5. *num.* 10. *& dixit Rota in*
Peruſina dotis 5. *Decembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo*
A *Attrebaten.* A, & ideò omnem adhibendo diligentiam,
B ſatisfecit ſuæ obligationi B, nec tenetur ad pœnam,
C vel intereſſe, ſi factum alterius non ſequatur C, quam-
uis iuramentum promiſſioni acceſſerit *Butr. in d. cap.*
ex literis num. 9. *verſ. ideo dicunt, ibique Anchar. num.* 4.
idem Butr. in cap. Gemma num. 8. *ad fin. verſ. ſed eſt du-*
bium, vbi Abb. num. 9. *verſ. ad vnum, & verſ. & nota*
hoc, de ſponſ. Felin in cap. ex reſcripto num. 18. *verſ. &*
nota, quòd promittens de iure iur. Bart. conſ. 236. in quo
caſu alij antiqui conſuluerunt inter conſilia *Federic. de*
Sen. conſ. 122. *Crot. in l.* 4. *§. Cato in* 1. *lect. num.* 97. *ff.*
de verbor. obligat. vbi de communi teſtantur, *idem Crot.*
in 2. *lect. num.* 50. *Alciat. num.* 151. *&* 152. *Galiaul.*
num. 76. *Horman. num.* 375. *Bolog. num.* 343. dicens
iuxta hanc ſententiam in Neapolitano Conc. determi-
nari

nari vidiſſe *Dec. conſ.* 313. *per tot.* de communi, & ſequenda in practica *Pariſ. conſ.* 110. *num.* 25. *&* 26. *in princ. Decian. reſp.* 59. *num.* 2. 3. 4. *&* 5. *vol.* 4. fusè, *Couarr. vbi ſupra num.* 4. *verſ.* 2. 3. 4. *&* 5. de communi *Cardinalis Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 34. *num.* 1. quæ
3 opinio procedit etiam, vbi directè factum alienum promittitur, illa eadem ratione, quòd promiſſio reſoluitur in promiſſionem facti proprij; & in his terminis loquuntur Canoniſtæ, præſertim, *Abb. in d. cap. Gemma, & Felin. d. cap. ex reſcripto, Galiaul. in d. §. Cato num.* 76. *Couarr. proxime relatus verſ.* 3. *& verſ.* 4. vbi de communi *Gabr. conſ.* 131. *num.* 5. *lib.* 2. quòd eſt ſeruanda in terris Eccleſiæ *Cardinalis Mantic. vbi ſupra in fine.*
4 Et in propoſito faciliùs eſt recipienda, cum verſemur in ſimplici promiſſione, abſque clauſula aliqua oſtendente mentem ſe obligandi, vbi factum non ſequeretur, non obſtante difficultate, & diligentia habita *Dec. Pariſ. & Gabr. in conſilijs proximè citatis Gomez. in §. in perſonam num.* 23. *verſ. non obſtat, Inſtit. de action. Cardinalis Mantic. d. lib.* 14. *tit.* 39. *num.* 1. *& num.* 29. *& probauit Rota, ſi benè conſideretur, in d. Peruſina dotis coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* neque enim legitur clauſula, *ita quòd faciendo poſſibilia non excuſetur*, vel æquipollens, minùs clauſula *cum effectu*, in qua tamen ma-
D gna eſt controuerſia, an ſola ſufficiat D, quæ in obligatione Camerali, cuius natura eſt confirmare, non augere, non continentur, ſed à promittentium voluntate dependent, & vbi de mente repugnante non conſtat, promiſſio pœnæ, vel intereſſe intelligitur conditionalis, ſi fuerit in mora *Bart. in l. ſi duo §. hac autem verba ff. de conſt. pecun. Pariſ. d. conſ.* 110. *num.* 25. *Gabr. d. conſ.* 131. *num.* 5. à qua mora, & conſequenter pœna,
6 vel intereſſe in promiſſionibus facti, etiam iuratis, difficultas excuſat *Bart. in l. continuus §. illud num.* 5. *&* 7. *ff. de verbor. obligat. & in l. quod te, num.* 14. *ff. ſi cert. pet.* vbi præ cæteris *Alex. num.* 9. *Soccin. num.* 30. *Butigell. num.* 54. *& num.* 55. *Dec. num.* 51. *& num.* 52. *Sadolet. num.* 100. de communi *Curt. iun. num.* 36. *Rip. num.* 39. *& num.* 40. *Couarr. vbi ſupra num.* 4. *verſ.*
E *deinde* E, De diligentijs autem per dictum Equ. Scalamontem adhibitis viſum fuit DD. ſufficienter conſtare ex epiſtolis reſponſiuis, eidem directis, nepotũ, quos ad ratificiandam concordiam diuerſimodè rogauerat, & ſuaſerat, & amicorum, quorum opera ad hoc vſus 7
fuerat, & ex interpellatione iudiciali Anconæ eiuſdem nepotibus facta, & eorundem reſponſionibus, de quorum etiam enixa voluntate non acceptandæ concordiæ conſtare videtur ex ſolemni reuocatione mandati procuræ in Equitem Scalamontem antea facti ad tranſigendum, & ex iudicio per eos proſecuto coram Congregatione ſuper bono regimine, à qua obtinuerunt eligi peritos ſuper computis inter partes faciendis, & deinde clectum pro ipſorum parte referre in contumaciam aduerſariorum non curantium referri à ſuo, qui retulit, ipſos de Scalamontibus eſſe creditores non debitores; ex quibus infertur, diligentias non fuiſſe colluſiuas, ſed
8 bona fide factas, quod etiam præſumitur *Dec. d. conſ.* 313. *num.* 5. *Pariſ. d. conſ.* 110. *num.* 3. *Mantic. d. tit. d.* 35. *num.* 25.

Non obſtat, quòd Eques haberet à nepotibus mandatum irreuocabile, & iuratum ad tranſigendum, ideoque potuiſſet illos cogere ad acceptationẽ concordiæ actione mandati; nam vltra, quòd non conſtat, illum acceptaſſe mandatum, neque habuiſſe de eo notitiam, fuit reuocatum, (vt dictum eſt) & reuocari potuit, non
9 obſtante iuramento *Gloſſ. in cap. fin. de procurat. in* 6. *Angel. in l. & in perpetuum ff. de procurat. Imol. in cap. cum contingat, num.* 35. *verſ. facit, quod not. de iur. iur. Alex. conſ.* 29. *num.* 18. *lib.* 5. *Soccin. conſ.* 58. *num.* 6. *lib.* 3. *Curt. iun. in auth. ſacramenta puberum num.* 181. *C. ſi aduerſ. vend. Felin. in cap. ſi diligenti num.* 32. *ad fin. verſ. amplia etiam, de foro compet. Couarr. in Epit. ad quartum librum Decret. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *verſ. procedit verò, & in d. cap. quamuis, par.* 2. *§.* 2. *num.* 3.

Præterea excuſandus erat Eques à promiſſione, & præſtatione intereſſe, ex quo nepotes ex capite enormiſſimæ
10 læſionis renuerunt conſentire *Gramat decij.* 10. *num.* 105. *&* 106. *Cephal. conſ.* 115. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. *Gabr.* qui de communi *concl.* 2. *de pact. in principio, & in fine,* & ſicuti illi non tenebantur acceptare concordiam, nec
11 illi ſtare, ita nec ipſe ex promiſſione ſua, ſed eiſdem exceptionibus vti poterat iuxta *Ancharan. conſ.* 330. *num.* 11. *verſ. ex quibus, Soccin. conſ.* 215. *num.* 7. *part.* 2. *Iaſ. in l. ſi pacto, quo pœnam in fin. C. de pactis, & conſ.* 133. *num.* 17. *verſ. poſtremò cum ſequen. lib.* 4. *benè Vrſill. ad Affl. deciſ.* 295. *num.* 3. *Gabr. conſ.* 131. *num.* 9. *&*
G 15. *lib.* 2. *Eugen. conſ.* 12. *num.* 104. G, & ſufficere iuſtã
12 cauſam contraueniendi à nepotibus allegatam fuiſſe, ad effectum, ne Eques teneatur, *Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr.* 4. *§.* 5. *num.* 51. *verſ. ſed quæro fol. mihi* 566. *Vrſill. vbi ſupra verſ. idem etiam*, imò dicta promiſſio, ſubſiſtente prædicta læſione, eſſet fundata in erronea
13 cauſa, vel reduceretur ad non cauſam, nec eſſet obligatoria, *vt per Ancharan. vbi ſupra, & alios eum ſequentes.* Et etiam reſtaret creditum Mineruæ, & litis conſortium, de quo non docetur aliunde, quàm ex apoca, de qua agitur, & conſequenter prætenſum intereſſe ob non
14 ratificationem, quod tamen, cum non ſit appoſita certa pœna, probari debet ab actore *§. non ſolum vbi Aretin. in princip. Inſtit. de verbor. obligation. l. fin. ff. de prat. ſtipulat.* & de quo clarè conſtabat *in allegata Peruſina dotis coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* imò conſtaret de contrario ex dicta relatione, contra quam nihil releuans deducebatur, & conſequenter, abſque liquidatione crediti, & intereſſe non potuit relaxari mandatum.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Ruin. conſ* 67. *num.* 1. *lib.* 4. *Pariſ. conſ* 109. *num.* 8. *& ſeq lib.* 1. *Surd. conſ.* 3. *num.* 5. *vol.* 1. qui plures refert *Molin de iuſtit & iur. tract.* 2. *diſput.* 268. *verſ de iure communi Azeued. lib.* 2. *num.* 41. vbi *Matien. gloſſ.* 6. *num* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua recopilat.* latè *Sanchez de matrim. lib.* 1. *diſput.* 24. *num.* 4. & fuit dictum intra in *Signina Caſtrorum* 3. *Aprilis* 1615. hac deciſione allegata, quam ſequuntur *Gratian diſcept.* 726. *num.* 12. *&* 13 *& Beltramin. ad deciſ ſanct. mem Gregor. XV.* 241 *num.* 8. & priùs dixerat *Rot in Romana Palatij* 7. *Maij* 1590. *coram Bubalo apud Marcheſ de commiſſ. par.* 1. *pag.* 728.

B Promittens ſe facturum, & curaturum excuſatur, ſi fecit
15 quicquid potuit, licèt effectum non habuerit *Iaſ. conſ* 110. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 1. *Grammat. deciſ.* 102. *num.* 110. *&* 112. *Gabriel. commun. opin. tit. de pact. concluſ.* 2. *num.* 1. *&* 7. *Port. Imol. conſ* 5. *num.* 12. *& ſeq. Ruin. d. conſ.* 67. *num.* 1. *lib.* 4. *Surd. d. conſ.* 3. *num.* 2. *Caputaq. deciſ.* 232. *par.* 2. modò non fictè, & ſimulatè faciat, ſed bona fide, vt alijs relatis *Sanchez d. lib.* 1. *diſput.* 24. *num.* 12. & poſt *Mantic. de tacit & ambig. lib.* 14. *tit.* 35. *num.* 2. hac deciſione allegata *Beltramin. vbi proximè.*

C Et ideo excuſatur etiam à pœna, & intereſſe, vt præter citatos in hac deciſione tenent *Marant. poſt prax in quaſt.* 7. *per tot.* & præcipuè *num.* 11. *cum ſeqq. Hippol. Rimin. conſ.* 79. *num.* 2. *vol.* 1. *Guttier. de iuram. confirmat. par.* 1. *cap.* 44. *num.* 3. *Molin. d. tract.* 2. *diſp.* 167. *verſ. quòd ſi iu.*

 & plu-

Digitized by Google

& plures refert, & ſequitur *Sanchez d. lib. 1. diſput. 25. num 3.*
D Qui promittit ſe facturum cum effectu adhuc liberatur,
17 aciens quod in ſe eſt, ſecundùm *Marant. d. diſput. 7. num 10. Couarr. in cap. quamuis pactum par. 1. §. 1. num. 6. de pact. in 6 Guttier. & Molin.* vbi proximè *Sanchez d. lib 1. diſput. 25. num. 4.* Quicquid dixerit *Fontanell de pact. nupt. clauſ. 8. gloſſ. vnic. par. vnic. num. 20 & Port. d. conſ. 5. num. 49.* qui ait, conditionem illam, *cum effectu*, operari, vt teneatur ad intereſſe, vel ad pœnam conuentam, etiam ſi faciat quod in ſe eſt. Et quamuis articulus ſit valdè controuerſus, vt aduertit *Mantic. de tacit. d. lib. 14. tit. 35. num. 29.* tamen communis ſtat pro ampliatione noſtra, & eſt vſu recepta, vt poſt *Pariſ conſ. 100. num. 26. lib. 1.* teſtatur *Mantic. d. num. 29. in fin* & de veriori, & magis communi *Eugen. conſ 90. num. 46. lib. 1.*
18 Limitatur tamen ſupra firmata cõcluſio, quando manifeſtè conſtaret de mente ſtipulantis, & promittentis, quòd voluerint cõtrahere obligationem ad intereſſe, vel pœnam, ſi effectus non fuerit ſequutus, vt dicitur in hac deciſione; prout quando eſt appoſitum pactum reſolutiuum, ſi conductor non præſtiterit cautionem quolibet anno, quia niſi cum effectu illam dederit, diligentiæ non ſuffragantur ad euitandam reſolutionem contractus, ex text. *in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſario in 2. reſp ff. qui ſatiſd. cog. Alciat. in l. 4. §. Cato num 133 verſ & ex his ff. de verb. ſignif.* quod dicit eſſe de mente aliorum DD. & in practica notandum, & ſequitur *Mantic. vbi proximè num. 30.* Idem dicendum eſt, ſi quis in obligatione facti alieni promiſerit de ſuo ſol-
19 uere, vt in clauſula, *aliàs de proprio*, tunc ad pœnam, vel intereſſe tenetur, vt poſt *Abb. conſ 43. num. 2. lib. 1.* & alios plures *Crauett. conſ 957. num. 21. cum ſeqq. Gabr. conſ 131. num. 4. lib. 2. Mantic.* vbi ſupra *num. 32.* Quia videntur contrahentes per hanc clauſulam veriſimiliter voluiſſe dicere, quòd faciendo omnem conatum, promittens non liberetur: quo caſu ſinè dubio non ſuffragaretur diligentia. *Mantic.* vbi proximè *tit. 35. num. 1. & 29. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 27. num. 8.* & hac deciſ. D. mei allegata *Beltramin. ad deciſ. Greg. 241. num. 8. circa fin.*
Idem dici poteſt de eo, qui promittit releuare indemnem, quia
20 hoc caſu nec etiam adhibendo diligentiam liberatur, *Abb. d. conſ 43. num. 2 lib 1. Soccin. ſen. conſ. 288. num. 33. verſ. quartò confirmatur iſta opinio lib. 2. Dec in l. vltima §. Labeo num. 11. ff. ſi cert. pet. & in l impoſsibilium num. 5. de regul iur. & conſ. 313. col. 2. poſt verſ non obſtat deciſio Rip in l. quod te num. 46. ff ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 110. num. 9. lib 1.* quos ſequitur *Mantic. vbi proximè num. 31.*
Sed limitatio prædicta circa clauſulam, *Aliàs de proprio*, videtur recipere declarationem, dummodo non poſſit intelligi, quòd ſit appoſita in euentum non adhibitæ diligentiæ, vel niſi ſuperueniat difficultas, vt per *Gabr. d. cõſ* 131.
An autẽ ſufficiat pro adimplemento, quòd actus ſimpliciter
21 efficiatur, vel requiratur etiã, quòd ſit validus, opinionẽ negatiuam defendit *Rolan. conſ 81. per tot. lib. 4.* vbi concludit, per ſimplicem renunciationem factam ab vxore de bonis paternis, & maternis fuiſſe liberatum virum, qui promiſerat ſe curaturum, & facturum cum effectu, & in valida iuris forma, quòd vxor renunciaret bonis paternis, & maternis; quamuis compertum fuerit, renunciationem inualidam eſſe, ex quo non interuenerat conſenſus patris, & matris, de quorum hæreditate agebatur; ſed affirmatiuam latè defendit *Surd. d conſ. 3. num. 38. & à num. 5. & 41.* reprobando *Rolan* contrariam ſequentem, & in ſpecie reſpondet ad *deciſ Capic 93. & Gram. deciſ. 102.* quæ videbantur fauere opinioni *Roland.* quòd in *deciſ. Capicij* probatum fuerat, particulares illius Vniuerſitatis adhibuiſſe omnem diligentiam, vt ratificatio fieret in forma valida, & in terminis deciſionis *Gramm.* ratificatio erat valida, licèt ex cauſa extrinſeca veniret reſcindenda, & idem tenuit idem *Surd. conſ. 157. num. 15. & 16.*
E Difficultas excuſat à mora, ſi ſuperuenit poſt contractum,
22 vt diſtinguendo poſt *Bart. in d l continuus, §. illud,* tradit *Rim ſen conſ. 322. num 5. verſ decebat enim volum. 2.*
F *Natt. conſ 50. num. 24. Ludouic. deciſ. Peruſ. 27. num. 10. Gramm. deciſ. 102. col. 1. & 2. Tiraquel. in l. ſi vnquam in fin num. 6. C. de reuoc. don.* quos *Surd. conſ. 306. num.*
23 *6. num. 1.* vbi quod promittens minorem ratum habiturum, liberatur, ſi minor reſtituatur in integrum aduerſus contractum ſuo nomine factum; *& num. 4.* quòd promit-
24 tens minorem ratum habiturum contractum, ſi probat illum iniquum, & dolum re ipſa continere, non tenetur.
G Et quòd promittens factum alienum, videatur promit-
25 tere, curare, & facere, ac proinde in mora conſtituatur abſque interpellatione, tenent vltra citatos in deciſione *Hippol. Riminal. conſ 31. à num. 127. vſque ad num. 135. lib. 1. Cephal. conſ. 158. num. 17. Ruin. conſ. 42. num. 26. lib. 1. Surd conſ 157. num. 25. & 26.* Limita, vbi non eſt
26 appoſita dies expreſſa, vel ſecundùm *Felin. in cap. 2. ſub num. 4. de magiſtr.* etiam tacita, quæ interpellat pro homine; tunc enim interpellationem requiri, tenent *Port. d. conſ. 5. num. 17. Menoch.* & ab eo citati *conſ. 279. num. 60. Riminal Iun. d. conſ. 31. num. 137.* vbi declarat limitationem, quando tempus eſſet appoſitum ad aliquid faciendum ſinè miniſterio alterius hominis, & actus dependeret à perſona nominata tantùm, & allegat ſingulare dictum *Abb. in cap. venerabilis, col. penult. de iudic. Felin in d. cap. 2. de magiſtr. num. 4. verſ primò quòd debet.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſculana fideicommiſſi.

Veneris 20. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Fructus legitimæ, dotis, & ſtabilium quomodo, & ad quam ſummam taxentur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legitimæ debentur ad rationem quinque pro centenario.*
2 *Fructus ſtabilium regulariter taxantur ad rationem quinque pro centenario.*
3 *Fructus dotis taxantur iuxta loci ſtatutum, vel conſuetudinem, de quorum validitate num. 4. & num. 5. vbi quòd procedunt etiam in donationibus propter nuptias.*

DECISIO LXV.

STANTE reſolutione in hac cauſa facta 26. *Octobris* 1601. *coram bon. mem. Card. Seraphino*, Conſtantiæ deberi fructus dotis Pacifico primo marito ſolutæ, & legitimæ ex perſona Candidi ex eodem viro filij debitæ, dubitaui, ad quam rationem illi deberentur. Et Domini cenſuerunt, fructus legitimæ deberi ad
1 rationem quinque pro centenario, prout taxantur regulariter fructus ſtabilium, & hoc dicitur iuſtum inte-
2 reſſe *Gloſ. fin. in auth. præterea C. de Sacroſanct. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum num. 5. verſ. item adde de leg. 1. Pariſ. conſ. 60. num. 29. lib. 1.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 6. num. 19. & Couar.*
A *lib. 3. var. reſol. cap. 9. num. 5.* A

Fru-

Fructus verò dotis pro tempore ſecundi matrimonij, quos
3 taxandos eſſe iuxta loci ſtatuta, vel conſuetudinem dixit
Rota in præcitata *deciſ. coram Card. Seraphino* ad ratio-
B nem ſeptem cum dimidio B, prout ita ſolere taxari in
illis partibus dixit, & approbauit *Rota in alia Aſculana Prædij 17. Martij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*. Pro tempore viduitatis nihil Domini reſoluerunt, ſed mandarunt, vt de reliquis videatur, &c.

ANNOTATIO.

A *Rota in Bononien. de Pannolinis* 1614. *& in Romana fructuũ dotis* 28. *Iunij* 1621. *corã bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & deciſ.* 552. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* & concordant aliæ deciſiones *coram D. meo*, præcipuè in *Aſculana ſpolij* 22. *Maij* 1615. *& in Romana vſuſfructus* 1. *Iulij eiuſdem anni num* 7.

B Iuxta formam Statuti Rauennaten. deberi fructus do-
4 tis ad rationem ſeptem pro centenario cenſuit *Rota in Rauennaten fructuum dotis* 28 *Febr.* 1603. *& Magon. Florent. deciſ* 83. refert aſſerentes aliquando taxari ad octo, *Gratian diſcept. forenſ tom* 4. *cap.* 726. *num* 15 *in fine*, & Rota in *Interamnen. fructuũ dotis* 26. *Febr.* 1597. *corã Gypſio* ad rationem quinque pro centenario, & ſequuta eſt *in d. Romana fructuũ dotis coram Manzanedo*, & in *d. Aſculana Spolij coram D. meo*; ex quibus colligitur, conſuetudinem, & ſtatuta taxantia fructus dotis ad rationem certæ quantitatis, eſſe valida, vt comprobat *Surd. de alim. quæſt.* 42. *num.* 27. *Molin. de iuſt. tract.* 2. *diſput.* 321. *col. penult. in fin Pontan de aliment. cap.* 15. *num.* 7. *Mareſcott. variar. lib.* 2. *reſolut.* 83. *num.* 53. & plures, quos refert, & ſequitur *Gratian. d cap.* 726. *num.* 14. *&* 15. *& Antonin. de Amat. variarum reſolut.* 49. *num* 98. (quicquid dixerit *Barboſ.* qui contrariam opinionem veriorem appellat, & defendit *in l.* 2. *in princ. num.* 43. *ff ſolut. matrim.*) & hanc opinionem in Rota ſæpius eſſe receptam, patet ex allegatis per *Gratian.* vbi proximè quibus adde, idẽ fuiſſe reſolutum in *Romana dotis* 5. *Iulij* 1599 *coram Orano*, & ſequuta eſt *Rota in Romana fructuum dotis de Luraghis* 19. *Ianuarij* 1600. *coram Iuſto* impreſſa poſt *Pacif de Salu. deciſ* 308. *num.* 4. *&* 5. *& in Romana dotis* 3. *Martij* 1616. *coram Reuerendiſſimo Patriarcha Pamphilio impreſſa penes Marcheſ de Commiſſ par.* 1. *fol.* 845. *Seraph. deciſ* 1406. *num.* 3. *& inter recent deciſ.* 754. *num.* 2. *par.* 2. & in *d. Romana coram Manzanedo*, & infra in alijs *coram D. meo & coram R. P. D. meo Nauarro in Tiburtina dotis* 19. *Aprilis* 1623.

Quæ concluſio procedit, tàm quo ad fructus dotis, quàm quo
5 ad fructus donationis propter nuptias, vt reprobato *Corn. conſ* 240 *lib.* 3. *Afflict. deciſ* 291. *& Capic deciſ.* 65. tenet *Grammat deciſ* 103. *num.* 98. poſt *Bald in l vbi adhuc, num.* 26. *verſ item ex fructibus donationis*, *C. de iur dot.* dicẽs, quòd *conſ Neap.* à dictis deciſionib. *Affl. & Capic.* receſſit, & poſtea ſemper ſeruauit contrarium, prout ſeruatur in Senatu Pedemontano, vt per *Theſaur deciſ.* 45. & ibi *Theſaur. Iun. in addit Addent ad Afflict.* vbi proximè, referens contra ipſius *Afflict deciſ* fuiſſe iudicatum, & hanc communem dicit *Marc. Salon. de Pace conſ.* 4. *num.* 28. & vti veriorem tenet, & comprobat *Fachin lib* 10. *controu. cap.* 8. & in hanc ſententiam inclinauit *Rota in Romana fructuum* 17 *Aprilis* 1600. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Mellino impreſſa penes Marcheſ de commiſſ par.* 1 *pag.* 109. *&* 114. & firmauit *in d. Romana dotis* 3 *Martij* 1606 *corã Reuerendiſſimo D meo Patriarcha Pamphilio impreſſa apud Marcheſ pag.* 845.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Lunæ 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria an concedatur ſpoliatori, & ex quibus præſumatur calumnioſè petita.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria danda non eſt ſpoliatori, ad ſe diutius in ſpolio confouendum.*

2 *Remiſſoria interdum concedi ſolet ſpolianti concurrente fumo, & ceſſante calumnia.*

3 *Remiſſoria petita in vltimis audientijs non conceditur, quia cenſetur petita ad impediendam cauſæ expeditionem.*

DECISIO LXVI.

VISVM fuit Dominis, non eſſe concedendam remiſſoriam; quia cum ſpolium fuerit iuſtificatum, vt ex deciſio-
1 nibus coram me factis, non erat danda ſpoliatori ad ſe in illo diutiùs confouendum *Caſſad. deciſ.* 3. *de dilat. Verall. deciſ.* 63. *num.* 2. *par.* 3. & quotidie ſeruat Rota *vt fuit vltimo loco reſolutum in Nicien. ſpolij* 16. *huius coram R. P. D. meo Decano*.

Et licèt ſoleat interdum concedi remiſſoria ſpolianti con-
A currente fumo, & ceſſante calumnia A, *Caſſad. deciſ.* 4. *in princ. Put. deciſ.* 405. *in vlt. impreſſ. lib.* 2. Tamen videbatur Dominis potiùs in hoc caſu cõcurrere ſuſpicio calumniæ, tàm ex eo, quòd petita fuit in vltimis au-
3 dientijs, & ſic ad impediendam cauſæ expeditionem, vt fuit dictum *in alia Virdunen. Canonicatus* 4. *Iulij* 1597. *coram Reuerendiſſimo Pacen. & in Cæſarauguſtana Cabimentorum* 1. *Iulij* 1602. *coram bon. mem. Card. Se-*
B *raph. inter impreſſ.* 1450. B, quàm ob facultatem, quam habuit ſpoliator petendi remiſſoriam anno præterito, dum ad eundem effectum compulſoriam obtinuit; & demum ex eo, quòd ſæpe ſæpius citatus, neque adhuc articulos exhibuit.

Et ita DD. tenuerunt, &c.

ANNOTATIO.

A Remiſſoria an, & quando denegari ſoleat à Rota ex ſuſpicione calumniæ, dixi ſupra *deciſ.* 23. *ſub lit. A*

B *Rota diuerſ. deciſ.* 322. *lib.* 3. *part.* 3. *& deciſ.* 45. *num.* 1. *part.* 2. *recent. Greg. deciſ* 356. *num.* 8. & fuit dictum in *Romana iocalium* 26. *Iunij* 1624. *coram bon mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Firmana bonorum.

Veneris 27. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio probatur ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis, concurrentibus præſertim conſignatione clauium, & recognitione colonorum; & capta per procuratorem idem operatur, ac ſi principalis illam ceperit. *Mater*

ter

ter tutrix an poſſit adminiſtrare, & poſſeſſionem capere antequam ſolemnia adimpleuerit. Statuta prohibentia capi poſſeſſionem abſque iudicis decreto, non habent locum, vbi poſſeſſio eſt vacans.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ex inſtrumentis adeptionis illius probatur, maximè quando facta ſunt in conſpectu rerum, num. 2. Intellige, & declara, vt num. 18. & ſeqq.*

3 *Clauium conſignatio & colonorum recognitio operantur poſſeſſionis adeptionem.*

4 *Poſſeſſio acquiritur per procuratorem æquè, ac per principalem.*

5 *Poſſeſſio ex appoſitione horarum præſumitur anterior poſſeſſione eadem die capta.*

6 *Tutela defertur matri, deficiente tutore teſtamentario.*

7 *Tutor legitimus datur ſinè decreto.*

8 *Tutor ante iudicis decretum ſuper adminiſtratione poteſt præuenire, exercendo tempore peritura.*

9 *Poſſeſſio reſidet in perſona accipientis, donec fuerit ratificata ab eo, cuius nomine accepta fuit.*

10 *Poſſeſſio acquiri non poteſt pro legitima, tanquam incerta ratione quota, & loci.*

11 *Clauſula* (omni meliori modo) *operatur, vt poſſeſſio cenſeatur capta ex quocunque capite, & modo, quo potuit.*

12 *Poſſeſſio etiam ſinè dominio acquiri poteſt.*

13 *Hæreditatis poſſeſſio acquiritur ex ſuperficiali aditione licèt inefficaci.*

14 *Poſſeſſio acquiri poteſt, etiam ante aditionem hæreditatis.*

15 *Bannimenta de non capienda poſſeſſione ſinè iudicis decreto, non habent locum, vbi poſſeſſio eſt vacans.*

16 *Poſſeſſio vacans poteſt ab hærede capi propria auctoritate, etiam ſi ſit ab inteſtato.*

17 *Poſſeſſio capta contra formam banni eſt valida, ſi bannum imponit ſolùm pœnam pecuniariam, & non annullat poſſeſſionem.*

19 *Detentatio ſola ſufficit, ad hoc vt inſtrumentalis poſſeſſio per alterum capta nihil operetur.*

20 *Poſſeſſio inſtrumentalis vt excludatur, tertij poſſeſſionem allegare licet.*

21 *Poſſeſſio præſumitur vacua, & qui dicit eam plenam, tenetur probare.*

22 *Poſſeſſio inſtrumentalis capta auctoritate iudicis ſuffragatur, etiam vbi fuiſſet plena: ſi iudex ritè, & rectè procedit, ſecus ſi nulliter, & iniuſtè num. 23. & iniuſtitia qualis eſſe debeat, num. 25.*

24 *Iudex præſumitur ritè, & rectè proceſſiſſe, & ideo donec probatur iniuſtitia, ſeu nullitas ſententiæ, præſumptio ſtat pro ea, & nullitatem allegans tenetur illam probare.*

26 *Mandatum de manutenendo conceditur poſſeſſori anteriori, etiam per horam: etiam in puncto. num. 27.*

28 *Statutum permittens capi poſſeſſionem auctoritate propria, debet intelligi quando poſſeſſio eſt vacua.*

DECISIO LXVII.

MORTVO Laurentio filio quondam Franciſci Eliſæi 4. Decembris 1613. in pupillari ætate, Iſabella eius mater, mediante ſpeciali procuratore ſuo, & Ludonicæ, & Doralicis pariter eius ex dicto Franciſco filiarum nominibus conſtituto, quibus inſimul ab inteſtato delata fuit eiuſdem Laurentij hæreditas iuxta *tex. in auth. defuncto C. ad Tertull.* poſſeſſionem domus, ac mobilium, & prædiorum, necnon animalium adepta fuit: antequam pro Giſmina, & ſororibus dicti Laurentij ex Ioſepho eius fratre, & Franciſci ex primo matrimonio neptibus caperetur. Et propterea in poſſeſſione prædictorum bonorum eſſe illis dandam manutentionē
1 DD. dixerunt; cum ex inſtrumentis adeptionis illius
A benè probetur, & acquiratur poſſeſſio A, *vulg. l. prædia, & ibi Gloſſ. in verbo declarauit, ff. de acquiren. poſſeſſ.*
2 & præſertim, quia facta ſunt in rerum prædictarum conſpectu *l. 2. & ibi Gloſſ. C. de acquir. poſſeſſ. Bart. num. 4. Bald. num. 8. verſ. item quæritur Salyc. num. 4. verſ. oppono, quòd acquiſitionem, Bart. in d. l. prædia num. 1. verſ. oppono quòd per inſtrumentum Put. deciſ. 350. num. 3. in fin. & num. 4. in nou. impr. lib. 1. Rota in Maceraten. hæreditatis 15. Iunij 1583. coram bon. mem. Cardinali Pam-*
B *philo* concurrente maximè conſignatione clauium B,
3 & recognitione colonorum *ad l. qui vniuerſas §. quòd per colonum, vbi Bart. & Ang. in princ. Alex. in 1. not. ff. de acq. poſſ. Rota deciſ. 681. num. 1. par. 1. diuerſ.* quæ licet capta fuerit per procuratorem, non tamen minùs
4 operatur, quàm ſi per eas capta fuiſſet *l. 1. §. per procuratorem, vbi Gloſſ. Bart. & alij, & in l. communis ſeruus §. 1. ff. de acq. poſſ.* & tanquam anterior, vt etiam ex ap-
C poſitione horarum præſumitur C, *Caſſad. deciſ. 4. num.*
5 *6. in fin. & num. 7. de regul. Mohed. deciſ. 12. num. 2. de reſtit. ſpol. & tenuit Rota in Salamantina præſtimonij vlt. Ianuarij præteritis coram me.* Præferenda venit ex
D aduerſo prætenſæ in omnem caſum poſteriori D, *cap. licet cauſam, vbi Felin. num. 8. verſ. tertiò cauſa, de probat. cum vulgar.*

Non obſtat, quòd Iſabella vti tutrix, & curatrix procuratorem conſtituerit, cum non eſſet, ſtantibus teſtamentarijs. Quia teſtamentarij fuerunt dati ſoli Laurentio, vt clarius declarauit teſtator in codicillis, & ſic tutela
6 erat Iſabellæ matri delata iuxta *tex. in auth. matri, & auia C. quand. mul. tut. off. fung. poſſ.* & ſinè decreto,
7 cum tutores legitimos lex ipſa faciat *Corn. conſ. 164. num. 3. lib. 4. Gabr. conſ. 36. num. 13. in fin. lib. 1.* Ideoq. potuit procuratorem conſtituere *Alber. in l. neque tutores num. 6. C. de procur. Put. deciſ. 199. in modern. impr. lib. 2.* & etiam non præcedente iudicis decreto ſuper
8 adminiſtratione, præuenire in capienda poſſeſſione, & ſic exercere tempore peritura, & quæ filiabus nocere non poterant *l. fin. vbi Gloſ. in verbo apertè Alber. & Bald. in ſummario Bart. in ſummario, & in 1. notab. Salyc. num. 1. C. de tut. & curat. qui ſatiſd. non ded. Bart. in l. legitimos num. 9. ff. de tut. & curat. & in l. tutor qui repertorium, in fin. ff. de adminiſtrat. tut. Caſtren. conſ. 355. num. 4. verbo tamen quia, & col. fin. verſ. 4. concludo lib. 1. Alex. conſ. 163. num. 3. verſ. modò, & num. 4. lib. 5. Corn. conſ. 164. in princ. & num. 4. lib. 4. Ruin. conſ. 108. num. 13. lib. 1. Boer. deciſ. 124. num. 19. Carauit. rit. 275. num. 25.* & in ſpecie noſtra *Gabr. conſ. 37. num. 13. verſ. nec refert, & num. 14. lib. 1.* Vltra quòd dici poſſet, poſſeſſionem in perſona Iſabellæ reſidere donec per filias, quarum nomine capta fuit, ra-
9 tificata ſit ex *not. in l. ſi abſentis, vbi Bart. & alij C. ſi cert. pet. Rota deciſ. 641. num. 5. par. 1. diuerſ.*

Minùs obſtat, quòd mandatum Iſabellæ eſſet ad capiendam poſſeſſionem ratione legitimæ dicti Laurentij, à qua ipſa per directam pupillarem Laurentio factam, &
10 ex codicillis erat excluſa, pro qua etiā, vti incerta ratione loci, & quotæ acquiri non potuit *ad l. 3. §. & ſi incertam, vbi Angel. ff. de acq. poſſ. Alex. conſ. 134 lib. 4. cum alleg.* Nam mandatum non videbatur DD. reſtrictum ad cauſam legitimæ, vt ex verbis, ibi (ratione ſucceſſionis, & aliàs omni meliori modo) quæ tanquam ampliatiua operantur, vt poſſeſſio cenſeatur ca-

pta

11 pta ex quocunqde capite, & modo, quo potuit, *Verall.* qui de obſeruantia Rotæ *deciſ.* 124. *par.* 1. *Creſcent.*
deciſ. 11. *in fin. de dol. & contum. Caſ. de Graſſ. deciſ.* 11.
num. 4. *de elect.*

Ad illud, quòd ex adeptione poſſeſſionis bonorum hæredi-
tariorum reſultet aditio hæred[illegible], quæ tamen fieri
non poteſt ſinè ſolemnitatibus Co[illegible]tionis Marchiæ
lib. 5. *cap.* 25. fuit dictum, poſſeſſionem ſinè dominio
12 acquiri potuiſſe *l.* 1. *§. ſi vir vxori, & §. item acquiri-*
mus ff. de acq. poſſ. & adhuc ſufficit ſuperficialis aditio,
13 quamuis ineffieax *Gloſ. in l. hæres inſtitutus in verbo te-*
ſtari in fin. & ibi Balb. & Alex. num. 6. *ff. de acq. hæred.*
Imò poterat acquiri poſſeſſio, etiam ante aditionem
14 hæreditatis *Alex. in l. penult. num.* 4. *vbi Iaſ. num.* 3.
C. de edic. diui Adr. toll. Gabr. d. conſ. 36. *num.* 16.

Bannum prohibens capi poſſeſſionem ſinè Iudicis auctori-
tate, & curiæ interuentu, dicebatur recipere interpre-
15 tationem à iure communi ad not. *in l.* 2. *C. de noxal.* &
E ſic nõ procedere, quando poſſeſſio eſt vaeans E, prout
in caſu noſtro, qoo caſu poteſt hæres illam capere pro-
16 pria auctoritate *Bart. in l. fin. num.* 16. *verſ. item extra*
gloſ. & ibi Dec. num. 4. *verbo poteſt tamen C. de edic.*
diui Adr. toll. cum alleg. per Tiraq. in tract. lemort ſaiſit
in præfat. declarat. 8. etiam ſi ſit hæres ad inteſtato. *Ang.*
in l. 2. *in verſ. vbi verò C. quorum bonorum.* Quod verba
Banni ſatis oſtendunt, non ſolùm in proemio, in quo
exprimitur cauſa ad tollendũ rixas, & ſcandala; ſed etiã
in diſpoſitiua, dum ceſſante iudicis licentia partis con-
ſenſum requirunt. Non poteſt itaque applicari eiuſdem
diſpoſitio, vt in ſimili conſiderat *Rota coram bon. mem.*
Cardinali Seraphino deciſ. 423. *num.* 3. Omiſſo, quód
bannum imponit ſolùm pœnam pecuniariam, neque
annullat poſſeſſionem *Card. Seraphin. d. deciſ.* 423.

Reſpectu vero cenſuum nihil DD. reſolueruot; illorũ tamen
17 poſſeſſio capta non fuit pro dd. Iſabella, & filiabus, ſed
pro Giſmina, & ſororibus nomine etiam Ludouicæ, &
Doralicis, vigore ſubſtitutionis factæ in teſtamento di-
cti Franciſci.

Et ita vtraque parte informante dictum fuit.

ANNOTATIO.

A Intellige, dummodo poſſeſſio ſit vacans, nam alio poſſi-
dente, inſtrumentalis poſſeſſio non ſuffragatur, *l non id-*
circo, & ibi *Bald. & alij. C. de fid. inſtrum. Rot. deciſ.* 269.
num. 3. *& deciſ.* 70. *num.* 7. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 649.
19 *num.* 9. *part.* 2. *recent.* & ſæpiſſimè in alijs. Imò ſufficit
mera, & nuda poſſeſſio, & detentatio, ad hoc, vt inſtru-
mentalis poſſeſſio per alterum capta nihil operetur, & nul-
lius ſit conſiderationis *Mohed. deciſ.* 20. *circa med. de re-*
ſtit. ſpoliat. Lancellot. de attent. par. 2. *cap.* 4. *num.* 63. *Gre-*
20 *gor. deciſ.* 138. *num.* 4. & licet etiam allegare poſſeſſionem
tertij, ad excludendam poſſeſſionem inſtrumentalem, *Rota*
deciſ 65. *num.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 206. *num.* 8. *par.* 2. *re-*
cent. & d. deciſ. 138. *Gregor. XV. num.* 3. Præſumitur ta-
21 men, poſſeſſionem fuiſſe vacuam, & qui dicit eam plenam,
tenetur probare *Seraphin. deciſ* 322. *num.* 3. & fuit dictum
in *Aquilana beneficij* 8. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. meo*
Nauarro; & in Vaſionen. Cappellaniæ 23. *Maij* 1625. *co-*
ram bon. mem. Vbaldo.

Prædicta limitantur, vt non procedant, vbi poſſeſſio inſtru-
22 mentalis eſſet capta auctoritate Iudicis, quia tunc ſuffra-
gatur, etiam ſi alius fuiſſet in poſſeſſione; Iudex enim pri-
uat poſſeſſione, ſinè alia expulſione *Angel. in l. qui vni-*
uerſas §. item cum Prætor in fine, & in l clam poſſidere,
§. qui ad nundinas num. 2. *in fin ff. de acquir. poſſeſſ Sera-*
phin. deciſ 1325. *num.* 1. *Rota deciſ.* 61 *num.* 3. *par.* 2. *di-*
23 *uerſ & deciſ.* 525. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Quod eſt intelli-
gendum, vbi Iudex ritè, & rectè procedit, ſecùs ſi nul-
liter, & iniuſtè, vt eſt tritum *Seraphin. d. deciſ* 1325. *num.*
7. *Rota deciſ.* 35. *ſub num.* 4. *& deciſ.* 147. *ſub num. etiam*
4. *& d. deciſ* 525. *in fin d. num.* 3. *par.* 2. *recent* & in alijs
24 ſæpiſſimè. Præſumitur tamen pro Iudice, quòd ritè, &
rectè proceſſerit *ad l. ab eo, ff de probat.* & ideo interim
donec probatur iniuſtitia, ſeu nullitas ſententiæ, præſum-
ptio ſtat pro ea, & onus probandi nullitatem ſpectat ad
illum, contra quem lata fuit, *Surd. conſ* 39. *num.* 7. &
ſeq. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 485. *num.* 3. *& in*
recent deciſ. 293. *ſub num.* 6. *part.* 1. *& deciſ* 347. *num.* 3.
25 *par.* 2. & ad effectum confouendi in poſſeſſione immiſſum
à Iudice, & excludendi à manutentione illum, qui paſſus
eſt executionem ſufficit, nullitatem, ſeu iniuſtitiam non
eſſe adeo euidentem, ac notoriam, vt aliqua excuſatione,
ſeu ratione velari non poſſit, *Rota deciſ.* 674. *num.* 3. *par.*
2. *recent. Seraphin. deciſ.* 867. *num.* 1. & in *Romana de*
Bombellis 31. *Maij* 1613. *coram Cardinali Sacrato, & in*
Squillacen Abbatia 21. *Maij* 1625. *coram R. P. D. meo*
Merlino, in qua dicitur, ita pluries in alijs deciſum fuiſſe.

B Clauium traditione an, & quando cenſeatur tranſlata poſ-
ſeſſio dixi ſupra *deciſ.* 2. *lit.* C.

C Dixi ſupra *d. deciſ* 32. *ſub lit. A.*

D Quód anterioritas poſſeſſionis, etiam per horam ſufficiat
26 ad obtinendum mandatum de manutenendo, *Bald. in l. de*
rebus num. 2. *C. de donat. ante nupt. Caſſador deciſ.* 20. *num.*
1. *de præbend.* cum alijs per *Tiraquell. de vtroque retract.*
par. 1. *§.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 12. *Ferrett. conſ.* 5. *num.* 8. *in*
fine, & conſ. 31. *num* 10. *lib.* 1 *Rota deciſ.* 322. *ſub num.* 2.
verſ. & ſufficit par. 1. *recent.* & in *Romana quarta* 27. *A-*
prilis 1626 *coram R. P. D. meo Decano*; Imò ſufficit ad
27 hunc effectum prioritas etiam in puncto, *Bald. & Caſſad.*
locis cit. Dec. in cap. paſtoralis, num. 1. *de reſcript. Put. de-*
ciſ. 362. *lib.* 2. *in correct.* qui loquitur in poſſeſſione capta
ante ortum Solis. *Rota deciſ.* 29. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ.*
& deciſ 135. *ſub num.* 1. *verſ quòdque ſufficit, part* 1 *recent.*

E *Menoch. de recuperan. remed.* 5. *num.* 30. & 31. Sicuti è
contra ſtatutum permittens ingredi poſſeſſionem propria
auctoritate, intelligitur, niſi poſſeſſio iam ab altero occu-
pata ſit *Menoch. de adipiſcen remed. vlt. num.* 23. *Peregr.*
de fideicommiſſ. art. 47. *num,* 77. *Gratian diſcept. forenſ.*
cap. 542. *num,* 15. in quo cap. omnibus huius deciſionis
concluſionibus vſus fuit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Terdonen. Archipresbyteratus.

Veneris 27. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria conceditur ad iuſtificandam proui-
ſionem Apoſtolicam, maximè ceſſante calum-
niæ ſuſpicione.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria petita ad iuſtificandam prouiſionem Apoſtoli-*
cam, non eſt deneganda.
2 *Remiſſoria denegari non debet, quando non eſt calumnioſa.*
3 *Teſtes licèt nulliter examinati præſtant ſufficientem ſumũ*
pro excluſione calumniæ, & conceſſione remiſſoriæ. et num. 6.
4 *Remiſſoria non ſolet de facili à Rota ob præſumptam ca-*
lumniam denegari.
5 *Remiſſoria non impeditur propter nouum examen factum*
in curia ſuper iiſdem articulis, quando teſtificata non
fuerunt edicita, neque parti datum ſummarium.

DE-

DECISIO LXVIII.

1 PRO informante & conceſſione remiſſoriæ deciſum. Tum quia petebatur ad
A iuſtificandam prouiſionem Apoſtolicam A, & ita, nedum pro iuſta & rationabili, ſed neceſſaria cauſa. Ideò deneganda non erat *l. iudicis in princ. ibi, ſi hoc perſpexerint, & in fine ibi, & hoc, ſi iuſtè Iudex inuenerit C. de fide inſtrum. vbi Bald. num. 1. in 5. notab. Salyc. in princ. verſ. item nota quòd hæc, & Caſtren. num. 3. Verall. deciſ. 56. par. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 9. & ſeq. de dilat.* tum quia ceſſabat
2 oīs calumniæ ſuſpicio *Caſſad. deciſ. 3. de dilat. Verall. deciſ. 59. num. 3.* tàm ex eo, quòd non erat ad retardandā expeditionem cauſæ, neque pro poſſeſſore beneficij: quàm ex teſtibus in Curia examinatis, & à me de ordine Domino-
3 rum viſis, ex quibus licèt non benè probantibus oriebatur ſufficiens fumus pro excluſione calumniæ, & con-
B ceſſione remiſſoriæ B, quæ præſertim non ſolet de fa-
C cili ob præſumptam calumniam à Rota denegari C, vt ex *deciſ. Bellam. 625. in fin.* in pluribus cauſis ſeruatum fuit & dictum in *Leodien. Canonicatus* 10. *Iunij præteriti coram me*.

Nec impediri poteſt propter examen factum in Curia ſuper iiſdem articulis in effectu. Quia non fuerunt didicita teſtificata, neque parti datum ſummarium, adeò,
4 vt non poſſit nouum examen impediri; neque applicetur materia *auth. at qui ſemel C. de probat. deſumptæ ex §. quia verò verſ. illud. tamen Auth. de teſtib. & cap. ex tenore 35. ad finem de teſtibus, cum ſimilibus*.

Vndè concluſum pro remiſſoria, &c.

ANNOTATIO.

A Idem dictum fuit in eiſdem terminis in *Leodien. Abbatiæ 28. Nouembris 1622. coram bon. mem. Vbaldo*; in qua hæc deciſio allegatur.

B Quòd teſtes etiam nulliter examinati præſtent ſufficientem fumum pro concedenda remiſſoria, fuit etiam dictum in *Colimbrien. matrimonij 6. Nouembris 1617. num. 4. & in Bergomen. penſionis 8. Nouembris 1624. num 8. coram D. meo*, & ibi allegatis adde *Rot. deciſ. 661. num. 1. ad fin. par. 2. recent. Gregor. deciſ. 361. num. 1. & deciſ. 562 num. 4.* & fuit dictum in *Oxomen. Canonicatus 2. Martij 1622. coram R. P. D. meo Merlino*, vbi quòd pro teſtibus nulliter examinatis formiter repetendis remiſſoriam paſſim concedit Rota, etiam poſt publicationem, & didicita teſtificata; & ratio redditur, quia teſtes nulliter examinati, dummodo concludant in dicto, quamuis non probent, faciunt tamen adminiculum, vt fuit pluries dictum infra coram D. meo, & in alijs ſæpiſſimè.

C Vide, quæ dixi ſupra *deciſ. 23. ſub lit. A*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Veneris 27. Iunij 1614.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis impediri non poteſt, quando querela datur poſt relaxatum mandatum, niſi manifeſtè conſtet de falſitate.*

DECISIO LXIX.

AD inſtantiam Agentium pro D. Pia repropoſito dubio 5. Maij præteriti ad fauorem Antonij reſoluto, nō receſſerunt DD. à deciſis, quòd cauſa criminalis non ſit præiudicialis ciuili; & dum in alia deciſione inter alia iura, ex quibus euenire poſſe dictum fuit, vt Antonius obtineat in cauſa ciuili ſinè epiſtola 18. Aprilis 1606. ſuper cuius tantùm falſitate pendet cauſa criminalis, deducebatur alia epiſtola 8. Aprilis 1606. à Dominico Venetijs Romā Antonio eius fratri directa, continens declarationem Dominici, quod donatio Rodulphi erat etiam ad fauorem Antonij, & ceſſionem iurium illius vigore ſibi competentium, & in hac cauſa producta; pro confirmatione conſiderabant inuentarium nouiſſimè productum, confectum à Fiſco, ſeu Notario criminali 10. Iulij 1606. ſcripturarum ex domo Antonij ablatarum, eidem 27. Ianuarij 1609. cum eius quietantia in pede inuentarij reſtitutarum, in quo inter alias ſcripturas deſcribitur epiſtola ex Ciuitate Venetiarum ad Vrbem per Dominicum tranſmiſſa ſub data die 8. Aprilis 1606. ex quo tolli videbatur omninò ſuſpicio antidatæ, & ſuppoſitionis illius inter ſcripturas Notarij, quæ etiàm nunquam fuerunt prætenſa.

Subſiſtere etiam viſum fuit ſecundum deciſionis funda-
1 mentum, quòd cum quærela data fuit poſt relaxatum mandatum, non poſſit impediri cauſa ciuilis, niſi manifeſtè conſtet de falſitate: pro eius tamen excluſione adeſt vltima ſententia vltra alia in deciſione conſiderata.

Romana domus.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Arbitrator extraiudicialiter procedens, arbitrari non debet ſine partium citatione, niſi fuerit præmiſſa matura negotij diſcuſſio, cum partium præſentia, vel citatione.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur ad declarationem arbitratoris extraiudicialiter procedentis, ſi partes fuerint plenè auditæ in diſcuſſione negotij; ſecus vbi matura negotij diſcuſſio præmiſſa non fuit, num. 3.*

2 *Negotij matura diſcuſſio haberi non poteſt, ſinè partium vocatione, vel præſentia.*

4 Baldi opinio conſ. 64. lib. 3. *circa citationem coram electo ad æſtiman. bona quandò procedat, & num. 5.*

6 *Citatio facta ad vnum actum non operatur quo ad actum diuerſum.*

7 *Venditio rei facta pro pretio arbitrando eſt conditionalis.*

8 *Factum Iudicis ritè procedentis dicitur factum partis.*

9 *Poſſeſſio transfertur, non obſtante pendentia conditionis, quando conſtat de voluntate trasferendi, & acquirendi poſſeſſionem.*

10 *Pretium principale quando eſt certum, & purum, licèt augmentum ſit conditionale, agi poteſt ad rei traditionem.*

11 *Excipiendi ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem, maximè ſi rem detinet.*

DECISIO LXX.

SIVE ſequamur opinionem Bart. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. quòd
1 neceſſaria ſit citatio, ad declarationem
arbitratoris extraiudicialiter procedentis, quam ſequuntur relati per
Soccin. ibi num. 29. Iaſ. num. 21. Opizon. num. 55. Bolognet. num. 190. dicens eſſe communem Canoniſtarum, & per Boer. deciſ.
283. num. 34. ſiue contrariam (quæ receptior videtur)
Guilielmi, quam tenuerunt, congeſti à Soccin. eodem
loco verſ. ſed Guilielmus, Iaſ. verſ. contrarium Bolognet.
verſ. contraria Soccin. Iun. qui de veriori, & communiori num. 33. verſ. in hoc. Nunquam æſtimatio domus de qua agitur ſuſtineri poteſt, quia non ſolum declaratio facta fuit ſine præſentia, vel citatione partis,
ſed etiam æſtimatio, & menſuratio. Poſterior autem
opinio negatiua procedit, ſi partes fuerint plenè auditæ
in diſcuſſione negotij, ſecus vbi non fuit præmiſſa matura negotij diſcuſſio, quæ ſinè partium vocatione, vel præ-
2 ſentia haberi nequit, Florian. in l. 1. §. fin. num. 3. ff. ſi
menſ. falſ. mod. vbi quòd ita declarauit Florentiæ Roman. in d. l. ſi quis arbitratu num. 7. verſ. aut arbitratorem vbi Caſtren. num. 3. verſ. Bald. autem Alex. num. 11.
verſ. Roman. ſic Opizon. num. 67. optimè Soccin. iun.
num. 53. verſ. ſi hoc difficilis referens pro eadem opinione Bald. Cuman. Soccin. & Iaſ. & ita ſentire omnes antiquos, & modernos dicit Bart. conſ. 18. num. 9. verſ.
3 facit etiam lib. 1. benè Curt. in conſ. 33. ſub num. 10. Boer.
d. deciſ. 253. num. 35. Et in ſpecie noſtra æſtimationis
tenent Salyc. in l. fin. num. 10. verſ. aut eſt arbitrator C.
de contrah. empt. Allobr. Alex. & Couarr. in alia deciſ.
citati Cagnol. in l. 2. num. 260. & 261. C. de reſcind. vend.
& ſecuta eſt Rota in aliàs allegata deciſ. 2. Creſcent. de
arbitr. quæ approbatur in alia Romana domus ad Paſquinum 29. Maij 1602. coram bon. mem. Litta, quo fit, vt vel
4 non ſubſiſtat opinio Bald. conſ. 64. lib. 3. qui generaliter
velle videtur, non eſſe neceſſariam citationem in electo
ad pretium arbitran. ea ratione, quia præſentia non
traheret arbitratorem ad aliud, quàm ſibi videatur,
quem Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu num. 22. in 2. limit.
Bolognet. num. 196. in 4. limit. Gozad. conſ. 100. num. 17.
quæ ratio militare poteſt in relatione, non in cognitione
negotij, in qua trahi poteſt peritus ad declarationem
maioris, vel minoris pretij ex informatione partis, vt
per Salyc. Cagnol. & alios ſupra citatos. Vel non procedit vbi declaratio pretij fit per acceſſum ad locum, &
5 menſurationem, præſertim vbi periti ſunt plures tunc
enim moneri poſſunt, ex informatione partium, & ſinè
A illis non poſſunt plenè ſcire qualitates rei A; quod
apparet etiam ex euentu, cum longè inter ſe diſcordauerint in menſuratione, & numero cannarum, quo caſu
neceſſariam eſſe partis informationem, admittit Bald.
d. conſ. 64. num. 1. verſ. quando ergo, & Bolognet. d. limit. 4.

Nec faciunt decreta de menſe Iulij, & Auguſti 1610. cita-
6 to Gregorio, quòd periti referrent; quia citatio pro die
14. Auguſti expreſsè facta fuit pro relatione duorum
priùs electorum, nec decreta poſſunt intelligi de tertio,
cum primi duo nondum retuliſſent, ſed de menſe Septembris, & ſic non veniſſet caſus diſcordiæ, in quo ter-
B tius referre debebat B. Minùs dici poteſt approbata
æſtimatio, ex citatione ad inſtantiam Gregorij 31. Iulij
1611. facta perito ad faciendam relationem magis diſtinctam, quia fuit facta impugnatiuè, prout ſemper à
Gregorio impugnata fuit, & propterea DD. quoad nullitatem æſtimationis ſteterunt in deciſis.

Quo verò ad manutentionem in poſſeſſione domus, Gregorio concedendam non eſſe dixerunt, non obſtante
æſtimationis nullitate; nam licèt venditio vti facta pro
7 pretio arbitrando ſit conditionalis, & conſequenter talis etiam dici poſſit traditio per clauſulam conſtituti.
Tamen cum poſt relationem tertij iudex in executionem præciſi reſcripti Signaturæ, reſiduo pretij prius
iuxta illius formam penes Montem depoſito proceſſerit
ad relaxationem mandati immiſſiui, cuius vigore ſecuta fuit realis apprehenſio, videtur amiſſa poſſeſſio, &
8 tranſlata in Moniales; cum factum Iudicis ritè procedentis dicatur factum partis l. 1. C. ſi in cauſ. Iudic. cum
ſimilibus, prout non obſtante pendentia conditionis po-
9 tuit transferri l. dotis fructus §. fin. ff. de iur. dot. Romin.
Sen. conſ. 864. num. 22. lib. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 44.
num. 4. Honded. conſ. 86. num. 40. lib. 2. ſicuti enim
quando pretium principale eſt certum, & purum, licèt
10 augmentum ſit conditionale, agi poteſt ad rei traditionem Bald. in l. hæc venditio §. fin. in addit. ff. de contrab.
empt. Ita Signatura voluit, certificando pretium, ad traditionem poſſeſſionis deueniri, licèt illud (quatenus relatio non eſſet ritè facta) poſſet deinde augeri, vel minui ex alia relatione.

Præterea Gregorius de tempore venditionis non erat in
naturali poſſeſſione, ſed cenſuatij immiſſi ex Saluiano
pro fructibus, vt dicitur in inſtrumento venditionis,
contra quos ſicuti non potuiſſet prætendere manutentionem tanquam auctore Prætore electus, ita nec Moniales ab eis cauſam habentes cum ius excipiendi tranſeat in ſingularem ſucceſſorem Bart. & alij in l. at Præ-
11 tor. ff. de iur. iur. Surd. deciſ. 163. num. 7. Maximè concurrente detentione ex parte Monialium Surd. deciſ.
264. num. 25. & 26. Imò etiam ſi non haberent cauſam
à creditoribus poſſent excipere contra petentem manutentionem, non ipſum, ſed alium poſſidere, vt in his terminis deciſum fuit in Maceraten. hereditatis 27. Nouemb.
1587. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio. Ex quibus
ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quando proceditur cum peritis à Iudice electis puta ad
12 æſtimanda aliqua bona, quòd ſint citandi habentes intereſſe pro die, & hora certis ſuper bonis æſtimandis, vel
ipſis præſentibus fieri debeat inſpectio bonorum poſt Bart.
in l. qui bona in fin. ff. de damn. infect. & in l. Theompompus num. 11. ff. de dot. prael. Felin. in cap. veniens il primo,
num. 20. ante med. de teſtib. & alios tradit Cagnol. in l. 2.
num. 261. C. de reſcind. vend. Et fuit dictum in Narnien
fideicommiſſi 3. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Merlino,
& admiſit Rota in his terminis in Interamnen. cenſuum
18. Decembris 1626. coram R. P. D. meo Pirouano, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 874. à num. 33. & ſeqq. & ibi ſequitur deciſ. D. mei in ordine 56.

At ſi æſtimatores non ſunt à parte approbati, requiritur etiã
13 in ipſorum relatione citatio, vt ex mente Bart. diſtinguit
Maſcard. de probat. concluſ. 653. num. 2. & dixit Rota
in d. Narnien fideicommiſſi, & Interamnen. cenſuum Aldobrandin. conſ. 50. num. 6. & 7. Gratian. d. diſcept. 874.
num. 38. Secus ſi is, qui habet intereſſe, coram Perito
comparuerit, quia ſufficit ad validandam relationem Caſſad. deciſ. 2. de iudic. Caput. aq. deciſ. 293. lib. 3. Gratian. diſcept. 156. num. 1. Rota in d. Interamnen. cenſuum.

B Quando periti hinc inde ſunt electi, & diſcordant, eligitur
14 tertius Rom. conſ. 255. incipien. quoad primum, num. 4. &
ibi add. in verbo peritis Menoch. de adipiſc. remed. 5. num. 168.
qui poſt morã partium à Iudice eſt eligendus Felin. in cap.
propoſuiſti num. 6. & Dec. num. 39. de probat. Gabr. con-

fil.

Digitized by Google

ſil. 158. *num.* 100. *lib.* 1. & fuit dictum in *Romana pretij Caſtri Fiani* 13. *Iunij* 1611. *coram Cardinali Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 237. Et facta ſecunda peritorum deputatione, non eſt amplius locus vlteriori electioni ad euitandum proceſſum in infinitũ, *l. item ſi vnus,* §. *Celſus quoque, ff. de recept. arbitr. Felin. in d. cap. propoſuiſti num.* 11. *de probat. Mandel. conſ* 157. *num.* 1. *Rim. iun. conſ.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. *et* 335. *num.* 7. *lib.* 3. *Gratian. diſcept.* 600. *num.* 30. *Rota in Romana pretij Caſtri Fiani* 14. *Iunij* 1610. *coram Cardinali Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 236.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ferrarien. ſeu Rauennaten. bonorum.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra intereſſe habentes non citatos, an, & quando ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus inducit nullitatem ſententiæ.*

2 *Intereſſe habentes in libello nominati citari debent ad validitatem ſententiæ, quæ aliàs redditur nulla.*

3 *Citatio eius, qui non eſt in libello nominatus, non eſt neceſſaria, niſi ratione præiudicij, & num.* 5.

4 *Sententia lata, non citatis intereſſe habentibus, reuocatur quo ad præiudicium ipſorum tantùm.*

6 *Poſſeſſor eſt citandus, aliàs ſententia contra ipſum lata eſt nulla. Limita, vt num.* 7.

8 *Declinatoriã fori an poſſit opponere vocatus ad iudicium, qui non poſſidet, ſed habet aliud intereſſe ratione hypothecæ, vel alterius iuris.*

DECISIO LXXI.

PER ſententiam Vicarij Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Rauennæ confirmatam, fuerat declaratio caducitatis, & deuolutionis facta nomine menſæ Archiepiſcopalis contra Io. Baptiſtam Mellam, & filios quorundam bonorum, quæ à dicta Eccleſia in emphyteuſim retinebant, ad commodum, & fauorem domini Antonij Nigrelli de eiſdem bonis per Archiepiſcopum vti deuolutis inueſtiti; quæ cum fuerit in gradu appellationis reuocata; commiſſa pro hæredibus Nigrelli lite pendente defuncti, cauſa appellationis in Rota, DD. viſum fuit, vltimam ſententiam eſſe nullam, ex defectu

1 citationis dicti de Nigrellis.

Nam iudicium nomine, & ad inſtantiam Eccleſiæ ſuper dicta deuolutione, factum fuit in gratiam, & ad vtilitatem Nigrelli nominati, & inueſtiti, quem propterea cauſa tangebat, & qui nominabatur etiam in libello,

2 ideoque neceſſaria erat illius citatio ad validitatem ipſius ſententiæ, quæ aliàs redditur nulla. *Innoc. in cap. humilis col.* 2. *in princ. verſ. vbi autem, de maior. & obed. ibique Card. in* 3. *quæſt. Butr. num.* 29. *verſ. vel quando agitur, Anchar. in* 2. *oppoſit. verſ. ſi autem proponitur Imol. num.* 14. *verſ.* 2. *caſu Felin. num.* 3. *verſ. quædam verba.* Licèt ſecus fuiſſet, ſi Nigrellus non fuiſſet nominatus in

3 libello, tunc enim neceſſaria non fuiſſet citatio, niſi ra-

A tione præiudicij A, *Bald. in l. ab eo num.* 17. *C. quo modo, & quando iudex Caſtren. in l. in concedendo num.* 2. *ff. de aqua pluu. arcen. & in l. de vnoquoque num.* 1. *verſ. item iſta lex, & ibi Alex. num.* 17. *ff. de re iudic. Rom. in l. peregre* §. *quibus num.* 4. *ff. de acquir. poſſeſſ. Soccin. tract. citat. art.* 1. *colum.* 1. & 2. facit doctrina *Bart. in l.* 51. *eo tempore C. de remiſſ. pignor.* Tantò ma-

B gis quia Nigrelli poſſident bona B, vt ſupponitur, &

4 erat eis ius quæſitum ex inueſtitura Antonio facta vltra ſententiam confirmatoriam illius *ad vulg. reg. d. l. de vnoquoque*, vndè non videbatur opus indagare, an ſententia lata inter illos de Mella, & Eccleſiam, non citatis Nigrellis, illis præiudicaret, in qua etiam DD. non probata ſcientia litis inclinabant pro Nigrellis *ex not. per Alex. in l. ſæpe num.* 107. *ff. de re iudic. vbi Alex. de Neu. num.* 54. *& per Cyn. l.* 2. *num.* 8. *& ſeq. & ibi Alber. num.* 4. *C. vbi in rem actio.* & an hoc ſufficeret pro reuocatione ſententiæ reſpectu eorundem; ſed ex prædicto capite concluſum fuit, dictam ſententiam reuocandàm quo ad præiudicium tantùm dd. DD. de Nigrellis, altera parte non informante.

ANNOTATIO.

A Quia vt iudicium tertio noceat, debet ille in vnoquoq; actu

5 citari *Gloſ in l de vnoquoq; verb quot cauſa, ff de re iud. cõmuniter per Doct recepta Gabr. concl.* 2. *de cit. num.* 330. *Tiraq. in tract. res inter alios acta. num.* 5 *Surd deciſ.* 256. *Milan deciſ* 1. *num* 174 *lib.* 2 *Intrigliol. de cenſ quæſt* 51. *num.* 6. *Aſin in praxi* § 7 *cap.* 5. *limit.* 64 *Alexand. conſ* 284 *col. fin vol* 2 *Couarr pract quæſt cap.* 13. *num.* 6. *Vant. de nullit. ex defect. citat. num* 19. *Gabr. conſ.* 43 *num.* 24. & 35. *lib.* 1 *Gramm. deciſ.* 207. *num.* 2. *Franch. deciſ.* 462. *num.* 3. & *deciſ.* 523. *num.* 16. *Intrigliol deciſ* 15. *num.* 97. *Ioſeph Seſſ. deciſ. Aragon.* 5. *num.* 48. & *ſeq. lib.* 1. *Honded. conſ.* 28. *num* 22. & 29. *lib.* 1. *Menoch conſil.* 1142. *num.* 12. & *conſ* 1192 *num.* 29. *lib.* 12. & *de adipiſc. poſſ. remed.* 4 *num.* 457. *Ponte conſ.* 75. *lib.* 1. *Valenz. conſil.* 60. *num.* 54. *Giurb deciſ.* 1. *num* 47 *verſ vt ſententia.*

B Poſſeſſor eſt principaliter citandus alias ſententia contra

6 ipſum eſt nulla *Rota coram Card Caualerio deciſ* 328. *num.* 2 & expeditum eſt apud Doctores interentes, quod poſſeſſori competit exceptio declinatoria *Capic. deciſ.* 8. *num.* 4. & *ibi add. num.* 8. *Alexand. in l. de pupillo in fin. ff de nou. oper. nunciat.* & *conſ* 86. *num* 3 *lib.* 2. *Roland. conſil.* 20. *num* 18. *lib.* 2. *Gramm. deciſ* 61 *num.* 2 & 3. *Vinc. de Franch. deciſ.* 523. *num.* 15. & 16. *Giurb. deciſ.* 1. *num.* 51. *in fin.*

Niſi poſſeſſio fuerit acquiſita poſt iudicium cœptum, quia

7 tunc ſententia contra primum poſſeſſorem ſufficit *tot. tit. de alienat. mutat. iud. cauſ fact.* nec declinatoriam opponere valet, ſed vno, eodemq. iudicio ius tertij poſſeſſoris cognoſci, & terminari debet *Dec conſ.* 187. *num.* 4. *Couarr. pract quæſt. cap.* 15. *num.* 6. & 7. *Crauett. conſil.* 14 *num.* 6. *Port. conſ* 172. *num.* 15. & *ſeq. Benintend. deciſ* 75 *num.* 5. & 6. *Ioſeph Ludouic. deciſ Peruſ* 26. *num.* 26. & 27. & *in Lucen deciſ* 34. *num.* 56. *Maſtrill deciſ.* 239 *num.* 2. 3. & 4. *lib.* 3. *Rot deciſ.* 4. & 24. & 25. *de re iud. in antiq.* & ſufficit citaſſe tertium pro ſuo prætenſo iure, & intereſſe licèt poſſideat, vt concludit *Giurba deciſ.* 1. à *num.* 48. & *ſeq.* & *num.* 51. & *ſeq.* quia ex tali citatione tertius poſſeſſor remanet principaliter citatus, vt ibi, & per *Card. Seraph. deciſ.* 957. *num.* 6. *et* 7.

An autem vocatus ad iudicium, qui non poſſidet, ſed habet

8 aliud intereſſe ratione hypothecæ, vel alterius iuris poſſit opponere declinatoriam fori, latè *Roland. conſ* 29. *lib.* 2. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 232. *Phanuc. de inuent. par.* 3. *num.* 23 *verſ. et propterea aduerte, Grammat. deciſ* 61. *num.* 3. *et ſeq. Surd deciſ.* 26. *num* 11. *et* 12. *Barz. deciſ.* 106. *num.* 12. & 13. *Vius deciſ.* 30. *num.* 2. *et ſeq. Maſtrill. deciſ* 79. *num.* 2. latè *Ambroſ. de immunit. Eccleſ.*

Digitized by Google

deſ.cap.10.num.73. ad fin. qui pro affirmatiua concluduut. Sed aduerte, quod ſententia lata contra poſſidentem naturaliter non præiudicat poſſidenti ciuiliter *Rota coram Card. Caualerio deciſ 326. poſt gloſ vlt. in fin. in l. Pomponius, §. ſi is, qui precario. ff. de acquir. poſſeſſ et Imol. in l. ſæpe num. 26. verſ ſi autem fertur, ff. de re iudic.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Palentina Beneficij.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Attentata an reuocentur poſt rem iudicatam; & an attentatis renunciaſſe cenſeatur, qui patitur diſcuti ſuper iuſtitia ſententiæ; & coram quo iudice attentata proponi debeant; & an attentatorum reuocatio impediatur exceptione excommunicationis ob recurſus ad Iudices laicos.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio, & collatio facta, pendente termino ad appellandum, eſt attentata.*
2 *Poſſeſſio beneficij vacans ſequeſtrari debet.*
3 *Attentata reuocantur per viam nullitatis etiam poſt rem iudicatam, iuxta obſeruantiam Rotæ.*
4 *Attentatis renunciaſſe videtur, qui paſſus eſt pronunciari ſuper iuſtitia ſententiæ, ſi prius oppoſuerat de attentatis.*
5 *Attentata regulariter coram ſolo Iudice appellationis, cuius maieſtas læſa eſt, proponuntur; niſi ſit commiſſa etiam cauſa attentatorum.*
6 *Attentatorum reuocatio non petita in prima inſtantia peti poteſt in ſecunda.*
7 *Attentatorum reuocatio non impeditur exceptione excommunicationis ob recurſus ad Iudices laicos.*
8 *Attentata reuocantur ad inſtantiam excommunicati, non iure actionis, ſed Iudicis officio.*

DECISIO LXXII.

DOMINIS viſum fuit, apponẽdum eſſe ſequeſtrum. Nam dubitari nõ poteſt, quin
inſtitutio, & collatio cappellaniæ, de qua
1 agitur, facta per Ordinarium Petro 17.
Decembris 1605. pendente termino ad
appellandũ à ſententia eadẽ die lata, qua
pronũciatum fuit, cappellaniam illi debitã eſſe, ſpectare,
& conferendam, ſit attentata, cum à ſententia daretur
appellatio, tanquam lata Andrea exiſtente in lite, vt ex
verbis illius, ibi (non obſtantibus his, quæ appoſuit Andreas, cui perpetuum ſilentium imponimus) *ex trad. per
Lancell. de attentat. appell. pend. limit. 49. à num. 2. & reſolutum fuit in Camerinen. iurispatronatus 15. Nouem.
1599. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, & in
alijs per informantes allegatis, & conſequenter eſſet
etiam attentata poſſeſſio poſtea capta, prout de hoc datur magnus fumus ex confeſſione dicti Petri 21. Decembris 1605. dum reſpondẽdo proteſtationi ſibi factæ,
quòd non deberet dicere miſſas dictæ cappellaniæ, ſtante
quòd fuerat appellatum à ſententia ad eius fauorem lata, donec lis in gradu appellationis intruducta terminaretur, dixit, ſe exiſtere in poſſeſſione dictæ cappellaniæ, &
quòd ipſe tenetur dicere miſſas, & illas dicet. Quatenus autem ante inſtitutionem capta fuiſſet, ſatis eſſet,
quòd lite pendente, & vbi etiam capta non fuiſſet, concedendum eſſet ſequeſtrum ne interim, poſſeſſione
2 vacante, fructus beneficij dilapidentur *Archid. in can.
quia res col. 3. ad fin. verſ ſecundo modo 11. quæſt 1. Felin.
in cap. olim, in princ. verſ ſubdit etiam, de reſcript. Rot.*
A *apud bon. mem. Card. Seraph. deciſ. 1403. in fin.* A,
Non obſtat, quòd dicatur, ſecundam inſtantiam confirma-
3 toriam tranſitum feciſſe in iudicatum, ob non interpoſitam ab ea appellationem, ſaltem legitimam, & coram
Iudice. Nam vltra quòd commiſſa fuit cauſa appellationis, & nullitatis in Rota cum facultate reſtituendi
in integrum, prout iuris fuerit, aduerſus quamcunque
rem iudicatam: id non facit, quo minus poſſeſſio reuocanda ſit, ſaltem per viam nullitatis, & ſequeſtranda,
iuxta obſeruantiam Rotæ, de qua *Cæſ de Graſſ. deciſ. 2.
num. 4. & 5. de appellat.* Minus obſtat, quòd Andreas
4 paſſus fuerit pronunciari ſuper iuſtitia primæ ſententiæ,
& ſic videatur attentatis renunciaſſe, ad latè notata per
*Felin. in cap. inter Monaſterium num 29. & ſeq. limit. 8.
de re iudic.* Quia id procederet, ſi Andreas dediſſet de
attentatis, vel illorum cauſam commiſiſſet, & poſtea
paſſus fuiſſet cognoſci de bono iure, vt declarat *Lancell.
de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 15. num. 27.* Et licèt at-
5 tentata regulariter coram ſolo Iudice appellationis, cuius læſa eſt maieſtas, proponantur *Franc. in cap. non ſolum in 2. notab. de appell. in 6.* tamen videbatur de ijs dari poſſe in Rota, vbi cauſa in tertia inſtantia commiſſa
fuit, etiam attentatorum quorumcunque, quæ verba
apta ſunt, alia comprehendere attentata, quàm in ſpretum Iudicis appellationis commiſſa: & ſic iſta, in qui-
6 bus tantùm verificari poſſunt, prout etiam petitur in
ſecunda reuocatio attentatorum non petita in prima
Lancell. par. 2. de attent. cap. 4. in præfat. num. 486. & 487.
Exceptio excommunicationis ob recurſus ad Iudices lai-
7 cos, vltra quòd illi non videbantur in facto verificari,
non obſtat petenti reuocationem attentatorum, ex
cumulatis per Lãcell. *de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 13.
& par. 3. cap. 24. quæſt. 3. num. 10. & dixit Rota in Abu-*
B *len. Cappellaniæ 5. Iunij 1598. coram bon. mem. Gipſio.* B
Et ita dictum &c.

ANNOTATIO.

A *Guidop. deciſ. 246.* & fuit dictum *in Egitanien commendæ
3. Decembris 1621. coram bon. mem Vbaldo* in qua hæc deciſio D. mei allegatur, & ſubditur, faciliùs dari ſequeſtrum,
ſi poſſeſſio eſt vacua, quia nemini fit præiudicium *Rot.
deciſ. 136 num. 4. par. 2. recent.* fuit dictum in *Compoſtellana parochialis 27. Maij 1619. coram bon. mem. Andrea*,
& in eadem cauſa 26. Iunij eiuſdem anni *coram bon mem.
Dunozetto*, in qua hæc deciſio D. mei allegatur, & ſæpè
in alijs.
B *Magon. deciſ Lucen. 71. in princ Gonzal. ad reg. 8. Cancell.
§. 7. proœm. num. 239. D. Ricciul. de iure perſon. extr. grem.
Eccleſ. exiſten. lib. 4. cap. 32. num* 21. vbi allegat hanc deci-
8 ſionem, *& num. 22.* ſubdit, quòd cum hæc materia in
facti contingentia fuiſſet in Rota ventilata *in vna Conchen.
Archipresbyteratus coram Penia, ſub die 13. Nouembris*
1605. fuit reſolutum, attentata reuocanda eſſe ad inſtantiam excommunicati, non quidem iure actionis, ſed Iudicis officio: quia læſa eſt maieſtas iudicantis, qui ex officio,
etiam parte non petente, poteſt ad reuocationem procedere, apponendo ſequeſtrum.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

ſil. 158. *num.* 100. *lib.* 1. & fuit dictum in *Romana pretij Caſtri Fiani* 13. *Iunij* 1611. *coram* Cardinali *Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 237. Et facta ſecunda peritorum deputatione, non eſt amplius locus vlteriori electioni ad euitandum proceſſum in infinitū, *l. item ſi vnus, §. Celſus quoque, ff. de recept. arbitr. Felin. in d. cap. propoſuiſti num.* 11. *de probat. Mandel. conſ.* 157. *num.* 1. *Rim. iun. conſ.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. *et* 335. *num.* 7. *lib.* 3. *Gratian. diſcept.* 600. *num.* 30. *Rota in Romana pretij Caſtri Fiani* 14. *Iunij* 1610. *coram* Cardinali *Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 236.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ferrarien. ſeu Rauennaten. bonorum.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra intereſſe habentes non citatos, an, & quando ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus inducit nullitatem ſententiæ.*
2 *Intereſſe habentes in libello nominati citari debent ad validitatem ſententiæ, quæ aliàs redditur nulla.*
3 *Citatio eius, qui non eſt in libello nominatus, non eſt neceſſaria, niſi ratione præiudicij, & num.* 5.
4 *Sententia lata, non citatis intereſſe habentibus, reuocatur quo ad præiudicium ipſorum tantùm.*
6 *Poſſeſſor eſt citandus, aliàs ſententia contra ipſum lata eſt nulla. Limita, vt num.* 7.
8 *Declinatoriã fori an poſſit opponere vocatus ad iudicium, qui non poſſidet, ſed habet aliud intereſſe ratione hypothecæ, vel alterius iuris.*

DECISIO LXXI.

PER ſententiam Vicarij Illuſtriſſimi
Archiepiſcopi Rauennæ confirmata,
fuerat declaratio caducitatis, & de-
uolutionis facta nomine menſæ Ar-
chiepiſcopalis contra Io. Baptiſtam,
Mellam, & filios quorundam bono-
rum, quæ à dicta Eccleſia in emphy-
teuſim retinebant, ad commodum, & fauorem domini
Antonij Nigrelli de eiſdem bonis per Archiepiſcopum,
vti deuolutis inueſtiti; quæ cum fuerit in gradu appel-
lationis reuocata; commiſſa pro hæredibus Nigrelli lite
pendente defuncti, cauſa appellationis in Rota, DD. vi-
ſum fuit, vltimam ſententiam eſſe nullam, ex defectu
1 citationis dicti de Nigrellis.
Nam iudicium nomine, & ad inſtantiam Eccleſiæ ſuper di-
cta deuolutione, factum fuit in gratiam, & ad vtilita-
tem Nigrelli nominati, & inueſtiti, quem propterea,
cauſa tangebat, & qui nominabatur etiam in libello,
2 ideoque neceſſaria erat illius citatio ad validitatem,
ipſius ſententiæ, quæ aliàs redditur nulla. *Innoc. in cap.*
humilis col. 2. *in princ. verſ. vbi autem, de maior. & obed.*
ibique Card. *in* 3. *quæſt. Butr. num.* 29. *verſ. vel quando*
agitur, Anchar. in 2. *oppoſit. verſ. ſi autem proponitur Imol.*
num. 14. *verſ.* 2. *caſu Felin. num.* 3. *verſ. quadam verba.*
Licèt ſecus fuiſſet, ſi Nigrellus non fuiſſet nominatus in
3 libello, tunc enim neceſſaria non fuiſſet citatio, niſi ra-
A tione præiudicij A, *Bald. in l. ab eo num.* 17. C. *quo*
modo, & quando iudex Caſtren. *in l. in concedendo num.*
2. *ff. de aqua pluu. arcen. & in l. de vnoquoque num.* 1.
verſ. item iſta lex, & ibi Alex. num. 17. *ff. de re iudic.*
Rom. in l. peregre §. quibus num. 4. *ff. de acquir. poſſeſſ.*
Soccin. tract. citat. art. 1. *colum.* 1. *&* 2. facit doctrina,
Bart. in l. 51. *eo tempore* C. *de remiſſ. pignor.* Tantò ma-
B gis quia Nigrelli poſſident bona B, vt ſupponitur, &
4 erat eis ius quæſitum ex inueſtitura Antonio facta vl-
tra ſententiam confirmatoriam illius *ad vulg. reg. d. l. de*
vnoquoque, vndè non videbatur opus indagare, an ſen-
tentia lata inter illos de Mella, & Eccleſiam, non citatis
Nigrellis, illis præiudicaret, in qua etiam DD. non pro-
bata ſcientia litis inclinabant pro Nigrellis *ex not. per*
Alex. in l. ſæpe num. 107. *ff. de re iudic. vbi Alex. de*
Neu. num. 54. *& per Cyn. l.* 2. *num.* 8. *& ſeq. & ibi Al-*
ber. num. 4. C. *vbi in rem actio.* & an hoc ſufficeret pro
reuocatione ſententiæ reſpectu eorundem; ſed ex præ-
dicto capite concluſum fuit, dictam ſententiam reuo-
candam quo ad præiudicium tantùm dd. DD. de Ni-
grellis, altera parte non informante.

ANNOTATIO.

A Quia vt iudicium tertio noceat, debet ille in vnoquoq; actu
5 citari *Gloſ in l de vnoquoq; verb quos cauſa, ff de re iud.* cō-
muniter per Doct recepta Gabr. concl. 2. *de cit. num.* 330. *Ti-*
raq. in tract. res inter alios acta. num. 5 *Surd deciſ.* 256. *Mi-*
lan. deciſ 1. *num* 174 *lib.* 2 *Intrigliol. de cenſ quæſt* 51. *num.*
6. *Aſin in praxi §* 7 *cap.* 5. *limit.* 64. *Alexand. conſ* 284 *col.*
fin vol 2 *Couarr pract quæſt cap.* 13. *num.* 6. *Vant. de nullit.*
ex defect. citat. num. 19. *Gabr. conſ.* 43 *num.* 24. *&* 35.
lib. 1 *Gramm. deciſ* 207. *num.* 2. *Franch. deciſ.* 462. *num.*
3. *& deciſ.* 523. *num.* 16. *Intrigliol deciſ* 15. *num.* 97. *Io-*
ſeph Seſſ. deciſ. Aragon. 5. *num.* 48. *& ſeq. lib.* 1. *Honded.*
conſ. 28. *num* 22. *&* 29. *lib.* 1. *Menoch conſil.* 1142. *num.*
12. *& conſ* 1102 *num.* 29. *lib.* 12. *& de adipiſc. poſſ. remed.*
4 *num.* 457. *Ponte conſ.* 75. *lib.* 1. *Valenz. conſil.* 60. *num.*
54. *Giurb deciſ.* 1. *num* 47 *verſ vt ſententia.*
B Poſſeſſor eſt principaliter citandus alias ſententia contra
6 ipſum eſt nulla *Rota coram Card Caualerio deciſ* 328. *num.* 2
& expeditum eſt apud Doctores interentes, quod poſſeſſo-
ri competit exceptio declinatoria *Capic. deciſ.* 8. *num.* 4.
& ibi add. num. 8. *Alexand. in l. de pupillo in fin. ff de nou.*
oper. nunciat. & conſ 86. *num* 3 *lib.* 2. *Roland. conſil.* 29.
num 18. *lib.* 2. *Gramm. deciſ* 61 *num.* 2 *&* 3. *Vinc. de Franch.*
deciſ. 523. *num.* 15. *&* 16. *Giurb deciſ.* 1. *num.* 51. *in fin.*
Niſi poſſeſſio fuerit acquiſita poſt iudicium cœptum, quia,
7 tunc ſententia contra primum poſſeſſorem ſufficit *tot. tit.*
de alienat. mutat. iud. cauſ. fact. nec declinatoriam op-
ponere valet, ſed vno, eodemq. iudicio ius tertij poſſeſſo-
ris cognoſci, & terminari debet *Dec conſ.* 187. *num.* 4. *Co-*
uarr. pract. quæſt. cap. 15. *num.* 6. *&* 7. *Crauett. conſil.* 14
num. 6. *Port. conſ* 172. *num.* 15. *& ſeq. Benintend. deciſ* 75
num. 5. *&* 6. *Ioſeph Ludouic. deciſ Peruſ.* 26. *num.* 26. *&*
27. *& in Lucen deciſ* 34. *num.* 56. *Maſtrill deciſ.* 239 *num.*
2. 3. *&* 4. *lib.* 3. *Rot deciſ.* 4. *&* 24. *&* 25. *de re iud. in an-*
tiq. & ſufficit citaſſe tertium pro ſuo prætenſo iure, & in-
tereſſe licèt poſſideat, vt concludit *Giurba deciſ.* 1. *à num.*
48. *& ſeq. & num.* 51. *& ſeq.* quia ex tali citatione tertius
poſſeſſor remanet principaliter citatus, vt ibi, & per Card.
Seraph. deciſ. 957. *num.* 6. *et* 7.
An autem vocatus ad iudicium, qui non poſſidet, ſed habet
8 aliud intereſſe ratione hypothecæ, vel alterius iuris poſ-
ſit opponere declinatoriam fori, latè *Roland. conſ* 29. *lib.*
2. *Menoch de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 232. *Phanuc.*
de inuent. par. 3 *num.* 23 *verſ. et propterea aduerte, Gram-*
mat. deciſ 61. *num.* 3. *et ſeq. Surd deciſ.* 26. *num* 11. *et* 12.
Barz. deciſ. 106. *num.* 12. *&* 13. *Viu deciſ.* 30. *num.* 2. *et*
ſeq. Maſtrill. deciſ. 79. *num.* 2. late *Ambroſ. de immunit. Ec-*
cleſ.

Digitized by Google

*cleſ.cap.*10. *num.* 73. *ad fin.* qui pro affirmatiua concluduur. Sed aduerte, quod ſententia lata contra poſſidentem naturaliter non præiudicat poſſidenti ciuiliter *Rota coram Card. Cauſlerio deciſ* 326. *poſt gloſ vlt. in fin. in l. Pomponius, §. ſi is, qui precario. ff. de acquir. poſſeſſ. et Imol. in l. ſæpe num.* 26. *verſ ſi autem fertur, ff. de re iudic.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Palentina Beneficij.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Attentata an reuocentur poſt rem iudicatam; & an attentatis renunciaſſe cenſeatur, qui patitur diſcuti ſuper iuſtitia ſententiæ; & coram quo iudice attentata proponi debeant; & an attentatorum reuocatio impediatur exceptione excommunicationis ob recurſus ad Iudices laicos.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio, & collatio facta, pendente termino ad appellandum, eſt attentata.*
2 *Poſſeſſio beneficij vacans ſequeſtrari debet.*
3 *Attentata reuocantur per viam nullitatis etiam poſt rem iudicatam, iuxta obſeruantiam Rotæ.*
4 *Attentatis renunciaſſe videtur, qui paſſus eſt pronunciari ſuper iuſtitia ſententiæ, ſi prius oppoſuerat de attentatis.*
5 *Attentata regulariter coram ſolo Iudice appellationis, cuius maieſtas læſa eſt, proponuntur; niſi ſit commiſſa etiam cauſa attentatorum.*
6 *Attentatorum reuocatio non petita in prima inſtantia peti poteſt in ſecunda.*
7 *Attentatorum reuocatio non impeditur exceptione excommunicationis ob recurſus ad Iudices laicos.*
8 *Attentata reuocantur ad inſtantiam excommunicati, non iure actionis, ſed Iudicis officio.*

DECISIO LXXII.

DOMINIS viſum fuit, apponẽdum eſſe ſequeſtrum. Nam dubitari nõ poteſt, quin inſtitutio, & collatio cappellaniæ, de qua
1 agitur, facta per Ordinarium Petro 17. Decembris 1605. pendente termino ad appellandũ à ſententia eadẽ die lata, qua pronũciatum fuit, cappellaniam illi debitã eſſe, ſpectare, & conferendam, ſit attentata, cum à ſententia daretur appellatio, tanquam lata Andrea exiſtente in lite, vt ex verbis illius, ibi (non obſtantibus his, quæ appoſuit Andreas, cui perpetuum ſilentium imponimus) *ex trad. per Lancell. de attentat. appell. pend. limit.* 49. *à num.* 2. *& reſolutum fuit in Camerinen. iurispatronatus* 15. *Nouem.* 1599. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, & in alijs per informantes allegatis, & conſequenter eſſet etiam attentata poſſeſſio poſtea capta, prout de hoc datur magnus fumus ex confeſſione dicti Petri 21. Decembris 1605. dum reſpondẽdo proteſtationi ſibi factæ, quòd non deberet dicere miſſas dictæ cappellaniæ, ſtante quòd fuerat appellatum à ſententia ad eius fauorem lata, donec lis in gradu appellationis introducti terminaretur, dixit, ſe exiſtere in poſſeſſione dictæ cappellaniæ, & quòd ipſe tenetur dicere miſſas, & illas dicet. Quatenus autem ante inſtitutionem capta fuiſſet, ſatis eſſet, quòd lite pendente, & vbi etiam capta non fuiſſet, concedendum eſſet ſequeſtrum ne interim, poſſeſſione
2 vacante, fructus beneficij dilapidentur *Archid. in can. quia res col.* 3. *ad fin. verſ ſecundo modo* 11. *quæſt* 1. *Felin. in cap. olim, in princ. verſ ſubdit etiam, de reſcript. Rot.*
A *apud bon. mem. Card. Seraph. deciſ.* 1403. *in fin.* A,
Non obſtat, quòd dicatur, ſecundam inſtantiam confirma-
3 toriam tranſitum feciſſe in iudicatum, ob non interpoſitam ab ea appellationem, ſaltem legitimam, & coram Iudice. Nam vltra quòd commiſſa fuit cauſa appellationis, & nullitatis in Rota cum facultate reſtituendi in integrum, prout iuris fuerit, aduerſus quamcunque rem iudicatam: id non facit, quo minus poſſeſſio reuocanda ſit, ſaltem per viam nullitatis, & ſequeſtranda, iuxta obſeruantiam Rotæ, de qua *Ceſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 4. *&* 5. *de appellat.* Minus obſtat, quòd Andreas
4 paſſus fuerit pronunciari ſuper iuſtitia primæ ſententiæ, & ſic videatur attentatis renunciaſſe, ad latè notata per *Felin. in cap. inter Monaſterium num* 29. *& ſeq. limit.* 8. *de re iudic.* Quia id procederet, ſi Andreas dediſſet de attentatis, vel illorum cauſam commiſiſſet, & poſtea paſſus fuiſſet cognoſci de bono iure, vt declarat *Lancell. de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 15. *num.* 27. Et licèt at-
5 tentata regulariter coram ſolo Iudice appellationis, cuius læſa eſt maieſtas, proponantur *Franc. in cap. non ſolum in* 2. *notab. de appell. in* 6. tamen videbatur de ijs dari poſſe in Rota, vbi cauſa in tertia inſtantia commiſſa fuit, etiam attentatorum quorumcunque, quæ verba apta ſunt, alia comprehendere attentata, quàm in ſpretum Iudicis appellationis commiſſa: & ſic iſta, in qui-
6 bus tantùm verificari poſſunt, prout etiam petitur in ſecunda reuocatio attentatorum non petita in prima *Lancell. par.* 2. *de attent. cap.* 4. *in præfat. num.* 486. *&* 487. Exceptio excommunicationis ob recurſus ad Iudices lai-
7 cos, vltra quòd illi non videbantur in facto verificari, non obſtat petenti reuocationem attentatorum, ex cumulatis per Lãcell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 13. *& par.* 3. *cap.* 24. *quæſt.* 3. *num.* 10. *& dixit Rota in Abu-*
B *len. Cappellaniæ* 5. *Iunij* 1598. *coram bon. mem. Gipſio.* B
Et ita dictum &c.

ANNOTATIO.

A *Guidop. deciſ.* 246. & fuit dictum *in Egitanien commenda* 3. *Decembris* 1621. *coram bon. mem Vbaldo* in qua hæc deciſio D. mei allegatur, & ſubditur, faciliùs dari ſequeſtrum, ſi poſſeſſio eſt vacua, quia nemini fit præiudicium *Rot. deciſ.* 136 *num.* 4. *par.* 2. *recent.* fuit dictum in *Compoſtellana parochialis* 27. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Andrea*, & in eadem cauſa 26. Iunij eiuſdem anni *coram bon mem. Dunozetto*, in qua hæc deciſio D. mei allegatur, & ſæpè in alijs.

B *Magon. deciſ Lucen.* 71. *in princ Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *proœm. num.* 239. *D. Ricciul. de iure perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſten. lib.* 4. *cap.* 32. *num* 21. vbi allegat hanc deci-
8 ſionem, *& num* 22. ſubdit, quòd cum hæc materia in facti contingentia fuiſſet in Rota ventilata *in vna Conchen. Archipresbyteratus coram Penia, ſub die* 13. *Nouembris* 1605. fuit reſolutum, attentata reuocanda eſſe ad inſtantiam excommunicati, non quidem iure actionis, ſed Iudicis officio: quia læſa eſt maieſtas iudicantis, qui ex officio, etiam parte non petente, poteſt ad reuocationem procedere, apponendo ſequeſtrum.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana annui legati.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Legatum annuum reſtrictum ad certam quantitatem, ſi non ſufficiant fructus, debetur ex bonis teſtatoris relinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Annuum legatum debetur ex fructibus bonorum.*
2 *Legata annua vſufructuarius vniuerſalis ſoluere debet. Limita vt num.* 13. *et ſeqq.*
3 *Legatum annuum relictum ex fructibus certorum bonorum taxatiuè, non demonſtratiuè, ceſſantibus fructibus non debetur.*
4 *Fructus ſi non ſufficiunt pro legato annuo alimentorum, hæres an cogi poſſit ad alienandū bona, et num.*7. *et ſeqq.*
5 *Legata annua vt præſtentur, poſſunt diſtrahi bona.*
6 *Legatum annuum factum pauperi, in cauſam alimentorum factum cenſetur.*
7 *Legatum annuum alimentorum ſimplex, et indeterminatum, liquidatione egens, ex coniecturata teſtatoris voluntate, ſecundùm quantitatem redditimum reſtringitur.*
8 *Legatum annuum pro alimentis, in quo à teſtatore certa ſumma taxata eſt, ſi, vt ſoluatur, fructus non ſufficiunt, debet alienari proprietas.*
9 *Coniecturis opus non eſt in claris.*
10 *Legatum annuum alimentorum, vt ſoluatur, ſi fructus non ſufficiunt, bona vendi debent, quando hæreditas eſt de futuro vtilitatem allatura.*
11 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 159. *quomodo intelligatur.*
12 *Solutum non fuiſſe probatur, ſi inſpecto libro ſolutionum ibi ſolutum fuiſſe non reperitur.*
13 *Legatum annuum non ſoluitur ab vſufructuario, quando illud abſorbet vſumfructum.*
14 *Vſufructuarius non ſoluit collectas, quando illæ abſorbent vſumfructum.*
15 *Legatum annuum non ſoluitur ab vſufructuario, quando conſtat, teſtatorem aliter voluiſſe.*
16 *Legatum annuum ab hærede, non autem ab vſufructuario debetur, quando teſtator mandauit, illud ſolui de bonis ſuis.*

DECISIO LXXIII.

PRÆTENDENTE Ven. Societate Sanctiſſimæ Annunciatæ hærede teſtamentaria q. Tarquinij Vberti, non teneri ad ſolutionem annui legati Iacobo relicti his verbis (*Iacobo eius Germano fratri legauit annua ſcuta* 48. *monetæ, ſingulis menſibus ſcuta* 4. *& de menſe in menſem ſoluenda ipſius Iacobo durante vita*) à die mortis teſtatoris 4. Septembris 1585. vſque ad menſem Maij 1592. prætextu, quòd dicto tempore nullos ex hæreditate fructus percepiſſet; fuit, me proponente, dubitatum, an legatum pro dicto tempore deberetur: itaut ſententia extra Rotam lata eſſet confirmanda; & DD. affirmatiuè reſponderunt. Nam licèt
1 regula ſit, annuum legatum deberi ex fructibus bonorum
l. liberto 21. *§.* 1. *ff. de ann. legat. l. Firmio §. pater. ff. quand.*
dies leg. ced. cum alijs per *Surd. deciſ.* 28. *num.* 2. qua ra-
2 tione ad illud tenetur vſufructuarius vniuerſalis tan-
A quam fructus percipiens, & non hæres A, *l. fin. §. ſin*
autem legata C. de bon. quæ lib. quem text. in patre vſufructuario loquentem ad omnes alios extendunt ibi cõmuniter *Doct. Matthæſ. not.* 5. *Iaſ. in l.* 1. *num.* 16. *ff. ad Trebell.* latè *Couarr. var. reſ. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. *verſ. conſideran. etiam Surd. deciſ.* 193. de magis communi *Andr. Gayll. pract. obſeru. lib.* 2. *obſ.* 146. *num.* 8. Tamen id procedit, quatenus extent fructus, non autem ita quin, illis non ſufficientibus, debeant vendi bona pro ſatisfa-
3 ctione, *text. eſt in d. l. fin. §. ſin autem æs alienum,* vbi præſertim *Fulgoſ. & Caſtr. C. de bon. quæ lib.* Niſi tamen eſſet relictum ex fructibus, vel redditibus certorum bonorum taxatiuè, non demonſtratiuè, tunc enim verum eſt, ceſſantibus fructibus non deberi; & in his terminis loquitur *text. in d. l. liberto, & in l. Firmio.*

Non obſtat, quòd in legato annuo alimentorum ſi fructus non ſufficiunt, non poſſit cogi hæres ad alienanda bo-
4 na, iuxta opinionem *Bart. in l. pen. ff. de alim. & cib. leg.* ſecundùm quam ita ſe Arimini cum Baldo fratre conſuluiſſe dicit *Ang. in l.* 1. *num.* 5. *C. de leg. idem Bart. Ang. Caſtr. & Alex. in l. Imperator. ff. ad Trebell. Surd. de alim. tit.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 16. *&* 17. Quia data iſta opinione pro vera, quam impugnat. *Pic. in l. Titia §. Titia num.* 157. *ff. de leg.* 2. ea ratione, quia non minor, ſed maior videtur ratio vendendi bona in annuo legato alimentorum, quàm in alijs, in quibus tamen poſſunt di-
5 ſtrahi bona iuxta *d. l. fin. Natt. conſ.* 48. *num.* 6. *verſ. præterea illud Bart. in l. maritum num.* 20. *verſ. denique infertur &* 21. *ff. ſol. matr.* & admiſſo etiam, nos verſari in legato alimentorum ex eo, quòd in hanc cauſam
6 intelligen. ſit tanquam factum pauperi (quod tamen non probatur) *l. Stichus, §. Titia ff. de alim. leg. d. l. Titia in princ. & Gloß. in l. codicillis in princ.* vbi *Bart. in* 2. *oppoſ. ff. de ann. leg.* & congeſti *per Surd. de alim. tit.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 1. *& ſeq.* Illa tamen procedit in legato annuo alimentorum ſimplici, & indeterminato, quod liquida-
7 tione eget: tunc enim ex coniecturata teſtatoris voluntate, ſecundùm quantitatem reddituum reſtringitur, prout ita expreſsè loquitur *text. in d. l. penul. lib.* 1. *ff. quando dies leg. ced. & Doct.* pro ea citati, qui adducunt *text. in l. ius alimentorum ff. vbi pupill. educ. deb. in l.* 1. *§. mulier ff. de ventr. in poſſ. mitt. & in leg. Imperator.* 50. *ff. ad Trebell.* loquentes in alimentis ex iuris diſpoſitione
8 debitis, & à Iudice taxandis; ſecus verò eſt, quando ipſe teſtator taxauit certam annuam ſummam relin-
9 quendo: quia in claris non eſt locus coniecturis *text. eſt in d. l. fin. §. ſin autem æs,* & in his terminis *Bertran. conſ.* 268. *num.* 6. *verſ. facit quòd, &c. vol.* 2. *par.* 1. *Surd. d. quæſt.* 9. *num.* 28. *&* 34. vbi etiam ſi hæres confecerit inuentarium, illud enim facit, ne teneatur de proprio, non autem quin ex bonis hæreditarijs: *& Caler. de aliment. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 38. & præſertim cum non reliquerit certam ſummam ex certa re præſtandam, itaut non poſſit applicari materia prædictarum *ll. liberto, & Firmio.* Propterea non procedit, quando hære-
10 ditas eſt de futuro vtilitatem allatura *vt ex l. filius familiàs* 118. *§. apud Marcell. ff. de legat.* 1. *Caſtr. conſ.* 405. *in* 2. *dub. verſ. nam illud eſſet, lib.* 1. *Surd. d. tit.* 9. *num.* 35. & faciunt in fortioribus *text. in l. legatum* 17. *§.* 1. *ff. de ann. leg. & in l. ex eo* 13. *ff. de trit. vin. & oleo leg.* hanc autem fuiſſe talem, ſatis videbatur DD. apparere ex inuentario bonorum hæreditariorum, in quo etiam non ſunt deſcripta bona fundacalia maximi valoris, & ex alijs deductis per informantes.

Oppoſita verò præſcriptio decennalis vigore Statuti *lib.* 1.
11 *cap.* 159. applicari non poteſt; quia illud eſt reſtrictum ad præſcriptionem poſſeſſionum, canonum, & cenſuum contra dominum rei, vel cenſus, vt ex verbis rubri, & nigri apparet, & fundatur in præſumpta ſatisfa-

ctio-

ction e, contra quam vigent libri eiuſdem Societatis, in
quibus adnotari ſolent omnes ſolutiones, & adnotatæ
reperiuntur factæ in cauſam huius legati; ex quibus
12 apparet, non fuiſſe pro dicto tempore ſolutum *Bart.
in l. fin. num. 3. C. de reb. cred. & in l. Titia textores
num. 2. ff. de leg. 1. Bald. in l. iuſtum num. 2. C. de eden,
Natt. conſ. 627. num. 4. lib. 3.*
Et ita vtraque parte informante deciſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Limita primò, vt procedat, quando vſusfructus ferre
13 poteſt illud onus, aliàs enim, ſi inutilis remaneret, lega-
tum annuum ſolueretur ſicut ſimplex ab hærede, *Ruin.
conſil. 206. num. 30. volum. 2. Burſatt. conſil 123. num. 12.
lib. 1. Pract. Papien. in forma libell. quo agit. ad dot. in ver-
bo dedit, & legauit, ſub num. 5. verſ. hoc autem puto, Co-
uarr. variar. reſolut. lib. 2. ſub num. 7. verſ. tertiò, Menoch.
conſ. 115. num. 11. lib. 2. Surd. deciſ. 28. num. 7. &* 8. cum
alijs relatis per *Caſtil. de vſufruct. cap. 58. num. 13.* & ideo
licèt vſufructuarius omnium bonorum teneatur ad colle-
ctas, quia ſunt onus fructuum; tamen fallit, quando his
14 ſolutis nihil commodi ex vſufructu ſibi remaneret, iuxta
*Gloſſ. in l. qui concubinam, §. ſi Stichus, verſ qui hortos,
ff. de legat.* 3. quam ſingularem appellant *Dyn. & Bart. in
l. his verbis, §. idem teſtator, ff. de legat.* 3. refert, & ſequi-
tur *Roman.* d. gloſſ. malè allegans *Singular.* 157. *Afflict. de-
ciſ. 152. num. 2. Surd.* plures allegans *de aliment tit. 2. q. 15.
num. 251. & tit. 4. quæſt. 16. num. 13. & d. deciſ. 28 num. 8.*
Secundò limitatur dicta concluſio, quando tacitè, vel ex-
15 preſsè, vel ex coniecturis aliter conſtaret de mente teſta-
toris volentis, d. annua legata per hæredem ſoluenda eſſe;
vt ſi teſtator iniungeret hæredi, vt illa ſoluat, vel man-
16 daret ſolui de bonis ſuis: tunc legata annua non ab vſufru-
ctuario, ſed ab hærede ſoluenda eſſent, *Couarr. loco citat.
Bellon conſil. 7. ſub num. 7. & 9. Burſatt. d conſil. 123. num.
12. lib. 1. Surd. deciſ. 193. num. 4 & ſequen Statil. Pacific.
de Saluian. inſpect. 3. cap. 4. num. 298. & 299.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Senen. Bonorum.

Venetis 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Reſcriptum Apoſtolicum ſubreptitium non eſt ipſo iure nullum, niſi fuerit cauſæ auocatorium, non faciens mentionem de pendentia litis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, appellatione pendente, reuocanda ſunt.*
2 *Reſcriptum Apoſtolicum, licèt ſubreptitium, tribuit iuriſdictionem, cum de ſubreptione non opponitur.*
3 *Reſcriptum ſubreptitium non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum.* Intellige, *vt num.* 6.
4 *Reſcriptum auocatorium cauſa non faciens mentionem de pendentia litis eſt ipſo iure nullum.*
5 *Poſſeſſio capta vigore Breuis obtenti, non facta mentione litis pendentis, eſt prorſus nulla.*
6 *Reſcripta gratiæ ſubreptitia ſunt ipſo iure nulla, & quid, ſi in eiſdem literis reſcriptum iuſtitiæ, & gratiæ contineatur num.* 7.
8 *Clauſula* (cuius litis ſtatum, &c.) *excuſat reſcriptum à ſubreptione ob non factam litis mentionem.*

DECISIO LXXIV.

FVIT dictum, conſtare de attentatis commiſſis per Venturam in capienda poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, vigore ſententiarum ad eius fauorem latarum pendente appellatione Monialium, deinde in Rota commiſſa, atque inhibitione ab hoc Tribunali expedita, & in partibus in præſentia eiuſdem Venturæ præſētata, quæ propterea veniunt in primis, & ante omnia reuocanda, ad regulas vulgares, & ex facultate in vltimo reſcripto à Ventura impetrato attributa.
Non obſtat, poſſeſſionem fuiſſe captam in vim mandati Ar-
chiepiſcopi Florentini delegati pro exequutione ſenten-
tiarum ad fauorem Venturæ latarum ſuper ſucceſſione
ab inteſtato ſororis Domitillæ excluſo Monaſterio, ex
2 quo reſcripto Apoſtolico tributa fuit iuriſdictio, cum
non fuerit coram eo Iudice oppoſitum de obreptione, &
litis pendentia in Rota *Innoc. in cap. cum M. Ferrarien-
ſis in fin. de conſtitut.* & reſcriptum ſubreptitium non ſit
ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum *cap.
ceterum cap. ad audientiam il ſecondo, cum ibi notatis de re-
A ſcript. latè Pariſ. conſ. 134. num. 17. & ſeq. lib.* 4. A.
Nam id poſſe forſan procedere, Domini dixerunt, niſi
reſcriptum fuiſſet auocatorium cauſæ à Rota, quia tunc
4 eſt ipſo iure nullum *Biſign. deciſ. 13. de reſcript. Caſſador.
deciſ. 1. eodem tit. & deciſ. 2. num. 6. de appellat. Veſtr. in
prax. lib. 3. cap. 9. num. 3. Mandoſ. commiſſ. 7. in princ. Rot.
apud bon. mem. Card. Seraph. deciſ. 763. num. 6. & in
Vrgellen. Archidiaconatus de Andorra 13. Aprilis 1592. co-
B ram bon. mem. Penia* B, in qua fuit dictum, poſſeſſionem
captam vigore Breuis obtenti, non facta mentione li-
tis in Rota pendentis eſſe prorſus nullam.
Mouit etiam DD. quòd commiſsio pro executione ſen-
tentiarum fuit clam extorta, poſtquam reiecta fuerat ſi-
milis commiſsio in Signatura, Monialibus etiam tunc
informantibus, propoſita.
Et ita concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Intellige de reſcriptis iuſtitiæ, quæ regulariter valida
6 ſunt, donec aduerſarius, contra quem obtenta fuerunt,
excipiat allegando, illa eſſe ſubreptitia: ſecus eſt in reſcri-
ptis gratiæ, quæ ſi ſubreptitiè impetrata fuerint, irrita
ſunt ipſo iure, etiam nemine opponente, per *text. in cap.
fin. de fil. presbyt. vbi Gloſſ. & Doct.* hanc differentiam tra-
dunt, & ſequuntur *Abb. in cap. ad audientiam il 2. num. 5.
& 8. & num. 14. de reſcript. Rebuff. in praxi tit. de diffe-
rent. inter reſcript grat. & iuſt. a num. 1. Menoch. de arbit.
caſu 201. num. 2. benè Sanch poſt alios de matrimon. lib. 8.
diſp. 21. num 3. Farinac. in praxi criminal. quæſt. 6. num.
46. Barboſ. in collect. ad cap. ſuper literis, num. 6. de reſcript*
7 Quòd ſi ſimul in eiſdem literis reſcriptum gratiæ, & iuſti-
tiæ contineatur, ſpectandum eſt, quid ſit magis principali-
ter conceſſum, & iuxta illud regulabitur acceſſorium, &
ideo ſi in eodem reſcripto concedatur gratia principali-
ter, & acceſſoriè detur alicui iuriſdictio ad illius executio-
nem, ſicut gratia per ſubreptionem eſt ipſo iure nulla, ita
& datio executoris, qui nullam iuriſdictionem ex literis
recipit *Abb. in cap. conſtitutus num. 5. et cap. ceterum num.
6. de reſcript, et d. cap. ad audientiam il 2. num. 14. eod. tit.
vbi Additio alios cumulat lit.* C. *Rebuff. loco cit. num.* 4. cum
alijs per *Sanch. d. diſp. 21. num.* 6. ſi verò deputaretur Iu-
dex ſuper contentione beneficiali, valeret proceſſus ſuper
executione literarum beneficialium, licèt eſſent ſubrepti-
tiæ, donec de ſubreptione non opponeretur, quia regu-

Digitized by Google

laneur vt literæ ad lites, non vt literæ beneficiales; ita *Abb. d. cap. ad audientiam 2. ſub d. num. 14.* & ibi etiam *Felin. ſub num. 17. verſic. ampliatur iſta regula, Sanch. loco cit. num 6.*

B Commiſſio auocatoria cauſæ, quando eſt ſubreptitia, quòd ſit ipſo iure nulla abſque ope exceptionis, & ideo nullam tribuat iuriſdictionem, *Gloſ et communiter Doctores in cap. cæterum de reſcript. Menoch. de arbitr. caſu 202. à num. 64. Hieron. Fernandez de Ottero Romanarum lucubrat. diſp. 3. à princip. Barboſ. in collect. ad d. cap. ceterum num 2. de reſcript. Marcheſ. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. auocat. cauſ. §. 1. num. 132. Scacc. de appellat. lib. 1. cap. 64. num. 9. in fine, et lib. 3. cap. 2. quæſt. 14. num. 27. verſ. confirmatur*, & dixit Rota in *Lauellen. ſeu Melphien. pecuniaria 2. Decembris 1618. coram bon. mem. Vbaldo, et coram eodem in eadem cauſa 19. Nouembris 1620.* in qua hæc
8 deciſio allegatur, cenſetur tamen facta ſufficiens mentio litis, adeo, vt reſcriptum ſubreptionis vitio notari non poſſit, ſi in eo adſit clauſula generalis, *Cuius litis ſtatum, etc.* vt alijs allegatis fuit dictum infra in *Romana Canonicatus S. Mariæ in Via lata 29. Maij 1624. num. 4. coram D. meo, et tradit Barboſ. in ſuo tract. clauſul. clauſ. 77. num. 1. iuxta Lugdun. impreſſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tudertina, ſeu Romana nullitatis obligationis.

Veneris 4. Iulij 1614.

ARGVMENTVM.

Minor enormiſſimè læſus reſtituitur aduerſùs obligationem pro patre celebratam, non obſtantibus renunciatione, & iuramento; & quando dicatur enormiſſimè læſus. Item quid requiratur, vt forenſis in Vrbe contrahens ligetur Statutis Vrbis quoad contractus.

SVMMARIVM.

1 *Fides baptiſmalis ætatem probat.*
2 *Minor reſtituitur aduerſus obligationem pro patre à ſe celebratam. Limita, vt num. 23.*
3 *Minor reſtituitur, etiam ſi ſe principaliter, & inſolidum obligaſſet.*
4 *Minor reſtituitur aduerſùs obligationem à ſe factam, etiam ſinè aliqua probatione læſionis.*
5 *Minoris iuramentum validat contractum obligationis, iuxta* auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.
6 *Minor, interueniente enormiſſima læſione, reſtituitur, non obſtantibus renunciatione, & iuramento.*
7 *Dolus præſumitur ex magna læſione.*
Dolus reipſa contingens vero æquiparatur, ibid.
8 *Iuramentum Rota non attendit, ſtante enormiſſima læſione.*
9 *Fideiuſſio in apertam minoris fideiubentis perniciem reſultare non debet.*
10 *Iuramentum minoris in contractu, ex quo enormiſſimè læditur, nihil operatur, & ideo non facit illum maiorem.*
11 *Filius fideiubens pro patre, ſi non poteſt indemnis releuari, dicitur enormiſſimè læſus.*
12 *Minor res alterius adminiſtrans tunc dicitur læſus, & reſtituitur aduerſùs contractum, quando ille, contra quem haberet regreſſum, non eſt ſoluendo.*
13 *Minor dicitur enormiſſimè læſus, quando in totum læditur.*
14 *Minor præſumitur metu ſe obligaſſe, quando fideiuſſit pro patre, & ſequuta eſt enormiſſima læſio, etiam ſi interueniat iuramentum, & renunciationes beneficiorum. num. 15.*
16 *Iuramentum appoſitum in obligatione per metum reuerentialem extorta, nihil operatur, nec minorem poteſt maiorem facere.*
17 *Maior viginti annis habetur pro maiori in Vrbe.*
18 *Forenſis in Vrbe contrahens non ligatur Statutis Vrbis quoad contractus.*
19 *Incolatus non contrahitur ex habitatione abſquè animo perpetuò manendi, & nunquam recedendi.*
20 *Enunciatiua non probat, cum de enunciato principaliter dubitatur.*
21 *Enunciatiuæ non probant incolatum, ſed faciunt tantùm præſumptionem.*
22 *Quadriennium conceditur poſt maiorem ætatem ad petendam reſtitutionem in integrum.*

DECISIO LXXV.

DOMINI prætermittentes nullitatẽ obligationum, & ſecundam dubij partẽ amplectentes, D. Antonio aduerſùs obligationes, pro patre cõtractas reſtitutionẽ in integrum competere cenſuerunt.

Fundamentum fuit, quia cum certum ſit, tempore, quo ſe obligauit, fuiſſe minorem, ex fide
1 baptiſmali, quæ probat ætatem, *Verall. deciſ. 314. par.*
A 1. habet pro ſe caſum, quòd reſtituendus ſit A, *l. 1. C.*
2 *de filioſam. min.* vbi omnes, cum allegatis per *Odd.* qui de communi *de reſtitut. in integr. quæſt. 54. art. 4.* & in minore concordant. *text. in l. ſi Titius 49. ff. de fideiuſſ. in l. de die 8. §. 1. vbi Gloſſ. in verſ. probandi, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. aut prætor 7. §. non ſolum, ff. de minor. l. 1. C. de filioſamil. min. Soccin. Iun. conſil. 47. num. 7. lib. 4. Surd. conſ. 87. num. 2. & 3. & conſ. 114. num. 4.* cuius
3 *l. primæ* diſpoſitio locum habet, etiam ſi ſe principaliter, & inſolidum obligaſſet, vt ibi notat *Azo. num. 2. Bart. in fin. Salycet. num. 2. Surd. d. conſ. 87. num. 3.*
4 etiam ſinè aliqua probatione læſionis, *Odofred. ibi in princip. & in verſ. idem*, dicens ſufficere, fideiuſionem eſſe poſſe damnoſam, *Caſtr. & Iacobin. num. 2. 3. & 6. Gloſſ. in d. l. aut prætor. §. non ſolùm, in verſ. doceat 1. & ibi Bald. ff. de minor. Caſtr. in l. fin. num. 4. verſ. ſed pone, C. in quibus cauſ. reſtit. Soccin. Iun. d. conſ. 47. num. 7. & Bero. quæſt. fam. 115. num. 2. & in cap. 1. num. 6. de reſtit. in integr. Surd. conſil. 47. num. 4. & d. conſil. 87. num. 4. de communi, Odd. d. quæſt. 54. artic. 3. num. 7. & quæſt. 26. artic. 2. num. 20.* & dixit Rota in *Anconitana dotis 23. Nouembris 1598. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Bononien. cenſus 20. Februarij 1609. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Lugdunen.*

Non obſtant renunciationes, & iuramenta, ex quibus mi-
5 nor non poteſt ſuas obligationes impugnare iuxta *auth. ſacramenta puber. C. ſi aduerſ. vend.* quæ procedit etiam in fideiuſſione, *Odofr. ibi num. 22. Cyn. num. 14. Surd. conſ. 46. num. 3. & ſeq. & conſ. 114. num. 10. & ſeq. de communi Odd. d. quæſt. 54. art. 8. num. 32.* & in his terminis tenuit Rota in *Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Bononien.* Quia non
6 procedit authenticæ prædictæ diſpoſitio, interueniente enormiſſima læſione: tunc enim minor, non obſtantibus renunciatione, & iuramento, reſtituitur, quia
7 præſumitur dolus, qui cum re ipſa contingat, vero æquiparatur, *Dec. conſ. 180. num. 6. & 7.* cum relatis per *Cephal. conſ. 207. num. 74. lib. 2. & per Guttierez in repet.*

Digitized by Google

repet. eiuſdem authen. ſacramenta puberum num. 92. vbi
in fine dicit receptiſſimam, & tenendam, quam vti æ-
8 quiorem ſeruat Rota, quæ nunquam attendit iuramen-
tum, ſtante enormiſſima læſione, ad Caſſad. deciſ. vnica
de empt. & vend. vt teſtatur Cagnol. in l. 2. num. 98. &
109. C. de reſcind. vend. & Eugen. conſ. 29. num. 51. &
53. & conſ. 12. num. 73. & deciſum fuit in Amerina
domus 4. Maij 1579. coram Cantuccio relata inter impreſſ.
A diuerſ. deciſ. 102. vſque ad num. 5. part. 2. A, & in ter-
minis fideiuſſionis Afflict. deciſ. 322. num. 7. Soccin. Iun.
d. conſ. 47. num. 7. & 8. lib. 4. Ancharan. conſ. 83. num.
3. verſ. idem eſt ſi dicamus, Bero. conſ. 117. in fin. volum. 3.
Odd. d. quæſt. 54. art. 8. num. 33. & 34. vbi de com-
muni, & pro ea ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, & hanc
opinionem iuxta conſilium Soccin. Iun. ſecuta eſt Rota
in illa Romana fideiuſſionis 5. Iulij 1592. coram Illuſtriſſ.
D. Card. Arigonio in Romana argentorum 27. Iun. 1607.
coram Reuerendiſſimo P. D. Bononien. ad finem, vbi di-
ctum fuit, permittendum non eſſe, vt fideiuſsio reſultet
9 in apertam perniciem minoris fideiubentis, in Bononien.
cenſus 17. Martij 1608. coram Reuerendiſſimo Domino
Lugdunen. ad finem, vbi etiam, quòd in ſupra citata Bo-
nonien. pecuniaria coram Reuerendiſſimo Bononien. poſtea
Rota cenſuit, in eundem cenſum minorem audiendum
eſſe ſuper enormiſsima læſione, & in d. Anconitana do-
B tis 27. Nouembris 1598. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, B
ex quibus patet, hanc opinionem approbari à Rota, li-
cèt Aym. conſ. 613. num. 28. Surd. conſ. 87. num. 13. &
conſ. 114. num. 11. & ſeq. & Card. Mantic. de tacit. lib.
16. tit. 4. num. 4. voluerint, quòd ſicuti læſio non con-
ſideratur in fideiuſſione maioris, ita nec in fideiuſsione
iurata minoris, qui ex iuramento repræſentatur maior;
quorum illatio neque etiam ſubſiſtere videtur; cum iu-
ramentum minoris in contractu, ex quo enormiſsimè
10 læditur, nihil operetur, & conſequenter non faciat il-
lum maiorem, nec negari poſsit, quin in fideiuſſione ad-
eſſet enormiſsima læſio, quãuis non conſideretur à lege
in fideiuſsione maioris, cui non ſubuenit, quando ſuũ diſ-
ſipare vult, prout minori, cui ex ſola fideiuſsione reſtitu-
tionem cõcedit, ex præallegatis. In propoſito autẽ obtẽ-
ta eſt ad cautelam abſolutio ad effectum agendi, & enor-
11 miſsima læſio negari non poteſt, non ſolùm ex eo, quòd
pater, pro quo fideiuſsit, facultatibus labebatur, ita vt
ſperare non poſſet releuationem, iuxta notata per Soccin.
Iun. d. conſ. 47. num. 9. verſ. etenim fecit lib. 4. Surd. d. conſ.
46. num. 17. & d. conſ. 87. num. 12. Odd. d. quæſt. 54.
num. 33. & læſionem in minore fideiubente ita conſide-
rat Rota in præcitatis Romana argentorum, & Bononien.
12 cenſus, ſicuti minor res alterius adminiſtrans, tunc di-
citur læſus, & reſtituitur aduerſus contractum, quan-
do ille, contra quem haberet regreſſum, non eſt ſol-
uendo, l. cum mandato, & ibi Gloſſ. Odofred. num. 1.
Alber. circa med. & in fin. Bart. & Bald. in fin. ff. de
minor. Bero. d. conſ. 117. in fin. volumine 3. Odd. vbi
proximè num. 33. ſed etiam quia Antonius adeò impru-
denter, & prodigaliter ſe geſsit, vt ſummæ, pro qui-
13 bus ſe obligauit, excedant non ſolùm patrimonium
paternum, ſed etiam proprium conſiſtens in medietate
dotis maternæ, cum haberet alium fratrem ad Soccin.
conſ. 266. num. 25. part. 2. Achill. deciſ. 6. de in integr. re-
ſtit. & in donatione Odd. artic. 2. num. 19. & 24. quæſt. 58.
Rota deciſ. 428. num. 3. par. 1. diuerſ. & in his terminis
læſionem in fideiuſſione admittit ipſe Surd. d. conſ. 46.
num. 17. Ex quo etiam ſequitur, vt ſtante enormiſſi-
14 ma læſione, de qua ſupra, & quòd illa interuenerit in
C contractibus ad fauorem patris celebratis C, cui de-
betur reuerentia, præſumantur obligationes metu con-
tractæ abſque alia probatione Bald. conſ. 148. num. 4.
lib. 1. Caſtren. conſ. 174. præſertim num. 2. in princ. Curt.
Iun. in l. interpoſitas, num. 13. referens Anchar. idem te-
nentem C. de tranſact. & conſ. 126. num. 5. in fine lib. 2.
Dec. in cap. cauſam matrimonij, num. 22. de offic. deleg. de
communi, Mandell. conſ. 77. num. 21. & conſ. 100. num.
4. Rum. conſ. 60. num. 18. lib. 3. vbi ita conſultum vi-
diſſe refert per Doct. Senen. & Peruſinos, cum alijs per
Couarr. de ſponſ. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 4. verſ. hoc
enim, & in relect. cap. quamuis par. 3. §. 4. num. 7. Me-
noch. lib. 3. præſ. 127. num. 14. Surd. conſ. 395. num. 20.
lib. 3. latè per Honded. conſ. 29. num. 42. & 43. lib. 1. &
Eugen. d. conſil. 29. num. 95. & tenuit Rota in d. Ameri-
na domus deciſ. 102. num. 5. par. 2. diuerſ. Et hoc non
15 obſtante iuramento, & renunciationibus beneficiorum,
quæ tanquam acceſſoria eodem vitio laborant: ac in
his terminis loquuntur Caſtr. ſupra citatus, quem om-
nes ſequuntur Rum. conſil. 98. num. 25. & conſil. 179.
num. 17. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 179. num. 5. &
6. Cephal. conſil. 554. num. 16. lib. 4. præſertim cum
obtenta ſit habilitatio à iuramento, vt ſupra, quæ re-
quirebatur de iure canonico, licèt aliud eſſet de iure
ciuili in iuramento metu extorto, ex traditis per San-
chez de matrimon. lib. 3. cap. 12. num. 49. Et conſe-
16 quenter ceſſat auth. ſacramenta puberum, nec iuramen-
tum aliquid operatur, nec minorem maiorem facere
poteſt, vt patet ex ipſa auth. ibi (vel iuſtum metum)
& ibi notant poſt alios Angel. ad fin. Salyc. num. 3. Iaco-
bin. num. 8. Iaſ. num. 60. Sichard. num. 42. & 43. Corn.
num. 130. Curt. Iun. num. 30. cap. cum contingat, vbi
Abb. in tertio not. de iureiuran. Rum. conſ. 60. num. 18.
lib. 3. conſ. 98. num. 25. & conſ. 60. num. 18. vbi de
communi lib. 1. & conſ. 140. ad fin. lib. 4. vbi vidiſſe
conſultum dicit per excellentiſſimos Iuriſconſultos.
Nec dici poſſe videbatur, Antimum fuiſſe maiorem vigin-
17 ti, & ſic habendum pro maiore ex diſpoſitione Stat. Vr-
bis, lib. 1. cap. 147. Nam cum ex fide baptiſmatis
18 conſtet, illum natum eſſe Corneti, & ex depoſitione
teſtium, patrem eſſe origine Tudertinum, ipſamque
Ciuitatem Tudertinam eſſe extra diſtrictum Vrbis, cer-
tum ſit, tanquam forenſis dici non poteſt per Statutum
habilitatus, quamuis in Vrbe contraxerit Bart. in l. 1.
num. 8. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, in l. cunctos populos
num. 26. vbi Bald. num. 41. & 58. Salyc. num. 10. Iaſ.
in 1. lect. num. 42. in 2. num. 86. Caccialup. num. 89. C. de
ſumm. Trin. Anchar. in cap. 1. num. 78. de conſtit. latè
Roland. conſ. 24. num. 12. & ſeq. & conſ. 91. num. 6. &
& ſeq. volum. 3. Rota diuerſ. deciſ. 103. num. 13. par. 2.
& deciſ. 180. num. 1. par. 1. de magis communi Surd.
deciſ. 197. num. 6. & in ſtatuto Mediolani ſimili ſtatuto
Vrbis Iaſ. conſ. 59. col. 2. in fin. verſ. nec habet obſtare, lib.
3. Cum præſertim non probetur habitatio decennà-
19 lis in Vrbe eiuſdem Antimi, nec probata releuaret, cum
non conſtet, eandem fuiſſe animo perpetuò permanen-
di, & nunquam recedendi, qualis requiritur ad contra-
hendum incolatum l. vices, vbi Bart. notat. C. de incol. lib.
10. Gloſſ. in l. 1. in verb. incolam, C. de mancip. eodem lib.
11. Alciat. in l. pupillus §. incola in princ. ff. de verborum
ſignific. Rota deciſ. 150. num. 3. par. 2. diuerſ. & reſolu-
tum fuit in Ciuitatis Caſtelli hereditatis die 1. Decembris
D 1606. coram R. P. D. meo Bononien. D Nec facere vi-
ſæ ſunt enunciatiuæ quorundam inſtrumentorum, in
quibus vocatur Domicellus Romanus, non ſolùm
20 quia, cum de enunciato nunc principaliter dubitetur,
non probant, Felin. in cap. per tuas num. 12. verſ. ſecundò
reſtringitur. de probation. Alex. conſ. 136. num. 19. lib. 1.
Rum. conſ. 167. num. 25. lib. 5. ſed etiam quia faceret
21 ſolam præſumptionem Dec. conſ. 283. num. 8. verſ. &
hoc confirmatur, quæ cedere debent veritati, de qua con-

ſtat

ſtat per teſtes de origine, domicilio Tuderti, bonis ibidem poſſeſſis, & animo ſæpius declarato originis non deferendæ deponentes.

Ceſſat deniqoe ex facto fundamentum lapſi quadriennij, poſt maiorem ætatem ad petendam reſtitutionem in
22 integrum conceſſi *ad l. final.* vbi omnes *C. de tempor. in integrum reſtitutione* cum monitoriũ coram A. C. ſuper nullitate, ac reſciſſione obligationum executum fuerit de menſe Ianuarij 1611. & natiuitas ſit de menſe Martij.

Ex quibus decíſum fuit, competere reſtitutionem Antimo reſpectu obligationum pro patre contractarum, &c.

ANNOTATIO.

A Non reſtituitur tamen minor, quando fideiubet pro ex-
23 carceratione patris, vel ad effectum ne pater carceretur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 108. *num.* 42. 43. *&* 44. *& cap.* 952. *num.* 12. & fuit dictum in *Romana pecuniaria de Querris* 26 *Iunij* 1624 *coram Reuerendiſſ. Domino Coccino Decano., & infra coram D. meo in Romana nullitatis contractus* 26. *Aprilis* 1624. *num.* 9. vbi *num.* 1. in ſimili, quod vxoris fideiuſſio in bonis dotalibus ſuſtinetur, quando eſt facta pro liberando viro à carceribus; de qua re vide ibi.

B Adde *Beltramin. in addit. ad deciſ* 406. *Gregor. XV. num.* 18. & dixit Rota in *Ariminen legatorum* 26. *Iunij* 1619. *coram bon. mem Patriarcha Manzanedo*, in qua hæc deciſio canonizatur, & admiſit eadem Rota in *d. Romana pecuniaria de Querris coram Reuerendiſſimo Decano.*

C *Stephan. Gratian. diſcept forenſ cap.* 555. *num.* 17. *cum ſeqq.* vbi meminit huius deciſionis, & plures concluſiones, quæ ſequuntur, ex illa deſumpſit.

D *Steph Gratian. diſcep. forenſ cap.* 569. *num.* 6. & fuit dictum intra *coram D. meo in Collen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *&* 3. *Maij* 1617. vbi quod debet probari incolatus cum animo perpetuò habitandi, & nunquam recedendi, per teſtes concludenter, non ex verbis prolatis obiter, & incidẽter, cum ex illis non poſſit deſumi animus deliberatus, & firmus perpetuò permanendi, qualis ad hunc effectum requiritur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Veneris 7. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Cameralis obligationis executio an impediatur exceptione falſitatis, de qua non conſtat, niſi per ſententiam latam in contumaciam. Iuramentum an, & quando ſuppleat defectũ inſinuationis. Item res quando dicatur litigioſa, ad effectum, vt cedi non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis exceptio incontinenti probata impedit executionem etiam obligationis Cameralis.*
2 *Sententia ſinè proceſſu, & actis fidem non facit, etiam ſi producatur excipiendo. Limita in ſententia antiqua, vt num.* 26.
3 *Sententia ſinè actis non attenditur de ſtylo Rotæ.*
4 *Probationes in criminalibus ſunt de ſubſtantia Iudicij.*
5 *Sententia in criminalibus eſt nulla, non conſtito de corpore delicti, nec præcedentibus inditijs neceſſarijs, ad formandum, & tranſmittendum proceſſum.*
6 *Sententia lata, non conſtito de corpore delicti & non præcedentibus inditijs ſufficientibus ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem, non dicitur lata ob delictum, ſed in pœnam contumaciæ.*
7 *Confeſſio vera non ſufficit ad probandum delictum, multò minus ficta ex contumacia.*
8 *Sententia nulla non vulnerat obligationem Cameralem.*
9 *Falſitas ceſſat, quando veritas ex alio inſtrumento haberi poteſt.*
10 *Scriptura contra producentem probat.*
11 *Inſinuationis defectus ſuppletur per iuramentum, maximè quando inſinuationi fuit in ſpecie cum iuramento renunciatum. num.* 12.
13 *Inſinuatio fieri debet in loco donationis.*
14 *Renunciatio generalis particulari iuramento vallata ſpecialis renunciationis vim habet.*
15 *Renunciatio in tertij fraudem, & præiudicium facta iuramento non firmatur.*
16 *Iuramentum vt non confirmet actum à ſtatuto ſinè certa ſolemnitate prohibitum, quid requiratur.*
17 *Iuramentum purgat fraudem inter donatorem, & donatarium.*
18 *Exceptio iuris tertij, non excluſiua ipſo iure intentionis agentis, & ipſo tertio non opponente, non admittitur.*
19 *Turpitudinem propriam allegans, non eſt audiendus. Limita, vt num.* 27.
20 *Litigioſæ rei ceſſio eſt nulla.*
21 *Litigioſi vitium ceſſat, quando lis eſt finita per ſententiam, & illius executionem.*
22 *Litigioſa non efficitur res, quando fuit intentata actio perſonalis.*
23 *Litis pendentia non inducitur per acta nulla.*
24 *Exceptio quæ alias non eſſet admittenda, ſi incontinenti probari poteſt, admittitur aduerſus Cameralem obligationem.*
25 *Probatio quando dicatur incontinenti facta remiſſiuè.*

DECISIO LXXVI.

DOMINI reſoluerunt pro iuſtitia mãdati executiui, aliàs per me Locumtenentem A. C. ad fauorem Antonij de Domo contra hæreditatem, & iura hæreditaria olim D. Rodulphi Pij relaxati. De donatione enim annuę præſtationis per dictum D. Rodulphum del 1598. ſolemniter, & inter viuos Venetijs facta Dominico dicti Antonij fratri pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ſtipulanti, & acceptanti, conſtat ex publico inſtrumento cum obligatione Camerali, cuius vigore fuit aliàs per A. C. ad fauorem dicti Dominici relaxatum mandatum contra D. Rodulphum viuentem, quod exequendum fuiſſe reſoluit *Rota coram bon. mem. Penia* 9. *Decembris* 1605. De ceſſione verò, & tranſlatione dictæ donationis per Dominicum facta Antonio conſtat ex publico inſtrumento Venetijs celebrato 7. Iunij 1612. cum ampliſſimis clauſulis ceſſionis iurium, iuramento, & obligatione Camerali; ex quibus duobus inſtrumentis Antonius habet plenè, & concludenter fundatam intentionem ex vulgar. Oppoſitiones verò tol-
1 luntur. Prima enim falſitatis donationis factæ Dominico, quæ incontinenti probata impedit executionem *Bal. in l. fin. §. ſi quando verſ. non obſtat C. de ord. cognit.* etiam obligationis Cameralis *Caſſad. deciſ. vnica num.* 3.
A *de mut. petit. Caputaq. dec.* 174. *num.* 2. *par.* 2. A Non pro-
2 batur ex ſententia criminali A. C. ſinè proceſſu, & actis
B quæ non facit fidẽ B, *l. ſi cum nulla vbi gloſ. Bart. & Alex.*

ff. de

ff. de re iudic. Rot. deciſ. 196. *num.* 5. *par.* 2. *diuerſ.* etiam
ſi producatur excipiendo *Mobed. deciſ.* 3. *num.* 1. & 2.
3 *de teſtib.* nec attenditur de ſtylo Rotæ *vt deciſ.* 704. *num.*
2. *par.* 1. *diu. Card. Seraph. deciſ.* 615. *num.* 6. & 723.
num. 12. & fuit in hac cauſa firmatum 3. Maij præteritis
4 probationes enim in criminalibus ſunt de ſubſtantia iu-
dicij *Bart. in l. inter accuſatorem num.* 3. *vbi Angel.* &
Imol. ff. de publ. iud. Ruin. conſ. 68. *num.* 6. *lib.* 5. Rota
in Romana notariatus 16. *Decembris* 1585. *coram Can-*
5 *tuccio*; ex quarum defectu ſequitur, quòd non poteſt dici
iuſtificata reſpectu corporis delicti, nec indiciorum ad
formandam, & traſmittendam inquiſitionem neceſſariò
præcedere debentium, & conſequenter eſſe nullam, iu-
xta cõmunes criminaliſtarum traditionis, de quibus latè
per *Carthar. in tract. de execut. ſent. cap. fin. num.* 60. &
63. *Farinac. de inquiſit. quæſt.* 1. *num.* 40. & 48. &
quæſt. 11. *ante num.* 17. *verſ. aduerte ſecundò*, & rema-
6 neremerè contumacialis, & lata non ob delictum, ſed in
pœnam contumaciæ *Bald. in cap. teſtimonium num.* 12.
verſ. quærit Innoc. de teſtib. & *in l. confeſſis num.* 44. *C. de
confeſſ.* prout etiam in dubio præſumitur *l. Papinianus* §.
meminiſſe ff. de inoffic. teſtam. cum cumul. *per Farinac. d.
quæſt.* 11. *num.* 92. quam opinionem ſequitur Rota, vt
in quatuor *deciſſ. impreſſ. per Farinac. d. quæſt.* 11. *poſt
num.* 92. quæ loquuntur etiam in terminis Bullarum
Summorum Pontificum; & eſt alia *deciſ. bon. mem. Ora-
ni in Romana notariatus* 28. *Nouembris* 1591. à quibus
non diſſentit idem *Farinac.* quando nulla (prout hic)
præcedunt legitima indicia ad inquirendum, vt ibi per
eum poſt dd. deciſiones *verſ. ex prænarratis*. Nec iſto
7 caſu ad verificandum delictum ſufficit confeſſio vera,
tanto minus ficta ex contumacia, latè idem *Farinac. d.
q.* 12. *num.* 6. *per tot.* conſequenter ex ea licèt nulla, non
8 poteſt dici vulnerata obligatio Cameralis, iuxta *deciſ.
Reuerendiſſimi D. mei Decani in Anconitana aſſecurationis*
1. *Iulij* 1602. quæ procedit in ſententia abſolutoria à
petitis, & ſic immediatè, & principaliter lata ſuper
meritis cauſæ, non autem ſuper mera contumacia, pro-
ut illa. Imò non ſolùm non conſtat de falſitate, ſed de ve-
ritate d. donationis ex mandato procuræ D. Rodulphi
facto ad plura in Antonium del 1600. 18. Martij, in quo
illam confirmauit, etiam cum iuramento, & obligatio-
9 ne Camerali; falſitas enim ceſſat, quando veritas ex
alio inſtrumento apparet *Butr. in cap. ex literis num.* 8.
verſ. vndè oportet, & *ibi Abb. num.* 4. *verſ. ſecundò addu-
co, de fid. inſtrum. Natt. conſ.* 130. *in princip.* Vltra
quòd pro parte d. D. Rodulphi viuentis non fuit oppo-
ſitum de falſitate contra mandatum executiuum peti-
tum, & obtentum del 1601. *coram* A. C. & *bon. mem.
Penia*, & tandem executum, vt dicitur in querela, mo-
nitorio contra Dominicum, & in d. ſententia pro D.
Pia d. D. Rodulphi filia, & hærede productis, quæ con-
10 tra eam probant *ad not. in l. poſt legatum, ff. de ijs, quib.
vt indign. Afflict. deciſ.* 25. *num.* 5.

Secunda verò oppoſitio contra ceſſionem factam per Do-
11 minicum Antonio, videlicet defectus inſinuationis, tol-
litur; nam omiſſo, an ſuppleatur per iuramentum ſim-
C pliciter præſtitum, C vt tenuerunt *Imol. in cap. cum con-
tingat num.* 90. *de iur. iur. Alexand. conſ.* 4. *num.* 10. *lib.*
1. *Capic. deciſ.* 159. *num.* 31. *verſ. tamen quòd ſufficiat*,
cum pluribus ex relatis per *Clar. in* §. *donatio quæſt.* 18.
& *per Menoch. conſ.* 1. *num.* 377. qui dicit eam verio-
rem, & crebriorem, & de magis communi *Soccin. Iun.
conſ.* 130. *num.* 16. *lib.* 3. cui opinioni pluries etiam Rota
viſa eſt adhærere, vt per *Caputaq. deciſ.* 286. vbi de com-
muni *par.* 1. & *per Seraph. deciſ.* 472. *num.* 14. & 746.
num. 5. & 1184. *num.* 14. vbi quod ita ſæpe per Rotam
fuit deciſum, quam deciſionem ſecuta eſt etiam Rota in
Romana donationis 29. *Martij* 1599. *coram Orano*. In-
12 dubitanter ſuppletur, quando inſinuationi, & ſtridis
ſtatutarijs (vim illius habentibus, vt ex *deciſ. coram
bon. mem. Penia*) fuit, prout hic, in ſpecie renunciatum
cum iuramento *Ioan. Andr. ad Specul. de inſtrum. edit.* §.
porro, rubric. de form. donat. cauſ. mort. & *inter viuos in
fin. in verb. minus, verſ. ſed quid ſi renuncians, Federic. de
Sen. conſ.* 281. *circa med. verſ. ſi autem in inſtrumento
Bald. in d. cap. cum contingat, num.* 13. *verſ.* & *idem dico,
quod in donatione, de iure iuran.* & *ibi Abb. num.* 17. *Alex.
in l. nemo poteſt, num.* 12. *verſ. tamen verior eſt, de legat.* 1.
apoſtill. ad deciſ. Tholoſ. 571. *verſ. ſed an donatio. Clar. d.
quæſt.* 18. *verſ. contrarium autem ſententiam, Tiraquell.
in l. ſi vnquam, in præfat. num.* 143. *in fin. C. de reuoc.
donat.* & hunc caſum carere dubitatione teſtatur *Gabr.
lib.* 3. *tit. de donat. concluſ.* 1. *num.* 6. *Guidop. deciſ.* 350.
per tot. & *latiſſimè deciſio Florentina* 64. *num.* 23. & in
motiuis *Rot. Senen. num.* 41. vbi plures allegantur, de
communi, & magis communi atteſtantes. *Menoch. con-
ſil.* 451. *num.* 27. *in fin.* & *num.* 28. *Seraph. priuil. iu-
ram.* 73. *num.* 2. vbi dicit eſſe receptiſſimam *Ludouic.
conſ.* 83. *per tot.* Maximè, quia hic non intrat Statutum
Vrbis de donationibus inſinuãdis *lib.* 5. *cap.* 150. inſinua-
13 tio enim erat facienda in loco donatarij, & ſic Vene-
tijs, vbi donatio fuit celebrata, ad *text. in l. lata*, & *in l in
hac, C. de donat. Rot. deciſ.* 7. *de iudic. in nouis ſub num.* 3. ibi,
*quia agenti iſtis caſibus, non recipienti auctoritas impartitur.
Bellam.* qui loquitur in donatione *dec.* 732. *verſ. ſi agatur*.
Nec officiunt leges Venetæ, annullantes donationes ca-
rentes ſubſcriptione duorum ex magiſtratu examinato-
rum, ne fraudes in illis interueniant; quia huic quoque
ſolemnitati fuit ſufficienter renunciatum per illa verba,
& *a qualſiuoglia altra legge, aiuto, beneficio,* & *rime-
dio, ragione ordinaria,* & *ſtraordinaria,* & *alla re-
ſtitutione in integro,* & *à qualſiuoglia altro beneficio più
priuilegiato; non volendo mai per alcun tempo opporre,
ne venir contro, ò contradire à queſta donatione,* &c.
& *coſi giura*, &c. Quæ cum ſint adeo prægnantia, &
14 particulari iuramento munita, habent vim ſpecialis re-
nunciationis, præſertim cum de conſenſu Dominici ce-
dentis dubitari non poteſt *Bald.* & *Salicet. in l.* 1. *C. com-
mod. Rot. deciſ.* 664. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* & de efficacia
ſimilis generalis renunciationis, latè *Modern. Ferrarien.
de Clauſ. clauſ.* 40. *gloſ.* 6. *per. tot. Mantic. de tacit. lib.* 16.
tit. 18. *num.* 12. & *in terminis donationis Soccin. Iun. conſ.*
130. *num.* 19. *cum ſeq. lib.* 3. *Card. Seraph. d. deciſ.* 472.
in fin. & 746. *num.* 8. Neque in his renunciationibus
aliqua reſultat fraus in præiudicium tertij, ob quam dici
15 poſſit, illam iuramento non firmari *ad tradit. per Ioan.
Andr. ad Specul. in d.* §. *porro in fin. in verb. minus verſ.
hoc autem tertium eſt*; Nam vltra quòd dd. leges Vene-
tæ ex omiſſione ſtridarum, & ſubſcriptionis non præ-
ſumunt contractum doloſum, vel fraudolentum, prout
requiri videtur ad hoc; vt iuramentum non confirmet
actum per Statutum prohibitum, ſinè certa ſolemnitate
factum, iuxta terminos *doctrin. Bart. in l. omnes populi,
num.* 24. *ff de iuſt.* & *iur.* & *in l. nemo poteſt num.* 11 *de
legat.* 1. *Gabr. conſ.* 13. *num.* 6. *lib.* 1. ſed ſolùm mandant
inquiri, ne fraudes committantur: quam fraudem inter
17 donationes, & donatarium iuramentum purgat *Imol.
d. cap. cum contingat num.* 90. *Corn. conſ.* 6. *num.* 12 *lib.*
1. *cum alijs per Seraph. d. priuil.* 73. *num.* 66. *cum ſeq.* præ-
iudicium per eas conſideratum coarctatur, vel ad colla-
teraneos, ſeu vicinos, & propinquos, quibus conce-
dunt prælationem, ſiue retractum: prout videtur eſſe
de mente ſtatuti *lib.* 5. *cap.* 11. vel ad debitores Vene-
tijs habitantes, quorum nomina ceduntur, quibus de-
bet fieri denunciatio iuxta formam alterius Statuti 26.

Septem-

Septembris 1288. vt ex eorum lectura apparet ; & ideò cum illarum mens, ratio, & verba non conueniant præſenti ceſſioni annuæ præſtationis, loco non circumſcriptæ; & nominis debitoris non ſubditi, nec etiam ratione bonorum, quæ ſunt ſub ditione Veneta : conſequenter non conuenit diſpoſitio. Imò ſicuti ipſi Collateranei, & alij, ad quorum fauorem ſunt conditæ dd. leges, non poſſent opponere de fraude, ſeu nullitate huius ceſſionis, in qua nullum intereſſe prætendere poſſunt, ita multo minus hæres Rodulphi, cui non competit exce-
18 ptio iuris tertij non excluſiua ipſo iure iuris agentis, & ipſo tertio non opponente *Bart. in l. 2. num. 1. ff. de except. rei iudic. & ibi Soccin. num. 7. Salyc. in l. cum ſeruum num. 4. verſ. ſolue C. de ſeru. fugit. Gloſ. quam notab. dicit Bart. in l. 2. ff. ſi ager vectig. & eſt caſus in l. 2. vbi etiam gloſ. C. de iur. emphyt.* Nec de hac fraude ad præiudicium aliorum: Dominicus dare poteſt, quia pro-
E priam allegaret turpitudinem, nec eſſet audiendus E, *l. cũ*
19 *profitearis, C. de reuoc. donat. l. ſi creditoribus C. de ſeru. pign. dat. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 37. num. 5. verſ hoc autem*, & ideò D. Pia ex omni capite redditur tuta à periculo iterandæ ſolutionis. Tertia oppoſitio nullitatis
20 d. ceſſionis tanquam factæ de iuribus litigioſis *ad tot. tit. ff. C. & Auth. de litig.* tanto magis ſtante inhibitione A. C. vt dicitur, facta Dominico, ne, lite criminali cõtra eũ ſuper dicta falſitate inſtrumenti pẽdente, quicquã innouaret *ad tot. tit. nil nouari lit. pend.* ceſſat, quia lis Dominici cum D. Rodulpho fuit finita per relaxationem
21 mandati, & ſolutionem ſubſequutam, quæ probatur ex dicta ſententia criminali ; vnde ceſſat vitium litigioſi ad *text. in clem. ſicut, de appellat. l. 1. ff. de re iudic. Biſignet. deciſ. 1. de appell. Rot. eodem tit. deciſ. 38. in antiq. Card. Seraph. deciſ. 597. num. 3.* vltra quod actum fuit executiuè actione perſonali pro dicta annua præſtatione, &
22 ideo actio non potuit effici litigioſa *Guidop. quæſt. 129. verſ. credo quòd*, quem ſequitur *Aym. conſ 279. num. 1. verſ. quòd autem, Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 293. verſ. quid ergo de conſtit. & ſentiunt Bart. & ceteri in l. 2. C. de litig.* dum dicunt, actionem non effici litigioſam, etiã ſi actione perſonali bona petantur.

Cauſa verò criminalis non potuit inducere litis penden-
23 tiam, cum omnia ſint nulla, vt ſupradictum eſt *Gabr. conſ. 52. num. 6. & 7. lib. 1. & conſ. 31. num. 14. & 15. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 475. deciſ. Pedemont. 144. num.* 8. Et ex his DD. dixerunt, mandatum A C. eſſe exequendum.

ANNOTATIO.

A *Rot deciſ 540. num. 8. part. 2. recent. Gregor. deciſ. 406. num. 8. Zacch ad Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt 17. num. 8. & poſt tract de ſociet offic. in addit ad d. quæſt. 17. num.* 3. vbi meminit huius deciſionis. Imò omnis exceptio, quæ
24 aliàs non eſſet admittenda, ſi incontinenti probari poteſt, admittitur aduerſus obligationem Cameralem, *Galleſ de obligat Cameral quæſt. 18. num. 5 in fine Zacch. in addit. ad d. quæſt. 17. num. 33. Gratian. diſcept. forenſ cap. 692. num. 35. Rota in Romana pecuniaria. ſeu mercium coram Cardinali Sacrato impreſſ penes Marcheſ de commiſſ.*
25 *part. 1. pag. 776. ſub num. 2. & in Romana de Mareſcottis 20. Nouembris 1613. coram eodem*; quando autem probatio dicatur incontinenti facta, tradit *Fenut. de moment. tempor. cap. 15. per tot.*

B *Rota coram Cardinali Seraphino deciſ. 723. num. 12. & in recent par. 2. deciſ. 391. & in Bononien legati 15. De-*
26 *cembris 1523. coram bon. mem. Dunozetto.* Limita in ſententia antiqua, quæ abſque proceſſu probat *Caſſador. deciſ. 3. de procurat. Put. deciſ. 328. lib. 2. in vltim. impreſſ. Rota deciſ. 143. num. 8. & 11. part. 2. diuerſ Gregor. XV. deciſ. 533. num. 8.* etiam contra tertium *Rum. conſil. 28. num. 16. lib. 4. Menoch. conſ. 612. num. 16. lib. 7. Caſſador. d. deciſ. 3. num. 1. 2. & 3. de procurator. Rota deciſ. 673. num. 1 in fine par 2. recent.*

C Vide quæ dixi ſupra *deciſ 47. num. 11.*

D Exceptio de iure tertij opponi poteſt, quando eſt ipſo iure excluſiua intentionis agentis, vt dicitur in hac deciſione, & tradunt *Crauett. conſil. 191. num. 3. Theſaur. deciſ. 4. num. 1. Surd. conſil. 415. num. 16. in fine & 17. Rota deciſ. 741 in fin. par. 4. diuerſ Gregor. XV. deciſ. 415. num. 3.* & ibi *Adden ſub num. 6.* an autem, & quando dari poſſit de iure tertij, latè *Theſaur. d. deciſ. 4 per tot.* non admitti huiuſmodi exceptionem autem tertio nolente, ſequendo hanc deciſionem, dixit Rota in *Romana pecuniaria 28. Maij 1618 coram bon. mem. Remboldo.*

E Limita, vbi quis allegaret ſimulationem, hoc enim caſu non habere locum regulam *d l. cum profitearis, C. de reuocand. donat.* tradunt *Tiraquel de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. num. 15. Hypolyt. Rimmald. conſil 62. num. 22. lib. 1. Honded.* alios allegans *conſil. 46. num 32. volum. 1.* Item permittitur propriæ turpitudinis allegatio contra eum, qui fuit etiam illius particeps, *Honded. loco cit. num. 33. Seraphin de priuileg. iurament. priuileg 59. in fine, Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 70. per tot* vbi plura de hac materia ; & generaliter excipiendo, & replicando permittitur propriæ turpitudinis allegatio *Honded d conſ 46. n. 34. Hippol. Rimin. d conſ. 62 num. 27. Capic. deciſ. 95. per tot. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 5. gloſſ. 7 n. 9. & 10.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Palentina Cappellaniæ,

Veneris 14. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Attentatorum reuocatio coram quo Iudice peti debeat, & an executio facta, pendente appellatione, reuocetur priuilegio attentatorum, ſi fuit deſerta appellatio; & quid de executione facta ante obtentam reſtitutionem in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta, pendente termino ad appellandum eſt attentata, & priuilegio attentatorum reuocanda.*
2 *Attentatorum reuocatio petenda eſt coram Iudice appellationis, cuius fuit læſa maieſtas.*
3 *Commiſſio intelligitur prout de iure.*
4 *Executio directa facta, pendente appellatione, illa deſerta, non reuocatur.*
5 *Attentatis renunciaſſe, & ab eis excluſus videtur, qui intra terminum ſibi præfixum, non dedit de attentatis coram Iudice appellationis.*
6 *Appellatio coram Iudice non interpoſita, nulla eſt.*
7 *Appellatio nulla non cauſat attentata.*
8 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam poſt lapſum quadriennij.*
9 *Executio facta ante obtentam reſtitutionem in integrum non reuocatur tanquam attentata.*
11 *Inſtitutio facta pendente tempore ad appellandum, & poſſeſſio inde ſecuta, licèt, non iuſtificata legitima appellatione, non reuocentur tanquam attentata, reuocantur per viam nullitatis.*

DE-

DECISIO LXXVII.

1 LICET poſſeſſio cappellaniæ capta per Petrum, pendente termino ad appellandum à ſententia Ordinarij Palentini ad eius fauorem lata, ſubſecuta Andreæ eius aduerſarij legitima appellatione, fuerit attentata *cap. non ſolum, de appellat. in 6. & ibi Gloſſ.* & priuilegio attentatorum reuocanda *Franch. ibi num. 7. Seraphin. deciſ.* 1583. *num.* 1. Tamen contrarium concluſerunt DD. in præſenti caſu.

Primò, quia dicta reuocatio attentatorum pendente
tempore ad appellandũ erat petẽda, ſicut etiam attenta-
2 torum poſt appellationem, coram Metropolitano Iudice
appellationis, *d. cap. non ſolum*, ibi, *ante omnia per appellationis Iudicem, &c.* vt poſt *Io. Andr.* notant ibi *Franc. & Anchar. in 2. notab. & Gemin. ſub num.* 4. & ſic per Iudicem, cuius fuit læſa maieſtas, *Rot. deciſ.* 10. *num.* 4. *vt lit. pend. in nouis*, & eſt *deciſ. Illuſtriſſimi Cardinalis Lancellotti in Vlixbonen. beneficij* 24. *Nouembris* 1597. cum allegat. *per Lancell. de attent.* qui de communi 2. *par. cap.* 27. *num.* 32. *& ſeqq & præſertim num.* 35. *&* 36. Non obſtat commiſſio cum facultate reuocandi quæcumque attentata, quia intelligitur prout de iure *Creſc.*
3 *deciſ.* 1. *de reſcript.* & ſic non niſi per Iudicem appella-
tionis. Secundò, quia poſt rem iudicatam non eſt locus
A reuocationi attentatorum A, executio enim facta,
4 pendente appellatione, illa deſerta, conualeſcit, quando exetotio eſt directa, vt beneficij controuerſi poſſeſſionis adeptio. Sublata enim appellatione, tollitur ſuſpenſio iudicati iam inducta, & executio firma remanet, & licèt malè facta non reuocatur, cum de nouo fieri deberet, & firmato principali, videlicet ſententia, firmatur acceſſorium, quod eſt ipſa executio, vt poſt *Io. Monach.* quem refert *Io. Andr. & vtrumque Franch. cap. licèt num.* 4. *verſ. quòd autem de ſent. excom. in* 6. *Anchar. cap. non ſolum num.* 7. *de appell. Milis in verb. executio facta pendente, Lancell. de attent. appell. pend.* 2. *par. cap.* 12. *ampl.* 1. *num.* 14. *& ſeqq.* Ad quòd facit optimè text. à contrario ſenſu *in l. cum ex cauſa ff. de appell. quem adducit Monach. d. cap. licèt num.* 1. *verſ. ſed quæro in principio.* Et inde etiam cum Andreas non dederit de
5 attentatis coram Iudice appellationis, ſed eo non contradicente, Petrus obtinuerit ſententiam confirmatoriam primæ, videtur tacitè renunciaſſe attentatis, & ab eis excluſus *Bart. in l.* 1. *ſ. ſed & ſi is cui, num.* 2. *ff. de nou. oper. nunc. Pariſ. conſ.* 41. *num.* 37. *vol.* 1. *Lancell.*
B 2. *par. cap.* 12. *de attent. appell. pend. num.* 3. *limit.* 14. B
Vndè cum Andreas non appellauerit à ſententia Metropolitani confirmatoria primæ: prætenſa enim appellatio eſt interpoſita coram Notario illam intiman. non autem
6 coram Iudice, & ideo eſt nulla *cap. vt debitus, de appellat.*
C nec cauſat attentata *Lancell. d. cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 184. C
Et quatenus fuiſſet legitimè interpoſita, fuit deſerta ob lapſum, nedum biennij, ſed etiam quinquennij: & ſic non
8 poteſt iuuari, commiſſione cauſæ reſtitutionis in integrum *l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. cap.* 1. *de reſtit. in integr.* vltra quòd executio facta ante obtentam reſtitutionem in integrum non reuocatur tanquam attentata *Lancell. d. cap.* 12. *limitat.* 50. *num.* 23. ex quibus dixerunt DD. non applicari huic caſui deciſionem *Cæſ. de Graſſ.* 2. *de appell.* & propterea recedendum eſſe à deciſis.

ANNOTATIO.

A Inſtitutio facta intra terminum ad appellandum, & poſ-
10 ſeſſio inde ſecuta, licèt, non iuſtificata legitima appellatione, non reuocantur priuilegio attentatorum, reuocantur tamen per viam nullitatis, ſi cauſa erat appellabilis, iuxta opinionẽ Rotæ, de qua dixi ſupra *deciſ.* 63 *lit A num* 14. & ibi adductis adde *Rot. in Leodien beneficij* 26. *Ian* 1615. *& in Florentina cappellæ* 17. *Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. Pirouano* in quibus hæc deciſio allegatur.
B *Rota in Taruiſina feudi* 9. *Decembris* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*. in qua hæc deciſio canonizatur.
C Vide, quæ dixi ſupra *deciſ.* 63. *lit. A. num.* 13.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Oxomen. Archidiaconatus.

Mercurij 19. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

In coadiutorijs concedendis Papa mouetur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ; nec inducitur aliqua affectio ex appoſitione manuum, niſi probata veritate illius cauſæ, ob quam Pontifex motus fuit, & qua ceſſante, non conceſſiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoriæ conceduntur propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ.*
2 *Affectio non inducitur niſi probata veritate illius cauſæ, ſinè qua Papa manus non appoſuiſſet.*
3 *Coadiutoriam concedendo Papa non prouidet abſolutè de beneficio, illud abſolutè conferendo, ſed ad effectum prouidendi neceſſitati Eccleſiæ.*
4 *Coadiutore prædecedente, ceſſat affectio.*
5 *Coadiutoria eſt gratia conditionalis, quæ non operatur ante iuſtificationem gratiæ.*
6 *Ceſſante gratia, ceſſat decretum acceſſoriè adiectum.*
7 *Affectio notoria, & indubitata requiritur, vt intret priuilegium ſubrogationis.*
8 *Gratia Papæ ſubreptitia an, & quando affectionem inducat.*
9 *Subrogationi gratioſæ vt locus non ſit, ſufficit obſcurari reſeruationem, dato magno ſumo iuriſpatronatus.*

DECISIO LXXVIII.

DD. dixerunt, ex coadiutoria cum futura ſucceſſione non induci affectionem, niſi iuſtificata cauſa, ex qua S. Pontifex motus fuit ad illam concedendam; ideo mandarunt, vt de iuſtificatione ad effectum immiſſionis videretur. Ratio fuit; quia certũ eſt, Papam in coadiotorijs moueri intuitu ſolùm Eccleſiæ, & quòd ceſſante
1 cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis narrata, non fuiſſet ad alicuius perſonæ fauorem coadiutoriam cum futura ſucceſſione conceſſurus, reſiſtente diſpoſitione iuris, & *ſacri Concilij Tridentini ſeß.* 25. *de reformat. cap.* 7. *verſ. in coadiutorijs quoque*, vt etiam communis Datariæ ſtylus oſtendit. Quando autem Papa mouetur ad prouidendum ex aliqua certa cauſa expreſſa, ſinè qua non ſolùm non ita, ſed abſolutè nullo modo prouidiſſet; tunc non reſultare dixerunt affectionem, niſi probata veritate illius cauſæ, ſinè qua ceſſat intentio afficiendi: & ita de-
2 clarandas DD. auctoritates in deciſione relatorũ, quod ſenſiſſe videbantur Doct. in deciſione cumulati, in *verſ.*

mi-

Digitized by Google

minùs obſtare , licèt enim loquantur in caſibus falſitatis
cauſæ circa pertinentiam collationis, vel circa vacatio-
nẽ, non tamen aſsignari poſſe videbatur ratio diuerſita-
tis inter hos caſus , & alios, quando certum eſt , Papam
A ſinè illa cauſa non fuiſſe manus appoſiturum A ; ſemper
enim ceſſat voluntas Papæ prouidendi , & ſic affectio ;
& ita declarauit Rota in *Barchinonen. præcedentiæ* 23. *Ia-
nuarij* 1602. & in *Toletana cappellania* 1. *Decemb.* 1606.
coram Reuerendiſsimo D. meo Damaſceno .
B Præterea per coadiutoriam B Papa dicitur apposuiſſe
manũ ſuper beneficio, nõ abſolutè ad effectum conferen-
di , ſed limitatè ad effectum prouidendi neceſſitati Ec-
3 cleſiæ ; vndè non inducitur ex ea affectio, niſi limitatè in
hunc caſum *Gemin. conſil.* 136. *Rota deciſ.* 13. *num.* 3. *&*
deciſ. 15. *num.* 2. *de conceſſ. præbend. in nou. in d. Barchino-
nen. coram Reuerendiſsimo D. Archiepiſcopo Damaſceno* ,
et in Ceneten. parochialis 4. *Decemb.* 1606. *coram Reueren-
diſs. Lugdunen. Modern. ſuper reg.* 8. *gloſ.* 52. *num.* 38. *et
ſeqq.* & meliùs *num.* 51. *et ſeq.* Hinc prædecedẽte coadiu-
4 tore , non impeditur Ordinarius conferre , quia ceſſat
affectio *Modern. d. gloſ.* 52. *num.* 44. *in nou. impreſſ. Mo-
dern. Hiſpan. de beneſ. par.* 5. *cap.* 1. *ſ.* 2. *num.* 174. con-
fert *doctr. Nauarr. in relec. cap. ſi quando præl.* 5. qui di-
5 xit, coadiutoriam eſſe gratiam conditionalem , nec ope-
rari ante iuſtificationem cauſæ , & *Nauarr. ſequitur Ro-
ta in dicta Ceneten. coram Reuerendiſsimo Lugdunen.*
Nec obſtat decretum , & inhibitio , ex quibus reſul-
tare affectionem in mandato de prouidendo , ſeu pro-
C uiſione ad fauorem certæ perſonæ , C dictum fuit in alia
deciſione ex *Oſt. Io. Andr.* & alijs allegatis. Quia id
procedere dixerunt DD. quando prouiſio non tenet, nec
effectum habere poteſt ex defectu perſonæ ; ſecus au-
tem quando , vel prouiſio eſt conditionalis , vel facta ex
cauſa , ſinè qua nullo modo , & ad nullius perſonæ fa-
6 uorem emanaſſet , tunc enim ceſſante cauſa, ceſſat om-
nino gratia , & decretum , ſeu inhibitio acceſſoriè adie-
cta, *Gemin. in cap. præſenti in princip. verſ. nota quòd eo
ipſo , vbi Franc. in tertio not. de off. legat. Prob. ad Monac.
cap. tibi qui, num.* 19. *in fin. & ſeq. de reſcr. in* 6. *Roman.
conſ.* 335. *num.* 11. *Put. deciſ.* 1. *lib.* 1. *Rota deciſ.* 652. *&*
1151. *num.* 1. *verſ. minùs obſtat, lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* &
in dictis *Barchinonen. coram Reuerendiſsimo Damaſceno,
et Ceneten. coram Reuerendiſsimo Lugdunen.* Præſertim,
quia ſi aliter diceretur , cum iſtæ clauſulæ apponi ſo-
leant in omnibus coadiutorijs , ſequeretur , vt omnia
beneficia abſque aliqua iuſtificatione remanerent affe-
cta : quod abſurdum longè abeſſe ab intentione Summi
Pontificis, oſtendit *Modern. dicta gloſ.* 52. *num.* 52.
Eadem quoque ratione ceſſare dicebant conſiderationem,
quòd ex gratia præuentiua , ſeu futura ſucceſſione , cui
adiecta ſunt decretum , & inhibitio, reſultare ſaltim de-
beat affectio ; quia illam pendere dicebant à coadiuto-
ria , cuius cauſa non ſubſiſtente dubium non eſt , quòd
Papa non prouidiſſet de beneficio viuentis , vt dictum
eſt . Neque in omnem caſum negari poſſe videbatur ,
7 quin affectio eſſet turbida, non autem notoria , & in-
dubitata, qualis requiritur , vt intret priuilegium ſub-
rogationis, ex opinione, quam ſeruat Rota , vt in *Nea-
politana rectoria* 3. *Februarij* 1598. *coram Illuſtriſsimo
Lancellotto in S. Angeli beneficiorum* 3. *Iunij* 1602. *coram*
D *Reuerendiſsimo Bononien.* & alijs pluribus . D
Et ita DD. mei mandarunt mihi , vt declararem .

ANNOTATIO.

A In alia deciſione in hac cauſa facta 10. Martij eiuſdem an-
8 ni , quæ ſupra eſt in ordine 36. firmatum fuerat *num.* 4. gra-
tiam Papæ, etiam ſubreptitiam inducere affectionẽ, quan-
uis eſſet ad fauorem certæ perſonæ : verùm hæc opinio
non ita de facili procedit , habet enim contradictores , &
in ea Doctores multùm ſe inuoluunt , vt videre eſt *ex An-
char. conſil.* 58. *Doct. in cap. inter dilectos , vbi Abb. num.*
10. *Ioan. Andr col.* 3. *in fin. Butr. in fine , Oſtien. num.* 14.
Soccin. num. 18. *de exceſſib. Prælat.* ideo pro declaratione
ponenda eſt regula generalis , quòd , ſcilicet , duplex eſt
narratiua : alia eſt cauſa conceſſionis , vt menſis reſerua-
tus , pertinentia collationis ex qualitate beneficij , impe-
tratio ex delicto , & ſimilia , in quibus Papa ſe fundat: quæ
debent plenè , & concludenter probari , nec ſufficit ſemi-
plena probatio pro iuſtificatione gratiæ *Aegid. deciſ.* 625.
Put deciſ 265. *lib* 3. *in nou. Rota deciſ.* 268 *num.* 3. *par.* 1.
& deciſ. 46. *part.* 2. *diuerſ. Gregor. deciſ* 387. *num* 5. & in
alijs ſæpiſſimè . Alia eſt narratiua , quæ eſt pars gratiæ ,
vt valor , Doctoratus , & ſimilia , & ad ista probanda
ſufficit ſemiplena probatio . Si agatur de falſa narratiua
circa illa , quæ ſunt pars gratiæ , tunc dici poterit , habe-
re locum d. opinionem , quòd etiam ſi narratiua non ſit
vera , nihilominus beneficium remaneat affectum ex ap-
poſitione manus Papæ . Si verò agatur de narratiua , quæ
eſt cauſa conceſſionis , ſi illa ſit falſa, ceſſat gratia , & appo-
ſitio manus Papæ non inducit affectionem , vt fuit reſolu-
tum *in Barchinonen præcedentiæ. coram Cardinali Sacra-
to,* de qua in hac deciſione . Et hæc concluſio procedit ne-
dum , quando falſitas cauſæ eſt circa pertinentiam colla-
tionis , ad quod videbatur ſe reſtringere prædicta deciſio
num. 10. *verſ minùs obſtare*; ſed amplianda eſt ad omnem
falſam cauſam , ex qua Papa moueri potuit ad gratiæ con-
ceſſionem ; quia illa eſt cauſa principalis conceſſionis, alias
nunquam daretur affectio , quando Papa concurrit cum
Ordinario , vel quando concedit gratiam præuentiuam :
& ideo ita dictum fuit in hac deciſione , quæ ad illius pri-
mæ declarationem emanauit .
B Licèt ex coadiutoria conceſſa cum futura ſucceſſione , be-
neficium remaneat affectum ita vt de illo Ordinarius diſpo-
nere non poſſit , iuxta *Ancharan.* & alios citatos *d. deciſ.*
36. *ſub num.* 11. quia hoc caſu Papa nedum dat coadiuto-
riam , ſed etiam prouidet quàm primùm beneficium va-
cauerit , & ſic cenſetur præuenire Ordinarium in colla-
tione talis beneficij; coadiutoria enim cum futura ſucceſſio-
ne dicitur gratia præuentiua *Caſſador. deciſ vnic. de pact.
Put. deciſ.* 308. *in princ. lib.* 2 . *ſecundùm vtramque impreſſ.*
tamen ad hoc vt ſit danda immiſſio vigore huiuſmodi gra-
tiæ ex capite gratioſæ ſubrogationis plenè ; & concluden-
ter probanda eſt cauſa expreſſa in coadiutoria , à qua de-
pendet futura ſucceſſio ; nam aliàs non intraret affectio ;
& ad hoc facit , quòd reſignatarius non poteſt iuuari reſi-
gnatione , ſi non iuſtificat gratiam reſignantis , qui non
fuit triennalis pacificus ; quia reſignatio pendet à validita-
te gratiæ reſignantis . *Aegid. deciſ.* 112. *Caſſador. deciſ.* 2. *de
cauſ poſſeſſ & propriet. Caputaq. deciſ* 92. *lib.* 1 *in manu-
ſcript. Rebuff. in tit. de ſubrogat. Apoſtol. in verb. ſucceſſores
circa fin. verſ inſuper ſubrogatus* . & fuit dictum in *Legio-
nen. præſtimoniorum* 16. *Ianuarij* 1596. *coram Cardinali
Pamphilio* .
C Non remanet affectum beneficium ex appoſitione manus
Papę, quando reſignatio emanauit ad fauorem certæ per-
ſonæ , nec ſuſtinetur ex aliqua falſa cauſa , & interim re-
ſignans moritur : quia tunc ſecundùm voluntatem Papæ
limitatè manum apponentis ad vacationem per reſigna-
tionem cenſetur beneficium vacare per obitum , nec im-
peditur Ordinarius illud conferre *Achill. deciſ* 14. *de re-
ſtitut. ſpoliat. Rota deciſ.* 419. *num.* 2 *part.* 2. *diuerſ. Pa-
riſ. de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 2. *num.* 4. *Gonzal. ad reg.* 8.
gloſſ. 52. *num.* 49. *&* 50. *Garc. de beneſic. par.* 5. *cap.* 1.
num. 155. *& ſeq.* & alijs relatis fuit benè deductum
in Leodien. Canonicatus Sancti Dionyſij 27. *Martij* 1623.
& 25.

Digitized by Google

& 25. Maij 1626. coram R. P D. meo Pirouano, in qua reſpondetur d. deciſioni 36. in quantum contrarium dicere videbatur.

C *Rota deciſ.* 186. *ſub num.* 1. *& deciſ* 600. *num. etiam* 1. *part.* 2. *recent.* & in alijs ſæpe: & ad hoc vt non ſit locus
9 executioni gratioſæ ſubrogationis, ſufficit, obſcurari reſeruationem, quando datur magnus fumus iurispatronatus *Rot. deciſ.* 413. *num.* 2. *part.* 1. *recent. Gregor. XV. deciſ.* 58. *num.* 2. *vbi num.* 3. *& ſeq.* quòd cenſeatur ad hunc effectum datus magnus fumus iurispatronatus per ſententiam Ordinarij illius canonizatoriam; hoc tamen procedit, quando exceptio oritur ex ventre eiuſdem reſeruationis, ſed quando aliunde eſt probanda ad effectum impediendi reſeruationem, tunc debet eſſe clara, & notoria, *Rot deciſ.* 381. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & fuit dictum in *Aretina plebania 27. Martij* 1620. *coram bon. mem. Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten. Conſeruæ.

Veneris 28. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Societas an contrahi poſſit ſuper nauigatione, & ex quibus contracta cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi obſtat agenti ad lucrum, etiam ſi ex adimplendi impoſſibilitate proceſſerit.*
2 *Verbum*, conſerua, *quando vnionem, & ſocietatem denotet.*
3 *Societas datur etiam ſuper nauigatione.*
4 *Societatem ibi neceſſe eſt adeſſe, vbi lucrum eſt commune.*
5 *Societas datur inter commilitones, qui aliud non conferunt, & præda debet inter eos diuidi.*
6 *Contractus innominatus aſſimilatur ſocietati, & ideo iuxta illius naturam iudicandus eſt.*
7 *Lucrum quodlibet, & damnum ex ſocietate proueniens communicari debet.*
8 *Caſus fortuitus non impedit communicationem lucri in ſocietate.*
9 *Locanti operas ſuas merces debetur, ſi impeditus facto conductoris illas non præſtitit; & idem ſi fuit impeditus caſu fortuito, num.* 13. *Limita, vt num.* 14.
10 *Numerus ſupplet idoneitatem teſtium.*
11 *Teſtes domeſtici, & aliàs inhabiles admittuntur in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
12 *Procuratori ſalarium annuum à principio conuentum debetur, ſi per ipſum non ſtetit, quin adueniente tempore operas ſuas præſtaret.*

DECISIO LXXIX.

IMPVGNABATVR deciſio in hac cauſa facta duobus potiſſimum fundamentis. Primò enim dicebatur, contractum iſtum, Cõſeruæ à partibus nuncupatum, non eſſe ſocietatem, ſed innominatum: ex eo, quòd non aderat
1 reciproca lucri, & damni communicatio, ſed quilibet expenſas ad proprij Galeoni ſuſtentationem, ac manutentionem faciebat, ac proinde non eſſe regulis ſocietatis metiendum, vt factum fuit. Secundò repetebatur exceptio non adimplementi aliàs oppo-
2 ſita, & in eo fundata, quòd Galeonus non fuerit comitatus Conſeruam in toto illo itinere, iuxta formam
1 capitulorum, quæ licèt ex maris tempeſtate, ac naufragio, & ſic adimplendi impoſſibilitate proceſſerit, tamen obſtat agenti ad lucrum ex *Butr. in cap. ſicut il* 3. *num.* 10. *de iure iur.* cum alijs in deciſione cumulatis, quibus addebatur *Surd. conſ.* 186. *num.* 21. *lib.* 2. *& conſ.* 437. *num.* 40. *lib.* 3. Illis tamen non obſtantibus, placuit DD. reſolutio, & circa primum conſiderabant ver-
2 bum, Conſerua, in conuentionibus ſæpè repetitum in eum ſenſum appoſitum videri, qui vnionem, & ſocietatem denotet, ibi, *l'infraſcritta conſerua de tre Galeoni*, & infra *s'obligano partire tutti di conſerua*, & in aſſumptione Galeoni Leonis auri in ſocietatem, per verba. *Hanno accettato nella loro conſerua*, deinde electionem Præfecti communi conſenſu factam, qui rei ad communem vtilitatem gerendæ præeſſet. Item communicationem lucrorum & predæ diuidendæ iuxta ratas in inſtrumento conuentas, & denique tempus certum ſocietati præſtitutum ibi, *quale haurà à durare per queſto primo viaggio tantùm*, quæ omnia ſimul iuncta ſocietatem oſtendunt.
Neque obſtare videbatur, quòd nauigia non ſint inſimul communicata; quia non prætenditur ſocietas ſuper illis, ſed ſocietas nauigationis inſimul ad commune lucrum factæ, ad quam nauigia fuerunt vnita. Nam datur
3 ſocietas nauigationis ex deductis, & vbi lucrum eſt
4 commune, ibi ſocietas ſit, neceſſe eſt *l. coire* 7. *& l. ſeq. ff. pro ſocio Bart. in l. ſi patruus num.* 10. *C. communia vtriuſque iudic. Decian. reſponſ.* 97. *num.* 38. *lib.* 2. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 6. *&* 12. Atque talis ſocietas virium datur inter Commilitones, qui aliud nõ
5 conferunt, & præda debet inter eos diuidi. *Bald. conſ.* 385. *num.* 2. *ſuper ſecundo puncto lib.* 2. *quem Petr. Bellam. de re milit. par.* 6. *tit.* 1. *in princ.* & hoc modo quotidiè fiunt ſocietates, & ligæ inter Principes, tàm in bellis terreſtribus, quàm maritimis, in quibus quilibet ſocius ponit ſuas vires, & de quæſtu pro rata diuidendo conueniunt. Vel ſaltem negari non poteſt, quin iſte contractus, vbi aliquo modo dici poſſet innominatus, aſſimi-
6 letur ſocietati, & ideò iuxta illius naturam iudicandus eſt *l. naturalis* 5. *§. ſed ſi facio ff. de præſcript. verb. l.* 1. *§. ſi quis ſeruum, vbi Bart. Bald. & Salyc. in princ Caſtren. num.* 3. *ff. depoſ. Bald. in l. petens num.* 55. *verſ. item ſecundum gloſ. C. de pact.* Quo ad ſecundum placuerunt DD. reſponſiones datæ in deciſione, & præſertim, quòd non adeſſet defectus adimplementi, cum Prior Cagnolus, prout etiam alij, ab initio adimpleuerit pro eius parte adimplenda, inſtruendo Galeonum militibus, armis, cibarijs aliiſque ad pugnam prædamque neceſſarijs, & Galeonus vnà cum alijs à Portu Meliten. diſceſſerit ad incertam nauigationem, & curſum; & ſic poſtquam ſocietas fuit perfecta, applicatur alia regula, quæ habet,
7 quodlibet lucrum, & damnum poſtea ſequens eſſe ex natura contractus communicandum. *l. cum duobus* 52. *§. quidam ſagariam, verſ. perinde ff. pro ſoc.* cum plurib. in deciſ. cumulatis. Et conſequenter caſus fortuitus, ex quo Galeonus effectus fuit inutilis, non impedit
8 participationem lucri, confert *tex. in l. ſi id, quòd quis* 59. *ff. pro ſoc.* ibi, *mortuo etiam equo, quem ego contuli in ſocietatem quadrigæ, manet ſocietas, vt illius quartam partem habeam*; & tanto minus impediri poteſt participatio, quòd caſus iſte originem habuit ab ingreſſu portus Quaglio, à maris Præfecto, contradicente ductore huius Galeoni, electi, in quo Galeonus (vt dicunt teſtes) *arò*, & remanſit ductor illius cum fragata ad opem ferendam Galeono Magni Magiſtri, & alijs naufragantibus vocatus. Quicquid enim ſit, an ex hoc Præfectus fuerit in culpa, ſatis eſt, quòd ex eius facto caſus impedimenti proceſſit: exemplo locantis ope-
9 ras, cui merces debetur, ſi impeditus facto conducto-

ris

ris illas non præſtitit. *Odofred. in l. ſi vno §. item cum quidam ad finem ff. locat. vbi Bart. num. 4. verſ. aut contingit, & num. 5. circa med. verſ. aut operæ non præſtantur Bald. verſ. ſecundo caſu Salyc. verſ. 1. ſin autem ſtetit*
A *per caſum* A; & cũ ope Ductoris huius Galeoni, Galeonus Magni Magiſtri naufragij periculum euaſerit, & conſequenter prædam fecerit, intrat etiam pro communicatione lucri æquitas conſiderata *in l. 2. in fin. princ. verſ. æquiſſimum ff. ad l. Rhod. de iactu.* Neque applicari viſum fuit pactum, quòd non poſſet deſerere conſeruam ex quauis cauſa, vel occaſione, cum ex facti ſerie conſtet, dici non poſſe, Galeonum deſeruiſſe conſeruam, cui etiam, vt ſe denuo coniungeret poſt caſum, adhibuit omnem conatum, & diligentiam.

Non obſtat, quòd teſtes examinati ſint illi, qui erant in eodem Galeono, & ſic familiares Prioris; quia vltra, quòd
10 numerus ſuppleret idoneitatem *Gloſ. in l. 3. §. eiuſdem in verbo numerus ff. de teſtibus, Florian. in l. 3. num. 5. eodem tit.* cum pluribus per *Gabr. de teſtib. concl. 6. in princ. Curt. Iun. conſ. 165. ſub num. 15. verſ. præterea* cum verſemur in re in mari geſta, vel ſubſecuta, quæ
11 ratione loci eſt difficilis probationis, teſtes etiam domeſtici, ac alias inhabiles admittuntur *cap. fin. vbi Doct. de teſtib. cog.* de communi *Ant. Gomez. var. reſol. lib. 3. cap. 12. num. 21. ſub verſ. item adde*, cum alijs per *Farinac. de teſtib. quæſt. 62. num. 55.* & in naufragio *Io. de Platea in l. 3. num. 3. in 3. notab. C. de naufrag. lib. 11.* Et ex his, & alijs in deciſione conſideratis DD. in deciſis, vtraq; parte informante, perſtiterunt, &c.

ANNOTATIO.

A *Natt. conſil. 452. num. 2.* & hac deciſione allegata fuit dictum *in Romana mercedis 22. Maij 1624. coram bon. mem. Remboldo, & facit deciſ. 330. num. 2. & ſeq. part. 1 recentior.* vbi, quòd procuratori debetur integrum an-
12 nuum ſalarium à principio conſtitutum, & conuentum, licèt nihil actum fuerit in cauſa, ſi per ipſum non ſtetit; quia vt totum ſalarium conſequatur, ſufficit, quòd fuerit paratus adueniente tempore operas ſuas præſtare. Et idem procedit, quando per locantem operas ſuas non ſtetit, quo minus eas præſtaret, ſed caſu fortuito impeditus fuit,
13 debetur enim ei merces integra à conductore *Bart. in l. 1. §. diuus, num. 14. ff. de var. & extraordin. cognit.* & alij apud *Natt. d. conſil. 452. num. 2. Rot. in d. Romana mercedis coram Remboldo*: niſi obligatio conditionaliter fuiſſet
14 contracta, vt quia fuiſſet promiſſum ſalarium, ſi operæ præſtarentur; quia tunc ob caſum fortuitum contingentem in perſona conductoris locator integram mercedem non conſequetur, *Bart. in d. §. diuus, ſub num. 2. verſ. aut enim ſunt concepta Natt. poſt alios d. conſil 452. num. 10.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Foroliuien. Cappellæ.

Veneris 28. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ex quibus probetur, ad effectum diſtinguendi reum ab actore.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio probatur ex inſtrumento.*
2 *Poſſeſsio præſumitur continuata vſque ad tempus litis.*
3 *Detentatio ſimplex ſufficit, ad effectũ diſtinguẽdi reũ ab actore.*
4 *Poſſeſſor habens ſe pro ſpoliato non eſt manutenendus.*
Poſſeſsionem amittit habens ſe pro ſpoliato. ibid.
5 *Poſſeſsione beneficij capta, cenſetur capta poſſeſsio omnium bonorum, non autem è conuerſo. Limita, vt num. 7. & ſeq.*
6 *Poſſeſsio non probatur per actus æquiuocos.*

DECISIO LXXX.

DVBITANTI mihi ad effectum diſtinguendi reum ab actore, quis habendus eſſet pro poſſeſſore Cappellaniæ S. Ludouici in Eccleſia Foroliuien. S. Mercurialis: Domini reſponderunt pro Baldo prouiſo Apoſtolico, qui per mortem Galeſſi vltimi Rectoris, & poſſeſſoris in vim literarum Apoſtolicarum, mediante ſpeciali procuratore, adeptus fuit illius poſſeſſionem vacantem die 10. Februarij 1613. vt ſatis probatur ex
1 inſtrumento dictæ poſſeſſionis *ad not. in l. prædia ff. de acq. poſſ. Rot. deciſ. 106. num. 1. par. 1. diuerſ.* quæ præſu-
2 mitur continuata vſque ad tempus litis motæ, *Gloſ. Bart. Caſtr. & alij in l. ſiue poſſidetis, C. de probat.* cum allegatis per *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 64.* & ad
3 hunc effectum ſimplex etiam detentatio ſufficeret *Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 8. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 236. num. 3. par. 1. diuerſ.* Nec poteſt Vandinus iuuari poſſeſſione capta del 1601. vti prouiſus ab Abbate dictæ Eccleſiæ: quia illam amiſit poſtea ex iudicio ſpolij per
4 eum in partibus introducto contra Galeſſum prouiſum Apoſtolicum prædeceſſorem Baldi, & ſic habendo ſe pro ſpoliato *Rimin. ſen. conſ. 321. num. 5. Couarr. pract. quæſt. cap. 17. num. 3. verſ. ſecundò cauere debet, Rota deciſ. 616. in princ. par. 1. diuerſ. Put. deciſ. 409. in fin. lib. 2. in nouiſſ. impreſſ. Card. Seraph. deciſ. 1041. num. 3.*

Neque poſſeſſione poſt mortem Galeſſi, quia de apprehenſione, vel immiſſione non conſtat, & inſtrumentum locationis 28. tornaturarum terræ dicti beneficij per eundem Vandinum factæ del 1613. quatenus probaret poſſeſſionem terrarum, non tamen infert ad poſſeſſionem cappellaniæ. Quia licèt, capta poſſeſſione benefi-
5 cij, cenſeatur capta poſſeſſio omnium bonorum *Couarr. variar. reſol. lib. 3. cap. 16. num. 13. Rot. diuerſ. deciſ. 19. num. 7. par. 2. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 34. num. 119. verſ. &*
A *limitatur* A, non tamen è conuerſo ex poſſeſsione terrarum intelligitur acquiſita poſſeſsio cappellaniæ, vt nouiſsimè fuit dictum in *Piſtorien. beneficij 25. Ianuarij*
B *præteriti coram R. P. D. meo Caualerio* B, Et ſic etiam nihil faciunt teſtes deponentes de recognitione in dominium terrarum dictæ cappellaniæ facta per colonos ad fauorem Vandini, cum ſimiliter non concludant poſſeſsionem cappellaniæ; fruſtrà igitur quæritur, an locatio cum ſolutione penſionis probet poſſeſsionem.

Fides verò Sacriſtæ dictæ Eccleſiæ, atteſtantis de celebratione miſſarum, & officiorum in dicta cappellania per Vandinum facta, fidem non facit, ex vulg. nec conclu-
6 dit poſſeſsionem, cum ſint actus æquiuoci, qui etiam à non poſſeſsore ex alia cauſa fieri potuerunt, &c.

ANNOTATIO.

A *Rota coram bon. mem. Cardinali Caualerio deciſ 240. num. 2. & deciſ. 565. num. etiam 2. & in Mediolanen. beneficij 27. Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo, & coram eodem in Brixien. Parochialis 20. Nouembris 1617.* in qua hæc deciſio allegatur, licèt per errorem, vt puto, ſub die 16. Martij 1615. & fuit etiam dictum in *Leodien. parochialis 4. Iulij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & infra in Aſtoricen parochialis 10. Martij 1617. coram D. meo num.*

4. Li-

Google

7 4. Limitatur primò dicta concluſio ad bona, & iura, in quorum poſſeſſione conſtat Eccleſiam reperiri, non autem reſpectu bonorum, in quorum poſſeſſione non erat, vel poſſeſſio erat controuerſa, vt fuit dictum in *Piſtorien. Prioratus 13. Martij 1615. corā Illuſtriſſ. Card. Veroſpio*, *Beltramin. ad deciſ. 54. Greg. XV. num.* 3. & *ad deciſ.* 364.
8 *num. 6. ſub lit. A.* Secundò limitatur concluſio ad ea bona, quæ ſunt vacantia, ſecus autem quo ad ea, quæ ab alio reperiuntur poſſeſſa, *Rota deciſ.* 312. *num. 3. par. 1. & deciſ. 171. num. 3. part. 2. recent. & coram bon. mem. Cardinali* Caualerio *deciſ. 205. num.* 3. & fuit dictum in *Farſen. ſeu nullius Monaſterij, & Prioratuum 26. Aprilis 1624. coram bon. mem. Vbaldo*.

B *Beltramin. in addit. ad d. deciſ. 164. Gregor. XV. ſub lit. A. in fine*, vbi aliàs Rotæ deciſiones adducit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domus Sancti Petri.

Lunæ 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Canonis ſolutio ab auctore per longum tempus continuata non poteſt ab hærede in dubium reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Canonis reſpōſionē factā ab auctore hæres nō poteſt denegare.*
2 *Canonis ſolutio correſpondens quantitati in inſtrumentis enunciatæ, eſt vrgens argumentum proprietatis, et probat dominium etiam contra tertium, num.* 5.
3 *Libri fidem merentur, ſi ſunt adminiculati, vel pro maiori parte verificentur.*
4 *Recognitione non indigent inſtrumenta antiquiſſima.*

DECISIO LXXXI.

IDENTITATEM domus ad effectum ſolutionis canonis probatam eſſe, DD. tenuerunt. Nam conſtat, Archihoſpitale Sancti Iacobi vti heredem Iuniperæ Delphinæ ex teſtamento 7. Septembris 1573. poſt mortem Ludouici Santini, cui Iunipera vſumfructum dictæ domus reliquerat, illius poſſeſſionem, mediante ſpeciali illius procuratore, apprehendiſſe 28. Ianuarij 1606. videlicet domus in regione Campi Martij in via tendente à platea Scrofæ ad plateam Sereniſſimi Magni Ducis, iuxta bona ab vno, & retro dicti Hoſpitalis, ante viam publicam, ab alio bona nunc poſſeſſa per Andream Syluestrinum: cum expreſſione, quòd dicta domus erat inhabitata per D. Galganettum tunc Capitaneum appellationum, *vt in ſummario Capituli ſecundo loco dato num.* 5. Quòd autem dicta domus fuerit vſufructuata per Ludouicum poſt mortem Iuniperæ, probatur ex inſtrumento locationis per eum factæ dicto D. Galganetto del 1606. 3. Decembris ad triennium, & vltra ad beneplacitum in *d. ſummario num.* 3. Effectuatio verò locationis per quietantiam nonnullarum penſionum per Ludouicum factam D. Galganetto inquilino 7. Septembris de anno 1607. in *d. ſummario num* 3. qui de tempore captæ poſſeſſionis per Hoſpitalem dictam domum inhabitabat, *vt in dicto inſtrumento poſſeſſionis captæ ſub dicto num.* 5. De annuis autem ſolutionibus canonum ſcutorum trium factis per Ludouicum conſtat ex libris cenſualibus Capituli del 1577. 1578. 1579. 1604. 1605. 1606. *in d. ſummario num.* 4. de alijs verò factis per Iuniperam del 1574. 1575. 1576. *in d. ſummario num.* 1. in quibus etiam libris annuatim fuit deſcripta recognitio domus à Capitulo facta per Iuniperam de anno 1535. de qua infra ſub dicto annuo canone; domus autem fuit per Iuniperam recognita à Capitulo de anno 1535. 29. Octobris vti ſub illius proprietate, cum promiſſione annui canonis ſcutorum triū auri de iulijs decem pro ſcuto; in *ſummario primo loco dato num.* 1. Et per eandem Iuniperam acquiſita à Philippo Strozio ex inſtrumento memorato in inſtrumento conſenſus præſtiti per Capitulū tranſlationi per eundem Philippum in eam factæ 5. Iunij 1535. cum conditione tamen, quòd dictus conſenſus ſortiretur effectum, ſi, & quatenus Iunipera recognoſceret Capitulum, & Canonicos in Dominos directos, & ſe obligaret ad ſolutionem canonis, vt *in ſummario primo loco dato num.* 13. prout deinde ſe obligauit vt ſupra. Et hæc eadem domus fuerat per dictum D. Philippum empta cum conſenſu Capituli 8. Nouembris 1530 ſub eodem canone ab hæredibus Ioannis Cinthij *in d. ſummario primo loco dato num.* 13. qui Ioannes de anno 1526. 14. Aprilis fuerat de illa inueſtitus à Capitulo, tanquam deuoluta ob locationem aliàs factam Angelo, & filio de Brachiano, finitam ob canonem non ſolutum, & alienationem irrequiſito Capitulo, *vt in d. ſummario num.* 11. Atque ita de primo ad vltimum verificatur, d. domum in regione Campi Martij, in loco nuncupato *della Scrofa*, primo loco per Capitulū locatam dicto Angelo, & eius filio de Brachiano, & ſecundo loco dicto Ioanni Cinthio, & tertio Philippo Strozio ſucceſſori hæredum d. Cinthij, & quarto Iuniperæ Delphinæ vti ſucceſſori d. Philippi, & poſt eius obitum tentam per d. Ludouicum, ſemper fuiſſe recognitam à Capitulo, & ſolutum canonem vniformem; & tandem poſt mortem d. Ludouici deueniſſe ad d. Hoſpitale; in quibus omnibus partitis librorum cenſualium ſemper fuit renouata memoria, quòd dicta domus fuerat in Iuniperam tranſlata per Strozium, cum conſenſu Capituli, & ſub dicta annua ſolutione, cum expreſſione Notarij de dicta recognitione rogati ſub die 5. Iunij 1535. Ex præmiſſis ſequitur, quòd dictum Archihoſpitale hæres d. Iuniperæ non poteſt in dubium reuocare dictam recognitionem,
1 & reſponſionem canonis, *Ruin. conſil. 50. num. 13. lib. 1. Aym. conſil. 29. in princip.* & fuit dictum in *Romana domus 11. Maij 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino*. Quæ canonis ſolutio, præſertim correſpondens quantitati enunciatæ, eſt vrgens argumentum pro-
2 prietatis *cap. cum olim de cenſibus*, *Bald. in l. indicia num. 2. in fine, C. de rei vendic. Alexand. conſil. 8. num. 1.*
A *lib. 7.* A

Nec dubitari poteſt de fide dd. librorum cenſualium Capi-
3 tuli, cum adminiculentur, & verificentur pro maiori parte ex publicis inſtrumentis, de quibus ſupra, *Caſtren. conſil. 301. aliàs 302. num. 4. lib. 1. Rota deciſ. 813. num. 15. & ſeqq. par.* 1. Coadiuuantur prædicta, quia tempore captæ poſſeſſionis per Hoſpitale data fuerunt pro vno confine domus, de qua agitur, bona nunc poſſeſſa per Andream Syluestrinum, *vt in ſummario ſecundo num.* 5. quæ etiam dantur pro confine in inſtrumento conceſſionis factæ eidem Iuniperæ, & videntur ea, quæ priùs poſſidebantur per Iacobum Bellauitam, & poſtmodum peruenerunt in Io. Baptiſtam eius filium, & deinceps in alios, ac tandem in dictum Syluestrinum modernum poſſeſſorem; vt ex longa inſtrumentorum ſerie ab anno 1597. vſque ad 1604. *vt in ſummario primo num. 3. 4. 7. 8. 9. & 10.* Et licèt in dicto inſtrumen-

to recognitionis Iuniperæ de anno 1537. vocetur con-
fine Io. Baptiſtæ de Bellantibus, & in conceſsione
in emphyteuſim facta per Fratres Sanctæ Mariæ de Po-
pulo de anno 1514. vocetur Io. de Bellauitis; tamen
ex eiſdem inſtrumentis conſtat, Io. Baptiſtam fuiſſe Ia-
cobi filium, & quandoque appellatum de Bellantibus,
quandoque de Bellauitis; & de identitate perſonæ du-
bitari non poteſt, quia nuncupatur Canonicus Latera-
nen. *vt in primo ſummario num.* 5. *&* 6. Nec obſtat, ali-
qua ex dd. inſtrumentis Capituli non eſſe in forma pro-
banti; quia vltra quod duo exhibentur antiquiſſima in
cartha ædina, & publica forma rogata in Curia, quo-
4 rum vnum eſt de anno 1497. quod propterea non vi-
detur indigere recognitione; alia verò de anno 1516.
aliud de anno 1595. ſunt extracta per Archiuiſtam Capi-
tuli, quibus fides eſt adhibenda iuxta Motum proprium
fel. recordat. Clementis VIII. & aliud de anno 1587. eſt
publicatum per Lucatellum Notarium Illuſtriſſimi Vi-
carij. Teſtamentum verò Iuniperæ eſt authenticum,
& aliud inſtrumentum ceſsionis de anno 1547. eſt com-
pulſatum parte citata, & ſic remanerent tantùm duo in-
ſtrumenta, videlicet vnum de Anno 1551, 30. Iunij, &
aliud de anno 1554. 3. Aprilis, quæ non videntur in
forma probanti; ſed nihilominus ſinè illis ſatis videtur
verificatum dictum confine Sylueſtrini loco illorum de
Bellantibus, ſeu de Bellauitis. Quod tamen deducitur
ex abundanti.

De alijs autem effectibus DD. reſeruarunt, videndum eſ-
ſe, &c.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio confirmata fuit in *Romana proprietatis Vineæ* 1
19. Nouembris 1627 coram R. P. D meo Dunozetto.

A *Guidop. quaſt. 272. verſic ſed præmiſsis non obſtantibus. Aym Crauett conſ. 154. num. 5. verſ poſtremò conſiderandum, Maſcard. de probat concluſ. 545. num. 1.* vbi numeris ſequentib. multipliciter declarat, Amplia, vt dominium probetur ex canonis ſolutione, etiam contra tertios, tanquam præſcriptum, *l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. 30. annorum. Alexand. conſ. 8. num. 2. & num. 53. volum. 3. Roman. conſ. 127. in princip. Rot. in Nucerina prædij 11. Ianuarij 1608. coram Card. Sacrato.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana hæreditatis, & paragij dotis,

Lunæ 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Pœna *l. fœminæ §. illud C. de ſecund. nupt*, an, & quando habeat locum, & quæ requirantur, vt cenſeatur à filijs remiſſa parentibus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij proprietatem bonorum quæſitorum ex ſucceſſione filiorum primi matrimonij; quod habet locum in vtroquè parente. num.* 2.
3 *Pœna ſecundò nubentium fauore filiorum inducta, ſunt communes vtriſquè parentibus.*
4 *Pœna* l. fœminæ §. illud C. de ſecund. nupt. *habet locum, ſi contrahantur ſecunda nuptiæ ante, vel poſt filiorum ſucceſſionem.*
5 *Pœna* l. fœminæ *habet locum etiam in dote lucrata vigore ſtatuti Vrbis.*
6 *Pœna* l. fœminæ, *eſt impoſita ipſo iure, & ideò tranſit in hæredem, vbi declarata non fuit contra viuentem.*
7 *Pœna ſecundò nubentium ceſſat per conſenſum filiorum.*
8 *Pupillus non habet conſenſum, & ideo aũt. non poteſt aliquid approbaſſe.*
9 *Filius maior non dicitur conſentire patri ad ſecundas nuptias tranſeunti, abſque aliquo actu poſitiuo.*
10 *Filia minor alibi honeſtius, & decentius habitare non poteſt ratione educationis, quam in domo patris.*
11 *Conſenſus, & approbatio non inducitur, ſinè ſcientia, & approbatione iuris quæſiti, quod per talem approbationem amittitur.*
12 *Mulier præſumitur per ignorantiam feciſſe etiam illa, quæ in iure conſiſtunt.*
13 *Solemnitas ſtatutaria requiritur, quando mulier remittit ſua iura ſiue tacitè, ſiue expreſſè.*
14 *Diſpoſitio* l. fœminæ *habet locum etiam in bonis mediatè peruentis.*
15 *Tranſiens ad ſecunda vota, ſi filij primi matrimonij deceſſerint, tenetur reſeruare nepotibus proprietatem bonorum ex filijs primi matrimonij quæſitorum.*
16 *Pœna ſecundò nubentium inductæ ſunt nedum fauore filiorum, ſed totius poſteritatis.*
17 *Taciturnitas in præiudicialibus non eſt ſignum conſenſus.*
18 *Conſentire non cenſetur, ac nullum ſibi præiudicium parat non contradicens actui, qui abſque eo geri poteſt.*

DECISIO LXXXII.

ANTONIVS Carolus tranſiens ad
1 ſecunda vota tenebatur reſeruare
Fauſtinæ eius ex q. Orinthia prima
coniuge filiæ partem proprietatis
duorum eius ex dicta coniuge filio-
rum, pro æquali portione cum dicta
Fauſtina ſibi quæſitam, iuxta expreſ-
ſam diſpoſitionem *tex. in l. fœminæ. §. illud, vbi Salicet.*
Ang. & Sichar. in ſummario, C. de ſecund. nupt. gloſ. in §.
bene nos, in verſ. vſum. vbi etiam Ang. Auth. de nupt. idem
Ang. in auth. ex teſtamento C. de ſec. nupt. cum alijs latè
per Gabr. qui de communi concl. 3. num. 1. & 2. cod. tit. de
ſecund. nupt. & fuit tentum in vna Beneuentana hæredi-
tatis 20. *Iunij* 1594. *coram bon. mem. Litta, & in Ro-*
2 *mana ſucceſſionis de Armenterijs coram R. P. D. meo* Ca-
A *ualerio.* A Quæ procedit etiam in patre ſecundò nubente
Gloſ. fin. in d. §. illud, in verſ. poſſeſſione delata, quam ibi-
dem ſequitur *Salicet, num.* 4. dicens, ita obtinuiſſe de fa-
cto, & in vtroq; eſſe eandem rationem, *Sichard. ibidem*
num. 2. de communi Io. de Garon. in repet. d. auth. ex te-
ſtam. num. 44. Boer. *deciſ.* 187, *num.* 1. *&* de communi
teſtatur *Io. a Ripa in repet. d. l. fœmina, num. 1. Dec. conſ.*
87. *num.* 3. cum alijs latè *per Gabr. loco citato concl. 3. in*
prima ampliat. & Caſtill. in tract. de vſufruct. cap. 2. num.
14. & tenuit etiam Rota in Romana reſtitutionis lu-
cri dotis 2, *Decembris* 1596. *coram bon. mem. Orano,*
& in dicta Romana ſucceſſionis de Armenterijs coram
3 *R. P. D. meo* Caualerio. Pœnæ etenim ſecundò nubentiũ, ad
fauorem filiorum inductæ, ſunt communes vtriſque pa-
rentibus, *§. quia verò, & ibi Ang. Auth. de non eligen. 2.*
B *nub, Rol. conſ. 95, nu. 9. lib. 1. Gabr. vbi ſupra in 7. concluſ.* B
Illa autem, quæ inducitur *ex d. §. illud*, locum habet, ſiue
tranſeat ad ſecundas nuptias ante ſucceſſionem, vel poſt,
4 *vt per Rip. ibi num. 2. Ruin. conſ. 20. num. 4. lib.* 3. vbi di-
cit communem, nec fieri differentiam inter vnum ca-
ſum, & alium, *Rolan. d. conſ. 95. num. 10. lib. 1. Thob.*
Non. conſ. 74. num. 2. Afflict. deciſ. 75. num. 4. cum alijs

per

per Gabr. vbi ſupra concl. 3. in 4. ampliat. & Caſtill. de vſu-
C fruct. cap. 2. num. 15. C, Et procedit etiã in dote lucrata
5 vigore Statuti Vrbis ſecundùm veriorem & receptiorẽ
ſententiam, quam tenet Bal. in l. generaliter. §. illud, &
in auth. ex teſtamento C. de ſecund. nupt. Rip. qui de com-
muni in d. l. fœmina. q. 61. Boer. deciſ. 185. num. 8. & 9.
dicens, ita fuiſſe pluries iudicatum, Io. de Garon. in d. l.
generaliter § illud. à num. 49. vſque ad 58. de communi
teſtatur. Rolan. de lucr. dot. quæſt. 86. num. 7. Fanuc.
in eod. tract. gloſ. 8. num. 13. Burſat. conſ. 12. num. 6.
lib. 1. Gabriel. vbi ſupra concluſ. 1. ampliat. 9. vbi dicit
communem, & tenuit etiam Rota in d. Rom. reſtitu-
D tionis dotis coram Orano D, Et cum ſit impoſita ipſo
6 iure, vt dicit Gabr. d. concluſ. 1. in 4. ampl. Io. de Garon.
in d. l. generaliter num. 93. & ſeq. Corn. conſ. 309. col.
pen. verſ. cum itaque nubens. lib. 3. tranſit in hæredem,
vbi declarata non fuit contra viuentem, ſecundùm magis
communem, quam tenet Rip. in d. l. ſemina. num. 30.
Soc. Iun. conſ. 71. num. 3. & 11. lib. 2. Rimin. Iun. conſ.
295 num. 73. & conſ. 569. num. 171. & ſeq. Gabr. vbi
ſupra concl. 4. ampliat. 26. Pereg. conſ. 78. num. 9. in fin.
& ſeq. Non obſtat prætenſus Fauſtinæ conſenſus, qui
facit ceſſare pœnam d. §. illud, vt per Gloſ. in Auth. de
non eligen. ſecund. nuben. in verſ. copulantur. cum allegatis
7 per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 140. num. 3. Quicquid
enim ſit, an ille ſufficiat tacitus, vel requiratur expreſſus
ad iſtum effectum; certũ eſt, quòd ex ſola, & ſimplici ta-
citurnitate Fauſtinæ de tempore ſecũdi matrimonij per
Antonium eius patrem contracti, cum eſſet infans, re-
ſultare non potuit aliquis conſenſus, quem habere non
8 poterat; & conſequenter neque etiam exinde ſequi po-
tuit approbatio, cum eſſet pupilla ad tex. in l. 1. C. de falſ.
monet. §. pupillus, Inſt. de inut. ſtipul. & tradunt in his
terminis, Io. de Garon. in rub. C. de ſecund. nup. num.
223. & alij per Surd. deciſ. 100. num. 2. & Rota in d. Be-
neuentana coram Litta. Imò nec etiã in maiori ætate ſinè
E aliquo actu poſitiuo E, vt in iſtis terminis tradunt
9 idem Io. de Garon. in d. rubr. num. 118. Rip. in d. l. fœ-
mina. num. 30. in fin. Rimin. Iun. conſ. 295. num. 73.
78. & 79. & conſ. 569. num. 177. & ſeq. Menoch. conſ.
237. num. 25. & num. 26. & conſ. 806. num. 21. Surd. d.
deciſ. 100. num. 7. & 8. & pluribus probat Caſtil. loco ci-
tato num. 100. & ſeqq. Actus autem poſitiuus dici non
poteſt cohabitatio Fauſtinæ cum patre, & nouerca,
10 quia dum erat minor alibi honeſtiùs, & decentiùs non
poterat habitare ratione educationis, Boer. deciſ. 195.
num. 5. Pinel. in l. 1. par. 1. num. 53. C. de bon. matern.
Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 14. num. 10. Poſtquam ve-
rò fuit effecta maior, licèt habitauerit in eadem domo
cum eius viro, degebat tamen (vt ſupponitur) ſeorſim à
patre, & in parte domus per eos conducta: quod per-
inde eſt, ac ſi in diuerſa domo manſiſſet, & quando etiam
fuiſſet in eadem domo, videretur perſeueraſſe in coha-
bitatione, quæ cœpta fuit in infantili ætate.

Sed in omnem caſum conſenſus, ſiue approbatio Fauſtinæ
11 ex illius taciturnitate, & cohabitione induci non po-
tuit, ſinè ſcientia, & certioratione iuris ſibi quæſiti ex
diſpoſitione d. §. illud, vt in terminis tradunt Dec. conſ.
206. num. 7. Aym. conſ. 142. num. 20. Iaſ. conſ. 53. ſub
num. 3. verſ. ad hoc, Boer. d. deciſ. 185. num. 23. verſ. aliàs
præſentia, Menoch. d. conſ. 237. num. 28. & d. conſ. 806.
num. 23. De qua ſcientia Fauſtinæ nullibi conſtat, &
12 ideo ratione ſexus præſumitur ignorantià, etiam quòd
in iure conſiſtat l. regula. §. 1. ff. de iur. & fact. ignorant.
Capic. deciſ. 159. num. 22. Cephal. conſ. 34. num. 39. lib.
1. cum alijs per Menoch. præſumpt. 23. num 17. & 19. lib. 6.

Vltra quod ſicuti in illius etiam expreſſo conſenſu, & ſui
13 iuris remiſſione neceſſaria erat ſolemnitas Statutaria
in contractibus mulierum requiſita; ita multo magis
requirebatur in tacita, vt in ſpecie per Iaſ. d. conſ. 53.
num. 4. & 5. lib. 1. & Menoch. d. conſ. 137. ſub. num. 34.
verſ. prohibet. Demum non obſtat, pœnam d. l. fœminæ
14 non habere locum in bonis mediatè peruentis ex hære-
ditate materna ad filium Antonij, qui vltimo loco de-
ceſſit. Quicquid enim ſit de huiuſmodi opinione, cuius
contrariam tenuerunt Io. de Garon. in d. auth. ex teſta-
mento in 7. notab. num. 25. vbi ait, quòd ita fuit iudica-
tum, & quod iſta eſt veritas, Bertran. in conſ. 257. per tot.
Gabr. d. concl. 3. num. 9. De prætenſa mediata ſucceſſio-
ne non conſtat, cum ambo ex filijs Antonij deceſſerint
infantes, vt benè colligitur ex inſtrumento dotali, & fi-
dantiarum, & ex fide mortis Horinthiæ, dd. filiorum,
vt in Summario Fauſtinæ num. 1. 2. & 3. matris hæredi-
tatem adire non potuerunt: ſic illa immediatè dicitur ad
Antonium perueniſſe vti hæreditas Horinthiæ, non filio-
rum. Et ideo reſolutum fuit, Antonium per tranſitum
ad ſecunda vota amiſiſſe ſucceſſionem in dictis bonis, iu-
xta ſupradictam diſpoſitionem tex. in d. l. fœminæ. §.
illud. de ſecund. nupt.

Reſeruato tamen, vt de prætenſa expreſſa renunciatione
Fauſtinæ, & alijs videatur &c.

ANNOTATIO.

A Sanch. de matrimon. lib. 7. diſput. 89. per tot. vbi hanc ma-
teriam latiſſimè tractat, Rota in Romana domorum 29. Ia-
nuarij 1616. coram bon. mem. Andrea, quæ eſt deciſ. 96
num. 3. poſt Pacific. de Saluian. in qua hæc deciſio D. mei
circa plures concluſiones canonizatur. Et quamuis filij
15 deceſſerint, nihilominus proprietas huiuſmodi reſeruan-
da erit nepotibus ſuperſtitibus Gabr. de ſecund. nupt. con-
cluſ. 1. ampliat. 3. num. 8. Sanchez. d. diſp. 89. num. 12.
Rota in d. Romana domorum coram Andrea; quia pœnæ ſe-
16 cundò nubentium inductæ fuerunt nedum fauore filiorum,
ſed totius poſteritatis Bertrand. conſil. 166. num 1. lib. 1.
Ruin. conſil. 58. num. 8. lib. 5.

B Sanch. qui plures congeſſit d. diſput. 89. num. 10. & ſequen-
do hanc deciſionem dixerunt Pacific. de Saluian inſpect. 3.
cap. 2. num. 703. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. in addit.
ad cap. 519. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 5. Gloſſ. 8.
part. 2. num. 34. Merlin. de legitima lib. 4. tit. 2. quæſt. 1.
num. 2. & concordat Rota in Bononien. ſucceſſionis 21. Maij
1609. coram Cardinali Sacrato, quæ eſt deciſ. 154. poſt
Pacific. d. tract.

C Sanch. d. diſput. 89. num. 18. Pacific. d. cap. 2. num. 704.
Merlin d. quæſt. 1. num. 3. Rota in d. Romana domorum
coram Andrea num. 3.

D Menoch conſil. 1079. num. 1. Pacific. d. cap. 2. num. 705.
Merlin. d. quæſt. 1. num. 11. & quòd amittat etiam aug-
mentum dotis, tradunt Bald. in d. auth. ex teſtamento, num.
6. Cremen. ſingul. vlt. Boer d. deciſ. 185. num. 8. Roland.
de lucr. dot d. quæſt. 86. num. 7. Merlin. d. quæſt. 2. num 12.

E Sola taciturnitas filiorum non conquærentium de tranſitu
parentum ad ſecundas nuptias, etiam ſi ſint maiores, abſque
aliquo actu poſitiuo non ſufficit, vt dicantur conſenſiſſe,
& vt cenſeatur eis remiſſa pœna, de qua in l. fœmina §.
illud C. de ſecund. nupt. Quia in hoc habet locum regula,
17 quòd in præiudicialibus taciturnitas non eſt ſignum con-
ſenſus, ad tradita in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimon. præ-
ſertim in filijs, qui ob paternam reuerentiam non auderent
contradicere. Tum etiam, quia non contradicens actui, qui
18 abſque eo geri poteſt, non cenſetur conſentire, ac nullum
ſibi præiudicium parat l. cuius cum ibi not. ff. de pignorat.
act. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num. 149.
at filij nequeunt tranſitum parentum ad ſecunda vota im-
pedire, imò id faciendo peccarent; & ex hiſita teneat

præter citatos in hac deciſione *Perez*, *& Azebedo*, *quos refert, & ſequitur Sanch. de matrimon. lib 7. diſput. 89 num. 44. Theſaur. qui plures allegat quæſt. forenſ. 30. num. 5.* & pro ea in Senatu Cathaloniæ deciſum fuiſſe teſtatur *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 11. num 36.* & eſſe veriorem dixit *Rota in d. Bononien. ſucceſſionis 22. Maij 1609. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in d. Romana domorum coram Andrea.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Salamantina Præſtimonij.

Veneris 5. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Inhibitio ſpecialis non conceditur ei, qui non poſſidet, & qui nihil tenetur reſtituere.

1 *Fructus debentur à die mandati de manutenendo.*
2 *Inhibitio ſpecialis conceditur debitori timenti, ſe indebitè grauari poſſe, implorato iudicis officio.*
3 *Inhibitionem petens, quia timet, ſe indebitè grauari poſſe, videtur fateri, vel ſaltem non negare ſe debitorem.*
4 *Intruſus non auditur opponendo obiectus pro vitanda ſolutione.*
5 *Obiectus contra alterius poſſeſſionem proponere non poteſt, qui non eſt poſſeſſor.*
6 *Excommunicatus non debet audiri agendo.*

DECISIO LXXXIII.

INHIBITIONEM ſpecialem denegandam eſſe Peraltæ DD. dixerunt. Non docet enim de aliquo ſuo iure, vel intereſſe, pro quo poſſit impedire Valcarcel aduerſarium in conſequutione fructuum præſtimonij, de quo agitur, qui obtinuit manutentionem
1 à Rota, ſub qua veniunt fructus lite pendente percepti *Io. Faber. in §. retinendæ Inſtit. de interdict. Menoch. re-*
A *med. 5. retinendæ num.* 289. A, Et paſſim ſeruat Rota,
2 inhibitio autem conceditur debitori timenti ſe indebitè grauari poſſe, implorato iudicis officio *l. ſi pater in fin. C. qui bonis cedere poſſunt l. fundi ff. de exception. Roman.*
3 *conſ. 244. in princ.* Et ſic ſupponitur, illam petentem fateri, vel ſaltem non negare ſe debitorem, & allegare exceptionem, propter quam tutus reddatur *vt in d. l. ſi pater notant Salicet. num. 3. & Caſtren.* Neutrum autem admittit Peralta, imò videtur conſtare, eum non poſſe timere ſe moleſtari; cum fructus fuerint poſiti ſub ſequeſtro *vt in ſummario num.* 4. Nec conſtet, illos ſibi conſignatos, quod nec etiam præſumitur: quia fuiſſet commiſſum attentatum pendente appellatione à ſententia Scholaſtici Salamantini, cui fuit delatum parte non reclamante, quo caſu non poſſet audiri, opponen-
4 do præſertim obiectus ad excludendum Valcarel à fructuum conſequutione *Rot. deciſ. 5. num. 3. verſ. item quia, vt lit. pend. in antiq. Biſignett. deciſ. 1. num. 1. verſ. nec obſtat, eod. tit. Creſcen. deciſ. 19. num. 3. de ſenten. & re iudic. Lancell. de attẽtat. par. 2. cap. 4. declar. 4. num. 48. & par. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 40. Roman. conſ. 347. num. 6.*
Et ſic cum dictos fructus non habeat, & conſequenter non
5 ſit poſſeſſor, non poteſt proponere obiectus *Bellamer. deciſ. 383. incip. non poſſeſſor. Roman. d. conſ. 347. num. 4. vbi Adden. Rota apud Seraph. deciſ. 1041. num. 8.* & aliàs ſæpe. Et quia controuerti non poteſt, quin Peralta ſit actor in petenda hac inhibitione, & Iudicis officio implorando, ideoque vti excommunicatus ob recurſum
6 habitum ad Iudices laicos, *vt in ſummario num.* 12. au-
B diri non debet agendo B, *cap. decernimus, de ſenten. excommunic. in 6. gloſ. in cap. intelleximus, de iudic.*

ANNOTATIO.

A *Seraphin. deciſ. 835. num. 1. & 2.* & fuit dictum in *Senogallien. iuris paſcendi 12 Iunij 1620. coram bon. mem. Remboldo*, in qua hæc deciſio allegatur.

B Excommunicatus an, & quando poſſit eſſe actor in iudicio, late *D. Ricciull. de iur. perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſten. lib. 4. cap. 31.* qui hanc materiam pluribus ampliationibus & limitationibus exornat.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Firmana hæreditatis.

Veneris 12. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio pupillaris quando, & ex quibus verbis concepta dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris colligitur ex verbis facientibus mentionem pupillaris ætatis.*
2 *Negatiua duplex affirmat.*
3 *Dictio,* niſi, *præcedente oratione negatiua, affirmat, & ponit.*
4 *Verbum,* Vadat, *dicitur directum, ex quo alterius miniſterium non requirit.*
5 *Verba alterius miniſterium non requirentia ſunt directa.*
6 *Subſtitutio, licèt ſit ad bona teſtatoris reſtricta, trahitur ad totum, & verè dicitur pupillaris expreſſa ſiue teſtator ſciebat, ſiue ignorabat, pupillum habere alia bona. num. 15.*
7 *Mater penitus excluditur à legitima filij per pupillarem ſubſtitutionem; & latè num. 16. & ſeqq.*
8 *Compendioſa facta impuberi per verba communia, & reſtricta ad bona teſtatoris, non eſt pupillaris directa, ſed omni tempore poſt aditam hæreditatem fideicommiſſaria.*
9 *Compendioſa etiam per verba communia intra tempora pubertatis continet pupillarem directam, ſi ſit facta expreſſa mentio pupillaris ætatis; præſertim vbi conſtat de mente teſtatoris, quòd voluerit pupillariter ſubſtituere. num. ſeq.*
11 *Pupillariter ſubſtituiſſe dicitur teſtator, ſi mandat, filio in pupillari ætate decedente, omnia bona ſua reſtitui ſinè diminutione legitimæ, & Trebellianicæ.*
12 *Verbum,* ſuccedino, *eſt commune.*
13 *Subſtitutio ſi eſt facta per verbum directum ſimul, & commune, in ſubſtitutorum electione eſt, capere iure directo ex pupillari, cuius caſus aduenit.*
14 *Immiſſio impediri non poteſt ſubſtitutis, quando venit aliquod detrahendum de iure.*
17 *Mater, & alij aſcendentes per pupillarem expreſſam excluduntur à legitima nedum de bonis teſtatoris, ſed etiam de bonis pupillo vndecumque quæſitis.*
18 *Mater, quando eſt valde inops, per pupillarem expreſſam non excluditur à legitima.*
19 *Mater, & alij aſcendentes an excludantur à legitima per pupil-*

Google

pupillarem partim tacitam, & partim expreſſam, vel per pupillarem tacitam contentam in vulgari expreſſa, remiſſiue.

DECISIO LXXXIV.

SVBSTITVTIO facta per Franciſcum Eliſeum in eius teſtamento, ſub quo deceſſit, condito die 7. Auguſti 1607. Laurentio vnico filio maſculo, hæredi ſcripto, de Ludouica, & Doralice proprijs filiabus, & dicti Laurentij ſororibus, nec non de Giſmina, Hieronyma, & Sextilia ſororibus, ex filio prædefuncto neptibus, fuit purificata per obitum dicti Laurentij in pupillari ætate.

Et illam DD. dixerunt fuiſſe pupillarem expreſſam ex claris verbis teſtamenti, ibi, *Item laſcia, che morendo Lorenzo ſenza figliuoli in pupillare età, che Dio il ceſſi, cioè ſin che non arriuarà al tempo, che dicono le leggi, non poſſa andare ad altri la robba di eſſo teſtatore, che alle dette ſue figliuole, & nepot. ſenza detrattione, &c.* Et rurſus. *Et queſto hò detto, morendo in pupillare età, ouero ſenza figliuoli maſchi, che Dio nol vogli.*
1 Hæc enim ſunt verba, ſub quibus ſolet concipi pupillaris *l. qui liberis, in princ. ff. de vulg. & pup. Gloſ. in l. precibus in verb. in ſecundũ caſum,* C. *de impub. & alijs ſubſt. §. 1. Inſt. de pupill. ſubſt.* & tradit Cardin. *Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. num. 4. verſ. & ſi teſtator ſpe-*
A *cialiter*. A, Et licèt ſint concepta per verba negatiua, *Non poſſa andare la robba di eſſo teſtatore ad altri, che alle dette ſue figliuole, &c.* Tamen perinde eſt, ac ſi expreſsè teſtator dixiſſet per verba affirmatiua, *che debba*
2 *andare*, Tum quia duæ negatiuæ affirmant *l. duobus vbi Bart. & alij. ff. de verb. ſignif. idem Bart. in l. fœminæ, ff. de Senator. Doct. in l.* 1. C. *de ſeru. fugit.* Tum quia
3 illa dictio, *che*, quæ in propoſito ſignificat idem, quod, niſi, affirmat, & ponit, cum ſit poſtpoſita negatiuæ illi, *Non poſſa andare, ad text. in l. actione, vbi Bar. ſub num.* 1. quem ceteri ſequuntur C. *de tranſact. Ruin conſ.* 127. • *ſub num.* 13. *col. pen. verſ. quandoq; & tertiò, & conſ.* 131. *num.* 1. *lib.* 2. cum alijs per *Decian. conſ.* 78. *num.* 5. &
B 12. *vol* 3. & *Rota deciſ.* 322. *num.* 4. *part.* 3. *diuerſ.* B.

Et per conſequens ſubſtitutio per illa verbà, *Non poſſa andare* &c. eſt verè pupillaris directa; cum verbum, *Vada*, dicatur directum, ex quo alterius miniſterium non requirit, vt in ſpecie de illo tradunt *Bald. in rub* C. *de*
4 *impub. &c. ſub num.* 2. *Bero. conſ.* 127. *num.* 10. *vol.* 2. *Simon de Pretis lib.* 3. *interp.* 2. *dubit.* 1. *ſolut.* 2. *num.* 9. *fol. mihi* 229. *Odd. de compendioſ. part.* 4. *in verſic. Vadat.*
5 *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. Et generaliter omnia verba, quæ alterius miniſterium non requirunt, eſſe directa, tradunt *Bart. in l. Centurio, num.* 43. & *ibi Iaſ. num.* 5. *ff. de vulg. & pupill. Salycet. in d. rubr.* C. *de impub. in princ. & Sichard. num.* 3. Nec fa-
6 cit, quòd ſit ad bona teſtatoris reſtricta; quia nihilominus trahitur etiam ad totum, & verè dicitur pupillaris expreſſa *Bald. in l. cohæredi, §. vlt. in* 1. *notab. vbi etiam*
C *Alber. Ang. & Caſtr. ff. de vulg. & pup.* C, Et per illam
7 mater penitus excluditur à legitima filij ad tex. *in l. Papinianus, §. ſed neq; impuberis vbi Bart. num.* 1. *Caſtr. & alij ff. de inoff. teſtam. & in cap. ſi pater de teſtam. in* 6. *Socc. Iun. in d. l. Centurio*, qui de communi *num.* 510. *Card. Mantica de coniect. lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 14. latè *Surd. deciſ.* 273. *num.* 3. qui dicit eſſe communem, & in vtroq; foro receptiſſimam, quod etiam latiſſimè probat *Trenta-*
D *cinq. in d. tract. de ſubſtit. part.* 2. *cap.* 16. *per tot.* D,
8 Ex quibus, quando etiam dici poſſet, non adeſſe pupillarem expreſſam, negari ſaltem non poteſt, quin facta ſit expreſſa mentio pupillaris ætatis. Et ideò non in-
8 trat illa cõcluſio, quòd compendioſa facta impuberi per verba communia, & reſtricta ad bona teſtatoris (prout in caſu, de quo agitur) non ſit pupillaris directa, ſed omni tempore poſt aditam hæreditatem fideicommiſſaria, ex opinione *Bald. in dicta l. precibus, num.* 44. C. *de impub.* & alijs, &c. quos ſequitur *Rot. in illa Firmana bonorum* 5. *Nouembris* 1584. *coram Bubalo*. Nam ex iſta expreſſione pupillaris ætatis reſtrictio illa ad bona
9 teſtatoris pro non ſcripta habetur, & compendioſa etiã per verba communia, intra tempora pubertatis continet pupillarem directam; prout ſupradictam concluſionem limitando tenuit *Bart. in l. ſi ita ſcriptum §. qui filio, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul.* qui dicit, in quæſtione de facto ita reſpondiſſe, & menti tenendam, & illum ſequuntur *Caſtr. in l.* 1. *ſub num.* 4. *ff. de vulg. & pup. Alex. num.* 7. *Soccin. Sen. ſub num.* 11. *in* 2. *caſu, Aret. ſub num.* 5. *Rip. num.* 37. vbi quòd cum Bart. tranſeunt omnes *Alciat.* de communi *num.* 167. & de magis communi, *Soccin. Sen. conſ.* 116. *num.* 5. 6. & 9. *lib.* 1. *Soccin. Iun. conſ.* 95. *num.* 24. & 26. *lib.* 1. *Cardin. Mãtica de coniect. d. tit.* 7. *num.* 7. *Menoch. præſumpt.* 34. *num.* 16. *verſ. extenditur* 2. *lib.* 4. & *fuit reſolutum in al-*
10 *legata Firmana bonorum*. Præſertim vbi conſtat de mẽte teſtatoris, quòd voluerit etiã pupillariter ſubſtituere, vt pro ſecunda limitatione ad ſupradictam concluſionem firmauit *Rota in d. Firmana*. De qua, omiſſis alijs coniecturis, Domini ex eo potiſſimum conſtare dixerunt, quòd teſtator mandat totam ſuam hæreditatem, & bona tranſire in ſubſtitutas, ſinè diminutione legitimæ, & Trebellianicæ, quarum detractionem prohibuit
11 etiam in codicillis Iſabellæ eius vxori, dicto Laurentio communi filio in pupillari ætate decedente, vt per *Bar. in d. l. Centurio, ſub num* 27. *Iaſ. num.* 47. & 48. *Ripa num.* 125. *Mantic. d. tit.* 7. *num.* 16. *Menoch. præſump.* 56. *num.* 12. *lib.* 4. *Fereg. de fideicom. art.* 34. *num.* 47. Etiam ad excluſionem matris, vt dictum eſt. Quæ prohibitio repetita in codicillis magis declarat, ſubſtitutionem in teſtamento factam eſſe directam, *vt per Mantic. vbi ſupra lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 4. Vltra quod non ſumus in compendioſa facta per ſolum verbum commune; in ea enim adſunt verba illa, *Vada, e ſuccedi-*
12 *no*, ideò licèt verbum, *ſuccedino*, ſit commune, *vt per Bart. Aret. Iaſ. Soccin. Iun. Rip. & Galiaul. in d. l. Centurio*, cum alijs latè per *Trentacinq. vbi ſup. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 22. tamen verbum, *Vada*, quod eſt directum, vt ſupra, manet in ſua ſignificatione, nec immutatur per
13 verbum commune, quin ſit in electione ſubſtitutarum capere iure directo ex pupillari, cuius caſus aduenit, vt inquit *Bart. in d. l. Centurio, num.* 38. quem ſequuntur ibidem *Alex. num.* 95. *verſ. ſecũda opinio, Iaſ. num.* 59. *Galiaul.* qui de communi *num.* 480. *Rum. num.* 5. *Soccin. Iun. num.* 308. *in princ.* qui pariter de communi *Iaſ. conſ* 72. *col.* 3. *verſ. non obſtat ergo vol.* 3. *Menoch. lib.* 4.
E *præſumpt.* 21. *num.* 7. & 8. E,

Non obſtat exceptio fideicommiſſi ex teſtamẽto Vincentij patris Franciſci. Nam vltra quod opponitur, teſtamentum eſſe laceratum in ſubſtantialibus, prætenſum fideicommiſſum patitur etiam alias difficultates. Videlicet quia filiæ ſunt tantùm poſitæ in conditione, & ſic intrat quæſtio, An cenſeantur diſpoſitiuè vocatæ. Item quia cum de tempore mortis Franciſci adeſſet Laurentius eius filius, prætenditur defeciſſe illam conditionem, ſi deceſſerit ſinè filijs, & ſic etiam intrat diſputatio *Oldradi conſ.* 21. Sed in omnem caſum Iſabella, & filiæ non poſſunt dici legitimæ contradictrices ad impediendam immiſſionem ſubſtitutarum; ex quo non cõſtat, bona, de

Digitized by Google

14 quibus agitur, eſſe fideicommiſſaria, & poſſunt etiam
competere detractiones iſtis ſubſtitutis ex perſona Frã-
ciſci Zuccard. poſt alios in l. fin. num. 426. C. de edict.
Diui Adriani toll. Gabr. conſ. 39. num. 3. vol. 2. Cardinal.
Seraph. deciſ. 271 num. 5. & fuit dictum in Senogallien.
fideicommiſſi 22. Maij 1602. coram Reuerendiſſ. D. meo
Damaſceno, in illa Rom. de Capizucchis 10. Aprilis 1606.
coram Illuſtriſſ. Lancellotto, & in Viterbien. fideicommiſ-
ſi 27. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Manzanedo.
Ex quibus fuit reſolutum, dandam eſſe immiſſionem Actri-
cibus, & ſic pro parte informante.

ANNOTATIO.

A Hæc deciſio cum alia facta in hac eadẽ cauſa coram D. meo
die 23. Februarij 1615. quæ eſt deciſio 102. confirmatæ
fuerunt coram bon. memoriæ Cardinali Sacrato die 22.
Maij 1617. quando autem ſubſtitutio cenſeatur pupillaris,
& quibus verbis concipi ſoleat, vltra citatos in hac deci-
ſione, latè tradunt Coſt. in cap. ſi pater de teſtam. lib. 6. par.
3. verbo pupillares, Spin. in Speculo teſtam. gloſ. 23. princ.
Molin. de Iuſtit. tract. 2 diſp. 184. Emman. Barboſ. in cõ-
ment. ad Ordin. Reg. Luſitan. lib. 4. tit. 87 de ſubſtitut. §.
7. latè Fuſar. de fideicomm. q. 87. cum multis ſequentibus.
B Quòd dictio, Niſi, poſtpoſita negatiuæ, vel prohibitioni af-
firmet, & diſponat, vltra allegatos in deciſione tradunt
Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 2. num. 40. Sanch.
de matrimon. lib. 1. diſp. 19. num. 3. Cened. ſing. 23. num.
1. Rot. in Romana concordiæ S. Petri 16. Nouembris 1609.
corã bon. mem. Cardinali Caualerio inter eius impreſſas deciſ.
77. & antea inter recentiores deciſ. 197. num. 2. in fine par.
1. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 736. num. 4. & infra coram D.
meo in Recanaten ſucceſſionis 6. Iunij 1618. num. 8. & in
Ferrarien. affictus 26. Nouembris eiuſdem anni num. 5.
C Soccin. Iun. qui de communi conſil. 95. num. 26. & 37. lib.
1. Honded. conſil. 73. num. 35. lib. 1. Menoch. præſumpt. 34.
num. 12. & 13. lib. 4. latè Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 7.
num. 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 109. per tot. qui loquuntur
quando teſtator dixit, ſi filius meus in pupillari ætate de-
ceſſerit Titius ſit hæres meus, vel ſuccedat in bonis meis,
vel hæreditate mea; idem Fuſar. quæſt. 111. ſub num. 5. vbi
meminit huius deciſionis, quæ eſt 639. par. 1. recent. & hac
eadem deciſione allegata fuit dictum in Bononien. pecu-
niaria 3. Aprilis, & 14. Decembris 1615. coram bon. mem.
15 Vbaldo. Quod procedit, ſiue teſtator ſciebat, ſiue igno-
rabat, pupillum habere alia bona, quia nihilominus ſubſti-
tutio dicitur pupillaris, Mantic. d. tit. 7. num. 11. Menoch.
d. præſumpt. 34. num. 16. verſ. extenditur tertiò, cum alijs
per Fuſar. d. quæſt. 109. num. 7. licèt contrarium ſentiant
Caſtren. Pariſ. & Simon de Pret. quos refert idem Fuſar. ibi
num. 6. ad materiam vide duas alias declarationes per Fu-
ſar. d. quæſt. 109 à num. 8. infra.
D Quòd mater per pupillarem ſubſtitutionem expreſſam ex-
16 cludatur à legitima, vltra hic citatos Merlin. de legit. lib. 3.
tit. 2. quæſt. 13. in princip. latè Fuſar. qui plures, & in ſpe-
cie hanc deciſionem allegat, de ſubſtit. quæſt. 156. num. 14.
Gregor. XV. deciſ. 495. num. 2. Rota deciſ. 373. num. 2. par.
2. recent. in qua latè traditur, quando ſubſtitutio facta filio
matrem à legitima excludat; & fuit dictum in d. Bononien.
pecuniaria 14. Decembris 1615. coram bon. mem. Vbaldo,
Antonin. de Amato, qui multos congeſſit variar. reſolut.
17 25. num. 1. Et non ſolùm mater, ſed etiam auia, & omnes
alij aſcendentes cenſentur à legitima per ſubſtitutionem
pupillarem excludi, vt loquuntur DD. citati ferè omnes,
& eſt caſus d. deciſionis in Bononien. pecuniaria corã Vbal-
do, quod procedere etiam in foro conſcientiæ tradunt Pe-
regrin. conſ. 32. num. 15. & ſeq. lib. 2. Menoch. de præſump.
lib. 1. quæſt. 80. num. 38. & lib. 4. præſumpt. 38. num. 31.
Theſaur. deciſ. 200. in fin. Magon. deciſ. Florent. 144. num.
121. cum alijs pluribus relatis à Fuſar. d. quæſt. 156. num.
18. licèt contrarium ſenſerint alij quos refert num. 19. Itẽ
procedit nedum in bonis ipſius teſtatoris, ſed etiam in bo-
nis pupillo vndecunque quæſitis, Couarr. qui de commu-
ni in cap. cum eſſes num. 11. de teſtament. Menoch. d. præ-
ſump. 38. num. 29. cum alijs per Fuſar. d. quæſt. 156. num.
22. Rot. in d. Bononien. pecuniaria 3. Aprilis, & 14. De-
18 cembris 1615. coram bon. mem. Vbaldo. Limitatur tamen
hæc concluſio, vt non habeat locum, quando mater eſſet
valde inops, tunc enim ei legitima deberetur Menoch. d.
præſumpt. 38. num. 32. Trentacinq. de ſubſtit. par. 2. cap. 16.
in fine Ceual. commun. contra commun. Merlin. de legit. d.
tit. 2. quæſt. 14. num. 74. & ſeq. quæſt. 70. num. 7. &
alij apud Fuſar. d. quæſt. 156. in fine. An autem mater,
& alij aſcendentes excludantur à legitima per pupillarem
18 partim tacitam, & partim expreſſam, vel per pupillarem
tacitam in vulgari expreſſa contentam, tradunt latè Fu-
ſar. d. quæſt. 156. num. 2. 3. & 4. & quæſt. 157. per tot. An-
tonin. de Amat. d. reſolut. 25. num. 2. & ſeqq.
E Sequitur Rota in d. Bononien. pecuniaria 3. Aprilis 1615.
coram bon. mem. Vbaldo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius

Romana prætenſæ participationis, ſeu laudi.

Lunæ 15. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Inſtitor rationis bancariæ contrahens omnibus
in ea participantibus æqualiter acquirit. Li-
ber rationum ſocietatis plenè probat inter ſo-
cios, & partitæ in eo deſcriptæ vtì erroneæ di-
ſtornari non poſſunt ab vno ex ſocijs, ſinè cõ-
ſenſu aliorum, vel non docto de errore.

SVMMARIVM.

1 Inſtitor rationis bancariæ cõtrahendo acquirit omnibus in ea participantibus.
2 Contrahens cum inſtitore cenſetur contraxiſſe cum domino contemplatione illius rei, in qua inſtitor deputatus eſt.
3 Mercator cenſetur ſtipulari pro negotiatione principali.
4 Obſeruantia ſubſecuta eſt optima interpres intentionis præcedentis.
5 Liber ſocialis inter ipſos ſocios plenè probat, & quando procedat remiſſiuè num. 15.
6 Liber ſcriptus per inſtitorem complementũ habentem, habetur ac ſi fuiſſet ſcriptus per dominum.
7 Relatum attendendum eſt, non referens.
8 Iactare ſuum nemo præſumitur.
9 Patruus, & curator teſtamentarius non præſumitur, damnum inferre voluiſſe nepoti minori, ad commodum, & vtilitatem extraneorum.
10 Confeſſione partis nulla maior probatio haberi poteſt pro aduerſario.
11 Partitæ in libro communi deſcriptæ vtì indebitæ, & erroneæ diſtornari nõ poſſunt ab vno ex ſocijs propria auctoritate, ſinè conſenſu aliorum, niſi prius vera cauſa prætenſi erroris deducta.
12 Bona fide agitur inter mercatores.
13 Inſtitor obligat dominum præponentem, etiam ignorantem.
14 Inſtitor accipiens pecuniam mutuam ex cauſa, ad quam fuit deputatus, obligat dominum, licèt poſtea illam ad alios vſus, quam deſtinatos conuertat.

In-

16 *Inſtitoris ſcriptura etiam priuata probat contra dominum.*
17 *Inſtitoris confeſſio an, & quando noceat domino.*

DECISIO LXXXV.

PROPOSVI dubium, an D. Alberi-
cus deberet participare de vtilibus Ap-
paltus Salinarum, & Theſaurariæ Ro-
mandiolæ, & pro quibus, tempore,
& partibus in caſu, & ad effectum, de
quo agitur. Et Domini pro faciliori
illius reſolutione dixerunt, videndũ eſ-
ſe an ſupradicti Appaltus facti fuerint ſub nomine ra-
tionis bancharıæ olim D. Alexandri de Donis. Quod
vnanimiter reſoluerunt affirmatiuè.

In primis enim pro vero ſupponebatur, quòd de anno
1590. finita ratione bancharia, quæ tunc ſub nominibus
Zanchini, & Alexandri cantabat, fuit noua ratio erecta
ſub ſolo nomine Alexandri, D. Camillo del Palagio in ea
inſtitore deputato. Quod probatur primò ex literis pu-
blicationis dictæ rationis bãchariæ, ſcriptis de dicto an-
no, die ſecunda Martij, diuerſis mercatoribus corre-
ſponſalibus, & datis in vltimo ſummariolo Alberici
num. 1. Secundò ex cedulis per d. Palagium vti inſtito-
rem ſubſcriptis, quarum formula datur in dicto ſumma-
riolo *num.* 2. Et demum ex inſtrumento facto de anno
1595. die 18. Martij, de quo in ſummario Doni *num.* 3.
& Alberici *num.* 5. in quo Palagius vti inſtitor Alexan-
dri ſtipulatus fuit communionem, & diuiſionem ſolido-
rum dd. Appaltuum Salinarum, & Theſaurariæ Roman-
diolæ inter dd. Alexandrum, Paulum Spadam, & Io. Au-
guſtinum Pinellum.

Et in hoc conſiſtit primum fundamentum reſolutionis.
Quia ex illa æquitate, ex qua, mediante Palagio, quæſita
fuit obligatio rationis ad fauorem Spadæ, & Pinelli,
ex eadem per ſtipulationem dicti Palagij fuit etiam ac-
1 quiſita dictæ rationi ſupradicta communicatio *Gloſ. in
l. multum intereſt. §. ſi verò ab initio, in ver. poteſ. C. ſi
quis alter. vel ſib. Odoffred. Bart. Bald. & Caſtr. in ſum-
mario, & Salic. num.* 15. *l. Iulianus §. ſi procurator. ff.
de act. empt.* Non autem quæri potuit Alexandro vti per-
ſonam diuerſam à dicta ratione repræſentanti; cum non
appareat, illum habuiſſe in Vrbe aliam negociationem
pro qua Palagius illius inſtitor eſſe poſſet. Et dictæ ra-
tionis contemplatione, vt illam etiam obligatam habe-
2 rent, præſumitur dd. Pinellum, & Spadam cum Palagio
A contraxiſſe A, *Socc. Iun. conſ. 27. vol. 2. Riminald. Iun.
conſ. 52. num. 124. lib. 1. Gabr. conſ. 71. num. 12. lib. 1.
Apoſtil. ad deciſ. Lucen. 2. Magon. in ver. obligatum, cum
alijs latè deductis in Cluſina Grani 13. Iunij 1586. coram
3 bon. mem. Robuſterio.* Et ideò licèt Alexander, & Spada
accepiſſent primùm Appaltum Salinarum Ceruiæ pro
ſe, & hæredibus; quia tamen Alexander ſtipulatus fuit
tamquam mercator Romæ negocians, ſtipulatio non
poteſt intelligi, niſi pro dicta ratione bancharia: cum
non probetur, quòd extra illam haberet in Vrbe aliam
negociationem: vel ſaltem ea tamquam principalis de-
bebat attendi. Quod etiam comprobatur ex obſeruan-
tia ſubſecuta, dùm adhuc viueret Alexander, quæ eſt
4 optima interpres præcedentis intentionis illius, *vulg. l.
ſed Iulianus §. proindè ff. ad Macedon. cum ſimil.* Et pri-
mò ex adnotatione, ſeu memoria ſub dicta die 18. Mar-
tij, de qua in ſummario Alberici *num.* 6. facta in libro
banchi, nuncupato Dell'obligationi fol. 18. per hæc
verba videlicet: *Ricordo, come queſto giorno s'è preſo parti-
cipatione, &c. & il noſtro meſſer Camillo del Palagio, d'or-
dine del Signor Aleſſandro ha promeſſo quanto ſi contiene
nelle Capitolationi.* Qui liber tamquam ſocialis inter ip-
5 ſos ſocios plenè probat *Rip. in l. admonendi num. 129.
ff. de iure iur. Socc. conſ. 240. num. 6. lib. 2. Ruin. conſ.
101. num. 14. lib. 1. Rota Ianuen. deciſ. 173. num. 5. Me-
B noch. de arbitr. lib. 2. caſ. 92. cent. 1. num. 1.* B, Nec re-
fert, quòd fuerit ſcriptus per Albericum, quia cum eſ-
6 ſet inſtitor, & complementum haberet perindè habetur,
ac ſi fuiſſet ſcriptus per Alexandrũ, vt dicit *Bald. in rubr.
C. de fid. inſtr. ſub num. 60. verſ. ſed hic quæro, cum alij s
C per Strac. de mercat. par. 2. num. 65.* C, Tanto magis,
cum dicto tempore Albericus diuinare non poſſet, vtrũ
negocium deberet eſſe lucroſum, ſiue damnoſum. Non
obſtat, quòd in dicta memoria nulla ſit facta mentio Ap-
7 paltus Salinarum: quia attendendum eſt prius inſtrumẽ-
tum, in quo Palagius pro omnibus Appaltibus fuerat
D ſtipulatus, ad quod illa ſe refert D, *ad vulg. reg. l. aſſe
toto ff. de hæred. inſtit. cum ſimil.* Et quia in dicta diuiſio-
ne hoc negocium fuit habitum pro vnico à dd. ſocijs, vt
patet ex conuentionibus. Secundò ex obligatione ſub
die 25. Nouembris 1595. facta per Alexandrum vti
principalem ſocium dictæ rationis bancharıæ ſub ipſius
nomine, & ſociorum in dicto Appaltu ſalinarum de con-
ſignando ſaccos ſalis ſex mille pro Statu Ferrariç in exe-
cutionem chirographi fel. rec. Clementis VIII. vt in di-
cto ſummariolo Alberici *num.* 4. Quæ omnia confir-
mantur etiam ex geſtis poſt obitum Alexandri per Ma-
rium eius fratrem, & Octauium filium, qui fuerunt il-
lius hæredes. Et primò ex partita ſcut. 15. mill. per
Spadam pro lucris, ſeù Auantijs vtilium Romandiolæ
tranſmiſſorum ad creditum rationis per dictum Ma-
rium aptata in libro bãchi ſignato L. vt in ſummario Al-
berici *num.* 1. Secundò ex denunciatione hæreditatis
Alexandri iuxta ſolitum per dd. Marium, & Octauium
facta Gabellæ Ciuitatis Florentiæ, in qua tamen ſupra-
dicta ſcut. 15. mill. poſita fuerunt pro dicta ratione ban-
charia, vt in dicto ſummario Alberici *num.* 9. Nec vi-
ſum fuit obſtare, quod dicebatur, illam fuiſſe factam
ex Bilancio, per Albericum Florentiam tranſmiſſo ad
Marium non informatum; hoc enim videtur inueriſimi-
le: cum Marius eſſet frater, & hæres Alexandri, & poſt
illius obitum (vt ſupponitur) habitauerit in Vrbe cum fa-
milia ad gubernium, & adminiſtrationem dictæ ratio-
nis. Quibus ita per Marium geſtis eo etiam magis de-
ferendum videtur; nàm ſiue agatur de illius proprio in-
tereſſe; & cum ille fuerit hæres Alexandri pro medieta-
te, præſumendũ non eſt, quòd in ſui præiudicium volue-
8 rit declarare, prædictos Appaltus ad ipſam rationẽ ſpe-
ctare, ſi verè ſpectaſſent ad ſolam hæreditatem, *ad vulg.
l. cum de indebito ff. de probat.* Siue agatur de intereſſe
Octauij, & pariter credendũ non eſt, quòd cum eſſet il-
9 lius patruus, & curator teſtamentarius, voluerit illi
damnum inferre, ad commodum, & vtilitatem extra-
neorum. Tertiò quo ad Octauium, cum de anno 1605.
finita illius cura, fuerunt ſibi conſignati omnes libri pro
redditione rationis adminiſtrationis per Albericum al-
terum eius curatorem teſtamentarium, ipſe infra an-
num conuentum inter alias difficultates, iſtam, de qua
nunc agitur, nõ appoſuit, prout in primis vti pręcipuam,
& notabilem veriſimiliter poſuiſſet. Et demum ex eo,
quòd cum idem Octauius adminiſtrabat, & habebat cõ-
plementum rationis, lucra & vtilia in ſupradictis Ap-
paltibus facta, & inter alia lucra communia dictæ ratio-
nis ſuper illius libris notata, fuerunt in libro ſpolij rela-
ta, & pro ſua rata vnicuique ex ſocijs aſſignata; vt in
ſummario Alberici *num.* 1. Qua confeſſione DD. de Do-
10 nis nulla maior probatio poteſt haberi pro dicto Albe-
rico *l. cum te C. de tranſact. cum latè cumulat. per Surd.
conſ. 143. ſub num.* 39. Et ideo videtur, illis non licuiſſe,
11 prædictas partitas in dicto libro Spolij, vt ſupra deſcri-
ptas

ptas, vti indebitas, & erroneas diſtornare propria au-
11 ctoritate, & ſinè conſenſu Alberici, niſi prius vera cau-
ſa prætenſi erroris deducta; prout etiam declarauit Do-
minus Conſultor coram Arbitro, de conſenſu partium
electus: & facit *doctr. Bart. in l. non fatetur ff. de confeſſ.
Bald. in l. fin. poſt num. 4. verſ. ex quibus verbis C. de pro-
bat. cum alijs per Farinac. conſ. crimin.* 18. *ſub num.* 4. *vol.*
1. De quo etiam allegatur notorius mercatorum ſtylus,
cuius dicitur aliàs fuiſſe datam atteſtationem in vna
Rom. Cambiorum de anno 1612. *coram R.P.D. meo Man-
zanedo*. Quæ viſa fuerit Dominis ſufficientia, maximè
12 quia agitur inter mercatores, inter quos proceditur de
bono, & æquo *Bald. conſ.* 198. *num.* 5. *lib.* 1. *per. text.
in l. ſi. fideiuſſor* §. *quadam ff. mand. & ſequitur Rota
Ianuen. dec.* 153. *num.* 8.
Et ideo fuit concluſum, vt ſupra, & quòd de alijs videatur.

ANNOTATIO.

A Et ideo inſtitor obligat dominum præponentem etiam
13 ignorantem, quando contrahit ſecundùm negociationem,
ad quam ſiue expreſsè, ſiue tacitè præpoſitus fuit: *Surd.
conſil* 126. *num.* 1. *&* 14. *Capic. deciſ.* 180. *num.* 3. *Valen-
zuol. conſil.* 78. *num.* 56. *&* 57. *Gratian. deciſ. March.* 36.
num. 18. *&* 19. *cum alijs poſt Giurb. deciſ. Sicil.* 88. *num.* 9.
14 & accipiens pecuniam mutuam, ſi illam accipiat ex cauſa,
ad quam fuit deputatus, obligat dominum, licèt poſtea illam
ad vſum deſtinatum non conuertat, *ex tex. in l.* 1. §. *cum
autem ff. de exercit. act. Surd. deciſ.* 156. *num.* 1. *Rota Ia-
nuen. deciſ.* 14. *num.* 14. *Giurb. d. deciſ* 88. *num.* 11. de hac
materia vide plura apud *Rot. Ianuen d. deciſ.* 14. *per tot. Ge-
nuā de ſcript. priuat. lib.* 4. *cap.* 11. *de lib. ration. inſtit per tot.*
B *Decian. conſil.* 29. *num.* 33. *lib.* 2. *Port. conſil.* 114. *num.*
10. *Cephal. conſil.* 678. *num.* 14. *pluribus citatis Felic. de
ſociet. cap.* 38. *num.* 15. *Genua de ſcript. priuat. lib.* 4. *cap.*
12. *de lib. ration. ſociet. num.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.*
974. *num* 83. hæc tamen concluſio non procedit ſimplici-
15 ter, ſed cum quibuſdam limitationibus, de quibus vide *Me-
noch. d. caſu* 92. *Maſcard. d. concluſ.* 974 *num.* 85. *&* 86.
Gen. d. cap. 12. *de lib. rat. ſociet. per tot.*
C *Menoch. de arbitr. caſu* 92. *num.* 9. *pluribus congeſtis De-
cian. conſil.* 60. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *Maſcard. ae probat con-
cluſ.* 974. *num.* 84. *Munnos de Eſcobar de ratiocin. adminiſtr.
cap.* 12. *num.* 3. *&* 4. *Gen. de ſcript. priuat. lib.* 4. *cap.* 12. *de
lib. ration. ſociet. num.* 18.
16 Et etiam ſcriptura priuata inſtitoris probat contra do-
minum præponentem *Rota Ianuen. deciſ.* 586. *num.* 4. *Me-
noch. conſil.* 296. *num.* 77. *Genua loco proximè alleg num.
17 vlt. Giurb. d deciſ.* 88. *num.* 12. Imò ſola inſtitoris confeſ-
ſio nocet domino *l. fin. ff. de inſtitor. Cephal. conſil.* 101.
num. 53. *Roland. conſil.* 4. *num.* 12. *vol.* 4. hoc tamen pro-
cedit, vbi confeſſio eſt veriſimilis, & circa negotia, quibus
inſtitor præpoſitus fuit, aliàs non nocet domino præpo-
nenti *Rota Ianuen deciſ.* 12. *num.* 11. *& in fine Alb conſil.*
74. *num.* 2. *cum alijs per Giurb. d. deciſ.* 88. *num.* 12. *Surd.
d. conſil* 326. *ſub num.* 24. *verſ ſimiliter*.
D Vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 52. *lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. Matrimonij.

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Agitur de multis caſibus, in quibus matrimo-
nium dicitur metu contractum.

SVMMARIVM.

1 *Inimici præſumuntur, qui ſe ad inuicem non ſalutant, nec ſimul alloquuntur, vt antea ſoliti erant.*
2 *Offendi ab inimicis quis iuſtè timere poteſt.*
3 *Metus iuſtus eſt, vbi adeſt ſola offenſionis ſuſpicio.*
4 *Metus arguitur ex tractatu præambulo, de compellendo què ad matrimonium contrahendum.*
5 *Præſumptiones ſufficiunt ad probationem tractatus.*
6 *Verbum,* placare, *præſupponit iram, indignationem, ſeu animi commotionem in eo, qui placari debet.*
7 *Metus magnus dicitur illatus ex terrore armorum.*
8 *Metus iuſtus dicitur inductus ex verbis imperioſè prolatis.*
9 *Metus arguitur ex verbis non benè, nec intelligibiliter prolatis.*
10 *Voluntas meticuloſa habet in ſuperficie volitionem, in medulla autem nolitionem.*
11 *Metu matrimonium contraxiſſe præſumitur, qui ſtatim de vi ſibi illata, & de matrimonio per metum contracto conqueſtus fuit.*
12 *Metus arguitur ex receſſu, & non vlteriori reditu ad deſponſatam.*
13 *Matrimonium cenſetur metu contractum, quando quis ſe iactauit, quòd opera ſua contractum fuerat huiuſmodi matrimonium.*
14 *Clericus penſiones habens, non eſt veriſimile, quòd matrimonium contrahere voluerit.*
15 *Penſiones extinguuntur per contractum matrimonij, & litera C.*
16 *Argumentum inductum à veriſimili multùm valet ad metus probationem.*
17 *Metu, & coactè præſumitur quis feciſſe actum, quem aliàs veriſimiliter non feciſſet.*
18 *Matrimonium clam, & feſtinanter contractum, præſumitur metu contractum.*
19 *Matrimonium præſumitur metu contractum, quando non fuerunt adhibiti illi, qui adhiberi conſueuerunt.*
20 *Matrimonium præſumitur metu contractum, ſi fuit celebratum ſinè denunciationibus.*
21 *Matrimonium contractum in loco ſecreto præſumitur metu contractum.*
22 *Timere iuſtè dicitur, qui adeſt in ſolitudine.*
23 *Matrimonium metu contraxiſſe præſumitur, quando quis deprehenſus fuit in flagitio, & propterea timuit ne occideretur.*
24 *Matrimonium meticuloſum dici non poteſt ex eo ſolùm, quòd in lecto contractum fuerit.*
25 *Metus eſt difficilis probationis, & ideo ex indicijs, & varijs coniecturis probatur, præſertim in contractu nocturno, & clandeſtino. num.* 26.
27 *Metus non dicitur purgatus, etiam ſi amplexus, & oſcula interuenerint, quando adhuc durabat eadem cauſa metus.*
28 *Vis, & metus longè inter ſe differunt, & quare.*
29 *Metus præſumptio an excludatur per ſanguinis coniunctionem.*
30 *Amor nullus extraneus vincit paternum.*
31 *Metus non poteſt dici purgatus breui temporis ſpatio.*
32 *Metus ex vicinitate actuum durare præſumitur.*
33 *Geſta per metum in matrimonio non poſſunt dici in parte voluntaria, licèt ſic in alijs actibus.*
34 *Conſenſus ſimplex non ſufficit in matrimonio, ſed requiritur plena ſecuritas, & libertas.*
35 *Metus in aliquo ſemper durare præſumitur, donec non fuerit in plena libertate conſtitutus.*
36 *Matrimonium metu contractum non validatur ex præcedentibus ſponſalibus de futuro,*

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXXXVI.

A MATRIMONIVM fuiſſe per metũ
in conſtantẽ virum cadentẽ A, per D.
Emanuelem cũ D. Blancha contractũ,
ex prę cedentibus, concomitantibus,
& ſubſequentibus factum ipſum, ſatis
apertè conſtare Dominis viſum fuit.
Ex præcedentibus autem. Primò ſe of-
fert inimicitia inter DD. Antonium, & Franciſcum
Blanchæ filios, necnon Philippum eiuſdem generum
cum D. Emanuele, orta veriſimiliter ex ſuſpicione fa-
miliaritatis, & conſuetudinis cum Blancha ſatis noto-
riæ inter illius domeſticos; teſtes enim Blanchæ *in eius*
Summario num. 9. dicunt, quòd ſe ad inuicem non ſalu-
1 tabant, nec ſimul alloquebantur, vt antea ſoliti erant,
quod arguit inimicitiam *Gloſ. in c. cum Adrianus in ver.*
& ad ſalutandum 63. *diſt. Abb. in cap. olim, in fin. de in-*
iur. DD. in cap. cum ſuper, de offic. deleg. Dec. conſ. 64.
B *ſub num.* 6. *verſ. ex hoc enim diuturno ſilentio*, B, Et
ideo Emanuel in eodem lecto cum Blãcha repertus ha-
2 buit iuſtum metum offenſionis ab iiſdem, vt inimicis *ad*
not. per Innoc. in cap. quod de his extra de ſent. excom. quẽ
ſequitur *Bald. conſil.* 364 *num.* 5. *lib.* 3. & ſufficit iſta ſola
3 offenſionis ſuſpicio, *l. nouiſſimè*, ibi, *quid enim ſi com-*
pulſus, aut metuens ne compelleretur, ff. quod falſ. tut. auct.
geſt. & in ſpecie noſtra *dicunt Alex. conſ.* 98. *num.* 5. *lib.*
3. *Pariſ. conſ.* 58. *num.* 65. *in princ. & conſ.* 139. *num.* 12.
& ſeq. lib. 4. *Rimin. Iun. conſ.* 362. *num.* 70. *lib.* 4. *&*
inter conſ. matrimonialia 77. *num.* 17. *lib.* 1. Secundò
tractatus præcedens inter Blancham, filios, & generum
4 de compellendo Emanuelem ad matrimonium contra-
hendum, *Cepoll. conſ. ciuil.* 2. *ſub. num.* 5. *verſ. prima*
coniectura, Rimin. Iun. d. conſ. 362. *num.* 55. *&* 56. *cum*
alijs pluribus allegatis à Petro de Barb. inter conſ. matri-
monialia conſ. 24. *num.* 2. Tractatus autem, plures in
5 iſto caſu præſumptiones concurrunt, quas ad illius pro-
bationem ſufficere tenet *Bald. in l. quicunq; num.* 28. *C.*
de ſeru. fugit. cum alijs per Farinac. de reo confeſſ. quæſt. 86.
num. 36. *& conſ.* 16. *num.* 11. Prima veriſimilis euoca-
tio Emanuelis à Ciuitate Colimbriæ de ordine Blanchæ
ad eius Villam de Aſaſarge, & diſceſſus Emanuelis è Ci-
uitate ad Veſperas diei S. Sebaſtiani accedendo ad præ-
dium cuiuſdam amici, vbi ſequenti mane recepit nuo-
cium, qui poſt ſecretam cum illo alloquutionem diſceſ-
ſit, Teſtes *in Summario Emanuelis num.* 6. Addentes,
quòd dicebatur Emanuelem diſceſſiſſe vocatum ad do-
mum Blanchæ; quod etiam veriſimile redditur, quia An-
tonius Blanchæ filius prædixit aduentum Emanuelis vni
ex teſtibus de hoc deponenti *in Summario Blancha num.*
7. Secunda quia famulus Emanuelis, qui illum aſſocia-
uit, deductus fuit cum equo ad inſuetam domum, vbi
noctu dormiret, ne fortaſſe opem ferre poſſet Emanueli
pernoctanti in domo Blanchæ; idem famulus *in Sum-*
mario Emanuelis num. 16. *& Blanchæ num.* 18. Tertia
quia idẽ Antonius Blanchæ filius hora intempeſtiua ſe-
ptima noctis certior factus de aduentu Emanuelis à fa-
mulo cum eodem ſecreto diſcedens acceſſit d. Philip-
pum eius ſororium, & generum Blanchæ ex loco de
Condeixa, vbi ille inhabitabat *vt in Summario Blancha*
6. *ſuper* 2. *num.* 6. Tertiò, De metu videbatur conſta-
re, quia illicò poſt reditum Antonij ingreſſi fuerunt ex
improuiſo in cubiculum Blanchæ in eodem lecto cum
Emanuele iacentis, Philippus per dictum Antonium
euocatus, cum enſe, & Archibuſio, & filij eiuſdem Blan-
chæ vnà cum famulis, & ancillis, & ſtatim idem Anto-
nius ex modo, & verbis præcedentibus dixit, Quid eſt
hoc Domina mater in re mei honoris? *vt* 4. *Teſtis Blan-*
cha in eius Summario num 6. Quod arguit, illam rem ad
animum reuocaſſe, & colligitur etiam ex reſponſione
Emanuelis, dum rogauit ingreſſos in Cubiculum, *que ſe*
acquietaſſen, ſeu quod ſe placarent, & quòd ibi erat pro
honore Blanchæ, *vt dicunt* 2. *&* 5. *Teſtes ipſius Blancha*
in eius ſummario num. 2. *& decimusquartus, & deci-*
musnonus, num. 7. Illud enim verbum, *placare*, ſecundùm
6 eius propriam, & communem ſignificationem præſup-
ponere videtur iram, indignationem, ſeù animi com-
motionem in eo, qui debet placari, vt colligi videtur *ex*
text. in cap. vt cognouerunt §. item opponitur, verſ. an cha-
ritatem non habebat, ibi *& iram Dei placauit, de pœnit di-*
ſtinct. 2. *& paſſim habetur in ſacra Scriptura, vt apud La-*
tinæ linguæ ſcriptores, & apud Ciceronem in 2. *de legib. im*
pius ne audeto placare donis iram Deorum; & patet ad ſen-
ſum. Quartò, quia petente Emanuele dilationem ad
matrimonium cõtrahendum, offerendo interim ſchedu-
lam, donec obtineret expeditionem priuilegiorum Mi-
litiæ Lauretanæ, vt poſſet penſiones Eccleſiaſticas reti-
nere, Philippus recuſabat dicens, non eſſe amplius diffe-
rendum ob honorem Blanchæ, ſed ſtatim eſſe adimplen-
da promiſſa, & mox illum interrogauit, an vellet, quòd
Parochus vocaretur, cui Emanuel illius voluntati ſub-
miſſus reſpondit, quòd ſinè dd. militijs pauper rema-
nebat, ſed facerent quicquid illi vellent, *vt dicit ſecun-*
dus teſtis ipſius Blancha in eius ſummario num. 6. Et illicò
vocatus fuit Parochus de ordine Phillippi, ſuggerente
Blancha, vt ei diceretur, quòd illa ægrotabat, & confeſ-
ſionem petebat, vt facilius veniret, *vt in ſummario Blan-*
cha num. 6. *dicunt* 4. *&* 6. *illius teſtes*, ſicuti factum fuit,
vt dicit 5. *num.* 6. *&* 14. *num.* 7.

Ex concomitãtibus autem. Primò aſſiſtentia Philippi cum
7 enſe & archibuſio magnum metum inferre potuit Ema-
nueli *iux. tex. in l.* 3. *§. armati, vbi Gloſ. in verb. armorum*
concord. allegat ff. de vi, & vi arm. Alex. d. conſ. 98. *num.*
3. *lib.* 3. *cum alijs per Farinac. de conſultor. q.* 131. *par.* 2.
num. 97. Secundò coacta retentio Parochi diſcedere vo-
lentis, vt ipſe idem deponit dicens, quòd vbi fuit in-
greſſus cubiculũ Blanchæ, vnuſquiſq; illum apprehendi-
dit per brachia, ne exiret, *vt in ſummario Blancha ſuper*
num. 6. *verſ. idem teſtis, & Emanuelis num.* 11. Tertiò,
verba dicti Philippi armati, *Domine Don Emanuel da-*
cito in vxorem D. Donnã Blancham hic coram Vicario, de
quibus deponit idem Vicarius in examine ad inſtantiam
Blanchæ, *in eius ſummario num.* 6. *in principio*, & Ema-
nuelis *ſub num.* 10. *verſ. in alio examine*, quæ verba vi-
8 dentur imperioſa, & à dicto Philippo vt ſupra armato
prolata potuerunt inducere iuſtum metum, vt de ſimili
verbo, *ſpoſatela*, conſuluit *Hipp. Rimin. inter conſil. matri-*
monialia conſ. 77. *num.* 24. & faciunt tradita per eundem
d. conſ. 362. *num.* 66. *&* 67. Et ideo voluntas Emanue-
lis proferendo immediatè verba illa, *duco te in vxorem*
&c. cenſetur fuiſſe oppreſſa, & ſuppreſſa, *vt inquit Bald.*
in cap. verum in fin. & cap. cum contingat. num. 4. *de*
iur. iur. Quod etiam clarè patet, ex quo idem Philippus
ſubiunxit, *Dominatio veſtra proferat benè verba, vt intel-*
ligantur. vt dicit idem Parochus *in ſummario Emanuelis*
9. *num.* 13. *in fin.* ex quo colligitur, quòd Emanuel non be-
nè, nec intelligibiliter illa proferebat, quod arguit me-
tum. *arg. l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. & faciunt*
notata in cap. afferte, de præſumpt. & per Barb. d. conſ.
24. *num.* 22. *inter conſ. matrimonialia*; Et ſic non dicitur
10 conſtare de illius libero conſenſu: cum voluntas meti-
culoſa habeat in ſuperficie volitionem, in medulla autẽ
nolitionem *Bald. in ſuo celebri conſ. ſchiſmatis col.* 10. *ſub*
num. 13. *quem ſequitur Iaſ. in l. rem quæ nobis. ſub num.*
2. *verſ. adde tu, ff. de acq. poſſ.*

Ex ſubſequentibus verò. Primò, quia poſt contractum
ma-

matrimonium diſcedenti Parocho, & interroganti Emanuelem, & Blancham, an eſſent contenti, Emanuel, vel ad interrogata non reſpondit, vel extra propoſitum, potiùs indicans non eſſe contentum, per illa verba. *id ne conſilium fuit?* de quibus idèm Parochus in examine *pro Emanuele, vt in eius ſummario num.* 25. *& Blancha ſub num.* 6. Secundò, quia idem Philippus interrogauit parochum de validitate matrimonij, & ſic de illa dubitaſſe videtur, vt dicit idem parochus in examine *pro Blancha, vt in eius ſummario ſub d. num.* 6. *& Emanuelis num.* 23. Tertiò, quia Emanuel ſummo mane ad auroram inde diſcedens, *vt in ſummar. Emanuelis num.* 27. ægro animo ſtatim cum ſuis amicis, & Epiſcopo Colimbrieñ, & poſtmodum iudicialiter coram Iudice Oppidi de Formoſelhe conqueſtus fuit de vi ſibi illata, & de matrimonio per metum contracto, vt teſtes *in ſummario Ema-*
11 *nuelis num.* 14. Ex quo etiam corroboratur præſumptio metus, *cap. ad id, extra de ſponſal. & cap. conſtat.* 1. *quæſt.* 1. *& ibi Doctores Alex. de Neu. inter conſil. Alex. conſ.* 99. *ſub num.* 12. *verſ. & quòd ita ſit lib.* 3. *Io. Franc. à Ponte dicto conſil.* 44. *ante num.* 8. *verſic. quinta, & vltima coniectura, Petr. de Barb. d. conſil.* 24. *num.* 9. *Rimin. Iun. d. conſ.* 362. *num.* 81. *Menoch. de præſump. lib.* 3. *præſump.* 4. *num.* 15. *& præſumpt.* 126. *num.* 23. *& fuit dictum in Hiſpalen. matrimonij de Alcala* 18. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiſs. Bonon.* Præſertim quia nec exinde Ema-
12 nuel vnquam redijt ad domum Blanchæ, ſed ſemper matrimonium impugnauit *Pariſ. dicto conſ.* 53. *num.* 56. *Rimin. Iun. d. conſ.* 362. *num.* 80. *Fab. Turret. conſ.* 28.
13 *num.* 12. Quartò, videtur etiam confeſſio extraiudicialis eiuſdem Philippi de metu per eum illato, dum ſe iactauit, quòd ſua opera contractum fuerat huiuſmodi matrimonium, *vt in ſummario Emanuelis num.* 15. ex qua paret, quòd Emanuel non ſponte contraxerat, ſed quòd Philippus armatus induxit cauſam iuſti metus, vt in ſimili dixit *Cepoll. d. conſ. ciuil.* 2. *ſub. num.* 7. *verſ. octaua coniectura, Petr. de Barb. d. conſ.* 24. *ſub num.* 10. *verſ. hoc conſtat.*

Sed vltra prædicta concurrunt etiam plures coniecturæ,
14 & præſumptiones. Prima, quia inueriſimile videbatur, quòd Emanuel contrahere voluerit matrimonium, cum tamen haberet penſiones, & redditus Eccleſiaſticos, *vt teſtes in eius ſummario num.* 22. quibus contrahendo carere debebat, *ad notat. in cap.* 1. *de cleric. con-*
15 *iug. Gig. de penſ quæſt.* 54. *num.* 4. *Put. deciſ.* 449. *lib.* 2. *ſecundum nouiſſimam impreſſionem.* Stantibus præſertim publicationibus antea factis pro ſacro Subdiaconatus Ordine ſuſcipiendo, vt ex fide, quæ datur *in eodem ſummario ſub num.* 4. *in fin.* & quia tunc temporis Emanuel ordinauerat, vt literæ dimiſſoriales obtinerentur ad hoc, vt poſſet in diebus Cinerum tunc proximis promoueri, *vt teſtes dicto num.* 4. Et quia non ſolùm aſpirabat ad Eccleſiaſticas prouiſiones, *vt teſtes ibid. num.* 5. Sed etiam ſatis nota erat illius repugnantia, ex quo matrimonia cum alijs ditiſſimis, & nobiliſſimis fœminis re-
16 cuſauit: de quo benè *teſtes d. num.* 5. Ad metus autem probationem multùm valet argumentum inductum à veriſimili; & quis præſumitur metu, & coactè feciſſe
17 actum, quem aliàs veriſimiliter non feciſſet, *Aym. conſ.* 49. *num.* 5. *Rol. conſ.* 100. *num.* 112. *lib.* 4. *Menoch. d. præſumpt.* 4. *num.* 12. *lib.* 3. *cum alijs alleg. per Mogoll. in tract. de his, quæ vi, metuſue cauſa fiunt. cap.* 2. *§.* 7. *num.* 23. *& fuit dictum in alleg. Hiſpalen. matrimonij in princ.*
18 Secũda, clandeſtinitas matrimonij, ex quo fuit poſt mediam noctem contractum, & omnes teſtes conueniunt, cum tamen de die commodiùs, æquiùs, & honeſtiùs fieri potuiſſet; præſertim quia nulla aderat cauſa huius feſtinantiæ, & ob quam in ſequentem diem differri non potuiſſet, & in Eccleſia iuxtà ſolitum celebrari: & ideò contra illud præſumitur *tot. tit. extra de cland. deſponſ. Cepoll. d. conſ. ciuil.* 2. *num.* 7. *Barbat. conſ.* 45. *ſub num.* 6. *verſ. item ex alio apparet lib.* 1. *Io. Franc. à Pont. conſ.* 44. *num.* 20. *Polidor. Rip. de nocturn. temp. cap.* 89. *per totũ, Menoch. d. præſũp.* 4. *num.* 14. *& d. præſump.* 126. *num.* 10. Et quia in eius celebratione nullibi apparet interueniſſe,
19 nec etiam famulum Emanuelis, qui facilè poterat vocari, & intereſſe, cum illum aſſociauerit: & tamen in huiuſmodi actibus adhiberi ſolent amici, affines, & conſanguinei, *Barb. d. conſ.* 45. *ſub d. num.* 6. *Alciat. conſ.* 5. *num.* 22. *lib.* 1. *Menoch. d. præſumpt.* 126. *num.* 19. *Card. Seraph. deciſ.* 859. *num.* 7. *par.* 1. & fuit dictum *in allegata Hiſpalen. matrimon. verſ. & nullis interuenientibus conſanguineis.* Et fuit celebratum ſinè denunciationibus requiſitis *à ſacro Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. vt
20 in terminis de metu conſiderat *Fab. Turret. d. conſ.* 28. *num.* 23. Tertia, locus contracti matrimonij, vi-
21 delicet in Villa, quæ eſt locus ſeceſſus, atque ſecretus, *ad text. in l. ego cum in Villa ff. de manum. vind. & tradit ex Apuleio Cuiac. obſeruat. lib.* 6. *cap.* 20. Iuſtè enim ti-
22 mere dicitur, qui adeſt in ſolitudine, *& facit text. in cap.* 1. *ibi, ad quandam ſyluam, de his quæ vi metuſuè,* & à contrario *in l. non eſt veriſimile ff. eodem, Mogoll. d. tract. cap.* 2. *§.* 7. *ſub num.* 2. Item quia fuit celebratum in lecto, vbi cum Emanuel fuerit ex improuiſo deprehen-
23 ſus à genero Blanchæ armato, & eius filijs, à quibus mortẽ timere poterat, ex ſupradictis, clarè videtur cõſtare de metu, *Cepoll d. conſ. ciuil.* 2. *num.* 5. *verſ. ſecunda coniectura, Alex. d. conſ.* 98. *num.* 4. *Io. Franc. de Pont. d. conſ.* 44. *num.* 10. *& ſeq. Gail. pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 93. *num.* 28. *Menoch. d. præſumpt.* 4. *num.* 7. *lib.* 3. Etiam quòd culpa Emanuelis præbuerit anſam timori *cap. veniens il* 2. *vbi Ancbar. num.* 6. *de ſponſal. Pariſ. conſ.* 53. *num.* 69. *lib.* 4. *Sanchez de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 8. *num.* 9. *& diſputat.* 13. *num.* 1. & fuit etiam dictum in *allegata Hiſpalen. verſ. nec facit, quòd iſta indignatio.* Licèt aliàs ex eo ſolùm, quòd fuerit in lecto con-
24 tractum matrimonium non poſſit dici meticuloſum *ad text. in d. cap. veniens cum ibi not.* Quarta, quia tunc temporis oſtium cubiculi, vbi Emanuel, & Blancha iacebant, non fuerat clauibus clauſum; itaut faciliimè ingreſſi fuerint filij, & gener Blanchæ cum famulis, & ancillis, *vt in ſummario Emanuelis num.* 18. A communiter autem accidentibus ſecluſo tali tractatu veriſimile non eſt, quòd in caſu maximi periculi oſtium prædictum fuerit per Emanuelem ita dimiſſum, ſed potiùs ex conſilio Blanchæ pro faciliori ſupradictorum ingreſſu.

Ex quibus omnibus præſertim ſimul iunctis viſum fuit, ſatis conſtare de metu Emanuelis, maximè cum ſimus in
25 materia difficilis probationis, tàm ex parte patientis, quam inferentis, *vt fuit dictum in allegata Hiſpalen. matrimonij.* Et in qua leuiores probationes, imò indicia, & coniecturæ ſufficiunt, *Alex. d. conſ.* 98. *num.* 6. *Rimin. Iun. d. conſ.* 362. *num.* 52. *&* 87. *Purpur. conſ.* 579. *num.* 12. *cum alijs latè per Honded. qui de communi conſ.* 29. *num.* 21. *vol.* 1. *Rota in Nicien. matrimonij* 27. *Ianuarij* 1586. *coram bon. mem. Gipſio, & in dicta Hiſpalen. matrimonij.* Quod præſertim locum habet in metu
26 nocturno, & clandeſtino, *Menoch. d. præſumpt.* 126. *num.* 10. *Mogoll. vbi ſupra cap.* 10. *§.* 3. *num.* 12. *in fin.* Quin potiùs tota iſta materia conſiſtit in coniectu-
27 ris *Io. Franc. à Pont. conſ.* 44. *num.* 17. Nec obſtant amplexus, & oſcula filiorũ Blanchæ, de quibus teſtes Blanchæ *in eius ſummario num.* 10. quia cum facta fuerint incontinenti, & Emanuel non eſſet conſtitutus in libertate, adhuc durabat cauſa metus, & ideo ſimulata, & commentitia præſumuntur, *Alciatus reſp.* 5. *num.* 38.

lib.

lib. 3: quem ſequitur *Rimin. Iun. d. conſ.* 362. *num.* 93.
& de ſimili oſculatione *tradit Alex. de Neu. d. conſ.* 99.
num. 5. ad fin. verſ. quantum autem.
Nec etiam obſtat depoſitio de non metu facta per teſtes
Blanchæ; nam vltra quòd omnes ſunt illius, & eius ge-
neri familiares, deponunt etiam inuerisimilia, & con-
uincuntur ex ſupradictis. Nec depoſitio Parochi, quòd
non vidit vllam vim fieri Emanueli, vt *in ſummario Blan-
chæ ſupradicto num.* 6. non enim excludit, quin ante il-
lius aduentum præceſſerit vis, & metus, prout etiam,
ſe ipſum declarat, dum dicit, quòd tempore, quo prędicta
verba matrimonialia prolatá fuerunt, non vidit vim fie-
ri, vt ibidem. Vltra quòd ipſe deponit de vi, non de
28 metu, quæ longè inter ſe differunt: illa enim refertur
ad corpus, & metus ad animum *Gloſ. in l. ſi vi, vel me-
tu verſ. ſi vi, C. de his, quæ vi metuſuè cauſ. fiunt Mogoll.
in d. tract. in præamb. num.* 5. Et propterea rubrica dicti
tituli tàm in Codice, quàm Decretalibus eſt, vt ſupra
inſcripta, vt conſiderat *Io. Franc. à Pont. conſ.* 44. *num.*
13. *cum alijs latè per Mogollon. vbi ſup. num. 3. & ſeqq.*
Minus obſtat, quòd Philippus eſſet nepos Emanuelis, &
29 ſic de illo timere non poſſet *iuxta deciſ. Verall.* 223.
num. 8. *par.* 2. illa enim procedit in patre, eo quia
nullus extraneus amor vincat paternum *l. cum furioſus
30 in princ. C. de curat. furioſ.* quæ ratio ceſſat in nepote,
imò cum in iſto caſu Blancha eſſet ſocrus Philippo, &
ſic loco matris *§. ſocrum quoque, Inſtit. de nupt.* ideo ma-
gis eum mouere potuit iniuria ſocrus, quàm propinqui-
tas Emanuelis, & res ipſa docuit, vt patet ex ſupradi-
ctis. Nec ex eo, quòd Emanuel per duas horas in circa
poſt contractum matrimonium remanſerit in cubiculo
Blanchæ, videtur purgatus metus, & præſtitus liber aſ-
ſenſus matrimonio, & ſequuta copula cum Blancha
eo temporis ſpatio; quia non probatur iacuiſſe amplius
in lecto cum illa: imò de contrario conſtare videtur, quia
ſtatim ſe induit femoralib. vt de viſu deponit Parochus
in ſummario Blanchæ ſub num. 6. & ſedit in quadam ſede
cubiculi, Blancha remanente in lecto, et ſimiliter de viſu,
dum clauderet oſtium thalami, deponit Cubicularia, &
teſtis eiuſdem Blanchæ in ſummario Emanuelis num. 26.
in fin. Præſertim cum fuerit tàm breue tempus, nec
excesserit ſpatium duarum, vel trium horarum in circa,
31 vt omnes teſtes concordant, *Altar. d. conſ.* 98. *ſub num.*
6. *in fin. & num.* 7. Adhuc enim metus ex actuum vi-
32 cinitate durare præſumitur, ex ſupradictis, & facit *tex.
in cap. 1. cum ibi not. ext. quod met. cauſ. cum alijs per Alex.
vbi ſup. num.* 9. Et maximè, quia tempus erat noctur-
num, & ſic Emanuel ſolus egredi non poterat, ſinè ma-
xima ſuſpicione. Licèt autem in alijs actibus, etiam
33 quod geſtum fuit per metum ſaltem in parte volunta-
rium dicatur *ex ſententia Ariſtotelis lib. 3. Ethic. cap.* 1.
communiter approbata à Philoſophis, ac etiam à Theo-
logis relatis per *Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 1. num.
2. & ſeqq. & nouiſſimè per Azor. Inſtit. moral par. 1. lib.
1. cap. 9. in princ. & cap. 10 quæſt.* 13. Secus tamen di-
cendum videtur in matrimonio, vt per *Abbat. in cap.
de muliere, & cap. cum locum, vtrobique, num. 2. de ſponſal.
Corn. conſ. 38. num 8. lib. 2. & de communi Alex. conſ. 89.
vol. 3. & conſ. 80. vol. 7. Gail. obſeruat. 93. num. 6. lib.* 2.
34 In illo enim non ſufficit ſimplex conſenſus, ſed requiri-
tur plena ſecuritas, & libertas, *DD. in d. cap. cum lo-
cum, Nauar. conſil. 3. ſub num. 3. de ſponſal. Io. Baptiſta
Ferret. conſ. 296. num. 13. & conſil. 311. num. 7 lib. 2. Fa-
chineus controuerſ. iur. lib. 3. c. 28. in reſp. ad ſecundum ar-
gumentum, cum alijs allegatis in dicta Hiſpalen. verſ. ad ar-
35 guendum inſuper.* Donec autem Emanuel non fuit in
plena libertate conſtitutus, ſemper præſumitur duraſſe
in illo metum, *Corn. conſ. 41. vol. 2. cum alijs allegatis in*
36 *dicta Nicien. matrimonij coram Gipſio.* Et ideo ex ſpon-
ſalibus de futuro, quatenus præceſſiſſent, non validare-
tur matrimonium metu contractum, *vt dicit Couar. de
ſponſal. cap. 4. num* 6.
Atque ita fuit concluſum pro inualiditate matrimonij, &c.

ANNOTATIO.

A Metus qualis requiratur ad annullandum matrimonium, la-
tè tradunt *Sanchez de matrimon lib. 4. à diſput. 12. & infra
Guttierez eodem tract. cap 76. & 77.* & quis dicatur metus
cadens in virum conſtantem, *tradit latè idem Sanchez d lib.
4. diſput. 1. cum pluribus ſeqq*

B *Farinac in praxi crimin quæſt 49. num. 54. Emman Bar-
boſ. in comment. ad ordin Reg Luſitan. lib. 3. tit. 21. de ſu-
ſpicion in princ. & num* 23

C An per contractum matrimonij penſiones extinguuntur,
tradunt *Pariſ. de reſignat benefic lib 1. quæſt. 1. num 15. &
lib. 6. quæſt. 2. num. 115. Farinac: fragment criminal. par.
1. lit. C. num 331. Carol de Graff de effect clerical. effect. 5.
num. 12. latè Sanch de matrimon lib. 7. diſput. 44. per tot.
Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 105. & quatuor ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Farſen. bonorum.

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſi contra eius natu-
ram effecta eſt alienabilis, poteſt à quolibet
in inueſtitura comprehenſo alienari, & tran-
ſit cum hæreditate etiam ad hæredes extra-
neos. Incolatus contrahitur, ex neceſſitate
reſidendi in loco, vel ex declaratione volun-
tatis, iuncta domicilij trãſlatione, etiam abſq;
aliquo lapſu temporis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica fieri poteſt alienabilis vigore Bo-
nifaciana, & ex conſuetudine.*
2 *Clauſula,* ad habendũ, *continet expreſſam alienandi facul-
tatem, Declara vt num.* 19.
3 *Clauſula,* ad habendũ, *æquipollet clauſulæ,* & quibus dede-
rit, *quæ facit emphyteuſim Eccleſiaſticam tranſitoriam
ad quoſcunq; hæredes, præſertim ſi ſit concepta per verbum
vniuerſale,* Quicquid.
4 *Clauſula,* ad habendum, *in feudo operatur tranſmiſſionem
ad quoſcunq. hæredes, quando inueſtitura eſt facta cũ fa-
cultate alienandi.*
5 *Clauſula,* ad habendum, *quando eſt ſinè reſtrictiua non
reducitur ad terminos ſtipulationis.*
6 *Clauſula* ad habẽdum, & quicquid ſibi, & ſucceſſoribus
ſuis placuerit, faciendum, *operatur facultatem alienãdi,
quando eſt in parte diſpoſitiua, ſecus in parte executiua
num.* 20.
7 *Clauſula,* ad habendum, & quicquid, &c. *quando dicatur
appoſita in parte diſpoſitiua.*
8 *Bona emphyteotica ex conſuetudine ad inſtar allodialium
redacta, a quolibet in inueſtitura comprehenſo alienari poſ-
ſunt. Intellige vt num.* 21.
9 *Inueſtitura & ſtatutum recipiunt interpretationem a cõ-
ſuetudine.*
10 *Bona emphyteotica alienari permiſſa, ſub vniuerſali hære-*

dis

Digitized by Google

dis inſtitutione comprehenduntur & num. 11.
12 *Poteſtas alienandi conceſſa emphyteotæ, operatur, quòd emphyteuſis tranſeat ad hæredes extraneos.*
13 *Ius petendi inueſtituram rei alienabilis eſt hæreditarium, & competit ſolis hæredibus.*
14 *Emphyteuſis, quæ non conceditur niſi ſubditis, poteſt concedi illi, qui vult effici de iuriſdictione concedentis.*
15 *Incolatus contrahitur ex neceſſitate reſidendi.*
16 *Incolatus contrahatur ex declaratione voluntatis, iuncta domicilij tranſlatione, etiam abſque aliquo lapſu temporis, & quando contrahatur ex neceſſitate habitandi, remiſſiuè num. 22.*
17 *Statutum intelligi debet, ne inter ſe contrarietur.*
18 *Conſuetudo eſt optima legum, & ſtatutorum interpres.*

DECISIO LXXXVII.

PETEBAT Tibaldus maritus, & hæres teſtamentarius Tarſiæ, confirmationem inueſtituræ bonorum, de quibus agitur, ſibi factæ per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Montaltum vti Abbatē Farſen. contra verò Io. Baptiſta Buſſa dictæ Tarſiæ auunculus prætendebat, inueſtituram ſibi deberi tanquam proximiori d. Tarſiæ ſinè prole defunctæ, vigore ſtatutorum Abbatiæ. Quapropter dubio per R. P. D. Vicegerentem eiuſdem Illuſtriſſimi D. Cardinalis Auditorem tranſmiſſo, An inueſtitura facta Tibaldo eſſet confirmanda, vel potiùs Buſſæ facienda, & illo per me in Rota propoſito, DD. pro Tibaldo reſoluerunt.

Fundamentum fuit, quòd hæc emphyteuſis Eccleſiaſtica contra eius naturam effecta eſt alienabilis, tàm ex ſtatuto dictæ Abbatiæ concedente facultatem alienandi, prout dicitur de emphyteoticis Eccleſiaſticis, quæ ſe-
1 cundùm Bullam Bonifacianam alienari poſſunt, *Anch. conſ. 124. num. 4. & conſ. 393. col. 2. verſ. item quoad priuationem, & conſ. 427. num. 4. in tertio dubio, Ruin. cōſ. 149. in princ. & num. 13. vol. 1. Hip. Rimin. conſ. 558.*
2 *num.* 19. quàm ex clauſula, *ad haben.* cōtinente expreſ-
A ſam alienandi licentiam A, ibi, *venden. alienan., & quicquid locatarijs, & ſucceſſoribus placuerit, facien.* Et ideo de eius virtute dubitari non poteſt, quin tutè fiat alienatio, *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres, in 8. quæſt. num. 21. ff. de verb. oblig. & ibi Ang. num. 12. Alex num. 58. Iaſ. num. 72. Crot. in repetit. num. 133. Soccin. Iun. num. 127. verſ & abſq; dubio*, vbi quòd *Bart.* conclusio eſt magis communis; de qua etiam clauſula in ſpecie in emphyteuſi, *Alber. in l. fin. num. 8. C. de iure emphyt.* quem refert *Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſ. dom. limit. 3. in princ.* vbi de communi, quòd ex dd. verbis licentia alienandi ſit conceſſa, *Becc. conſ. 88. num. 11. & num. 23. & 24 & num. 39. & num. 49.* & æquipollet clauſulę, *& quibus dederit*, adeo vt emphyteuſis eccleſiaſtica
3 fiat tranſitoria ad quoſcunq; hæredes etiam extraneos, *Curt. Iun. conſ. 4. num. 1.* vbi quòd communis eſt omnium opinio; in verbis, *& quibus dederit, Clar. in §. emphyteuſis, q. 28. in fin. Rot. coram bon. mem. Card. Pamphilio in Imolen. Bonorum. 9. Martij. 1596.* quæ refert aliam in eadem cauſa *de anno 1592. & alia coram bon. mem. Card. Lancellotto anno* 1581. & tenuit etiam *in Bononien. emphyteuſis coram bon. mem. Penia 16. Iunij* 1597. *& in Nonantulana bonorum 14. Iunij 1610. coram Reuerendiſſ. Damaſceno, & coram Reuerendiſſ. Lugdunen. in Rom. Vinea 19. Ianuarij 1611. & in Rom. Emphyteuſis coram R. P. D. meo Caualerio 12. Nouembris 1612. & coram eodem in Bononien. prædij 10. Martij 1614.* & in feudo quando
4 inueſtitura eſt cum facultate alienandi, *Fab. de Ann. conſ. 53. num. 9. 10. 11. & 24. & ſeqq.* Præſertim quia d. clauſula eſt concepta per verbum vniuerſale, *quicquid, Rolan. conſ. 55. num. 43. vol. 3.* cum cumulatis per *Pereg. de fideicom. art. 52. num. 41. verſ. contrarium.* Et cum ſit ſinè reſtrictiua, non reducitur ad terminos ſti-
5 pulationis, vt declarat *Rota in d. Imolen. coram bon. mem. Card. Pamphilio,* vbi ita intelligit *deciſ. Pedem. 163. num. 5. & in d. Bononien. prædij coram R. P. D. meo Caualerio.* Quam opinionem (quicquid ſit quando dicta
B clauſula, *ad habendum*, eſt in parte executiua) B, ſe-
6 quitur Rota, quando eſt in diſpoſitiua, & eſt communis concluſio, de qua teſtatur *Becc. conſ. 88. num. 49. & Oſaſch. d. deciſ. Pedem. 161. in princ. & conſ. 16. num. 21.* vbi etiam dictam deciſ. declarat; quam opinionem veram etiam dicit *Vinc. Franc. deciſ. 6. num. 7. & ſequitur Rota in d. Nonantulana 14. Iunij 1610. & 31. Ianuarij 1611. coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno, & in d. Romana emphyteuſis, & d. Bononien. prædij coram Domino meo Caualerio*, & antea etiam ita diſtinctum fuit in ſupradicta *Rom. domus 9. Martij 1609. corā Domino meo Manzanedo*, & tunc dubitandum non eſſe, quin cenſeatur conceſſa licentia alienandi, dicit *Becc. d. conſ. 88. num. 49.* & faciunt tradita per *Corbul. de cau. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 7. & 8.* In propoſito autem dubitari non poteſt,
7 quin d. clauſula ſit nedum per verba diſpoſitiua, ſed etiam in parte diſpoſitiua, cum immediatè ſit poſt deſcriptionem bonorum cōceſſorum ante clauſulam, *hanc* &c. & ante promiſſiones ſolutionis canonis, vt declarat *Ladere. conſ. 1. num. 14. quem ſequitur Rota in d. Nonantulana 31. Ianuarij 1611. & in Bononien. de Bouijs 19. Nouembris 1612. coram D. meo Damaſceno, & in d. Romana emphyteuſis 12. Nouembris 1612. coram D. meo Ca-*
C *ualerio.* C, Et ceſſare videtur difficultas, ex conſuetu-
D dine Abbatiæ D, ſecundùm quam bona iſta locatitia ſunt ad inſtar allodialium redacta; adeo vt quilibet in
8 inueſtitura comprehenſus de illis diſponere poſſit *Rip. in l. in quartam num. 182. ff. ad l. Falcid. Guid. Pap. quæſt. 59. ſub num. 2. Gram. deciſ. 103. num. 125. & ſeq. cum alijs per Peregr. de fideicom. art. 6. num. 30. & art. 32. num. 53. & art. 36. num. 18. verſ. ſi autem feuda.* Quæ quidem conſuetudo fuit in ſimili locatione canonizata à Rota in alia *Farſen. bonorum 12. Decembris 1605. & 17. Aprilis 1606. coram bon. mem. Penia,* in qua reſolutū fuit, exiſtentē in vltima locatione potuiſſe per inſtitututionem hæredis, in præiudicium aliorum in inueſtitura comprehenſorum, diſponere: ex qua conſuetudine declarata fuerunt inueſtitura, & ſtatutum concedentia facultatem diſponendi, locatione durante: cum vtrumque ab illis interpretationem recipiat, vt de inue-
9 ſtitura *Bart. in auth. qui rem in fin. & Bald. in auth. ſi quas ruinas, num. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Butr. in cap. in præſentia, num. 13. & ibi Felin. num. 27. in fin. de probat. Ruin. conſ. 9. num. 95. cum pluribus ſeqq. lib. 1. & conſ. 368. num. 37. & ſeqq. lib. 4. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 28. in fin. verſ. vbi tam, Card. Mant. qui alios cumulat de tacitis lib. 22. tit. 19. num. 33.* & in conſuetudine Eccleſiæ *Alex. in l. etiam num. 4. ff. ſol. matr. vbi alleg. Ang. in §. emphyteuſim, de quo in gloſ. Butr. conſ. 23. num. 4.*

Ex hoc autem fundamento duo ſequuntur, Primum, quòd non deficiat poteſtas diſponendi, cum bona ſint verè hæreditaria: neque voluntas, quæ regulatur à poteſta-
10 te, & quòd ideo illa fuerunt comprehenſa ſub vniuerſali hæredis inſtitutione, *Aym. conſ. 256. num. 5. verſ. ſed hic, Natt. conſ. 139. num. 24. vſque ad 31. tom. 1. Socc. Iun.* qui de communi *conſ. 79. num. 13. lib. 4. & num. 16. & 17. Menoch. conſ. 129. num. 15. lib. 2.* & facit *deciſ. 154. parte 1. diuerſ. & in Romana domus 24. Maij 1579. coram Brauo, & in Romana deuolutionis domus 5.*

Apri-

Digitized by Google

Aprilis 1593. coram bon. mem. Penia. Prout etiam in
11 illa comprehēduntur, quando emphyteuſis eſt alienabi-
lis, ſecundùm Alex. conſ. 189. num. 11. lib. 3. Rolan. conſ.
42. num. 7. & 8. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 9. num. 103.
cum ſeqq. Fab. de Anna conſ. 86. per tot. Surd. conſ. 213.
num 5. Poteſtas enim alienandi conceſſa emphyteotæ
operatur, quòd emphyteuſis tranſeat etiam ad hæredes
12 extraneos, Dec. conſ. 171. num. 2. Cur. Iun. qui de
communi conſ. 4. num. 3. & conſ. 131. num. 2. Secun-
dum, quòd Tibaldo, non autem Buſſæ erat facienda in-
ueſtitura: quia iſtud ius eſt hæreditarium, & competit
13 ſolis hæredibus Gloſ. in l. 1. §. permittitur in verſ. impe-
trabile, & ibi Bart. ff de aqu. quot. & æſtiu. Imol. conſ.
38. col. 2. verſ. ſed de æquitate, Anchar. conſ. 134. in fin.
Alex. in l. ſi mihi, & Titio num. 19. ad fin. ff. de verb.
oblig. & conſ. 10. num. 11. lib. 3. & conſ. 161. num. 2.
verſ. tamen. intelligitur lib. 7. Afflict. deciſ. 392. num. 20.
Pariſ. conſ. 28. num. 5. lib. 1. Rolan. conſ. 3. num. 152. verſ.
3. lib. 1. Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. limit. 6. Surd. conſ.
181. num. 31.

Nec obſtat prætenſa incapacitas Tibaldi ex eo, quòd non
eſſet ſubditus Abbatiæ; quia videbatur ceſſare, cum ex
14 pacto in capitulis matrimonialibus adiecto, videatur
declaraſſe animum, contrahendi domicilium in patria
vxoris, prout poſtea ibi ſe contulit, habitauit, ac etiam
lite pendente deceſſit, ex doctrina Bart. in l. murileguli
num. 1. C. de murilegul. lib. 11. vbi Io. de Plat. col. 2.
verſ. facit etiam, Corſett. ſingul. 98. tum alijs per Gratian.
diſceptat. forenſ. cap. 109. num. 22. tom. 2. Ratio autem
15 eſt, quia ex neceſſitate reſidendi in loco quis efficitur
incola Innoc. in cap. examinatore poſt med. verſ. ſed loca
de priuileg. vbi Anchar. num. 8. & Anan. in cap. dilectus
il 2. ſub num. 5. verſ. facit etiam de reſcript. & fuit dictum
in Romana hæreditatis, ſeu Cenſus 8. Iunij 1558. coram
E bon. mem. Card. Platto. E, Et confirmatur, quia contra-
hitur incolatus ex declaratione voluntatis, iuncta domi-
cilij tranſlatione, etiam abſquè aliquo lapſu temporis,
Abb. in cap. fin. in fin. de Paroch. Corn. conſ. 209. ante
num. 3. verſ. nam in ſupplicatione lib. 1. Simon. de Præt.
conſ. 119. num. 9. Menoch. de Arbitr. caſ. 86. num 2. cum
16 alijs per Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 181. num. 10. par.
prima, & fuit reſolutum in Granaten. Capellaniæ 1. De-
cembris 1606. coram Reuerendiſſ. Lugdunen.

Minùs obſtat ſtatutum Farſenſe ſuper relocatione facien-
17 da proximiori in caſu deuolutionis ob finitam genera-
tionē; quia cum ex eiſdem ſtatutis, à conſuetudine, vt ſu-
pra, interpretatis, competat facultas de bonis diſponen-
di, erit in hoc capite intelligendum in caſibus, in quibus
non fuerit de bonis diſpoſitum, ne alijs cōtrarietur Bart.
in l. omnes Populi num. 35. verſ. quod puto verum, de iuſt.
& iur. & in l. 1. §. & parui ſub num. 5. ff. quod vi aut
clam, Pariſ. conſ. 97. num. 14. lib. 3. & faciunt tradita
per Oſaſc. d. deciſ. 164. num. 5.

Et vt recipiat interpretationem à conſuetudine, quæ eſt
optima legum, & ſtatutorum interpres, l. cum de inter-
pretatione ff. de legib. Rota in vna Romana de Mattæis 4.
18 Iulij 1572. coram Oradino, & in ſpecie de conſuetudine
in emphyteoticis, Simon de Præt. conſ. 106. num. 68.
& ex confirmatione inueſtituræ Tibaldi ſequitur exclu-
ſio Buſſæ, & ſic reſolutio ſecundæ partis dubij, &c.

ANNOTATIO.

A Licèt per clauſulam, Ad habendum, &c. cenſeatur conceſſa
emphyteutæ ampliſſima facultas alienādi bona emphyteu-
tica, vt firmatur in hac deciſione; tamen dicta facultas eſt
reſtricta, & limitata ad tempus durantis locationis; quia
19 in inueſtituris emphyteuſis ſemper apponitur clauſula,
durante locatione, quæ limitat, & reſtringit alienandi fa-
cultatem conceſſam per d. clauſulam ad habendum, ad tem-
pus durantis locationis Seraphin deciſ. 744. num. 8. & deciſ.
1290 num 12. Dec conſil. 170. alias 171. ſub num. 3. verſ.
quartò, & vlt. aduertendum eſt Rota in Imoleñ bonorum 6.
Nouembris 1617 coram Cardinali Sacrato, & in Farſeñ.
Saluiani 14. Iunij 1627. coram Reuerēdiſſ. D. meo Coccino
Decano, in qua hæc deciſio D. mei cum alijs plurib. allegatur.

B Clauſula, ad habendum, poſita in parte executiua
20 non alterat, neque ampliat diſpoſitionem principalem,
& non facit emphyteuſim tranſire in quoſcunq; extraneos,
Menoch. conſil. 604. num. 46. Barboſ. de clauſul. clauſ. 4.
num. 5. & 10. & ſequendo hanc deciſionem dixit Rota in
Fulginateñ emphyteuſis 20. Iunij 1622. coram bon. mem.
Vbaldo, et fuit etiam dictum infra deciſ 89. num. 12.

C Idem, allegata hac deciſione, dictum fuit in Bononien. de
Lutio 1. Martij 1619. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.

D De tali conſuetudine valde dubitauit Bald. conſil. 9. num. 6.
lib. 1. vbi illam ſacrilegio proximam appellat, tanquam
præiudicantem iuri Eccleſiæ, & facultatem per illam con-
ceſſam diſponendi liberè de bonis emphyteoticis eſſe in-
21 telligendam durante locatione, dixit Rota in d. Farſen. præ-
tenſi Saluiani 14. Iunij 1627. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano, quia cum ſit contra ius, recipit interpretationem
paſſiuam à iure communi Crauett. de antiquit. tempor. part.
4. §. videamus num. 49. at de iure communi res emphy-
teutica pignorari poteſt, durante ſolùm emphyteuſi, nam
illa reſoluta, reſoluitur quoque ius pignoris. l. lex vecti-
gali, & ibi Angel num. 1. verſ tertiò nota, ff. de pignor
Bart. in l indebiti §. 1. in fin. ff de condict indeb. & hanc de-
ciſionem cum alia Farſen. coram Penia, quatenus in eis di-
citur, ex tali conſuetudine dicta bona cenſenda eſſe allo-
dialia, Rota in d. Farſen præſenti Saluiani coram Reueren-
diſſimo Decano intelligit, vt cenſeantur allodialia, durante
ſolùm locatione, & non vltra.

E Gratian. diſcept. forenſ. 569. num. 10. hanc deciſionem
allegat, & alijs comprobat, & fuit hac ipſa deciſione al-
22 legata dictum in Rom. beneficiatus Sancti Petri 20. No-
uembris 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, in qua latè
quod per neceſſariam reſidentiam ſuperuenientem non
acquiratur domicilium in excluſionem Curialitatis antea
acquiſitę, de qua re infra in Auenionen. Archidiaconatus 18.
Februarij 1617.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Alerien. beneficij.

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Reſcriptum ſuper vna cauſa obtentum non ex-
tenditur ad aliam. Excommunicato ob non
paritionem literis Rotalibus, concedi non po-
teſt à Rota abſolutio ad cautelam, ſinè ſpe-
ciali commiſſione, & non parito iudicato.

SVMMARIVM.

1 Commiſſa cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrū aduer-
ſus ſententiam latam in vna cauſa, non poteſt pronuncia-
ri ſuper alia cauſa.
3 Signatura, non petitio attenditur, & quod commiſſum
non fuit dicitur fuiſſe neglectum.
3 Narrata, ac petita reſtringuntur, & limitantur per con-
ceſſionem, & ſignaturam.

4 *Excommunicatus abſolui non poteſt per Rotam ad cautelã, ſinè commiſſione ſpeciali.*

5 *Abſolutio non datur à cenſuris in Curia latis, niſi parito iudicato.*

DECISIO LXXXVIII.

SÆPIVS propoſito dubio ſuper eiſdem, DD. tenuerunt pro reuocatione ſententiæ Rotalis ex defectu iuriſdictionis, vt fuerat in fine deciſionis cõſideratum.

1 Primò, quia cum eſſet commiſſa tantũ cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam latam ſuper Eccleſia Sancti Saluatoris, non potuit ſuper Eccleſia Sancti Petri, pronunciari, *cap. P. & G. & cap. cum olim, il 1. vbi Abb. num. 11. & 12. poſt Gloſ. in verb. protinus, in fin. de offic. deleg. Gloſ. fin. in cap. edoceri, de reſcript. cum deductis in priori deciſione.* Et clauſula, *quam, & quas*, nõ legitur in ſecunda parte commiſſionis reſtricta ad cauſam nullitatis, & reſtitutionis in integrum, ſignatura
2 autem non petitio attenditur, & quod commiſſum non fuit dicitur fuiſſe neglectum, *vt not. Doctor. in cap. ſuper literis, de reſcript. Bald. in l. 2. num. 42. vbi Barbat. in addit. litera L. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. Alex. conſ. 94. num. 3. lib. 2. Corn. conſ. 312. in princ. lib. 3. Rot. deciſ. 28. vbi Papaz. num. 3. de reſcrip. in nou. idem Papaz. deciſ. 9. num. 5. eod. tit. Gabr. conſ. 28. num. 24. lib. 2.* cum alijs per *Decian. conſ. 86. num. 51. & ſeq. lib. 3.* nar-
3 rata enim, ac petita reſtringuntur, & limitantur per conceſſionem, & ſignaturam, *Abb. in cap. 2. verſ. notabis, & verſ. & hoc notabis de treug. & pac. Felin. in d. cap. ſuper literis, ſub num. 10. verſ. limita de reſcript. Iaſ. conſ. 173. num. 7. lib. 1. Ruin. conſ. 42. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. vlt. ſub num. 43. lib. 3.* Secundò, quia non potuit Andreas excommunicatus, ob non paritionem mandato
4 de manutenendo, ad fauorem Vincentij relaxato abſolui per Rotam ad cautelam, ſinè commiſſione ſpeciali, *Rot. deciſ. 3. de ſent. excom. in antiq.* vbi de obſeruantia huius Sacri Tribunalis, *Papaz. ad deciſ. 3. de renunc. in nou. Felin. in cap. apoſtolicæ, num. 20. col. pen. ante med. verſ. commiſſarius, de except.* Et à cenſuris in Curia latis
5 non datur abſolutio, niſi parito iudicato, vt teſtatur *Rot. apud Cardin. Seraph. deciſ. 432. num. 1.* Et ita deciſũ.

Amerina bonorum.

Lunæ 12. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Diuiſione ſimplici bonorum fideicommiſſo ſubiectorum inter cohæredes facta, non cenſetur remiſſum fideicommiſſum conditionale nondum purificatum, & futurum inter ipſos diuidentes reciprocum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale nondum purificatum remiſſum non cenſetur per ſimplicem diuiſionem bonorum eidem fideicommiſſo ſubiectorum, etiam ſi iuramentum interuenerit, num. 9.*

2 *Fideicommiſſum conditionale remiſſum non cenſetur ex ceſſione iurium.*

3 *Ceſſio iurium intelligitur de iuribus de præſenti, non autem de futuro, etiam ſi ad omnia iura in genere referatur, & requiritur expreſſa mentio, & quòd fuerit cogitatum de iuribus de futuro.*

4 *Fideicõmiſſum conditionale nondum purificatum remiſſum non cenſetur ex ſimplici diuiſione bonorum eidem ſubiectorum, etiam ſi ſit cum promiſſione de non contrauenicndo, ſed de habendo ratam, & gratam diuiſionem; ac etiam ſi ſit conuentum de non contraueniendo vllo vnquam tempore, & aliqua ratione, vel cauſa.*

5 *Fideicommiſſum conditionale quando non cenſeatur remiſſum, ex diuiſione bonorum eidem ſubiectorum cum clauſula*, ad habendum, *quæ non operatur in bonis quorum eſt ſecuta alienatio.*

6 *Clauſula*, ad habendum, *ceterata, & non extenſa cum licentia alienandi, illam importare non poteſt, & nullum operatur effectum.*

7 *Fideicommiſſo renunciatum non cenſetur ex diuiſione bonorum cum clauſula*, quòd diuidentes, pleno iure dominij, vel quaſi, bona ſibi obuenta poſſiderent.

8 *Fideicommiſſum remiſſum non cenſetur ex promiſſione euictionis, & ſuſceptionis litis.*

Promiſſio euictionis, & ſuſceptionis litis, non includit eam, quæ prouenit ex natura bonorum, vel ex facto auctoris, ibid.

10 *Fideicommiſſum non dicitur remiſſum ex clauſulis*, ad habendum, *& alijs poſitis in fine, & ſic in executiuis inſtrumenti diuiſionis bonorum eidem ſubiectorum.*

11 *Clauſulæ*, in fine inſtrumenti, *& ſic in executiuis appoſitæ contractus naturam alterare non poſſunt.*

12 *Fideicommiſſo renunciatum dicitur per diuiſionem inæqualiter, & contra teſtamentum factam, niſi fuerit erronea.*

13 *Fideicommiſſo per diuiſionem an ſit renunciatum, nec ne, attenditur ſubſecuta diuidentium obſeruantia.*

14 *Mens contrahentium arguitur etiam a geſtis poſt contractum.*

15 *Fideicommiſſum vt per alienationem remiſſum dicatur, non ſufficit alienatio neceſſaria, ſed requiritur voluntaria.*

16 *Fideicommiſſum non cenſetur renunciatum per diuiſionem factam, non ſolùm de bonis fideicommiſſarijs, ſed etiam proprijs.*

17 *Fideicommiſſo non cenſetur renunciatum per diuiſionem factam ab arbitris, non habentibus facultatem remittendi ius fideicommiſſi conditionalis, etiam ſi ſuper ea fuerit ſecutum laudum, & partium approbatio.*

18 *Diuiſione feudi, vel emphyteuſis non tollitur ius accreſcendi inter vocatos in inueſtituris antiquis.*

DECISIO LXXXIX.

EX lectura diuiſionum de bonis hæreditarijs q. Ioannis, ſeu Nannis de Geraldinis teſtatoris fideicommittentis, initarum inter equitem Ioannem Coſmum ex vna, & quondam Sfortiam ex altera dicti teſtatotis eorum patrui magni Nepotes, & præſertim illius del 1598. cenſuum, & locorum montium, ſuper qua conſiſtit tota difficultas, conſtat, non fuiſſe verbis expreſſis remiſſum fideicommiſſum reciprocum per dictum q. Ioannem factum inter dictos eius nepotes, quatenus aliquis decederet ſinè filijs; & ideo illi renunciatum dici non poteſt ex ſimplici diuiſione; in iſtis enim terminis quæſtionem non eſſe dubiam in fideicommiſſo (prout hoc de quo agitur) conditionali, & futuro etiam inter ipſos diuidentes reciproco, dicit *Ioan. Andr.*

Digitized by Google

Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §. in primis, lit. E,
verſ. tunc ſic, quem referunt, & ſequuntur in l. qui
Roma, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. Caſtr. num. 5. circa fin.
verſ. conclude ergo, Alex. num. 29. verſ. quinimò, Crot. num.
79. Rip. num. 41. Bologn. num. 3. & firmat ibidem Bart.
in 2. quaeſt. num. 10. Alberic. num. 15. verſ. interdum,
& teſtantur communem, & ab ea recedendum non eſſe
in iudicando, & conſulendo, Alex. ibidem num. 28. verſ.
ſecunda ſolutio, & verſ. ſed contra, Iaſ. num. 19. & num.
23. & 26. Rip. num. 38. 39. & 41. Crot. d. num. 79.
Socc. Iun. num. 52. Bolog num. 100. & 105. & notatur etiā
communiter in l. cum pater §. haereditatem ff. de legat. 2.
& plures ad hoc allegat Menoch. lib. 3. praeſumpt. 115.
num. 9. & ſequitur Rota in Hortana fideicommiſſi 8. No-
A uembris 1602. coram Reuerendiſſ. Bononien. A, Neque
etiam ex clauſulis in diuiſione appoſitis poteſt dici re-
nunciatum praedicto fideicommiſſo; non ex ceſſione iu-
2 rium ſibi inuicem facta ſuper partibus diuiſionum hinc
inde aſſignatis, quia intelligitur de praeſenti, non autem
3 de futuro, etiā ſi ad omnia iura in genere referatur Rip.
in d. §. duo fratres, ſub num. 46. verſ. 4. ampliatur, &
num. ſeq. Bologn. ibidem num. 110. in quinta ampliatio-
B ne B, de qua remiſſione non poteſt dici cogitatum
ſinè mentione iurium de futuro Bart. ibidem num. 10. in
fin. verſ. & aduerte, Rip. num. 7. verſ. ſed etiam procedit,
& fuit dictum in vna Leodien. fideicommiſſi 12. Decembris
1611. coram Reuerendiſſimo Damaſceno. Neque ex pro-
4 miſſione de non contraueniendo; ſed de habendo ratam,
& gratam diuiſionem Bart. vbi ſupra in 2. quaeſt. quem
ſequitur ibi Bald. in princ. Alber. num. 6. Alex. num. 31.
verſ. inueni poſtea, & de communi, & magis communi
Soccin. Iun. num. 50. 53. & num. 87. verſ. ex qua con-
cluſione, referens eius conſilium 120. in 1. volum. etiam ſi
ſit conuentum de non contraueniendo vllo vnquam
tempore, & aliqua ratione, vel cauſa Rip. in d. §. duo
fratres num. 44. Bologn. nu. 108. & 110. & de cõmuni plu-
res refert Menoch. d. praeſumpt. 115. num. 22. Neque
5 ex clauſula, ad habendum, tum quia cum ſit ceterata,
& non extenſa cum licentia alienandi, illam importare
non poteſt, & nullum operatur effectum Bart. enim &
6 alij in d. §. duo fratres expreſsè loquuntur, quando in
ea legitur extenſa praedicta facultas; & ita tenent Grat.
conſ. 22. num. 9. & alij allegati per Gab. de fideicom. concl.
C 1. num. 3. & ſeq. C, tum etiam quia iſta clauſula non
operatur in bonis, quorum non eſt ſecuta alienatio, ſe-
cundùm Bart. communiter receptum, vbi ſupra quaeſt.
8. num. 25. verſ. ſi verò alienatio Rip. num. 84. in fin.
verſ. limit. 1. & de communi Bologn. num. 165. & 168.
& alij latè Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 3. in
fin. verſ. ſi verò alienatio Gab. d. concl. 1. num. 33. Me-
noch. d. praeſumpt. 115. num. 84. & Peregr. de fideicomm.
art. 52. num. 44. Minùs etiam cenſetur remiſſum fidei-
commiſſum ex clauſula, quòd cenſus, & loca montium
7 pleno iure dominij, vel quaſi ſpectarent ad diuidentes
Crot. in d. §. duo fratres num. 75. qui reprobat contra-
rium tenentes, quem ſequitur Bologn. ibidem num. 106.
cum alijs per Menoch. dicta praeſ. 115. num. 72. qui omnes
ad id allegant text. in l. generaliter §. vlt. ff. qui, & à qui-
bus. Neque ex promiſſione euictionis, & ſuſceptionis
litis, quia non includit litem, quae prouenit ex natura
8 bonorum, & ex diſpoſitione authoris communis Bart.
in d. §. duo fratres, num. 10. Bologn. num. 106. in 2. li-
mit. Rot. deciſ. 211. num. 1. par. 2. diuerſor. cum allega-
tis per Menoch. d. praeſump. 115. num. 12. & ſeq. & Pe-
9 regr. d. art. 52. num. 69. Non denique ex iuramen-
to Rip. in d. §. duo fratres, num. 38. & num. 39. & dicit
eſſe veriſſimum Gabr. d. concl. 1. num. 2. & 3. Maluaſ.
conſ. 81. num. 60. & Peregr. d. art. 52. ſub num. 49. verſ.
ſi enim, nec in genere, nec in ſpecie. Quae omnia tanto
10 minus operantur, cum ſint in fine inſtrumenti, & ſic in
executiuis clem. 1. de praeb. plenè Oſaſc. deciſ. 164. num.
2. Franch. deciſ. Neapol. 6. num. 7. verſ. ſi autem verba
Curt. Iun. conſ. 3. num. 2. & 3. lib. 1. Menoch. conſ. 84.
num. 46. in terminis Marzar. conſ. 39. num. 5. cum alijs
per Peregr. d. art. 52. ſub num. 43. verſ. item aduerten-
dum, ſunt enim clauſulae apponi ſolitae de ſtylo, & con-
ſuetudine Notariorum, & ideo naturam contractus al-
11 terare non poſſunt Bart. in l. 1. quaeſt. 6 in fin. de iure
Codicill. quem ſequitur Decius conſ. 394. num. 8. verſ. 2.
poteſt reſponderi, Socc. Iun. conſ. 116. num. 29. vol. 3. Curt.
Iun. conſil. 101. num. 2. Marzar. d. conſ. 39. Sim. de
Pratis d. lib. 3. in fine num. 13. alias fol. 373. cum pluri-
bus cumulatis per Tiraq. in praefat. l. ſi vnquam num.
126. C. de reuoc. donat. Non obſtat, quòd ex quo fuit fa-
cta diuiſio dictorum cenſuum, & locorum montium
12 inaequaliter, quia Equiti Ioanni Coſmo fuerunt aſſigna-
tae duae partes ex tribus, & Sfortiae vna: & tamen iuxta
teſtamentum diuiſio erat aequaliter facienda, cum eſ-
ſent aequaliter ſubſtituti Numae Pompilio fratri Equitis
Ioannis Coſmi defuncto; ideo in neceſſarium antecedens
videatur renunciatum fideicommiſſo, per huiuſmodi
actum incompatibilem, ad tradita per Doctores in d. §.
duo fratres, Alex conſ. 100. num. 11. lib. 7. Aym. conſ. 24.
num. 2. verſ. tacitè etiam, & num 3. quia reſponſum
fuit, vel quòd non eſt incompatibile, niſi reſpectu fidei-
commiſſi purificati per mortem Numae Pompilij, non
autem reſpectu purificandi per mortem alterius ex di-
uidentibus: & in his terminis procedunt in contrarium
allegata. Vel quòd diuiſio fuit erronea reſpectu Sfor-
tiae: quod expreſsè patet, quia Eques Ioannes Coſmus
fuit admiſſus vel frater, & proximior, ac haeres ab
inteſtato, vt ex verbis diuiſionis, excluſo Sfortia: ex
quo errore non poteſt dici renunciatum fideicommiſſo,
imò renuntiatio eſſet ex parte Sfortiae tantùm in dicta
parte Numae Pompilij, non autem in parte tunc poſſeſ-
ſa per diuidentes in euentum purificati fideicommiſſi
per tradita à Curt. Iun. conſ. 125. num. 4. & 6. &
Ruin. conſ. 166. num. 5. lib. 2. Conſiderabant etiam
Domini, multum facere pro non remiſſione fideicom-
13 miſſi obſeruantiam ſubſecutam; quia Eques Ioannes
Coſmus anno 1601. recepit pretium annui cenſus hae-
reditatis Nannis, & illud reinueſtiuit in tot locis mon-
tium, cum narratiua dicti fideicommiſſi, & conditione,
quòd fructus talium locorum montium ad ipſum per-
tinerent eius vita durante, ſecundùm diſpoſitionem
teſtamenti eiuſdem Nannis, prout in literis patenti-
bus dicti Nannis in eius ſummario num. 4. Et Sfortia
dicto anno 1601. occaſione ſimilis cenſus, & alienatio-
nis illius faſſus fuit in inſtrumento, ſuppoſitum eſſe fidei-
commiſſo dicti Nannis, ac promiſit, pro dicto cenſu alia
bona libera dicto fideicommiſſo ſupponere in d. ſum-
mario num. 5. Et vtraque etiam pars, poſt factas diui-
ſiones mentionem fecit de aliquibus locis montium
ad dictum fideicommiſſum ſpectantibus, & poſtmodum
de anno 1603. Eques Ioannes Coſmus, & Sfortia eme-
runt poſſeſſionem, pro cuius pretio dederunt in ſolutum
tot annuos cenſus ad dictam haereditatem ſpectantes,
cum expreſſione, quòd talis poſſeſſio ſubiaceret fidei-
commiſſo loco dictorum cenſuum iuxta formam te-
ſtamenti dicto ſummario num. 4. Ex quibus actibus du-
bitari non poſſe videtur de partium intentione, quòd
ſcilicet per praedictas diuiſiones noluerunt à fideicom-
miſſo recedere, cum etiam à geſtis poſt contractum
14 mens contrahentium arguatur ad text. in l. Iulianus §.
proinde ff. ad Macedon. in terminis Ruin. conſ. 147. num.
15. in fin. lib. 2. Mandell. conſ. 74. num. 7. & 8. Mar-

zar. d. conſ. 38. num. 8. verſ. poſtremò. Nec viſum fuit Dominis, reſultare contrariam obſeruātiam ex eo, quòd Sfortia plures pecuniarum ſummas receperit, in extinctionem cenſuum ſibi obuentorum in diuiſione; quia iſti erant actus neceſſarij ex Bulla fel. rec. Pij V. de cenſib. & ideo ex his inferri non poteſt ad talem alienationem,
15 quæ inducat remiſſionem fideicommiſsi, ad quem effectum non ſufficit alienatio neceſſaria ex lege, ſed requiritur, quòd illa proueniat ex mera hominis voluntate, *vt per Ruin. conſ. 147. num. 6. lib. 2. & Peregr. d. art. 52. num. 46. verſ. communis traditio*, & magis attendendæ ſunt confeſsiones factæ, quòd cenſus iam diuiſi eſſent fideicommiſſarij; & in omnem caſum expreſsè conſtat, quòd poſt diuiſiones fuerunt factæ reinueſtituræ, & ſubrogationes loco cenſuum fideicommiſſariorum. Ex quibus reſultat reſolutio, etiam quoad alias diuiſiones, videlicet primam mobilium *de anno* 1596. 15. *Iunij* quæ non fuit diuiſio, ſed confeſsio diuiſionis iam factæ mobilium, & pecuniarum, & ſinè aliqua clauſula, ad habendum, vel æquipollenti ad inducendam renunciationem; & quoad ſecundam ſtabilium eiuſdem anni 17. Nouembris, quæ fuit facta per Arbitros diuiſores à partibus electos, qui eiſdem partibus aſsignarūt bona diuiſa, ſinè aliquibus clauſulis. Et etiam quia in hac eadem diuiſione venerunt bona propria diuidentium, & ſeparata à bonis fideicommiſſo ſubiectis, in quibus, cum potuerit renonciatio generalis verifi-
16 cari, ideo illa non eſt referenda ad ius proueniens ex fideicommiſſo, vt declarat *Bart. in d. §. duo fratres quæſt. 6. in fin. Mandell. d. conſ. 74. num. 10. in fin. & num. ſeq. Becc. conſ. 111. num. 26. & ſeq.* cum alijs *per Peregrin. artic. 52. num. 32. ad med. verſic. ſi verò ad alia iura.* Ex diuiſione, & aſsignatione facta ab Arbitris, cum de ipſorum facultate remittendi ius fideicommiſsi conditionalis, non conſtet, nulla ſequitur renunciatio ſimilis
17 fideicommiſsi, etiam ſi ſuper ea fuerit ſecutum laudum, & partium approbatio *Socc. Sen. conſ. 251. num. 18. & ſeq. lib. 2. Odd.* qui multos cumulat *conſ. 49. num. 8. Caball. conſilio deciſiuo 75. num. 5. 6. 7. & 8. & Peregr. d. art. 52. num. 43. verſ. hac autem*, cum alijs per eum allegatis.

Ex quibus fuit reſolutum, non obſtare iuramentum, nec diuiſionem, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Ruin conſil. 172. num. 4 lib. 1. & conſil. 137. num. 6. lib. 2. Dec.* qui teſtatur de magis communi, & quòd ab ea in conſulendo, & iudicando non ſit recedendum, *conſil. 86. num. 4. & conſil. 243. num. 2. & conſ. 287. num. 16. Pariſ. conſ. 46. num. 9. & conſil. 55. num. 13. lib. 2. Roland. conſ 34. num. 73. & conſil. 51. num 15. lib 4.* vbi de communi, *Decian conſ 41. num 159. conſil. 52. dub. 1. lib. 1. conſ. 3. num. 112. lib. 3. & conſil. 33. num. 29. lib. 5. Riminald Iun conſil. 80. num. 39. lib. 1. Honded. conſil. 33. col. 1. lib. 1. Peregrin conſ 92. lib. 1. & de fideicommiſſ. art. 52. num. 10. & ſeq. Fuſar.* qui plurimos congeſſit, & in ſpecie hanc deciſionem allegat, *de ſubſtitut quæſt. 593. num. 5.* & per totam quæſtionem fusè tradit, an, & quando per diuiſionem, vel tranſactionem fideicommiſſo renunciatum dicatur.

B *Bald. conſ 38 num. 1. verſ tertia ratio, & verſ quinta, & ſexta ratio, lib. 2. Felin. in cap. ſi diligenti, num. 33. verſ decimò fallit, de for. compet. Dec. in l. 1. num. 32.* vbi etiam *Rip. num. 26. C. de pact. Grat. conſ. 173. num. 44. lib. 1. Riminald Iun conſ. 204. num. 79. & ſeq. Dec conſ. 86. num 4. verſ ſed tamen his non obſtantibus, Rota in Vrbeuetana hæreditatis 14. Iunij 1623. & 22. Martij 1624. coram bon. mem. Patriarca Manzanedo*, in quibus hæc deciſio canonizatur, *Mantic deciſ. 373. num. 5.* & alij, quos refert, & ſequitur eadem *Rota in Rauennaten emphyteuſis 14. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua firmatur concluſio, quòd per diuiſionem rei emphyteoticæ, vel feudi non tollitur ius accreſcendi competens vocatis in antiquis inueſtituris, ſequendo *Bartol.* & alios relatos à *Menoch. conſ. 974. num. 6. Honded. conſ. 36. num. 19. lib. 1. Peregrin. conſ. 105. per tot. lib. 1.* & alios, ea ſcilicet ratione, quia renunciatio in diuiſione facta non trahitur ad ius competens de futuro.

C *Fuſar.* pluribus relatis *d. quæſt. 593. num. 11. iuncto num. 17.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Barchinonen. Parochialis.

Argumentum patet ex ſummario.

Veneris 16. Ianuarij 1615.

SVMMARIVM.

1 *In concurſu ad Parochiales requiritur approbatio, vltra literaturam, & ſcientiam, etiam circa ætatem, mores, & prudentiam.*

2 *Approbatio circa literarum, & mores tàm coram Ordinario, quàm coram Metropolitano requiritur.*

DECISIO XC.

1 DOMINI dixerunt, neutrum concurſū eſſe attendēdum. Relatio enim examinatorum coram Ordinario ſuper ſola ſcientia, & literatura Balthaſſaris deficit circa ætatem, mores, prudentiam, & alias res ad vacantem Eccleſiam regenda neceſſarias *iux. ſac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. verſ. peracto, de reformat.* Prout etiam ſæpius tenuit *Rota, vt in Beneuentana coram bon. mem. Orano, & in Rauennateñ coram Illuſtriſſimo Arigonio, & in Nullius coram Reuerendiſſimo Bononieñ* relatis in prima reſolutione coram me in hac cauſa facta 29. *Nouembris* 1613. & in alijs hodie allegatis per informantes; & eodē quoque defectu, DD. dixerunt, laborare relationem examinatorum coram Metropolitano, & in ea fuiſſe neceſ-
2 ſariam eandem formam à Concilio præſcriptam circa relationem coram Ordinario faciendam, videlicet ſuper idoneitate eligendi, quæ ad effectum obtinendi parochialem non conſiſtit in ſola ſcientia, & literatura, ſed etiam in alijs ſupradictis; quod & videtur annuere *Bulla Pij V.* ſuper collatione Parochialium, dum tàm coram Ordinario, quàm coram Metropolitano, ſeu alio Iudice appellationis nihil magis deſiderat, quàm idoneitatem, & ibi *circa fin. ſub verſ. vt autem non ſolum*. Et ſic nulla poteſt diuerſitatis ratio conſiderari, imò eadem militat in vtroque concurſu, ne videlicet indigni, ſed magis idonei recipiantur ad curam, & regimen animarum.

Et ideo fuit reſolutum vt ſupra, &c.

Digitized by Google

Romana Palatij.

Lunæ 19. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Executio facta pro pluri, quàm ſit debitum, & ſic partim pro vera, & partim pro falſa cauſa eſt in totum nulla; & conſequenter irritæ ſunt ſubhaſtationes, & deliberatio inde ſubſecutæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor non habens ſe pro ſpoliato eſt manutenendus.*
2 *Decreta executionis mandati facta pro pluri, quàm ſit debitum, & ſic partim ex vera, partim ex falſa cauſa debiti ſunt in totum nulla.*
3 *Subhaſtatio, & deliberatio factæ vigore executionis nullæ, tanquam prouenientes à radice infecta irritæ ſunt.*
4 *Executio, vel ſubhaſtatio facta pro maiori ſumma, quàm debita, eſt nulla.*
5 *Subhaſtatio non vitiatur, ſi fiat de re maioris valoris, quã ſit debitum, ſed illud plus reſtituitur debitori.*
6 *Mandata relaxata in Tribunali A. C. ſubſtinentur pro ſumma debita ex ſtylo & æquitate, ſecus autem, ſi illorũ vigore ſecuta eſt executio.*

DECISIO XCI.

POSSESSIO Illuſtriſſimi D. Alæ, Archiepiſcopi Vrbini, palatij ad montem Iordanum non fuit controuerſa ante executũ mandatũ, de quo infra, nec cõtrouerti potuit: cum notorium ſit, dictum palatium aliàs per eundem D. Archiepiſcopum, tũc Vrbis Gubernatorem, iure inquilinatus fuiſſe retractum, & ad eius vitam emptum à D. Iulio Magalotto, poſteaq; vſq; ad eius diſceſſum ab Vrbe inhabitatum, & exinde locatum Illuſtriſsimo D. moderno Gubernatori, cum penſionum ſolutione, & perceptione. Ex quibus indubitata viſa fuit dicta poſſeſſio, quæ etiam iuſtificatur ex mandato executiuo, de quo infra, ſuper dicto palatio executo. Et ideo
1 fuit eidem D. Archiepiſcopo conceſſa manutentio, cum non depoſuerit animum poſſidendi, nec ſe habuerit pro ſpoliato, *Put. deciſ. 409. in fin. lib. 2. in nouiſs. Card. Seraph. deciſ.* 1041. *num.* 3. Nec dicta poſſeſſione priuatus fuit D. Archiepiſcopus ex ſubhaſtatione, & deliberatione palatij ad inſtantiam DD. de Donis pro eorum prætenſo credito pecuniario, & in vim mandati executiui relaxati pro ſumma ſcut. 3966. cum poſſeſſione pro D. Magalotto capta; nam d. mandatum executum fuit ad fauorem DD. de Donis relaxatum 10. Aprilis 1612. pro ſumma ſcut. 3966. monetæ pro ſorte, & cambijs, & poſt illud exactæ fuerũt infraſcriptæ ſummæ per DD. de Donis; videlicet, à D. Gubernatore inquilino in duabus partitis pro penſione ſcut. 482. monetæ, & à DD. fratribus eiuſd. D. Archiepiſcopi lib. 645. 23. Martij 1613. vt ex partitis extractis ex libris DD. de Donis *in ſummario Archiepiſcopi num.* 6. Quæ lib. 645. fuerunt remiſſæ DD. de Donis, ex Ciuitate Cremonæ per Horatium Morengum eorum reſpõſalem, in vim concordiæ inter eum nomine dd. de Donis ex vna, & fratres eiuſdem D. Archiepiſcopi ex alia initæ contemplatione dicti D. Archiepiſcopi 24. Nouembris 1612. *in eius Summario num.* 4. & nihilominus nulla habita ratione, nec diminutione dd. ſummarum, dictum mandatum fuit pro tota ſumma ſcut. 3966. pro qua fuerar relaxatum de anno 1612. executum ſuper d. palatio, quod fuit captum in pignus ſub die 22. Martij 1614. *ſummario Magalotti num.* 10. & 27. *Ianuarij* 1614. factum decretum de conſignãdo *d. ſummario num.* 8. *et* 8. Februarij de deliberando, ibidem *num.* 9. pront ſecutum fuit, vt ibidem *num.* 10. Vndè dd. decreta tanquam exceſſiua, & partim ex vera, &
2 partim ex falſa cauſa debiti facta fuerunt in totum nulla *ad tex. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum, ff. de cond. indeb. vbi Bart. num. 6. Bald. & Caſtr. num. 2. Iaſ. num. 1. & 2. Flor. de S. Petro. in l. in hoc iudicio, num. 4. ff. fam. erciſ. Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, num. 8. ver. ſecundus ſi iudex, ff. ſi cert. pet. & ibi Soccin. num. 29. cum ſeqq. Dec. num. 4. Raph. Cuman. in l. iuſtè poſſidet num. 2. in fin. & num. 3. de acquir. poſſ. & ibi Alex. num. 20. Roman. in l. ſi. is ad quem, num. 8. ff. de acquiren. hæredit. & in l. 1. § penult. num. 36. ff. de verb. obligat. Fulgoſ. conſ. 137. col. 2. in princ. verſ. circa primum,* cum alijs per
3 *Tiraq. de retr. lignag. §. 23. gloſ. 1. num. 23* & conſequenter ſubhaſtatio, ac deliberatio ſubſecutæ à radice infecta profectæ nullæ fuerunt, ex præallegatis, & dixit *Rota coram bon. mem. Iuſto in Romana ſpolij domorum 21. Februarij 1600. & coram me in Romana ſpolij 9. May præ-*
A *teriti.* A,

Quæ nullitas ſufficere viſa fuit DD. prætermiſſis alijs, quæ dicebantur ſuper nullitate liquidationis cambiorum, ex eo; quòd licèt electa fuiſſet via iudicialis, peritus tamen non retulit in actis, nec cum iuramento, nec vidit literas, aut libros: ſed ſtetit ſimplici informationi procuratoris DD. de Donis, vt ipſe aſſerit in relatione, quam facere dixit, ſinè præiudicio ambarum partium; & nihilominus fuerat oppoſitum, & proteſtatum in actis pro parte D. Archiepiſcopi, quòd non poterat deueniri ad aliquam relaxationem mandati, attento quòd agebatur ſuper cambijs, quæ adhuc liquidata non fuerant: vel quatenus appareret de aliqua liquidatione, facta erat per aſſertum peritum partis aduerſæ, in quem d. Archiepiſcopus non conſenſerat, vt ex fide data.

Ex quibus fuit ita concluſum.

ANNOTATIO.

A Et ſufficit quilibet exceſſus, & in qualibet parte, etiam
4 in minimo, vt executio, & ſubhaſtatio ſint nullæ, *Pariſ. conſ. 81. num. 36. lib. 2. Rota deciſ. 359. num. 8. par. 1. recent. & penès Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 1. num. 13. & coram Gregor. XV. deciſ. 198. num. 1. vbi Adden.* hac deciſione allegata, *num.* 31. Non vitiatur tamen executio, & ſubhaſtatio factæ ſuper re maioris valoris, quàm ſit de-
5 bitum, ſed illud plus reſtituitur debitori, *vt latè dictum fuit ſupra deciſ. 49. num. 13. & in annot. lit. A.*

Suſtinetur tamen mandatum relaxatum in Tribunali A.C. pro ſumma debita ex ſtylo Tribunalis, & ex quadam æquitate: cum pro dicta ſumma de nouo eſſet relaxan. *Ang.* & alij *in l. ſi finita. de dam. inf. Crau. conſ. 37. num. 7. Gozzad. conſ. 21. num.* 36. vbi de communi, *& conſ. 74. num.* 167. Ex qua æquitate prouenit d. ſtylus A.C. *Tiber. Saluſt. in praxi lib. 1. cap. 37. num 4. &* Signaturæ Iuſtitiæ, de quo atteſtatur *Marcheſ. de commiſ. reſt. in integ. par. 1. §. 1. num. 165. in fin. fol.* 112. Rota verò licèt videatur ſeruare contrarium tamen *in deciſ. 40. 51. & 66. apud Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam.* loquitur in caſibus, in quibus non ſolum erat relaxatum mandatum, ſed etiam facta erat executio, quo caſu non ſubſtinetur neque de æquitate.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Palentina Cappellaniæ.

Lunæ 26. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

De progenie dicuntur deſcendentes ex linea maſculina tantùm, non autem ex fœminina. Cappellania non dicitur ſacerdotalis, licèt fundator mandauerit, in ea inſtituendum certas miſſas celebrare; quia ſufficit, quòd per alium ſubſtitutum celebrare faciat.

SVMMARIVM.

1 *Progenies comprehendit deſcendentes ex maſculis tantùm, non autem ex fœminis, fallit vt in num. 6.*
2 *Cappellania non dicitur ſacerdotalis, quamuis fundator diſpoſuerit, in ea certas miſſas celebrari, & num. 3. & 4.*
4 *Cappellanus poteſt per ſubſtitutum celebrare, quando onus celebrationis ipſimet expreſsè impoſitum non eſt.*
5 *Iniuſtitia quælibet, etiam non notoria eſt ſufficiens cauſa reſtitutionis in integrum.*

DECISIO XCII.

ANDREAS de Penilla per Ioannem eius patrem Patronum cappellaniæ in Eccleſia S. Mariæ de Aſtudillo ad eã tunc vacantem præſentatus, veniebat præferendus Petro de Valbuena in illius prouiſione, & collatione ex forma teſtamenti Didaei d. Ioannis fratris, & Andreæ patrui fundatoris d. cappellaniæ, qui enixè mandauit in teſtamento, quòd clericus de ſua progenie, & magis propinquus alteri præferretur. Talis enim eſt d. Andreas, cum ſit nepos ex fratre, & ſic de progenie fundatoris, & propinquior, quàm ſit Petrus illius aduerſarius, qui, vt dicũt teſtes in eius *ſumm. num.*
1 4. eſt in tertio gradu affinitatis, & ideo cùm à maſculis non deſcendat, de progenie dici non poteſt, *Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. perſonis lit.* A, *verſ. quid de verbo. progenie, ff. de iur. immun. Roman. in rub. ff. ad S. C. Syll. num. 5. Caſſad. deciſ. 1. de iur. patr. num. 2. in fin. Surd.*
A *de aliment. tit. 1. q. 16. num. 3.* A, & conſtat etiam de idoneitate Andreæ, cùm tunc eſſet clericus, vt ex literis Ordinarij proceſſ. fol. 119. ætatis ann. 16. vt ex fide baptiſmi *d. ſummario num. 3.* Nec obſtare dixerunt DD. quòd cùm fundator mandauerit in d. cappellania celebrari Miſſam diurnam pro mortuis, & etiam in die feſtiuita-
2 tis omnium Sanctorum, ideo Cappellanus, & ſic præſentandus debeat eſſe ſacerdos, qui per ſe ipſum poſſit dd. miſſas celebrare, *iuxta conſ. Barbat. 33. num. 6. & 7. lib. 2. Dec. 129. num. 5. & Rot. in vna Romana cappellaniæ 19. Martij 1586. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio* cùm allegatis *per Gonzal. ad reg. 8. gl. 5. num. 73.* Nam Rota ſequitur cõtrariam opinionem, quòd talis cappellania perſonalem reſidentiam non requirat, ſed ſufficiat, ibi diuina per alium celebrari, quæ fuit *Lapi alleg. 35. num. 2. & alleg. 117. num. 2. verſ. quod autem*, qui loquitur in ſpecie noſtra, *& Apoſtill. ad d. alleg. Lapi* quem refert & ſequitur *Cardin. in cap. de multa §. fin. in fin. verſ. 5. quæro, de præbend. vt in deciſionibus Romana cappellania 23. Ianuarij 1589. coram eod. Card. Pamphilio*, in qua receſſum fuit à ſupradicta de anno 1586. *& in Lucana cappellania 12. Decembr. 1593. coram bon. mem. Gipſio*, & in alijs relatis *per Gonzal. vbi ſupra num. 74.*
3 *& ſeqq.* Et ideo nihil faciũt verba illa, *ſit ad illud idoneus*, in quibus fiebat vis pro Valbuena, quaſi fundator voluerit idoneitatem in præſentãdo pro celebratione Miſſarum. Quia vltra quòd videntur referri ad ſeruitium, non ad celebrationem Miſſarum, cum non expreſſerit, quòd eſſet idoneus ad celebrandum per ſe ipſum, dicitur idoneus etiam ſi per ſubſtitutum ex d. opinione Rotæ, vt *in d. Lucana coram Gipſio*, in qua aderant verba ſatis præciſa, nempè quod eligeretur presbyter idoneus, qui Miſſam celebraret, & ſimilia etiam erant *in d. Romana coram Card. Pamphilio.* Quam opinionem cum ſequatur etiam Sacra Illuſtriſſimorum Concilij Trid. interpretum Congregatio, *vt in vna Piſtorien. relata in dd. deciſionibus & per Gonzal. loco citato, et in alia Par-*
4 *men.* nulla ſupereſt dubitatio. Tãtò magis, quia fundator non videtur reſpexiſſe ad perſonalitatem, nec voluiſſe arctare cappellanum ad celebrãdum Miſſam quotidianã: quia non legitur hoc expreſsè diſpoſitum, ſed ſolùm quòd d. Miſſa celebraretur, vt ibi, *Quòd celebretur Miſſa recitata qualibet die*, & rurſus, dum nominato Patrono eius fratre, & eius deſcendentibus, ſubiunxit; *Qui quidem Patronus habeat curam, quòd deſeruiatur in dicta cappellania*, & ſic indefinitè locutus eſt reſpiciendo effectum ſeruitij.
Et propterea DD. dixerunt, ex præmiſſis reſultare notoriam iniuſtitiam duarum ſententiarum in partibus ad fauorem Valbuenæ, & contra d. Andream latarum, &
5 conſequenter cõſtare de cauſis reſtitutionis in integrũ, pro qua obtinenda ſufficit quælibet iniuſtitia etiam non notoria, *Rot. deciſ. 351. num. 5. par. 1. diuerſ. et apud Card. Seraphin. deciſ. 251. num. 2. par. 1.*

ANNOTATIO.

A Adde *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt 335. num. 6. vbi num 7. poſt Gozadin. conſ. 45. num. 10. & Cephal. conſ. 311. num.*
6 *26.* declarat, eo caſu fœminas, & deſcendentes ab eis non contineri progeniei appellatione, quando teſtator voluit conſulere agnationi, & ad materiam vide infra *in Segobien. cappellania 24. Ianuarij 1624.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Iacen. Vicariæ.

Veneris 30. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Eccleſia dicitur pleno iure ad Monaſterium ſpectare, quando in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiecta eſt.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ dicuntur pleno iure ad aliquem pertinere, quando in ſpiritualibus, & tẽporalibus eidẽ ſubiectæ ſunt, et num. 3.*
2 *Monaſterium, quod fuit vnà cum Eccleſijs illi conceſſis ab omnimoda iuriſdictione Ordinarij exemptum, videtur habere ſpiritualia, et temporalia.*
4 *Rex non poteſt donare Eccleſias, in quibus nullum ius habet.*
5 *Donatio in dubio præſumitur facta de iuribus, quæ quis habet.*
6 *Confirmatio habet vim nouæ conceſſionis.*
7 *Vicarium in aliqua Eccleſia deputãdi quaſi poſſeſſio arguit Monaſterium eſſe talis Eccleſiæ proprietarium, ac penes illud eius curam reſidere.*

DE-

Google

DECISIO XCIII.

PAROCHIALEM S.Saluatoris loci
nũcupati de Sancta Cæcilia, Diœc. Iacen.
ſpectare ad Monaſterium S. Ioãnis de Pinna Ordinis Sancti Benedicti,
DD. concluſerunt. Habet enim intentionem fundatam in antiquiſſimo in-
ſtrumento donationis ad eius fauorẽ
factæ à Ranymiro Aragonũ Rege de anno 1063. quam-
plurium locorum, & Villarum, & inter cetera illius de
Sancta Cęcilia cum omnibus ad ius regale pertinẽtibus,
& cum ſuis Eccleſijs, decimis, primitijs, & oblationi-
bus, & c. Quæ poſtmodum, fuit à Sanctio Rege, & Pe-
tro eius filio renouata, ac demum per Summos Ponti-
fices Alexandrum II. & III. Vrbanum II. & Benedictum
XIII. ex certa ſcientia confirmata. A quibus etiam dictæ
Eccleſiæ fuerunt eidem Monaſterio conceſſæ cum om-
nibus ſuis membris, & pertinentijs, & vnà cum Mo-
naſterio in ius, & proprietatem Apoſtolicæ Sedis ſuſcé-
ptæ, eique immediatè ſubiectæ, & ab omni Ordinariorũ
iuriſdictione exemptæ, & præſertim in confirmatione
Alexandri Tertij facta fuit mentio in ſpecie Monaſterij
Sanctæ Ceciliæ vna cum Eccleſijs, & Villis, vt ſupra.
Quæ cõfirmationes Summorum Pontificum videntur ſuf-
1 ficere ad hoc, vt Eccleſia dicatur ſpectare pleno iure ad
Monaſterium, *iuxta Gloſ. in Clem. 1. §. quidam etiam in
ver. ad menſam. verſ. iſtud autem de exceſſ. Prælat. quam
ſequuntur ibi Card. in §. præſentatos quæſt. 5. num. 4. Ab-
bas in cap. de Monachis ſub num. 9. de preb. Io. de Anan.
in cap. vt ſuper num. 3. vbi Imol. ſub num. 8. verſ. quo-
modo autem, de rebus Eccl. non alien.* Et in alia ſimili do-
natione Monaſterio eiuſdem Ordinis à Rege Sanctio fa-
cta cum ſola auctoritate Ordinarij fuit dictum *in Pam-
pilonen. de Stella* 14. *Decembris* 1598. *coram bon. mem.
Card. Seraphino inter impreſſ.* 1304. *par.* 2. *Et in ead.* 28.
Februar. 1606. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*, & in ſi-
mili donatione Regia à Papa confirmata dictum fuit *in
Vlixbonen. iuris conferendi* 2. *Decembr.* 1605. *coram bon.
mem. Litta.* Quod eo magis videtur dicẽdum in iſto ca-
ſu; quia, vt dictum eſt, Monaſterium, vnà cum Eccleſijs
2 illi conceſſis fuit ab omnimoda iuriſdictione Ordinarij
exemptum, & in ius, ac proprietatem Apoſtolicæ Se-
dis ſuſceptum; & ita cum conceſſio videatur facta, quò
ad temporalia, & ſpiritualia, iuxta *conſ. Card.* 47. Ideo
Eccleſiæ conceſſæ dicuntur ſpectare pleno iure ad Mo-
3 naſterium, *Gloſ. in cap. 3. §. in Eccleſiis ver. pleno iure de
priuileg.* quam ſequuntur ibi idem Card. *num.* 1. *& Bu-
tr. num.* 26. *& eadem Gloſ. in cap. quoniam in vèr. vtroque
iure, extra eod. Abbas in cap. cum inter num. 12. & ſeq. de
A ſent. & re iudic. Caputaq. dec. 297. nu. 7. par. 1.* A, Nõ
obſtat, quòd Rex non poſſet donare Eccleſias, in quibus
4 nullum ius habebat, ad quod allegabatur *deciſ. in Vlix-
bonen. iuris conferendi* 21. *Aprilis* 1606. *coram bon. mem.
5 Litta*; & ſic intelligatur donaſſe ſolum ius, quod habebat
*cap. paſtoralis de donat. Alex. conſ. 47. num. 2. & ibi Add.
lib. 3. Dec. conſ. 492. num. 10. & poſt eos Card. Mantic.
B de tac. & ambig. lib. 13. tit. 23. num. 7.* B, nam vltra
quòd iſtud, ſecundùm eos, procedit in dubio, in hoc au-
tem caſu verba conceſſionis ſunt ampliſſima, & ſpecia-
liſſima; quia Rex poſt donationem omnium iurium Re-
galium, veluti ampliatiuè ſubiunxit, *cum ſuis Eccleſijs,
primitijs, & oblationibus*, &c. Quicquid ſit, attentis ſo-
lùm donationibus à dd. Regibus factis, ceſſant omnia ex
d. confirmatione Alexandri III. cum ſit ex certa ſcien-
tia, & ſpecifica per illa verba, *Confirmamus vobis Mo-
naſterium S. Cæciliæ cum Eccleſijs*, &c. Quatenus enim
cõceſſio Regis quo ad dictam Eccleſiam eſſet inualida,
6 confirmatió iſta vim nouæ conceſſionis haberet *Fel. in
cap. inter dilectos, num. 14. de fid. inſtr. Dec. conſ. 184.
num. 8. per l. adoptio la ſecunda ff. de adopt. idem Dec. cõſ.
341. num. 7. ad med. verſ. ſed in caſu, Pariſ. de commu-
C ni conſ. 19. num. 15. lib. 1.* C, Et *deciſio Vlixbonen.* erat
ſolùm reſtricta ad ius Regale, adeo, vt neque etiam, vt
in ea dicitur, ius decimarum contineretur. Et amplius,
quòd Eccleſia prædicta ſpectaret pleno iure ad Mona-
ſterium, coadiuuatur ex illius quaſi poſſeſſione deputan-
di in ea Vicarium, & præſertim ab anno 1562. & citra,
7 vt ex inſtrumentis deputationis continuatis, & effectũ
ſortitis *in Summario Abbatis num. 4. & 5.* ex ea enim
infertur, Monaſterium eſſe proprietatium, ac penes il-
lud curam reſidere *cap. extirpanda, §. qui verò de præben
& ibi Abb. num. 6. Vital. in clem. 1. num. 84. de exceſſ.
Prælat. Et in clem. 1. ſub num 7. de off. Vicar. Rot. d. de-
ciſ. 798. num. 5. par. 1. & in Vlixbonen. iuris conferendi*
15. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſsimo Lancellotto*.
Et ideo fuit vt ſupra concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 93. num. 7. Sayr. de cen-
ſur. lib. 1. cap. 6. num 12. Eraſm à Cochier. de iuriſdict. Or-
dinarij in exemptos par. 2. quæſt. 77. num. 2. Auguſtin. Bar-
boſ in collect. ad cap quoniam 21. num 2. cum ſeqq. de pri-
uileg & in tract. de clauſul. vſu freq. clauſ. 101. num. vlt.
ſecundum Lugdunen. impreſſ.*
B Adde *Suar. alleg. 7. num. 3. Anton. Gom. tom 1. vari cap.
12. num. 15. Azeued. lib. 1. à num. 66. tit. 25. lib. 8. nouæ
Recopilat.*
C *Auguſtin. Barboſ in collect. ad cap. cum dilecta 4. num. 20.
de confirmat. vtil*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Veneris 30. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in vno iudicio, vt probet in alio produci debet vnà cum proceſſu, & actibus. Fallit in crimine hæreſis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſine proceſſu non facit fidem, neque attenditur ex obſeruantia Rotæ. Limita in ſententia antiqua num. 8.*
2 *Sententia ſinè proceſſu excipiendo probat, niſi agatur de exequendo ipſam ſententiam.*
3 *Pro ſententia ſinè proceſſu præſumitur, quando proceſſus copia non datur.*
4 *Sententia ſinè actis probat in crimine hæreſis, in quo non datur copia proceſſus.*
5 *Acta in vno iudicio regulariter non probant in alio, etiam inter eaſdem perſonas, niſi producantur, & eis quis vtatur.*
6 *Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata, ſublata ſententia, et eius fide.*
7 *Appellare vbi licuit vni parti, debet etiam licere alteri ab eadem ſententia.*
9 *Sententia quando dicatur antiqua, ad effectum, vt probet ſinè actis.*

DE-

DECISIO XCIV.

INFORMANTES pro hærede D. Rodulphi Pij inſiſtebant in hac propoſitione ſuper duobus. Primo videlicet exceptione falſitatis oppoſita contra inſtrumentum donationis factę per d. D. Rodulphum Dominico fratri, & authori Antonij de Domo.
Ex quo etiam, & ſic Secundo per eos inferebatur, quòd
per ſententiam criminalem A. C. contra dictum Dominicum
latam, eſſet vulnerata oblig. Camer. in d. dona-
tione adiecta. Neutrum tamen ſubſiſtere Dominis viſum
fuit. Nam primum, quia (vt in reſolutione 7. Nouem-
bris præteriti, & alijs in hac cauſa factis firmatum fuit)
1 ſententia criminalis A. C. contra Dominicum 1608. la-
ta ſinè proceſſu, & actis non facit fidem, neque atten-
A ditur A, præſertim ex obſeruantia Rotæ in hoc iudicio
ciuili, ex ſpeciali reſcripto Sanctiſſimi ad inſtantiam
dicti Antonij vti ceſsionarij Dominici in Rota commiſ-
ſo cum facultatibus A. C. ex allegatis in dictis reſolu-
tionibus, & dicit *Rota deciſ. 196. num. 5. par. 2. in nouiſſ. Verall. deciſ. 134. par. 3.* Nec obſtant limitatio-
nes. Prima videlicet, quòd ſententia ſinè actis excipien-
2 do probat; Nam quicquid ſit de hac concluſione, de qua
per *Rot. deciſ. 143. num. 6. & 7. par. 2. diuerſ. ex deciſ. Accoramb. 35. circa med.* dictum fuit, quòd iſtud eſſet quo-
dammodo executioni demandare dictam ſententiam
criminalem, & hoc caſu non probat, neque attenditur
etiam excipiendo, vt in terminis eſt *deciſ. Mohed. aliàs allegata 3. aliàs 147. num. 1. et 2. de teſtib. quam refert Rota d. deciſ. 196. num. 5. par. 2.* facit *Put. deciſ. 198. num.*
B *1. lib. 1. in nouiſſ.* B, Nec ſimiliter alia limitatio, quòd
præſumatur pro ſententia ſinè proceſſu, quando non da-
3 tur copia proceſſus, prout contumacibus, vt in ſimili *Verall. deciſ. 134. par. 3.* Quia deciſio Veralli loquitur in
ſententia lata in crimine hæreſis, in quo non datur copia
4 proceſſus. Hic autem non ſumus in crimine, in quo pro-
ceſſus non publicetur ſaltem Fiſco, & parti querelanti
citatis ad cauſam, & ad expeditionem dictæ commiſ-
ſionis Rotæ directæ, & in quorum poteſtate eſt, proceſ-
ſum producere; prout quotidie ſimiles proceſſus crimi-
nales producuntur in Rota iuxta caſuum cõtingentiam;
5 & regulariter de iure acta in vno iudicio non probant in
alio etiam inter eaſdem perſonas, niſi producantur, &
eis quis vtatur *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 32. ff. de acq. poſſeſſ. et ibi Soccin. Iun. num. 365. vbi quòd cum concluſione Bart. tranſeunt omnes DD. Alex. in l.*
C *2. num. 30. verſ. vlt. nota C. de eden.* C, Ex quibus re-
ſultat reſponſio ad ſecundum obiectum; ſublata enim
ſententia, & illius fide, non poteſt dici vulnerata obliga-
tio Cameralis. Neque applicatur ratio deciſionis in
cauſa Anconitana aſſecurationis coram Reuerendiſsimo D. meo Decano, quòd quando licuit vni parti ap-
pellare, debet etiam licere alteri, ita vt executiuè am-
pliùs procedi non poſsit; tum quia dicta ſententia (vt di-
ctum eſt) non attenditur, vti ex actis non iuſtificata; tum
quia non ſumus in eodem iudicio, licèt mutata inſtantia,
vt in dicta Anconitana aſſecurationis; ſed in diuerſo,
& in quo ceſſat ratio illius æqualitatis ſeruandæ, quæ hic
applicari non poteſt. Et demum dicta deciſio loquitur
in ſententia lata in meritis, non autem ex mera contu-
macia, & in ea, quæ eſt nulla, non autem ſinè actis, quæ
D fidem non facit, quæ valdè diuerſæ ſunt. D
Ex quibus, & alijs aliàs deductis DD. non receſſerunt à
deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Limitatur tamen in ſententia antiqua, vt dixi ſupra *deciſ. 76. ſub lit. B. num. 26.* & ad hunc effectum requiritur, quod
8 ſit lata ante annos triginta, vt tenet *Put. d. §. 328. lib. 2. in nou. Rip. reſp. 1. num. 9. de iurepatr. lib. 2. Mantic. deciſ. 296. num. 6. & 7. Rota deciſ. 235. num. 5. par. 2. recent.* &
9 fuit dictum *in Anconitana Saluiani 9. Maij 1622. coram bon. mem. Vbaldo.*

B Adde *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 531. num. 62. cum alijs quos adduxi ſupra d. deciſ 76. lit. B. in princ.*

C Quòd productio ſcripturę facta in vna cauſa pręiudicet etiã in alia, ſi ſit facta inter eaſdem partes, præter citatos in hac deciſione, tradunt *Abb. in cap. clerici, num 14. & ibi Felin. num. 17. de iudic. Verall. deciſ. 190. num. 1. part. 1. quos refert, & ſequitur Rota in Pampilonen. beneficiorum 21. Maij 1618. coram bon. mem. Dunozetto.*

D Sic reſpondet ad d. deciſionem in cauſa Anconitana aſſecurationis *Gratian. d. cap. 531. num. 69.* vbi plures concluſiones ex hac deciſione deſumpſit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Calaguritana beneficij de Auſcio.

Mercurij 4. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Rota non dat inhibitionem extra Curiam, etiam iuxta formam commiſſionis, in præiudicium eorum, quæ aliàs legitimè per Rotam ipſam geſta, & ordinata fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio per Rotam non datur extra Curiam, etiam iuxta formam commiſſionis, quando poteſt eſſe impedimento aliàs legitimè geſtis, et ordinatis à Rota.*

2 *Inhibitio, quando alteri fuit antea conceſſum mandatum de manutenendo, non datur, niſi cum clauſula,* ſinè præiudicio poſſeſſionis, & mandati de manutenendo.

3 *Inhibitio iuxta formam commiſſionis non datur poſt rem iudicatam.*

4 *Inhibitio ſemper intelligi debet, ſinè præiudicio ſubdelegationis, ne alias iudex ſibi ipſi inhibeat.*

5 *Executoriales de ſtylo Rotæ parti intimari debent, et reproduci intimatio in Rota, ac ſeruari debent termini ſubſtantiales ad docendum de partitione, ad obtinendam declaratoriam.*

6 *Notario non creditur, niſi de ijs, de quibus eſt rogatus à partibus, et de geſtis de præterito quando creditur num. 8. in quo declaratur quomodo procedat.*

7 *Commiſſio vnica ſufficit in Rota in qualibet inſtantia, et illius vigore poteſt Auditor ad ſententiæ executionem incluſiuè procedere.*

DECISIO XCV.

LATIS duabus ſententijs Rotalibus ad fauorem quondam Petri Gran ſuper ſpolio cuiuſdã portionis in Eccleſia de Auſcio contra Michaelem Merinum, quæ ex reſcripto Sanctiſſimi vnicam tantùm appellationem permittẽti habebant vim trium, & expeditis per Reuerendiſſimum Attrebaten. vltimum Iudicem mandatis de redintegrando, & exequutiuo pro expenſis taxatis,
nec-

necnon inſtrumento ſubdelegationis pro liquidatione
fructuum executori de partibus directo. Poſtea (vt ſup-
ponitur) reiecta per vtramq; Signaturam commiſſione
d. Michaelis à dicto vltimo mãdato appellantis, & refor-
mata per Signaturã Iuſtitiæ commiſsione eiuſdem teno-
ris priùs denegata, & nimia ſolertia obtenta, ac Reue-
rendiſsimo D. Bononien. directa, mortuoq; interim Pe-
tro, idem Michael à Reuerendiſsimo D. Damaſceno, vti
tunc Reuerendiſsimo Attrebaten̄ ſubrogato, ſeu veriùs
à Notario extorſit, in vim, & iuxta formam commiſsio-
nis, aliàs eidẽ Reuerendiſsimo Attrebaten̄ iudici ter-
tiæ inſtantiæ directæ, citationem, & inhibitionem in
forma, perinde, ac ſi ſententiæ latæ non fuiſſent, nec di-
cta mandata expedita, qua vſus eſt in partibus, ad impe-
diendã executionem, & liquidationẽ, vt ſupra delegatã.
Quam inhibitionem DD. moderandam eſſe dixerunt. Si
1 enim inhibitio non datur extra Curiam, & iuxta formã
commiſsionis, quando poteſt eſſe impedimento aliàs
legitimè geſtis, & ordinatis à Rota, *Lancell. de attent. poſt
inhibitionem 2. par. cap. 20. in præfat. quæſt. 4. num.*
2 166. & quando alteri parti fuit antea datum mandatum
de manutenendo, niſi cum clauſula, *ſinè præiudicio poſ-
ſeſſionis, & mandati de manutenendo idem, Lancell. ibi-*
3 *dem num.* 45. *&* 201. tanto minus poſt dictas duas cõ-
formes habentes vim trium, vt in fortioribus etiam
poſt commiſsionem fuiſſe denegatam inhibitionem, te-
ſtatur *Put. deciſ.* 51. *par.* 1. *ſecundùm nou. impreſſ.* Imò
dicta inhibitio intelligenda eſt ſinè præiudicio dicto-
rum mandatorum, & ſubdelegationis, idem *Lancell. d.
cap. 20. declar.* 3. *num.* 3. Iudex enim ſibi ipſi inhibuiſſet
4 ad ea impedienda, quæ decreta ſunt pro executione
ſententiarum Rotalium, quod eſſet abſurdiſſimum.
Non obſtant prætenſa attentata (vt dicitur) facta in par-
5 tibus coram executore, in carcerando, & excommuni-
cando Michaelem pro expenſis, ſinè reproductione exe-
cutorialium in Rota, & ſeruatione terminorum ſub-
ſtantialium ad docendum de paritione pro obtinenda
declaratoria, iuxta ſtylum Rotæ *Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 11.
de cauſ. poſſ. & propr. Lancell. de attentat. lit. pend. 2.
par. cap. 4. *num.* 307. *&* 308. *cum allegatis.* Nam vel ea
nõ iuſtificantur ex ſimplici fide Balthaſſaris Gomez Ga-
uero aſſerti Scribæ Regij in Ciuitate Calaguritana *ſub
datum* 26. *Auguſti* 1611. vltra quòd enim non probat
excommunicationem, & carcerationem Marini ad in-
6 ſtantiam Petri; cum non credatur Notario, niſi de ijs,
de quibus eſt rogatus à partibus *§. nos autem, Auth. de
Tabellionib. Bart. in authen. ſi quis in aliquo num.* 3. *C.*
A *de eden.* A, Nec ex citatione facta coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Damaſceno de procuratore Michaelis ad
concedendum ſuperſeſſoriam ſuper excarceratione, &
abſolutione Michaelis, reſultat confeſſio, quòd Mi-
chael fuerat carceratus coram dicto executore: imò,
non conſtat, illam fuiſſe factam ad inſtantiam legitimi
procuratoris ad attentandum, vel confitendum atten-
tata, ſed ad inſtantiam vnius tantùm exequutoris teſta-
mentarij dicti Petri: nec etiam conſtat de illius repro-
ductione; ideo dici non poteſt, fuiſſe attentatum ex ex-
carceratione pro expenſis; quia licèt aliàs ſinè noua
commiſſione non poſſet relaxari mandatum exequuti-
uum, contrarium tamen ſeruatur in Rota, cum vnica
7 commiſſio in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigo-
re Auditor poſſit ad finalem eius ſententiæ executio-
nem incluſiuè procedere, prout de iure Ordinarij face-
re poſſunt, vt expreſsè diſponitur in Bulla *fel. rec. Pij
IV.* ſuper reformatione officij Rotæ *in princ. in verſ. &
idcirco ſub datum* 6. *Kal. Ianuarij* 1562. quæ etiam fuit
in hoc confirmata in *reformat. S. D. N. edita de anno*
1612. *ſub rubr. de Auditorio Rotæ in princ.* vel quatenus
dici poſſet conſtare de attentatis, illa eſſent purgata per
decretum excarcerationis, & abſolutionis ab excom-
municatione factæ per eundem Reuerendiſſimum Do-
minum Damaſcenum; & propterea in omnem euen-
tum ex prædictis impediri non poteſt moderatio inhi-
bitionis, non ſinè ſagacitate extortæ, nec Michael im-
peditur, quin poſſit, ea moderata, dare de attentatis, &c.

ANNOTATIO.

A Quamuis notario non credatur, niſi de ijs, de quibus roga-
tus eſt à partibus, vt hæc deciſio firmat, *& coram Cardi-
nali Caualerio deciſ.* 272. *num.* 5. tamen ei creditur at-
teſtanti, ſe rogatum de inſtrumento, & circa ea, quæ ad
eius officium pertinent, *Calder. conſ.* 168. *alias* 2. *de teſtib.
num.* 2. *verſ. item presbyter Ruin conſ.* 159. *num.* 16. *lib*
3. *Menoch. conſ.* 37. *num.* 107. *Alex. conſ* 105. *num* 2. *l.*
2. *Seraph. d.* 823. *num.* 11. *& ſeq. Menoch. de arbitr. caſ.*
99. *num.* 3. dummodo rogatum ſe dicat de geſtis in præ-
ſentia ſui, & teſtium tempore contractus, *Caſtren. conſ.*
241. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſil* 52. *col.* 1. *in princip. lib.* 2.
Corn. conſil. 154. *num.* 7. *lib.* 4 *Cardin. Caualer. deciſ.*
644. *num.* 4. *Card. Mantic. deciſ.* 302. *num.* 1. quia de
geſtis ante celebrationem inſtrumenti Notario non credi-
8 tur *Crauett. conſ.* 171. *num.* 5. *Rot. deciſ* 289. *part.* 2. *diu.
Seraph. deciſ.* 1430. *num* 4. *Greg. XV. deciſ.* 177. *num.* 1.
& ibi Beltram Quòd procedit quamuis atteſtatio de præ-
terito concernat actum à ſeipſo geſtum *Bec. conſ* 5. *num.*
5. *Put. deciſ* 15. *de fid inſtr. Rot. deciſ.* 289 *num.* 6. *poſt*
2. *vol. conſ. Farin. Card. Caual. deciſ.* 609 *num.* 4. *in qua
allegatur alia bon. mem Vbaldi in Calaguritana iuriſdictio-
nis de Nagera* 26. *Aprilis* 1621.

Declara tamen, niſi notarius atteſtetur de actibus prェteri-
tis coram ſe geſtis, & coram teſtibus, diſtinguendo tem-
pora, & loca, quibus geſta fuerunt, vt de mente omnium
ſcribentium *in cap. quoniam contra, & præcipuè Felin.
num.* 45. *in* 1. *fallent. Rec. num.* 40. *de probat. fuit dictum
in Lucana iuriſp.* 26. *Iunij* 1619. *coram bon. mem. Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domorum de Roncionibus.

Lunæ 9 Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio facta creditori valet, nulla alia iu-
diciali præcedente æſtimatione: quia ſufficit,
quòd iudex ſe extraiudicialiter informat de
bonorum valore, prout feciſſe præſumitur.
Statutum Vrbis cap. 192. lib. 1. certam for-
mam adiudicationis præſcribens eſt ordinato-
rium, & ſeruandum tantummodò in foro Ca-
pitolino.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio non fit, ſtantibus oblatoribus, quibus res deli-
berari debent.*
2 *Oblatio poſt adiudicationem non releuat.*
3 *Oblatorem non inuenire, vel minus legitimum, & condi-
gnum, paria ſunt.*
4 *Aeſtimatio requiritur ante adiudicationem. Contrarium
num.* 5. *vbi quòd nullo iure cauetur, & num.* 6.
7 *Aeſtimatio requiritur in venditione, quæ fit per publi-
cum exactorem.*

Ex

8 *Ex læſionè vltra dimidiam arguitur mala fides.*
9 *Iudex præſumitur ſe informaſſe de valore bonorum adiudicatorum.*
10 *Adiudicatio facta viliori pretio reſcinditur.*
11 *Res tantum valet, quantum vendi poteſt.*
12 *Ex ſubhaſtatione vt plurimum colligitur iuſtum pretium.*
13 *Subhaſtatio eſt modus probandæ æſtimationis, & valoris.*
14 *Statutum Vrbis cap. 192. lib. 1. dans certam formam ſubhaſtationis, & adiudicationis, eſt ordinatorium, & ſeruandum tantummodò in foro Capitolino.*
15 *In executione ſtylus Iudicis exequentis attenditur.*
16 *Adiudicatio etiam de iure communi fit cum augmento vltra creditum.*
17 *Interpretatio ſumenda eſt, per quam excluditur iniuſtitia decreti.*
18 *Statuta Vrbis ordinatoria non attenduntur extra forum Capitolinum.*

DECISIO XCVI.

ADiudicationem domorum factam
DD. de Roncionibus eiſdem ſuffragari DD. reſoluerunt. Nec videbantur
obſtare defectus oppoſiti. Et primò,
quòd non potuerit ad iſta procedi, ſta-
1 tibus pluribus oblationibus factis, ſed
debuerit ipſis oblatoribus deliberari
iux. tex. in l. à diuo §. ſi pignora in princ. ff. de re iudic.
Quia reſponſum fuit, oblationes non fuiſſe legitimas. Nam
facta 23. Decembris 1608. pro ſcutis 610. non erat pro
integra quantitate crediti, prout aliæ eadem die pro
ſcutis 400. & 500. & 3. Ianuarij, & 18. Februarij 1609.
pro ſcutis 600. & 610. non fuerunt de omnibus bonis,
& reſpectiuè cõditionales, quatenus domus eſſent liberæ,
& præſtaretur cautio de euictione, & pretium deponeretur,
vt etiam aliæ ſcut. 800. & 850. 7. Nouembris
1608. & ſcutorum 600. 500. & 910. ſub diebus 22.
23. & 29. Decembris eiuſdem anni; alia autem ſcutorum
2000. 19. Nouembris dicti anni fuit verbalis, ex
facta diligentia, interpellato etiam excellentiſſimo D.
Duce de Comitibus ad deponi faciendum per oblatorem
dicta ſcuta 2000. non fuit reperta perſona dicti
2 oblatoris; & demum aliæ duæ ſcutorum 2100. & 2050.
ſunt ſub die 3. & 18. Martij 1609. & ſic poſt adiudicationem
*iux. tex. in d. §. ſi pignora, & ibi Gloſ. in verbo
non inueniant Gl. in l. 2. in verbo emere, & l. 3. §. addici
C. ſi in cauſ. iudic. & ibi ſcriben.* Cum paria ſint, emptorem,
ſeu oblatorem non inuenire, vel minùs legitimũ, &
3 condignum, vt per ſcribentes vbi ſupra, *in l. 2. C. ſi in
cauſ. iudic. pign. captum ſit Roman. conſ. 163. num. 2.
Rol. conſ. 14. num. 25. vol. 1. Rim. iun. conſ. 523. num.
19. & 23. vol. 1. Franch. deciſ. 81. num. 1.*
Secundò fuit dictum, non obſtare defectum æſtimationis,
4 ante adiudicationem, vt prætenditur, requiſitæ *iuxta
tex. in l. ſi quos, C. de reſc. vend. Afflict. deciſ. 358. num. 5.*
A cum allegatis per *Surd. conſ. 256. in princ.* A
Quia ſatis eſt dicere, nullo iure caueri, æſtimationem eſſe
5 de forma, ſeu ſubſtantia adiudicationis, quæ fit creditori
*iux. tex. in d. §. ſi pignora. & not. in d. l. 1. & in l.
3. & fin. C. ſi cauſ. iudic. & in l. ordo, C. de execut. rei iudic.
Et tex. in d. l. ſi quos* loquitur in ſubhaſtatione, quæ
6 fit pro exactione publicarum functionum, prout clara
ſunt verba illius, *& ibid. Gloſ. & omnes Becc. conſ. 95. nu.
17. Surd. d. conſ. 256. num. 2.* & ſequuta eſt Rota in
*Romana annuæ præſtationis 1. Februarij 1613. coram Reuerendiſſimo
D. meo Damaſceno.* Et dicta *l. ſi quos* lo-
7 quitur in venditione, quæ fit per publicum exactorem,
cuius verba ſunt clara, *& Gloſ. ibi in verb. diſtrahere,*
Bellapert. Odofr. Angel. Salicet. et Caſtr. in principio. Nec
in contrarium facit *Caſtr. conſ. 156. in principio volum. 2.
alleg. per Surd. d. conſ. 256. num. 3.* Quia ſolùm dicit,
8 quòd quando venditio eſt facta pro paruo pretio, cum
res valeat in duplo plus, cenſetur facta mala fide, vel in
gratiam: ideo vel nulla, vel reſcindenda; quòd ſi procedit
in venditione facta pro debito fiſcali, fortiùs pro
priuato, non ita priuilegiato; & ita quando in venditione
interuenit læſio conſiderabilis; ſed non dicit, quòd neceſſaria
ſit æſtimatio: & ſi qui DD. illam requirunt, ſentiunt
potiùs faciendam per modum cautelæ, & conſilij,
quàm formæ, & præcepti. Et ſufficit, quòd Iudex extraiudicialiter
ſe informet, ne aliàs grauet debitorem
dando in ſolutum creditori rem pro viliori pretio. Vltra
quod deciſio *Afflict.* procedit ſolùm, quando per Iudicem
res in ſolutum datur pro rata debiti, non ſimpliciter
pro toto debito, vt declarat *Surd. d. conſ. 256. nu.*
9 *8. verſ. & ideo perſtringendo.* Iudex autem præſumitur
ſe informaſſe, vt *in dicta deciſione Reuerendiſſimi D. mei
Damaſceni*, quæ optimè conſiderat, diſpoſitionem *d. l. ſi
quos* emanaſſe ad effectum, ne debitori fieret fraus circa
pretium: & quòd diuerſa ſunt, illam impugnare ex defectu
æſtimationis, quæ non apparet in actis, vel quòd
10 adiudicatio ſit facta viliori pretio, quæ tunc reſcinditur,
vt ibi notant *Odofred. Ang. num. 2. Salycet. in ſummario,
& in fin.* & patet quia *d. l.* eſt ſub tit. *de reſcind. vendit.*
Et *dicta deciſ. D. mei* optimè reſpondet omnibus auctoritatibus
contrarijs. Iudicem autem ſatis fuiſſe informatum,
clarè colligitur ex dd. oblationibus: quia regu-
11 lariter res tantum valet, quantum vendi poteſt, *Angel.
in d. l. ſi quos num. 2. verſ. non ergo eſt, Bald. conſil. 103.
incip. quæritur, verſ. quod eſt facile vol. 1.* & ex ſubhaſta-
12 tione, vt plurimùm colligitur iuſtum pretium, idem
Bald. in l. 2. num. 63. verſ. hinc eſt, C. de reſc. nd. vend. &
13 eſt modus probandæ æſtimationis, & valoris, *Angel. in
§. ſi quis agens num. 3. Inſtit. de action. Alexand. in l. precia
rerum num. 8. ff. ad l. Falcid.* ſaltem præſumptiuè *Pãtal.
de Crema in l. 2. num. 308. verſ. tamen ego, C. eodem*,
& hanc eſſe æquiorem rationem habendæ æſtimationis,
dicit *Coler. de proceſſ. executiu. par. 3. cap. 9. num. 115.
verſ. ideo non poteſt.*
Tertiò, ad Statutum Vrbis *cap. 192. lib. 1.* diſponens de æſtimatione
in datione in ſolutum facienda creditori, & certam
formã ſubhaſtationis, & adiudicationis præſcribens,
14 dictum fuit, illud eſſe ordinatorium, & ideo ſeruandũ eſſe
B ſolùm in foro Capitolino B *Caputaq. deciſ. 58. lib. 2. in
manuſcrip.* & fuit etiam tentum in *Rom. diſcuſſionis 1. Feb.*
15 1608. *corã Reuerendiſſ. D. Bononien.* cum in executione
attendatur ſtylus Iudicis exequentis, *Bart. in l. cunctos populos
num. 15. Iaſ. num. 20. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.
Angel. in l. ſi fundus num. 3. ff. de euict. idem Iaſ. in
l. à diuo Pio, §. ſententiam, num. 4. et ſeq. ff. de re iudic.
Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 3. num. 210.* Et licèt
adiudicatio fuerit facta iuxta formam dicti Statuti; tamen
illud fuit reſpectu tertiæ partis pluris, vt expreſsè
cantat decretum, ibi, *pro quantitate eorum crediti, &
tertia parte pluris, iuxta formam Statutorum Vrbis.* Et
augmentum iſtud non eſt iure communi incognitum,
16 *authent. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi Gloſ.
in ver. decima*, quia creditor grauatur in vno, cum inuitus
accipiat aliud pro alio, & ideo releuatur in alio,
vt ibi per dictam gloſ. Neque Iudex propter hoc ſubiecit
ſe formæ dicti Statuti, ſed ſolùm ad illud ſe retulit,
dando augmentum dictæ tertiæ partis, ne aliàs videatur
voluiſſe procedere ſimul, & ſemel, iuxta ſtylum
Rotæ, & Capitolij, prout in his terminis dicitur in
dicta *deciſ. Reuerendiſſ. Damaſceni.* Præſertim quia tempore
dicti decreti proceſſus erat completus, & nihil vl-

tra

tra adiudicationem agendum ſupererat; ideo Iudex ſe referre non potuit ad ordinatoria, & ſolemnitates dicti ſtatuti in reliquis: & ſumenda eſt illa interpretatio, per quam excluditur iniuſtitia decreti *Anchar. conſ. 6. num. 7. Pariſ. conſ.* 111. *num.* 5. *Aldobrand. conſ.* 51. *num.* 15. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 755. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* Quartò, quòd decretum adiudicationis factum fuerit, niſi infra menſem, iſtud non ſubſiſtit in facto, cum factum fuerit ſimpliciter cum intimatione, *vt in ſummario DD. de Roncionibus num.* 1. Quintò, quòd Roncioni impediuerint domorum ſubhaſtationem, hoc non probatur, & fides exhibita non facit fidem. Sextò, quòd decretum adiudicationis fuerit factum pro toto credito, abſque deductione penſionum domorum quas Roncioni inhabitabant, & alijs locarunt, fuit huic fundamento reſponſum in deciſione Reuerendiſſimi D. Attrebaten. in hac cauſa 5. Decembris 1608. quæ hodie in dubium non reuocatur, & decretum adiudicationis non eſt pro certa ſumma expreſſa, ſed pro concurrenti quantitate eorum crediti.

Ex quibus DD. dixerunt, conſtare de adiudicatione, quæ ſuffragatur DD. de Roncionibus.

ANNOTATIO.

A Adiudicationem factam, nõ præcedente æſtimatione, non ſuſtineri, vltra hic citatos, *tenent Roland. conſ.* 32. *num.* 33. *& ſeq. vol.* 1 *Rota in Romana officij* 3. *Decembris* 1607. *coram Scotto, apud Marcheſ de commiſſ. part.* 1. *fol.* 137. *num.* 6. *& in Romana cenſus* 21. *Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Vbaldo.*

B Et generaliter ſtatuta omnia Vrbis, quæ reſpiciunt or-
18 dinatoria, non deciſoria iudicij, non attenduntur niſi in
foro Capitolino *Seraphin. deciſ.* 208. *num.* 4. *Rota in Aſciſien. bonorum emphyteoticorum* 17. *Aprilis* 1600. *coram Cardinali Sacrato, et in Romana domorum* 23. *Martij* 1604. *corã Reuerendiſſimo Patriarcha Pamphilio Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 650. *et ſeq. Beltramin. in addit. ad deciſ.* 352. *Gregor. XV. lit. D. num.* 11.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. ſeu Romana cenſus.

Veneris 13. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Actio cedendarum non conceditur contra clericum, qui ſuſcepit remedium *cap. Odoardus, de ſolution.* eique aſſignata fuit penſio pro congrua ſuſtentatione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum non repellit creditorem agentem contra fideiuſſorem, niſi quando ille culpa ſua non poteſt cedere iura.*

2 *Exceptio cedendarum non repellit creditorem agentem contra fideiuſſorem, quando ille iura ſua cedere non poteſt, vel ex natura obligationis, vel quia debitor erat tutus exceptione.*

3 *Clerico intentanti remedium* cap. Odoardus *denegari non poteſt penſio pro congrua ſuſtentatione.*

4 *Congrua dicitur portio, clerico remedium* cap. Odoardus *ſuſcipienti de conſenſu maioris partis creditorum aſſignata.*

5 *Exceptio cedendarum, ſicut & quacunque alia exceptio opponi non poteſt, niſi quatenus interſit.*

6 *Fideiuſſor non indiget ceſſione pro releuatione indemnitatis quando eorum ius non eſt factum deterius.*

7 Cap. Odoardus *beneficio gaudent etiã clerici in minoribus conſtituti, dummodo alicui Eccleſiæ ſeruiant in diuinis.*

8 Cap. Odoardus *beneficio renunciatum cenſetur per obligationem Cameralem cum iuramento.*

8 Cap. Odoardus *beneficio ſe iuuare non poteſt obligatus in Romana Curia.*

10 *Clericus litigans in expenſis condemnatus quoad ipſas expẽſas non admittitur ad beneficium* cap. Odoardus.

DECISIO XCVII.

RESOLVTVM fuit, hæredibus Teggiæ non obſtare exceptionem cedendarũ, oppoſitam pro parte hæredũ D. Au-
1 relij ab Armis, quæ non repellit creditorem agentem contra fideiuſſorem, niſi quãdo ille culpa ſua non poteſt cedere iura *l. Stichum. §. ſi creditor il* 2. *ff. de ſolut. vbi Bart. & alij in princip. & l. ſi pupillus alterum ff. de adminiſtr. tutor. vbi idem Bart. num.* 5. ſecus ſi
2 illa cedere non poteſt, vel eſt tutus exceptione *l. quamuis* 8. *§. ſi mulier il* 1. *& §. Marcellus ff. ad Velleian. Gloſſ. in l. ſi ſtipulatus* 16. *§. ſi ex duobus, in verb. exceptione ff. de fideiuſſ. & ibi Bart. num* 3. *Caſtr. num.* 3. *verſ. primus eſt Salyc. in l.* 2. *num.* 2. *verſ. aliam dedit in contrario C. de fideiuſſ. Neguſ. de pignorib.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 36. *verſ. fallit*
A *modò.* Prout tanquam Clericus A, qualis erat Budriolus releuator dicti D. Aurelij, cum ceſſerit creditoribus omnia, & quæcumque eius iura, & bona, & fuerit per *fel. rec. Clementẽ viij.* ad inſtantiam maioris partis illorũ liberatus à cenſuris, & ab executionibus perſonalibus, dimiſſa ſibi tantummodò penſione pro congrua ſuſten-
3 tatione, quæ illi denegari nõ poterat intentanti remediũ *cap. Odoardus de ſolut.* ne mendicare cogeretur in opprobrium Ordinis clericalis *argum. text. in cap.* 2. *de fideiuſſ. Collectar. in dicto cap. Odoardus ſub num.* 4. *verſ. ego tamen, vbi plura allegat. in Apoſtill. litera D. Bær. deciſ.* 226. *prope fin. verſ. tamen hodie par.* 2. *Dec. in cap. epiſcopus num.* 3. *in fin. de præben. Beneucaſ. in tract. de paupert. quæſt.* 8. *in* 4. *ſpeciali in contractibus num.* 15. *Couarr. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *verſ. qua in re, Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 21. *verſ. tamen dimitti,* & hanc eſſe veriorem opinionem, & praxim dicit *Menoch. de arbit. lib.* 2. *cẽtur.* 1. *caſ.* 183. *num.* 30. *& Farin. de carceribus quæſt.* 27. *num.* 68. *in fin.* & quotidie in Curia ſeruatur, quòd Clerici admittuntur ad beneficium *d. cap. Odoardus* cum retentione pro congrua eorum ſuſtentatione. Nec dicta penſio ſcutorum 190. viſa fuit DD. ex-
4 ceſsiua, cum illi conſenſerit maior pars creditorum, non modò pro numero perſonarum, ſed etiam pro cumulo debiti, pro quorum iudicio præſumitur *l. & ſuum §. fin. & l. maiorem cum ibi notat. ff. de pact.* imò ſupplicauit Sanctiſsimo, vt illam concederet (prout fecit) pro maiori omnium creditorum vtilitate, & ſic mediante perſona Budrioli faciliùs multa conſequi, & exigere poſſet, quæ non poterat ſinè illo. Ex quibus etiam reſultat quòd hæredum Domini Aurelij non intereſt, dictam exceptionem opponere; quia etiam ſinè dicto conſenſu poterat Budriolus ab executione perſonali ſe liberare, & congruam obtinere pro victu; præſertim, quia nec etiã docent, quòd in conſecutione dictæ penſionis, vel partis non poſsint excludi ab alijs creditoribus anterioribus, & potioribus, qui conſenſum non præſtiterunt: & tamen
5 dicta exceptio non opponitur, niſi quatenus interſit, *ad not. per Bart. & Angel. in dicta l. ſi ſtipulatus d. §. ſi ex duobus de fideiuſſ. in fin.* quod etiam regulare eſt in qua-
cun-

cunque exceptione *l. quamuis §. mulier in fine, & ibi*
Alber. ff. ad Velleian. Imò conſiderabaot Domini, quòd
hæredes D. Aurelij non videntur indigere ceſsione, cum
pro releuatione, & indemnitate, qua experiri poſſunt, ſinè
ceſsione, habeant obligatum cum iuramento, & in for-
B ma Cameræ B, eumdem Budriolum, qui non poſſet op-
6 ponere, de aliquo conſenſu Teggiæ præſtito liberationi
perſonæ, & retentioni penſionis, & conſequenter ius
Domini Aurelij non eſt effectum deterius ex dicto Teg-
giæ conſenſu, & ita conſiderat *Franch. deciſ. Neapolitan.*
476. *num.* 10. *verſ. & ſic videtur, & num.* 11.

Quæ ſufficere viſa fuerunt Dominis, omiſsis pluribus
alijs, & præſertim an Dominus Aurelius eſſet correus,
& illi competeret exceptio cedendarum, & an ei re-
nunciatum eſſet, & alia, quæ pro nunc non fuerunt viſa
neceſſaria &c.

ANNOTATIO.

A Beneficio *cap. Odoardus* gaudent non ſolùm qui in ſacris
Ordinibus conſtituti ſunt, ſed etiam qui in minoribus,
7 dummodo alicui Eccleſiæ ſeruiant in diuinis, vt tradunt
Cou. lib. 2. var. cap. 1. num. 9. verſ. ſed ex quo ad deciſio-
nem, Marc. Anton Genuenſ in praxi Archiep. Neapol.
cap. 3. num. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 222. num. 39.
et ſeq. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſp. 572. num. 20. Farin. in
praxi crimin. par. 1. quæſt. 27 num. 69. Aloyſ. Ricc. in de-
ciſion. Curia Archiep. Neapol part. 2. deciſ 20.

B Nam vigore obligationis Cameralis renunciatur benefi-
9 cio *cap. Odoardus*, & ſic obligatus in Romana Curia non
poteſt illo ſe iuuare *Farin. d. quæſt. 27. num. 70. Bellet. di-*
ſquiſit. cleric. par. 1. tit. de clerico debit. §. 2. num. 8. Aloyſ.
Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol. 252. per tot. Zacch.
ad Galleſ de obligat. Cameral. quæſt. 16. num. 9. et quæſt.
19. num. 4. Franciſc. Leo in theſaur. for. Eccleſ. part. 1. tit.
de priuileg. cleric. cap. 11. num. 16. contra Ferrett. conſ. 254.
num. 14. lib. 2. Couar. variar. reſolut. lib 2. cap. 1. num. 9.
verſ. ex bis Marc. Anton · Genuen. in prax. Archiep. Nea-
pol. cap. 3. num 13. his addo, quòd Clerico litiganti, qui
10 per tres ſententias cõformes in expenſis condẽnatus fuit,
quoad ipſas non admittitur ad *cap. Odoardus ex Put. deciſ*
54. num. 3. lib. 1. ſecundum vlt. impreß. quem ſecuta eſt *Ro-*
ta in Hipporegien expenſarum 12. Decembris 1622. coram
bon. mem. Remboldo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana de Trincijs.

Lunæ 16. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxari non debet, etiam in vim Cameralis obligationis, ſi creditum non eſt liquidum, & perſonæ non ſunt legitimatæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxandum non eſt, quando perſonarum le-*
gitimatio facta non fuit.
2 *Solutio præſumitur, vel ſuperlucratio ſocietatis per mor-*
tem perſonarum, ſuper quarum vita periculo inita erat,
ex curſu longi temporis, quia creditor non cenſetur tandiu
tacuiſſe, ſi ei creditum ſolutum non fuiſſet.
3 *Statutum Vrbis* cap. 158. lib. 1. *tollit fidem quibuſcun-*
que inſtrumentis, ſcripturis, & cautionibus poſt curſum
ſexdecim annorum, etiam viuentibus debitoribus, etiam
inſtrumentis iuratis num. 5.
4 *Obligationis Cameralis rigor exerceri non poteſt, quando*
negotium eſt turbidum.
6 *Statutum Vrbis* cap. 158. lib. 1. *habet locum etiam con-*
tra forenſes ratione contractus celebrati, vel iudicij in Vr-
be introducti, an autem competat reſtitutio in integrum
ex capite ignorantiæ, & qualiter probetur. num. 7.
8 *Præſumptio inducta ex Statuto Vrbis* cap. 158. lib. 1.
tollitur alijs præſumptionibus fortioribus.

DECISIO XCVIII.

IOANNES Maſtinus, vti vnus ex hæ-
redibus Nicolai, tàm ſuo, quàm alio-
rum prætenſorum cohæredum nomi-
ne, petebat coram me, vti ſubrogato
in locum bon. mem. R. P. D. Gipſij Iu-
dicis in cauſa diſcuſſionis bonorum
quondam Honorij Trincij, mandatum
executiuum pro ſcutis 200. vigore ſocietatis officij, vt
dicitur, per dictum Honorium ad fauorem dicti Nicolai
contractæ de anno 1585. contra R. P. D. Damaſceoum
obligatum in forma Cameræ de reſtituendo prioribus, &
potioribus creditoribus pecunias per eum vti credi-
1 torem dicti Honorij receptas. Quod mandatum Domini
denegandũ eſſe dixerunt; tum quia non fuerunt legitima-
tæ perſonæ actorum, quòd ſint hæredes dicti Nicolai;
tum quia non fuit doctum de credito eiuſdem Nicolai,
& quidem anteriori, & ideò non intrat obligatio dicti
R. P. D. Damaſceni de reſtituendo prioribus, & potio-
ribus. Nec viſum fuit Dominis, ſufficere fidem dictæ ſo-
cietatis contractæ del 1585. quia cum non fuerit obten-
tum, nec relaxatum mandatum contra D. Honorium,
vel hæredes, nec minùs dicti de Maſtinis comparuerint
in iudicio diſcuſſionis, & graduationis, nec fuerint liqui-
dati creditores, prout omnes alij, & interceſſerit cur-
2 ſus annorum 19. à tempore diſcuſſionis, & 30. à tempo-
re ſocietatis, intrat præſumptio, vel ſuperlucratæ ſo-
cietatis per mortem perſonarum, ſuper quarũ vitæ pe-
riculo erat impoſita, vel ſolutionis, & ſatisfactionis, quia
veriſimiliter tandiu non ſiluiſſent, nec diſtuliſſent eorum
crediti exactionem *Caſtren. conſ.* 126. *ſub num.* 1. *verſ.*
tollitur etiam lib. 2. *Aym conſ.* 148. *num.* 12. *Dec. conſ.*
596. *num.* 9. *verſ. corroboratur etiam, Cephal. conſ.* 240.
num. 9. *Surd. deciſ.* 105. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 788. *num.* 2.
3 *par. 1. diuerſ.* Et ideò aliqui etiam ex Dominis dicebant,
poſſe intrare præſcriptionem Statuti Vrbis *ſub rubr. de*
A *præſcript. cap. 158. lib. 1.* A, quæ tollit fidem quibuſcũ-
B que inſtrumentis, B, ſcripturis, & cautionibus poſt
curſum ſexdecim annorum, etiam viuentibus debitori-
bus, vt ibidem; vel ſaltem ex præmiſſis videbatur, rem
eſſe valde turbidam, & propterea nõ liquidato clarè ne-
4 gotio, non poſſe exerceri rigorem obligationis Came-
ralis *ad trad. per Galleſ. in form. proceſſ. par. 1. 3. par. prin-*
cip. num. 8. & de inſtrumentis exequutiuis *Surd. deciſ.*
27. *num.* 5.

Et ita concluſum &c.

ANNOTATIO.

A Hãc deciſionẽ in eiſdẽ terminis ſequuta eſt Rota *in Rom.*
pecuniaria 8. Nouemb. 1624. coram R P. D. meo Piroano.
De præſcriptione ſtatutaria quando locum habet, etiam
poſt litem conteſtatam, & inſtantias obtentas *dixi ſupra*
ad deciſ. 8. diſtinguendo iuxta firmata in Romana pecunia-
ria 10. *Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, & reſo-
lutioni prædictæ inhærendum eſt, licèt alias Rota in tali ar-
ticulo videretur variaſſe, vt monuit *bon. mem. Vbaldus in*
Ro-

Romana pretij viridarij 11. *Martij* 1624.

4 Et quòd Statutum *cap.* 158. habeat locum in contractibus iuratis, quamuis iuramentum perpetuet actionem
5 vſque ad 40. annos, & habeat vim litis conteſtatæ, quæ præſcriptionem interrumpit *Bart. in l. nam & poſtea. §. ſi is qui. ff de iur. iur. Surd. deciſ. 3. num. 1. 13. & 15. & deciſ. 64. num. 33. Rot. deciſ. 199. num. 3. par. 4. diuerſ.* Quia Statutum prædictum procedit vlterius adimendo fidem ſcripturis, quod bene fieri potuit per ſtatuentes, vt reſolutum fuit *in d. deciſ. 199. num. 4. & 5 & deciſ 104. num. 2 par. 2. & apud Pacif de Saluian. deciſ. 303. Roland. conſ. 43. num. 3. & 4. lib. 3. Put deciſ. 15. de conſtit. & Mobed. deciſ. 226. Surd conſ 361. num. 12.* cum alijs *in d. Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1624. *coram R. P. D meo Merlino.* Imò etiam contra forenſem habet locum huiuſmodi Statutum, quando iudicium introduxit, vel contractum cele-
6 brauit in Vrbe, fuit dictum *in Sulmon pecuniaria* 10. *Iunij* 1623 *coram bon mem. Dunozetto, & in d Rom. pecuniaria* 10 *Iunij* 1624. *coram R. P. D meo Merlino poſt Put deciſ. 211 in correct lib. 1. Mobed. deciſ 5. de præſcript. Rota d. deciſ. 199. & deciſ. 764. par. 4 diuerſ & deciſ 602. num. 1. par. 1. diuerſ.* quæ loquitur in mercede præſcripta, & inter impreſſas poſt *Picum ad Statutum Vrbis deciſ 35.* & poſt *Pacif de Salu. interd. deciſ. 303. & in Romana pecuniaria* 20. *Februarij* 1609. *coram Cardinali Sacrato*, ſed ſubuenitur forenſi, qui veriſimiliter potuit ignorare mediante beneficio reſtitutionis in integrum, *Innoc.*
7 *in rubr. de conſtit. vbi Ioan. Andr. et Butr. Alexand. conſil. 37. num. 20. lib. 2. Caputaq deciſ. 207. num 5. par. 3. Odd. de reſtitut. in integ quæſt 90. artic. 5. verſ in contrarium, Mobed. deciſ. 1. eodem tit Gregor. XV. deciſ 425. num. 11.* & fuit dictũ in *d Sulmonen. pecun corã bo mem Dunozetto.* Talis autem ignorantia debet eſſe omni ex parte probabilis, vt dixit *Rota in Romana redditionis rationis coram Orano apud Pacif de Saluian deciſ 142. et in Romana Saluiani interdicti apud eundem deciſ 169. iuxta primam impreſſ.* & fuit firmatum in pluries allegata *Sulmonen. pecuniaria coram bon. mem. Dunozetto*, vbi ignorantiam probabilem excludit, ex quo creditor, de quo ibi, traxerat moram in Vrbe *Rolan. a Valle conſ. 42. num. 25. lib. 3.* & ferè per totam Italiam vigent Statuta, quæ præſcriptionem iuris communis reducunt ad terminos breuiores *Odd. de reſtit in integr quæſt 8. artic. 12. num. 98.* & demum quia creditor adminiſtrauerat bona debitoris.

Benè verum eſt, quòd Statutum, de quo agitur, inducens præſumptionem ſatisfactionis, tollitur alijs fortioribus præſumptionibus, vt fuit dictum in *Rom pecuniaria de Cæſarinis* 13. *Febr.* 1617. *et in dicta Romana pretij viridarij* 11.
8 *Martij* 1624. *coram bon mem Vbaldo in Romana pecuniaria* 8. *Nouembris* 1624. *coram R P. D. meo Pirouano, et in Romana palatij* 30. *Aprilis, et* 27. *Decembris* 1627. *coram Reuerendiſſimo D meo Decano, Bou ad d. Statutum gloſ. 24. num. 3. Gabr. conſ. 148. num. 10. et 13.* & fuit dictum in ſæpius allegata *Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1624. *coram R. P. D meo Merlino*, in qua vlterius adducuntur coniecturæ coadiuuantes præſumptionem a Statuto inductam, & inſuper firmatur, præſcriptionem inchoatam, & perfectam in perſonam fideiuſſoris iudicij, nempè poſt rem iudicatam obſtare principali creditori.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana pecuniaria.

Lunæ 16. Februarij 1615.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio non præſumitur ſinè cauſa.*
2 *Eques Hieroſolymitanus non poteſt, nec confitendo, nec diſponendo Religioni præiudicare.*
3 *Simulationis cauſa debet eſſe rationabilis, ſufficit tamen, à partibus ita eſſe opinatam, licèt non ſit vera, num. 4*
5 *Simulationis cauſa non requiritur, quando ſimulatio non deſumitur ex præſumptionibus, & coniecturis; ſed per confeſſionem partis plenè, & concludenter probatam.*

DECISIO XCIX.

POST reſolutionem coram me factam. 13. *Maij* 1613. ad fauorem ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ, quòd Capitaneus Cæſar Thomaſius teneretur reſtituere eidem Religioni ſcut. bis mille 18. & 3. quæ erant poſita ſuper Banco Marini Gondulæ ad creditum q. Thomæ Thomaſij Equitis Hieroſolymitani, & eidem Capitaneo Cæſari in vim ordinis d. Equitis Gundulæ directi ſoluta, quæ dictæ ſacræ Religioni ſpectabant, nec de eis potuerat Eques Thomaſius diſponere, idem Capitaneus Cæſar in vim remiſſoriæ ſibi conceſſę examinauit Anconæ nõnullos teſtes ad proban. quòd dictæ pecuniæ erant redactæ ex precio cenſus ſcut. 4000. ſibi reſtituto à Comitiſſa Pantaſilæa Ferretta, emptrice Palatij q. Iulij Ferretti, ſuper quo erat impoſitus cenſus, & quòd fuerant datæ eidem Gundulæ ad illas ſuper cambijs exercen. ſub nomine d. Equitis, & ad illius creditum per errorem deſcriptæ: & ad verificandum quaſdam fides extraiudiciales datas in alia poſitione. Quorum tamen teſtium depoſitiones Dominis non fuerunt viſę releuantes cum deponant de venditione dicti Palatij facta per dd. de Ferrettis dictæ Comitiſſæ Pantaſilæa pro extinguendis debitis hæreditarijs paternis, & præſertim dicto cenſu ſcutorum 4000. cum dicto Capitaneo Cæſare, ſeu Capitaneo Ioanne eius patre, & de ſolutione dd. ſcutorum 4000. ſeu illorum conſignatione in tot ſacculis ſigillatis die celebrati inſtrumenti venditionis Palatij: nullus autem ex eis deponit de delatione, numeratione, & conſignatione dd. pecuniarum facta Gundulæ, ſeu eius Capſerio, nec de creatione, ſeu aptatione alicuius partitæ ſuper libris ad creditum Equitis Thomaſij, nec Capitanei Cæſaris: imò dictæ pecunię fuerunt, vt dicũt teſtes, delatæ, & conſignatæ Capſerio Gundulæ per quendã Io. Diaginini vnum ex bancho Iacobi Dondini Mercatoris, penes quem dicta Comitiſſa habebat dictas pecunias: à quo Io. teſtes dicũt audiuiſſe de huiuſmodi delatione, & conſignatione, videlicet ſecundus iuxta 12. interrogatorium, idem ſuper ſeptimo, octauo, nono, & decimo capitulo, & ſecundus iuxta duodecimum, & ſuper ſeptimo, nono, & decimo capitulo. Imò omnes ſuper octauo capitulo continente, pecunias fuiſſe per errorem poſitas ad creditum dicti Equitis Thomaſij, cum debuiſſent poni ſub nomine dicti Capitanei Cæſaris, dicunt ſe nihil ſcire, quod etiam reſpondent iuxta 14. an dicta ſcut. 4000. eſſent eædem pecuniæ, vel poſſent eſſe propriæ dicti Equitis. Et pariter ſuper octauo capitulo, an dictus Eques faſſus fuerit, dictam partitam fuiſſe erroneam. Quin potiùs error videtur excludi ex ordine d. Equitis directo Gundulæ, in quo expreſsè dicit: *li ſcudi* 2014. *che girate ſopra cambij per mio conto*, & ibi *defalcatone le ſomme. che hò diſpoſto*, & ibi *ſarete contento, di voltare à conto di detto Signor Capitano Ceſare*, & ibi, *annullando qual ſi voglia ſcrittura, & cautela, che appartiene à mio fauore*, & ibi, *hauendo ſopra ciò hauuto ſolamente il nome*: ex

quibus patet, quòd partita non fuerat erroneè deſcri-
pta ad fauorẽ Equitis; ſed, vt ipſe in dicto ordine ſuppo-
A nit, ſimulatè A, appoſitum eius nomen, nulla tamẽ cau-
1 ſa ſimulationis ſubſiſtente ad vulgatum *conſil. Bart.* 65.
& ideo eum non potuerit diſponere de dd. pecunijs, &
præſertim iuxta ſtabilimenta Religionis, non potuit etiã
confitendo illi præiudicare, vt in fine dictæ reſolutionis
2 13. *Maij* firmatum fuit. Et propterea Domini ſteterunt
in deciſis informante ſolum ſacra Religione.

ANNOTATIO.

A *Farinac. qui ferè innumeros congerit de falſit. quæſt.* 162.
num. 163. *Rot. deciſ.* 5. *num.* 4. *& deciſ.* 241. *num.* 10. *par.*
2. *in rec.* & vbi non adducitur cauſa, non ſufficere conie-
cturas, dixit *Rota deciſ.* 307. *num.* 11. *par.* 1. *rec. & deciſ.*
677. *num.* 5. *par.* 2. *& coram Reuerendiſs. D. Decano inter*
eius impreſſas deciſ 408. *num.* 2. *& fuit dictum in Bono-*
nien de Monterenijs 2. *Decembris* 1613. *coram bon. mem.*
Dunozetto, in qua dicitur, quòd Rota ſequitur hanc opinio-
3 nem, & cauſa debet eſſe rationabilis *Alex conſ.* 111. *num.*
1. *lib.* 3. *Hond conſ* 48. *num.* 28. *lib.* 2. *Mareſcott. var. re-*
ſol. lib. 2. *cap.* 132. *num.* 5. *Rota deciſ.* 1. *num.* 2. *de donat.*
& deciſ 413. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Ro-*
mana pecuniaria 18. *Maij* 1615. *coram Reuerendiſsimo Pa-*
triarca Pamphilio, vt refert, & ſequitur Beltram. ad deciſ.
Greg. XV. 157. *num* 27. *Gratian. diſcept. forenſ* 878. *num.*
18. & ſufficit, cauſam eſſe à partibus opinatã, licet nõ ſit ve-
ra: quia ſimulatio pendet ab animo, & opinione contrahen
tium, *et infra coram D. meo in Spoletana hared.* 4. *Februa-*
rij 1626. *num.* 7. *et poſt deciſiones allegatas per Beltram. vbi*
proximè, et Farinac de ſimul. quæſt. 162. *num.* 138. *fuit*
dictum in Rom. cenſus 17. *Decembris* 1627. *coram R. P. D.*
meo Merlino Cauſa autem non requiritur, quando ſimula-
tio non deſumitur ex præſumptionibus, & coniecturis,
5 ſed per confeſſionem partis plenè, & concludenter proba-
tam *Farinac. d. quæſt.* 162. *num.* 139. *et fuit dictum in*
Anconitana cenſuum 14. *Aprilis* 1617. *et in Rom. domus*
9. *Iunij euſdem anni coram bon mem Cardinali Sacrato,*
et in alijs infra in Rom. cenſus 6. *Nouembris* 1623. *num* 4.
confirmata d. die 17. *Decembris* 1627. *coram R P. D. meo*
Merlino.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Veneris 20. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Clauſula, arbitrio Rotæ, non dat facultatem auferendi, vel lædendi ius alterius, & ideo nõ habet locum ad reijciendum poſſeſſorium reintegrandæ, vt ſuper petitorio tantùm cognoſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Arbitrio Rotæ, *non habet locum ad reijciendum poſſeſſorium reintegrandæ, & de ſolo petitorio cognoſcen.*

2 *Poſſeſſorij cauſa ratione ordinis ante cauſam petitorij tractanda eſt, & num.* 6.

3 *Poſſeſſor dominium probare non tenetur, ſed illud probandi onus in aduerſarium transfert.*

4 *Cauſa poſſeſſorij reintegrandæ eſt multùm fauorabilis pro ſpoliato, & celeritatem deſiderat.*

5 *Cauſa poſſeſſorij reintegrandæ eſt magis priuilegiata petitorio.*

6 *Poſſeſſorium antè petitorium terminandum eſt, etiam à iudice arbitrium habente.*

7 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, nedum de æquitate, verùm etiam de iure.*

8 *Clauſula*, Arbitrio, *non dat facultatem auferendi, vel lædendi ius partis.*

9 *Examen factum coram vno tantùm ex duobus iudicibus delegatis eſt nullum.*

10 *Examen factum, omiſſis aliquibus ex interrogatorijs eſt nullum, & latè ſub lit.* C.

11 *Perſonæ mutatio non facit ius actoris deterius.*

12 *Succeſſor in beneficio conuenitur ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu permanente, ſicut poterat principalis defunctus.*

13 *Ius actoris non mutatur ex mutatione poſſeſſionis.*

14 *Impugnare non poteſt quis illud, ex quo ius ſuum deducit.*

15 *Acceptans, & fundans intentionem ſuam ſuper aliquo facto, non poteſt contra illud venire.*

16 *Confeſſio procuratoris facta in iudicio contentioſo præiudicat principali.*

17 *Confeſſio veriſimilis attendenda eſt, etiam ſi aliàs non præiudicaret.*

18 *Confeſsio in precibus plenè probat contra confitentem.*

19 *Poſſeſsio probatur, ex confeſsione partis confitentis, aduerſarium eſſe in poſſeſsione, licèt dicat, eum eſſe intruſum.*

20 *Poſſeſsio præſumitur iuſta.*

21 *Arbitrium non intrat pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio.*

22 *Cumulatio petitorij cum poſſeſſorio in iudicio manutentionis concedi non ſolet.*

23 *Arbitrium intrat pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, tam in iudicio redintegrandæ, quam retinendæ quando ſpolium eſt turbidum.*

24 *Arbitrium non intrat ad priuandum poſſeſsione exigendi penſionem illum, qui in ea reperitur, durante lite ſuper reductione.*

25 *Examen ſinè interrogatorijs eſt validum; etiamſi interrogatoria eſſent in actis producta, ſi pars aduerſa non fuit proteſtata, quòd teſtes non examinentur ſinè interrogatorijs num.* 26.

27 *Teſtes ſinè interrogatorijs examinati non probant, niſi repetantur.*

28 *Teſtes ſinè interrogatorijs examinati probant, ſi pars illa exhibere non curauit.*

29 *Minor non reſtituitur ad danda interrogatoria non data per tutorem, niſi doceat de læſione.*

DECISIO C.

RESPONSVM fuit per DD. non
eſſe locum arbitrio ad reijciendum
poſſeſſorium reintegran. per fratrem
Nicolaum Thom. iamdiu intentatum,
ad poſſeſſionem Abbatiæ B. M. de Ca-
ladia Ordinis Ciſtercien. ſequeſtrata
illius poſſeſſione, prout per Sãctiſſimũ
reſcribi obtinuerat vltimo loco Franciſcus, contra quẽ,
vti dictæ Abbatiæ detentatorem, iudicium poſſeſſorium
proſequitur d. frater Nic. Thom. *iuxta cap. ſæpe de reſtit.*
ſpoliat. cum enim per binas deciſiones fuerit denega-
tũ arbitrium, vigore alterius commiſſionis Apoſtolicæ
Rotæ conceſſum ad cumulandum petitorium cum poſ-
A ſeſſorio, A, ex rationibus, de quibus in eis multo mi-
1 nus dixerunt Domini: eſſe locum reiectioni dicti reme-
dij

Digitized by Google

dij ſpolij, & cognitionis ſolius petitorij, non tàm ra-
2 tione ordinis poſſeſſorij ad petitorium Bart. in l. edita
num. 14. in fine verſ. tertia regula eſt, C. de eden. quàm ra-
tione præiudicij partis actricis: cum cauſa poſſeſſionis
ſit quoddam neceſſarium antecedens ad cauſam pro-
3 prietatis, & poſſeſſio transferat onus probandi in
Aduerſarium ſuper dominio, de quo in ſpolio non tene-
tur probare d. cap. ſæpe, & ſic poſſeſſor grauaretur onere
probandi, à quo per iudicium poſſeſſorium releuatur,
vt in d. cap. ſæpe not. Bart. num. 3. Abbas num. 2. & pro-
pter difficultatem probationis amittitur quandocum-
que proprietatis effectus, vt ibidem ex verbis tex. notant
Innoc. Imol. Bellam. Rip. in princ. & Menoch. de recup. re-
med. 15. num. 364. & 365. & cauſam poſſeſſorij reſtituē-
4 dę eſſe multùm fauorabilem pro ſpoliato, & celeritatem
deſiderare dicit Biſignet. deciſ. 1. in fin. de cauſ. poſſ. &
propriet. & magis priuilegiatam petitorio Abb. in cap. cū
5 ad ſedem num. 7. de reſt. ſpol. Menoch. d. remed. 15. num.
6 366. vndè ordo cognitionis poſſeſſorij ante petitoriū
ratione præiudicij partis, non reijcitur etiam per iudi-
cem arbitrium habentem Aret. in l. naturaliter §. nihil
commune num. 17. verſ. circa prædicta ff. de acquir. poſſeſſ.
quem ibi ſequitur Rub. in repet. num. 328. & 329. verſ.
primus caſus, & partis præiudicium fundatur in æquita-
7 te, quæ non modò ſuadet, ſed lex iubet, ſpoliatum ante
omnia reſtituendum cap. ex conqueſtione de reſt. ſpol. cum
vulg. quem text. ad propoſitum citat. Rub. dicto §. nihil
commune n. 329. & neminem hoc caſu contradicere te-
ſtatur Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 51. num 2. clauſu-
8 la enim, arbitrio, non dat facultatem auferēdi, vel lædendi
ius partis ad l. 2. §. merito, & §. ſi quis à princ. ff. ne quid
in loco publico, Bart. in l. ambitione num. 12. ff. de decret.
& ord. facien. & in extrauag. ad reprimend. in verb. vi-
detur. num. 13. verſ. quæro item Menoch. d. lib. 1. quæſt. 48.
B in princip. B, Nec obſtare putarunt Domini, quòd
probatio primi extremi in alijs reſolutionibus firmata
ſuper teſtibus in vim remiſſoriæ examinatis, hodie
9 ceſſat ex nullitate examinis, tanquam facti ſolùm co-
ram Decano vno ex duobus Iudicibus, ſubdelegatis, l.
duo ex tribus ff. de re iud. vbi gloſſ. & Doct. in puncto
10 Ang. Aret. conſ. 132. num. 16. & omiſſis nonnullis inter-
C rogatorijs C, cap. per tuas in fin. vbi not. de teſtibus
Abb. in cap. cum cauſam ſub num. 6. prope finem verſ. alio
modo limitatur eodem tit. cum alijs per Cagnol. in l. 1. num.
102. ff. ſi cert. petat. & fuit dictum in Parmen. Status
4. Iulij 1614. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, &
ideo intrare videtur arbitrium ſublato, vel ſaltem ob-
ſcurato primo extremo iuxta deciſ. Reuerendiſſimi D. mei
Damaſceni in Romana Cottiuij 26. Martij 1606. nam
omiſſis etiam teſtibus, primum extremum videtur ſatis
probatum ex mandato procuræ dicti Fratris Nicolai fa
cto 10. Iunij anni 1594. ad reſignandam Abbatiam, quā
ipſe obtinebat, & poſſidebat ad fauorem Caroli, quo
vſus eſt dictus Carolus, qui præuia procuratoris dicti
Fratris Nicolai Thom. reſignatione, in manibus San-
ctiſſimi, obtinuit prouiſionem dictæ Abbatiæ, & in ade-
ptione poſſeſſionis illius, mediante executore in parti-
bus deputato dictus Frater Nicolaus ſe oppoſuit, pro-
teſtando, quòd nō fuerat ad eius fauorem reſeruata pē-
ſio mille francorum iuxta conuenta de tempore dicti
mandati, cui oppoſitioni poſtea dicitur per eundem re-
nuntiatum 27. Aprilis 1595. Quod mandatum procuræ
fuit in partibus ad inſtantiam dicti Franciſci compulſa-
tum, & extractum ex originali, & recognitum de man-
dato iudicis remiſſorialis per Rotam deputati, me-
diante notario cauſæ remiſſorialis actuario, ad præmiſ-
ſa ſpecialiter deputato, procuratori dicti Fratris Nico-
lai Thomæ pro certa die, & hora intimatum; & ideo ſi-

cuti confeſſio fratris Nicolai in dicto mandato ad reſi-
gnandū, quòd ipſe poſſidebat Abbatiam, probat factum
circa poſſeſſionem contra Carolum, contra quem iudi-
cium fuit inſtitutum in ſpolio, & qui etiam ius ſuum
deducit ex tali mandato, ad reſignandū: ita probat cōtra
Franciſcum ſuſtinentem vices Caroli, & qui in eadem
11 poſſeſſione ſucceſsit, ne ex mutatione perſonæ fiat ius
12 actoris deterius dicto cap. ſæpe ſucceſſor enim in benefi-
cio conuenitur ex eiſdem actis, & etiam cauſa in
eodem ſtatu permanente, ſicut principalis Rota deciſ. 1.
aliàs ſecunda vt lit. pend. in antiq. Lancell. par. 2. cap. 20.
de attent. poſt inhib. limit. 24. num. 18. quia ex mutatio-
13 ne poſſeſsionis non mutatur ius actoris Guid. Pap. de-
14 ciſ. 629. num. 1. quam paſsim ſequitur Rota nec poteſt
quis impugnare illud ex quo ius ſuum deducit Card. Se-
raph. deciſ. 750. num. 1. & fuit dictum coram R. P. D.
D meo Pirouano in Pacen. Canonicatus 2. Decembris 1613. D,
15 & acceptans, & fundans intētionem ſuam ſuper aliquo
facto, non poteſt contra illud venire Bald. conſ. 466. vol.
2. & conſ. 258. lib. 4. Corroborantur prædicta ex exce-
ptionibus, & replicationibus à procuratore Caroli, &
Franciſci in proceſſu compulſoriali coram officiali Vir-
dunen. factis, & reiteratis, in quibus expreſsis verbis fa-
tentur anteriorem poſſeſsionem Fratris Nicolai Tho-
mæ, dum dicunt, ipſum illam amiſiſſe per renunciatio-
nem Abbatiæ ad fauorem Caroli, & ab eo tempore nū-
16 quam poſſediſſe; confeſsiones enim quamuis factæ per
procuratores præiudicant dictis principalibus, cum
ſint factæ in iudicio contentioſo Imol. cap. 1. num.
17. verſ. item adde vt lit. non conteſt. & ibi Felin. num. 15.
verſ. prima declaratio, tanto magis, quia dictæ confeſsio-
17 nes ſunt veriſimiles, ideo attendēdæ, etiam ſi aliàs non
præiudicarent Aym conſ. 202. num. 48. Rota in Vratiſla-
uien. matrimonij coram R. P. D. meo Caualerio. 27. No-
uembris 1609. Denique ex confeſsione dicti Fratris in
ſupplicatione vltimo loco porrecta Sanctiſsimo, in qua
narrauit, Nicolaum per Conuentum in Abbatem electū,
& prætextu electionis in regimine dictæ Abbatiæ, & il-
lius fructuum perceptione ſe intruſiſſe, & exinde or-
18 tam litem &c. quæ confeſsio cōtra ipſum plenè probat
vulg. l. cum precum C. de lib. cauſ. & quòd ſimilis confeſ-
19 ſio ſufficiat ad probandam poſſeſſionem, pro manu-
tentione, & poſſit reijci qualitas intruſionis, quia poſ-
20 ſeſſio præſumitur iuſta Aym. conſ. 150. num. 5. Rota
E deciſ. 802. par. 1. diuerſ. E & ex probationibus ſimul iun-
ctis Dominis viſum fuit, non poſſe dubitari de primo
extremo. Quo confirmato, vt in alijs deciſionibus, con-
cluſerunt non intrare arbitrium, vt ſupra. An autem
releuent exceptiones adductæ contra titulum coloratū,
& aliæ ad excludendum ſpolium, Domini reſeruarunt, vi-
dere in diſputatione vltimi capitis dubij reſeruata
videlicet.
An intret ſpolium in caſu, & ad effectum de quo agitur &c.

ANNOTATIO.

A Arbitrium non intrare pro cumulatione petitorij cum
21 poſſeſſorio dictum eſt ſupra deciſ. 33. num. 1. & 2. & de-
ciſ. 48. num. 1. & firmauit etiam Rota deciſ. 639. num. 1.
part. 2. recent. in Romana domorum in Burgo 22. Iunij
1615. coram bon. mem. Vbaldo, & coram eodem in Tole-
tana decimarum 2. Decembris 1620. & in Meten. Priora-
tus 2. Decembris 1622. coram R. P. D. meo Merlino, in qui-
bus hæc deciſio allegatur. Quod præcipuè procedit in iu-
dicio manutentionis, in quo regulariter cumulatio huiuſ-
22 modi concedi non ſolet Rota deciſ. 99. num. 6. part. 1. di-
uerſ. & in recent. deciſ. 476. num. 7. part. 1. & d. deciſ.
698. num. 2. part. 2. & in d. Meten. Prioratus coram

R. P. D. meo Merlino, verſ. non obſtat. Limitatur tamen, vbi poſſeſſorium eſt turbidum, tunc enim Rota exercet arbitrium pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, tàm
23 in iudicio ſpolij, *vt in dd. deciſ. 33. num. vlt. & deciſ. 48. num. 2. cum ibi allegatis, & infra in hac eadem cauſa 27. Nouembris 1615. coram D. meo num.* 1. quàm in iudicio manutentionis, *Rota in Vtien. Parochialis* 10. *Decembris 1608. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & coram bon. mem. Cardinali Caualerio deciſ. 283. num. 1. & 4. & deciſ. 474. num.* 3. in quibus conſideratum fuit pro turbiditate poſſeſſorij ad hunc effectum cumulationis cum petitorio, quòd cauſa poſſeſſorij pluries propoſita non fuit reſoluta.

B Idem hac deciſione allegata, firmauit Rota *in Romana domorum in Burgo* 11. *Martij 1620. coram bon. mem. Vbaldo*, & ideo arbitrium non admittit, quòd is, qui reperi-
24 tur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ea priuetur, durante lite ſuper reductione, *Seraphin. deciſ. 1429. num. 2. Rot. deciſ. 387. num. 1. part. 2. recent. & in Tullen. penſionis 22 Iunij 1609. coram Ortembergo, in Hidruntina penſionis 25. Iunij 1618. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Cremonen. penſionis 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, in qua hæc deciſio D. mei allegatur*.

C Regulariter examen ſinè interrogatorijs eſt validum
25 *Alexand. conſ. 72. num. 9. lib. 2. Decian. reſponſ. 51. num. 122. lib. 2. Put. deciſ. 417. lib. 1. & deciſ. 308. lib. 2. ſecundùm vlt. impreſſ. Gregor. XV. deciſ. 331. in fin. & ibi Adden. lit. F. num. 22. & deciſ. 351. num.* 46. etiam ſi interroga-
26 toria eſſent in actis producta, dummodo pars non eſſet proteſtata, quòd teſtes non examinentur ſinè interrogatorijs, *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Mauris 24. Nouembris 1606. coram Cardinali Lancellotto*. Verùm li-
27 cet examen ſinè interrogatorijs non vitietur, teſtibus tamen fides non adhibetur, ipſis non repetitis, *Put. in deciſionibus ſupra citatis, Seraphin. deciſ. 702. num. 4. & Rota in hic allegata Parmen. Status coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino impreſſa per Farinac. conſ. tom. 2. deciſ. 214. num.* 2. cum alijs relatis *per eundem Farinac. de teſtib. quæſt. 73. num.* 6. nec aduerſatur hæc deciſio, quia loquitur in teſtibus examinatis à iudice remiſſoriali, qui tenetur ſeruare formam in remiſſoria ſibi præſcriptam, vt declaratur *in d. Parmen. Status*. Prædicta ſic procedunt, quan-
29 do pars aduerſa dedit interrogatoria, quòd ſi illa non exhibuerit, ſibi imputet: non vitiantur enim hoc caſu dicta teſtium ſinè interrogatorijs examinatorum *Decian. d. reſponſ. 51. num. 121. Farinac. d. quæſt. 73. num. 73. Gre-*
28 *gor. XV. deciſ. 351. num. 47. & ibi Adden. lit. E.* adeo vt neque minor reſtituatur ad danda interrogatoria non data per tutorem, niſi doceat de læſione *Put. deciſ. 9. de reſtit. in integ. Vtu. commun. opin. 896 ſub num. 6. verſ. ceterùm Gratian. diſcept. forenſ. cap. 391. num.* 36.

D Idem firmatum fuit infra *in Auriacen. iuris nominandi 8. Februarij 1616. num. 2. in Florentina iuriſpatronatus 25. Maij eiuſdem anni num. 8. & in Bergomen. Cappellaniæ 23. Martij 1618 num. 14. coram D. meo*.

E Adde *Rot. deciſ. 525 num. 2. part. 2. recent. et coram Cardinali Caualerio deciſ. 535. num. 2. in qua dicitur d. deciſ. 802. part 1. diuerſ.* ſæpius à Rota canonizatam fuiſſe; *et in Verulana bonorum 21. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Ghiſilerio cum alijs adductis infra coram Domino meo in Romana de Pacificis 3. Iulij 1623. num.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Firmana hæreditatis.

Lunæ 23. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio compendioſa quamuis facta verbis communibus, & reſtricta ad certa bona, ſi facta fuerit cum diſtinctione temporum, intra pubertatem, intelligitur pupillaris, non autem fideicommiſſaria. Idem, quando ita conſtat de mente teſtatoris. Item compendioſa facta per verba directa, licèt reſtricta ad bona teſtatoris, cenſetur pupillaris.

SVMMARIVM.

1 *Dictio exceptiua*, che, *præcedente negatiua potentiæ, videtur affirmare ſolam potentiam, non autem actum; ſecus præcedente affirmatiua diſpoſitione, quia tunc nedum aptitudinem, ſed etiam actum inducit.*
2 *Compendioſa facta verbis communibus, & reſtricta ad certa bona eſt omni tempore fideicommiſſaria; limita, vt ibi.*
3 *Subſtitutio cenſetur pupillaris intra tempora pubertatis licèt reſtricta ad bona teſtatoris, quando conſtat de illius mente, & quando dicatur conſtare de mente teſtatoris.*
4 *Teſtator, ſi voluit, omnia bona ſua reſtitui ſinè aliqua diminutione legitimæ, vel Trebellianicæ, intelligitur pupillariter ſubſtituiſſe.* 1
5 *Verbum*, Vadat, *eſt directum, niſi cum illo ſit coniuncta dictio*, ſemper, *quia tunc dicitur obliquum num.* 11.
6 *Compendioſa facta per verba directa, licèt reſtricta ad bona teſtatoris, non eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
7 *Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij.*
8 *Interpretatio ſolùm cadit in re dubia.*
9 *Legata pecuniaria de manu hæredis capi debent.*
10 *Legatarius, & fideicommiſſarius tunc dicuntur legitimi contradictores in remed.* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *quãdo hæres nihil cõſequi debet ex bonis ab eis poſſeſſis.*
12 *Legatarius capiens rem legatam auctoritate propria cadit à iure ſuo.*
13 *Fideicommiſſarius an poſſit auctoritate propria capere bona fideicommiſſo ſubiecta remiſſiuè.*
14 *Fideicommiſſarius an, & quando ſit legitimus contradictor ad impediendum immiſſionem hæredi remiſſiuè.*

DECISIO CI.

PLACVERVNT Dominis fundamenta deciſionis, ſub die 12. Decembris præteriti, in qua firmatũ fuit, dandam eſſe immiſſionem neptibus Franciſci Eliſæi in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, tanquam vocatis ex pupillari, purificata per obitum Laurentij, vt in ea dictum eſt: à qua ideo non receſſerunt. Primum erat, quia poſt factam compendioſam, ibi: *Che morendo Lorenzo ſenza figliuoli, &c. vuole, che tutta la ſua robba, & heredità ſenza diminutione di legitima, ò di Trebellianica, vada, & ſuccedino in detta ſua heredità &c.* Facta fuit etiam pupillaris per illa verba, *Che morendo Lorenzo in pupillare età, cioè ſin che non arriuarà al tempo, che dicono le leggi, nõ poſſa andare ad altri la robba di eſſo Teſtatore, che alle dette ſue figliuole, & nepote, ſenza detrattione di legitima. & Trebellianica da qualſiuoglia perſona.* Ex quibus, vt alias dicebatur, inducitur affirmatiua diſpoſitio,

&vo-

& vocatio ad fauorem filiarum, & neptum Franciſci,
Laurentio in pupillari ætate decedente. Nec obſtat,
quòd iſta exceptiua, *Che*, præcedente negatiua poten-
1 tiæ, videatur affirmare ſolam potentiam, non autem
actum, & conſequenter non poſſit inducere vocationem
ex pupillari, *iuxta not. per Bart. in l. actione ſub num. 1.*
verſ. ſed eſt aduertendum, C. *de tranſact.* quem ibi alij ſe-
quuntur, *& in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, num. 4. ff.*
ſi quis caut. Quia cùm præcedat affirmatiua diſpoſitio,
& vocatio per compendioſam, de qua ſupra, dictio il-
la exceptiua ponit nedùm aptitudinem, ſed actum, &
conſequenter vocationem inducit; *Alber. loquens in diſpo-*
ſitione teſtatoris in d. §. qui iniuriarum, num. 16. ad fin.
verſ. aut præcedit voluntas teſtatoris, & ibi Bald. ſub num.
7. ad med. verſ. in illa ratione. Et conſerunt etiam ſe-
quentia verba, *ſenza detrattione di legitima, & Trebel-*
lianica da qualſiuoglia perſona, quæ cùm ſint prohibitiua,
& priuatiua detractionum ex bonis, neceſſariò oſtendūt,
quòd verba exceptiua præcedentia inducebant voca-
tionem ad ipſa bona, & ſi aliter diceretur, inepta, &
ſuperflua remanerent. Nec non conſerunt illa pariter
ſequentia verba, *Morendo Lorenzo come di ſopra, ſoſti-*
tuiſce le dette figliuole, & nepote. Et ſic cùm ex præce-
dentibus, & ſequentibus appareat voluntas vocandi in
caſum mortis in pupillari, ceſſat obiectio, quòd verba
non inducant affirmatiuam actus: prout videmus in ca-
ſu contrario, quòd ſi præcedit negatiua actus, & ſequi-
tur exceptiua, illa non affirmat actum, ſed potentiam, vbi
talis apparet voluntas diſponentis *Rom. in d. l. actione,*
vbi Dec. num. 5. in fin. & num. 6. verſ. moderni hic, &
Curt. Iun. num. 5. Quod augetur ex eo, quòd teſtator
erat in actu vocationis, quo caſu dictiones exceptiuæ
affirmant actum, & diſpoſitionem inducunt. *Bart. in d.*
§. qui iniuriarum, num. 10. verſ. videndum eſt ergo, quem
ibi ſequitur Alex. num. 15. & benè Iaſ. num. 38. & Rom.
in d. l. actione num. 7. Secundum fundamentum erat,
quòd negari ſaltem non poteſt, quin per ſupradicta ver-
ba dicatur expreſſus caſus obitus in pupillari ætate, qui
etiam ſæpiùs fuit repetitus, vt immediatè ibi, *cioè ſin che*
non arriuarà al tempo, che dicon le leggi, & ibi. *Et queſto come*
hò detto, morendo in pupillare età. & infra. *Et morendo Lo-*
renzo, come di ſopra. Et ideò non procedit regula, quòd
2 compendioſa verbis communibus ad bona teſtatoris
reſtricta (prout iſta videbatur) poſt aditam hæredita-
A tem ſit omni tempore fideicommiſſaria A, Quia im-
mò reſtrictio illa in compendioſa, ob expreſſionem
obitus in pupillari, habetur pro non adiecta, vt in his
terminis extendendo doctrinam *Bart. in l. ſi ita ſumptis*
§. qui filio, ff. de bon. poſſ. ſecundùm tab. loquentis in pu-
pillari, voluerunt *Caſtr. in l. 1. num. 4. & Soccin. Sen.*
num. 11. in 2. caſu, ff. de vulg. & pup. Franch. in cap. ſi pa-
ter, num. 78. in princ. verſ. certè ſicut Salycet. & verſ. ſed
iſta differentia. de teſtam. in 6. Et ita tenent etiam *Galiaul.*
in l. centurio num. 328. verſ. non obſtat, ſi dicas ff. eod tit.
de vulg. & pup. Soccin. Iun. de communi conſ. 95. num.
26. lib. 1. Gabr. conſ 113. num. 40. & ſeqq. vol. 2. Hon-
ded. conſ. 73. num. 28. & num. 35. verſ. vel procedunt.
quando ſubſtitutio lib. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 5.
B *tit. 7. num. 5. 7. 12. & lib. 7. tit. 3. num. 14.* B, Pro
3 vt etiam placuit alia limitatio, in deciſione firmata ex
alia *Firmana coram bon. mem. Bubalo*, vt ſubſtitutio
ſit pupillaris intra tempora pubertatis, licèt reſtricta
ad bona teſtatoris, quando conſtat de illius mente, de
qua ſufficienter conſtare dicitur, dum vult, totam hære-
ditatem in ſubſtitutas deuenire, abſque diminutione le-
gitimæ, & Trebellianicæ, ex ibidem allegatis: qui-
bus non obſtare dicebatur doctrina *Ang. in l. centurio*
num. 5. verſ. & ponit C. *de impub.* & aliorum per infor-
mantes cumulatorum, quòd ſcilicet illa verba *ſinè dimi-*
nutione, &c. intelligantur de diminutione in bonis pro-
prijs teſtatoris, non autem pupilli. Quia contrariam
opinionem tenent *Bar. num. 27. Iaſ. num. 48. & alij*
omnes in d. l. centurio cum alijs latè per Odd. de compend. par.
5. art. 3. ſublimit 7. verſ. primum exemplum ſol. mihi
160. Et illam dicit veram, & cōmunem, reprobata opi-
nione *Ang.* & ſequacium, *Menoch. aliàs allegatus præſum-*
pt. 56. num. 12. lib. 4. cum alijs per eum adductis. Et quā-
do concurrit prohibitio legitimæ, nulla videtur contro-
uerſia inter Doct. *vt per eundem Menoch.* Tantò ma-
gis, quòd illa in iſto caſu eſt geminata in teſtamento, &
expreſsè reſpectu matris repetita in codicillis, vt in
deciſione. Dicebatur etiam, quòd compendioſa facta
erat per verba directa, videlicet, per verbum, *vada*,
C quod eſſe directum, C, firmant omnes in deciſione
5 cumulati, *& per Intrigliol. in tract. de ſubſtit cent. 3. quæſt.*
31. num. 52. quo caſu licèt reſtricta ſit ad bona teſta-
toris, non eſt omni tempore fideicommiſſaria, ſed ſolùm
6 quando facta fuiſſet per verba communia, vt tradit *Soc-*
cin. in d. l. 1. num. 11. in primo caſu. vbi Alciat. num. 166.
& dicit ab omnibus approbari, Card. Mantic. de coniect. lib.
5. tit. 7. num. 22. & ſeqq. Quibus ita firmatis, Statutū
Firmanū ſub rub. 49. lib. 3. excludens fœminas pro-
pter maſculos, reſeruata matri dimidia legitimæ in
hæreditate filij inteſtati, vel inteſtabilis, applicari non
poteſt: cùm ſubſtitutio pupillaris dicatur teſtamentum
7 filij *§. igitur Inſt. de pupill. ſubſt. l. 2. ff. de vulg. & pup.*
Et ideò non faciunt verba, de quibus in fine dicti Sta-
tuti, quòd allegari poſſit ad interpretationem teſta-
mentorum. Quia ſtante pupillari ceſſat omnis inter-
8 pretatio, quæ ſolùm cadit in re dubia, vt in his terminis
conſiderat *Soccin. Iun. d. conſ. 95. num. 34. in fin. verſ.*
nouiſſimè, & num. 35. lib. 1. Minùs obſtare viſa fuit ex-
ceptio retentionis, quò ad Iſabellam, ratione legati
alimentorum, & quò ad filias, ratione legati dotium.
Legata enim ſunt pecuniaria, non autem in ſpeciebus,
vel in corporibus: quæ propterea capi debent de manu
D hæredis D, *l. 1. §. relegit. ff. quor. legat. l. non dubium,*
9 C. *de legat. cum vulgar.* Et conſequenter cum non de-
beant conſequi ratione legatorum omnia bona poſſeſſa,
non poſſunt impedire immiſſionem; quia legatarius tunc
10 demùm eſt legitimus contradictor, quando hæres nihil
conſequi debet ex bonis ab eo poſſeſſis, prout dicitur
de fideicommiſſario, cui æquiparatur in hac materia
Zuccard. in l. fin. num. 429. C. de edict. Diu. Adr. tollen.
E *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 642.* E, Et eo magis,
quia videtur etiam expreſſum in teſtamento, cùm le-
gatum filiabus dicat, *da dargliſi con paghe honeſte*, & lega-
tum vxori, *ſe li debba dare vitto, & veſtito.*
Reſpectu tamen Iſabellæ citra præiudicium habitationis
domus ſibi legatæ, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd cōpendioſa communibus verbis in re certa facta nō
contineat pupillarem *tradunt Surd conſ 229. lib. 2. Pereg.*
de fideicom. art. 5. num. 37. & art. 34. num. 54. cum ſequē-
tibus Intrig. de ſubſtitut. cent. 3. q. 24. & plures alij, quos
plena manu refert *Fuſar. in ſimili tract q. 241. num.*
24. cum ſequentibus.

B Adde *Fuſar. & ab eo citatos d. q. 242. à num. 33.*

C Verbum, *vadat.* eſt directum, niſi cum illo ſit coniuncta
11 dictio. *ſemper*, quia tunc diceretur obliquum *Parıſ con-*
ſil. 93. num. 14. lib. 2. Odd. de compendioſ part. 4. in fin ſol.
65. Gratian. diſcept. forenſ cap. 542 num 2.

D Legata, quæ conſiſtunt in quantitate, capi debent de ma-
nu hæredis, adeo quòd legatarius capiens rem legatam

12 auctoritate propria cadit à iure ſuo *l non dubium C de legat.*
& idem eſt de fideicommiſſario *d l non dubium. & ibi Gloſ.*
et Doct communiter et in l. Paulus ff. ad Trebell Peregrin.
de fideicommiſſ art. 47 num 11, Rota deciſ. 520. num 11.
part. 1. diuerſ & deciſ 115. ſub num. 3. part. 1. recent. cum
alijs per Fuſar. de ſubſtit quaeſt 609. num. 1. et per tot quaeſt.
13 late tractat, an fideicommiſſarius capere poſſit auctoritate
propria bona fideicommiſſo ſubiecta, & an ſic capiendo
amittat ius ſuum.
E *Argel latè de legit. contradictor quaeſt. 3. art. 11. num. 276.*
cum ſeq. Gratian. num. 59. d. diſcept. 542. in qua nihil
omiſſo reaſſumpſit hanc deciſionem, & aliam in eadem
cauſa *die 12. Decembris 1614. quae ſupra eſt deciſio 64.* An
14 autem & quo caſu fideicommiſſarius ſit legitimus contra-
dictor ad impediendam immiſſionem hæredi ex beneficio
l fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. latè Fuſar. de ſubſtit.
quaeſt 613. per tot.

Calaguritana beneficij de Brentauilla.

Veneris 13. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Adeptio poſſeſſionis requiritur, vt per aſcenſum ad ſecundum beneficium incompatibile vacet primum, nec ſufficit ſolus aſcenſus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum vt vacet per adeptionem ſecundi incompatibilis, aſcenſus, & adeptio poſſeſſionis requiruntur.*
2 *Poſſeſſio pacifica per bimeſtre concurrere debet, vt inducatur vacatio primi incompatibilis.*
3 *Reſeruatio regulæ octauæ nunc 9. non habet locum in Diœceſi Calaguritana.*
4 *Regula 8. hodie 9. non derogat conſtitutionibus per viam legis propter bonum publicum emanatis.*

DECISIO CII.

PRÆTENDEBAT Franciſcus Montoya, quòd beneficium, de quo agitur, vacaſſet de menſe Maij 1612. per aſcẽſum Ioannis de Vandes, qui illud obtinebat, ad aliud integrum beneficium imcompatibile, & ideò eſſet reſeruatum ratione menſis; DD. tamen dixerunt, non probari vacationem in dicto menſe per ſo-
1 lum aſcenſum, niſi etiam probetur adeptio poſſeſſio-
A nis A, per text. *in cap. de multa, & ibi Gl. in verbo poſt*
receptionem Abb. num. 16. verſ. ego indiſtinctè, & Anchar.
num. 3. de præben. & tex. in cap. ſi tibi conceſſo 26. in fin.
vbi Gl. in verbo vacare eodem tit. in 6. Clem. ſi plures eodem
tit. Gl. in cap. ſi quis iam tranſlatus in verbo tranſlatus verſ.
ſed propter ſolam confirmationem 21. quaeſt. 2. Addit. ad
Rot. deciſ. 3. verſ. & oportet, quòd quis, de præb. in nou. vbi
dicit, ita ſeruari in Rota, & quòd oportet, quòd quis pa-
2 cificè poſſederit ſecundum beneficium per duos menſes,
vt inducatur vacatio primi, *Caputaq. deciſ. 294. par. 2.*
cum alijs per *Modern. Hiſpanos in tract. de beneficijs tom. 2.*
par. 11. cap. 5. §. 1. num. 100. Sed quatenus etiam probaretur vacatio de dicto menſe, non tamen intraret reſeruatio, quia ea locum non habet in beneficijs diœceſis
3 Calaguritan. propter ampliſſimã regulæ octauæ derogationem à fel. rec. Clem. VIII. pro dd. beneficijs conceſſam, vt in terminis tradit *Gonzal. ſuper d. reg. 8. gl. 9. §. 1.*
num. 72. Præſertim quia dicta Regula non derogat conſtitutionibus per viam legis propter bonum publicum
4 emanatis, qualis eſt dicta derogatio Clementis, vt tenuit Rota *in Tiraſonen. Vicariæ 13. Octobris, & 4. Decembris 1595. coram bon. mem. Litta.*
In reliquis ſententia Rotalis optimè videtur iuſtificata ex rationibus, de quibus in deciſionibus R. P. D. mei Pirouani, quæ hic non repetuntur, & ideo, ſolo Gaſpare Aluiz informante, fuit reſolutum pro illius confirmatione, &c.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ. 19. ſub lit. A.*

Foroliuien. Cappellaniæ.

Lunæ 16. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus laicale perueniens ad perſonam Eccleſiaſticam efficitur Eccleſiaſticum, & conſequenter cadit ſub regula reſeruatoria menſium.

SVMMARIVM

1 *Beneficia vacantia per obitum in Curia ſunt reſeruata.*
2 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*
3 *Iuſpatronatus laicale perueniens ad manus perſonæ Eccleſiaſticæ efficitur Eccleſiaſticum.*
4 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum ſub regula reſeruatoria menſium comprehenditur.*
5 *Iuſpatronatus laicale non fit Eccleſiaſticum, quando patronus laicus perſonæ Eccleſiaſticæ ius præſentandi tantùm donauit, cum reſeruatione iuriſpatronatus, quod facere poteſt.*
6 *Dictio taxatiua,* tantùm, *appoſita perſonæ excludit hæredes.*
7 *Iuriſpatronatus mentio facienda non eſt in impetratione, quando patronus non eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
8 *Iuſpatronatus mixtum ſub regula octaua non comprehenditur. Intellige vt num. ſeq.*

DECISIO CIII.

RESPONSVM fuit per Dominos, non cõſtare de iure Vandini. Quia Cappellania Sancti Ludouici in Eccleſia Sancti Mercurialis, ad quam ipſe de anno 1607. fuit præſentatus, & inſtitutus ab Abbate eiuſdem Eccleſiæ, reſeruata erat, eum vacaret per obitum in
1 Curia Octauij Clementini *iuxta text. in cap. 2. vbi gloſſ.*
magna, & Anchar. in 1. notab. de præbend. in 6. & ideo
Vandinus nullum in ea ius acquiſiuit, propter decretum
2 irritans, de quo *in d. cap. 2.* quod inficit titulum, & poſſeſſionem, *cap. ſi eo tempore, de elect. in 6. Rot. dec. 3. ſub num. 1. verſ. facit enim, de reſt. ſpol. in nouis, Caſſad. dec. 87. num. 5. ſuper regulis*, cum alijs per *Gab. de clauſulis concluſ. 3. num. 5.* Et licèt ab initio eſſet de iurepatronatus laicali, ex dotatione, & fundatione quondam Mellinæ, vt ex inſtrumento del 1417. per eam celebrato cum Abbate, & Monachis dicti Monaſterij: de quo etiam iurepatronatus meminit, *Card. Seraphinus deciſ. 871.* illud tamen effectum eſt Eccleſiaſticum; cum ex eodem donationis inſtrumento, poſt mortem Mellinæ conuentum fuerit, Abbatem non ſolùm poſſe, & valere, ſed

etiam

Digitized by Google

etiam debere eligere, nominare, & confirmare ſacer-
dotem, qui inſeruiret dictæ Capellaniæ, *vt eſt text. in*
cap. unico §. fin. vbi Gloſſ. & Archid. in verſ. ſemeſtre
Io. Monach. num. 4. Anchar. num. 5. verſ ſextò nota, &
Frãch. num. 3. de iurep. in 6. Abb. in cap. de Monachis num.
14. de præbend. Felin. in tract. quando lit. apoſtol not. pat.
col. 81. verſ. limitatur 6. Pariſ. conſ. 128. num. 19. & 20.
col. 4. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. artic. 8. quæſt. 1.
num. 1. & lib. 2. par. 2. art. 20. quæſt. 9. per totam Roc.
in eod. tract. in verb. ipſe, vel is, num. 32. Couarr. pract.
quæſt. cap. 36. num. 5. verſ. 2. illud erit obſeruandum, &
tenuit Rota apud Cardinalem Seraphinum deciſ. 1420.
A *num. 1.* A, & ideo ſub regula reſeruatoria compre-
B henditur, B, nec potuit fieri præſentatio in menſibus
4 reſeruatis; vt in terminis fuit reſolutum *in Valentina be-*
neficij 26. Martij 1592. coram bon. mem. Orano. Nec pla-
5 cuit reſponſio, quòd prædicta procedant quando do-
natur iuſpatronatus, & ſic proprietas, ſecus vbi (vt
in præſenti caſu) in perſonam Eccleſiaſticam confertur
ſolum ius præſentandi, vel nominandi, tunc enim laicale
iuſpatronatus non efficitur Eccleſiaſticum: quaſi aliud
ſit iuſpatronatus, & aliud ius præſentandi, *iuxta conſ.*
Calder. de iurepatr. 19. & deciſionem Card. Seraph. 450.
num. 4. cum alijs allegatis. Obiectum enim procedit, quã-
do patronus conceſsit ius præſẽtãdi cum reſeruatione
iuriſpatronatus, in quibus terminis loquuntur *Calder. &*
Seraph. vbi ſupra, & alij in contrarium adducti; ſecus in
propoſito, cum Millina in donatione poſt eius mortem
tranſtulerit in Abbatem ius eligendi, nominandi, &
confirmandi, ſinè aliqua iuriſpatronatus reſeruatione
C pro ſuis hæredibus, C, Imò reſeruauerit ſibi aucto-
6 ritatem nominandi, & præſentandi in eius vita, cum
taxatiua, *tantum*, quæ reddit perſonalem huiuſmodi re-
ſeruationem, & ſic excludit hæredes, iuxta notata com-
muniter per *Doct. in l. niſi ff. de pact.* Et coadiuuatur ex
inſtrumento collationis factæ Vandino per Abbatem 7.
Decemb. 1601. *in eius ſummario num.* 3. in quo dicitur, ad
dictum Abbatem de iure, & virtute fundationis, ac ex
antiqua conſuetudine ſpectare, & pertinere collationẽ,
& inſtitutionem dicti altaris. Sed quatenus dici poſſet,
proprietatem, ſeu quaſi iuriſpatronatus eſſe penès hæ-
redes Millinæ; tamen ius præſentandi, & ſic poſſeſſio
7 radicata in perpetuum, erat penes Abbatem. Et ideo in
impetratione non erat facienda mentio iuriſpatronatus
Card. conſ. 69. num. 4. verſ. ſufficit, Aeneas de Falcon. in
tract. de reſeru. effect. 14. ad fin. verſ. idem puto dicendum,
Decian. conſ. 117. col. 2. ſub verſ. & quantum ad propo-
ſitum, conſ. 126. ſub num. 3. verſ. & ideo notabiliter voluit,
Ferret. conſ. 132. num. 12. Rolan. conſ. 47. num. 27. ad
fin. lib. 1. Rot. deciſ. 167. num. 7. par. 2. diuerſorum. Alia,
quæ dicuntur contra prouiſionem Baldi, qui eſt reus,
& poſſeſſor, nõ pertinent ad punctum. Et ideo ex his fuit
concluſum vt ſupra &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Hieron. Paul. in practica Cancel verſ in cauſa mea*
Maioricen. Creſcent. deciſ. 3. de iurepatron. Duaren de ſa-
cris Eccleſiæ myſter lib 5. cap. 4. Spin. de teſtam. gloſ. 4.
num. 16. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloſ 18. num. 5. Garz.
de benefic. par 5. cap 1. num. 553.
B *Gregor. deciſ. 48. num. 4. Garc d. cap. 1. num. 552. Gonzal.*
d gloſ 18 num. 6. et ſeq. Gratian. diſcept. 809. num 5. Ro-
8 *ta deciſ. 541. num. 4. par. 2 recent.* Si tamen eſſet mixtum
partim laicale, & partim Eccleſiaſticum nõ caderet ſub d.
regula; quia iuſpatronatus huiuſmodi ad effectum deroga-
tionis ſequitur naturam laicalis *Gonzal* pluribus relatis *d.*
gloſ. 18. num. 12. 13. et 14. Rot. deciſ 574. num. 10. part.
2. diuerſ et d. deciſ. 541. num 4. part. 2. recent. quod pro-
cedit, quando patroni laici habent maiorem, vel ſaltem
9 æqualem vocum partem, ſecus ſi iuſpatronatus pro ma-
iori parte ſpectaret ad perſonas Eccleſiaſticas, tunc enim
caderet ſub reſeruationibus *Creſcent. deciſ 3. in princ. de*
iurepatr. Gonzal. alijs citatis d. gloſ 18. num. 15. 16. et 17.
C Si quis autem haberet ius nominadi Rectorem in Eccleſia,
alius verò ius præſentandi Epiſcopo, an iuſpatronatus in
illo caſu ſit penes nominatem, vel penes præſentantẽ, quæ-
ſtio eſt dubia, *in qua Gambar de officio, & poteſt. Legati*
de latere lib. 3. num. 392. cum ſeqq. licèt plura fundamen-
ta afferat ad probandum, iuſpatronatus eſſe penes præſen-
tantem, cum nominatio non ſit in conſideratione, ipſe ta-
men *à num 397.* ſequitur contrarium, quoniam, vt teſtatur
gloſ in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. actus præſentan-
di nominatos ab alio non eſt liber, ſed neceſſarius, quod
eſt contra naturam patronatus, quæ eſt, vt patronus ſit
liber in præſentando idoneum *cap piæ mentis cap filijs 16.*
quæſt. 7. Vndè in *Rot. deciſ. 481. num. 6. part. 1. recent.* fuit
dictum, iuſpatronatus, in quo nominat Vniuerſitas, & præ-
ſentant Portionarij, eſſe laicale, & non Eccleſiaſticum.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Viterbien. pecuniaria.

Lunæ 16. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Confeſſio debitoris decocti, vel de proximo de-
cocturi non præiudicat creditoribus,

SVMMARIVM.

1 *Decoctus, vel de proximo decocturus ad paria iudicantur.*
2 *Confeſſio ſimplex, & nuda debitoris non præiudicat credito-*
ribus præſentibus, vel futuris.
3 *Confeſſio ſimplex, & nuda debitoris, etiam ſi fuerit iterata,*
non præiudicat creditoribus, nec habet priuilegium præ-
lationis aduerſus creditores num. 4.
5 *Confeſſio inueriſimilis non attenditur.*

DECISIO CIV.

INTER ceteras partitas, per peritum
calculatorem ab A. C. electum in ſu-
ſpenſo relictas, & Iudicis arbitrio com
miſſas, tres fuerunt prætenſæ pro par-
te Almagioni emptoris mercium fun-
dacalium Sanctorij mercatoris Viter-
bienſis decocti, quas ſibi eſſe excompu-
tandas allegabat, duas videlicet ſolutas anterioribus cre
ditoribus, & alteram ſibi ſimiliter anteriori creditori
compenſaram in dicto pretio. Quarum tamen Domini
10. Iunij 1613. (informante rantum parte dictorum de
Fonte) dixerunt, non eſſe habendam rationem: & hodie
vtraque parte informante, ſteterunt in deciſis, ex ratio-
nibus, de quibus in deciſione.
Et primò, quo ad ſcuta 1100. dicto Almagiono compenſa-
ta per Sanctorium in inſtrumento emptionis dd. mer-
cium fundacalium 29. Martij 1597. Quia in deciſione
dicebatur, confeſſionem dicti Sanctorij in dicto inſtru-
mento venditionis capitalis, ſuper liquidatione lucri ſo-
cietatis porcorum, pro parte dictum Almagionum tan-
gente ſuſpectam tanquam per decoctum, vel decoctioni
proximum factam; & huic fundamento replicabitur, il-
lam ſuſpicione carere, cum præcederet ſocietas inter eos
per

Digitized by Google

per publicum inſtrumentum de menſe Iunij 1593. in quo Sanctorius confeſſus fuit, recepiſſe ab Almagiono ſcut. 790. erogata in emptionem tot porcorum, ſuper quibus inter eos fuit inita ſocietas duratura ad octo menſes, & vltra ad beneplacitum; & ſic, quòd pro dicto lucro Almagionus eſſet prior in tempore, & haberet pro ſe obligationem Cameralem, ſaltem pro redditione rationis, & conſignatione lucrorum. Nihilominus reſponſum fuit, ſubſiſtere fundamentum, quòd dicta confeſſio ſuper liquidatione dictorum lucrorum non poterat præiudicare Dominis de Fonte creditoribus.
Quia ſucceſſit decoctio infra dies 14. & paria ſunt, quòd
1 eſſet decoctus, vel proximè decocturus. *Vrſill. ad Aſflict. deciſ. 402. in addit. num. 7. & fuit dictum in Romana repetitionis indebiti 27. Iunij 1614. coram R. P. D.*
A *meo Pamphilio*. A, Nec docetur, ſocietatem fuiſſe effectuatam, imò nec ſubſequutam emptionem porcorum, iuxta conuenta in dicto inſtrumento confeſſionis ſcutorum 790. neque de retentione rationum adminiſtrationis dictæ ſocietatis per dictum Almagionum, neque per ſocios inferiores, nec per quantum tempus durauerit ſocietas, minuſque de diuiſione cum ſocijs
2 inferioribus. Et ideo remanet ſimplex, & nuda confeſſio, quæ non præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris *Gl. & Bart. in auth. ſed iam neceſſe* C. *de donat. ante nupt. Bar. in l. ſi conſtante in prin. ff. ſol. matr.* & eſt communis, *Aret. in §. fuerat num.* 14. *verſ. & vt*
3 *breuiter Inſt. de Act.* etiam ſi fuerit iurata *Bar. in l. cum quis decedens §. Titia de leg.* 3. Nec habet priuilegium
4 prælationis aduerſùs creditores, pro quibus latè *Cephal. conſ.* 101. *num.* 21. *& ſeqq. & num.* 7. *& ſeqq. vol.* 1. *Surd. deciſ.* 218. *per tot.* Tanto magis, quia Dominis viſa fuit dicta confeſſio valde inueriſimilis, ex exceſſiuo lucro ſcutorum 3300. breui tempore facto: quia vbi ſocietas ad plus duraſſet vſque ad diem inſtrumenti, & ſic per annos quatuor, impoſſibile videtur, quòd lucrū pro parte tangente Sanctorium, cuius capitale non excedebat ſcuta 790. imò nec aſcendebat ad dictam ſummam, cum pars illorum erogata fuerit in emptionem aſellorum, & hordei, potuerit eſſe dictæ ſummæ ſcutorum 1100. Præſertim quia in inſtrumento ſocietatis fuerat conuentū de diuiſione lucri facienda in tres partes reſpectu animalium dandorum in cuſtodiam, videlicet duas pro Almagiono, & Sanctorio, & tertiam pro cuſtode; con-
5 feſſio autem inueriſimilis non attenditur *Dec. conſ.* 596. *num.* 10. *Pariſ. conſ.* 153. *num.* 30. *volum.* 4. Circa ſecundam partitam ſcutorum 822. ſolutorum Coluzzellis 7. Aprilis 1599. non probatur aliqua ſolutio, ſed eſt confeſſio de recepto dictorū de Coluzzellis facta ad fauorem Marci Antonij Rotæ, qui erat vnus ex depoſitarijs inſimul cum Almagiono deputatis à creditoribus omnium aliorum bonorum d. Sanctorij, quæ illis fuerunt conſignata, nec ſunt comprehenſa in dicta venditione facta Almagiono, *vt in ſummario primæ poſitionis num.* 5. *& in ſummario nouo num.* 2. imò verba inſtrumenti ſunt expreſſa reſpectu partis receptæ per Hæbreos à dicto Rota ibi, *per tanta robba valutata, e diſſe pagare per la maßa de' creditori*. Et idem dicitur de tertia partita ſcutorum 300. de qua in inſtrumento 3. Maij 1608. quia vltra quòd inſtrumentum continet ſolùm promiſſionem in paghis, de quibus non conſtat, & pro reſiduo fuit conuentum, quòd Coluzzelli poſſent exigere à debitoribus per eos eligendis, quæ fuerunt conſignata in depoſitum dd. Almagiono, Rotæ, & Maldacluno depoſitarijs pro ſumma ſcutorum 6000. apparet etiam, ſolutionem, ſi quæ poſtea ſequuta fuit, non fuiſſe ad computum pretij mercium fundacaliū, ſed ex pretio aliorū bonorū in depoſitum conſignatorum, cum Almagionus nō vti emptor, ſed tanquam depoſitarius à Coluzzellis cōuentus fuit, & cū illis deinde tranſegit. Nec obſtat, quòd per dd. depoſitarios fuerit reddita ratio dictorum bonorum depoſitorum, vt ex quodam calculo, ſeu relatione trium peritorum, vt ſupponitur facto coram bon. mem. R. P. D. Aluaro ab A. C. deputato per acta Mareſuſci; quia omiſſo, quòd dictus calculus non eſt productus, nec videtur in forma probanti, nec factus videtur cùm illis de Fonte in ea non nominatis, ex eius lectura patet, quòd ſolutio ſcutorum 622. b 60. vt dicitur facta dd. Hebræis del 1598. eſt de dd. mercibus depoſitis, & non de pretio fundacalium emptarum per dictum Almagionum.

Et ita fuit reſolutum, &c.

A Adde *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 392. *à num.* 12. *& dixi ſupra deciſ.* 9.

Ciuitatis Caſtelli, ſeu Romana ſequeſtri.

Lunæ 30. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum non conceditur ante ſententiam contra eum, qui non eſt ſuſpectus, vel habet idoneum fideiuſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor, lite pēdente, à cōmodo poſſeſſionis remoueri nō debet.*
2 *Executio ante ſententiam fieri non debet.*
3 *Sequeſtrum etiam ante ſententiam conceditur contra perſonam ſuſpectam.*
4 *Sequeſtrum non datur ante ſententiam contra perſonam ſuſpectam ſinè citatione, quando periculum nō eſt in mora.*
5 *Sequeſtrum ante ſententiam non datur contra perſonam ſuſpectam, non præcedente aliqua cognitione, per quam appareat de ſuſpicione.*
6 *Sequeſtrum non conceditur ante ſententiam contra eum, qui poſſidet ſtabilia, nec eſt eius qualitatis, vt de illo oriri poſſit ſiniſtra ſuſpicio.*
7 *Sequeſtrum vt concedatur ante ſententiam, neceſſe eſt probare malos mores ad dilapidationem tendentes.*
8 *Suſpicio ad ſequeſtrum obtinendum licèt probari poſſit per iuramentum creditoris quando periculum eſt in mora, tamen poſt illud obtentum, debet aliter, quàm per iuramentum iuſtificari.*
9 *Sequeſtrum contra perſonam ſuſpectam æquiparatur mandato ſuſpicionis fugæ.*
10 *Suſpicio dilapidationis quo caſu viſa fuerit inueriſimilis.*
11 *Fideiuſſio ſicut tollit ſequeſtrum iam factum, multò magis impedit faciendum.*
12 *Sequeſtratio eſt inducta in defectum idoneæ cautionis.*

DECISIO CV.

PRO annullatione, & reuocatione ſequeſtri ad inſtantiam D. Iulij à Tribunali Capitolino obtenti contra D. Frāciſcam eius matrem, vt prætendit, debitricem redditionis rationis adminiſtrationis tutelæ, & curæ per eam geſtæ, exequuti contra debitores fructuū cenſus aliàs per eam empti, DD. dixerunt, claram eſſe diſpoſitionem *rub. & l. vnic. C. de probib. ſequeſtr. pecun.* vbi *gloſ.* & omnes, ne ſcilicet poſſeſſor, lite pendente, à com-

Digitized by Google

commodo poſſeſſionis amoueatur, *gloſ. in cap.* 2. *verſic.*
1 *ſequeſtrari de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Pariſ. conſil.* 41.
num. 18. *lib.* 1. & ne ante ſententiam nimis properè fiat
2 executio, contra tex. *in l.* 1. *C. de execut. rei iudic. Alex.*
conſ. 263. *num.* 3. *vol.* 6. quod eſſe contra æquitatem,
dicit Imperator *in d. l. vnica*. Nec viſum fuit, intrare
3 limitationem *Gloſ. in ead. l. vnica*, quando perſona, con-
tra quam petitur ſequeſtratio, eſt ſuſpecta *iuxta l. ſi fi-
deiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdar. cog. & Gloſ. in d. cap.* 2. *verſ.*
4 *item cum perſona*, quia ſuper hac ſuſpicione debet præ-
cedere ſi non citatio, quæ videtur requiri quando peri-
culum nõ eſt in mora, vt conciliando opiniones tradunt
in d. §. fin. Alex. num. 2. & 3. *Iaſ. num.* 9. *verſ. dicit tamen,*
5 *& Iacobinus num.* 3. & 4. ſaltem cognitio quædam, per
quam appareat de ſuſpicione *Bald. in d. §. fin. Alexand.*
conſ. 6. *num.* 9. aliàs vti inhibitio facta ſinè cauſa, ne de-
bitori ſoluat, non tenet *Rom. conſ.* 141. *circa finem verſ.*
A *aut dictum*. A De tali autem ſuſpicione neque hodie
6 conſtat, cum non appareat, D. Franciſcam non poſſide-
re ſtabilia, nec eſſe eius qualitatis, vt de illa oriri poſſit
ſiniſtra ſuſpicio, quæ præcipuè attenditur ſecundùm
Bald. in d. §. fin. num. 2. *& ibi Caſtr. in princ. & num.*
3. *Ang. num.* 4. *Curt. in d. l. vnica quæſt.* 2. *num.* 32. adeo,
vt neceſſe ſit, probare malos mores ad dilapidationem
tendentes *Gloſ. in d. §. fin. Alber. num.* 2. *verſ. poſſet tamen
dici, Bald. ibidem verſ. in ea gloſ. Curt. in d. l. vnica quæſt.*
6. *num.* 35. Quicquid enim ſit, an circa huiuſmodi ſuſpi-
8 cionem ſtetur ſimplici iuramento in obtinendo ſeque-
ſtro, poſt illud obtentum, illa debet aliter, quàm per iu-
ramẽtum iuſtificari, vt in mandato ſuſpicionis fugæ, cui
videtur æquiparari, dicunt *Alex. conſ.* 19. *num.* 1. & 2.
[*lib.* 3. *Dec. conſ.* 75. *col.* 2. *verſ.* 7. *Pariſ. conſ.* 99. *num.* 32.
& 33. *lib.* 3. *Aym. conſ.* 978. *num.* 3. & dixit Rota *in
Romana Alueariorum* 19. *Decembris præteriti coram R. P.*
B *D. meo Caualerio* B, & in ſequeſtro, quòd ſit proban.
dilapidatio *Abb. in d. c.* 2. *num.* 22. *de ſequeſtr. poſſeſſ. &
fruct. Gail. obſer.* 147. *num.* 5. *lib.* 1. *Paul. de Montepic. conſ.*
64. *nu.* 4. & fuit reſolutum in *Toletana penſionis* 15. *Mar-
tij* 1599. *coram bon. mem. Penia.* Imò ſuſpicio viſa fuit
10 DD. inueriſimilis in matre matrona nobiliſſima, cuius
fides fuit etiam per D. Iulium eius virum in ſuo teſta-
mento approbata, conſtituendo illam tutricem, & cu-
ratricem eius filiorum. Conſiderabant etiam Domini,
non eſſe locum ſequeſtro, ſtante fideiuſſore per eam
præſtito in ſuſceptione tutelæ, qui principaliter, in ſoli-
dum, & in forma Cameræ ſe obligauit pro omnibus &
ſingulis per eam promiſſis; quæ fideiuſſio ſicut tollit ſe-
queſtrum iam factum, vt eſt *tex. in d. l. ſi fideiuſſor § fin. et
ibi not. Bart. num.* 2. *Bald. num.* 1. *in fin. Ang. num.* 3.
Iacob. num. 5. *Alex. num.* 4. *& Salic. in d. l. vnica num.* 9.
& ibi latè *apoſt. in littera D. C. de probib. ſequeſtr. pecun.*
C vbi alij omnes. C, Multo magis impedit concedendum
*Bellaper. in d. l. vnica in princ. Cyn in fin. verſ. tertiò, &
vltimò quæritur, Alber. num.* 3. *Bald. num.* 11. *verſ. vlt.
Roman. in d. l. ſi fideiuſſor §. fin. num.* 10. *in fin. verſ. vl-
teriùs vide, Io. de Plat. in. l. litib. num.* 4. *C. de agric. &
cenſit. lib.* 11. *& ibi Luc. de Penn. col.* 3. *propè fin. verſ. no-
ta ex hoc,* ſubdẽs, quòd imò ſequeſtratio eſt inducta in de-
12 fectũ idoneæ cautionis, & tradit etiam *Abb. in d. c.* 2.
num. 19. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & Franch. in regul. lo-
cupletari in fin. verſ. ſi tamen de reg. iur. in* 6.

Ex quibus, ſola D. Franciſca informante, Domini pro nunc concluſerunt, quoad fructus tantùm eſſe reuocandum ſequeſtrum.

ANNOTATIO.

A Idem dictum fuit infra in *Bononien manutentionis* 16. *Februarij* 1626. *coram Domino meo num.* 4 & 5.

B Idem firmatum fuit infra in *Romana pecuniaria. ſeu nullitatis capturæ* 21. *Maij* 1621. *num.* 5. *coram eodem Domino meo.*

C Vide *Card. Tuſch. practic. concluſ tom.* 7. *lit S. concl.* 212. *per tot.* vbi multipliciter declarat.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Signina Caſtrorum.

Veneris 3. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Venditio quando eſt facta ſub certa forma conuenta inter contrahentes, reſeruato beneplacito Apoſtolico, ſi beneplacitum det diuerſam formam ab illa priùs conuenta, reſcinditur contractus, etiam ſi res eſſet tradita.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis cauſa finalis eſt conſecutio irreuocabilis rei emptæ, ſicut venditionis conſecutio pretij.*

2 *Proœmium inſtrumenti indicat cauſam finalem, propter quam fit actus.*

3 *Verba*, pro ſe eximendo, &c. *in inſtrumento appoſita deſignant cauſam finalem, & quòd quis aliter facturus non eſſet.*

4 *Geminatio actus magis enixam, & præciſam voluntatem oſtendit.*

5 *Cauſæ finalis defectus facit ceſſare conſenſum contrahentium.*

6 *Confirmatio à Superiore obtenta contra formam in inſtrumento conuentam, eſt inutilis, & perinde ac ſi obtenta non eſſet.*

7 *Beneplacitum Apoſtolicum ad vnguem ſeruari debet, aliàs nihil operatur.*

8 *Venditor, qui non poteſt conſequi id, propter quod principaliter motus fuit ad vendendum prout fuerat conuentum, poteſt ex æquitate à venditione recedere.*

9 *Venditor, qui non poteſt conſequi pretium, poteſt ex æquitate à contractu recedere, ne careat re, & pretio.*

10 *Contractus etiam nominatus reſcinditur, vbi ampliùs cauſæ finalis adimplementum ſequi non poteſt.*

11 *Contractus in totum reſoluitur, quando materia propter defectum alicuius requiſiti neceſſarij deuenit ad impoſſibile tempus eſſendi.*

12 *Venditori licet à contractu recedere, quando res deuenit ad caſum, à quo incipere non potuit.*

13 *Principis factum impediens effectuationem contractus impedit actionem ad intereſſe.*

14 *Venditor ſi non poteſt conſequi pretium rei venditæ ex facto Principis, eſt locus repetitioni rei venditæ.*

15 *Ratificatio alterationum factarum in beneplacitis Principis non inducitur ex ſolutione alicuius partis pretij, ſinè mandato venditoris.*

16 *Procurator nequit contractum ſub diuerſis modo, & forma celebratum alterare, & mutare, ſinè nouo, & ſpeciali mandato.*

17 *Ratificatio contrahentium nihil operatur, quando non eſt ſeruata forma reſcripti Papæ facti in odium contrahentium, ad fauorem tamen creditorum.*

Pro-

Digitized by Google

18 *Promiſſio non dependens à poteſtate promittentis reſolui-
tur in promiſſionem facti proprij de adhibendo omnem
diligentiam, & curam pro re promiſſa obtinenda.*
19 *Diligentia promiſſa dicitur adhibita, quando quis non ſe-
mel, ſed bis inſtando non obtinuit.*
20 *Voluntatis mutatio in Principe non præſumitur abſque
noua cauſa.*
21 *Promiſſio contrahentis non petendi reductionem ad viam
iuris, illaque obtenta non vtendi, interpretatur, dummo-
do contractus confirmetur iuxta illius formam, ita vt poſ-
ſit effectum ſortiri.*
22 *Venditor cogi non poteſt ad obſeruationem contractus, dum
non poteſt emptor cogi ad ſolutionem pretij.*
23 *Emptor non offerens pretium venditori, niſi ſub conditio-
nibus ab ipſius voluntate non dependentibus, indicat, ſe
ſoluere non velle.*
24 *Vnio ceſſat ceſſante eius cauſa finali.*
25 *Inquilinus licèt iure ſpecialis hypothecæ poſſit retinere do-
mum, donec ſibi damna, & intereſſe ſoluantur; tamen
hoc non habet locum, quando quis emit vigore Bullæ re-
tractus.*

DECISIO CVI.

POST celebrationem plurium inſtru-
mentorum, ſuper venditione Caſtro-
rum Mõtis Fortini, pro tribus ex qua-
tuor partibus totius Oleuani, ac me-
dietatis Caſalis della Torre facta Illu-
ſtriſſimo D. Cardinali Aldobrandino,
Excellentiſſimus D. Martius Colum-
na, qui non poterat conſequi effectuationem, præuia
oris aperitione, obtinuit per ſpeciale reſcriptum com-
mitti cauſam ſuper eius reſciſſione, & annullatione
A. C. cum voto duorum Rotæ Auditorum, à quo cum
voto prædicto emanauit ſententia pro reſciſſione, &
annullatione contractus; poſtmodum cauſa iſta in Ro-
ta mihi commiſſa, eaque ſupradicta die propoſita, Do-
mini vnanimi conſenſu reſoluerunt, licuiſſe Excellentiſ-
ſimo Domino Martio à prædicto contractu recedere.
Et vt clariùs res ipſa pateat, primò firmatum fuit, quòd
cauſa finalis venditionis reſpectu Illuſtriſſimi Domini
1 Cardinalis fuit irreuocabilis conſequutio rei emptæ,
vt eſt de natura emptionis, & colligitur ex pactis, &
cautelis ad iſtum effectum in inſtrumento appoſitis: re-
ſpectu verò Domini Martij venditoris fuit non ſolùm
pretium, prout eſt commune votum omnium vendito-
rum *Gloſ. in l. in ciuile, verſ. aſsignetur C. de rei vendicat.
Bart. in l. fin. verſic. ſed quare magis ff. de condict. cauſ.
dat. Bal. in l. final. poſt medium verſ. nam ſicut ff. de ac-
ceptil.* ſed vt illud ei ſolueretur iuxta conuentionem,
vt cum eo liberaretur ab ære alieno, & maximis interu-
ſurijs, & alijs incommoditatibus, quibus valde preme-
batur occaſione ſocietatum officiorum, cambiorum,
& pignorum penes Hebræos in magna quantitate; vt
2 colligitur ex ipſo inſtrumento, & præcipuè ex proœ-
mio, ex quo cauſa finalis deſumitur *l. final. vbi Bart.
num. 3. & Bald. num. 2. ff. de hæred. inſtit.* Soccin *conſ.*
91. *num. 4. & conſ.* 93. *num. 1. in fin. lib. 1. Dec. conſ.*
600. *in princ. Crauett. conſ.* 192. *num.* 21. *verſic. ex proœ-
mio* cum alijs per *Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ. limitat. 1. num.*
64. *& ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 3.* Præ-
cipuè ponderando verba illa, *pro ſe eximendo*, &c. quæ
3 cauſam finalem denotant *l. penult. §. fin. verſ. pro ali-
mentis ff. de alimentis, & cibar. legat. Aymon. d. conſ.*
192. *num. 2. verſ. & quia cauſa cum plurib. adduct. per
Surd. conſ.* 441. *num.* 29. Et oſtendunt, quòd quis ali-
ter facturus non eſſet. *Bald. in cap. 1. in princ. de teſtib.*
& confirmatur ex eo, quòd eadem cauſa venditionis pro
ſe à dicto ære alieno, & illius maximis interuſurijs exi-
men. & liberan. fuit etiam expreſſa in beneplacito à
3 S. D. N. impetrato, quæ geminatio magis enixam, &
præciſam voluntatem oſtendit *l. Baliſta ff. ad Trebell.
Aym. conſ.* 201. *num.* 42. *conſ.* 59. *num. 8. & conſ.* 140.
num. 2. lib. 2. Secundò firmatum fuit, quód iſta bona
vendita erant obnoxia primogenituræ, & fideicommiſ-
ſo D. Orinthiæ matris D. Martij, nec non Monti Paſſa-
rano, cui præuia diſmembratione ab alijs bonis D. Mar-
tij fuerunt in ſpecie pro dote aſſignata, & alijs hypo-
thecis contractis ante Bullam Baronum; quibus ſtanti-
bus, neque D. Martius poterat conſequi pretium pro
ſe disbrigando à dictis debitis, & interuſurijs, neque
D. Cardinalis Aldobrandinus potuiſſet irreuocabiliter
caſtra conſequi, niſi mediante confirmatione Apoſtoli-
ca cum derogationibus ad primogenituram, & hypo-
thecas præfatas. Ideoque in inſtrumento venditionis
fuit præciſè facta conuentio de liberatione Caſtrorum
cum derogationibus præfatis à Sanctiſſimo impetrãdis,
& per conſequens huiuſmodi beneplacitum fuit antece-
dens neceſſarium, vt dictus contractus effectuari poſ-
ſet: quo caſu illius defectus, ſicut defectus ipſius cauſæ
finalis facit ceſſare conſenſum contrahentium, *vt per
Iaſ. in l. quo minus num.* 17. *verſ. octauò nota ff. de flu-
minib. Et ſequitur Oſaſch. deciſ.* 167. *num.* 25. *& ſeqq.* Ter-
tiò fuit firmatum, quòd beneplacitum non potuit ob-
tineri a Sanctiſſimo, iuxta modum inter partes conuen-
tum, ſed alteratis conuentionibus, & præcipuè circa
ſolutiones deſtinatas in extinctionem ſocietatum offi-
ciorum, cambiorum, & pignorum cum Hebræis. Nam
ſumma conuenta in ſcutis ſeptuaginta millibus reducta
fuit ad ſcuta viginti quatuor millia. Et ſimiliter circa
inueſtimentum pro multiplico in extinctionem Montis
Paſſarani, nec non ſolutionibus faciendis depoſitario
dicti Montis pro fructibus decurſis, & non ſolutis, &
quoad extinctionem cenſuum, & ſolutionem fructuum,
in quibus obligati erant pro Domino Martio Illuſtriſſi-
mus D. Cardinalis, & frater de Lante, de quibus fue-
rat actum in inſtrumento. Vndè ſequitur, huiuſmodi
6 confirmationes eſſe inutiles, & haberi, perinde ac ſi
nunquam fuiſſent obtentæ, vt in terminis *Io. Ant. La-
nar. ex Iſern. conſil.* 96. *num. 7. & 8.* Et eo magis, quia
alterationes fuerunt circa ſubſtantialia, & cauſam fi-
nalem reſpicientia, ſinè qua Dominus Martius non
fuiſſet venditurus, vt dictum eſt. Quod clarius pro-
batur ex eo, quia Sanctiſſimus Dominus Noſter in
vtroque beneplacito conſulendo creditoribus certam
formam dictis ſolutionibus faciendis præſcripſit, non
immutatis terminis, & temporibus in inſtrumento ap-
poſitis, & imò illis expreſsè inhærendo cum decreto,
quòd ſolutiones omnino fieri debeant (vt præfertur)
aliàs gratiæ nullæ ſint eo ipſo, & venditori, ac empto-
ri, & alijs minimè ſuffragentur: quæ forma cum non
7 fuerit ſeruata, confirmationes Apoſtolicæ euanuerunt.
*Rot. deciſ. 8. de dolo, & contumac. in nou. & in cauſa Va-
lentina Baronia 10. Martij* 1603 *coram Reuerendiſſimo
Attrebaten.* Ex quibus reſultare viſa fuit clara reſolu-
tio ſupradicta; quia cum ex præfatis pateat, quód con-
tractus huiuſmodi non poſſet habere ſuum effectum,
prout fuerat conuentum, & præcipuè reſpectu Domi-
ni Martij, qui non poterat conſequi pretium pro ſe
eximendo a præfatis debitis, pro quibus principaliter
fuit motus ad vendendum, bene potuit D. Martius, qui
8 aliàs non fuiſſet venditurus à venditione recedere ex
æquitate *l. cum te fundum C. de pact. inter emptor. &
venditorem.* vbi Imperator eam æquitatem conſiderat,
quia aduerſa pars acceptis ſuis nummis nullam paſſa
vide-

videri poteſt iniuriam, *& gloſ. ibi in verb. conueniat in*
fin. verſ. vel verius, & gloſ. final. in l. ea conditione ff.
de reſcind. vendit. Abb. in cap. cum rerum num. 2. poſt
med. verſ. inde concludo, de condit. appoſ. Corn. conſ. 101.
num. 17. *et* 71. *verſ. et hoc niſi modus lib.* 1. *Alciat. conſ.*
69. *num.* 14. *lib.* 8. *Aym. d. conſ* 192. *num.* 22. *conſ.* 246.
num. 2. *et conſil.* 299. *num.* 1. *Boſſ. de remiſſ. merced. num.*
50. *verſic niſi eſſet pactum, et tenuit Rota in cauſa Imolen.*
molendini 20. *Nouembris* 1603. *coram Reuerendiſſimo*
Bononien. in Romana pratorum 29. *Nouembris* 1607. *co-*
ram bonæ memoriæ Scotto, & in Romana penſionis domus
16. *Nouembris* 1611. *coram R. P. D. Pirouano.* Idque
etiam probat *tex. in l. bona fides* 52. *ff. de act. empt.* quæ
ſimiliter fundatur in æquitate, ne venditor, qui non
9 poteſt conſequi pretium, careat etiam re *gloſſ. ibi, in*
verbo beneficium. Alber. num. 2. *Bart. in ſummario.* Nam
10 vbi ampliùs ſequi non poteſt implementũ cauſæ finalis,
A tunc contractus etiam nominatus reſcinditur A, vt be-
nè declarat *Caſtren. in dicta l. bona fides num.* 2. *Soccin.*
conſil. 26. *num.* 4. *in fin. & num.* 5. *lib.* 3. vbi propter in-
terdictum Regis Franciæ ſequi non poterat cauſa finalis
venditionis, quem refert, & ſequitur *Surd. conſil.* 381.
num. 6. Et benè ad propoſitum facit, quod quando ma-
teria (prout in caſu iſto) propter dicti beneplaciti de-
fectum deuenit ad impoſſibile tempus eſſendi, tunc con-
11 tractus in totum reſoluitur, *vt docet Bald. in l. ſi Gauden-*
tius verſ. aut deuenit ad impoſsibile tempus C. de contrahen.
empt. cum quo concordat ibi *Salyc. idem Bal. in l. patre fu-*
rioſo num. 3. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris.*
Et præfata eo magis viſa ſunt admittenda, ſtante benepla-
citorum reductione ad viam iuris, per quam cum fuerit
ſublatus omnis illorum effectus, perinde eſt, ac ſi nun-
quam fuiſſent conceſſa, vt tenuit *Rota in cauſa Albanen.*
beneficiorum 20. *Ianuarij* 1601. *coram Illuſtriſſ. D. Cardi-*
12 *nali Lancellotto*, res dicitur deueniſſe ad caſum, à quo
incipere non potuit, quo caſu benè licuit D. Martio à
contractu recedere ex *Bald. in d. l. ſi Gaudentius*, cum
alijs ſupra allegatis. Nec in caſu iſto poteſt euitari re-
ſolutio contractus ex actione ad intereſſe *iux. tex. in l.*
ex conditione ff. de reſcin. vendit. quia D. Martius non pote-
rat agere ad aliquod intereſſe, ex quo impedimẽtum, ſeu
potius non effectuatio contractus proueniebat ex facto
13 Principis nolentis confirmare contractum, prout inter
partes fuit celebratum, quo caſu, cum non poſſet agi ad
B intereſſe B, *l. Lucius Titius ff. de euict.* eſt locus repeti-
14 tioni rei venditæ, iuxta æquitatem, *de qua in d. l. cum te,*
C. de pact. inter. empt. & vendit. & in d. l. bona fides.
cum ibi notat. *per Bar. in ſumm. ff. de act. empt. vbi Sa-*
lyc. num. 1. *et* Caſtren. *in ſumm.* intelligunt illum textum,
ſi venditor non poſſit conſequi precium ex facto Princi-
pis *Soccin. d. conſ.* 26. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 3. *Surd. d. conſ.*
381. *num.* 6. Nec poteſt induci ratificatio D. Martij al-
terationum factarum in beneplacitis ex ſolutionibus
ſcutorum 3488. ƀ. 68. factis, (vt dicitur) de mandato
D. Cardinalis creditoribus D. Martij; quia non conſtat,
quòd huiuſmodi ſolutiones fuerint factæ in vim alicuius
beneplaciti, nec quòd D. Martius habuerit notitiam
de dictis alterationibus in beneplacitis per Sãctiſſimum
15 appoſitis, & quòd etiam, illis ſtantibus, dederit ordinem
pro huiuſmudi ſolutionibus faciẽdis, prout eſt neceſſe ad
inducendam ratificationem *l. mater. ff. de inoff. teſtam.*
l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud. latè Aym. conſ. 197.
& fuit deciſum in cauſa Viterbien. bonorum 27. *Ianuarij*
1597. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*; nec poteſt
ſuffragari conſenſus D. Iuliæ ipſius vxoris, & procura-
tricis, quia vltra quòd de tali conſenſu non conſtat, non
poterat ipſa contractum, ſub diuerſis modo, & forma
16 celebratum alterare, & immutare, ſinè nouo, & ſpecia-
li mandato D. Martij, iuxta notata per *Bar. & alios in*
l. ſi hominem ff. mandati, et in l. non abſtulit C. *de nouat.*
Et in omnem euentum, cum forma data in dictis bene-
placitis circa ſolutiones omnino facienda concernat fa-
uorem creditorum, & ſit appoſita in odium ipſorum
contrahentium, prout in præfatis verbis, nec vendito-
ri, nec emptori, nec alijs ſuffragentur, & iſta forma
non fuerit ſeruata, intrabunt clauſulæ annullatiuæ, de
17 quibus in beneplacitis, ita vt propterea quælibet rati-
ficatio nihil poterat operari, *Oldrad. conſ.* 319. *ſub num.*
4. *verſ. imò ſi Prælatus Abb. in cap. dilecto, num.* 14. *de*
18 *preben. Gabr. de clauſ. concluſ.* 3. *num.* 16. Non obſtat
promiſſio D. Martij de impetrando à S. D. N. confirma-
tionem contractus, quia iſta promiſſio cum non pende-
ret ab eius poteſtate, reſoluitur in promiſſionem facti
proprij, vt D. Martius adhiberet omnem diligentiam,
C & curam pro illa obtinenda C, iuxta *Gloſ.* communiter
receptam *in cap. ex literis il ſecondo in verſ. tam patres, vbi*
Abb. num. 1. *&* 6. *Alex. de Neuo num.* 12. *& ſeq. & in*
cap. ſicut in verſ. iurantis. vbi Butr. num. 9. *verſ. vndè*
dicit gloſ. de ſponſal. Et tenuit Rota in cauſa Perusina do-
tis 5. *Decembris* 1607. *coram Reuerendiſſ. Attrebaten. &*
in Anconitana pecuniaria 20. *Iunij præteriti, coram*
me, & ſic cum pro dicta confirmatione obtinenda fuerit
bis Sanctiſſimo ſupplicatum, & Sanctitas ſua noluerit
concedere, niſi cum dictis alterationibus, clauſulis, &
decretis, nihil poteſt D. Martio imputari: cum ex his
19 appareat, quòd fuerit adhibita omnis diligentia, & quòd
maior ipſius D. Martij diligentia nihil profuiſſet, *ad tex.*
in l. penult. §. ſi ea conditione ff. ad leg. Rhodiam de iact.
Cappel. Tholoſ. deciſ. 256. *prope finem verſ. ergo effectus*
Pariſ. conſ. 24. *num.* 22. *vol.* 1. In Principe enim abſque
20 noua cauſa mutatio voluntatis non præſumitur. *Prob.*
ad Monac. in cap. fruſtrà num. 5. *de reg. iur. in* 6. *Rolan.*
conſil. 15. *num.* 55. *& ſeqq. lib.* 3. Nec obſtat, quòd D.
Martius promiſerit obſeruare contractum, & non con-
21 trauenire, nec petere reductionem ad viam iuris, &
obtenta non vti, &c. quia iſta promiſſio debet intelligi,
quatenus contractus confirmaretur iuxta illius for-
mam, ita vt poſſet ſuum effectum ſortiri: quod cum
obtineri non potuerit (vt ex prædictis patet) poteſt etiã
ipſe alienans agere: nec dicitur contrauenire; non
enim debet poſſe cogi venditor ad obſeruationem con-
tractus, dum non poteſt emptor cogi ad ſolutionem
22 pretij: cum hoc ſit contra ſubſtantialia contractus,
quod nec ab initio conueniri poſſit *l. ſi conuenerit* 57. *ff.*
de pact. not. Caſtren. in 1. *not.* Iſta enim non fuiſſet ven-
ditio, ſed perditio, per quam D. Martius rei dominio,
& pretio caruiſſet, firmo remanente ære alieno, & ex-
creſcentibus interuſurijs, quibus omnia eius bona con-
23 ſumebantur. Minus obſtat, quòd D. Card. potuiſſet for-
taſſe, etiam nõ obtento beneplacito, ſolutionem offerre;
quia fuit reſponſum, non fuiſſe factam talem oblatio-
nem, prout facere tenebatur, *vt poſt Bal. & alios dicit*
Cagnol. in l. 2. *ſub num.* 227. *C. de reſcind. vendit.* Qui-
nimo pendente iudicio coram A. C. ad inſtantiam D.
Martij intentato, fuit pro parte eiuſdem D. Card. con-
tinuò proteſtatum de inobſeruantia D. Martij in pactis,
& promiſſionibus adimplendis, offerendo tantùm ſolu-
tionem, illis adimpletis, & non aliàs, aliter, nec alio mo-
do. Ex quibus clarè patet, quòd nolebat ſoluere rece-
dendo à pacto.
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Hanc concluſionem in terminis vnionis ſequuta eſt Rota
in Vicen. Prioratus 17. *Februarij* 1617. *coram Reueren-*
diſſi-

24 *diſsimo D. meo Coccino Decano* vbi quòd, ceſſante cauſa
finali vnionis, ceſſat quoque vnio.
B Quòd damna, & intereſſe non debeantur ex non imple-
25 mento contractus, quando illius effectuatio facto Prin-
cipis, vel legis impedita fuit, ſequendo hanc deciſionem
dixit *Rota in Praneſtina, ſeù Tuſculana locationis* 2. *Decē-
bris* 1622. *coram bon mem. Cardinali Caualerio. qua eſt
deciſ.* 618. *inter eius impreſſ. num.* 23. & faciunt tradita *per
Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 34. *et ſeqq.
Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *num* 755. *Mantic de-
ciſ.* 63 *num* 2. vbi quòd licèt inquilinus iure ſpecialis hypo-
thecæ poſſit domum retinere, donec ſibi damna, & inte-
reſſe ſoluantur; tamen hoc locum non habeat, quando quis
emit vigore Bullæ retractus, aut iuris congrui.
C Vide ſupra *deciſ.* 64. *cum ibi notatis*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina fideicommiſſi de Caſtellanis.

Lunæ 6. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM.

Proximitas grauati, non autem grauantis, attenditur in ſubſtitutione fideicommiſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur ad fauorē familia, & agnationis ex prohibitione alienationis, pro conſeruatione bonorum in familia, & agnatione.*
2 *Proximitas grauati, & non grauantis, attenditur in fideicommiſſo, præſertim ſi is, qui ſe vocatum prætendit in fideicommiſſo, eſt filius, vel deſcendens ipſius grauati num.* 3. *& ſinè dubio concurrentibus coniecturis num.* 5.
4 *Linea vna ſemel admiſſa, donec extant capaces de illa, ceteri de alijs excluduntur.*
6 *Proximitas grauati, & non grauantis, attenditur, quando teſtator mandauit bona perpetuò conſeruari in agnatione.*

DECISIO CVII.

DOMINI reſoluerunt pro Caſtora
vnica filia Pauli vltimi grauati ex hæ-
redibus quondam Caroli teſtatoris.
Nam ſuppoſito etiam in præſenti di-
ſputatione (citra tamen veri præiudi-
cium, prout partes cōueniebant) quòd
ex prohibitione alienationis immobi-
lium per dictum Carolum facta, pro perpetua conſerua-
tione in eius agnatione, & familia de Caſtellanis, reſultet
abſolutum fideicommiſſum ad fauorem dictæ familiæ, &
agnationis, iuxta diſtinctionem *Soce. in l. qui Romæ §.
cohæredes num.* 17. *& ibi etiam alij communiter ff. de verb.
oblig.* quod tenent etiam *Crot.* qui de communi in *l. fi-
lius familias §. Diui num.* 23. *ff. de legat.* 1. *Corn. conſ.* 22.
num. 6. *vol.* 2. *Dec. conſ.* 23. *num.* 2. *& num.* 4. *verſ.* 6.
moueor, Curt. Iun. conſ. 114. *num.* 16. *Aym. conſ.* 130.
num. 10. & alij plures de communi relati per *Gabr. de
fideicom. concl.* 9. *num.* 37. & *Peregr.* in hac eadem cauſa
conſ. 42. *num.* 7. *vol.* 5. qui dicit, nō eſſe vlteriùs laboran-
dum, cum iſta ſit opinio recepta, quam etiam ante il-
lum ſinè dificultate procedere, dixi *Rota deciſ.* 568. *num.*
1. *& ſeqq. par.* 1. *diuerſ.* & latè *Caball. conſ. deciſiuo* 60.
A *num.* 1. A, Et quòd ad illud in defectum maſculorum
fœminæ ſint vocatæ, vt latè oſtendit idem *Peregr. d. conſ.*
42. *à num.* 8. *vſque ad* 11. Et in eadem cauſa *conſ.* 58. *eod.
vol.* 5. De quo nunc principaliter non controuertitur.
Tamē Caſtora, vti filia dicti Pauli vltimi grauati, venit præ-
ferenda Lucretiæ illius amitæ, licèt proximiori Carolo
teſtatori, cum (circumſcriptis tamen coniecturis in
2 contrarium) attendatur proximitas grauati, & non gra-
B uantis B, vt iuxta intellectum *l. cū ita §. in fideicommiſſo
ff. de legat.* 2. *tenent Soccin. in l. ſi cognatis num.* 40. *ff. de reb.
dub. & in l. hæredes mei §. cum ita num.* 16. *in fin. ff. ad
Trebell. & in conſ.* 299. *num.* 21. *lib.* 2. *Curt. Iun. conſ.*
125. *num* 4. *Pariſ. conſ.* 23. *num.* 263. *verſ. & in ſimili lib.*
1. *Tob. Non. conſ.* 41. *num.* 29. *Molin. de Primog. lib.* 3. *cap.*
9. *num.* 11. & communem & magis communem dicunt
idem Soc. conſ. 73. *num.* 14. *lib.* 4. *Soc. Iun. conſ.* 126. *num.*
56. *verſ. item etiam ex prædictis vol.* 1. *& conſ.* 22. *num.* 28.
verſ. & vltra multa lib. 4. *Ruin. conſ.* 191. *num.* 7. *lib.* 2.
Gozad conſ. 4. *num.* 17. *&* 31. *Roland. conſ.* 100. *num.* 10.
lib. 1. *Alciat. conſ.* 32. *num.* 8. *lib.* 9. *Port. Imolen. conſ.* 121.
num. 13. *& conſ.* 122. *num.* 6. *Iul. Clar in §. teſtamentum.
quæſt.* 76. *col. penul. verſ. ſed hic concurrit Marzar. in
Epito. de fideicom. quæſt.* 35. *in fin. & conſ.* 1. *num.* 15. *&*
28. cum alijs, latè per *Card. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.*
12. *num.* 38. *Decian. conſ.* 25. *num.* 10. *&* 14. *verſ. non
obſtat, quòd in fideicommiſſo, & conſ.* 100. *num.* 6. *lib.* 3.
Hier. Lauren. deciſ. Auenionen. 37. *num.* 3. *verſ. maior,
vt mihi videtur, Burſat. conſ.* 170. *num.* 23. *vol.* 2. *Peregr.
de fideicom. art.* 20. *num.* 2. *verſ. contrarium, & Caball. d.
conſ. deciſiuo* 60. *num.* 6. & veriorem teſtantur idem
Soccin. iun. d. conſ. 126. *Ruin conſ.* 159. *num.* 6. *lib.* 2.
Rol. d. conſ. 100. *num.* 15. *Marzar. d. quæſt.* 35. *in fin.
verſ. ego poſtquam, Magon. dec. Lucen.* 83. *num.* 16. *& ſeqq.*
Et ab ea recedendum non eſſe *Port. Imol. alios allegans d.
conſ.* 122. *num.* 6. & ita fuiſſe iudicatum per Rotam Se-
nenſem, & Florentinam, teſtatur *Soccin. iun. d. conſ.* 126.
num. 40. *Marzar. d. quæſt.* 35. *in fin.* Quam etiam opi-
nionem paſsim ſequitur Rota vti veriorē, & magis com-
munem, & ſignanter *deciſ.* 72. *par.* 1. *diuerſ. num.* 1. *&
deciſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *& in vna Romana legitimæ
de Vrſinis* 24. *Maij* 1585. *coram bon. mem. Cardinali Blā-
chetto. & in vna Romana fideicommiſſi de Serlupijs* 23. *Fe-
bruarij* 1601. *coram bon. mem. Iuſto,* & in hac eadem cauſa
pro veritate conſultus tenuit *Peregr. d. conſ.* 42. *num.*
3 11. *vol.* 5. Procedit autem ſinè vlla difficultate, quando,
(vt in præſenti caſu) is, qui ſe vocatum prætendit in
fideicōmiſſo, eſt filius, vel deſcendens ipſius grauati, *Soc-
cin. Iun. d. conſ.* 126. *num.* 21. *& ſeqq. Corn. conſ.* 230.
num. 11. *verſ. & licèt lib.* 3. *Ladarch. conſ.* 45. *num.*
12. *Card. Mantic. d. tit.* 12. *num.* 46. *in fin. verſ. ſed
hæc ſententia.* Pro quo facit recepta illa concluſio in
4 primogenituris, fideicommiſsis, & feudis, quòd donec
extant capaces de vna linea ſemel admiſſa, ceteri alij ex-
C cluduntur C, *tex. cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud. vbi Bal.*
& omnes *Ruyn conſ.* 159. *num.* 6. *verſ. & pro hoc videtur
caſus lib.* 2. *Grat. reſponſ.* 8. *num.* 1. 2. 5. 6. *& ſeqq. Co-
uarr. pract. quæſt. cap.* 38. *num.* 6. *verſ. etenim qui primo-
genitum conſtituit Rota deciſ.* 15. *num.* 8. *& deciſ.* 100.
num. 1. *par.* 2. *diuerſ. Molin. de primog. Hiſp. lib.* 3. *cap.* 4.
num. 14. *& cap.* 9. *num.* 1. *Decian conſ.* 127. *num.* 14. *lib.* 3.
Surd. conſ. 403. *num.* 10. *et* 11. *Peregr. de fideicom. art.* 20.
5 *ſub num.* 2. *verſ. quæ ſecundo loco* Prout etiam non habet
difficultatem, concurrentibus coniecturis *Couar. d. cap.*
38. *num.* 3. *verſ.* 2. *concluſio* ibi, *niſi ex voluntate*, &c. *Ro-
ta deciſ.* 72. *num.* 4. *Gabr. conſ.* 107. *num.* 8. *lib.* 1. De-
ducitur autem in iſto caſu potiſsima coniectura ex eo,
quòd teſtator mandauit, bona perpetuò conſeruari in
agnatione de Caſtellanis, ideo enim cēſentur vocati etiā
ij, qui nec nati, nec concepti erant tempore obitus te-
ſtatoris, & ſic ij, qui nullo modo ab inteſtato illi ſucce-
dere poterant; & ita dici non poteſt conſiderata proxi-

mi-

mitas grauantis, ſed grauati, quaſi teſtator non habuerit reſpectum ad perſonas, ſed tantùm ad ſanguinis ſucceſsionem, vt arguit *Soccin. d. conſ. 249. num. 21. verſ. 14. confirmatur, & conſ. 86. num. 11. in fin. verſ. comprobatur lib. 3. Rot. d. deciſ. 72. num. 5. verſ. 3. coniectura, Raudenſ. conſ. 14. num. 22. lib. 1.* dicens, huiuſmodi coniecturã

D communiter receptam D, Ex quibus patet, per mortẽ d. Pauli non eſſe factum locum fideicommiſſo ad fauorẽ Lucretiæ. An autem ex poſsit venire ex capite alienationis per Caſtoram factæ contra teſtatoris prohibitionem erit alterius inſpectionis &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Eugen. conſil. 81. num. 33. Franc. de Ponte conſil. 46. num. 23. Bertazz. conſ 101. num. 30. lib. 1. Sim. de Præt de interpr. vlt. volunt. ſol. 283. num. 10. 12. 16. & 22. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 6 par. 2. Barz. deciſ. Bonon 1. num. 9 Rota diuerſ deciſ 121. num. 1. & 4. par. 2. & deciſ 10. num. 1. & ſeqq & num. 7. & 9 et deciſ. 11. per tot. et deciſ. 164. part. 1. recent. Fuſar.* qui plurimos congeſſit. *in tract. de ſubſtit. quæſt. 688. num.* 17. licèt contrarium ſentiant alij apud eundem *Fuſar. ibid. num.* 21.

B Hæc opinio, quòd circumſcriptis coniecturis proximitas grauati, non autem grauantis attendenda ſit in fideicommiſſis, licèt plurimos habeat contradictores, vt videre eſt ex adductis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 484. in qua materiam iſtam latè tractat; nihilominus tutiſſima dici poteſt, eam etenim amplexi ſunt grauiſſimi Doctores, & plures Senatus, quos, & in ſpecie hanc deciſionem refert, & ſequitur idem *Fuſar. d quæſt.* 484. *num.* 10. & pluries canonizata fuit à *Rota, vt hic, & in deciſ. 72. num 5. part. 2. diuerſ.* & infra *in Bononien. de Muletis 6. Februarij* 1623. *num.* 1. *et* 11. *Decembris eiuſdem anni num 6 coram D. meo* cum alijs ibi adductis, & *in Corduben. iuriſpatronatus 10. Maij 1624. coram bon. mem. Dunozetto, et in Palentina anniuerſarij 9. Decembris 1626 coram Reuerendiſſimo D. meo Decano confirmata coram R. P. D meo Durano 9. Nouembris* 1627. in quibus Rota ſequuta eſt *dd. deciſiones coram Domino meo.*

C Adde *Fuſar. d. q. 484. num.* 34 & fuit dictum *in Conchen. Cappellaniæ de Belmonte 15. Iunij 1615. coram Illuſtriſſimo D meo Cardinali Veroſpio* Hoc tamen procedit quando ſucceſſio ad aliquam lineam peruenit irreuocabiliter, ſecus autem quando peruenit ad illam reuocabiliter cum aliqua qualitate, vel conditione adiecta, qua purificata, linea illa excluditur, et ſucceſſio ad aliam tranſmittitur *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 10. num. 36. et 37. Rota deciſ. 510. num. 5. part. 1. et deciſ 627 num. 4. et 5. part. 2. recent.* & fuit dictum *Elnen. beneficij 22. Iunij 1620. coram bon mem. Dunozetto.*

D *Fuſar. d. quæſt. 484. num. 59.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ferrarien. Dotis.

Lunæ 4. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Confeſſio mariti dotis receptæ conſtante matrimonio, nulla præcedente promiſſione, ex quibus cenſeatur facta animo donandi, & in fraudem creditorum.

SVMMARIVM

1 *Exemplum ſcripturæ à Notario in inſtrumento, abſque Iudicis auctoritate inſertum, non facit fidem.*

2 *Confeſſio mariti de dote recepta, conſtante matrimonio, abſque præcedente promiſſione, cenſetur facta animo donandi. Secus vbi conſtat de promiſſione præcedenti num. 20. & ſeq.*

3 *Confeſſio mariti de dote recepta, in dubio non cenſetur facta ad probationem veritatis, & ideo ex ea non probatur numeratio; idem de confeſſione receptionis dotis à ſocero.*

4 *Confeſſio mariti de dote recepta, vbi eſt ſimulata, non præiudicat creditoribus ipſius mariti, etiam futuris.*

5 *Contractus ſimulatus non præiudicat creditoribus, etiam futuris.*

6 *Confeſſio mariti de dote recepta non præiudicat poſterioribus creditoribus, quando ex coniecturis, & præſumptionibus colligi poteſt factam fuiſſe animo illis præiudicandi.*

7 *Maritus dotem recepiſſe cõfeſſus, ſi tempore confeſſionis erat magno ære alieno grauatus, præſumitur in fraudem creditorum confeſſus.*

8 *Dos congrua vt dignoſcatur, tàm promiſſoris, quàm recipere debentis qualitates attendi debent.*

9 *Confeſſio mariti de dote recepta præſumitur facta animo donandi, quando eſt de ſumma, quæ excedit vires ſoluere debentis.*

10 *Confeſſio dotis receptæ continens anticipatam ſolutionem, quæ eſt inueriſimilis, præſumitur facta animo donandi, & in præiudicium creditorum.*

11 *Confeſſio dotis receptæ redditur ſuſpecta, quando in ea maritus nullum præſtitit iuramentum aſſertorium, vel promiſſorium.*

12 *Confeſſio dotis receptæ dici non poteſt facta ſub ſpe futuræ numerationis, quando eſt relatiua ad quietantias, & ſic tanquam de ſoluta, & non de ſoluenda.*

13 *Donatio facta à marito vxori per viam confeſſionis non confirmatur, niſi per ipſius viri mortem. Limita vt numero ſeq.*

15 *Vxor pro donatione ſibi facta à viro, quæ eiuſdem viri morte confirmata fuit, eſt poſterior quibuſcunque creditoribus.*

16 *Confeſſio dotis non aliter tractari poteſt, quàm vti donatio inter virum, & vxorem.*

17 *Confeſſio dotis ſimulata quandocunque infringi poteſt.*

18 *Numeratio totius dotis confeſſatæ præſumitur ex ſolutione aliquarum partitarum in confeſſione inſertarum. Limita, vt ibi.*

19 *Confeſſio mariti de dote recepta præſumitur vera, quando maritus poſtea vxori alimenta præbuit; quæ coniectura non eſt multùm vrgens, & tollitur per alias contrarias, nec habet locum, vbi argui poteſt, alimenta alia de cauſa præſtita fuiſſe.*

21 *Confeſſio de recepto probat in præiudicijs cuiuſcunque, etiam contra tertium, præcedente promiſſione.*

22 *Confeſſio receptionis reſidui dotis probat, totam dotem receptam fuiſſe.*

23 *Reſidui ſolutio denotat, aliam partem fuiſſe antea ſolutam.*

DECISIO CVIII.

DD. tenuerunt, non conſtare de credito dotali Cæciliæ. Quia non præceſſit aliqua dotis promiſſio, exemplum enim præſentatæ apocæ promiſſionis (vt aſſeritur) cõfectæ de menſe Ianuarij 1586.

1 in inſtrumẽto cõfeſſionis de anno 1587. ſine Iudicis auctoritate inſertum, nõ facit fidem *Gloſ. in*

 cap.

1 cap. *Abbate S. Siluani in verſ. fiat fides*, vbi etiam *Batr.*
A *& Abb. de verb. ſignif. Afflict. deciſ.* 273. *num.* 4. *in fin.* A
Præſertim cum dicta apocha fuerit per notariũ Io. Ma-
riam marito Cæciliæ reſtituta, nulla facta recognitione,
adeo vt non conſtet, quòd fuerit vera, & à Iulio patre
Cæciliæ, & teſtibus in ea nominatis ſubſcripta, potiùs
quàm à d. Io. Maria confecta. Et ideo inferebatur, di-
ctam confeſſionem conſtante matrimonio cenſeri factã
animo donandi, iuxta doctrinam *Bart. in l. 2. §. creditum
ſub num. 5. ff. ſi cert. petat. Ioan. Andr. in prima addit. ad
Speculat. tit. de donat. inter vir. & vxor. in ver. Alb. Gal. di-
ſtinguit Caſtren. conſ.* 86. *num.* 1. *lib.* 2. & de communi, &
magis cõmuni teſtantur, *Alexand. conſ.* 45. *num.* 6. *lib.* 1.
& conſ. 142. *ſub num.* 4. *lib.* 5. *Soccin. in l.* 1. *num.* 101. *ff.
ſolut. matrim. & conſ* 79. *num.* 1. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 130.
num. 1. *& conſ.* 183. *num.* 1. *lib.* 1. *Menoch. lib.* 3. *præ-
ſumpt.* 12. *num.* 57. *&* 58. *& num.* 66. vbi quòd diffici-
le eſſet, in foro ab hac magis recepta recedere, & tenuit
etiam *Rota, vt in deciſ.* 485. *num.* 1. *par.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.
Put. deciſ.* 43. *num* 5. *et ſeq. lib.* 3. *in nouis*, & latè *in Ra-
uennaten. Saluiani* 27. *Iunij* 1602. *coram Reuerendiſſ. D.
Bononien.* in qua referuntur aliæ antiquiores. Et pro
ea plures de communi atteſtantes allegant *Gabr. conſil.*
163. *num.* 40. *volum.* 2. qui eam tenet ibi *num.* 38. *et
Surd. conſ.* 489. *num.* 1. *vol.* 4. & de magis communi,
Cephal. conſil. 163. *num.* 20. *lib.* 2. *et Illuſtriſs. D. Card.*
B *Tuſchus in verbo Dos confeſſata concluſ.* 748. *num.* 103. B
3 Et licèt controuerſia ſit inter DD. an confeſsio cenſea-
tur facta ſpe futuræ numerationis, vel cauſa donatio-
nis: omnes tamen conueniunt, in dubio non cenſeri fa-
ctam ad probationem veritatis, & ideo ex ea non pro-
bari nnmerationem, vt teſtatur *Gabr. d. conſ.* 163. *num.*
20. quem *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 19.
Quod etiã DD. dixerunt procedere, licèt facta fuerit er-
C ga ſocerum, C præſertim quia tunc temporis erat ab-
ſens, *Bald. nouell. de dot. par.* 10. *num.* 14. *verſ. & mul-
to magis, Menoch. d. præſumpt.* 12. *num.* 83.
Ex quo primo reſultat, huiuſmodi confeſsionem, tanquam
ſimulatam de cõtractu donationis ad contractum dotis,
non præiudicare creditoribus mariti, etiam futuris, ſe-
cundùm *Bart. in d. l. 2. §. creditum ſub num. 5. verſic. &
iſta vera ſunt, Calder. conſil. 3. de donat. inter vir. & vxor.
Alexand. d. conſil.* 142. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 5. *Campeg. in
tract. de dote par.* 1. *quæſt.* 53. *num.* 3. *Aufrer. ad deciſ.
Tholoſ.* 339. *ad fin. verſ. aduerte tamen*, quòd *Bald. Goz-
zad. conſ.* 28. *num.* 25. *verſic. decimò iſta confeſsio, Purpur.
conſil.* 349. *num.* 12. *Couarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.*
5 4. *ſub verſ. ſecundò hinc apparet*. Quod regulare etiam
eſt in omnibus contractibus ſimulatis *Bald. in rubr. C.
de reuoc. his, quæ in fraud. credit. num. 4. verſ. & ego dico,
Salycet. in l. ignoti quæſt. 4. in fin. eodem tit. Io. Fab. in §.
item ſi quis in fraudem, num.* 4. & ibi *Aret. num.* 11. *ver-
ſic. quarta cõcluſio, Inſtit. de act. Purpurat. conſ.* 151. *num.* 8.
Prædicta autem viſa fuerunt ſinè difficultate procedere,
6 cum etiam ex præſumptionibus, & coniecturis apertè
colligatur, confeſſionem animo donandi, & ad præiudi-
cium fututorum creditorum emanaſſe, quas ſufficere,
poſt *Gloſ. in auth. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nupt.*
teſtantur ibi *Cyn. quæſt.* 8. *num.* 5. *Bart. num.* 1. *verſic.
breuiter poſſemus, Angel. num.* 7. *verſ. in gloſ. penult. Sa-
lycet. num.* 2. *Fulgoſ. num.* 3. *Alexan.* de magis communi
conſ. 86. *num.* 1. *lib.* 7. *Corn. conſ.* 120. *ſub num.* 6. *lib.* 3.
Decian. conſ. 96. *num.* 3. *Gozzad. d. conſ.* 28. *num.* 26.
Bellon. conſ. 47. *num.* 4. *verſ. & ſi dixeris, Aufrer. ad Cap-
pell. Tholoſ. d. deciſ.* 339. *poſt med. Campeg. d. quæſt.* 53.
num. 2. *verſ. quod verum, Couarr. variar. reſolut. d. cap.*
7. *num.* 7. *Rot. d. deciſ.* 485. *num.* 6. *lib.* 3. *par.* 3. *Card.
Mantic. de tacit. &c. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 27. *verſic. & ſi*
7 *maritus*. Et præcipua viſa fuit, quòd maritus Cæciliæ
de tẽpore confeſſionis erat magno ære alieno grauatus,
vt in ſpecie conſiderant *Socc. in d. l.* 1. *num.* 108. *ff. ſolut.
matrim. Gozzad. d. conſ.* 28. *num.* 26. *Bald. Nouell. in tract.
de dote par.* 3. *num.* 18. *verſ. nam cum tempore, Vrſill. ad
deciſ. Afflict.* 402. *num.* 2. *Menoch. d. præſumpt.* 12. *num.*
D 18. *verſ. tertius caſus eſt, eodem lib.* 3. D, quod probatur
tum ex ſaluo conductu per ipſum 27. Iulij eiuſdem anni
1577. à Magiſtratu Venetiarũ obtento, in quo etiã dici-
tur, *Affida di tutti li ſuoi debiti nuoui*, ex quibus verbis ar-
guũtur alia debita antiquiora, *vt in ſumm. Claudij num.*
2. tum ex diſceſſu à dicta Ciuitate Venetiarum, & ac-
ceſſu ad Ciuitatem Ferrariæ, vbi à bon. mem. D. Duce
del 1588. 28. Februarij impetrauit aliam aſſecurationẽ
pro perſona, & bonis à quibuſcunque debitis contra-
ctis extra Statum Ferrariæ, *vt in dicto ſummario num.* 3.
tum etiam, quia non conſtat, eum aliqua ſtabilia ha-
buiſſe, vt ex fide officij decem ſapientium ſuper decimis
Venetiarum, *in d. ſummario num.* 7. ex quibus etiam
redditur inuerisimile augmentum dotis per eum factum
in ſcut. 500. Secundò conſiderabatur paupertas Iulij pa-
tris Cæciliæ, quem non conſtat habuiſſe, niſi domum cum
apotheca affictus annui ducatorum 60. vt ex fide æſtimi
in d. ſummario num. 6. & conſtat, quatuor filias nuptui
tradidiſſe, vt ex confeſſione Cæciliæ reſpondendo poſi-
tionibus *in d. ſummario num.* 5. & ex inſtrumento ven-
ditionis pro pretio ſcut. 1600. per eum factæ 5. Iulij
1586. domus quondam Iuſtinæ illius vxoris ſibi ceſſæ à
ſuis ex d. Iuſtina filijs, cuius erant hæredes; ex quo
etiam admi niculatur d. paupertas, quia de dicto pretio
parum, aut nihil perueuturum erat ad eius manus, ſed
ſcut. mille ſoluenda erant Ceciliæ, & Antonio eius fi-
lijs pro legatis eis à Iuſtina relictis, & ferè totum reſi-
duum pro debitis, quæ ipſe Iulius habebat ad officium
Gubernatorum introituum, vt ex lectura d. inſtrumen-
ti; ex quibus ſumma ſcut. 2000. tàm reſpectu Iulij præ-
tenſi promiſſoris, quàm Io. Mariæ recipere debentis ni-
8 mis exceſſiua videtur, attẽtis eorum qualitatibus, pro-
E ut attendi debent in dote congrua dignoſcenda E, *iuxta
l. quæro* 61. *& l. cum poſt* 70. *§. genere, ff. de iur. dot.* &
9 reſpectu Iulij inuerisimile, ſeu potiùs impoſſibile eſt, vt
ſperari poſſet ſupradictæ dotis ſolutio: & ideo confeſſio
redditur ſuſpecta, & animo donandi præſumitur facta,
vt in terminis conſiderant *Salycet. in l.* 2. *num.* 3. *verſ. &
ideo ſolum, C. de dot. caut. non num. Alex. conſ.* 86. *num.*
3. *& ibi Apoſtill. lib.* 7. *Aym. conſil.* 44. *num.* 1. *verſ. vel
quando confeſsio*, quos ſequitur *Menoch. d. præſumpt.* 12.
num. 16. Tertiò ponderabatur, quòd hoc modo ſo-
10 lutio partis dictæ dotis facta fuiſſet ante aduentum tem
poris iuxta apocham inſertam conuenti, quod eſt etiam
inuerisimile *Ang. conſil.* 127. *in fine Bertazzol. conſ.* 253.
ſub num. 8. *lib.* 2. *crimin*. Quam etiam coniecturam in
his terminis conſiderauit *Rot. d. deciſ.* 485. *num.* 4. *&*
F *num.* 6. *verſ. prima eſt par.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.* F
Quartò, confeſsio redditur ſuſpecta, quia in inſtrumento
11 d. confeſsionis Ioan. Maria nullum præſtitit iuramen-
tum aſſertorium, vel promiſſorium, *Cephal. d. conſ.* 163.
num. 21. *verſic. ſi igitur*, & quia dictum inſtrumentum
fuit celebratum inter Ioan. Mariam, & Cæciliam die
Dominico in propria domo Ioan. Mariæ, & abſente (vt
dictum eſt) patre Cæciliæ dotis (vt dicitur) promiſſo-
re, & debitore, & paulò poſt idem Io. Maria à Venetijs
receſsit, ac ſe Ferrariam ſub dicto ſaluo conductu rece-
12 pit. Denique addebant DD. confeſsionem non poſſe
dici factam ſub ſpe futuræ numerationis, cum ſit rela-
tiua ad d. apocham, & quietantias in ea adnotatas, &
ſic tamquam de ſoluta, & non de ſoluenda. Secundò
ex prædictis reſultat, huiuſmodi donationem per viam
con-

confeſsionis factam, vel non confirmari, niſi per mortem viri l. 2. vbi Gloſ. in verb. munita, & DD. C. de dot. caut. non num. Soccin. in d. l. 1. num. 71. & 97. verſ. i cont. ff. ſolut. matrim. Menoch. d. præſump. 12. num. 67.
14 vel nullo vnquam tempore, & pro nulla parte confirmari poſſe, com excedat 500. aureos, & non fuerit inſinuata, & ſic tàm ratione rei, quàm perſonæ dicatur prohibita, Salycet. in l. donationes quas parentes, num. 3. verſic. item nota, C. de donat. inter vir. & vxor. quem in noſtris terminis ſequuntur Socc. in d. l. 1. num. 79. verſic. illud autem, vbi teſtatur, ſe ita aliàs conſuluiſſe, eiuſque conſilium approbatũ fuiſſe à Collegio Piſano, Curt. Iun. conſil. 95. num. 6. verſic. quia illa, Pariſ. conſil. 62. num. 20. lib. 1. Roland. conſil. 93. num. 13. verſ. vltimò obſtare, volum. 1. Menoch. d. præſump. 12. num. 39. & 40. Mantic.
15 de tacit. d. tit. 20. num. 25. Et ideo Cæciliam eſſe poſteriorem quibuſcunque creditoribus, Bald. Nouell. d. par. 10. num. 18. poſt med. verſ. ex quo notabiliter ſequitur, dicens, ita vidiſſe de facto obtentum, Campeg. d. quæſt. 53. num. 3. verſ. nec dixeris, Crot. in d. repet. l. ſi conſtante num. 147. verſ. ita decidit Bald. Bellon. d. conſil. 47. num. 6. & d. conſ. 87. num. 6. & tractari non poſſe de huiuſmodi confeſſione, niſi prout de donatione inter vi-
16 rum, & vxorem: vt ex pluribus Couar. d. cap. 7. num. 4. verſ. 2. Menoch. d. præſumpt. 12. num. 68.

Et ex prædictis non obſtat lapſus temporis ad opponendã
17 exceptionem dotis non numeratæ: cum enim ſit ſimulata, vti facta animo donandi, poteſt quandocunque opponi de iſta ſimulatione, Soccin. in d. l. 1. num. 102 in 2. limit. verſ. ad contraria, Gozzad. d. conſ. 28. num. 23. verſ. octauò, Couar. d. cap. 7. num. 4. verſ. quartò itidem, Menoch. d. præſump. 12. num. 74. Surd. conſ. 489. num. 4. Cephal. d. conſil. 163. num. 20. in fin. Mantic. d. tit. 20. num. 29. & fuit dictum in allegata Rauennaten. Saluiani co-
G ram Reuerendiſſ. Bononien. G Nec præſumi poteſt nu-
18 merario totius dotis ex quietantijs nonnullarum ſummarum in dicta confeſſione inſertis, iuxta tradita per Soccin. conſil. 82. num. 2. in fin. & Rot. in Romana dotis, ſeu pecun. 17. Iunij 1602. coram Reuerendiſſ. Bononien. cum alijs allegatis per informantes; quia non probant, nec illis ſtandum eſt ex ſupradictis, tantoq. minus, cum non ſint penes debitorem, ſed in manibus creditoris, vt eſt notiſſimum. Nec etiam præſumi poteſt vera confeſſio ex ſolutione ducatorum 500. facta Io. Mariæ, quia fuerunt relicti Cæciliæ per eius matrem in teſtamento titulo legati, nec fuerunt accepti ad computũ dotis, ſed vigore dicti legati, & quidem coactè: cũ Cęcilia, & Io. Maria egiſſent ciuiliter cõtra Iuliũ pro d. legato, & obtinuiſſent, domũ hæreditariã Iuſtinę ſubhaſtationi exponi, vt dicitur in ſupradicto inſtrumento venditionis de anno 1586. & dicti ducati 500. non fuerint ſoluti à Iulio, ſed ab officialibus Societatis emptricis ſupradictæ domus. Minùs præſumi poteſt ex præſtatione alimento-
19 rum Cęciliæ facta poſt dictam confeſſionem ab eius marito, ex doctrina Bald. in l. vnic. num. 4. ſub verſic. vndè quæritur, ibi, vt quia vir exhibuit Socin. conſ. 82. num. 3. vol. 3. cum alijs de communi allegatis per Surd. de aliment. priuileg. 22. num. 17. & Rot. deciſ. 155. num. 6. part. 2. diuerſ. & in d. Romana dotis, ſeu pecuniaria corã Reuerendiſſ. Bononien. Quia prætermiſſo, quòd iſta eſt coniectura, & ſecundùm aliquos non multùm vrgens Soccin. in d. l. 1. num. 93. verſ. igitur talis coniectura, ff. ſolut. matrim. Bald. Nouell. de dot. d. par. 10. num. 10. verſic. qua tamen coniectura, præſertim ſola Aym. conſil. 40. num. 4. in fin. & in tract. de antiq. temp. 1. par. princ. partic. 3. incip. propoſitum noſtrum num. 72. & in dicta deciſ. Reuerendiſſ. Bononien. plures aliæ concurrebant, & præſertim promiſſio præcedens; tollitur etiam per ſupra deductas, quæ ſunt plures, & vrgentiores, vt arg. l. fin. de in integr. reſtit. tit. generali tradit Socin. in d. verſ. igitur talis coniectura. Et in propoſito præſumi poteſt, quòd præſtita fuerint alimenta, quia Ioannes Maria receperat dictos ducatos 550. relictos à matre Cęciliæ. Et propterea DD. dixerunt, non conſtare de credito Cęciliæ, niſi in dictis ducatis 500.

ANNOTATIO.

A Gratian. diſcept. forenſ. cap. 693. num. 1. Creſcen. deciſ. 1. de probat. & fuit dictum in Terulen. parochialis 4. Decembris 1623. coram R. P. D. meo Merlino, in qua hæc deciſio canonizatur, & infra coram Domino meo in Colonien. ſponſalium 9. Iunij 1621. num. 4.

B Sanch. de matrimon. lib. 6. diſput. 9. num. 5. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſul. final. gloſſ. vnic. part. 1. num. 60. & fuit etiam firmatum infra in alia Ferrarien. dotis 11. Aprilis 1622. num. 1. et 4. Maij 1626. num. etiam 1. coram Domino meo. Limita hanc concluſionem pluribus modis, de quibus per Fontanell. d. clauſul. vnic. part. 2. à num. 48. vſque ad 63. incluſiuè. Quando autem conſtat de promiſſione præcedenti, tunc confeſſio dotis receptæ non præſumitur facta animo donandi, ſed recognoſcendi veritatem dotis habitæ, & ideo mulieri nulla poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, nec à marito, nec ab eius creditoribus medio tempore contractis, Afflict. deciſ. 402. num. 3. Magon. deciſ. Florent. 68. num. 10. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. Surd. conſil. 117. num. 23. Marescott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 8. num. 12. Sanch. d. diſput. 9. num. 10. cum alijs relatis per Fontanell. loco cit. num. 31. et ſeq. Seraphin. deciſ. 678. num. 10. et deciſ. 795. num. 1. Gregor. XV. deciſ. 62. num. 6. et deciſ. 591. num. 7. Rota
21 poſt Pacif. de Saluian. interd. deciſ. 145. num. 1. & generaliter cõfeſſio de recepto probat in præiudicium cuiuſcunq; etiam contra tertium, quando promiſſio de ſoluendo præceſſit Seraphin. d. deciſ. 795. num. 1. Rota poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 36. num. 4.

22 Prædicta procedunt, non ſolùm quando maritus totam dotem, verùm etiam vbi certam quantitatem pro dotis reſiduo ſe recepiſſe confitetur: per hanc enim confeſſionem probatur totius dotis receptio, non ſecus ac per illam, vbi præceſſit dotis promiſſio; quia ſolutio reſidui
23 denotat, aliam partem fuiſſe antea ſolutam, Bald. & Salycet. in l. ſi quidem, C. de tranſact. Caſtren. Alexand. et alij in l. 2. C. de hæred. inſtit. Becc. conſil. 97. num. 8. cum alijs per Surd. conſil. 52. num. 45. Rota in Maceraten. legitimæ 12. Iunij 1614. et 1. Iunij 1618. coram bon. mem. Vbaldo, quæ loquitur in terminis ſolutionis reſidui dotis, & coram eodem in Spoletana penſionis 1. Iulij 1620. Rota Ianuen. deciſ. 60. num. 6. & ita in terminis noſtris in Senatu Cathaloniæ bis deciſum fuiſſe refert Fontanell. d. clauſul. vnic. gloſſ. fin. par. 1. num. 34.

C Idem firmatum fuit infra in d. Ferrarien. dotis 11. Aprilis 1622. coram Domino meo num. 2. Contrarium tamen tenet Surd. alijs allegatis conſil. 290. num. 52.

D Gratian. diſcept. 362. num. 21. et diſcept. 489. num. 22. Fontanell. d. gloſſ. vnic. part. 1. num. 48. et ſeq.

E De congruitate, & incongruitate dotis latè Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 5. gloſſ. 8. par. 1. et 2. per tot.

F Rota in Peruſina laudi 23. Ianuarij 1619. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio, in qua hæc deciſio allegatur.

G Gratian. d. diſcept. 693. num. vlt. vide Fontanell. d. gloſſ. vnic. part. 1. num. 77. & pluribus ſequentibus.

H Surd. conſil. 397. num. 7. Mareſcott. alijs citatis d. cap. 8. num. 9.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Lunæ 11. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Accuſatio ſola, ſinè citatione legitimè executa, non ſufficit ad inducendam litis pendentiam in cauſa criminali, ad effectum, vt ſuperſedendum ſit in ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium, ſicut, & citatio litis pendentiam inducunt.*
2 *Sententia afficiens principalem, afficit etiam eius ceſſionariũ.*
3 *Accuſatio ſola ſufficit, vt cauſa criminalis faciat ſuperſedere in ciuili, quando poſt accuſationem legitima citatio ſubſecuta fuit num. 13.*
4 *Monitorium idem eſt, ac citatio.*
5 *Monitorium, quod iuxta formam præſcriptam, perſonaliter intimari debet, ſi fieri poſſit, ſin minus domi ſolitæ habitationis, non poteſt domi exequi, niſi conſtet de diligentia facta pro perſonaliter intimando, aliàs eſt nulliter executum.*
6 *Litis pendentia, ſeu præuentio non inducitur per monitoriũ nulliter executum, imò totus proceſſus corruit.*
7 *Accuſatio ſola, ſiuè querela, ſinè tranſmiſſione citationis non ſufficit ad inducendam litis pendentiam, nec habet vim controuerſiæ motæ, etiam ad effectum interrumpendi præſcriptionem.*
8 *Proceſſus in cauſa criminali non dicitur incœptus, niſi poſt trãſmiſſionẽ citationis, licèt in actis poſita fuerit inquiſitio.*
8 *Præuentio non inducitur ex ſola inquiſitione, abſque citatione.*
10 *Præuentio vt inducatur, non ſufficit mandatum de citando abſquè citationis executione.*
11 *Accuſatus poteſt, ſuum accuſatorem reaccuſare, ſi illius nomen nondum receptum eſt inter reos.*
12 *Contumacia in non citato, vel illegitimè citato conſiderari non poteſt.*
14 *Exceptio falſi ſola tanquam præiudicialis retardat executionem inſtrumenti.*

DECISIO CIX.

POST reſolutiones factas 5. Maij, & 27. Iunij anni præteriti, quòd cauſa criminalis mota contra Antonium de Domo non præiudicaret ciuili per eũ intentatæ, adeo vt in ea eſſet ſuperſedeñ, & alias duas 7. Nouembris, & 30. Ianuarij præteriti ſuper iuſtitia mandati exequutiui ad fauorem d. Antonij relaxati contra hæreditatem, & iura hæreditaria olim D. Rodulphi Pij annuæ pecuniariæ præſtationis, cum pro parte d. Antonij inſtaretur pro expeditione d. mandati, & denuo pro filia, & hærede D. Rodulphi opponeretur de cauſa criminali, anno 1608. contra Dominicum d. Antonij fratrem, & authorem coram A. C. per eam mota ſuper prætenſa falſitate, & vſu inſtrumenti donationis d. annuę præſtationis per. d. q. D. Rodulphum factæ d. Dominico, & de ſententia condemnatoria in pœnam confeſſatorum criminum per A. C. Locumtenentem criminalẽ lata, fuit interim nomine Procuratoris Fiſcalis, & d. filiæ Rodulphi pro ſuo intereſſe ciuili ei adhærentis propoſita cõmiſſio in *Signatura Sanctiſſimi*, in qua ſupplicabatur, cõmitti A. C. vt conſtito ſibi de dicta cauſa criminali, præuia, quatenus opus eſſet, opportuna auocatione cauſæ, & cauſarum ciuilium, illas ad ſuum Iudicem criminalem remitteret, cum facultatibus inhibendi, & alijs in forma, Sanctiſsimus, habitis priùs ſuffragijs, viua voce mandauit in Rota videri, An d. cauſa criminalis cõtra Dominicũ eſſet præiudicialis cauſæ motæ per Antoniũ eius ceſſionariũ. Et dubio propoſito, DD. dixerunt, nõ conſtare de cauſa criminali, quę præiudicet ciuili. Ad docendum enim de cauſa criminali potiſſimum fundamentum erat in duobus. Primò, in monitorio habente vim citationis contra d. Dominicum de dicto anno 1608. per A. C. expedito, & in ciuitate Ve-
1 netiarum exequuto, quod regulariter inducit litis pendentiam ſicut citatio *Gloſſ. in clem. 2. in verb. plenè, & ibi*
A *ſcriben. vt lit. pend.* A, & in ſententia condemnatoria,
2 quæ ſicuti afficiebat Dominicum, ita, & Antonium eius ceſsionarium *ad vulg. reg. l. exceptiones. ff. de except.* Secundò, in d. accuſatione de falſo, quæ ſola ſufficit, vt ſic
3 ſuperſedeñ in cauſa ciuili, ad tradita per cumulatos à *Farinac. quæſt. 100. cap. 2 num. 66.* Neutrum tamen vi-
4 ſum fuit obſtare. Nam quoad monitorium, quod idem eſt, quod citatio, *Mandoſ. tit. de monit. quæſt. 17. num. 4.* illud habebat formam præſcriptam, vt perſonaliter intimari deberet Dominico in Ciuitate Venetiarum cõ-
5 moranti, quatenus eius perſona commodè haberi poſſet; ſin autem, facta diligentia per d. Ciuitatem, in qua habitare ſolet, & illius loca publica, & eo non reperto, per affixionem ad valuas domus eius habitationis, ſeu Eccleſiæ Parochialis, &c. Et tamen Nuntius ſolùm retulit, illud præſentaſſe domi ſolitæ habitationis d. Dominici, cum dimiſsione copiæ intra ianuam, & parietem eiuſdem domus. Et ſic fuit nulliter exequutum, cum non fuerit ſeruata forma præſcripta *Bart. in l. 4. §. Prætor ait num. 12. ff. de damn. infect. vbi communiter ſcriben. not. Archid. in cap. de illicita, num. 3. 24. quæſt. 3. Zabarell. conſ. 10. num. 13. verſ. nec hominis. Soccin. de citat. art. 13. num. 1. verſ. vel ſi non ſeruat. Caputaq. deciſ. 111. num. 1. par. 1.* & in terminis ſimilis monitorij, *Card. Se-*
C *raph. deciſ. 972. num. 6. Farinac. conſ. 89. num. 3.* C, Et ideo non fuit inducta litis pendentia, *cap. gratum, de of-*
6 *fic. deleg. Gloſſ. in clem. 2. in verſ. plenè in fin. & ibi Card. quæſt. 6. vt lit. pend. latè Lancell. de attent. lit pen. 3 par. cap. 4. in præfat. num. 95. & ſeqq.* Prout etiam nec dici poſſet inducta præuentio, vt facit *text. in cap. propoſuiſti de for. compet.* in illis verbis, *legitimè citatus*, & ibi *Abb. in 5. notab. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 2. ſub n. 4.* cum alijs latè per *Farinac. tit. de inquiſit. quæſt. 7. num. 61.* Imò corruit totus proceſſus, *Boſſ. in pract. crimin. in tit. de citat. num. 13. Grammat. conſ. crimin. 71. num. 8. Clar. de communi in pract. crimin. §. fin. quæſt. 31. in princ. Chartar. de exequut. capto bann. cap. fin. num. 156.* Quo verò ad accuſationem, ſeu quærelam pariter viſum
7 fuit, illam ſolam ſinè trãſmiſſione citationis nõ ſufficere, nec habere vim controuerſiæ motæ, vt in cauſa ciuili, *eſt text. in l. libertus la ſeconda, ff. de in ius vocan. vbi Bart. & Bald. not.* de libelli oblatione, etiã ad effectum interrumpendi præſcriptionem, *Bart. in l. 1. & Bald. num. 2. C.*
B *quando lib. Princ. dat.* B, & in cauſa criminali, quòd
8 non dicatur initiatus proceſſus, niſi poſt tranſmiſſionem citationis, licèt in actis poſita fuerit inquiſitio, *Bald. in d. l. 1. num. 3. verſ. ſecundò quæro*, dicit, conſultum fuiſſe in quadam cauſa relata per *Angel. in l 1. num. 1. & 2. C. de iudic. & in d. l. libertus in fin. &* determinatum fuiſſe in d. cauſa, *Caſtren. in d. l. libertus*, vbi etiam expreſsè di-
9 cit, quòd Iudex poteſt eam retrahere, & abolere, & ideo non eſſe præuentam iuriſdictionem per ſolam poſitionem inquiſitionis in actis, dicit *Iacobin. ibidem num. 3. & in dicta l. 1. in fin.* vbi refert *Angel. ibi & in d. l.* li-

libertus. Quia non eſt præuentio, ſed voluntas præueniē-
di, *Bald. in l. 1. num. 15. verſ quæro, in fin. C. de confeſſ.*
quē refert, & ſequitur *Boſſ. tit. de for. comp. num.* 103. *Fa-*
rin. de inquiſitione, d. quæſt. 7. num. 57. Qui num. 60. ex
communi DD. opinione ſubdit, non ſufficere mandatum
10 de citando ſinè citationis exequutione, quæ eſt cuiusli-
bet proceſſus initium *§. fin. Inſtit. de pœn. tem. litig.*
clem. fin. vt lit. pend. Bald. in d. l. 1. C. quando lib. &c. latè
Lancellott. de attent. in præf. tt. à num. 13. *ad* 24. Neque
etiam poteſt quis dici accuſatus ad effectum, vt non
11 poſſit reaccuſare ſuum accuſatorem, niſi illius nomen
ſit receptum inter reos, vid. ſi eſt præſens per litis cōte-
ſtationem, & ſi abſens per contumaciam, *Bald. in l. 1.*
num. 30. & ibi Salyc. num. 15. in fin. C. de ijs qui accuſ.
non poſſ. Clar. in pract. crim. §. fin. lib. 5. quæſt. 14.
num. 13. quem magiſtraliter loqui *teſtatur Farinac. tit. de*
12 *accuſat. quæſt. 12. num. 23. in fin.* Quæ contumacia non
poteſt conſiderari in non citato, *Bald. in l. fin. num. 10.*
verſ. & intelligas. ff. de reſtitut. in integr. Corn. conſ. 17.
num. 6. lib. 1. Chartar. de exequ. capt. bann. cap. fin.
num. 160. vel illegitimè citato, *gloſ. in cap. de cauſis in*
verſ. venire de offic. deleg. in cap. veniens, in fin. de accuſat.
Afflict. deciſ. 366. num. 16. Iaſ. in rubr. ff. de in ius vo-
can. num. 8. & in l. licèt num. 6. C. de procurat. Gram-
mat. deciſ. 79. num. 10. verſ. & ſic debet intelligi. Nec
contradicunt *l. fin. C. de fid. inſtr. & authoritates allega-*
13 *ta per eumd. Farinac. in ſupra allegata quæſt. 100. num.*
66. ad oſtendeñ, quòd ſola accuſatio de falſo ſufficiat ad
effectum ſuperſedendi in cauſa ciuili; quia concluſio
procedit quando poſt accuſationem ſubſequuta fuit le-
gitima citatio, & nullus ex Doct. citatis contrarium
ſentit, & ita ferè ad terminos declarat *Lancell. in d. præ-*
fat. num. 16. & ſeqq. verſ. ad contraria. Nec ſimiliter
applicantur doctrinæ *Salyc. in l. ſi docueris. num. 1. C.*
14 *de falſ. Verall. deciſ. 274. par. 2.* & aliorum dicentium,
quod ſola exceptio falſi tamquam præiudicialis retar-
dat exequutionem inſtrumenti, quia procedunt in ex-
ceptione propoſita coram eodem Iudice ciuili, in cu-
ius exceptionis propoſitione nulla requiritur citatio,
ſecus verò quando criminalis accuſatio principaliter
coram alio Iudice proponitur, quia tunc neceſſaria eſt
citatio ex ſupradictis. Et eadem ratione tollitur *conſ.*
Rimin. 294. lib. 2. quia interrogatorium, quod fit in cau-
ſa ciuili, an quis velit vti inſtrumento pro vero, ex quo
vult redarguere de falſo, præſupponit præſentiam partis
interrogatæ in iudicio, vel citationem ad reſpondendū,
vt ex tot. tit. de interrog. act. & patet ad ſenſum.

Ex quibus fuit ita reſolutum.

ANNOTATIO.

A Citatio ſola ſufficit, vt lis dicatur inchoata *Caputaq. deciſ. 189. num. 3. part. 2.* cum alijs per *Lancellott. de attent. lit. pend. in præfat. num. 35. & ſeq. & num. 43. in fine, et ſeq. Rota in Toletana ſepulturæ 21. Febr. 1614. coram bon. mem. Vbaldo. et coram eodem in Hiſpalen. præeminentiarum 16. Nouembris* 1618 vbi dicitur perpetuata iuriſdictio quoad Iudicem, adeo, quòd proceſſus non poſſet dici nullus ex defectu iuriſdictionis. Hoc tamen intelligitur quoad actorem ſecus autem quoad reum, cuius reſpectu non dicitur introducta lis per ſimplicē citationē, niſi fuerit in actis reproducta, & doceatur de illius executione, vel quòd per ipſum reum ſteterit, quominus ad ipſius notitiam veniret, vt fuit dictum infra *coram Domino meo in Mindonien. Canonicatus 24. Nouembris 1617. num. 9. Rota coram Gregor. XV. deciſ 94. num 2. et in Parmen. ſeù Lunen. Sarzanen. ſeparationis thori 28. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Ghiſlerio.*

B Hanc concluſionem firmauit *Rota in Granaten. compulſorij 7 Maij 1617 coram Reuerendiſſimo D meo Coccino Decano, et in d. Mindonien. Canonicatus 24. Nouembris eiuſdē anni coram D meo num. 5.*

C *Gratian. diſcept. forenſ cap. 531. num. 75.* in quo cap. omnes ferè huius deciſionis concluſiones inuenies.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Maceraten. prædij.

Veneris 15. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Non receditur à contractu ob non implementum conditionis, ſub qua conceptum eſt pactum reſolutiuum in eodem contractu appoſitum, quando conditio non eſt impleta pro poſſe ab eo, à quo impleri debebat. Item quando non reſoluatur contractus ex defectu cauſæ finalis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor nequit à contractu nominato diſcedere, nequè ex capite pœnitentiæ, etiam incontinenti, neque ex capite non implementi.*

2 *Conditio reſolutiua appoſita in contractu non facit, illum non eſſe purum, & perfectum, ſed importat diſceſſum ab eo, & ſic reſolutionem.*

3 *Conditio appoſita reſolutioni non reddit contractum conditionalem, & præſupponit obligationem contractam.*

4 *Promiſſio facti alieni, vel eius, quod à Principis voluntate pendet, reſoluitur in obligationem de adhibendis diligentijs, quæ probandæ ſunt ab eo, qui promiſit, ad hoc vt excuſetur à mora. & negligentia.*

5 *Pactum reſolutiuum vt intret, adimplendum eſt pro poſſe ab eo, cuius cauſa impleri debet.*

6 *Contractus conditionalis reſolutus dici non poteſt, quando non apparet, conditionem impleri non poſſe.*

7 *Conditio habetur pro impleta, quando, ne impleatur, per eum ſtat, qui implere debebat, & num 14.*

8 *Licentia habetur pro impetrata, quando vnus ex contrahentibus promiſit illam impetrare, & per eum ſtetit, quo minus impetraretur; etiam ſi obtentu difficilis fuerit, & pro impoſſibili reputata.*

9 *Auxiliator non datur ſinè principali.*

10 *Interpellatio non requiritur vbi adeſt iuramentum, Limita, vt num. 24.*

11 *Conditione non impleta, pactum reſolutiuum ſub ea conceptum habetur pro non appoſito.*

12 *Gratia ex ſola ſignatura, abſque breuis expeditione dicitur perfecta.*

13 *Pacto reſolutiuo emptoris fauore appoſito, venditor, eo inuito, vti non poteſt.*

15 *Partes contrahentes cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, non præſcripta certa forma illius impetrationis, cenſentur ſe conformaſſe cum ſolito ſtylo Datariæ*

16 *Cauſæ plures quando concurrunt ad eamdem diſpoſitionem, ceſſante vna, non ceſſant aliæ, conſequenter nec contractus.*

17 *Cauſa finalis vbi non in totum, ſed in parte deficit, non ceſſat contractus.*

18 *Contractus nominatus non reſoluitur ex defectu cauſæ finalis.*

19 *Cauſa finali ceſſante, non receditur à contractu, quando partes veriſimiliter etiam abſquè illa cauſa contraxiſſent*

20 *Res inempta fieri non debet, ob non implementum in minima parte contractus; & minima pars quæ dicatur, numero 21.*

22 *Res alienari prohibita vendi poteſt pro ſoluendis debitis, & pro legitima filiorum teſtatoris prohibentis.*

23 *Beneplaciti Apoſtolici reſeruatio in contractu appoſita debet intelligi, ſi, & quatenus opus eſt.*

DECISIO CX.

SENTENTIA A. C. de cuius inſti-
tia ſolùm dubitabatur, viſa fuit DD.
tanquam iuſta confirmanda. Nam
1 clariſſimæ ſunt iuris regulæ, quòd Ca-
pitoſti non poſſunt diſcedere à vendi-
tione predij per eos facta D. Petro
Venantio, precio ſcutorum 14500.
tanquam à contractu nominato, neque ex capite pœni-
tentiæ, etiam incontinenti *l. non idcirco C. de cont. empt.*
& poſt *Bart. & Angel. Iaſ. in l. fin. ff. de cond. cau.
dat.* neque ex capite non implementi, quia agitur ſolùm
ad intereſſe *l. ea conditione C. de reſcind. vend. Bart. in d.
l. fin. num. 5. ff. de cond. cau. dat. Surd. deciſ. 220. num.
17. & conſ. 38. in fin. lib. 1. Natta conſ. 171. num. 11.
Gabr. conſ 51. num. 11. lib. 1.* Non obſtat, quòd ſit factus
locus pacto reſolutiuo; quia nō fuit impetratū benepla-
citum Apoſtolicum ſuper derogatione fideicommiſſi pa
terni, nec expeditū Breue infra quatuor menſes, nec ſol-
licitata expeditio per D. Petrum Venantium iuxta con-
uentionem. Primò, quia Capitoſti actores prætenden-
tes, d. pactum reſolutiuum eſſe purificatum, debent hoc
concludenter probare: quia contractus eſt purus ab ini-
tio, & perfectus: prout etiam expreſsè dicitur, ibi titulo
puræ, ſimplicis, perfectę, & inretractabilis venditionis, &
alienationis, vendiderunt, &c. nec eſt addita aliqua
conditio ſuſpenſiua, ſed reſolutiua tātùm, ibi, & in talem
2 caſum, & euentum; quæ non faciūt, contractum non eſſe
purū, & perfectū, ſed important diſceſſum ab eo, & ſic re-
ſolutionem *Gloſ. in l. 2. in verb. conditionalis, ff. de in diem
addict. Bald. in l. quibus diebus § quidam Titio, & ibi Socc.
num. 8. ff. de condict. & demon. Bart. in l. 1. num. 9. verſ. ſicut
in contractibus ff. eod.* & cum non ſit appoſita ſubſtantiæ
3 ſed reſolutioni, non reddit contractum conditionalem
*Gloſ. in l. 2. ff. de in diē addict. Bald. in l. cum mota in fin. C.
de tranſact. Surd. conſ. 278. num. 56. cum ſeq. lib. 2. &
conſ. 527. num. 19. lib. 4.* & præſupponit obligationem
contractam *Soccin. conſ. 12. num. 3. in fin. vol. 4. Alber.
d. l. 2. in fin. in prima oppoſ. ff. de in diē addict.* Hoc autem
non probatur ex eorum parte, qui cum iuramento, &
obligatione Camerali promiſerunt, d. derogationem, &
beneplacitum procurare, & impetrare infra d. tempus,
4 & eorum expenſis, quæ promiſſio licèt tanquam facti
alieni, imò Principis, reſoluatur in obligationem de ad-
A hiben. diligentijs A, *Gloſ. comun. recepta in cap. ex lite-
ris il 2. in verb. tam patres, & ibi Abb. num. 1. & 6. &
in cap ſicut, verb. iurantis, & ibi Butr. num. 9. de ſponſal.*
& fuit dictum *coram me in Anconitana pecuniaria* 20. *Iu-
nij præteriti.* Tamen non probatur aliqua, nec quidem
minima diligentia ex eorum parte, quę tamen probanda
erat ad excuſandū eos à mora, & negligentia, tanto ma-
5 gis ad hoc vt intraret pactum reſolutiuum ad *text. in l.
3. §. quid ergo, & ibi Gloſ. in verb. impetrauit ff. de contrar.
tut. Bald. conſ. 395. col 3. verſ præterea poſito vol. 1. Aym.
conſ. 121. num. 10. Burſat conſ 56. num. 27. allegatur Pe-
regr. deciſ. 159. lib. 2. Surd conſ 156 num. 6. Menoch. de
arbitr. Iud quæſt. 68 num. 27. Pariſ conſ 1. num. 129. lib
1. Natt conſ. 226 num 2. Magon. deciſ. Floren. 66. num.*
6 5. Et cum reſpectu eorūdem adhuc non appareat, Papā
noluiſſe beneplacitum concedere, non poteſt dici, quòd
factus ſit locus pacto reſolutiuo, & reſoluta ſit venditio
all. deciſ. Seraph. 1157. num. 4 imò cum per eos ſteterit,
quin adimpleretur dicta conditio, ſub qua erat factum
pactum reſolutiuum in eorū præiudiciū *Surd. conſ. 374.
num. 8. in 3. & conſ. 437. num. 442. in 4. & conſ. 521. num.
12 & 540. num. 17* habetur pro impleta *Burſat conſ. 56.
num 28 & 29. Surd deciſ. 182. num. 14. & 15.* qui in
terminis licentiæ requiſitæ pro firmitate contractus,
8 quam vnus ex cōtrahentibus promiſit impetrare, ſi ipſe
fuit negligens, vel alias per ipſū ſtetit, quominus fuerit
impetrata, habetur quo ad eum pro impetrata, *Tiraq in
tract. ceſſant. cauſ part. 1. limit. 33. Bald. conſ 112 num 1.
& ſeq. lib. 3.* etiam ſi obtentu difficilis fuerit, & pro im-
poſſibili reputata *Caſtr. conſ. 433 col. 3. vol. 1. Becc. conſ.
37. num. 5. Aym. conſ. 121. num. 10. Surd. deciſ 182. num.*
9 13. Nec tenebatur D. Petrus Venantius ſollicitare, quod
nihil aliud eſt, quàm auxiliari, qui auxiliator non datur
ſine principali. Ex quibus etiam ceſſant, quæ dicuntur de
expeditione Breuis, quę fieri non poterat, cum gratia nō
fuerit impetrata: cum de expeditione Breuis non poſſit
agi niſi impetrata gratia. Vltra quod d. expeditio non
potuerat fieri ſinè expenſa, ad quam ex pacto tenebatur
venditores, etiam non interpellati vigore iuramenti, vt
10 eſt communis opinio *Doct. in cap. breui in gloſ. 1. de iur.
iur. & poſt alios conſuluit Rolan conſ. 57. num. 55. vol. 1.*
B *Alexandrin. conſ. 152. in fin.* B, & non emptor, qui nec
etiam debebat illā facere ad cōputum precij, quod erat
promiſſum in eadem, quæ non venerat, & erat etiam in-
ueſtien. pro cautela emptoris, & euictionę prædij vendi-
11 ti: Secūdò quia conditio, ſub qua eſt conceptum pactum
reſolutiuum, videlicet non obtenta, derogatione infra
quadrimeſtre, adimpleta eſt eum, nō conſtet, d. deroga-
tionē fuiſſe impetratam à Sāctiſſimo, & infra dictū tem-
pus, & ſic pactum reſolutiuum euanuit, perinde ac ſi ab
initio appoſitum non fuiſſet *l pecuniam ff. ſi cert. pet. vbi
Alex. Soc. & Iaſ l. hæc venditio ff. de contr. empt. Surd. deciſ.
210. num. 7. Dec. conſil. 481. num. 4. Pariſ conſil. 8. num.
25. vol. 3. Surd conſ 157. num. ſequen. Roland. conſ. 58.
num. 15. vol. 3. deciſ Pedem. 50. num. 10. Surd. conſ. 236.
num. 6. & conſ. 298. num. 36. & conſ. 282. num. 96. &
463 num. 36. & conſ. 503. num. 4. Gabr. conſ. 72. num.
3. Honded. conſ. 78. num. 26. & conſ. 101. num. 35. lib.
1. & conſ. 82. num. 13. lib. 2. Mohed. deciſ. 9. vt lit. pen-
den. Caſſad. deciſ. 3. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. &
& deciſ. 8. num. 3. & ſeqq. de reſtitut. ſpoliat. vbi num. 7.*
loquitur ad effectum abſolutoriæ, prout loquitur etiam
*in deciſ. 1. in fin. ſuper reg. Cancell. Felin. in rubr. de conſt.
num. 5. cap. quidem,* & ibi *Butr. num. 10. & Imol. num.
8. de renunciat. Put. deciſ. 94. num. 2. lib. 1. Rot. deciſ. 418.
num. 3. par. 1. Sarnen. in reg. de non iudic. iuxta form. ſup-
plic. col. penult. & vlt. verſ. tamen conſiderandum, Surd.
conſil. 548. num. 9. in 4. & conſ. 37. num. 10. & conſ. 79.
num. 11.* Quæ quidem derogatio fuit induſtria, & di-
ligentia D. Petri Venantij obtenta, quod non negatur,
imò per informantes pro Capitoſtis ſupponitur.
Et ad perfectionem gratiæ ſufficit, quòd ſupplicatio ſignata
12 fuerit abſque expeditione breuis, *Caputaq. deciſ. 88.
num. 2. part. 3.* & fuit dictum in *Calciaten. decimarum
2. Maij 1614. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Neque
obſtat, quòd ex forma conuentionis deberet non ſolùm
obtineri derogatio, ſed expediri breue infra d. tempus;
quia vltra quod id deberet fieri expenſis venditorum,
qui illas non ſubminiſtrarunt, pactum loquitur in de-
rogatione obtinēda per vēditores, ſuper qua expedien-
dum erat breue non autē in gratia obtenta per empto-
rē. Tertiò, dicebatur DD. Capitoſtos nō poſſe vti pacto
reſolutiuo, ſiue illud fuerit appoſitum emptoris ſolius

fa-

13 fauore, quia cum ipſe non contradicat, non poſſunt dd.
venditores, eo inuito d. pacto vti *Rota deciſ.* 134. *num.* 1.
& 2. part. 1. *diuerſ. Seraph. deciſ* 209. *num.* 1. & allega-
tur *deciſio Bonon. de Bonſignoribus* 14. *Iunij* 1609. *R.P.D.*
Cauालerij, & in Spoletana terrarium 11. *Iunij* 1599. *Card.*
Millini Mantic. de tacit. lib. 4. *tit.* 29. *num.* 9. *& ſeq &*
in Tiburtina Caſtri Viuarij 19. *Februarij* 1596. *Card.*
Pamph. Caſtracan. de Societ. cap. 69. *num.* 10. *&* 11. *Ioſeph.*
Ludouic. deciſ. Peruſ. 33. *num.* 5. *verſ quæ concluſ.* ſiue fa-
uore etiam venditorum, ne contrauenirent fideicomiſſo
paterno inducto per viã prohibitionis de non alienando.
Quia cum per eos ſteterit, vt ſupra dictum eſt, perinde eſt
ac ſi dicta derogatio pro eorum parte verè obtenta fuiſ-
14 ſet *Socc. in l. iure ciuili per illum text. num.* 2. *ff. de cond. &*
demonſtr. Burſat. conſ. 56. *num.* 28. *& ſeq. Surd. deciſ.*
182. *num.* 14. *&* 15. Non obſtat ſecundò defectus cau-
ſæ finalis, propter quam dicitur, venditores motos fuiſ-
ſe ad venden. videlicet, vt precium reinueſtiretur in
cenſibus fructificantibus pluſquam ſtabilibus. Primò,
quia cum partes ſubmiſerint ſe beneplacito Apoſtolico
15 ſuper derogatione dicti fideicommiſſi, non præſcripta
certa forma illius impetrationis, cenſentur ſe confor-
maſſe cum ſolito ſtylo Datariæ conceden. ſimiles dero-
gationes, cum hoc, vt inueſtiatur quarta pars pretij in
ſtabilibus, quę ſubrogatur loco fideicommiſſi, *Caputaq.*
deciſ 89. *num.* 2. *part.* 3. faciunt tradita per *Rebuff. in*
prax. tit. de reſig. condit. num. 25. *& ſeqq. Pariſ. de reſig.*
lib. 9. *quæſt.* 162. *num.* 141. *& ſeq.* allegantur deciſiones
in *Salamantina monaſterij* 19. *Iunij* 1598 *Lancellotto, &*
in Corduben. concordiæ 29. *Octobris* 1601 *Litta.* Secundò,
quòd iſta non fuit cauſa finalis, ob quam moti fuerunt
Capitoſti ad vendendũ, ſed plures fuerũt expreſſæ, vide-
licet pro ſoluendis debitis paternis, & proprijs: ſecũdò,
vt conuerteretur precium in vtilitatem venditorum,
nempe in emptionem cenſuum, ex quibus ſperabant ſe
recepturos multo maiores fructus, quàm ex poſſeſſio-
ne; & in hoc conſiderarunt quantitatem precij, vt ex il-
lis verbis, habito reſpectu precij, & ſic, quòd illud erat
notabile; & tertiò ſubiungitur alia ratio, quia ſic ipſis
placuit de ſuis rebus, & bonis diſponere; illa ergo non
fuit ſola cauſa finalis, & ideo ea ceſſante non ceſſant aliæ,
16 conſequenter nec contractus *Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ.*
part. 1. *limit.* 22. *num.* 1. *Surd. de alim. tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.*
18. Tanto magis cum non defecerit in totum, ſed in
17 minima parte, vt dictum eſt, *Tiraq. vbi ſupra limit.* 16. *&*
31. Tertiò, licèt hæc ſola cauſa finalis fuiſſet, ex eius
tamen defectu non reſoluitur contractus nominatus,
18 *Tiraq. vbi ſupra limit.* 36. Præſertim cum iſta quarta
pars pretij, deducto ære alieno paterno, & legitima,
ac Trebellianica, reducatur ad ſummam non conſidera-
bilem, quæ erat reinueſtienda in ſtabilibus, & propter
quam eſt veriſimile Capitoſtos non fuiſſe aliter vendi-
19 turos, quod non præſumitur, imò contrarium, attenta
præſertim pretij magnitudine. Et ideo etiam, ceſſante
cauſa finali, non receditur à contractu. Et propter iſtud
20 non implementum in minima parte res inempta fieri
non debet *ad Bald. in l. cum qui, §. in popularibus, ff. de*
iur. iurand. Corn. conſ. 67. *col.* 2. *lib.* 2. *Caſtr. conſ.* 377.
num. 1. *in fin. lib.* 2. *Iaſ. in l. ſcien. num.* 7. *ff. qui ſatiſd.*
cog. Et minima pars dicitur ſumma ſcut. 2000. reſpectu
21 ſummæ ſcut. 14000. & vltra, *Corn. conſ.* 179. *num.* 4.
& 5. *vol.* 5. Quartò, quia cum de iure non fuerit ne-
ceſſarium d. beneplacitum in alienatione bonorum fi-
deicommiſſariorũ, vt ſupponitur, pro ſoluendis debitis
22 paternis, & pro legitima filiorum eiuſdem patris fidie-
committentis, quo caſu etiam voluntaria venditio rei
prohibitæ alienari valet *l. pater filium in princ.* 2. *reſp.*
ff. de leg. 3. *Peregr. de fideic. art.* 40. *num.* 25. *Natt. conſ.* 255.
C *num.* 10. *Rot. diuerſ. deciſ.* 771. *part.* 1. C, ita neque
ex voluntate, & conuentione partium; quia reſerua-
tio dicti beneplaciti per eos in contractu facta debet
23 intelligi, ſi & quatenus opus eſſet *Put. deciſ.* 44. *in fin. lib.*
1. *in nouiſſ. Seraph. deciſ.* 1027. *num.* 7. *Gabr. conſ.* 82.
num. 19. *lib.* 2.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ* 64. *num.* 14. *& ſequent.*

B Iuramentum conſtituit in mora, abſque interpellatione,
vt præter hic citatos tradunt *Aym. conſil.* 64. *num.* 2. *Ri-*
minald. Iun. conſ. 67. *num.* 2. *lib.* 1. *Late Gabr. de iure iur.*
concluſ. 2. *Menoc de arbitr. iud. caſ* 220. *num.* 21. *Rota poſt*
Zacch. ad Galleſ de obligat. Cameral. deciſ. 20. *num.* 14. &
pluribus relatis *deciſ.* 69. *num.* 6. *& ſeq part.* 2. *diuerſ.* vbi
quod eſt magis communis opinio; limitatur tamen, vbi ad-
24 eſt iuſtum impedimentum non adimplendi, difficultas enim
non ſolum excuſat à mora, ſed etiam à periurio *Ruin conſ.*
133. *num.* 19. *lib* 1. *Mantic. deciſ* 270. *num.* 7. *& ſeq.*

C Vide *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 541. *per tot* vbi hanc conclu-
ſionem pluribus modis ampliat, & reſtringit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Auriacen. iuris nominandi.

Lunæ 18. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus in antiquis ex quibus probetur, & ex quibus probetur illius effectuatio; quod tempus dicatur antiquũ, vt ſufficiat ad hunc effectum, & quæ probatio requiratur in materia antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Cappella poſſidens bona ſibi in teſtamento relicta, præſumitur illa poſſidere in exequutionem teſtamenti.*

2 *Scriptura excedens centum annos ad effectum admittendi leuiores probationes dicitur antiquiſſima.*

3 *Tempus 60 annorum in teſtibus, ſecundùm Rotæ obſeruantiam, dicitur antiquum, detrahendum eſt tamen tempus litis num 14.*

4 *Teſtes de auditu, & fama probant in antiquis.*

5 *Enunciatiuæ recentes, licèt non plenè probent, tamen multùm adminiculantur.*

6 *Iuriſpatronatus ſeu nominandi effectuatio probatur ex effectuatione teſtamenti, in quo iuſpatronatus ordinatur.*

4 *Ordinarij aſſertioni in materia iuriſpatronatus multum defertur, & num. 15. limitatur num. 16.*

8 *Præſentationis effectuatio probatur ex ſubſecuta poſſeſſione præſentati.*

9 *Teſtis deponens de facto proprio, & in quo aliquod intereſſe non habet pluſquam ſemiplenè probat, et concurrentibus adminiculis plenè probat num. 17. de quibus adminiculis Iudicis arbitrio ſtatur num 18.*

10 *Denominatio alicuius Capellæ facit adminiculum ad probandum iuſpatronatus antiquum.*

11 *Fama ſufficit ad probandum iuſpatronatus antiquum.*

12 *Probationes per indicia, et coniecturas ſufficiunt in facto antiquo.*

13 *Dominiũ rerum Eccleſiæ de iure eſt penes ipſam Eccleſiam, adminiſtratio autem penes Prælatum, ſeu beneficiatum.*

Te-

19 *Teſtis de facto proprio deponens plenè probat in multis caſibus remiſſiuè.*
20 *Fama ſola non ſufficit ad probandum iuſpatronatus antiquum niſi concurrat etiam longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi. Intellige quoad plenam probationem, ſecus vbi ſufficiunt leuiores probationes. num. 21.*

DECISIO CXI.

RESOLVTVM fuit, ad effectum iu-
ris nominandi ad cappellaniam, de qua
agitur, conſtare de effectuatione te-
ſtamenti conditi per q. Andream Faiſ-
ſati del 1489. Primò, quia teſtes noui-
ter examinati *in ſumm. Belloni num.*
13 deponunt de vna domo cum hor-
to, de ſtabulo, & alijs pluribus corporibus terrarum,
& ſtabilium hodie poſſeſſis per dictam cappellaniam,
deſignando locum, denominationem, qualitatem, &
quantitatem, ſeu capacitatem cuiuſlibet corporis, ac
multos, etiam reſpectiuè confines pro maiori parte
conformes enunciatis in teſtamento: & inſuper depo-
nunt de auditu, huiuſmodi bona retroactis, & ſucceſſiuis
temporibus fuiſſe poſſeſſa per rectores, & adminiſtra-
tores d. cappellaniæ, tanquam relicta à dicto Andrea
teſtatore pro celebratione miſſarum; cum quibus etiam
concordat cataſtrum Terræ Cadecoſſiæ *in dicto ſum-*
1 *mario eodem num.* 13. & ideo dicta bona præſumuntur
habita in exequutionem teſtamenti per dictam cappel-
laniam *Abb. conſil.* 54. *num.* 2. *verſ. ſed his non obſtan-*
tibus part. 1. *Felin. in cap. ſicut num.* 35. *verſ. quibus ſo-*
leo addere, de re iud. faciunt tradita per *Bart. in l. cum*
ſeruus 104. *num.* 4. *ff. de verb. oblig. & in l. nomina num.*
2. & 3. *C. de arbit. tut* & fuit reſolutum in *Foroliuien.*
iuriſpatronatus 1609. *coram R. P. D. meo Manzanedo,* &
in alijs ibi allegatis.
Cum autem agatur de teſtamento centũ annos excedente,
2 & ſic ad effectum admittendi leuiores probationes an-
tiquiſſimo *Alex. in l. cum aliquis num.* 5. *verſ. tamen*
communiter C. de iur. delib. Dec. conſ. 13. *num.* 8. *Ay-*
mon. conſ. 146. *num.* 5. *Farin. de oppoſ. contra dicta teſtium*
quæſt. 69. *cap.* 3. *num.* 142. *& ſeqq.* Qui etiam dicit, an-
3 tiquum in teſtibus, ſecundùm Rotæ obſeruantiam, dici
tempus 60. annorum *ibidem num.* 145. *& in tit de indit.*
A *& tortur. quæſt.* 47. *num.* 116. *verſ. & hac vlt.* A, vtiq;
ſufficiunt teſtes de auditu, & ſama *in d. ſummario num.*
14. *&* 15. deponentes dicta bona fuiſſe poſſeſſa per te-
4 ſtatorem. Quorum etiam quartus ſuper 32. interro-
gatorio dicit audiuiſſe, quòd erant de illius bonis, &
hæreditate, & quintus ſuper 34. quòd illa poſſederat,
tanquam propria *Curt. Iun. in l.* 1 *num.* 57. *verſ. & quod*
vltra ff. ſi cert. pet. Cephal. conſ. 311. *num.* 34. *lib.* 3. cum
alijs latè *per Honded. conſ.* 17. *num.* 52. *vol.* 1. *& Fari-*
nac. de oppoſ. contra dicta teſtium d. cap. 3. *num.* 125. 133.
B *et* 134. *et in iurepatronatus num.* 132. B, concurrunt
5 etiam enunciatiuæ plurium inſtrumentorum, quæ li-
cèt (vna excepta annorum plus centum) ſint recentes,
tamen multùm adminiculantur *Dec. in cap.* 1. *de appell.*
num. 47. *verſ. et iſta concl. Aymon. de antiquit. temp. in princ.*
num. 5. *verſ. placet tamen, Decian. reſpon.* 32. *num.* 91. *et* 92.
vol ſecundò effectuatio reſpectu iuris nominandi probari
6 videtur, quia Guillelmus Gerardi primus presbyter à
teſtatore nominatus habuit ſe pro rectore, nedum poſ-
ſidendo bona relicta per teſtatorem dictæ cappellaniæ,
& miſſas celebrando, vt de auditu deponit ſecundus te-
ſtis *in d. ſummario num.* 17. ſed etiam quia de anno 1500.
tanquam talis dicta bona locauit, & inueſtituram cu-
iuſdam ſtabuli, quod fuerat in bonis dicti teſtatoris, ſibi
tanquam Rectori confirmari inſtetit, vt ex inſtantia *in d.*
ſummario num. 8. & ſic conſtat, eum fuiſſe Rectorem, &
conſequenter teſtamentum effectuatum iuxta *conſ. Ol-*
drad. 229. *num.* 2. *toties à Rota approbatum.* Tertiò, ex
collatione per Ordinarium facta de anno 1560. ad præ-
ſentationem, ſeu nominationem Marcellini Faiſſati pa-
7 troni de familia teſtatoris, vt per eundem Ordinarium
aſſeritur *in dicto ſummario num.* 11. cui multùm deferri
ſolet in hac materia, in qua agitur de illius preiudicio,
Rota deciſ 11. *n* 1. *de iur. patron. in nou et coram Put deciſ.*
172. *lib.* 1. *et deciſ.* 237. *lib.* 1. *ſecundùm nouiſſimam im-*
preſſionem, et coram Cardinali Seraph. deciſ. 1232. *num.*
2. & nouiſſimè *in Elnen. beneficij* 19. *Decembris* 1614. *co-*
C *ram R. P. D. meo Dunozetto* C, & alibi paſſim, præſer-
8 tim cum fuerit ſubſequuta poſſeſſio, *vt in eodem ſum-*
mario d num 11. adeo vt de illius effectuatione dubitari
non poſſit, iuxta *conſ. Cald.* 12. *de iur. patr. Rota deciſ.*
147. *num.* 1. *part* 1. *diuerſorum, et in vna Placentina Ar-*
chidiaconatus 4. *Maij* 1577. *coram Brauo* cum alijs per
Gonzal. ad reg 8. *gloſ.* 18. *num.* 85. Quartò, quia Arnal-
dus Faiſſati alius Rector dictæ cappellaniæ nè dum illam
poſſedit, vt de familia teſtatoris: vt de poſſeſſione, &
quòd ita ſe poſſidere dicebat, deponunt teſtes *in d ſum-*
mario num 14 ſed etiam vti Rector vigore d. teſtameti
iudicialiter recuperauit quædã prædia in illo deſcripta
9 à ſecundo teſte de hoc deponente *in d ſummario num.*
16. qui vti de facto cum ipſo ſequuto, & in quo non
habet aliquod intereſſe probationẽ facit pluſquã ſemi-
plenam *Menoch de arbit lib* 2. *centur.* 1. *caſu* 99 *num* 11.
Rota corã Cæſ de Graſ. deciſ. 2. *num* 11. *de empt. & vendit.*
& dec. 521. *num.* 6 *par* 1. *diuerſ & in Romana Societatis*
vltima Ianuarij 1594. *coram bon mem. Cardin. Blanchetto*
cum allegatis per *Farinac. de oppoſ contra perſ. teſt. quæſt.*
D 63. *num.* 224. *& Barz. deciſ Bononien.* 50. *num.* 12. D
Quintò, ex alijs adminiculis, videlicet ex denominatione
10 Cappellæ de Faiſſatis de qua teſtes *in d. ſummario num.*
18. vt conſiderat *Rota in Auximana iuriſpatronats* 8. *No-*
uembris 1604. *coram Illuſtriſſimo Lancellotto in fin.* & ex
fama, & communi reputatione, quod fuerit à dicto te-
ſtatore fundata, atque dotata, & quod illi de familia de
Faiſſatis eſſent patroni, & haberent ius nominandi, vt
benè deponunt teſtes *dicto num.* 18. Quæ ſufficit ad pro-
11 bationem iuriſpatronatus antiqui *Caſſad. deciſ.* 2. *num.*
E 4. *de probat Achilles deciſ* 7. *num.* 4. *de iure patronatus* E,
Et prædicta DD. viſa fuerunt ſufficere in facto antiquo,
12 in quo ſufficiunt probationes per indicia, & coniecturas
Bald. in auth. quas actiones num. 18. *verſ item ratione C. de*
ſacr. ſanct. Eccl. & in l. cum ſuper num. 2. *C. de rei vendic.*
Aymon de antiq. temp. ſect. viſo de fama num. 31. *Iaſ. cõſ.*
128. *num.* 1. *Anchar. conſ* 130. *num.* 2. *Guidop. deciſ.* 357.
num. 1. *verſ. item ratione, & latè Pariſ. conſil.* 104. *num.* 41.
& ſeqq. vol. 1. *Decian. d. reſponſ.* 32. *num.* 89. *in princ.*
lib. 2. *& Honded plures allegans conſ.* 17. *num.* 55. *vol.* 1.
Non obſtat, quòd teſtator voluerit presbyterum ſolum eſſe
adminiſtratorem dictorum bonorum; & teſtes depo-
nant, quòd illa ſunt dictæ cappellaniæ; quia iſta non ſunt
contraria, cum de iure dominium rerum Eccleſiæ ſit
13 penes ipſam Eccleſiam, adminiſtratio autem penes
Prælatum, ſeu Beneficiatum, *Innocentius in cap. cum*
ſuper num. 3. *&* 4. *& ibi Abb. num.* 18. *Imola num.* 7.
Bellam. num. 1. *&* 2. *Anchar. num.* 6. *& Butr. num.* 9.
verſ. dicit. Innocen. de cauſ. poſſ. & propriet. idem Abb. in
cap. conſtitutus num. 9. *& ibi Felin. num.* 19. *de reſcript.*
Pariſ. conſ. 24. *num.* 5. *vol.* 1. Nec effectuatio iam ſe-
cuta tolli potuit ex collatione in titulum facta per Ordi-
narium de dicto anno 1560. cum tamen iuxta formam
teſtamenti debuiſſet ſolùm concedi adminiſtratio; quia
illa principaliter conſiſtit in poſſeſſione cappellaniæ bo-
no-

norum ſibi relictorum, de qua conſtat etiam ante dictum annum, vltra quòd fieri potuit ex negligentia, vel incuria patronorum, quæ non poteſt dictæ effectuationi præiudicare.

Et ideo fuit vt ſupra deciſum.

ANNOTATIO.

A Tempus 60. annorum dici antiquum in teſtibus, vltra hic
allegatos tradunt *Gabr. conſ.* 149. *num.* 51 *lib.* 2. *Rot. de-*
ciſ 155. *num.* 13. *part.* 2. *diuer. Garz. de benefic. part.* 12.
cap. 2 *num.* 264. *et ſeq. Gregor. XV. deciſ.* 389. *num.* 3. *et*
14 *ibi Adden num.* 7. detrahendum eſt tamen tempus litis ad
effectum dinumerandi temporis antiquitatem, non ſolum
in ſcripturis, ſed etiam in teſtibus, *Garz. d. cap.* 2. *num.*
267. *Beltramin. loco cit.* cum alijs adductis infra *coram D.*
meo deciſ 181. *num.* 8.

B Adde *Garz. de nobilit. gloſſ* 18. §. 1. *Soar. de Pac. in pract.*
tom. 1. *part.* 2. *temp.* 9. *num.* 18. *Garz. de benefic. part.* 3.
cap. 15. *num.* 35. *Mantic. deciſ* 143. *num.* 12. *& deciſ.* 154.
num. 3. *Rota coram Reuerendiſſimo D. meo Decano deciſ.*
180. *num.* 3. *& deciſ* 235. *num.* 13. *inter eius impreſſ.*

C In probatione iuriſpatronatus multùm defertur enunciatiuis Ordinariorum; quia præſumuntur ſcire qualitates be-
15 neficiorum, & vt plurimùm ſe reddunt difficiles ad inſti-
tuendum *Mantic deciſ.* 318. *num.* 2. *& deciſ* 350. *num.* 3.
Rota coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano
deciſ 229. *in fine, & deciſ.* 230. *num* 3. *inter eius impreſſ.*
& deciſ. 518. *num.* 3. *part.* 1. *recent & in Regien. iuriſpa-*
tronatus 5. *Nouembris* 1622. *coram bon mem. Vbaldo, in*
qua hanc deciſionem ſequitur, & infra corā Domino meo in
Neapolitana iuriſpatronatus 24 *Aprilis* 1626. *num.* 6. Niſi
16 Ordinarius in enunciando iurepatronatus vſus fuiſſet ali-
quo termino, qui tenderet potiùs in negatiuam, quàm
in affirmatiuam, vel denotaret incertitudinem, vt eſt di-
ctio, *vt prætenditur, vel prætenſum*, vel alia huiuſmodi,
vt dixit Rota in *Aſtoricen. beneficij* 26. *Iunij* 1585. *coram*
Cardinali Pamphilio. & in Caſtrtana beneficij 17. *Martij*
1627. *coram R. P. D meo Durano.*

D Teſtis de facto proprio deponens pluſquam ſemiplenè
probat, vt vltra hic allegatos tradunt *Rota coram Reue-*
rendiſſ. Domino meo Coccino Decano deciſ 48. *num.* 2. *& in*
Parmen. penſionis 18. *Maij* 1620. *coram bon mem Vbaldo.*
& infra coram D. meo in Romana quarti dotalis 15. *Martij*
1624. *num.* 5. & *in Rom. adminiſtrationis fundaci* 28. *No-*
uemb 1614. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Accedentibus
17 tamen adminiculis facit plenam, & concludentē probatio-
nem *Menoch. de arbitr. caſ* 99. *num.* 16. *in fin. & num.* 17.
Farinac. alijs allegatis *d quæſt.* 63. *num* 221. *Rota coram*
Reuerendiſſ. D. Decano deciſ 19. *nu.* 2. *& in Cuſentina pen-*
ſionis 12. *Feb.* 1618. *& in d Parmen penſionis coram bon.*
mem Vbaldo. & in Rom. ſeu Nepeſina cenſus 12. *Maij* 1624.
coram bon mem. Patriarcha Manzanedo & infra coram D.
meo in Romana pecuniaria 4. *Iulij* 1625. *num.* 3. *& in*
d. Romana quarti dotalis num. 6. & in alijs, & de iſtis ad-
18 miniculis, & coniecturis ſtatur arbitrio Iudicis *Menoch d.*
caſ. 99. *num.* 1. *iuncto num.* 18. *&* 20. *Farinac. d. quæſt.* 63.
19 *num.* 222. Item teſtis de facto proprio deponens plenè
probat in alijs caſibus, de quibus *idem Farinac. quæſt.* 63. *a*
num. 225. *vſque ad* 232.

E Sola fama non ſufficit ad probandum iuſpatronatus, niſi
20 concurrat etiam longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi,
Put. deciſ 56. *num.* 4. *in correct. Mantic. deciſ.* 198 *num.*
4. *Rota deciſ* 595. *num.* 1. *& deciſ.* 333. *num.* 5. *part.* 1. *&*
deciſ. 235. *ſub num* 2. *part.* 2. *recent. Garz. de benefic part.*
5. *cap vlt. a num.* 87. *& part.* 12. *cap.* 2. *num.* 269. *& ſeq.*
21 quod eſt intelligendum, vt procedat quoad plenam pro-
bationem iuriſpatronatus, veluti ſi controuerſia eſſet cum
Ordinario, ſecus tamen quando ſufficiunt leuiores probationes, vt declarat *Mantic. deciſ.* 318 *ſub num.* 5. *verſic. nec obſtat.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Aſculana ſpolij, ſiue dotis.

Veneris 22. Maij 1615.

Argumentum habes ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum ſtabilium ad rationem quinque pro centenario taxari ſolent.*

DECISIO CXII.

CVM hodiè non agatur de taxatione fructuum dotis Conſtantiæ ſoluendorum concurrentibus requiſitis, ſed per eam retinēdorum ex æquitate, iuxta reſolutionem in hac cauſa factam *coram bon. mem. Cardinali Seraphino in impreſſ.* 1406. ad effectum illos imputan. in diminutione fructuum bonorum hæreditatis q. Candidi eius filij per eam, vt ſupponitur, perceptorum, ne teneatur illos integros reſtituere, dum ex dictis bonis erat in primis illius dos deducenda; ideò ſicut fructus bonorū ſtabilium ad rationē quinque pro
1 centenario taxari ſolent *Gloſ. in auth. perpetua, C. de ſacroſ. Eccl. & tenuit Rota in hac eadem cauſa* 20. *Iunij præteriti coram me, et in Bononien. de Pannolinis* 28. *Aprilis* 1614. *et* 26. *Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Manzanedo.* Et iſtud dicitur iuſtum intereſſe ex deductis in *Interamnen. dotis* 26. *Februarij* 1597. *coram bon. mem. Gypſio, et in d. deciſ.* 20. *Iunij coram me.* Ita Dominis viſum fuit, etiam fructus dotis dictæ Conſtantię taxandos fore ad eandem rationem pro toto tempore illius viduitatis, de quo ſolùm actum fuit in præſenti diſputatione, &c.

Romana laudi, ſeu prætenſæ participationis.

Veneris 22. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Mercator contrahens vtì Romæ negotians, quādo cenſeatur contrahere voluiſſe nomine ſociali, & ad propriam, ac ſimul ſociorum, & participantium vtilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cenſetur contraxiſſe vtì talis, qualem ſe in contractu expreſſit.*

2 *Conſuetudo ſcribendi, & ſermocinandi pro interpretatione verborum eſt obſeruanda.*

3 *Mercatores quando emunt loca montium in magna quantitate, illa emunt pro vtilitate banchi, vt appaltatores potius, quàm emptores: quia illa emunt, non vt retineant, ſed vt vendant maiori pretio, & interim fructus percipiant.*

4 *Mercator quando contrahit vtì Romæ negotians, ſuam profeſſionem, & exercitium demonſtrat.*

Mer-

5 *Mercator poteſt, appaltus à Camera ſuſcepti participationem alijs concedere.*

6 *Contrahere volens ſub nomine communi exprimere debet, alias nomine proprio contraxiſſe videtur, Declara vt ibi.*

7 *Mens veriſimilis contrahentium ante omnia inſpiciẽda eſt, adeò, vt etiam per eam recedatur a verbis.*

8 *Actus potius præſumitur factus ex capite veriſimiliori, licèt non expreſſo, quam expreſſo.*

9 *Socius contrahens, ſi ſtipulatus fuerit pro ſe, & hæredibus, præſumitur nomine proprio, non autem ſociali contraxiſſe. ſecus quando apparet, acquirentem voluiſſe contrahere nomine ſociali, num. 10. & 12.*

11 *Libri mercaturæ oſtendunt, an quis habeat ſocios in ea, vel non.*

13 *Contrahens cum mercatore in dubio cenſetur, eum eo tàm vti perſonam propriam, quàm rationem communionis repræſentante contrahere voluiſſe.*

14 *Factum præſumitur tale, prout eſt ſolitum.*

15 *Camera appaltus, & gabellas mercatoribus, & perſonis publicis concedere cenſetur, quia vult capſam apertam, & menſam paratam, vt ſolutiones ſint in promptu.*

16 *Mercator præſumitur ſuſcipere appaltum in cauſam eius negociationis.*

17 *Contractus an ſit initus contemplatione perſonæ, dignitatis, vel officij, attenditur ſubiecta materia.*

18 *Mens, & intentio probatur ex priuatis rationibus.*

19 *Actus immediatè, & incontinenti factus declarat præcedentem voluntatem.*

20 *Voluntatem magis eſt, factis, quàm verbis declarare.*

21 *Mercator pecuniam accipiens, licèt non appareat, quòd illam pro bancho, ac eius creditoribus ſatisfaciendis acceperit, ſi tamen creditoribus incontinenti fuerit ſatisfactum, præſumitur eo animo accepiſſe a principio, vt illis ſatisfaceret.*

22 *Factum ſi contradicit verbis, vel ſcripturæ, illud ſuperat, & iſta cedit.*

23 *Mercator, licèt non conſtet, quòd ab initio appaltum pro bancho ſuſceperit, ſi tamen id ſtatim declarauerit, præſumitur, quòd illum pro bancho ſuſceperit ab initio.*

24 *Declaratio retrotrahitur ad tempus contractus, & quid actum in præteritum ſit, oſtendit.*

25 *Complementarius, ſeu deputatus ad ſcribendum, quicquid ſcripſit in libro principali mercatoris, præſumitur de eius conſenſu ſcripſiſſe.*

26 *Liber mercatoris, licèt ab alio, quàm à Domino ſit ſcriptus, præſumitur de ipſius domini conſenſu ſcriptus, & licèt contineat aliqua familiaria, non deſinit eſſe liber banchi, num. 27.*

28 *Fides extraiudicialis ſinè partis citatione fidem non facit, & num. 36. limita vt num. 37. 38. & 39.*

29 *Liber mercatoris ſcriptus a miniſtro, ſi dominus non reclamauerit, cenſetur ab eodem domino approbatus.*

30 *Negotium ad ſocietatem ſpectare cenſetur, quando lucra ex illo obuenientia in libro communi ſocietatis referuntur & de illis datur creditum vnicuique ex ſocijs pro eius rata.*

31 *Mens dubia teſtatoris ab hæredibus declarari poteſt.*

32 *Teſtis in cauſa propria, & in qua habet intereſſe, nõ probat.*

33 *Teſtis, qui non euacuauit omnia interrogatoria ſibi facta, non eſt idoneus.*

34 *Teſtis deponens de iudicio, non probat.*

35 *Confeſſio extraiudicialis eſt probanda per duos teſtes de loco, tempore, & verbis conteſtes.*

40 *Teſtis deponens de iudicio, licèt regulariter non probet, efficaciſſimum tamen præſtat inditium, præſertim in materia difficilis probationis; & quando plenè probet.*

41 *Confeſſio extraiudicialis, concurrentibus adminiculis, probatur etiam per teſtes ſingulares.*

DECISIO CXIII.

DOMINI ſteterunt in reſolutis 15. De-
cembris pręteriti, de quibus in deciſio-
ne hodie magis corroboratis, quæ cõ-
ſiſtunt in verbis inſtrumenti, veriſi-
mili contrahentium intentione, & ob-
ſeruantia ſubſecuta. In verbis, quia
(vt alias dictum eſt) Alexander Donus
ſtipulando appaltum Salinarum, expreſſit ſe mercatorem
Romæ negociantem: & ideo vti talis contraxiſſe vide-
1 tur, ſicut qui contrahit vti ciuis alicuius Ciuitatis, vt
poſt alios *Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 28. in
fine*, vel aliquibus qualitatibus expreſſis *Abb. conſil.* 115.
verſ. præterea lib. 2. Card. Seraphin. deciſ. 1058. *in fin.* &
eadem contemplatione Camera contraxiſſe præſumitur,
ſicut de contrahente cum aliquo, vti hærede tradit *Angel.
in l. ſi proponas §. 1. in princip. verſ. contrahens ff. de inoff.
teſtam.* cum alijs per *Surd. conſ.* 108. *num.* 34. *& deciſ.*
322. *num.* 12. *& Mantic. dicto tit.* 10. *num.* 28. *verſ. vn-
dè etiam*. Coadiuuatur, quia Alexander hac ſola quali-
tate expreſſa emit loca montis Prouinciarum 3000. &
Carnis 500. & diuerſas fecit obligationes, *vt in Summa-
rio concordato Alberici num.* 1. & tamen iſta negotia geſ-
ſit pro ratione bancharia, & ſic declarauit virtutem, &
ſignificatum dictorum verborum, *Romæ negocians*, quæ
conſuetudo ſcribendi, & ſermocinandi pro interpreta-
tione verborum eſt obſeruanda, vt ex Cicerone *Man-
tic. de tac. et amb. lib. 2. tit.* 10. *num.* 11. Nec obſtat, quòd
præſcripta negocia facta nõ fuerint cũ pecunijs banchi;
quia etiam pro dicto appaltu banchum fecit expenſas à
die 16. Ianuarij, quo fuit ſuſceptus, vſque ad 18. Mar-
tij del 1595. & ſic antequam banchum eligeretur in
depoſitarium; nec oſtenditur, dicta loca Montium ab ini-
3 tio non fuiſſe empta pro bancho, imò inueriſimile eſt,
empta fuiſſe pro Alexandro in propriũ vſum, cum pretiũ
aſcenderet ad ſcuta 353. millia, quod etiam arguit, em-
ptionem factam pro vtilitate banchi vti Appaltatoris
potiùs, quàm emptoris, non vt retinerentur, ſed, vt ma-
iori pretio reuenderentur, & interim fructus percipe-
rentur, vt in terminis loquitur *Gabr. conſ.* 175. *num.* 1.
lib. 2. & patet ex partita ſuper *lib.* C. *de anno* 1592. *fol.*
219. ibi, *Monte della carne compro dall' Inclito Popolo Ro-
mano deue dare, &c.* & ibi, *ſcudi* 10700. *ſi mettono ad vſcita
del quaderno à i Signori Giuſtiniani, e ſono a buon conto del
prezzo di* 100. *luoghi di detto monte, che partecipano per detta
rata nella compra delli* 500. *luoghi*, & ex alia ſcutorum
300. *pagati a i Signor Aleſſandro, diſſe hauerli dati per ricom-
penſa a i Conſeruatori:* ſi enim Alexander fuiſſet emptor
nomine proprio, non debebat à bancho redintegrari de
dicta ſumma, vel ea non eſſet adnotata ſuper libris ban-
chi, vel fuiſſet expreſſum, quòd loca empta erant per
Alexandrum in propriũ cõmodum. Quo verò ad obliga-
tiones, non obſtat, quòd Albericus nõ reclamauerit corã
Arbitro, ſolutiones indebitè factas fuiſſe de pecunijs bã-
chi; quia ex hoc non arguitur, quin pertinerent ad ban-
chum tanquam factæ per Alexandrum vti mercatorem
Romę negotiantem. Aliæ verò, pro quibus Albericus re-
clamauit, erant factæ ſub obligatione Alexandri per hæc
verba, *ſopra del Sig. Aleſſandro*, quas propterea arbiter po
ſuit ad debitum eius hæredũ, *vt in ſummario de Donis* 27.
Martij lit. B. Nec negatur, quin illa verba, *Mercator Flo-
rentinus* ſint demõſtratiua perſonæ; ſed dicitur, quòd illa,
4 *Romæ negociãs*, ſunt demõſtratiua profeſſionis, & exerci-
tij, *iux. tex. in l. penul. & ibi Bart. ff. de reb. dub.* & attendẽda
vti non ſinè myſterio appoſita, *Bald. in rubr. ff. de ſol. ma-
trim. num.* 8. *verſ. aut eſt nomen demonſtratiuum*, cum
Camera videatur reſpexiſſe potius ad negociationem,
quam

quã ad perſonã iux. tex. in l. procuratoris §. ſi plures, & ibi
gloſſ. in verb. merci, ff. de tributor. act. Odofr. in §. per banc
dicta l. circa med. Alberic. num. 6. Caſtren. conſ. 285. col. 3.
circa med. vol. 1. Nec verificatur, Alexandrum ſub eiuſdẽ
qualitatis expreſſione contraxiſſe in propriũ, quia duo
inſtrumenta ex datis in ſumm. concordato de Doms num. 1.
ſunt ante annum 1590. & ſic ante apertum Banchum
ſub illius nomine, emptio verò cenſus de anno 1591. fuit
facta per Nicolaũ Morun vti eius in hac parte agentẽ:
nec erat negociũ mercantile, cum non appareat, Banchũ
viuente Alexandro fuiſſe ſolitum implicare pecunias in
cenſibus, & ideo de illius pretio fuit datum debitum in
computo currenti particulari Alexandri. Minus facit,
quòd inſtrumentum fuerit ſtipulatum etiam pro perſo-
nis nominandis, & quòd Banchum non fuerit nomina-
tum; quia cum Alexander, & Banchum idem eſſent, Ban-
chum, ex vi dictorũ verborum nõ indigebat nominatio-
ne, prout aliæ perſonę extrinſecæ, de quibus nominandis
fuit actum cum Camera. Et propterea non facit, quòd
5 Alexander ignorante Camera nõ potuerit nouos ſocios
aſſumere iuxta conſ. Ruin. 90. & 91. lib. 1. cum alijs al-
legatis; Camera enim intellexit contrahere cum ratio-
ne Bancharia per Alexandrum repræſentata, nec illius
intererat, quòd in ea admitterentur participes, neq; etiã
poterat impedire, & Albericus non habuit, nec præ-
tendit titulum appaltus, ſed participationem lucri pro
tempore, quo fuit inſtitor, quam Alexander concedere
potuit abſque conſenſu Cameræ ex deductis in Romana
participationis coram bon. mem. Bubalo 9. Maij 1583. &
R. P. D. Vbaldo 26. Iunij 1614. & R. P. D. Pirouano
6 28. Ianuarij 1611. Demum non obſtat, quòd vbi Alexã-
der voluit contrahere ſub nomine Banchi, id expreſſit,
vt in dicto ſummario num. 3. quia hæc expreſſio fuit facta
gratiâ maioris declarationis, ad l. qua dubitationis 82. ff.
de reg. iur. & ideo inferri non poteſt, quòd vbi non ex-
preſſit, noluerit pro Bancho contrahere, cum de con-
trario euidenter appareat. Secundum principale fun-
damentum fuit veriſimilitudo mentis, & intentionis, tàm
7 Camerę, quàm Spadæ, & Alexandri, quam, notum, eſt eſ-
ſe ante omnia inſpiciendã l. eum qui ita 56. in princ. ff. de
verb. obligat. gloſſ. magna in l. veteribus 40. circa finem, &
ibi Doct. ff. de pact. cum plurib. per Mant. de tacit. lib. 1. tit.
1. num. 12. & ſeqq. & num. 25. & 26. Adeo, vt etiam
per eam recedatur à verbis l. ſolutum 11. §. ſolutum ff.
de pignor. act. Gabr. conſ. 6. num. 4. & 5. lib. 2. Mant. vbi
8 ſupra num. 14. Actus enim potiùs præſumitur factus ex
capite veriſimiliori, licèt non expreſſo, quàm ex expreſ-
ſo Rom. conſ. 343. num. 9. verſ. ad idem, Tiraq. in l. ſi vn-
quam in præfatione, in verbo liberis num. 37. C. de reuocan.
donat. & tamen in propoſito nulla cadit dubitatio: non
ſolùm enim verba inſtrumẽtis nõ repugnãt, ſed maximè
conueniunt: quia Alexander contraxit vti mercator, &
negocians. Nec dici poteſt, quòd duplicem perſonam
repræſentaret, propriam ſcilicet, & rationem Bancha-
riam, & quòd ſtipulando appaltum præſumatur feciſſe
nomine proprio, cum nec in chirographo, nec in inſtru-
mento facta ſit mentio rationis Banchariæ, imò ſtipula-
9 tus fuerit pro ſe, & hæredibus, & ſic non ſociali nomi-
ne, iuxta notata per Bart. in l. Titium §. altero ff. de admi-
niſt. tut. Bald. in l. ſi patruus C. com. vtriuſq; cum allegat.
per Menoch. præſumpt. 46. num. 5. lib. 3. nam in primis
10 negatur, ſtipulationem fuiſſe factam ſub ſolo proprio
nomine Alexandri, & priuatiuè ad rationem Banchariã,
imò contrarium apparet ex ſupradictis, & ideo ſumus
in 1. caſu Bart. in dicta l. ſi patruus num. 4. verſ. 1. caſu,
& ibi Bald. num. 6. Menoch. vbi ſupra num. 10. & ceſſat
ratio, propter quam cẽſetur acquirere nomine proprio,
ne ſcilicet alia perſona ſubintelligatur, de qua Bart. in di-
cta l. ſi patruus, et Bald. num 5. & in d. §. altero cum nulla
perſona ſua intelligi poſſit, ex quo Alexander ſolus erat
dominus Banchi, & capitalis, nec habebat aliquos ſo-
cios, qui eſſent nominati in libris; nec cifra poteſt im-
11 portare ſocios, quos non habebat; & ſicuti libri
oſtendunt, quando quis habet ſocios Bart. in d. l. ſi pa-
truus num. 6. ita etiam quando non habet. Et propte-
rea mentio hæredum nihil facit, quia præſumptio pro-
12 cedit quando conſtat de ſocijs, & perſona acquirentis
diſtinguitur à ſociali, in quibus terminis loquitur Bart.
in d. l. ſi patruus num. 5. quem ceteri ſequuntur, & in
dubio, vt ibi expreſsè Bald. num. 7. verſ. nam in dubio,
hic autem ceſſant coniecturæ, cum ſimus in claris, mini-
ſtri enim non erant ſocij, ſed inſtitores temporales; &
in omnem caſum Camera cenſetur voluiſſe contrahere
13 cum Alexandro, tam vti repræſentante perſonam pro-
priam, quàm rationem Banchariam ad trad. per Alber. in
l. ſi pupilli §. 1. in fin. verſ. ceſſantibus iſtis coniecturis,
& ibi Caſtr. num. 3. prope finem verſ. in dubio Socin. Iun.
conſ. 27. num. 12. tom. 2. quos ſequitur Gabr. conſ. 71.
num. 4. vol. 1. Veriſimilitudo autem eſt ſatis clara,
tum ex ſolito Cameræ concedendi hos, & alios appal-
tus, vel publicis mercatoribus, vt habentibus rationem
apertam, vel ſaltem ſub illorum fide, & obligatione: fa-
14 ctum enim tale præſumitur, prout eſt ſolitum iux. tex. in
l. ſi quis donaturus, & ibi Gloſſ. ff. de vſufruct. cum alijs
latè per Euerard. in loco ab vſitato, & Gabr. conſ. 41. num.
15. lib. 2. Appaltatores enim ex forma capitulorum
tenebantur quolibet menſe, & bimeſtri reſpectiuè ſol-
uere Montiſtis, & officialibus Sanctiſſimi ſummas eis
aſſignatas: & ideo valde veriſimile eſt, Cameram voluiſ-
ſe menſam paratam, & capſam apertam, vt ſolutiones
15 eſſent in promptu, quod eſſe non poterat, niſi conceſ-
ſio fieret publicis perſonis, quales ſunt mercatores, vt
fuit conſideratum in illa Romana menſæ nummulariæ 30.
Iulij 1614. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.
Tum etiam ex qualitate perſonæ Alexandri, qui cum
16 eſſet mercator, & Romæ negocians, præſumitur ſu-
ſcepiſſe appaltum in cauſam eius negociationis, vt de
mercatore mutuum recipiente tradit, per illum text. in
fin. Bart. in l. fin. C. ad Macedon. num 2. & Apoſtilla
ad eum, in verb. expendiſſe, verſ. & in mercatore, & Saly-
cet num. 5. Bald. in l. Macedoniani in fin. & ibi idem Saly-
cet. num. 2. C. eodem, Roman. conſ. 250. num. 1. in fin. &
num. 4. Menoch. lib. 3. præſumpt. 68. num. 11. & 12.
Mantic. d. tit. 10. num. 21. Tum denique ex qualitate
negocij, quod eſt mercantile, & ideo præſumitur ſuſce-
ptum pro ratione Bancharia ſecundùm ſubiectam ma-
teriam, quæ ſemper attenditur, quando dubitatur, an ſit
17 contemplata perſona, dignitas, vel officium Abb. in cap.
quoniam Abbas, num. 8. verſ. item ad materiam, de offic. de-
leg. Butr. ibidem num. 25. verſ. ſoluit Gloſſ. Card. col. pe-
nult. in 15. quæſt. Imol. num. 23. verſ. potes concludere
Anan. num. 8. verſ. poteſt concludi Bero. num. 91. Felin.
in cap. cum ex officij num. 32. verſ. ex quo noto de præſcript.
Tertiò moti fuerunt Domini ex obſeruantia ſubſecuta
in vita, & poſt obitum Alexandri: quæ, illo viuente, prò-
batur primò ex prouiſione ſalium forenſium, quam
cum appaltatores quam primùm procurare deberent,
vt in conuentione cum Camera 16. Ianuarij 1595. in
ſummario Alberici num. 4. ideo Banchum cœpit illam
præparare de menſe Februarij, & ſic incontinenti, ad
quem effectum non ſolùm direxit ordinem Pinello, cum
inſertione alterius ordinis per eum dandi, ac poſtea dati
eius Correſponſalibus Siciliæ: ſed etiam illuc tranſmiſit
Ioannem Cuneum, data illi in ſcriptis diligenti inſtru-
ctione negocij, & ſcripſit epiſtolas mercatoribus Nea-
politanis, & Meſſanenſibus ſub die 21. eiuſdem menſis
ex-

Digitized by Google

expediuit tabellarium, ſeu, vt dicitur, *vna ſtaffetta*, cum
literis miſſiuis Vicetheſaurario Marchiæ, Maceratæ re-
ſidenti, & poſtea 26. Aprilis de omnibus illuc vſque ge-
ſtis certiorem reddidit Spadam Rauennæ tunc commo-
rantem; quæ epiſtolæ dantur *in ſummario concordato Al-
berici num.* 5. extractæ ex libro, *copie di lettere del* 1595.
& de omnibus expenſis pro dicta prouiſione factis Ban-
chum dedit debitum Appaltatoribus Ceruiæ, non au-
tem Theſaurariæ Marchiæ, vt in libro maſtro, & de
annis 1594. & 1595. *in ſummario Alberici dato* 11.
18 *Maij litera B.* Ex quibus optimè probatur mens, &
intentio Alexandri *ad l. Neſennius in fin. & ibi not.
ff. de negot. geſt.* quæ clariùs colligitur, quia cum di-
cta ſalium prouiſio facta fuerit in executionem eius
obligationis in appaltu, vt ex ordine Pinelli, ibi, *Ha-
uendo à far prouiſione de' ſali per ſeruigio del noſtro ap-
palto, & per oſſeruar quanto ſi è promeſſo alla Camera*,
neceſſariò, & concludenter infertur, Alexandrum con-
duxiſſe appaltum, & ſe obligaſſe nedum ſub proprio, &
principali nomine, ſed vti repræſentantem rationem
Banchariam, quæ omnia adimpleuit. Ex actu enim im-
19 mediatè, & incontinenti facto colligitur animus ab
initio, *vulg. l. ſed Iulianus §. proinde ff. ad Macedon.
Bart. in l. cetera* 43. *§. ſed ſi parauerit num.* 3. *in fin. &
num.* 4. *ff. de leg* 1. *Dec. conſ.* 11. *num.* 1. *in fin. conſ.* 283.
num. 7. *verſ. actus enim, & conſ.* 336. *num.* 1. Et magis
20 eſt, voluntatem factis, quàm verbis declarare *cap. dilecti
filij, il ſecondo, vbi Gloſſ. in verb. facto de appell.* & in termi-
nis, ſi capiatur pecunia per nummularium, licèt non ap-
21 pareat, quòd ſit accepta pro Bancho, nec pro ſatisfacien-
dis creditoribus Banchi, tamen ſi illis incontinenti fuerit
ſatisfactum, quòd ita præſumatur actum à principio,
vt illis ſatisfieret, & quòd res ſit clara, dicit *Caſtr. conſ.*
285. *col.* 2. *verſ. moueor autem vol.* 1. *Rom. conſ.* 520.
22 *num.* 2. *in fin.* imò ſi factum contradicit verbis, vel
ſcripturæ, illud ſuperat, & iſta cedit *ad tex. in l.* 1. *C. plus
val. quod agit.* & in hac materia *Anchar. conſ.* 302. *num.* 3.
Soccin. conſ. 160. *num.* 5. *verſ. vndè dicit lib.* 2. Et ideo
23 etiamſi conſtaret, quòd Alexander dictum appaltum pro
Bancho non accepiſſet, cum tamen id ſtatim declarauerit,
mediante dicta prouiſione relata ad obligationem in
appaltu factam, reſultat præſumptio, quòd illum pro
Bancho ſuſceperit ab initio, *vt per tex. in d. §. proinde,
& ibi Gloſſ. in verb. intelligendum*, quam notat, & ſe-
quitur *Bald. ibidem* ſubdens, contra illam admitti pro-
bationem in contrarium, & idem ſentit *Salycet. ibidem
ſequitur Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 68. *num.* 2. *& Man-
tic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 27. Declaratio enim retro-
24 trahitur ad tempus contractus *ad l. aſſe toto* 77. *ff. de hæ-
red. inſtit. l. ſi ita ſcripſero* 38. *ff. de condit. & demonſtrat.
Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſte §. nunc videndum
litera Q. verſ. plus dico*, & oſtendit quid actum fuerit in
præteritum *Bald. in l. cum teſtamento num.* 5. *verſ. item
nota C. de teſtam. manumiſſ. Dec. in l. edita ſub num.* 47.
C. de eden. Soccin. conſ. 23. *num.* 19. *lib.* 4. Nec dici poteſt,
quòd prouiſio facta fuerit per Banchū vti depoſitarium,
& mandatarium pro Theſauraria Marchiæ, quæ tene-
retur vſque ad Kalendas Iunij dictę Prouincię de ſalibus
prouidere; quia contrarium patet ex prædictis, & præ-
ſertim ex expenſis in expeditione Cunei verſùs Siciliā,
& tabellarij Maceratam, ac etiam in diuerſis tractis Nea
politanis, & Placentiæ, quæ omnes appoſitæ fuerunt ad
debitum appaltus Ceruiæ: nec contrariantur verba epi-
ſtolæ 25. *Februarij* 1595. ad Scarlattinos Neapolis, ibi,
per conto attenente ad amici noſtri, ſtatim enim ſubiun-
gitur, *& noſtro*, quod demonſtrat communionem nego-
cij cum ipſo bancho. Secundò deducitur obſeruantia,
ex obligatione Alexandri, vti principalis ſocij rationis
bancharię, de conſignando ſaccos ſex mille ſalium, olim
Sereniſſimo Duci Ferrariæ, relata ad formam chyro-
graphi *fel. rec. Clementis VIII.* quæ neceſſariò conclu-
dit, Alexandrū intellexiſſe, appaltum ſpectaſſe ad dictam
rationem, vt dictum fuit in deciſione. Nec dicatur, ver-
ba illa, *vti principalis ſocius*, eſſe demonſtratiua perſo-
næ, quia ſunt diſpoſitiua, & adiecta obligationi, dum
ſubditur, *ſub ſuo, & ſociorum nomine*; & ſic ad rem
non facit, quòd hoc debitum erga Ducem Ferrariæ ſpe-
ctaret ad Cameram, vel ad veteres Appaltatores poſtea
quàm ex chyrographo conſtat, quòd noui illud ſupra
ſe ſuſceperunt, & Camera non tenebatur, niſi illos reim-
burſare, prout fecit de ſcutis ſex millibus iuxta illius pro
miſſionem. Tertiò obſeruantia oſtenditur ex commu-
nicatione facta cum Pinello, & Spada per Palagium,
vti inſtitorem Alexandri, cuius inſtitoria, in alio conſi-
ſtere non poterat, quàm in negociatione Banchi, pro
quo illum præpoſuerat, & ideo præſumitur, Pinellum,
& Spadam contraxiſſe cum Bancho, & illud ſibi voluiſſe
obligare, ex deductis in deciſione. Non obſtat, quòd
Palagius interuenerit vti inſtitor, etiam in alijs perti-
nentibus ad Alexandrum in proprium, *vt in ſummario
concordato de Donis num.* 14. quia datur ſolùm venditio
per eum facta de anno 1591. cuiuſdam quantitatis Cioc-
ciorum Caſalis Maſſæ Alexandri facta ſubhis verbis,
eius agente in hac parte, ac rationis Banchariæ inſtitore,
& ſic Palagius vendidit principaliter vti agens, non vti
inſtitor, prout etiam vti agens, & procurator Pe-
trus Odaldus de anno 1589. emit cenſum nomine Ale-
xandri, *vt in d. ſummario num.* 1. & ſic quando negocia
facta fuerunt pro illo nomine proprio, non fuerunt ſu-
ſcepta ſub nomine inſtitoris, ſed agentis, vel procura-
toris; communicatio autem prędicta magis probat, quia
fuit incontinenti adnotata ſuper libro nuncupato *Del-
l'obligationi.* in quo relatæ ſunt omnes aliæ obligationes
ipſius Banchi, vt etiam fuit dictum in deciſione. Nec
refert, quòd iſta adnotatio ſit manus Alberici, quia
25 cum eſſet complementarius, præſumitur ſcripſiſſe de
conſenſu Alexandri, *vt per Soccin. conſ.* 291. *num.* 14.
verſ. & maximè lib. 2. *Decian. conſ.* 16. *num.* 46. *vol.* 5.
Card. Seraph. deciſ. 1368. *num.* 4. Præſertim quia Alexā-
der fecit manu propria in eodem libro alias obligatio-
nes, & ſic patet, quòd illum quotidie habebat præ ma-
nibus; & nihil refert, an iſti libri mercatorum ab ipſo
26 domino, vel ab alio ſcripti ſint, cum introductum ſit,
vt ab alijs ſcribantur, & præſumantur ſcripti de con-
ſenſu Domini, *Abb. in cap.* 2. *num.* 12. *de fid. inſtrum.
Stracch. de mercatura par.* 2. *num.* 56. *verſ. nihil autem
refert Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 62. *per tot.* Nec etiam
obſtat, quòd in iſta memoria dicatur, Palagium ſtipula-
tum fuiſſe de ordine Alexandri; quia verba illa, *ricordo
come ſi è preſo*, &c. expreſsè declarant, negocium fuiſ-
ſe geſtum pro Bancho. Vltra quòd verba illa, *d'ordine
del Signor Aleſſandro*, exprimunt, quod tacitè inerat,
& attenta grauitate negocij, æquum erat, quòd etiam à
Palagio licèt inſtitore non ſuſciperetur ſine ordine Ale-
xandri domini rationis. Minus releuat adnotatio facta
in eodem libro de nonnullis venditionibus herbarum
per ipſum Alexandrum proprio nomine factis, quia con-
cepta eſt per illa verba, *Il Signor Aleſſandro ha vendu-
to, &c.* cum herbæ ad eum ſolum ſpectarent: alia
verò negocia, quæ pertinebant ad Banchum, adnota-
bantur, vt plurimùm, per verba imperſonalia, videlicet
27 *ſi è preſo, &c.* & ſimilia; & in omnem caſum licèt in di-
cto libro ſint ſcripta aliqua familiaria, non tamen de-
ſinit eſſe liber Banchi *Caſtr. dicto conſ.* 285. *verſ. ſi verò
contingat*, quò verò ad id, quod dicitur in ſupradicta me-
moria, nullam eſſe factam mentionem appaltuum ſa-
lina-

linarum, placuit Dominis reſponſio data in deciſione.
Quartò, obſeruantia patet ex computo ad debitum, &
creditum appaltus erecto, & deſcripto ſuper libro Ban-
chi, Dominis meis, & mihi informando, exhibito, in
quo deſcriptæ ſunt ſolutiones factæ per Banchum Mon-
tiſtis, & officialibus Sanctiſsimi, à principio, vſque ad fi-
nem appaltus, in omnibus, & per omnia, iuxta capitu-
la inita cum Camera: quæ factæ, & continuatæ fuerunt
abſq; aliquo ordine Spadæ, Pinelli, vel Alexandri, de quo
fieret aliqua mentio in illarum partitis; quod demõſtrat,
illas fuiſſe factas per Banchum non tanquam depoſita-
rium, quia vti tale non ſoluiſſet ſinè ordine, ſed vti
obligatum ratione dictorum appaltuum, prout in eo-
rum capitulis Alexander, & Spada cõuenerunt. Quintò,
quia viuente Alexandro Banchum participauit de vtili-
bus Gabellæ carnis, vt etiam ſatetur Spada in reſpon-
ſionibus ad 14. & 15. interrogatoria, quæ fuit ab ipſo
Spada eidem Bancho communicata tanquam negocium
dependens, ſeu connexum cum dicta Theſauraria, pro-
ut tenebatur ex capitulis cum eo cõuentis pro Theſau-
raria, & Salara, de quibus *in ſummario Alberici num.* 6.
Sextò, demum obſeruantia in vita Alexandri proba-
tur, quia ipſe habebat libros Caſalium; quæ ad eum
nomine proprio ſpectabant, diſtinctos à libris Banchi: &
conſequenter ſi etiam huiuſmodi appaltus ad ipſum no-
mine proprio ſpectaſſent, illos pariter retuliſſet in libris
prædictis ſeparatis à Bancho. Obſeruantia verò poſt
obitum Alexandri oſtenditur primò, viuente Mario ex
partita ſcutorum 1999. ex lucris, ſeu auantijs vtilium
Romandiolæ deſcripta ad creditum Banchi in eius libro
L. 29. *Maij*, & ſic incontinenti poſt obitum Alexandri,
quæ partita fuit etiam memorata per eundem Spadam
in alia diuiſione ſcutorum 35. millium ex vtilibus dicto-
rum appaltuum, de qua infra. Non obſtat, huiuſmodi
partitam fuiſſe deſcriptam ſub die 22. Decembris, quia
ſub iſta die fuit duplicata per errorem alterius miniſtri,
qui fortè non viderat priorem ſub dicta die 29. Maij,
& ideo iſta ſecunda fuit poſtea 15. Aprilis 1606. diſtor-
nata, vt in libro dicti Anni A. *fol.* 252. imò ex huiuſmodi
duplicatione magis arguitur intereſſe Banchi in dictis
vtilibus. Non obſtat etiã fides *Sertini in ſummario de Do-
nis num.* 16. quòd ſcripſerit iſtam partitam, non de ordine
Marij, ſed miniſtrorum; nam vltra quòd eſt atteſtatio
28 extraiudicialis ſinè citatione partis, & ideo non atten-
A denda, A, *vt per Card. Seraph. deciſ.* 1423. *num.* 3. illa
non concludit, quia miniſtri non potuerunt dare ordi-
nem ex commiſsione Marij, prout præſumitur, & eſt
veriſimile, cum eſſet præſens ſumma valdè grauis, &
ſcriptura eſſet facienda ſuper libris, qui ab eo vti Domi-
no Banchi, & ab alijs in eo adminiſtrantibus erant quo-
tidie videndi; præſertim cum Marius per plures annos
ſuperuixerit, nec apparet de aliqua ipſius, & hæredum
29 reclamatione, ex quo in omnẽ caſum inducitur appro-
batio omnium contentorum in dictis libris *argum. l. labeo
ff. de aq. plu. arcen.* & in terminis *Caſtr. conſ.* 314. *num.*
2. *in fin. verſ. præterea, vt dicitur lib. ſecundò* ex denuncia-
tione hæreditatis facta per Marium, & Octauiũ Gabellæ
Ciuitatis Florentiæ, ponderata etiam in deciſione, quæ
non poteſt impugnari, vti facta iuxta bilancium tranſ-
miſſum ab Alberico; in illo enim omnia fuerunt appoſita
in confuſo, Marius verò in dicta denunciatione priùs ap-
poſuit bona ad hæreditatem ſpectantia, & poſtea detra-
xit illius debita, inter quæ adnotauit vtilia rationis oc-
caſione participationis in dictis appaltibus. Tertiò, quia
dum Octauius maior effectus adminiſtrabat, & habebat
complementum rationis dictorum appaltuum, & com-
munia dictæ rationis, fuerunt in libro ſpolij relata, & de
30 illis datum creditum vnicuique ex ſocijs pro rata eius,
quod neceſſariò oſtendit, negocium ſpectaſſe ad banchũ
Dec. conſ. 260. *num.* 7. *verſ. vndè cum prædicti*. Non
obſtat fides alia eiuſdem Sertini *in ſummario concordato
de Donis num.* 19: quòd fecerit dictum librum ex ordine
Montacuti complementarij abſque eo, quòd fuerit viſus
à Mario. Nam vltra quòd tollitur ex reſponſionibus
allatis circa fidem ſuperiùs adductam, dicit, Montacutum
ſibi ordinaſſe de ordine Marij, & ipſe Montacutus, cum
eſſet complementarius, poterat de per ſe dare prædictũ
ordinem. Ex quibus patet, quòd quatenus mens Alexan-
dri ab initio dubia dici poſſet (tamen ex prædictis patet,
31 fuiſſe claram) potuerunt eius hæredes illam declarare,
prout fecerunt, ex quo ita declarata fuit, atque ſublata
omnis ambiguitas, vt contrarium ſit improbabile, ex
trad. per Ruin. conſ. 128. *præſertim num.* 8. *&* 9. *cum
alijs allegatis in dicta Romana menſæ nummulariæ*. Quar-
tò, colligitur obſeruantia ex eo, quòd Spada dum
erat in Vrbe in ordinẽ, ſeu mandato per eum rationi ban-
chariæ directo, de quo *in ſummario concordato Alberici
num.* 10. apertè fatetur, prædictos appaltus ſpectare
ad dictam rationem ibi, *Illuſtri Signori Heredi del q. Aleſ-
ſandro Doni, Roma, reſtando io creditore a' voſtri libri di ſcudi*
35. *milia in mio conto corren te, mi contento, & vi dò ordine
che li paghiate à voi medeſimi, come compagni nella Teſoreria,
& Salina*, in cuius ordinis executionem dicta ſcuta 35.
millia adnotata fuerunt ad debitum Spadæ, cum expreſ-
ſione; quòd ſpectabant ad dictam rationem, vt *in dicto
ſummario num.* 11. *&* 12. prædicta coadiuuantur, quia
idem Spada de anno 1600. de quo Palagius non erat am-
plius inſtitor, & complementarius dictæ rationis, ad
eum ſcripſit, dando illi rationem diſtinctam de lucris
factis in dictis appaltibus, & negotijs, & Epiſtola quæ
datur *in ſummario num* 13. clarè præſupponit, quòd Pa-
lagius in illis haberet intereſſe, & ſic alia de cauſa ſcri-
bere non poterat, niſi quia appaltus ſpectaſſent ad ban-
chum, cuius Palagius fuerat inſtitor, & complementa-
rius. Nec obſtat, quòd Palagius, vti procurator hæ-
redum Alexandri, requiſiuerit per literas à Spada com-
putum huiuſmodi negociorum; quia cum eo tempore
Palagius Donis amplius non inſeruiret, ceſſat præten-
ſum mandatum procuræ, de quo etiam nullibi conſtat,
nec illud colligitur ex reſponſione facta per Spadam ad
eius literas; & prædictis ſtantibus, non obſtat depoſitio
eiuſdem Spadæ, quòd dicti appaltus ſuſcepti fuerint per
Alexandrum in proprium, & non ſub nomine rationis
banchariæ, quia non eſt idoneus: ſi enim appaltus perti-
nerent ad banchum, teneretur reddere de illis rationem
Alberico, prout ab ipſo fuit interpellatus, *vt in ſumma-*
32 *rio Alberici num.* 14. & ſic videtur in cauſa propria de-
ponere *l. nullus ff. de teſtib. & l. in omnibus, & vtrobique
Doct. eod. latè Farinac. de oppoſ. contra perſ. teſt. quæſt.*
60. *num.* 2. *& ſeqq.* prout etiam non eſt idoneus, quia
33 noluit euacuare omnia interrogatoria ſibi facta præ-
textu, quòd eſſent facta ad inſtantiam Alberici, *Bald. in
l.* 2. *num.* 2. *& ibi Rip. num.* 23. *verſ. & inſert, Dec. num.*
43. *& Bologn. num.* 48. *C. de eden. &* alij per *Farinac. de
oppoſ. contra exam. teſt. quæſt.* 73. *num.* 14. Dum verò
iuxta 17. deponit, Alexandrum in appaltu ſalinarum, &
34 Theſaurariæ Romandiolæ fuiſſe intereſſatum in pro-
prio, tres aſſignat rationes. Primam videlicet, *ſecondo il
mio ſenſo*, ſicuti etiam deponit ita ſuper ſexto articu-
lo, quæ non eſt bona, *Angel. in repet. l. ſciendum num.* 6.
ff. de verb. obligat. Alexand. conſ. 74. *num.* 5. *in fin. vol.* 1.
B *Dec. conſ.* 256. *num.* 5. B; alteram, *ſecondo le ſcritture*,
& hæc confunditur ex ſupradictis; tertiam verò, *ſe-
condo li raggionamenti paſſati tra noi*, & in hoc eſt vni-
cus, & ſingularis de ſermonibus habitis inter eum, &
Alexandrum, & ſic de confeſſione extraiudiciali, quæ

eſt probanda per duos teſtes de loco, tempore, & verbis conteſtes, *Caſtr. conſ. 296. ſub num. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 60. num. 45. vol. 4. Afflict. deciſ. 364. num. 4. verſ. iſta tamen confeſſio*, & ibi *Vrſill. in annot. num. 2. in fin. Put. deciſ. 466. per tot. lib. 2. ſecundum nouiſs. impreſſ.* & fuit dictum *in Romana pecuniaria 3. Martij* 1595. *coram*
C *bon. mem. Penia*, & in omnem caſum magis ſunt attendenda facta Alexandri, quàm verba, ex ſupradictis.

Præterea depoſitio Spadæ conuincitur ex dicta obſeruantia, & factis ſubſecutis, Alexandro viuente: & præſertim ex geſtis per ipſummet Spadam, de quibus ſupra; & tantò magis, quia iuxta idem interrogatorium dicit, *ſopra il negotio Teſoreria, & Salara, non ſi è fatto, che io mi ricordi, partita, che dia regola dell' eſſere intereſſato Aleſſandro in proprio, ſaluo che l'hauer notato in debito à lui proprio, & per lui à ſuoi heredi proprij, li danari pagatili a conto delli vtili di detti negotij*. Et nihilominus, vt dictum eſt, partitæ fuerunt adnotatæ ad creditum Banchi. Depoſitio verò ſuper articulis eſt relatiua ad dicta iuxta interrogatoria, *vt ſuper primo*. Ex quibus Dominis viſa fuerunt ſublata omnia, quæ contra deciſionem adducebantur, à qua ideo recedere noluerunt, omiſſis nonnullis alijs, quæ non indigent reſponſione.

ANNOTATIO.

A Fides extraiudicialis ſinè partis citatione fidem non facit,
36 *auth. ſi quis in aliquo, & ibi Doct. C. de edend. Seraphin.*
deciſ. 106 num. 3. Rota Ianuen. deciſ. 76. num. 11. Mantic.
deciſ 177. num. 4. Rot deciſ. 780. num. 1. part. 1. diuerſ. &
in recent deciſ. 255. num. 3. in fine & num. 4. & deciſ 441.
num 6. part. 1. & deciſ 471. num 5. & deciſ. 709. num. 6.
part 2. & in Romana cenſus 21. Maij 1627. coram R.P.D.
37 *meo Vbaldo iuniori* Limitatur hæc concluſio, quando fides
eſſet teſtis omni exceptione maioris, & iuramento firmata, vt tradit *Decian. conſil. 51. num. 101. vol. 2.* Cõtrarium
tamen tenent *Menoch. conſil. 322. ſub num. 45. verſ. nec*
dici poteſt & num. 46. vbi quod nec etiam fides Cardinalis firmata iuramento coram Notario, & teſtibus probet,
ſi ſit facta non citatis ijs, de quorum intereſſe agitur *Abb.*
in cap. quod ſuper his, num. 5. de fide inſtrum. Rot. deciſ.
33. *de probat. in antiq.* vbi quòd Rota ſeruat, vt non credatur aſſertioni Cardinalium, niſi circa eorum iuriſdictionem
non autem circa alia, de quo vide *Farinac de oppoſit. contra*
38 *perſon. teſt. q. 65. à num. 55. vſq; ad 79.* Limitatur ſecundò in fide Iudicis atteſtantis de his, quæ ſpectant ad eius
officium, *Ruin conſ 56. num. 5 lib. 1 Rota deciſ. 573. num.*
6. lib. 3. part 3. diuerſ & deciſ 525. num. 5. part. 2. recent.
Limitatur tertiò quando fides eſſet veriſimilis, & adminiculata, quia tunc probaret *Rota deciſ. 122. num. 7. part. 1.*
recent. cum alijs adductis infra *coram Domino meo in Caietana beneficiorum 9. Februarij* 1618. *num.* 8.

B Teſtes deponentes de eorum iudicio regulariter nihil probant, vt fuit etiam dictum *in Spoletana penſionis 24. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, & in Ianuen. ſeparationi thori 31. Ianuarij 1625. coram bon. mem.*
40 *Remboldo.* & in alijs, efficaciſſimum tamen præſtat indicium,
præſertim in materia difficilis probationis, *Gregor XV. deciſ 427. num. 5.* & plenè probant, quando eorum iudicium
eſt coniunctum cum ſenſu corporis. ex doctrina *Bart. in l. qui tamen §. ſi arbiter num. 3. ff de recept. arbitr.* & aliorum, quos ſequitur *Rota*, vt apud *Verall. deciſ. 270. num. 6. par. 3. Greg d. deciſ. 427. num. 6.* ſenſus tamen debet eſſe correſpondens, & proportionatus facto, ſuper quo deponunt, *Gregor. XV. deciſ. 290. num. 9.* & ideo quando teſtis deponẽs de aliquo facto præmittit ſenſum corporis, puta quia vidit, ſi poſtea circà tempus deponat de ſuo iudicio, licèt ex hoc eius dictum non vitietur, ſed probet circa factum, tamen non probat tempus: quia ſenſus viſus nõ eſt proportionatus, & correſpondens tempori, ſed memoria. Ita dictum *Bartol.* in loco præallegato declarant *Cardinal. conſ. 56. num. 10. verſ. quod tamen dictum intelligo verum*, & alij, quos ſequitur *Rota apud Greg. d. deciſ. 290. num. 8. & 9. & deciſ 773. ſub num. 5. part. 2. recent.*

C Adde *Gabr. conſil. 40. num. 17. lib. 2. Rot. deciſ. 664. num. 6. part. 1. & deciſ. 200. num. 27. part. 2. recent. & in Rauennaten. literarum cambij 21. Aprilis 1621. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana vinea, ſeu Saluiani 1. Iulij 1620. coram bon mem. Patriarcha Manzanedo, et coram eodem in Romana domus 1. Decembris 1623. et in Aſculana Societatis 28. Iunij 1628 corã R. P. D. meo Vtili*, & quòd
non ſufficiant teſtes ſingulares ad probandam confeſſionẽ
extraiudicialem, etiam ſi ſint plures, fuit dictum infra *corã*
D. meo in Romana repetitionis alimentorum 12. Ianuarij
1618. num. 7. et in Reatina cenſus 22. Iunij eiuſdem anni
num. 1. et num. 2. quòd huiuſmodi confeſſio per teſtem
vnicum probata, nedum non ſemiplenam probationem,
41 ſed nec etiam inditium facit: concurrentibus tamen adminiculis probatur per teſtes etiam ſingulares, vt fuit dictum infra *coram Domino meo in Auenionen. Archidiaconatus 27. Februarij 2627. num. 4.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Iacen. Vicariæ.

Lunæ 25. Maij 1615.

ARGVMENTVM.

Regula octaua Cancellariæ non habet locum in Vicarijs temporalibus, neque in perpetuis vnitis, etiam ſi in menſe reſeruato vacent.

SVMMARIVM.

1 *Regula octaua Cancellariæ non comprehendit Vicarias temporales.*
2 *Vicariæ temporales non veniunt ſub nomine beneficij, nec in aliquo regulantur vt beneficia.*
3 *Regula octaua Cancellariæ non comprehendit Vicarias perpetuas vnitas, ſed ex conſtitutione Pij V. Vicarij perpetui nominandi ſunt à Rectoribus Eccleſiarum vnitarum, etiam ſi in menſibus reſeruatis vacaſſent.*
4 *Conſtitutio Pij V. de Vicarijs perpetuis vnitis an comprehendat Vicarias ante Concilium Tridentinum erectas.*

DECISIO CXIV.

EX reſolutione facta 30. Ianuarij præteriti, parochialem S. Saluatoris, loci de Sancta Cæcilia nuncupati, ſpectare ad Monaſterium Sancti Ioannis de Pinna Ordinis S. Benedicti, curamq. dictæ parochialis penes idem Monaſterium reſidere; viſum fuit Dominis reſultare, Vicariam dictæ parochialis ſub reſeruatione Regulæ octauæ non cadere, ſiue illa ſit perpetua, ſiue ſit temporalis. Si enim eſt temporalis, res non habet diffi-
1 cultatem, quia regula loquitur expreſsè de beneficijs, vt in eius terminis latè tradunt *Modern. ad eadem gloſ. 5. §. 3. à num. 33. vſque ad 49.* & huiuſmodi Vicariæ non
2 veniunt ſub nomine beneficij, *Clemen. vnica iuncta Gloſ. in ver. perpetuis, de offic. Vicar.* & ibi ſcribentes *Gloſ. in extrauagant. execrabilis, in ver. temporales Vicarios de preben.* Nec in aliquo regulantur, vt beneficium, *Gloſſ. in*

cap.

cap. ſi pauper 30. in ver. ceſſet cauſa, de præbend. in ſexto, Hoied. de incompatib. benefic. cap. 15. num. 16. par. 1. Si autem eſt perpetua (vt videtur hinc inde ſupponi per inſormantes) & tali caſu Domini dixerunt, intrare diſpoſitionem Conſtitutionis fel. record. Pij V. editæ Ka-
3 lend. Nouembris 1567. tribuentis facultatem nominädi Vicarios perpetuos Rectoribus Eccleſiarum vnitarum: quam procedere, etiam ſi Vicariæ vacent in menſibus reſeruatis, & in eis ceſſare reſeruationem, fuit reſolutum *in Tiraſonen. Vicariæ 13. Octobris, & 4. Decembris 1595. coram bon. mem. Litta, & in Vrgellen. parochialis de Oſſea 16. Decembris 1605. coram Reuerendiſſ. Lugdunen.* & latè tradunt ijdem *Modern. d. gloſſ. 5. & ſſ.*
A *3. a num. 59. vſque ad finem.* A An autem ſub dicta Cõſtitutione Pij V. veniant Vicariæ ante Concilium erectæ, ſuper quo pro parte Franciſci datur declaratio Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij Interpretum relata *per Garc. in tract. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 311. tom. 2.* vel poterit particulariter videri, vel ſacra Congregatio conſulenda erit.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra *deciſ. 188. num. 12. in Virdunen. Vicariæ, & in Tiraſonen. Vicariæ 10. Martij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano in fin. Card. Caual. deciſ. 595. num. 4. in qua allegatur Barchinonen. Vicariæ coram D. meo quæ eſt infra 217. in qua aliæ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tudertina prædij.

Lunæ 1. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario non competit immiſſio ex teſtamento in bona, quæ teſtator filijs, vel nepotibus pro legitima reliquit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario vniuerſali non competit remedium* l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. *ante factam reſtitutionem hæreditatis. Intellige, vt num. 14.*
2 *Legatarius, qui, de hæredis licentia, rei legatæ poſſeſſionem accepit, eſt legitimus contradictor ad impediendam alterius immiſſionem in eandem rem.*
3 *Saluianum competit fideicommiſſario, & num. 17.*
4 *Saluianum, & omnia alia interdicta adipiſcen. ceſſant, quando opponitur exceptio dominij incontinenti probandi.*
5 *Onus nullum à patre in legitima filijs imponi poteſt.*
6 *Fideicommiſſum eſt onus.*
7 *Fideicommiſſario conceditur immiſſio pro indiuiſo cum eo, qui habet detrahere legitimam.*
8 *Negatiua coarctanda eſt à duobus teſtibus de illa deponentibus.*
9 *Teſtator, ex inſtitutione facta in alijs bonis, præſumitur habere alia bona vltra relicta.*
10 *Hæredi, qui inuentarium non confecit, aſſerenti, alia bona in hæreditate non remanſiſſe, non creditur, & latè num. 17.*
11 *Retentio datur filio poſſidenti, donec ſit facta liquidatio legitimæ.*
12 *Hypotheca competit filio pro legitima legata, & conſequenter retentio num. 13.*
15 *Fideicommiſſario quando detur immiſſio, abſquè vlla reſtitutione, & num. 16.*
18 *Filius, qui inuentarium non confecit, non amittit legitimam.*

DECISIO CXV.

SVRIANA filia, & hæres Auguſtini Angeli prætendebat immiſſionem in poſſeſſionem prædij, de quo agitur, relicti ab eodẽ Auguſtino Angelo teſtatore Angelæ eius nepti ex filio prædefuncto. Primò, vti ſubſtituta dictæ Angelæ ſinè filijs defunctæ: ſecundo ab inteſtato vigore Statuti Tudertini, deferentis (vt prætenditur) illi vti amitæ partem hæreditatis in concurſu cum matre defuncti. Et DD. reſoluerunt, ei non competere immiſſionem ex teſtamento. Non ex reme-
1 dio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.* Tum quia ante fa-
A ctam reſtitutionem, A illud non datur fideicommiſſario vniuerſali, *Alber. in d. l. fin. num. 19.* & ibi *Bar. num. 9. Bald. num. 46. Alexand.* qui de communi *num. 7. Iaſ. num. 8. Dec. num. 24. in fin. Curt. Iun. num. 43. Zuccard. num. 197. & ſeqq.* cum alijs per *Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num. 166. & Peregr. de fideicom. artic. 48. num. 5. & ſeqq.* & tenuit *Rota in Senogallien. fideicommiſſi 20. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Manzanedo*; & ſic tantò minus particulari. Tum etiam, quia cum Angela in dicto prædio ſibi relicto iure inſtitutionis habuerit titulũ à defuncto, & à Suriana hærede licentiam capiendi poſſeſſionem ſub die 30. Decembris 1605. quam poſtea accepit die 3. Ianuarij ſequentis, vt conſtat in actis; ipſa & conſequenter Magdalena illius mater, & hæres ad impediendam immiſsionem, eſt legitima contradictrix, *Dec. in l. 1 num. 20. C. de pact. Rip. in l. 1. num. 7. ff quorum legat. Zuccard. in d. l. fin. num. 428. C. de edict. diu. Adr. Menoch. de adipiſcen. remed. 2. num. 30.*
3 Non etiam poteſt immiſſionem prætendere ex Saluiano,
B quod competit fideicommiſſario B, ſecundũ opinionem, quam Rota ſeruat *Card. Seraph. in deciſ 828. num. 1.* Quia illud ceſſat, ex quo Angela docet incontinenti ex eodem teſtamento de iure ſuo, & de iure Surianæ, ſicu-
4 ti quando opponitur exceptio dominij incõtinenti probandi ceſſat, tàm ipſum Saluianum *Put. deciſ. 232. in princip. lib. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Card. Seraph. deciſ. 757. num. 1.* quàm omnia alia interdicta adipiſcen. *Put. deciſ. 222. num. 3. & deciſ. 308. num. 3. lib. 1. & deciſ. 55. num. 1. lib. 2. ſecundum eandem impreſſ. Rota deciſ. 674. num. 8. lib. 3. par. 3. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 596. num. 5.* ſatis autem conſtat de non iure Surianæ, cum in teſtamento fuerit Angelæ relictum
5 dictum prædium pro illius legitima, in qua nullum onus
C imponi potuit C, *arg. l. quoniam in prioribus, vbi not. omnes, C. de inoff. teſtam.* Ideo Suriana non potuit vocari ad dictum prædium per fideicommiſſum, quod eſt onus *l. cohæredi 9. cum filiæ ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ex tribus C. dicto tit. de inoffic. teſtam. Pariſ. conſ. 79. num. 24. vol. 2.* Non obſtat, teſtatorem alia bona non reliquiſſe, ideo Surianam eſſe immittendam pro indiuiſo, vnà cum matre Angelę, cum illi ſexta ſolùm pars pro legitima deberetur: prout ſæpius conſueuit Rota *vt in Interamnen. de Paradiſis 1. Iulij 1607. coram R.P.D. meo Pamphilio, in Ceſenaten. de Aldinis 20. Iunij 1611. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Foroliuien. fideicõmiſſi de Oliuerijs 16. Iunij 1614. coram me.* Quia iſta negatiua non coarctatur à duobus teſtibus de illa deponentibus iux. *conſil. Alex. 64. lib. 2.* & *Herculan. de negatiu. proban. num. 153.* imò non leuis præſumptio in contrarium ex ipſo teſtamento deſumitur: dum in hoc prædio Angela fuit hæres

9 relicta, in alijs autem omnibus inſtituta Suriana; iſta
enim verba apertè innuunt, quòd teſtator alia bona re-
linquebat, vt fuit conſideratum *in Romana legati* 29.
Aprilis 1613. *coram R. P. D. meo Caualerio*. Præſertim,
quia ſi ſecus fuiſſet, Suriana diceretur præterita, quæ ta-
men acquieuit per multum tempus, nec aliquod inuen-
10 tarium confecit, ex quo apparere poſſit de viribus hæ-
reditatis, & ideo dicere non poteſt, plura alia boaa in
ea non remanſiſſe, *Ruin. conſil.* 49. *num.* 4. *in princip.*
verſ. nec obſtat lib. 5. cum alijs per *Aym. conſ.* 225. *num.* 12.
11 quod tamen tenetur concludenter probare, cũ præten-
dat detractiones ſuper dicto prædio, *Natt. conſ.* 199. *num.*
8. *& ſeqq. & conſ.* 238. *num.* 6. *& ſeq.* & reſoluit *Rota in*
12 *d. Rom. legati*. Et propterea competit Angelæ retentio d.
prædij, quæ datur filio poſſidenti, donec ſit facta liquida-
tio legitimæ, *Bal. conſ.* 171. *verſ. ſimiliter & filij, lib.* 1. *Pur-
pur. conſ.* 104. *n.* 7. *Surd. conſ.* 248. *n.* 16. *lib.* 2. Tanto magis,
quia pro ea illi competit hypotheca, cum fuerit ſibi le-
gata *Rip. in l. in quartam, num.* 115. *ff. ad l. Falc. Fulgoſ.
conſ.* 84. *col.* 2. *verſ. illud poſtremò*, *Negusant. de pignor.
par.* 2. *num.* 4. *ſub num.* 164. *verſ. quam tamen concluſio-
nem limita*, *Gabr. de legitim. concluſ.* 5. *num.* 2. *Put. deciſ.*
39. *num.* 4. *lib.* 2. *in nouis*. E & conſequenter retentio,
vt per *Neguſant. de pignor. memb.* 4. *par.* 5. *num.* 3. *cum
ſeq.* Ex quibus reſolutum fuit, ſupradictæ Surianæ non
competere immiſſionem ex teſtamento: an autem com-
petat ab inteſtato vigore ſtatuti, Domini reſeruarunt
particulariter videre.

ANNOTATIO.

A Intellige de reſtitutione verbali, qua ſtante datur fidei-
14 commiſſario remedium immiſſionis ex *l. fin. C. de edict. Diu.
Adr. tollen. Menoch. de adipiſcen. remed.* 4. *num.* 181. *Honded.
conſ.* 26. *num.* 7. *lib.* 1. quia fideicommiſſario, cui facta eſt
reſtitutio realis fideicommiſſi, non conceditur immiſſio,
cum iam ex tali reſtitutione factus ſit poſſeſſor; niſi tamen
d. remedium ad ſuæ poſſeſsionis confirmationem intenta-
ret, quo caſu concedi ſolet, *Menoch. d. remed.* 4. *num.*
178. *et ſeq. Pacific. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 437.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 731. *num.* 27. *et ſeq.* & fuit
dictum *infra coram Domino meo in Bononien. pecuniaria*
1. *Iulij* 1616. *num.* 1. *quæ eſt* 201. quando autem dicatur
fieri reſtitutio realis, & quando verbalis, declarant poſt
alios *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 2. *num.* 53. 54. *et ſeq. Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt.* 604. *num.* 4. *et ſeq.* Præterea, ſi nul-
15 lus ſit hæres, qui poſsit fideicommiſſum reſtituere, puta
quia grauatus deceſsit ſinè hærede, datur fideicommiſſario
immiſsio in poſſeſsionem bonorum fideicommiſſo ſubie-
ctorum, etiam abſquè reſtitutione, *Mantic. deciſ.* 311.
num. 2. & eſt ratio, quia tunc ipſo iure tranſeunt vtiles
actiones in fideicommiſſarium ſinè ceſsione, *Gloſſ. in l.
ſancimus*, §. *cum autem, in verb. ipſo iure*, & ibi etiam
Doct. C. ad Trebell. Honded. d. conſ. 26. *num.* 10. *lib.* 1.
Peregr. d. artic. 2. *num.* 57. *Simon de Prat. de interpret. vl-
tim. volunt. fol.* 524. *num.* 362. *et ſeq.* cum alijs per *Fu-
ſar. d. tract. quæſt.* 603. *num.* 6. Et generaliter in omnibus
16 caſibus, in quibus vtiles actiones tranſeunt ipſo iure in
fideicommiſſarium, datur illi immiſſio in bona fideicom-
miſſo grauata, abſque vlla reali, aut verbali reſtitutione
præcedente, & idem operatur reſtitutio legalis, quòd ver-
balis, vt tradunt *Bart. in d. l. fin. num.* 9. *verſ. adde*, *Angel.
conſ.* 237. *in fin. Honded. d. conſ.* 26. *num.* 8. *lib.* 1. plures
caſus, in quibus iura, & actiones ipſo iure tranſeunt in
fideicommiſſarium, ſinè reſtitutione, vide apud *Fuſar. d.
quæſt.* 603. *à num.* 3. *infra*.
B Quòd fideicommiſſario, etiam particulari pro recupera-
17 tione fideicommiſſi competat Saluianum, dixit pluries
Rota, vt patet ex deciſionibus relatis per *Pacific. d. tract.
inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 186. *Rota deciſ.* 193. *num.* 1. *& deciſ.*
387. *num. etiam* 1. *part.* 1. *recent.* & alijs relatis fuit firma-
tum infra *coram D. meo in Romana fideicommiſſi de Fran-
zinis* 24. *Martij* 1623. *num.* 1. dummodo ſit adita hære-
ditas, & non ſit facta reſtitutio. *Surd.* poſt alios *deciſ.* 76.
num. 6. *Gabr. conſ.* 44. *num.* 2. *lib.* 2. *Rot.* quam refert *Pa-
cific. d. cap.* 4. *num.* 187.
C De materia, an, & quando legitimæ onus imponi poſſit,
late agit *Merlin. in tract. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 1. &
pluribus ſequentibus, & quando fideicommiſſo grauari
poſſit, latè *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 295. *& ſequent. per tot.*
D Filius, qui inuentarium non confecit, licèt legitimam non
18 amittat *Gabr. de legit. concluſ.* 7. *num.* 1. *Surd. deciſ.* 326.
num. 8. *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 23. *à num.* 5.
cum alijs per *Merlin de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *num.*
15. *Rota in Romana domus* 3. *Martij* 1617. *coram bon.
mem. Andrea*, *& in Bononien. fideicommiſsi de Cataneis*
10. *Martij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Pirouano*. ta-
men aſſerens, alia bona non extitiſſe, ex quibus detractio-
nes fieri potuerint, tenetur concludenter probare, ob
malam præſumptionem, quam contra ſe habet, vt præter
citatos in deciſione, tradunt *Peregrin. de fideicom. art.* 39.
num. 14. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 570. *num.* 20. Rota
in pluribus deciſionibus relatis poſt *conſ.* 20. *Giouagn. lib.*
2. *& per Beltramin. ad deciſ.* 266. *Gregor. XV. ſub num.*
16. & ſecuta eſt eadẽ Rota in *d. Bononien. fideicommiſsi de
Cataneis coram R. P. D. meo Pirouano apud Merlin. de le-
git. deciſ.* 109. *num* 4. *& infra coram Domino meo in dicta
Romana fideicommiſsi de Franzinis* 24. *Martij* 1623. *num.*
9. & nuper *in Romana fideicommiſsi de Victorijs* 2. *Iunij*
1627. *coram R. P. D. meo Merlino. & in Maceraten. le-
gitimæ* 14. *Maij* 1627. *&* 28. *Febr. &* 27. *Martij* 1628. *co-
ram R. P. D. meo Vbaldo iuniori.* Quando verò filius inuen-
tarium confecit, aſſerenti fuiſſe factas detractiones legitimę,
vel Trebellianicæ, incumbit onus probandi, *Rota deciſ.* 641.
num. 18. *part.* 1. *diuerſ. & coram bon. mem. Card. Caualerio
deciſ.* 246. *num.* 3. quia filius habet fundatam intentionem in
detractione legitimæ ſibi de iure competentis.
E Adde *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 2. quòd
ſi legitima filio legata non fuerit, hypothecam ei non
competere, tradunt *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 36.
num. 149. *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 27. *num.* 11.
Put. latè in hic allegata deciſ. 39. *num.* 1. *& per tot. in nou.
Rot. in Rom. legitimæ. ſeù melioramentorum*, 13. *Maij* 1616.
*coram bon. mem. Vbaldo, & in alijs relatis à Merlin. loco cit.
num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tudertina, ſeù Romana nullitatis obligationũ.

Lunæ 1. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Minor fideiubens, ſi eſt enormiſſimè læſus, non
obſtan. renunciationibus, & iuramento reſti-
tuitur; & enormiſſimè læſus dicitur, quando
pro ingenti ſumma ſe obligauit, & releuatio-
nem ſperare non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Liber baptiſmi probat ætatem, quia nati communiter ba-
ptizari ſolent paucos poſt dies à natiuitate.*
2 *Parochi tenentur, librum retinere, ſuper quo baptiſmum,
& ſimilia deſcribant.*

Mi-

3 *Minor, vbi eſt enormiſsimè læſus, non obſtan. renunciationibus, & iuramento, reſtitui debet.*
4 *Læſio enormiſsima conſtare debet, vt minori in integrum reſtitutio concedatur, ſtante iuramento. Intellige, vt num. 15.*
5 *Læſus enormiſsimè dicitur, qui pro ingenti ſumma fideiuſſit, & releuationem ſperare non poteſt.*
6 *Contractus cum minori 20. annis facti ex Statuto Tudertino ſunt ipſo iure nulli, ſi fiant abſque ſolemnitatibus in eodem Statuto expreſsis.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu regulariter, valet etiam in ſtatutis.*
8 *Statutum loci contractus quoad ſolemnitates eiuſdem contractus inſpiciendum eſt, etiam ſi forenſes ibi contrahant.*
9 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 74. *quomodo intelligatur.*
10 *Statutum diſponens, minorem 20. vel 18. annis, non poſſe ſe obligare, ſinè certa ſolemnitate, non intelligitur poſt illam ætatem facere minorem idoneum contra ius commune.*
11 *Statutum conditum ad infringendum contractum, non debet operari contrarium ad correctionem iuris communis.*
12 *Argumentum a contrario ſenſu ſtrictè accipitur, reſpectu eius, quod dicitur in ſenſu directo.*
13 *Reſtitutio in integrum de iure communi conceditur minoribus 25. annis, etiam aduerſus contractum fideiuſſionis.*
14 *Fides fidem non facit.*
16 *Læſio enormiſſima quæ dicatur, iudicis arbitrio remittitur.*

DECISIO CXVI.

CONTRA deciſionem in hac cauſa factam 4. Iulij præteriti informantes pro creditoribus tria proponebant, quibus reiectis Domini ab illa non receſſerunt. Primò, negabant conſtare de minori ætate D. Antonij, ſuper qua conſiſtit deciſionis fundamentum, ex ſola partita baptiſmali abſque adminiculis, vt dicebant, etiam informi, & nulliter extracta. Sed reſpondebatur, partitam fuiſſe ex libro Parochi formiter, & parte citata compulſatam, vt ex proceſſu conſtabat, atque ex illa plenè concludi minoris ætatis probationem: cum
1 à communiter accidentibus filij ſoleant baptizari paucos poſt dies à natiuitate, *Caſtren. conſ.* 231. *num.* 1. *vol.* 2. maximè poſt *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reformat.*
2 *matr. cap.* 1. & 2. quo mandatur Parochis, vt librum retineant, ſuper quo baptiſmum, & ſimilia deſcribant *Mandoſ. in reg.* 18. *de ætat. pro* Canon. *quæſt.* 10. *num.* 3. *in fin. verſ. ſed poſito, & num.* 4. *Maur. de reſtitut. in integr. cap.* 231. vbi dicit, certiſſimum ætatis teſtimoniũ, ſicque ætatem probatam teſtatur, vbi de reſtitutione in integrum ageretur, latè *Moder. de prob. concluſ.* 672. & omnes in hoc concordare dicit *Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 37. *artic.* 9. *num.* 83. vbi alios refert, & firmauit *Rota coram Card. Seraphino deciſ.* 1538. *num.* 2. & *in Illerden. portionis de Benauarræ* 8. *Nouemb.* 1613. *coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Vrbeuetana bonorum*
A 9. *Maij* 1614. *coram Reuerendiſs. P. D. meo Dunozet.* A
Secundò, quamuis non impugnarent concluſionem in
3 deciſione comprobatam, quòd minori fideiubenti, non obſtan. renunciationibus, & iuramento, concedenda eſſet reſtitutio, ſtante enormiſſima læſione, dicebant, de iſta enormiſſima læſione plenè, & concludenter non
B conſtare, vt debet, B, iuxta deducta *in Bononien. pecuniaria* 9. *Iunij* 1603. *coram R. P. D. Bonon.* imò contra doceri, pro ipſorum parte adeſſe plura credita paterna, præſertim cum Dominis de Ferrattinis, ſuper quibus poteſt releuationem conſequi. Verum enormiſſima læ-
C ſio C, viſa fuit Dominis apparere, ex eo, quòd ſum-
5 ma, pro qua Antimus pro patre, fideiuſſit eſt ingens, & ſperare non poteſt releuationem, quicquid ex aduerſo diceretur, cum pater facultatibus lapſus ſit, & fideiuſſores notoriè ſint non idonei. Hoc enim modo probatur enormiſſima læſio in fideiuſſione, iuxta opinionẽ *Rotæ, & Soccin. Iun. conſ.* 47. *num.* 9. *verſ. atenim fecit, & ſeqq. num.* 4. cum alijs cumulatis in priori deciſione *in verſ. in propoſito*, quæ placuerunt, & quibus addebatur *Peregr. idem tenens conſil.* 77. *num.* 17. *in principio.* Tertiò, magnam vim faciebant ſuper Statuto Tuder-
6 tino ſub *rubr.* 51. *diſtinct.* 2. diſponente, contractus cum minori 20. annis factos abſque ſolemnitatibus in eo expreſſis eſſe ipſo iure nullos: quaſi à contrario ſenſu maior viginti poſſit contrahere abſque aliqua ſolemnitate:
D quod argumentũ valet regulariter etiam in ſtatutis, D
7 vt notant communiter *Doct. in l.* 1. *ff. de off. eius*, & alibi paſſim, & *Euerard. in hoc loco.* Vndè inferebant, quòd vbi Statutum Vrbis, in qua contractæ fuerunt obligationes, *lib.* 1. *cap.* 47. non eſſet attendendum, cum tamen Statutum loci contractus quoad ſolemnitates eiuſdem contractus inſpiciendum ſit, etiam ſi forenſes ibi contrahant *Bart. in l.* 1. *num.* 4. *C. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* quem ibi cõmuniter ſequitur *Doct. Verall. deciſ.* 195. *in princ. par.* 3. Adhuc tamen ex relato Statuto Tudertino, & ſic originis obligationes ſuſtinerentur. Ceterùm pro reſponſione dicebatur, quoad dictum Sta-
9 tutum Vrbis, per illud non induci ſolemnitates contractus, ſed habilitari ſolùm maiores 20. ad contrahendum, per verba in perſonas directa, & conſequenter non poſſe dici habilitatum forenſem, ex theorica *Bart. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de tutor. & curator. datis ab his*, & *in d. l.* 1. *num.* 26. *C. de ſumm. Trinit. & fid. Cath.* paſſim recepta: ex latè congeſtis in alia deciſione; & concluſio in contrariũ adducta, quòd in contractu inter forenſes inito ſeruandæ ſint ſolemnitates ſtatuti loci contractus, procedere ſolùm poſſet quoad Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. in quo loquitur *Verall. d. deciſ.* 195. ex quo eo magis inualidæ remanerent obligationes, de quibus agitur. Quò ad ſtatutum Tudertinum, neque illud obſtare, quia ſtatutum diſponens (prout facit Tudertinum)
10 minorem 20. vel 18. non poſſe ſe obligare ſinè certa ſolemnitate, non intelligitur poſt illam ætatem facere minorem idoneum contra ius commune, niſi hoc exprimat, vt in puncto tenuit in publica diſputatione *Iacob. de Bel.* quem refert, & ſequitur *Bald. in l.* 1. *ſub num.* 1. *verſ.* 2. *quæritur* C. *de inut. ſtipul. Alex. conſ.* 17. *num.* 3. *lib.* 2. ibique *Natt. in addit. Iaſ. in l.* 1. *num.* 49. *ff. de offic. eius* vbi *Dec. num.* 59. *verſ. non obſtat dictum, Bal. Hippolyt. Riminal. num.* 510. *Idem Dec. conſ.* 110. *num.* 5. & *conſ.* 364. *num.* 3. *verſ. & pro iſta interpretatione, &c.* non ſolùm ex eo, quòd, vt dicebat *Bal.* ibi, ſtatutum conditum ad infringen. contractum, non debet operari cõ-
11 trarium ad correctionem iuris communis, ſed etiam quia, vt inquit *Dec.* in loco alleg. argumentum à contra-
E rio ſenſu ſtrictè accipitur, E, reſpectu eius, quod dicitur in ſenſu directo, ac perinde in terminis ſupradicti ſtatuti à cõtrario ſequitur, ſolùm in maiore 20. annis nõ requiri ſolemnitates à ſtatuto in minore 20. annis requiſitas, non autem quòd habeatur pro maiore, & præſertim ad effectum, vt illi non competat reſtitutio in in-
13 tegrum de iure communi minoribus 25. ann. conceſſa, etiam aduerſus contractum fideiuſſionis *iuxta l.* 1. *C. de*
14 *filio famil. minor. cum alleg. in* 1. *deciſ.* fides verò circa obſeruationem ſtatuti non faciebat fidem, nec percutiebat caſum, de quo agitur.

Ex quibus Domini permanſerunt in deciſis, &c.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A Quod minor ætas probetur ſufficienter ex fide Parochi, *Gen de ſcript. priuat lib 5. tit. de lib. Pleb. par 1. num. 3. & 4. Flamin. Pariſ de reſignat. benefic lib* 10. *quæſt.* 3. *num.* 38. *Peregr. conſil.* 77. *num.* 18. *vol.* 1. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ* 51. *num* 7. *Macerat. variar. reſolut lib.* 1. *reſolut.* 109. *num.* 18. *Fulu Pacian de probat. lib* 2. *cap.* 24. *num.* 71. *latè Menoch de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt* 51. *num.* 53. cum alijs per *Giurb. deciſ. Sicil.* 109. *num* 7. *Rota in Vrbeuetana bonorum* 27. *Martij* 1615. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio*, & *in Romana nullitatis obligationis* 16. *Ianuarij* 1616. *coram R P. D. meo Durano*, dummodo in fide ut inſerta partita libri Baptizatorum prout iacet, vt de fide obitus dixi ſupra *ad deciſ.* 11. *num* 5.

B Reſtitutio integrum vt ſit concedenda, debet plenè, & concludenter conſtare de læſione; in hoc tamen diſtinguen-
15 dum eſt, quòd vel agitur ad effectum audientiæ, & introductionis cauſæ in iudicio reſtitutionis, & ſufficit ſemiplenè, & ſummariè docere de bono iure, læſionis fumum oſtendendo. Vel cauſa reſtitutionis eſt iam introducta, & petitur reſtitutio ad effectum reſcindendi contractum: & tunc læſio eſt plenè, & concludenter probanda. Ità diſtinguendo fuit dictum infra *coram Domino meo in Piſtorien beneficij* 12. *Maij* 1618. *num* 6. & *ſeq.* & præter ibi allegatos tradunt *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 439. *num.* 44. *Beltramin. in addit ad deciſ* 459. *Gregor. XV. ſub lit. A Pacific. de Saluian. interd. inſpect.* 4. *cap* 3. *num.* 53. & 54. *Giurb. deciſ. Sicil.* 18. *num.* 15. & 16.

C Læſio enormiſſima, quæ dicatur, iudicis arbitrio remittitur, vt tradunt *Dec. conſ.* 39. *num.* 7. *Pariſ. conſ.* 12. *num.* 8. & *conſil.* 89. *num.* 93. *vol* 1. *Odd de reſtit. in integr. quæſt.* 4. *num.* 121. & *quæſt.* 19. *num.* 70. *Roland. conſ.* 7. *num.* 54. & *ſeq. col.* 3. cum alijs per *Menoch. de arbitr. caſ.* 74. *num* 1. *Burſatt. conſ.* 27. *num.* 18. & *conſ.* 75 *ſub num.* 5. & *conſil.* 99. *num.* 12. *Maſcard. de probat concluſ.* 1058. *num.* 10. *Giurb deciſ. Sicil.* 110. *num.* 3. Tamen iudex arbitrari debet eam læſionem iuxta vnum ex varijs modis à *Doct.* traditis, non autem vt ſibi videbitur, & indiſtinctè ex ipſius arbitrio, *Menoch d. caſu* 74. *num.* 4. *Maſcard. d. concluſ.* 1058. *num.* 10. *Giurb. d. deciſ.* 110. *num.* 4.

D In materia argumenti a contrario ſenſu, quando ſumatur, vel non ſumatur in ſtatutis vide plenum *conſ. Roman.* 399. & *Euerard.* hic citatum in loco à contrario ſenſu, *num.* 22. & *ſeqq Barboſ in tract. de loc. commun. argument. iur. verb. contrarium*.

E Quòd argumentum à contrario ſenſu ſtrictè ſit accipiendum ad limites verborum, quæ in ſenſu directo ponuntur *Surd. conſ.* 224. *num.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 21. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 736. *num.* 6. *Gregor. XV. deciſ.* 297. *num* 8. *Barboſ. loco cit.* & infra *coram Domino meo in Imolen. bonorum* 25. *Maij* 1620. *num.* 4.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Auenionen. Archidiaconatus.

Veneris 5. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Familiaritas ad effectum reſeruationis, ex quibus, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis aſſertiuè deponens, per verba, optimè ſcio, de re, quæ viſu percipi poteſt, dicitur de viſu deponere.*
2 *Teſtis vnicus ſemiplenam facit probationem, iuncta præſertim qualitate perſonæ, & alijs concurrentibus plenè probat num.* 16.
3 *Doctoratus qualitas auget fidem teſtis depoſitioni.*
4 *Conuerſationem continuam qui cum aliquo habuit, præſumitur de geſtis per eum fuiſſe optimè informatus.*
5 *Confeſſio extraiudicialis ſufficienter probatur per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore.*
6 *Conſanguineus præſumitur ſcire vitam, & ſtatum alterius conſanguinei.*
7 *Familiaritas an probetur per teſtes de auditu a defuncto, quòd erat familiaris.*
8 *Teſtes ſingulares deponentes de confeſſione ſimul iungi non poſſunt.*
9 *Familiaritas ad effectum reſeruationis, & ad excluſionem prouiſi ab Ordinario eſt plenè iuſtificanda.*
10 *Familiaritas vt probetur, debet concurrere mens Domini, conſenſus familiaris, & præſtatio expenſarum.*
11 *Teſtis depoſitio nimis generalis, & dubia non probat.*
12 *Familiaritas ſe habet ad inſtar ſocietatis.*
23 *Familiaritas, & ſocietas non probantur per teſtes dicentes, tales eſſe familiares, vel ſocios, niſi reddentes cauſam ſui dicti, deponant de actibus familiaribus, vel ſocialibus.*
14 *Teſtis deponens de his, quæ ſenſu corporis non percipiuntur, ſui dicti rationem, etiam non interrogatus reddere debet.*
15 *Teſtis debet non interrogatus dicti ſui rationem adducere, etiam in his, quæ ſenſu corporis percipiuntur, quando in ijs dignoſcendis præualet iudicium intellectus.*

DECISIO CXVII.

IN diſputatione, An gratia Alemanni eſſet iuſtificata DD. pro nunc amplexi fuerunt caput familiaritatis, cum Illuſtriſs. D. Cardinali Ioyoſa, olim Ioannis de Laurentijs vltimi poſſeſſoris ſecundi Archidiaconatus Eccleſiæ Auenionen. de quo nunc agitur; circa quam cũ teſtes variè quoad tempus deponerẽt, diſtinctè procedendo ad antiquam ſe reſtrinxerunt, videlicet ante annum 1587. de quo Ioannes de Laurentijs dictum Archi-
A diaconatum obtinuit, quæ ſatis viſa fuit probata A ex tertio, & ſeptimo teſtibus inter plures ad inſtantiã Syluestrutij Auenioni examinatis. Septimus enim ſuper 20. & ſequen. articulis depoſit, ſeſe optimè ſcire, dictũ Ioannem familiaritatem contraxiſſe cum dicto Illuſtriſſ. D. Cardinali, eiuſq. ſeruitio aliquot annorum ſpatio ſe addixiſſe, & ab eo poſtea receden. Auenionem reuerſum fuiſſe vno circiter anno, priuſquam ei de dicto Archidiaconatu prouideretur. Qui cum de cauſa ſcientiæ interrogatus non fuerit, & aſſertiuè deponat per illa verba, *optimè ſcio*, de re, quæ viſu percipi poteſt, dicitur de
1 viſu deponere, iuxta doctr. *Innoc. in cap. cũ cauſam, extra de teſtib.* quam communiter ſequuntur *Bart. in l.* 3. *verſ. iſtud eſt verum*, & in antiqua lectura *num.* 14. *verſ. Innoc. C. eod.* & ibi *Bald. in princ. verſ. Innoc. autem, Salycet. ſub num.* 3. *Caſtr. ſub num.* 6. *verſ. hoc verum, Alex. in l.* 1. *num.* 19. *ff. ſi cert. pet.* cum alijs latè *per Farinac. de oppoſit. contra dicta teſtium quæſt.* 70. *cap.* 2. *num.* 111. & ideo licèt vnicus ſemiplenam facit probationem,
2 *Gloſ. in l. admonendi, in verb. exacto, verſ. item et duo, ff. de iure iuran.* quam ſequitur *Bart.* ibi *num.* 36. & alij plures de communi *per Farinac. de oppoſit. contra perſon. teſtium quæſt.* 63. *cap.* 1. *num.* 52. & in ſpecie noſtra *Put. deciſ.* 134. *verſic.* & *fuit reſolutum lib.* 3. quem ſequitur *Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 20. *tom.* 2. iuncta præſertim qualitate perſonæ, *Rot. deciſ.* 196. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* videlicet doctoratu, qui auget fidem il-

Digitized by Google

3 illius depoſitioni, *Alexand. conſ. 18. in fin. lib. 1. Natt.*
conſ. 537. num. 67. & 68. & eum, vt ipſe deponit, no-
uerit ab infantia dictum Ioannem, & cum eo continuam
habuerit conſuetudinem, præſumitur de geſtis per eum
4 fuiſſe optimè informatus *cap. 3. in fin. vbi Gloſ. in verb.*
conuerſatus, cum ibi *not. extra de elect. Bald. conſ. 295. ſub*
num. 2. verſic. præterea ratione conuerſationis vol. 3. cum
alijs *per Aym. conſ. 220. num. 12. verſ. amplius ex con-*
uerſatione, conſ. 249. num. 4. ad fin. verſ. profectò, & conſ.
271. col. 5. verſ. 7. reſpondeo. Accedit etiam confeſſio
extraiudicialis eiuſdem Ioannis, quam idem teſtis depo-
nit ſibi inter comandum factam de anno 1610. elapſos
tunc eſſe annos 24. quòd familiaritatem dicti Card. re-
liquerit: & ſic peruenit annum 1586. qui fuit ante dicti
Archidiaconatus impetrationem, quæ confeſſio vide-
tur ſufficienter probata, quia de illa eſt etiam conteſtis
5 de loco, tempore, & verbis, tertius teſtis ſuper eiſdem
B articulis B, *Caſtren. conſ. 256. ſub num. 3. vol. 1. Pa-*
riſ. conſil. 60. num. 45. vol. 4. Afflict. decis. 364. num. 4.
verſ. tamen iſta confeſſio, & ibi *Vrſill. in annotat. num. 2.*
in fin. Put. decis. 466. per tot. ſecundum nouiſſimam impreſ-
ſionem lib. 2. & fuit dictum *in Romana pecuniaria 3. Mar-*
tij 1595. coram bon. mem. Penia, & admioiculatur ex
alijs ſimilibus confeſſionibus, de quibus deponit quar-
tus teſtis Alemanni ſuper quinto articulo dicens, ſe à di-
cto Ioanne ſæpius audiuiſſe, quòd omni tempore tàm
vitæ, quàm mortis fuerat ſeruitor domeſticus, familia-
ris, Commenſalis dicti Cardinalis, qui teſtis cum eſſet
6 cognatus germanus Ioannis, præſumitur etiā illius vitā,
& ſtatū oon ignorare *l. octaui in fin. ff. vnd. cognat. l. de tu-*
tela, vbi Gloſſ. in verb. ignarum, cōcordantes adducit. C. de in
integ. reſtit. minor. Bart. in auth. ingreſſi num. 69. C. de ſa-
7 *croſ. Eccleſ.* ſimilem autē depoſitionē teſtium de auditu
à defuncto, quòd fuerat familiaris, approbauit *Rota co-*
ram Puteo d. decis. 134. propè fin. Nec viſi fuerunt ob-
8 ſtare ſecundus, & octauus teſtis deponentes de contra-
ria confeſſione Ioannis, quòd numquam fuerat familia-
ris dicti D. Cardinalis, qui nec etiam ſimul iungi poſ-
ſunt, cum ſint ſingulares de locis, tempore, & verbis,
Butr. in cap. licèt ex quadam, ſub num. 8. propè fin. verſic.
& per hoc deciditur, & ibi *Felin. num. 2. verſ. vndè ſi pe-*
to, extra de teſtibus, Alexand. conſil. 68. num. 8. lib. 3. Put.
d. decis. 466. num. 1. lib. 2. Aliqui tamen ex Dominis
dubitabant, an huiuſmodi probatio ſufficeret; familiari-
tas enim, quæ nunc adducitur, ad effectum reſeruatio-
nis, & ad excluſionem prouiſi ab Ordinario eſt plenè iu-
9 ſtificanda, *Sarnen. in reg. de beneſ. vacan. per obitum fa-*
mil. Card. q. 3. nu. 6. verſ. & ita declarantur, Simonett. de
reſeruat. q. 36. num. 5. & ſæpiſſime teouit *Rota, vt apud Ve-*
rall. decis. 147. par. 1. & decis. 10. nu. 2. & decis. 380. par.
2. & in pluribus deciſionibus relatis *in Hiſpalen. portionis*
2. Maij 1614. coram R. P. D. meo Andrea. Teſtes verò,
10 de quibus ſupra, nihil deponunt, nec quòd Ioanoes ha-
beret partem à D. Cardinali iuxta not. *per Doct. in*
cap. fin. de verb. ſignif. in 6. Sarnen. d. quæſt. 13. in princ.
nec de mente, & conſuetudine Illuſtriſſimi D. Cardi-
nalis, admittendi, & recipiendi ipſum Ioanneu in fami-
liarem, neque de intentione eiuſdem Ioanois cootrahē-
di huiuſmodi familiaritatem, quæ omnia ad illam con-
trahendam requiri, tradunt *Doct. in d. cap. fin. de*
verb. ſignif. Anchar. conſ. 398. in princ. Caſſad. decis. 1. nu. 3 de
verb. ſignif. Sarnen. d. quæſt. 13. Simonett. de reſer. quæſt.
35. num. 4. & ſeq. & tenuit *Rota in Parmen. Canonica-*
tus 11. Februar. 1585. coram Gipſio, & in Salamantina, &
Abulen. beneficij 9. Iunij 1599. coram Penia, & in Hiſpa-
len. Archidiaconatus 20. Feb. 1606. coram bon. mem. Iu-
ſto, & depoſitio dicti ſeptimi teſtis, quòd Ioannes ſe
addixerit familiaritati D. Cardinalis, vti nimis gene-
11 ralis, & dubia non videtur probare, ſecondùm *Angel. in*
l. in ambigua num. 1. ff. de legib. Iaſ. in l. 1. num. 13. in fin.
& num. 20. ff. de iuſtit. & iur. Soccin. in l. 1. num. 9. ff. ſi
cert. pet. cum alijs *per Farinac. de oppoſit. contra dicta teſtiū,*
q. 68. §. 1. num. 1. & potiùs videtur ſuper re, non ſeoſu
corporis, ſed iudicio intellectus pereeptibili deponere:
12 cū familiaritas habeat ſe ad inſtar ſocietatis *Simonett. de*
reſeru. quæſt. 35. num. 5. Anchar. in d. cap. fin. num. 3.
verſ. contrahitur hæc ergo, & ibi *Franc. num. 14. verſ. &*
contrahitur, de verb. ſignif. in 6. ad cuius probationem,
13 quia ſenſu corporis non percipitur, non ſufficere, quòd
teſtes dicant tales eſſe ſocios, niſi reddētes eauſam dicti
ſui deponant de actibus ſocialibus, tradunt *Caſtr. conſil.*
73. num. 4. lib. 2. & Moder. de ſociet. cap. 11. num. 12.
14 & ideo teſtis etiam non interrogatus rationem ſui dicti
tenebatur adducere *Bart. in d. l. 3. num. 3. verſ. ſed ſi de-*
poſuit, & in repetit. num. 14. verſ. ſed in his, C. de teſtib. &
ibi *Bald.* poſt *num. 1. verſic. ſed quando tale quid, Salycet.*
num. 2. poſt med. verſic. quadam autem, Caſtren. num. 6.
verſic. ſi autem ſolum, Sichard. num. 4. verſ. aut ea res,
Rot. decis. 1163. num. 2. par. 3. diuerſ. Prout etiam iuxta
doctr. Sichard. in d. l. 3. ſub d. num. 4. poſt med. verſ con-
15 *cludendo ergo*, illam adducerè teneretur, ſi familiaritas
non ſolùm iudicio intellectus, ſed ſimul etiam ſenſu cor-
poris percipi poſſet: negari enim oon poteſt, quin præ-
ualeat in ea dignoſcenda iudicium iotellectus. Quia ta-
meo ſuper hac antiqua familiaritate non videtur fieri
vis pro Alemanno, ideo ſi opus erit iterum conſuli po-
terunt Domini mei, qui de familiaritate poſt obtentum
Archidiaconatum à dicto Ioanne, & de alijs reſerua-
runt videre.

ANNOTATIO.

A De hac materia an, & ex quibus probetur familiaritas
Cardinalis ad effectum reſeruatioois, vide iofra latè in
hac eadem cauſa *coram eodem Domino meo ſub die 17. Fe-*
bruarij, 9. Iunij, & 3. Iulij 1617.
B Teſtis vnicus licèt regulariter non probet, tamen iunctis
16 adminiculis, & coniecturis ex circumſtātijs facti plenè pro-
bat, ſi eſt omni exceptiooe maior *Mantic. decis. 325. num.*
4. Verall. decis. 271. num. 2. part. 3. Achill. decis. 3. num.
6. de teſtib. Rota decis. 244. num. 4. part. 1. & decis. 119.
num. 3. & 4. part. 2. recent. et coram Reuerendiſs. D. meo
Coccino Decano decis. 462. inter eius impreſſ. et in Romana
fideicommiſſi 22. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Vbal-
do, & infra *coram Domino meo in Vrbeuetana dotis 3.*
Martij 1617. et in Romana penſionis domus 28. Nouembris
1618. num. 1. & in alijs ſæpe. *Farinac.* alijs relatis, *de teſtib.*
quæſt. 63. num. 35. vbi declarat, hoc procedere in cauſis
ciuilibus tantùm, non autem in criminalibus, *Beltramin*
in addit. ad *decis. 172. Gregor. XV. num. 9.*
C Vide *ſupra decis. 113. lit. C.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten. Conſeruæ.

Mercurij 10. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Citatio in ſcriptis neceſſaria non eſt, vbi cauſa
commiſſa fuit more militari, & ſinè forma
proceſſus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt neceſſaria in examine teſtium. Nec ſufficit gene-*
ralis, ſed requiritur ſpecialis, & indiuidua num. 16.

2 *Citatio ſolemnis non eſt neceſſaria, vbi cauſa fuit commiſ-*
ſa; alla dritta, more militari, & ſinè aliqua forma
proceſſus.

3 *Clauſulæ*, alla dritta, more militari, & ſinè aliqua
forma proceſſus, *tollunt formam proceſſus, & conſe-*
quenter ſcripturam, quæ eſt de illius ſubſtantia.

4 *Reſcriptum acceptare dicitur, qui illo vtitur.*

5 *Cauſa ſinè ſcriptis cognoſci poteſt, partibus conſentientibus.*

6 *Cauſæ militum Hieroſolymitanorum ſinè ſcriptis cognoſci*
poſſunt.

7 *Citatio in ſcriptis non eſt neceſſaria, ſed ſufficit certiora-*
tio, quando cauſa ſinè ſcriptis cognoſci poteſt.

8 *Citatio non eſt de iure naturali principaliter propter ſe,*
ſed propter defenſionem.

9 *Citationis modus variari poteſt, dummodo non auferatur*
defenſio.

10 *Interrogatoriorum datio ſupponit habitam ſcientiam te-*
ſtium, & materiæ, ſuper qua erant recipiendi.

11 *Citatus præſumitur, qui præſens in iudicio reperitur.*

12 *Citationis defectus in examine teſtium non attenditur ex*
obſeruantia Rotæ, quando fuerunt data interrogatoria,
& conceſſum eſt arbitrium de adhibendo fidem teſtibus.

13 *Clauſulæ in prima inſtantia in commiſſione appoſitæ, du-*
rant in quacumque inſtantia.

14 *Teſtes examinati pro informatione Curiæ, & ſic parte non*
citata, neque in ciuili, neque in criminali iudicio probant.

15 *Teſtes examinati in iudicio criminali probant in ciuili, ſi*
agatur de eadem re, & inter eaſdem partes.

17 *Examen teſtium ſinè citatione, ſuſtinetur de ſtylo ex de-*
creto admiſſionis ad probandum in partibus Hiſpaniæ.
Limita, vt num. 18.

19 *Examen teſtium, ſinè citatione, ſuſtinetur ex notitia par-*
tis, contra quam examinati fuerunt.

40 *Arbitrium exercet Rota ad ſanandam nullitatem exami-*
nis, ex defectu iuriſdictionis, vel mandati, quando de-
fectus non eſt totalis.

DECISIO CXVIII.

EXAMINI teſtium Prioris Sanctæ
Euphemiæ Domini dixerunt non ob-
ſtare prætenſam nullitatem defectus
citationis oppoſitam pro parte Magni
Magiſtri. Quamuis enim citatio in
A ea ſit neceſſaria A, *l. ſi quando, §.*
1 *ſed cum minimè oporteat, vbi gloſ. in*
verb. noluerint verſ. vel dic, & Bart. num. 7. & 8. *C. de*
teſtib. cap. 2. *vbi ſcriben. extra eod.* Tamen cum cauſa
fuerit commiſſa cum clauſulis, *Alla dritta, more milita-*
ri, & ſinè aliqua forma proceſſus, neceſſaria non fuit
2 ſolemnis citatio ſecundum formam traditam *per Veſtr.*
in prax. lib. 6. *cap.* 2. *num.* 5. *& Farinac. de oppoſ. contr.*
exam. teſt. quæſt. 72. *ampliat.* 13. *num.* 35. Ex dictis
enim clauſulis tollitur forma proceſſus: & conſequen-
3 ter ſcriptura, quæ eſt de illius ſubſtantia, *cap. quoniam*
contra, vbi *Gloſ. & omnes de probat.* adeo vt nec minima
forma fuerit obſeruanda ſtantibus illis verbis, *ſinè aliqua*
&c. ex latè traditis *per Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb.*
omnia, vel partem aliquam, præſertim num. 14. *in fin.*
verſ. nam illud verbum, C. de reuoc. donat. Et cum reſcri-
4 ptum cum dictis clauſulis fuerit per partes illo vtendo
acceptatum, cauſa potuit ſinè ſcriptis cognoſci, vt
5 in iſtis terminis proceditur inter milites *iux. text. in l.*
3. *§. quoties ſanè C. de priuil. ſchol. lib.* 12. vbi *Gloſ. in*
verb. conſentientibus verſ. ſed hodie, & indiſtinctè in cau-
ſis militum Hieroſolymitanorum, vt expreſsè diſponit
6 ſtabilimentum Religionis in tit. 8. *dello ſguardo pagina*
mihi 156. Et propterea non fuit neceſſaria citatio in
ſcriptis, *Gloſ. in d. l.* 3. *§. quoties, in verb. ſententia*, &
7 ibi *Luc. de Pen. in fin.* ſed ſufficit, quòd interuenerit cer-
tioratio, & non fuerit ſublata defenſio. Citatio enim non
8 eſt de iure naturali principaliter propter ſe, ſed propter
defenſionem *Bald. in l. executorem num.* 47. *C. de execut. rei*
iudic. Roman. in l. 1. *num.* 25. *verſ. citatio autem ff. de*
recept. arbitr. Felin. in cap. cum olim, col. 10. *in princip.*
num. 10. *verſ. & hæc, de re iudic. & in cap. dilecti filij num.*
7. *verſ. quinimò, de except. Vant. de nullit. ex defect. cit. in*
princip. num. 5. & 6. Ideoquè illius modus variari po-
9 teſt, dummodo non auferatur defenſio *Oldrad. conſ.* 43.
num. 1. *verſ. & ad hunc modum, Angel. in l. ſi ſic, num.* 2.
verſ. nec obſtat, & verſ. quinimo, ff. de legat. 1. *Felin. in d.*
cap. dilecti filij, num. 7. *Alex. conſ.* 225. *num.* 8. *vol.* 6.
Menoch. conſ. 100. *num.* 98. *& num.* 100. *vol.* 1. *& conſ.*
366. *num.* 9. *vol.* 4. Sicuti variatus fuit per Magnum
Magiſtrum in eius teſtibus contra Priorem examinan-
dis, qui eodem modo fuerunt examinati, quo teſtes dicti
Prioris. Quòd autem pars Magni Magiſtri fuerit vo-
cata, & certiorata, ita vt illi non fuerit ſublata, ſed da-
ta defenſio, quæ conſiſtebat in opponendo contra perſo-
nas teſtium, & dando interrogatoria, euidenter conſta-
10 re videtur; quia illa pro eo data, & facta fuerunt, vt
conſtat ex eorum lectura, quod neceſſariò ſupponit ha-
bitam ſcientiam teſtium, & materiæ, ſuper qua erant
B recipiendi B, *Farinac. dicta quæſt.* 72. *num.* 34. & ſic
procuratorem Magni Magiſtri, vel alium eius nomine
11 comparuiſſe ad dicta interrogatoria exhibenda, ſicuti
citatus præſumitur, qui præſens in iudicio reperitur
cap. bonæ, il ſecondo de elect. Specul. in titulo de reo num. 15.
Lucas de Pen. in l. 3. *num.* 5. *verſ.* 4. *præſumitur C. de*
Apoc. public. lib. 10. *Menoch. præſum.* 22. *num.* 2. *lib.* 2.
Rot. deciſ. 22. *alias* 372. *verſ. nam quemadmodum, & verſ.*
tum etiam quia, de teſtib. in nou. Vant. de nullit. cap. vlt.
num. 115. Præterea dixerunt Domini, defectum citatio-
nis in examine teſtium non attendi ex obſeruantia Ro-
12 tæ, quando fuerunt data interrogatoria, & conceſſum
eſt arbitrium de adhibendo fidem teſtibus, *Put. deciſ.*
300. *lib.* 3. *in nouis, Ant. Auguſt. deciſ.* 729. *lib.* 3. *in manu-*
ſcript. quam allegat *Viu. comm. opinion. opin.* 931. *num.*
C 6. *Farinac. vbi ſupra ampliat.* 12. *num.* 34. C, Negari
autem non poteſt, attributum fuiſſe arbitrium ex clauſu-
13 lis ſupradictis, quarum virtus durat in quacunque in-
ſtantia, *Put. deciſ.* 416. *num.* 3. *lib.* 2. *in nouiſſim.* & fuit
dictum *in Pacen. Canonicatus* 18. *Martij* 1611. *coram*
bon. mem. Penia. Quia tamen etiam de defectu iura-
menti opponebatur, ſuper quo partes non informarunt.
Ideo Dominis placuit, vt de hoc particulariter vide-
retur, &c.

ANNOTATIO.

A Et ideò teſtes examinati pro informatione Curiæ, & ſic
14 parte non citata, neque in iudicio criminali, neque in
ciuili probant *Honded. conſ* 101. *num.* 5. *lib.* 1. cum alijs ad-
ductis *a Farinac de teſtib. quæſt.* 72. *num.* 87. *Caputaq. deciſ.*
209. *num.* 9. *part.* 2. *Mantic. deciſ.* 103. *num.* 1. *et deciſ* 338.
num. 3. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 366. *num.* 6. licèt alias te-
15 ſtes examinati in iudicio criminali probent in ciuili, ſi aga-
tur de eadem re, & inter eaſdem partes *Bart. in l.* 2. *ff. hoc*
edicto, ſub num. 5. *ff de vi bon rapt et in l. cum lite num*
5. *ff. iudicat. ſolu. Felin in cap. cauſam quæ, num.* 3. *et* 4.
de teſtib Pariſ. conſil. 87. *num.* 55. *et ſeq. lib.* 3. cum
alijs, quos refert, & ſequitur Rota in *Pampilonen deci-*
mæ

marum 9. Iunij 1617. et in Anconitana terrarum 20. Maij
1622. coram bon. mem. Vbaldo. Nec ſufficit citatio gene-
26 ralis, ſed requiritur ſpecialis, & indiuidua *Gregor. XV.*
deciſ. 268. num. 2. & ibi *Adden. num.* 12. qui alias deciſio-
nes citat. Suſtinetur tamen examen teſtium, ſinè citatio-
27 ne, ex decreto admiſſionis ad probandum partibus inti-
mato, in locis Hiſpaniæ, in quibus de ſtylo poſt d. admiſ-
ſionem ad probandum, cum præfixione termini nouem
dierum, apponi ſolet clauſula citationis ad videndum iurare
teſtes; quam conſuetudinem approbauit Rota in pluribus
deciſionibus relatis infra *coram Domino meo in Placentina*
decimarum de Truxillo 7. Februarij 1618. num. 3. et in
Calagurritana proceſſionum 9. Iunij 1623. coram bon. mem.
Remboldo; verum decretum huiuſmodi ſufficit pro citatio-
ne à iure requiſita, nõ tamen ſupplet citationem requiſitã
28 ex forma remiſſoriæ: quia forma in remiſſoria præſcripta
debet ad vnguem ſeruari, *Greg. XV. deciſ. 518. num. 3. Ro-*
ta in Calciaten iuriſdictionis 1. Febr. 1623. coram bon. mem.
Remboldo. Plures ampliationes, & limitationes ad princi-
palem concluſionem vide apud *Farinac. de teſtib. quaeſt. 72.*
per tot. in qua latè tractat, an & quando teſtes ſinè citatione
examinati probent tàm in iudicio ciuili, quàm in criminali.
B Teſtes parte non citata examinati ſuſtinentur, ex ſcientia
29 partis, contra quam examinantur, *Vant. de nullit. tit. fin.*
num. 122. Surd. conſil. 227. num. 16. Tiraquell. de retract.
lignag. §. 9. gloſſ. 2. num. 16. Seraphin. deciſ. 1094. num.
4. Rota diuerſ. deciſ. 922. num. 5. part. 1. et deciſ. 551. num.
6. part. 2. et in Recent. d. deciſ. 688. num. 1. part. 1. et deciſ.
42. num. 2. part 2. et in Aurien. parochialis 16. Mar-
tij 1617. coram bon. mem. Vbaldo, et coram eodem in
Romana iuriſpatronatus ſeù beneficiatus 4. Decembris 1619.
Item ex præſentia procuratoris in monitione Iudicis ad
viden. iurare teſtes, & decreto de recipien. illorũ iuramẽta
Rota in Aſsiſien. bonorũ 2. Iun. 1627 corã R. P. D. meo Virili.
C Et quod Rota ex æquitate ſemper exercet arbitrium pro
ſananda nullitate examinis teſtium, quando fuerunt exami-
nati ſuper interrogatorijs à parte datis, quia pars dando
interrogatoria videtur huiuſmodi examini conſenſiſſe, *ead.*
Rot. deciſ. 587. num. 3. et deciſ. 680. num. 2. et 3. part. 2.
recent. Gregor. XV. deciſ. 466. num. 1. et ibi Adden alijs ci-
tatis num. 11. & fuit dictum *in Toletana iuriſdictionis 11.*
Decembris 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, vbi quòd
hoc procedit, etiam ſi pars dediſſet interrogatoria, cum
expreſſa proteſtatione de non conſentiendo in iuriſdictio-
nem, & in examen: & fuit etiam dictum infra *coram Domi-*
no meo deciſ. 165. num. 12. & in alijs. Et huiuſmodi arbi-
trium exercet Rota, etiam quando nullitas examinis pro-
20 uenit ex defectu iuriſdictionis, dummodo non ſit tota-
lis iuriſdictionis, ſed aliqualis, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. in fin.*
de reſcript. Marcheſ. de commiſſ. part 2. cap. 1. num. 63. et
cap. 3. num. 35. qui teſtatur de ſtylo, & in *Hiſpalen. benefi-*
cij 22. Aprilis 1611 coram Reuerendiſsimo D. meo Patriar-
cha Pamphilio. Vel quando nullitas prouenit ex defectu
mandati, ſi defectus non ſit totalis, vt quia citatus fuit
procurator, qui prætenditur mandatum minùs legitimum
habuiſſe, *Rot. d. deciſ. 680. num. 4. part. 2. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Imolen. Cenſus.

Mercurij 10. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium. Quaſi poſſeſſio exigendi ex quibus acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium, ſi-*
cut nec etiam probat cauſam ſolutionis, quæ incidenter,
non principaliter continetur in libris.
2 *Liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium, ad*
effectum quaſi poſſeſsionis exigendi.
3 *Inſtrumenti narratiua non probat, niſi inter contrahen-*
tes: facti tamen veritatem probat quoad omnes num. 12.
4 *Quaſi poſſeſsio in incorporalibus non acquiritur, abſque*
noua apprehenſione.
6 *Solutio non præſumitur facta pro fructibus, vbi expri-*
mitur, illam fieri in computum ſortis principalis.
7 *Quaſi poſſeſsio non concluditur ex probatione dubia, & æ-*
quiuoca.
8 *Epiſtola ſcripta tertio non probat contra ſcribentem.*
9 *Epiſtola ſcripta per vnum alteri non præiudicat.*
10 *Libri mercatorum, iunctis adminiculis, probant pro ter-*
tio contra tertium.
11 *Libri mercatorum probant pro tertio contra tertium, etiam*
ſinè adminiculis, quando agitur ſolùm ad probandum
factum.

DECISIO CXIX.

MANDATVM de manutenendo non
eſſe concedendum creditoribus hære-
dum Tiberij Ceuli, renuerunt Domi-
ni. Non enim fuit iuſtificata quaſi poſ-
ſeſſio dictorum hæredum, nec credi-
torum exigendi à Pantaleonibus fru-
ctus cenſus ad fauorem olim Portiæ
Creſcentiæ per Tiberium impoſiti, & per Pantaleones
in ſe (vt ſupponitur) accollati ad computum pretij poſ-
ſeſſionis *della Torre*, territorij Imolenſis, per eos à Tibe-
rio (vt dicitur) emptæ. Et primò quoad Ceulos, quo-
rum quaſi poſſeſſio deducitur ex ſolutione ſcutorum
564. b. 85. de ordine Illuſtriſs. D. Cardinalis Aldobran-
dini, dictorum de Pantaleonibus debitoris, pretij ſtabi-
lium ab eis emptorum, facta Lælio vni ex dictis hæredi-
bus, & complementario rationis banchariæ, mediante
Bancho de Donis, ſuper quorum libris eſt adnotata
partita ſolutionis cantans, *per occaſione de i frutti d'vn*
cenſo, &c. Quia ſi dicti libri non probant huiuſmodi
ſolutionem (licèt hoc non contrauertatur) pro tertio
A contra tertium A, *Bart. in l. nuda ratio, num. 7. & 8.*
1 *ff. de donat. in l. admonendi num. 28. ff. de iure iur. & in l.*
quædã §. nummularios num. 2. ff. de eden. Felin. in cap. 2.
num. 32. de fid. inſtrum. & Rota ſequitur, vt apud *Capu-*
taq. deciſ. 157. num. 1. & deciſ. 707. nu. 1. par. 1. diuerſ. Cotta
deciſ. 275. & Paleott. deciſ. 191. in manuſcript. & fuit di-
ctum *in Romana cenſus 21. Februarij de anno 1578. coram*
Robuſterio, vbi quòd ita ſæpè Rota iudicauit; multo mi-
nus probant cauſam ſolutionis, quæ incidenter, non
2 principaliter continetur in libris, *Peregr. deciſ. 237. par.*
2. in manuſcript. & ad effectum probandi quaſi poſſeſſio-
nem exigendi, *Caputaquen. deciſ. 13. lib. 1. in manuſcript.*
Nec etiam probatur cauſa ſolutionis ex inſtrumẽto ceſ-
ſionis eadem die factæ dicto Illuſtriſs. D. Card. in qua
Lælius aſſeruit ſe creditorem dictorum de Pantaleoni-
bus occaſione fructuum dicti cenſus decurſorum, & non
3 ſolutorum. Nam hæc fuit narratiua Lælij, quæ non
B probat, niſi inter contrahentes B *l. optimam, C. de con-*
trah. ſtipulat. vbi Gloſſ. & Bald. num. 9. Nec ſtatur Læ-
lio, in dicto inſtrumento aſſerenti de facultate ſibi attri-
buta per Pantaleones in mandato procuræ, tunc Nota-
rio tradito in inſtrumento inſerendo: cum illud ſit ſo-
lum ad exigendum à dicto Illuſtriſs. D. Cardinali ſcuta

600.

600. pro pretio ſtabilium ei venditorum, & ad quietandum in forma, abſque aliqua auctoritate recipiendi, & pro ſe, ac fratribus retinendi ad computum fructuum dicti cenſus: & ideo non potuit illius fines excedere. Quatenus verò voluerit ſibi, & fratribus applicare ſummam exactam pro prætenſo credito dictorum fructuum ratione dictæ accollationis cenſus, non potuit, præſer-
4 tim ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem exigendi ſinè Pantaleonum ſcientia, & patientia, *l. 2. vbi Gloſſ. C. de ſeruit. & aqu.* & ibi *Bart. num.* 8. & 9. & omnes *l. quoties* 20. *ff. de ſeruit. titul. general.* & ibi *Gloſſ. in verb. traditio, Bart & Florian. num.* 4. & *Angel.* & in quaſi poſſeſſione penſionis, *Abb. conſil.* 23. *num.* 2. *verſic. videtur primò, in* 2. *parte, Gyg. de penſion. quæſt.* 48. *num.* 4. *Put. decíſ.* 263. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. *in nouis*. Quæ quaſi poſ-
5 ſeſſio quatenus Ceulis quæſita dici poſſet, non iuuaret creditores, in quos ſinè noua apprehenſione tranſire non potuit *ad l. cum hæredes in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. Verall. deciſ.* 423. *par.* 2. Quò verò ad creditores ex prætenſa ſolutione ſcutorum 100. facta ſuper Monte Pietatis 2. Iunij 1609. per Azonum vti procuratorem dictorum de Pantalconibus, non fuit quæſita quaſi poſſeſſio; quia vltra quòd non datur partita librorum Montis, ſed fides Computiſtæ, in ſummario deputatorū *num.* 4. quæ potiùs concludit depoſitum, quàm ſolutionem, ibi, *diſſe depoſitarli*, & eſt relatiua ad computum creditorum, ibi, *come appare nel conto di detti creditori*, & ad librum ſignatum A, & non ſimpliciter ad fauorem creditorum, ſed ſub diſpoſitione Illuſtriſs. D. Cardinalis Protheſaurarij, & Deputatorum, non exprimit pro fructibus cenſus, ſed potiùs *à conto dell' obligo delli ſcudi* 3500. *fatto da eſſi Signori Pantaleoni*, & ſic veræ ſortis cenſus, vt dicitur,
6 accollatæ. Et ideo ceſſat præſumptio, quòd ſit facta pro fructibus *l.* 1. *§. fin. C. de ſolut.* & ibi not. omnes, vel ſaltem negari non poteſt, quin probatio ſit dubia,
7 & æquiuoca, ex qua non concluditur dicta quaſi poſſeſſio, *Abb. in cap.* 2. *in fin. de cenſib. Rip. in cap. cum Eccleſia num.* 55. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & facit *deciſ. Mohed.* 2. *de reſtit. ſpoliat. & Rota deciſ.* 240. *num.* 2. *par.* 2. Nec facit epiſtola vnius ex dictis fratribus ſcripta 1. Octobris 1603. *in dicto ſummario num.* 2. in qua dicit, ſe tranſmiſſurum fructus cenſus; quia tanquam ſcripta
8 Antonio Lucio, & ſic tertio non probat *l. epiſtola in princip. ff. de pact. Bald. in l. non epiſtolis num.* 5. *verſic. ſecundo caſu, C. de probat.* de communi *Rip. in l. admonendi num.* 140. *ff. de iure iur. Menoch. de arbitr. lib.* 1 *centur.* 1. *caſu* 94. *num.* 22. Maximè quia ſumma eſt diuerſa; nam epiſtola præcedens dixit de ſcutis 150. depo-
9 ſitum verò eſt ſcutorum 100. Quæ etiam epiſtola non poteſt præiudicare alteri fratri, qui eam non ſcripſit, vt eſt notiſſimum.

Ex quibus Domini ita reſoluerunt.

ANNOTATIO.

A Licèt regulariter libri mercatorum non probent pro tertio contra tertium, quia res inter alios acta alijs non nocet, vt in terminis ſolutionis fuit dictum in Ciuitatis Caſtelli cenſus 2. *Decembris* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua hæc deciſio allegatur, & de libro aſſinatoris ſequendo hanc deciſionem, dixit Rota in *Romana redditionis rationis* 14. *Decembris* 1618. *coram bon. mem. Cardi-*
10 *nali Sacrato*, tamen iunctis adminiculis probant, *Rot deciſ.* 375. *num.* 2. *et deciſ.* 707. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. et deciſ.* 650. *num.* 2. *part.* 1. *recent. et in d. Ciuitatis Caſtelli cenſus corā R. P. D. meo Pirouano*, in qua dicitur, fuiſſe ita ſæpiſſimè reſolutum, & in eadem cauſa 12. *Maij* 1617. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio, et infra coram Domino meo in Romana dotis* 1. *Iulij* 1616. *num.* 2. & in alijs; probant tamen etiam ſinè adminiculis, quando non agitur,
11 vt ex illis quis poſſit conueniri, ſed ſolùm ad oſtendendum, factum illud, quod in partitis continetur, ita ſe habere, *Mantic. poſt alios deciſ* 144. *num.* 2. *Gregor. XV. deciſ.* 302. *num.* 6. & in inſtrumento inter alios celebrato, quòd probet veritatem facti quò ad omnes, licèt illius effectus ter-
12 tio non noceat, *Couar. pract. quæſt. cap.* 20. *num.* 9 *Surd. conſil.* 170. *num.* 22. *et conſil.* 429. *num.* 41. *et* 42. *Gregor. XV. deciſ.* 484 *num.* 3. *Rota deciſ.* 161. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* quæ loquitur in ſententia.

B Limita prout in annotatione præcedenti.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana hæreditatis, & paragij dotis.

Veneris 12. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à muliere non ſeruata forma ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. non ſuſtinetur, etiam vbi filia cum patre contrahit, vel donat ob cauſam, vel renunciat ius de futuro; & quid ſit agendum, vt dicatur adimpleta forma d. ſtatuti; & ex quibus probetur interueniſſe decretum Iudicis à dicto ſtatuto requiſitum; & an ea, quæ ſunt de forma, & ſubſtantia contractus, comprehendantur ſub clauſula, *& cetera*.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatiò facta à muliere, non ſeruata forma ſtatuti de contractibus mulierum, eſt nulla, & præſumitur fraude, & dolo confecta, num.* 3.

2 *Statutum quando aliquid diſponit cum clauſula annullatiua, videtur illud dare pro forma.*

4 *Proximiores, qui, iuxta formam ſtatuti Vrbis* lib. 1. cap. 151. *debent in mulierum contractibus interuenire, debent aſſerere, quòd contractus in mulieris præiudicium non tendit: quæ verba ſunt formaliter exprimenda, & iuramentum deſuper præſtandum, adeò vt non ſufficiant verba generalia.*

5 *Negatiua, quòd in contractu mulieris decretum Iudicis non interuenerit, probatur ex inſpectione inſtrumenti.*

6 *Decretum Iudicis in contractibus mulierum ex forma ſtatuti requiſitum non suppletur per ſolam Iudicis præſentiam, ſed opus eſt loquela, & expreſſione verborum.*

7 *Subſtantialia contractus non veniunt ſub clauſulis ceteratis, nec ſub facultate extendendi ad conſilium ſapientis, ſed expreſſionem requirunt.*

8 *Formæ implementum debet eſſe clarum, & certum, adeò, vt non indigeat ſuppletione, vel diuinatione.*

9 *Clauſula*, & cetera, *licèt extendi poſſit, non tamen, antequam extenſio Iudicis auctoritate fiat, haberi debet pro extenſa.*

10 *Abbreuiatura extendi debet per notarium, qui de inſtrumento rogatus fuit.*

11 *Abbreuiatura extendi debet, iuxtà ſtylum particularem notarij, qui de inſtrumento rogatus fuit, non autem generalem omnium notariorum.*

12 *Stylus notarij probatur ex pluribus inſtrumentis ab ipſo rogatis.*

13 *Decretum Iudicis à ſtatuto Vrbis in mulierum, vel minorum*

rum contractibus requiſitum ſuccedit loco decreti requiſiti in alienationibus ſtabilium minorum.

14 *Decretum iudicis requiſitum in alienationibus ſtabilium minorum requirit ſcripturam.*

15 *Probatio præſumptiua non admittitur, ſed per ſolā ſcripturam, vbi actus cum certa ſolemnitate in ſcriptis fieri debet.*

16 *Decretum non præſumitur, vbi non ſunt lapſi 30. anni, & num. 37.*

17 *Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ, vbi affirmatiua eſt coarctata ad ſcripturam.*

18 *Decretum ex cauſa erronea factum eſt nullum.*

19 *Conſeruatio agnationis non eſt ſufficiens cauſa pro validitate renunciationis per mulierem factæ.*

20 *Renunciatio mulieris, vel minoris, vt valeat, certiorari debent de iure ſibi competenti, vel quòd ſibi competere dubitant, num. 22.*

21 *Ignorantia præſumitur in muliere, & minore.*

23 *Decretū Iudicis interpoſitum in renunciatione mulieris, ipſa prius non certiorata de iure, cui renunciat, nullum eſt.*

24 *Statuti ſolemnitates requiſitæ in mulierum, vel minorum contractibus an ſint neceſſariæ, vbi renunciatio eſt iuris quærendi, & num. 25.*

26 *Minor reſtituitur aduerſus emolumentum amiſſum.*

27 *Pater poſſidendo bona hæreditatis ad filiam ſpectantis præſumitur eius nomine hæreditatem adiuiſſe.*

28 *Pater non habet vſumfructum in bonis filij, in quibus habet conſortium ſocietatis.*

29 *Statuti ſolemnitates requiſitæ in contractibus mulierum, & minorum an ſint neceſſariæ in contractu inter filiam, & patrem, & num. 30. Intellige, vt num. 40.*

31 *Solemnitates Statuti Vrbis* cap. 151. lib. 1. *requiſitæ in contractibus mulierum, & minorum, ſunt neceſſariæ etiam in contractibus inter patrem, & filium, quia ſtatutum de patre non confidit.*

32 *Opinio Doctorum non habet locum, ceſſante ratione, ſuper qua fundata eſt.*

33 *Parentes, qui tranſierunt ad ſecunda vota, præſumuntur mutaſſe affectionem erga filios prioris matrimonij.*

Mater tranſiens ad ſecunda vota remouetur à tutela filiorum primi matrimonij. ibid.

34 *Statuti ſolemnitates requiſitæ in contractibus mulierum, & minorum ſunt neceſſariæ, etiam quando filia patri aliquid renunciat, ſi renunciatio facta ſit patri fauore maſculorum.*

35 *Statutum requirens certas ſolemnitates in contractibus mulierum ad euitandas fraudes, habet locum etiam ſi filia patri donat.*

36 *Statutum Vrbis volens, contractus mulierum, & minorum fieri cum certis ſolemnitatibus, comprehendit etiam donationes, ſeu ceſſiones ob cauſam.*

37 *Inſinuatio donationis non præſumitur, vbi nondum elapſi ſunt 30. anni.*

38 *Solemnitates extrinſecæ contractus, ſcripturam requirentes, vt præſumantur requiritur ſpatium 30. annorum. Intellige vt num. 41.*

39 *Statutum requirens certas ſolemnitates in donationibus, an habeat locum in donatione ob cauſam.*

DECISIO CXX.

1 PROPOSITO dubio reſeruato, An Fauſtinæ obſtaret expreſſa renūciatio, DD. reſponderunt negatiuè. Quia cum illa ſit facta non ſeruata forma ſtatuti *lib. 1. cap. 151.* in contractibus mulierum, & minorum, eſt nulla, vt in ſimili ſtatuto, *Bald. conſ.* 198. *num.* 1. *lib.* 5. *Felin. ex Bart. in cap.* 2. *num.* 1. *in fin. de teſt. Pariſ. conſ.* 98. *num.* 77. *& ſeq. & conſ.* 99. *num.* 25. *vol.*
A 1. A, & eſt indubitatum, cum ſtatutum habeat clauſu-
2 lam annullatiuam, ex qua cēſetur data forma, vt in puncto *Dec. conſ.* 279. *num.* 1. *verſ & hoc expreſsè, & conſ.*
3 612. *num.* 1. *in fin.* & præſumat iuramentum fraude, dolo, & metu extortum; *Menoch. conſ.* 388. *num.* 2. & pluries fuit per Rotam reſolutum. Defectus formæ conſiſtit, Primò, quia adhibiti vel proximiores iurarunt ſolùm, ſe nullum habere intereſſe, non autem quòd con-
4 tractus non eſſet in præiudicium Fauſtinæ: quæ verba erant formaliter exprimenda, & iuramentum deſuper præſtari, vt de verbis tutelæ, de quibus *in l. fin. ſ. defenſionem, C. de adminiſtrat. tut.* tradit *Bart. in l. legitimos. in princ. num.* 7. *verſ. tertium, & num.* 8. *verſ. quintum quod requirit, ff. de legit. tut. Soccin. conſ.* 24. *num.* 21. *vol.* 1. & ideo non ſufficiebant verba generalia, *Innoc. Oſtien. & Io. Andr. in cap.* 2. *de conſuet. Butr. per illum text. in cap. penult. num.* 2. *in princ. de iur. iur.* & ibi *Imol. in princ. Ioan. de Anan. num.* 4. *Soc. d. conſ.* 24. *num.* 21. & 22. & ſuper ſimili ſtatuto Mediolanen. *Lambert. gloſſ.* 15. *num.* 1. & 2. & in noſtro fuit reſolutum *in Romana Saluiani* 15. *Decembris præteriti coram R. P. D. meo Pamphilio*. Secundò cum non legatur in inſtrumento inter-
5 poſitio decreti Iudicis, probatur illius defectus, & ſic ſolemnitatis *Gloſ. in l. fin. & ibi Bart. in* 1. *not. C. de reb. cred. Idem Bart. in l. Titia textores. num.* 2. *de leg.* 1. *& in l.* 2. *in fin. C. de error. aduoc. cum alleg. per Surd. conſ.* 28. *num.* 114. *& conſ.* 303. *num.* 7. *& conſ.* 452. *num.* 10. *& deciſ.* 300. *num.* 11. & in decreto *Simoncell. in tra-*
B *ct. de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *num.* 33. B, Et ſo-
6 la præſentia non ſufficit, ſed opus erat loquela, & expreſſione verborum, *Bald. in cap. cum in veteri, num.* 3. & 4. *de elect. & in l. nec quicquam ſ. vbi decretum num.* 5. *verſ. quòd autem, ff. de off. procon. Iaſ. in l. omnium num.* 4. *verſ. tamen requiritur. C. de teſtam. & in Statuto Mediol. Lamberteng. gloſſ.* 14. *num.* 3. Qui decreti defectus eo magis arguitur, quòd Iudex non ſolet illud interponere niſi præuia dicta aſſertione iurata cōſanguineorum, quæ hic deficit, vt dictum eſt. Nec viſum fuit DD. iuramentum, quòd contractus non eſt in damnum Fauſtinæ, comprehendi ſub extenſione dictionis ceteratæ, *conſentientium, &c.* & decretum Iudicis ſub extenſione clauſulæ in fine appoſitæ, *ſuper quibus, &c.* iuxta atteſtationem Notariorum fori Capitolini. Nam cum aſſertio iurata propinquorum, ac Iudicis decretum ſint de ſubſtantia, & forma, dici non poſſunt venire ſub dictioni-
7 bus ceteratis, nec ſub facultate extendendi ad conſilium ſapientis: ſed expreſſionem requirunt, *Butr. Abb. Imol. & Anan. in cap. penul. de iure iur. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. ſ. inſtrumentum ergo publicum, num.* 13. *verſ. quid ſi à contrahentibus, additio magna verſ. de ſubſtantialibus autem, Bald. in cap. cum in iure peritus, num.* 16. *de off. deleg. & ibi Soccin. num.* 4. qui expreſsè loquitur in iuramento, *Ruin. num.* 19. *& ſeq. Soccin. Iun. num.* 24. *& not. in l.* 1. *ſ. ſi quis ita, de verb. oblig. Ruin. num* 8. *Bolognet. num.* 92. *idem Ruin. conſ.* 33. *num.* 2. *verſ. non obſtat, vol.* 4. *Rot. deciſ.* 352. *alias* 1. *de verb. ſignif. in antiq. Lanfr. de Oriano tract. de fid. inſtrum. num.* 19. *verſ. ſed iuxta Grat. conſil.* 140. *num.* 7. *vol.* 1. *Rot. deciſ.* 658. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *Card. Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 2. *& lib.* 14. *tit.* 10. *num.* 44. *in fin. & num.* 45. & in terminis *Statut. Mediol Carpan.*
8 *ad illud cap.* 324. *num.* 196. Implementum enim formæ debet eſſe clarum, & certum, adeò vt non indigeat ſuppletione, vel diuinatione. *Bald. in d. cap. cum in iure peritus, num.* 16. *in fin. verſ. ſolue, de off. deleg.* Accedit, quòd vbi etiam dictæ clauſulæ, *Et cetera*, modo, quo ſupra ex-

9 extendi poſſent,non tamen,antequam extenſio fieret iu-
dice authorante, haberi debent pro ita extenſis, Grat.
conſ. 9. num. 123. vol. 1. Surd. conſ. 350. num. 29. vol.
C 3. C, Nec placuit DD. in propoſito attendere atte-
10 ſtationem Notariorum, cum viuat Notarius de inſtru-
mento rogatus,per quē ſolum poteſt fieri extenſio Bald.
in rub. C. de fid. inſtrum. in 6. col. num. 41. verſ. 4. quæ-
ritur, & in l. Gallus §. idem credendum num. 4. ff. de lib.
& poſthum. Grat. d. conſ. 9. num. 124. lib. 1. & non ſit
11 attendendus ſtylus generalis, ſed particularis illius
Bald. in d. §. idem credendum num. 1. & ibi Imol. verſ. 2. Iaſ.
num. 23. Ruin. num. 56. Alex. conſ. 28. num. 8. verſ. nec
obſtat; vol. 2. & conſ. 163. num. 11. vol. 7. Pariſ. conſ. 48.
num. 7. vol. 1. Aym. conſ. 34. num. 5. Rot. d. deciſ. 658.
in prin. Surd. deciſ. 223. num. 8. & ita communiter ob-
ſeruari teſtatur, Corn. conſ. 225. in fin. verſ. nam illæ
dictiones lib. 3. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 10. num. 19. Petr.
D Caball. conſ. deciſiu. 177. num. 22. D, & pro Fauſtinâ
datur non leuis fumus ſtyli contrarij ex nota plurium
inſtrumentorum, cum mulieribus celebratorum, de qui-
bus fuit rogatus idem Notarius, qui erat ſolitus appo-
nere d. clauſulam, ſuper quibus, ceteratam, non ſemel
tantùm, ſed bis, videlicet prima vice extenſam per hæc
verba, ſuper quibus, d. D. Iudex, cauſa cognita, ſuam, &
eius Curiæ iudiciariam, & ordinariā interpoſuit aucto-
ritatem, ac decretum, ſupplendo, &c. Secunda verò vice
cæteratam in fine, & ſic ſcripſit decretū Iudicis per ex-
tenſum poſt clauſulam, ſuper quibus, rogitum verò pro-
12 prium deſignauit per clauſulam, ſuper quibus, cetera-
tam in fine appoſitam: & ita poteſt argui ſtylus notarij,
Rot. d. deciſ. 658. num. 2. & 3. Neque locus videtur eſ-
ſe præſumptionibus, cum decretum videatur ſuccedere
13 loco decreti requiſiti in alienationibus ſtabiliom mi-
norum, de quo in l. 1. & tot. tit. ff. de reb. eor. & C. de
14 præd. minor. quod vtique requirit ſcripturam. Pariſ. conſ.
98. num. 12. vol. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ.
171. num. 26. & conſ. 80. num. 60. in princ. Achill. deciſ.
3. de prob. Surd. conſil. 28. num. 108. vol. 1. Odd. de reſtit.
in integr. par. 1 quæſt. 25. art. 3. num. 27. & innuit idem
Statutum diſponēs, cauſam in ſcriptis Iudici expreſſam,
15 & inſinuatam eſſe debere, conſequenter, & decretum:
quo caſu non admittitur probatio præſumptiua, ſed per
ſolam ſcripturā, vt ex not. in l. ſciendū de verb oblig. Me-
16 noch. præſumpt. 132. num. 27. lib. 3. Præſertim cum 30.
anni non ſint elapſi, vt in ſpecie Surd. deciſ. 231. num. 19.
& 29. Tertiò, non fuit ſeruata forma reſpectu cauſæ,
ob quam fuit facta ceſſio, duplex enim exprimitur; Pri-
ma, quia in apocha ſponſalium fuerat conuentum, quòd
17 ceſſio fieret, & tamen de hoc in dicta apocha nullū adeſt
verbum; & ita probatur negatiua, & error, cum affir-
matiua ſit coarctata ad dictam apocam ſponſaliū, Salyc.
in l. fin. num. 2. de reb. cred. cum allegatis in Foroliuien.
cenſus 2. Maij 1614. coram me, conſeqoenter renun-
18 ciatio fuit erronea, & Iudicis decretum nullum l. 1. la
magis puto §. manet actio ff. de reb. eor. l. præſes. ff. de præd.
min. Rot. deciſ. 724. num. 4. par. 1. latè. Bertazz. clauſul.
10. gloſſ. 2. num. 9. Secunda ratio ob conſeruationem
19 agnationis, quæ erat ſufficiens, nec concludebat neceſ-
ſitatem renunciandi, vt ex Oldr. conſ. 5. & alijs, qui eum
ſequuntur, tenuit Rota in Romana de Cuppis coram bon.
20 mem. Card Pamphilio 15. Iunij 1602. Quartò, pondera-
batur, Fauſtinam non fuiſſe certioratam de iure ſibi quæ-
ſito, per tranſitum patris ad ſecunda vota, in proprietate
eidem patri ex ſucceſſione filiorum obuenta, & ignoran-
21 tia præſumitur ratione ſexus, & minoris ætatis, Gloſſ.
in auth. de inceſt. nupt. in verb. ſciens, vbi Ang. num. 10.
Alex. qui in minore conſ 126. num. 7. lib. 7. Aym. conſ.
192. num. 5. Becc. conſ. 111. num. 14. & 15. & in ſpecie
noſtra, Menoch. conſ. 237. num. 28. cum ſeq. ſecundùm
quod fuiſſe iudicatum, teſtatur Pereg. conſ. 78. num. 9.
vol. 1. & idem Menoch. conſ. 806. num. 23. Et certiora-
tionem requiri in minore, Bald. in d. cap. cum in iure, num.
17. verſ. & vnum ſcias, per Gloſſ. mag. in l. ſciendum, verſ.
nam non præſumo, de verb. oblig. idem Bald. in l. 2. in 4.
quæſt. in fin. C. de reſcind. vend. Addent. ad Alciat. præſ.
42. num. 2. Menoch. præſumpt. 82. num. 6. & 7. lib. 3.
cum allegatis per Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. num.
101. C de reuoc. donat. & in ſpecie noſtra Iaſ. conſ. 53.
ſub num. 3. verſ. præterea lib. 1. Menoch. conſ. 990. num. 23.
22 verſ. nam reſpondetur primò, & num. 24. quæ erat etiam
neceſſaria reſpectu iuris, quod ſibi competere dubitaſſet,
Bart. in l. fin. §. 1. num. 1. C. de furt. Nec certioratio
probatur per illa verba, certiorata, &c. quia illa clauſula
eſt reſtricta tantùm ad beneficia minorum, & mulierum
in genere, & nihil dictum fuit de morte filij primi ma-
trimonij, nec quòd pater illi ſucceſſerit, nec quòd per
tranſitum ad ſecunda vota proprietate priuatus reman-
23 ſerit; & ideò decretum, ſi fuiſſet interpoſitum, eſſet nul-
lum, Bald. conſ. 331. num. 5. verſ. item non obſtat, vol. 3.
Non obſtat, quòd ſolemnitates nō eſſent neceſſariæ, quia
24 renunciatio erat iuris quærendi cum nondū eſſet acce-
ptata deuolutio ob tranſitū patris ad ſecundas nuptias,
ex latè traditis per Tiraquell. in l. ſi vnqam, in ver. do-
natione largitus, num. 180. cum ſeqq. & de legib. cōnub. gloſ.
5. num. 31. Quia cum ratio ſolemnitatum requiſitarum
ſit in ſtatuto expreſſa, ſcilicet imbecillitatis ſexus, &
ætatis in minoribus, habet etiam locum in repudiatione
25 iuris de futuro, quæ poteſt eſſe læſiua, vt tradunt in
rubr. C. de pact. Curt. Iun. num. 23. Alciat. num. 33. &
34. Cagnol. num. 32. verſ. tertia concluſio, Bolognet. num.
53. verſ. ſed breuiter, Campeg. de dot. par. 1. quæſt. 101.
in fin. & tenet Bald. in. l. pactum quod dotali, in fin. C. de
collat. Caſtr. conſ. 171. col. 2. verſ. item ideo, vol. 1. Ti-
raquell. de legib. connub. d. gloſ. 5. num. 32. in fin. & in
Statuto Brixiæ Iaſ. conſ. 53. num. 4. in fin. vol. 1. & Me-
diolani Lamberteng. gloſ. 4. num. 2. vſq; ad fin. & in Con-
ſtitutione Marchiæ, Boccac. ad illas gloſ. 8. num. 21. & in
alio ſimili ſtatuto gloſ. ad Statut. Bonon. de contract. mi-
nor in verb. renunciare, & in ver. competituro, & in Sta-
tuto Vrbis, de quo agitur, Gabr. conſ. 6. num. 2. & ſeq.
vol. 2. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 132. num. 22.
verſ. quod magis, & nouiſsimè Picus ad hoc Statutum
E gloſ. 8. num. 4. 13. & ſeqq. E, Renunciatio enim, ſeù
repudiatio iuris futuri, læſiua eſſe poteſt: & ideò minor
reſtituitur in integrum aduersùs emolumentum amiſsū,
26 l. non omnia 45. & ibi Gloſ. ff. de minor. Odd. de reſtit. in
integr. par. 1. quæſt. 4. art. 11. in fin. & par. 2. quæſt.
85. art. 4. in fin. Et in propoſito videtur ceſſare diffi-
cultas, quia agebatur de iure quæſito reſpectu portio-
nū, in quibus Fauſtina ex propria perſona ſucceſſit fra-
tribus: cum hæreditas præſumeretur adita per patrem
27 nomine Fauſtinæ, ex quo poſſedit omnia bona per an-
nos 14. antè renunciationem, Bart. conſ. 129. num. 2.
Caſtr. in l. gerit, in fin. ff. de acquir. hæred. & in l. cum in
antiquioribus, num. 5. verſ. certè C. de iure deliber. & de
communi, Ruin. conſ. 112. in fin. vol. 2. Alex. conſ. 20.
num. 1. lib. 7. Natt. conſ. 74. num. 10. Surd. deciſ. 140.
28 in princip. præſertim, quia pater non poterat retinere
bona ſpectantia ad Fauſtinam iure vſusfructus, Authent.
de hæred. ab inteſt. venient. §. ſi igitur defunctus, verſic. ſi
verò, auth. item hæreditas, C. de bonis quæ lib. Ang. in
§. præferuntur, num. 9. verſic. & nota, ad Tertull. Minùs
obſtat, ſolemnitates non fuiſſe neceſſarias in renuncia-
29 tione facta patri, in quo ceſſat præſumptio fraudis, Bal.
in d. l. pactum, quod dotali, in fin. C. de collat. cum allega-
tis per Tiraquell. in præfat. d. l. ſi vnquam, num. 26. de
legib.

Digitized by Google

legib. connubial. dicta gloſ. 5. num. 33. & de commnni
Gabr. de ſtatut. concl. 2. num. 1. & allegantur deciſ. Rot.
Creſc. prima de donat Sarnen. 98. & 99. Caputaq. deciſ.
205. num. 8. par. 3. & Romana indemnitatis 20. Maij
1602. coram Reuerendiſſ. Attrebaten. & alia de Calandris
5. Martij 1602. coram Illuſtriſſ. Lancellotto. Nam hæc
30 opinio non videtur tuta in Rota, vt in Bononien. cenſus
coram Reuerendiſſ. Lugdunen. 17. Martij 1608. & in Peruſina nullitatis donationis 18. Aprilis 1608. coram Illuſtriſſ. Lancellotto, & contrariam tenuerunt Gomeſ. in ſ. actionum, num 29. Inſt. de act. Boccat. ad Conſt. Marcb. gloſ. 3. num. 137 in fin. cum pluribus per Tiraq. in d. præfat. l. ſi vnquam num. 27. & de legib. connub. d. gloſſ. 5. num.
31 34. & ſeqq. tamen cum ſit fundata in generali præſumptione confidentiæ, quam lex habet de patre ad tex. in l. patri pro filio 28. ſ. fin. ff. de minor. & l. fin. C. qui, & aduer. quos. qua ratione mouentur, Bald. & alij, qui eum ſequuntur Creſcent. d. deciſ. 1. num. 2. verſ. ſecundò quia, Rot. in d. deciſ. coram Reuerendiſſ. Lugdunen. non poteſt ſibi vendicare locum in terminis dicti Statuti Vrbis cap. 151. quod non confidit de patre, vult enim, quòd ſi minor, vel mulier ſit ſub patria poteſtate, vocentur coniuncti proximiores ex linea materna, vel in eorum defectum curator, & nihilominus præſentia patris interueniat: & ſic vltra præſentiam patris requirit propinquos ex latere materno, vel curatorem. Vndè ſi non cõfidit, quando minor contrahit cum extraneo, multò mi-
F nùs quando cum ipſo patre, F; ceſſante itaque ratio-
32 ne confidentiæ, non poteſt habere locum d. opinio vulg. l. adigere. ſ. quamuis, ff. de iure patr. Tiraq. in trac. ceſſ. cau. lit. L. num. 130. lit. S. num. 243. Quæ confidentia magis
33 ceſſat in patre, qui ad ſecunda vota tranſiuit, in quo præſumitur mutata affectio; qua etiam ratione à tutela remouetur. Bald. conſ. 96. num. 1. verſ. 2. ratione lib. 4. Aym. conſ. 18. num. 3. cum alijs per Menocb. conſ. 5. num. 31. verſ. non obſtat, facit tex. in l. lex quæ tutores, in fin. C. de adminiſt. tut. & in §. mater, Auth. de nupt. quæ licèt loquantur in matre, eadem tamen ratio videtur
34 militare in patre, qui ſuperinduxit nouercam, de cuius delinimentis lex ſuſpicatur l. 4. ff. de inoff. teſtam. vbi not. Odofr. Alber. Bart. & Angel. Curt. Sen. conſ. 27. num. 36. verſ. tum quia, & conſ. 47. col. 3. in princ. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 23. num. 13. Ceſſare etiam videtur prædicta ratio in caſu noſtro, cum ex renunciationis tenore liqueat, illam factam fauore maſculorum ex ſecundo matrimonio procreandorum, & ſic illorum amorem
35 præponderaſſe; ità limitat dictum Bald. Dec. d. l. pactum quod dotali, in fin. Gabr. de Statut. d. concl. 2. num. 6. Boccat. d. gloſ. 3. num. 138. Et deciſ. Creſc. prima de donat. loquitur expreſsè in Statuto cap. 150. de inſinuan. donat. & in donatione paruæ ſummæ, vt declarat etiam Boccat. vbi ſupra num. 137. & Rota in d. Peruſina coram Illuſtriſſ. Lancellotto, quæ dicit, prædictas deciſiones non procedere, quando ſtatutum requirit ſolemnitates ad euitandas
36 fraudes, prout noſtrum. Nec denique obſtat, quòd ſtatutum non comprehendat renunciationes, ſeu ceſſiones ob cauſam; quia contrarium colligitur ex verbis ſtatuti volentis, cauſam eſſe in ſcriptis, Iudici expreſſam, inſinuatam, ac plenè cognitam: & ex identitate rationis ne mulieres, & minores circumueniantur, in ſpecie noſtra, Put. deciſ. 55. num. 7. lib. 3. Aliqui etiam ex DD. aduertebant, deficere ſolemnitates ſtatuti cap. 150. de donat. quia dicta donatio non fuit inſinuata, per acta alterius Notarij, vt in eo diſponitur, licèt fuerit conſtitutus procurator ad eamdem inſinuandam. Nec præſumi poteſt, cum 30. anni non ſint elapſi Put. deciſ. 132. num. 1. in prin. & verſ. nec obſtat lib. 2. ſecundum nouiſſ. impreſſ. Ant. de Canar. de inſinuat. part. 1. quæſt. 3. num. 3. & num. 7. & 8. Quod tempus generaliter
38 requiritur in præſumendis ſolemnitatibus extrinſecis, quæ requirunt ſcripturam, Rum. conſ. 69. num. 9. lib. 1. & alij latiſſimè per Menocb. lib. 3. præſumpt. 132. per
G tot. G, Non obſtat, quòd donatio ſit ob cauſam, &
39 ideò in Statuto non comprehenſa, vt per Gabr de donat. concluſ. 1. num. 65. Menocb. conſ. 1. num. 176. Quia ſupra oſtenſum fuit, vnam ex cauſis expreſſis eſſe erroneam, aliam verò minùs ſufficientem.

Ex quibus fuit vt ſupra deciſum.

ANNOTATIO.

A Gabr. conſil 6. num. 2. lib. 2. & hac deciſione allegata firmauit Rota in Romana domus de Gambarellis 26. Iunij 1617. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.

B Solemnitatis defectus probatur, ex quo non ſit enunciata in inſtrumento, in quo interuenire debebat, vt vltra hic allegatos ſequendo hanc deciſionem dixit Rota in Romana fideicommiſſi 15 Nouembris 1624. coram bon. mem Remboldo, quia regulariter negatiua probatur ex inſpectione, & reuolutione actorum, Rot. deciſ 611 num. 2. part. 1. et deciſ. 455. num 4. part. 2. recent & in alijs ſæpè. Intellige prout infra in annot. lit. G.

C Idem firmauit Rota in Terracinen. bonorum 6. Iunij 1622. coram R. P. D meo Merlino, in qua hæc deciſio canonizatur.

D Rota in d. Terracinen bonorum coram R. P. D meo Merlino. & infra coram Domino meo in Romana vineæ 15. Ianuarij 1621. num. 5.

E Et quòd in renunciatione iuris futuri facta à minore, ſit neceſſaria inſinuatio, Gregor. XV. deciſ 15. num. 5. & 6. Rota deciſ. 38. num. 3. part. 2 recent. & allegata hac deciſione fuit dictum in Peruſina hæreditatis 10. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Virili

F Hanc opinionem, quòd ſolemnitates ſtatutariæ requiran-
40 tur, etiam quando filius contrahit cum patre, vltra hic relatos, amplexa eſt Rota deciſ 177 num. 2. part. 1. recent. vbi quòd hæc ſit magis recepta, & fortè magis vera; contrarium tamen tenuit alibi, vt in deciſionibus hic adductis num. 29 et in deciſ 334. Gregor. XV. num. 3. poſſet autem hæc contrarietas conciliari, vt opinio negans procedat, quando ſtatutum ſimpliciter requirit ſolemnitates; ſecus verò, quando loquitur generaliter, vel vniuerſaliter, quòd minor, vel mulier cum quacunque perſona contrahant, teneantur ſeruare ſolemnitates, ſecundum Gabr. de ſtatut. concluſ. 2. num. 8. Gratian. diſcept. forenſ 781. num. 11. et ſequitur Rota coram bon. mem Cardinali Caualerio in Romana nullitatis donationis 17. Nouembris 1617. quæ eſt deciſ. 442. num. 7. inter eius impreſſ.

G Rota paſſim ſeruat, ex curſu 30 annorum præſumi ſo-
41 lemnitates extrinſecas, vt in Squillacen ſeu nullius iuriſdictionis 4. Maij 1616. corã bon mem Andrea et in Sulmonen. beneficij 1. Martij 1621. corã bon. mem Dunozetto Seniori, & in alijs, quos adduxi ſupra deciſ 45. ſub lit. B. concurrente tamen ſimul obſeruantia, vt ibidem notaui num. 8. Verùm hæc præſumptio intrat, quando deficit ſcriptura, in qua ſolemnitates interuenire deberent; ſecus vbi adeſt ſcriptura, & ex eius inſpectione apparet ſolemnitatum defectus, tunc enim d. præſumptioni locus non eſt, Surd. conſil. 28. num. 110. et ſeq Honded. conſil. 80 num. 25. lib. 2. Rota in d. Rom fideicommiſſi 15. Nouembris 1624. coram bon. mem. Remboldo. Contrarium voluerunt Roland. & Doct. ab ipſo citatis in conſil 99 num. 33. et 34 vol. 2. vbi quòd ex diuturnitate temporis præſumatur ſolemnitates, quamuis in inſtrumento de illis non appareat. Mihi diſtinguendum videtur, quòd vel ſolemnitas debent interuenire in ipſo actu, & tunc ſi in inſtrumento contractus de-

ea non appareat, curſus temporis non ſufficiat ad illam præſumendam; aut poteſt interuenire ante, vel poſt actum, & hoc caſu præſumatur ex lapſu 30 annorum, in quibus terminis loquuntur *Roland et Doctores ab ipſo adducti*; optimè *Surd. d. conſil. 28. d. num. 110. et ſeq* nega-
42 tiua enim tunc probatur ex inſpectione inſtrumenti, quando affirmatiua de neceſſitate debet probari ex illo inſtrumento *Corn. conſil. 348. num. 31. et ſeq. lib 1. Ruin conſil. 35. num. 19. lib. 2. Rota deciſ. 5. num. 4. in fine, part. 1. diuer. et in Anconitana computorum 22. Maij 1615. coram bon mem. Andrea.* Vel quando ex ipſo inſtrumento clarè conſtat, nullo modo fuiſſe adhibitas ſolemnitates, nec ante, nec in ipſo actu, nec poſt, iuxta caſus per DD. infra allegatos expreſſos, *Neuizan. conſil. 47. num. 40. & conſil. 81. num. 24. Crauett. conſil. 35. num. 5. Surd. d. conſil. 28. num. 110.* & in his terminis loquuntur *Honded. d. conſ. 80. lib. 2. Rota deciſ. 84. num 2. part. 2. diuerſ. et in Aſtoricen. beneficij 1 Decembris 1585. coram Card. Pamphilio apud Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 188. Card. Caualer. deciſ 613. num. 2. Rota in Lucana emphyteuſis* 10. *Ianuarij*
43 1625. *coram R P. D. meo Perouano*: & eſt ratio, quia præſumptio, & coniectura ceſſat, vbi res apparet euidenter, *l. continuus. §. cum ita, ff de verb. obligat. l. ſi certis annis, C. de pact.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſtoricen. Parochialis.

Veneris 12. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Gratia, quoad narratiuam, quòd beneficium vacet per aſſecutionem alterius incompatibilis, necnon quoad valorem beneficiorum, ex quibus dicatur iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Probatio melior non datur confeſſione propria.*
2 *Beneficia incompatibilia ſi pacificè poſſideantur per duos menſes, vacant.*
3 *Valor beneficij per non exceſſum, probatur per publicam vocem, & famam, & ex confeſſione aduerſarij in ſua gratia. num. 4.*
5 *Valor obtentorũ per leuem, & qualẽ qualẽ, & per minorem, quam ſemiplenam probationem iuſtificatur, & num. 6.*

DECISIO CXXI.

DOMINI informante, ſolùm Simone, dixerunt illius gratiam eſſe iuſtificatam; quo enim ad narratiuam, quòd Ioannes Martinez, iuxta decretum in prouiſione ſibi facta de parochiali Sancti Adriani appoſitum, non dimiſerit parochialem Sancti Martini, quam priùs obtinebat, probatur nedum ex teſtibus *in ſummario num.* 3. deponentibus, eum continuò fructus vtriuſque parochialis percepiſſe à die obtenti mandati de immittendo, & quòd palàm dicebat, ſe nolle primam parochialem dimittere, quouſque ſibi non moueretur lis, vel aliàs per vim cogeretur facere huiuſmodi dimiſſionem: ſed etiam ex propria confeſſione ad citatio-
1 nem ſibi factam, quòd non dimiſerat, quia nõ tenebatur, *vt in ſummario num.* 5. qua non datur melior probatio, *l. generaliter in fin. C. de non numer. pecun. cum vulgar.*

Exinde autem ſtante ſupradicto decreto, poſt pacificam poſſeſſionem ſecundæ parochialis abſque dimiſſione primæ, eo ipſo reſultauit vacatio vtriuſque, ſicuti iuxta diſpoſitiones *cap. de multa, & extrauag. execrab.* vacant
2 beneficia incõpatibilia, ſi pacificè poſſideantur per duos
A menſes A, iuxta opinionem *Lap. in cap. commiſſam, vbi Gloſſ. & Doct. de elect. in ſexto*, quam ſequitur *Rota apud Caſſad. deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſſ. & propriet. Addit. ad Rotam deciſ. 3. de præb. in nou. Card. Seraphin. deciſ. 997. num. 10.* & tamen Ioannes à tempore immiſsionis, quæ fuit de anno 1612. vſque, & per annum 1614. quo Simon ſecundam impetrauit parochialem, ambas pacificè poſſedit, fructuſque illarum percepit: & ideo quo ad hoc caput vacationis gratia Simonis dicitur benè iuſtificata.

Quæ fuit etiam iuſtificata, tàm quò ad valorem ſcutorum 140. auri de Camera ſecundæ parochialis narratum per non exceſſum, qui benè probatur per duos teſtes de
3 publica voce, & fama, de tempore impetrationis deponentes, cum præſertim gratia nõ ſit principaliter fundata ſuper huiuſmodi narratiua *Aegid. deciſ. 675. & deciſ. 683. Put. deciſ. 29. lib. 1. Caputaq. deciſ. 267. num. 7. par. 1.*
4 & meliùs ex ſimili expreſſione ipſius Martinez facta in ſua gratia; quàm etiam quoad valorem obtentorum ex teſtibus, quorum vnus deponit ex certa ſcientia, & alter de auditu, cum ad hunc effectum ſufficiat leuis,
5 & qualis qualis probatio, vt tenuit Rota *in Romana beneficiatus Sancti Petri 20. Februarij 1595. coram bon. mem. Gipſio, & in Narnien. Canonicatus, & Beneficiorum 30. Aprilis 1604. coram bon. mem. Litta.* Et minor etiam, quàm ſemiplena, *Aegid. d. deciſ. 675. & 683.* & fuit dictum *in Virdunen. Canonicatus 13. Ianuarij 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Abulen. beneficij 3. Octobris eiuſdem anni coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Mediolanen. beneficij 11. Decembris eiuſdem anni coram bon. mem. Orano.*

Et ideo fuit deciſum pro informante, &c.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ. 19. num. 18. & ſequent.*

Valentina Canonicatus, & Sacriſtiæ.

Lunæ 15. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Prouiſus Apoſtolicus non eſt immittendus, vbi contradicit poſſeſſor pari titulo, etiam ſi titulum poſt ſententiam, ante tamen executionem, ſeù immiſſionem producat.

SVMMARIVM.

1 Clauſula, Non tamen à nobis prouiſis, *præferuat prouiſos à Papa, ſiuè benè, ſiuè malè prouiſi fuerint.*
2 *Exceptio oriens ex ventre Breuis nũquam cenſetur excluſa, ſed admittitur, etiam ſi requirat altiorem indaginẽ. num. 3.*
4 *Contradictor legitimus ad impediendam Breuis executionem, dicitur, qui fuit immiſſus in poſſeſſionem, vigore aliarum literarum Apoſtolicarum.*
5 *Contumax, qui alias eſt legitimus contradictor, an, & quando impediat immiſſionem.*
6 *Contumax etiam verus, de ſtylo Rotæ, admittitur ad appellandum infra decendium à prolatione ſententiæ.*
7 *Exequutio vt retardetur, ſufficit leuis fumus, vbi præiudicium non eſt conſiderabile, nec perpetuum.*
8 *Contradictor legitimus quis dicitur ad impediendam Breuis executionem, etiam ſi ipſius gratia iuſtificata non ſit,* dum-

dummodo adſit ſummaria, & apparens probatio.
9 *Clauſula*, Non tamen à nobis prouiſis, *non excludit eos, qui prouiſionem à prædeceſſoribus habuerunt.*
10 *Clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *intelligitur de prouiſis tempore datæ Breuis, non autem de prouidendis.*

DECISIO CXXII.

COMMISSA mihi in Rota cauſa appellationis Gaſparis à ſententia A. C. lata ad fauorem Petri Ioannis à Sanctiſſimo D. N. prouiſi, ſuper exequutione Breuis de capienda poſſeſſione Canonicatus, & Sacriſtiæ, de quibus agitur, cum clauſula, *parito Breui, arbitrio Rotæ*; dictum fuit per Dominos, eidem arbitrio locum eſſe ad retardandam dicti Breuis exequutionem. Habet enim clauſulam, *Amotis, &c. non tamen à nobiſmet ipſis prouiſis*, &c. Quæ præſeruat prouiſos à Papa
1 (qualem ſe prætendit Gaſpar ex duab. gratijs Apoſtolicis per eum exhibitis) *Rot. deciſ.* 711. *num.* 1. *part.* 3.
lib. 3. *diuerſ. & in vna Salamantina beneficij* 22. *Iunij*
1599. *coram Litta*, ſiuè fuerunt benè, ſiuè malè prouiſi
Rot. deciſ. 723. *num.* 1. *verſ. concluſum fuit d. lib. & part.*
A 3. *diuerſ.* A, Et iſta exceptio vti oriens ex ventre eiuſ-
2 dem Breuis, nunquam cenſetur excluſa *Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig. & in l.* 1. *§. & parui num.* 5. *ff. quod vi, aut clam, Bald. in auth. præſente, in* 2. *notab. C. de fideiuſſ. & in l. bonæ fidei in fin. C. de pact.* cum pluribus *per Felin. in cap. ex parte il ſecondo verſ. decimò fallit, de off. deleg. Caſſad. deciſ.* 10. *per tot. de reſcript.* & in ſpecie de exceptione oriẽte ex eodem Breui *Card. Seraphin. deciſ.* 980. *num.* 13. Sed admittitur, etiam
3 ſi altiorem requirat indaginem *Caſtr. conſ.* 270. *num.* 3. *verſ. allegata verò, lib.* 2. *Surd. conſ.* 186. *num.* 22. *lib.* 2. *Idem Seraph. deciſ.* 430. *num.* 5. & facit doctrina *Bart. in l. ſi ita ſit adſcriptum num.* 2. *ff. de legat.* 1. Vbi de exceptione ademptionis legati reſultante ex eodem, vel diuerſo teſtamento. Imò etiam ſinè dicta clauſula, cum vterque habeat gratias Apoſtolicas, Gaſpar verò vltra
4 illas habeat etiam poſſeſſionem, cenſeri debet legitimus contradictor, *Alber. in l. fin. num.* 14. *Bart. num* 21. *verſ. aut comparet aliquis Zuccard. num.* 374. *Dec. num.* 40. *verſ. & iſta concluſio, C. de edict. Diu. Adr. tollen. Beninten. deciſ.* 83. *num.* 4. & 5. *Perſonal. in tract. de adipiſ. poſſ. num.* 398. quod etiam fuit reſolutum in vna *Ouenſenſi Canonicatus* 30. *Martij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Lugdunenſi*
B B, Non obſtat, quòd Gaſpar, vti contumax, immiſſionem impedire non poſſit, producendo
5 ſuas gratias poſt ſententiam latam, ad quod allegabatur *Bart. in l. fin. num.* 21. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* & dabantur deciſiones *in Eluenſi beneficij* 13. *Nouembris, &* 16. *Decembris* 1602. *coram bon. mem. Penia. Bart.* enim optimè ſe ipſum declarat *d. num.* 21. *verſ quãdoq; quis venit poſt iuſſum*, quòd ſcilicet contumax, qui aliàs eſt legitimus contradictor, tunc impediat immiſsionem, quando comparuit re integra, quod eſt ante immiſsionem, vel executionem factam, licèt poſt iuſſum de immittendo, & ad purgandam contumaciam fuit admiſſus; & ita communiter intelligunt, & ſequuntur *Alex. ibidem num.* 23. *verſ. ſecundus quando, Iacobin. num.* 45. *Curt. Iun. num.* 75. *verſ. tertia concluſio, & Zuccard. num.* 408. & tradit etiam *Perſonal. in d. tract. num.* 75. & 76. & ſecundùm hanc doctrinam *Bart.* ita communiter receptam, & intellectam, Domini dixerunt procedere, & intelligendas eſſe doctrinas, & deciſiones in contrarium adductas. Supradicta autem benè applicantur caſui noſtro; nam dato etiam, quòd Gaſpar verus contumax dici poſſet, Signatura tamen Sanctiſsimi per commiſsionem mihi directam voluit, ipſum in neceſſarium antecedens, non obſtante contumacia, audiri: & de ſtylo Rotæ, etiam verus contumax ad appellandum admittitur
6 infra decendium à die ſententiæ *Rot. deciſ.* 364. *alias* 16. *in fin. de dolo, & contum. in nou.* quam referunt, & ſequuntur *Card. in clem.* 1. *ſub num.* 15. *propè fin. verſ. Curia Romana, eodem tit. & Felin. in cap.* 1. *ſub num.* 7. *verſ. vnum etiam ſcias, vt lit. non conteſt. & in cap. quod ad conſultationem num.* 28. *de ſent. & re iud.* & fuit tentum *in Boianen. beneficij* 6. *Iunij* 1614. *coram me.* Tantò magis, quia ad effectum ſuperſedendi in executione ſuf-
7 ficit leuis fumus, cum præiudicium non ſit conſiderabile, nec perpetuum, vt dictum fuit *in Aſtoricenſi Prioratus* 9. *Decembris* 1596. *coram Orano, & in Aurienſi Parochialis* 27. *Aprilis* 1598. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Lancellotto* relatis per *Modern. ad reg.* 8. *gloſ.* 9 *in annotat. contra nullit. num* 288 & 289. Demum non obſtat, gratias Gaſparis, & præſertim ſubrogationis gratioſæ in iuribus Michaelis defuncti non eſſe iuſtificatas, & litem in præiudicium Petri Ioannis non iuſtificari, ex cõfeſsione partium in concordia inter eas inita Nam cum
8 non agatur de canonizatione gratiæ, nec de illius executione, ſufficit ſummaria, & apparens probatio ad hoc, vt Gaſpar dicatur legitimus contradictor, *Innoc in cap. veniens il ſecondo, & ibi Felin* de communi *num* 13 *de teſtib.* cum alijs per *Menoch de adipiſcen poſſ. remed* 4. *num* 623. & 624. & tamen exhibetur proceſſus formatus ſuper iuſtificatione gratiæ coram exequutore de partibus: & ideo fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Clauſula. *Non tamen à nobis prouiſis*, præſeruat prouiſos à Papa, & facit, vt contra ipſos agi non poſſit executiuè, *Cardinal Caualer. deciſ.* 355. *num.* 2. & *num.* 3. quòd ad effectum dictæ clauſulæ non attenditur, an prouiſio ſit bona, vel mala, ſed ſufficit, prouiſum oſtendere ſuam prouiſionem Apoſtolicam ad impediendam viam executiuam; ſequitur *Garz. de benefic. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 79. *Barboſ. de clauſul clauſul.* 90. *num.* 4. *iuxta Lugdunen impreſſ.* & d.
9 clauſula ſicut non excludit eos, qui à prædeceſſoribus prouiſionem habuerunt, *Rot. in Aquilana Canonicatus* 6 *Octobris*, 1586. *coram Cardinali Blanchetto, apud Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 652. & *apud Marcheſ de com-*
10 *miſſ. part.* 1. *pag.* 429. ita intelligitur de prouiſis tempore datæ Breuis, non autem de prouidendis, *Rot. in Toletana beneficij* 14. *Nouembris* 1605. *coram Iuſto apud Marcheſ d. part.* 1. *pag.* 384.
B *Cardinal Caualer. deciſ.* 450. *num.* 4. & *deciſ.* 485. *num* 1. *Rota in Nullius, ſeù Baren. beneficij* 19. *Iunij* 1623. *coram bon. mem Remboldo*, cum alijs adductis infra *coram Domino meo in Boſſanen. parochialis* 28 *Februarij* 1625. *num.* 1.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Ciuitatis Caſtelli, ſeù Romana ſequeſtri.

Lunæ 15. Iunij 1615. extra Rotam.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum non conceditur, non probata dilapidationis ſuſpicione; & quomodo probetur dilapidatio; & an ſequeſtrum, ceſſante dilapidationis timore, ſuſtineatur in vim inhibitionis de non ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum, vt obtineatur, dilapidationis ſuſpicio inter alia probari debet.*
2 *Dilapidationis ſuſpicio quomodò probetur, vide remiſsiuè.*
3 *Dilapidatio non probatur ex non redditione rationis pecuniarum habitarum, & bonorum adminiſtratorum.*
4 *Dilapidatio vt probetur, probatio debet neceſſariò concludere.*
5 *Dilapidatio probanda eſt per actus extrinſecos venditionũ, alienationum, & ſimilium.*
6 *Adminiſtator ante redditam rationem debitor dici nequit, quia poteſt in redditione rationis creditor remanere: limita, vt num. 11.*
7 *Sequeſtrum non conceditur contra eũ, qui dedit fideiuſſorẽ.*
8 *Appellationi vnius poteſt altera pars adhærere.*
9 *Sequeſtrum, ceſſante ſuſpicione dilapidationis, an, & quando ſuſtineatur in vim inhibitionis de non ſoluendo vigore hypothecæ.*
10 *Inhibitio de non ſoluendo habet vim ſequeſtri, & permiſſa eſt, quando fit in executionem iudicati.*

DECISIO CXXIII.

DOMINI ſteterunt in reſolutione facta 30. Martij præteriti, videlicet ſequeſtrum obtentum à D. Iulio ſuper ſorte, & fructibus cenſus, de quo agitur, reuocandum eſſe ad fauorem D. Franciſcæ, reſpectu fructuũ ex rationibus, de quib. in deciſ. videlicet. Primò, quia D. Iulius non docuit; D. Franciſcã eſſe ſuſpectam
1 de dilapidatione quod eſt vnum ex requiſitis neceſſarijs ad obtinendum ſequeſtrum, ex aliàs allegatis, & eſt *text in l. Imperatores, §. fin ff de appell in l. ſi cum dotem §. ſin autem ff ſol. matr. Gloſ in l. vnica C. de probib. ſeq. & in cap. dilectus in verſ ſequeſtrari, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Myſing. cent. 2. obſer. 11. num. 4.* & *eſt deciſ. Guid. pap. 246. in princ. verſ. 4. requiritur Apoſtill ad Papien.*
2 *in forma ſequeſtri in verſ. latam ſententiam.* Hæc enim dilapidationis ſuſpicio probata non fuit modis, de quibus per *Gloſ in l. ſi fideiuſſor. §. fin. in verſ. officium, ff. qui ſatiſd. cog. & Gayl. lib. 1. obſeru. 148. num. 7.* ſed deducta ſolùm ex eo, quòd plures, & notabiles ſummæ
3 pecuniarum, necnon & bona adminiſtrata ad manus Franciſcæ peruenerint, quorum non fuit reddita ratio. Quod concernit iudicium adminiſtrationis, & ſolùm concludit D. Franciſcam debitricem, non autem dilapidatricem, vel malam conſumptricem huiuſmodi bono-
4 rum, & pecuniarum. Et ita probatio non eſt neceſſaria, prout eſſe deberet, vt de teſtibus ſuper dilapidatione *Alex. conſ. 72. num. 9. in princ. lib. 1.* illa enim probanda
5 eſt per actus extrinſecos venditionum, alienationum, & ſimilium *Bart. in l. ſi conſtante, num. 15. in. fin. & ibi Iaſ. num. 157. ff. ſol. matr.* imò iſta probatio, neque
6 etiam concludit debitum; cùm dicta Franciſca ſolùm teneatur ad rationem reddendam, in quo docere poteſt verſionem in vtilitatem filiorũ, & creditricem ſe rema-
A nere A, *Anchar. conſ. 235. num. 1. ad fin. verſ. præterea propter incertam, Alexand. conſ. 192. num. 2. ad fin. lib. 7. Neguſ. de pignor. par. 5. membr. 1. num. 37. Cephal. conſ. 768. num. 14. & conſ. 769. num. 11. in 5. Facbin. controu. iur. lib. 8 cap. 58. verſ. ſed hoc fundamẽtum, & firmauit Rota 2. Iunij 1614. in Rom. prætenſi ſpolij coram R. P. D. meo Veroſpio, & eadem die in Rom. pecuniaria coram me.* Quæ etiam ſatis veriſimilia viſa fuerunt, ſtante ſententia A. C. abſolutoria dictæ Franciſcæ à dicta redditione rationis: ſecundò, quia d. Iulio fuerat
7 cautum per fideiuſſorem datum à D. Franciſca in ſuſceptione tutelæ, ex allegatis in deciſione. Nec conſtat de allegata dicti fideiuſſoris decoctione, & ſequeſtrum non fuit ex hoc capite obtentum, ſed tantùm pro redditione rationis adminiſtrationis tutelæ. Non obſtat acceptatio decreti reuocationis ſequeſtri ſub obligatione dictæ Franciſcæ, & dicti Octauij de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; quia placuit reſponſio, quòd cum dictus Iulius decreto non acquieuerit, ſed ab eo appellauerit,
8 poteſt dicta Franciſca adhærere illius appellationi *iuxta tex. in l. ampliorem C. de appellat. Alex. conſ 183. num.*
9 *4. lib. 6.* Minus obſtat *conſ Pariſ 107. à num. 61. ad 86. lib. 3.* vbi voluit, ceſſante ſuſpicione dilapidationis, ſequeſtrum ſubſtineri in vim inhibitionis de nõ ſoluendo vigore hypothecæ *iux. l nomen C. quæ res pignor* &c. iſtud enim procedere poteſt reſpectu debitoris inhibiti, qui tenetur inhibitioni parere, aliàs malè ſoluit, & ita loquitur *tex. in l. fin ff. de leg. commiſſ. ibiq. Bart. & Bald.* idem *Bart. in l. 1. num. 10 quæſt. 11. ff. de nou oper. nunc.* qui à Pariſ. citantur, ſed reſpectu debitoris illius, qui inhibitionem obtinuit, non reperitur immutata regula prohibitiua ſequeſtri, vbi ceſſat dilapidatio, vel illius ſuſpicio, & vbi eſt cautum creditori ex ſupra, & in
10 deciſione allegatis. Et inhibitio de nõ ſoluẽdo habet vim ſequeſtri, & permiſſa eſt, quando fit in executionem iudicati *Bald. in cap. fin. in fin. de ſequeſtr. poſſ & fruct.* Alia per D. Iulium deducta viſa fuerunt reſponſione non indigere, cum non pertineant ad punctum. Et ideo ex his DD. ſteterunt in deciſ vt ſupra videlicet ſequeſtrum eſſe reuocandum reſpectu fructuum cenſus: & ita dixerunt referendum DD. Senatori, & Capitaneo appellationum, quorum prudentiæ, & arbitrio ſe remiſerunt circa petita per d. Iulium, & præſertim an ſit proſpiciendum indemnitati D. Franciſcæ; ita vt iſta pecuniarum ſumma, de qua agitur, quæ vt ſupponitur eſt notabilis, cedat illius commodo, &c.

ANNOTATIO.

A Adminiſtrator licèt regulariter non poſſit dici debitor, niſi reddita adminiſtrationis ratione, vt firmauit Rota in hac deciſione, & infra *coram Domino meo in Aſculana ſpolij 10. Ianuarij 1620. num. 2. in Spoletana hæreditatis 31. Ianuarij 1622. num. etiam 2.* in qua omnès ferè huius deciſionis concluſiones firmantur, & *in Romana liberationis*
11 *à fideiuſsione 23 Iunij 1625. num. 4.* tamen hoc fallit in quantitate certa, & determinata per ipſum ſoluenda, in qua interim ſemper dicitur liquidus debitor, vt dixit Rota *in Aquitanien Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano* in fine, ex doctrina *Soccin. in l. pecuniam, quam num 10. ff ſi cert. pet. Grammatic. deciſ. 58. num. 10. Vincent. de Franch. deciſ. 292. num. 2.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domorum de Roncionibus.

Mercurij 7. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio vt valida ſit, quænam requirantur, latè exponitur.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio habet vim venditionis, & emptionis, & eiſdem terminis, et regulis metitur.*

Ven-

Digitized by Google

2 *Venditio de ſui ſubſtantia requirit rem, pretium, & conſenſum.*
3 *Adiudicatio vt facta dici poſsit, in eares, pretium, & conſenſus interuenire debent.*
4 *Pretium in venditione certum eſſe debet.*
5 *Datio in ſolutum requirit certitudinem crediti.*
6 *Dationem in ſolutum, ſeù adiudicationem liquidatio crediti præcedere debet.*
7 *Adiudicatio facta pro quantitate incerta, non valet, nec ex ea transfertur dominium.*
8 *Conſenſus requiſitus in emptione, & venditione præſtari debet per verba, de præſenti, non autem de futuro; nec ſufficit, ſi venditor dicat*, rem meam vendere vellem, *& emptor*, vellem emere.
9 *Verbum præteriti imperfecti, imperfectionem ſignificat.*
10 *Adiudicatio facta per verba*, obtinuit mandari adiudicari, *dicitur nulla ex defectu conſenſus, quia fieri debet per verba præſentis temporis.*
11 *Dominium, vel quaſi, aut poſſeſsio non transferuntur per ſententiam, non ſecuta traditione.*
12 *Mandatum de adiudicando non inſeruit pro adiudicatione, niſi doceatur de effectuatione ſubſecuta, & num. 17.*
13 *Adiudicatio de ſtylo quomodo facienda ſit.*
14 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
15 *Stylus quando reſpicit ordinatoria iudicij, poteſt Iudex, de eo ſe extraiudicialiter informare: ſecus ſi reſpiciat deciſoria, num. 33.*
16 *Dominium abſquè traditione per ſententiam transfertur, vbi quis iam in poſſeſsione reperitur.*
17 *Mandatum de vendendo non eſt venditio.*
18 *Mandatum ad obligandum non eſt obligatio.*
19 *Contractus conſiſtit in vltimo puncto, & inſtanti concluſionis, à quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata.*
20 *Actum nihil dicitur, donec aliquid ſupereſt agendum.*
21 *Actus non dicitur perfectus, quando partim eſt factus, et partim non.*
22 *Decretum de adiudicando, relaxatum cum intimatione remanet nullum, ſi non fiat intimatio.*
23 *Intimatio antè actus executionem reproducenda eſt, vt Iudex de illa certus ſit.*
24 *Intimatio decreti Iudicis fieri ſolet, ad effectum, vt pars deducat ſi quid releuans habet, et tunc iudex, vel reponat, vel mandet ſuperſederi.*
25 *Adiudicatio vbi eſt conſumata, nil aliud à Iudice agendum eſt.*
26 *Adiudicatio non dicitur conſumata ante intimationem decreti adiudicationis, et illius reproductionem.*
27 *Fructus ex pignore habiti computantur in ſortem.*
28 *Clauſula*, conſtito de aſſertis, *facit iuriſdictionem Iudicis conditionalem, ita vt procedere non poſsit, niſi iuſtificatis narratis.*
29 *Probatio vbi requiritur per modum conditionis, requiritur vera probatio.*
30 *Adiudicatio fieri non debet, vbi adeſt alterius oblatio.*
31 *Oblator in ſubhaſtatione citandus eſt ad faciendum depoſitum de ſummis oblata.*
32 *Poſſeſsio capta vigore mandati de adiudicando, non expectata adiudicatione, ſpoliatiua eſt.*

DECISIO CXXIV.

IN hac propoſitione, an eſſet receden. à deciſis ſub die 9. Februarij præteriti, fuit nouiter dubitatum, an cõſtaret de adiudicatione inſolutum domorum, de quibus agitur, facta Roncionibus, quæ præſuppoſita fuit in præcedenti reſolutione, & de ſola validitate tunc
dubitatum, & Domini de illa non conſtare vnanimiter
tenuerunt. Ea enim deducitur ex quodam decreto Re-
uerendiſsimi D. Attrebatenſis facto ſub *die* 20. *Februarij*
1609. per quod mandauit adiudicari DD. de Roncio-
nibus bona in executione capta pro quantitate eorum
crediti, iuxta formam ſtatutorum Vrbis. Quod tamen
decretum DD. viſum fuit non ſufficere ad probandam
dictam adiudicationem, quia cum illa habeat vim ven-
1 ditionis, & emptionis, & eiſdem terminis, & regulis
metiatur, *l. eleganter, in princ. vbi Bart. Bald. et Caſtr.*
ff. de pignor. cum allegat. per *Tiraq. de retract. conſang. ſ.*
1. gloſſ. 14. num. 12. Rot. deciſ. 662. num. 5. part. 1. di-
uerſ. Venditio autem de ſubſtantia requirat rem, præ-
2 tium, & conſenſum *ſ. 1. Inſtit. de empt. et vend* vt poſſit
dici facta adiudicatio, deberet oſtendi, hæc omnia inter-
3 ueniſſe, vt ſentit expreſsè *Soccin. iun. conſ. 47. num. 7.*
in fin. lib. 2. in propoſito verò apparet, & pretium, &
conſenſum defeciſſe. Nam quoad pretium ſicut in ven-
ditione, & emptione non ſolùm eſt neceſſarium, ſed
4 etiam illius certitudo *§. pretium Inſtit. eod. Mant. de*
tacit. lib. 2. tit. 19 num. 15. ita in datione in ſolutum cre-
ditum, quod eſt pretium rei adiudicandæ, deberet eſſe
5 certum *Anchar. Regen. quæſt. famil. 28. num. 3. lib. 1.*
Surd. conſ. 225. num 9. in fin. vol. 2. & ideo neceſſaria
6 erat liquidatio quantitatis crediti in his terminis, *Bald.*
conſ. 122. ſub num 1. verſ. et inter alia lib. 3. & dixit Rota
in Romana Vineæ 24. Octobris 1605. coram Reuerendiſſi-
mo Bononien. et in Romana pecudum 14. Nouembris 1611.
coram R. P. D. Caualerio, & hinc etiam infertur defectus
rei datæ in ſolutum; quia cum domus adiudicatæ fue-
rint pro concurrenti quantitate crediti ante illius liqui-
7 dationem, & declarationem, portio in ſolutum data fuit
incerta, & conſequenter non fuit tranſlatum dominium,
Ruin. conſ. 136. num. 8. lib. 1. Quò verò ad conſenſum
defectus patet; quia adiudicatio non fuit facta per ver-
8 ba importantia cõſenſum de præſenti, ſed de futuro, ibi,
obtinuit mandari adiudicari, & tamen requiruntur verba
de præſenti, ſicut in emptione, & venditione *l. 1. & 2.*
ff. de contrahen. empt. l. 3. C. eodem Theſaur. deciſ. 334.
num. 5. & 6. in fin. adeò vt non ſufficiat ſi dicam, *vel-*
lem tibi vendere rem meam pro decem, & tu reſpon-
deas, *vellem illam emere pro decem*, quia ponitur ver-
9 bum præteriti imperfecti, quod imperfectionẽ ſignificat
Gloſſ. magna in l. vendentes in fin. verſ. & quod ſi dicam
C. de contrahen. empt. & ibi *Odofr. in fin. verſ. quæritur*
tunc, *Cyn. num. 5. Bald. in 6. quæſt. num. 27.* & tran-
ſeunt communiter *Doct.* vt ibi teſtatur *Salycet. num. 11.*
Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quinta quæſtione
principali num. 51. Bart. in l. ſeruus electione, quinta in
princip. num. 4. in fin. verſ. quandoq. actus de leg. 1. & ibi
Bald. num. 13. verſ. per Gloſſ. tamen, facit Card. *Mantic.*
de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 15. Ita in adiudicatione erat
10 neceſſaria, ex regula ſupra firmata, & in ſpecie noſtra
ponderanda ſunt verba *text. in l. a diuo Pio 15. §. ſi*
pignora ff. de re iud. quæ ſunt præſentis temporis ibi, *vt*
addicantur, & *Gloſſ.* ibi exponit, *ideſt dentur in ſolu-*
tum, & *Odofr. Alber. & Bart.* qui omnes expreſsè ſen-
tiunt, adiudicationem fieri per verba de præſenti, & ſe-
quuntur *Caſtr. in princ. verſ. & prædicta*, qui ponit
verba ſententiæ adiudicationis tẽporis præſentis, prout
ponit etiam *Hercul. ibidem num. 2. verſ. & prædicta*
procedunt, & idem ſentiunt DD. *in l. ordo*, C. *de execut.*
rei iud. vbi *Bald. in princ. verſ. & eſt quinta*, *Salycet. verſ.*
ad hoc aduerte, & *in l. penult. & in fin. C. ſi in cauſ. iudic.*
faciunt verba tex. *in §. final. Inſtit. de offic. iudic.* ibi,
quod autem iſtis iudicijs adiudicatum fuerit, id ſtatim
eius fit, cui adiudicatum eſt, & *in l. 2. in fin. & in l. 3.*
& 4. ff. fin. regund. Per ſententiam enim non transfer-

11 tur dominium, vel quaſi, nec poſſeſſio, niſi ſubſecuta traditione *Gloſſ. fin. in d. §. fin. Inſtit. de offic. Iud. l. ſciendum, §. ſi fundum ff. qui ſatiſd. cog. Bart.* & alij *in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure Alex. conſ. 4. num. 4. vol. quinto*, & in terminis noſtris, quòd mandatum de adiu-
12 dicando non inſeruiat pro adiudicatione, niſi doceatur de effectuatione ſubſecuta, fuit dictum *coram R. P. D. meo Caualerio in dicta Romana pecudum* 14. *Nouembris*
A 1611. A. Idque etiam comprobatur ex ſtylo, qui ino-
13 leuit, faciendi huiuſmodi deliberationes, & adiudicationes poſt decreta de conſignando ad effectum ſubhaſtandi, & de adiudicando: nam expediuntur mandata directa Curſoribus, vel executoribus de deliberando, & adiudicando, qui deinde in illorum executionem delibe-
14 rant, & adiudicant, fungentes vice partis, iuxta *l. p. C. ſi in cauſ. iudic.* & quidem per verba, præſentis temporis, & ſuper eo fiunt publica inſtrumenta cum ſuis clauſulis, poſt quæ ſequitur traditio, vel apprehenſio poſſeſſionis, vt ex atteſtatione magiſtri curſorum, & fide plurium decretorum, & mandatorum datis pro parte Domini Ducis de Comitibus, quæ viſa fuerunt DD. ſufficientia pro
15 informatione ſtyli, de quo poteſt Iudex, cum reſpiciat ordinatoria, ſe extraiudicialiter informare *Alex. in l. dies cautioni, §. hoc autem, num. 26. ff. de damn. infect.* cum alijs per *Oſaſch. deciſ. 22. num. 16. verſ. nec etiam, & 17 & Rota in Romana de Pinis 27. Ianuarij 1614. coram Reue-*
B *rendiſſimo D. Damaſceno.* B, Non obſtat, quòd Roncionibus, iam in poſſeſſione domorum exiſtentibus antè de-
16 cretum adiudicationis, traditio neceſſaria non fuerit ad tranſlationem dominij in ipſos *l. qua ratione §. interdum ff. de acq. rerum dom. Abb. in cap. ex literis num. 13. de conſuetud.* & cõſequenter opus non fuerit expeditione mandati de deliberando, & actuali adiudicatione per Curſorem in illius executionem facienda. Nam reſpondetur, quòd hæc erant neceſſaria ad acquiſitionem tituli, & tranſlationem dominij, ad quam non ſufficiebat ſimplex illud decretum Iudicis, mandans adiudicari, quod propterea vim actualis adiudicationis obtinere non poteſt: cum mandatum de adiudicando non ſit adiudicatio, ſi-
17 cut mandatum de vendendo, non eſt venditio, *l. quod ſæpe 25. §. ſi quis amico, ff. de contrahend. empt. Boer. deciſ* 48. *num.* 10. & fuit dictum *in Pacen. penſionis 10. Decemb.* 1594. *coram Card. Pamphilio*, & mandatũ ad obli-
18 gandum non eſt obligatio, cum alijs pluribus exemplis relatis *per Anchar. conſ. 28. in fin. & per Alex. conſ. 72. num. 9. lib. 3. & per Tiraquell. de retract. conuent. in fin. num. 41. et ſequentibus*, & in his terminis tenuit Rota *in d. Romana pecudum, coram R. P. D. meo Caualerio.*
19 Contractus enim conſiſtit in vltimo puncto, & inſtanti concluſionis, à quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata, *l contractus 17. ff. de fide inſtrument. & ibi Bart. num. 4. Salycet. quæſt. 5. in fin. Fulgoſ. num. 5. Caſtr. num. 7. Rota deciſ. 756. num. 8. part. 1. diuerſor.* &
20 faciunt vulg. regulæ, quòd nihil dicitur actum, donec aliquid ſupereſt agendum, *l. cum Syllanianum in fin.* &
21 ibi *Bald. num. 2. C. de his quib. vt indig.* & actus non dicitur perfectus, quando eſt partim factus, & partim non *l. 2. ff. de origine iuris*. Secundò principaliter moti fuerunt Domini, quia iudex mandauit, dictum decretum
22 intimari, & ideo non ſolùm debuit fieri intimatio iuxta *deciſ. Put. 168. lib. 1. in nouiſſ.* ſed etiam reproduci ante
23 adiudicationem, vt Iudex de illa certus eſſet *Bart. et Bald. in l. multum intereſt in fin. ff. de cond. et demonſtrat.* cum alleg. per *Vant. de nullit. ex defect. cit. num. 146. et in Imolen ſeu Fauentina bonorum 16. Maij 1594. coram bon. mem. Litta, Seraph.* qui pro nullitate ſubhaſtationis
C *deciſ. 1100. num 9* C, & tamen productio fuit facta 24. *Nouembris* 1614. & ſic ferè per quinquennium poſt decretum adiudicationis factum 23. *Februarij* 1609.

Præterea ex hoc defectu reproductionis intimationis corroboratur imperfectio adiudicationis; nam cum ordo
24 intimandi fiat, vt pars deducat, ſi quid releuans habeat, & tunc Iudex, vel reponat, vel mandet ſuperſederi: vtique id facere non poſſet, ſi per illud ſimplex mandatum de adiudicando eſſet conſumata adiudicatio, cum nihil
25 aliud expectet *d. l. Diuo Pio §. ſi poſt aditum*, vbi poſt *Bart. Cuman. Imol. Alex. in 1. et Iaſ. in 2. not.* & ſic ne
26 intimatio ſit ſuperflua, & deſeruiat de vento, quod abſurdum eſſet, dicendum eſt, Iudicem nõ habuiſſe pro perfecta, & completa adiudicationẽ ante notitiam intimationis executæ, & ſic ante productionem illius in actis factam. Tertiò mouebantur, quia non conſtat, calculatas, & deductas fuiſſe penſiones per Roncionos ante decretum mandati de adiudicando perceptas, prout erant
27 deducendę tanquam ex pignore habitæ: & deductas fuiſſe narratum fuerat in commiſſione, cuius vigore Reuerendiſſimus D. Attrebaten. proceſſit ad decretum prædictum, quæ cum ſignata eſſet adiecta clauſula, *Conſtito, de aſſertis*, iuriſdictio Iudicis erat conditionalis, nec pote-
28 rat procedere niſi iuſtificatis narratis, *Soccin. conſ. 99. num. 10. lib: 3. Pariſ. conſ. 41. num. 13. conſ. 45. num. 5. cum ſequenti lib. 4. Roland. conſ. 65. num. 20. cum ſeqq.*
29 *lib. 3. Put. deciſ. 275. num. 1. lib. 2. in nouiſ.* & quidem per veras probationes *l. Lucius 82. ff. de cond. & demonſtrat. Bellam. deciſ. 471. Felin. in rubr. de probat. ſub num. 3. Rota in Leodien. prætenſi cenſus 29. Iunij 1596. coram Orano, & aliàs paſſim.* Quartò, nonnullis ex DD. viſum fuit ſubſiſtere motiuum aliàs deductum contra validitatem adiudicationis ex oblatione Guarnaccioni ſcu-
30 torum 2000. quæ non fuit conditionalis, nec pro minori ſumma crediti, nec extra terminum, vt aliæ, & ideo impediebat dationem in ſolutum, *l. 1. C. ſi. in cauſam iudic. ibique Salycet. & Fulgoſ. l. à Diuo Pio §. ſi pignora in princ. ff. de re iudic. Rota in deciſ. in hac cauſa 5. Decembris 1608. coram Reuerendiſſimo D. Attrebaten.* Nec fuit intimatio facta Domino Duci ad deponi faciendum,
31 quia cum eſſet ipſi oblatori ius quæſitum *Bart. in l. licitatio num. 4. ff. de public. & in l. ſi tempora num. 3. & 4.* vbi *Io. de Plat. num. 2. C. de fide inſtrument. lib. 10.* illi facienda eſt citatio, & intimatio *ad Bartol. d. l. licitatio*, & in ſpecie dixit Rota *in Romana nullitatis ſubhaſtationis 6. Februarij 1604. coram Litta.*

Et ex his, & alijs fuit ita concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd mandatum de adiudicando non ſit adiudicatio, ſequendo hanc deciſionem dixit *Rota in Romana Syluæ 28. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Veroſpio*, in qua ſpoliatiua declarata fuit poſſeſſio capta vigore mandati de adiudi-
32 cando, non expectata adiudicatione, & non ſeruatis omnibus, quæ in ipſa erant neceſſaria; ſequitur *Gratian. diſcept. Forenſ. 545. num. 32.* in qua totam ferè hanc deciſionem adduxiſſe videtur, & dixit *Rota in Rom. cenſus decimarũ V. 10. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

B Quòd quãdo ſtylus reſpicit ordinatoria iudicij, ſufficit, quòd iudex de illo ſe extraiudicialiter informet, vltra hic citatos *Gratian. d. diſcept. 545. num. 35. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 484. num. 6.* & ibi *Adden. num. 8. & coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano deciſ 141. num. 2. inter eius impreſſ. & in Ferrarien. decimarum. 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo, in qua hæc deciſio allegatur*, & infra *coram Domino meo in Meliten conſeruæ 27. Ianuarij 1616. quæ eſt deciſ. 148. num. 8. & in Piſtorien. beneficij 13. Ianuarij 1617. num. 2.* ſecus eſt, vbi ſtylus reſpicit deciſo-
33 ria, tunc enim eſt concludenter probandus, nec ſufficit

extraiudicialis informatio ex fide notariorum, & Curialiū *Rota deciſ.* 259. *num* 5. *part.* 1. *recent Mantic. deciſ* 357. *num.* 2. cum alijs adductis infra *coram Domino meo in Romana prætenſe ſubhaſtationis* 10. *Nouembris* 1623. *num.* 9. Verùm ſtylus ſemel probatus, etiam inter alios non indiget alia probatione, *Peregrin. deciſ.* 51. *lib.* 1. *& deciſ* 33. *lib.* 2. quem refert, Rota *in Narnien. dotis* 13. *Maij* 1591. *coram Penia*, *impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ. part.* 1. *pag.* 241.

C *Gratian. d. diſcept.* 545. *num.* 54. *Gregor. XV. deciſ.* 31. *num.* 8. *Cardin. Caualer. deciſ.* 486. *num.* 1. *& deciſ* 524. *num.* 6. *Rota deciſ.* 689. *num.* 4. *part.* 1. *recent. & in Lateranen. ſeu Romana penſionis* 29. *Aprilis* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo*, *& in Terracinen bonorum* 21. *Februarij* 1622. *coram R.P.D. meo Merlino*, in quibus hæc deciſio confirmatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana adminiſtrationis.

Lunæ 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Teſtator vbi alicui commiſit electionem vnius de pluribus ad adminiſtrationem, ſi is non eligat, adminiſtratio danda eſt à Iudice vni ex illis, de quibus electio facienda erat.

SVMMARIVM.

1 *Electio incerti de certis vbi alicui commiſſa eſt, eo non eligente, omnes admittuntur.*

2 *Mens teſtatoris vbi declarata non fuit ab eo, cui teſtator commiſit, tunc declaratio à Iudice facienda eſt.*

3 *Agnatis magis quàm alijs confidit lex in delatione tutelarum, quia ob ſpem ſucceſſionis diligentiùs adminiſtrant.*

4 *Caſus omiſſus habetur pro expreſſo, quando ſequitur ex eo, quod expreſſè diſpoſitum fuit, vel quando veriſimile eſt, teſtatorem ita ſenſiſſe.*

5 *Adminiſtratores in ſubſidium vocati admittuntur, caſu eueniente.*

6 *Teſtator in dubio præſumitur, hæredem minùs, quàm fieri poterit, grauare voluiſſe.*

7 *Renunciatio facta per vnum de vocatis infert alijs præiudicium, eius vita durante ſolùm, non poſt eius mortem.*

8 *Adminiſtratio vni tantùm concedenda eſt, quando conſtat, teſtatorem voluiſſe, vt ad vnum tantum pertineat.*

DECISIO CXXV.

EX ordine Sanctiſſimi D. N. propoſui dubium, ad quem ſpectaret, & cui veniret cōcedenda adminiſtratio primogenituræ inſtitutæ per bon. mem. Scipionem de Sancta Cruce Epiſcopum Ceruien. An videlicet illis de familia, & coniunctioribus ex latere fœminæ, vel Vniuerſitati S. Catharinæ de Funarijs: Domini dixerunt, illam non ſpectare ad Vniuerſitatem, ſed dandam eſſe duobus ex coniunctis per Rotam nominandis. Nam licèt vltimi primogenituræ adminiſtratores in dicto teſtamento Epiſcopi nominati non nominauerint eorum ſucceſſores in officio ipſorum poſt obitum, prout facere poterant, & debebant; tamen cum teſtator in eius teſtamento inter cetera expreſsè mandauerit. Primò, quòd adminiſtratores per eum nominati poſt ſuſceptam adminiſtrationem quamprimum concordes eligerent ingreſſurum in alicuius eorum defectū. Secundò, quòd eligendi eſſent de familia de Sancta Cruce, vel de alijs coniunctioribus, etiam ex latere fœminæ. Tertiò, quòd talis
ordo in perpetuum ſeruaretur; ideo cum incerti de cer-
1 tis nominandi eſſent adminiſtratio concedenda eſt ijs, ex
quibus facienda erat electio *iux. l. ſi quis Titio* 17. *in*
fin. l. cum quidam ita 24. *§. idem act. l. vnum ex familia*
69. *§. rogo. & l. cum pater* 79. *§. rogo. ff. de legat.* 2. *Bald.*
in l. 1. *num.* 11. *ff. eod. cum allegatis per Surd. conſ.* 264.
num. 32. *conſ.* 369. *num.* 10. *& conſ.* 375. *num.* 3. *Me-*
noch. conſ. 474. *in princ. & num.* 10. *vol.* 4. *& Peregr. de*
A *fideicom. art.* 33. *num.* 57. *verſ. & eo non eligente* A, &
2 Iudex iuxta mentem teſtatoris declarare debet vltimæ
voluntatis fauore, non facta declaratione per illum, cui
fuit commiſſa *Gloſſ. in l. fin. in verb. & hoc fauore*, & ibi
Bald. num. 8. *Salyc. num.* 3. *in.* 6. *oppoſit. Caſtren. num.* 4.
C. de contrahend. empt. Ang. in l. 2. *§. ſed, & ſi quis C. com-*
mun. deleg. Bart. in l. ſi quis arbitratu num. 5. *ff. de verb.*
oblig. & ibi *Soccin. num.* 28. *verſ. in ea gloſſ. Ruin. num.*
20. *verſ. circa oppoſitionem, Soccin. conſ.* 92. *num.* 11. *vol.*
1. *Card. Mant. de coniect. vlt. vol. tit.* 1. *num.* 17. *in fin.*
lib. 3. Mens autem teſtatoris clariſſima eſt, dum mandauit, electionem fieri quamprimum ſuſcepta admiſtratione, & concorditer, & dum viuerent Adminiſtratores, & hunc ordinem perpetuò obſeruari: & quia primo loco poſt expreſsè vocatos, vocauit illos de familia, vel coniunctiores ex parte fœminæ: ex hoc enim apertè oſtenditur, teſtatorem maiorem confidentiam habuiſſe induſtriæ illorum de familia, & coniunctiorum, prout etiā
3 lex de illis magis confidit in delatione tutelarum, quia
ob ſpem ſucceſſionis diligentiùs admiſtrant *arg. l.* 1. *ff.*
de leg. tut. & notat. in l. tranſactionem C. de tranſact. Bart.
& Bald. in fin. & Iaſ. num. 3. *in fin.* & ideo caſus ha-
4 betur pro expreſſo, cum ſequatur ex eo, quod fuit ex-
preſsè diſpoſitum, *l. ſi ita ſcriptum*, vbi *Bart. & Bald.*
ff. de lib. & poſthum. & veriſimile etiam eſt, teſtatorem
ita ſenſiſſe *Alber. in l. tale pactum*, *§. fin. ff. de pact.*
Cardinal. Mantic. de coniectur. lib. 3. *tit.* 19. *num.*
15. *&* 16. Ex quibus ita firmatis clarè reſultat excluſio
5 Vniuerſitatis Sanctæ Catharinæ, quæ non fuit vocata ad
adminiſtrationem in caſu non factæ nominationis, iuxta
ordinem à teſtatore præſcriptum, ſed ſolùm in ſubſidium, vbi ſcilicet adminiſtratores eſſent nominati, & onus recuſarent, vel legitimè impediti illud non poſſent ſuſcipere, adeò, vt ſucceſſor in primogenitura etiam maior annorum 25. per ſe ipſum cogeretur adminiſtrare: tunc enim voluit, quòd ſtatim exhibeat inuētarium bonorum primogenituræ coram Vniuerſitate, quæ dictam adminiſtrationem ſuſcipiat, ad quam etiam in caſum recuſationis, vel quòd nō prout deberet, dicta Vniuerſitas in ea ſe gereret gradatim vocauit Capitulum, & Canonicos Sanctæ Mariæ Maioris, & deinde Societatem Charitatis, & tandem electionem commiſit Senatori, & A. C. & dicta Vniuerſitas, & aliæ ſubſtitutæ non ſunt niſi illis de familia, & coniunctioribus ex latere fœminæ recuſantibus, vel impeditis, & ſic in eorum defectum, atque ſubſidiū. Quæ mens teſtatoris clarior redditur: cum adminiſtratio illorum de familia, & coniunctiorum debeat eſſe gratuita, illa autem Vniuerſitatis ſit oneroſa cum annuo legato vnius libræ auri, vltra alias 20. vncias pro mercede computiſtarum: & nihilominus teſtator voluit, vt quamprimum primogenitura augeretur ad ſummam ſcutorum 200. mil. & in dubio præſu-
6 mitur, quòd voluerit grauare hæredem minùs, quàm fieri
poſſit *dicta l. vnum ex familia §. ſi rem tuam ff. de leg.* 2.
Vltra quòd ſi Vniuerſitas admitteretur, adminiſtratio
diſ-

difficiliùs ad vocatos reuerti poteſt, quod videtur eſſe contra veriſimilem teſtatoris voluntatem: nec viſa fuit obſtare declaratio per bon. mem. D. Cyriacum Matthæum de tempore obitus D.Honuphrij de Sancta Cruce. Tum quia non conſtat, eueniſſe caſum vacationis eiuſdem D. Cyriaci, vel propter recuſationem, vel propter impedimentum D. Cardinalis illius fratris, & ſic renunciare non poterat ius, quod non habebat. Tum
7 etiam, quia renunciatio non potuit operari, niſi ipſo viuente, quia poſt eius obitum præiudicare non potuit
B vocationi factæ per teſtatorẽ; B & in omnem caſum nõ conſtat, dictam renunciationem aliquem effectum fuiſſe
8 ſortitam. Quia tamen ex ſerie teſtamenti patet, teſtatoris intentionem fuiſſe, vt duo ſemper adeſſent adminiſtratores, ideo DD. reſeruata ſibi illorũ nominatione, dixerunt, duos tantùm eſſe nominandos, non autem illos omnes, qui poterant à præcedentibus adminiſtratoribus nominari, vt ex ſupradictis, prout electionem de vno tantùm, non de omnibus faciendam eſſe, quando cõſtat, teſtatorem voluiſſe, quòd vnus tantùm eligeretur, latè tradit *Surd. conſ. 369. num. 19. & d. conſ. 375. num. 25.*

ANNOTATIO.

A *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 105. *num.* 1.
B De hac materia, an renunciatio primò vocati noceat alijs ſecundò vocatis, vide *Fuſar quæſt. 597. per tot. & infra in Lauretana, ſeù Recanaten. emphyteuſis 17. Febr.* 1625. *num.* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Signina Caſtrorum.

Lunæ 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Sententia, vt ſit valida, quomodo iuſtificetur; & an Iudex habeat facultatem reiterandi terminos ad effectum ſanandi defectus præcedentes.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, qui effectum habere nequit circa ſubſtantialia, & cauſam finalem reſpicientia, ex æquitate reſoluitur.*
2 *Sententia quomodo iuſtificetur ad effectum, vt ſit valida.*
3 *Attentata purgantur per ſimplicem ceſſionem in iudicio factam omnibus actibus poſſeſſorijs, per principalem, vel eius nomine factis.*
4 *Poſſeſſorium retinendæ cumulatur cum petitorio, quando actor non contendit ſe poſſidere.*
5 *Suſpenſio petitorij non habet locum in poſſeſſorio retinendæ ad effectum nullitatis.*
6 *Termini malè ſeruati ſanantur per reiterationem vigore Innocentianæ.*
7 *Auditor Cameræ habet facultatem reiterandi terminos ad effectum ſanandi defectus præcedentes; vbi quod hæc facultas reperitur in quocumque Iudice.*
8 *Iudex intra quantum tempus de meritis cauſæ inſtrui poſſit.*
9 *Attentata non purgantur per ceſſionem conditionalem.*
10 *Innocentiana locum non habet, vbi termini fuerunt omiſſi.*
11 *Innocentiana non habet locum, quando non interceſſit tantum temporis, quo termini ſeruari potuerint.*
2 *Innocentiana non habet locum extra Rotam.*

DECISIO CXXVI.

CVM tertia Aprilis præteriti in propoſitione dubij, An Sententia A.C. eſſet iuſta, & valida, ita vt procedendum eſſet ad vlteriorem, & finalem illius executionem, DD. tantùm caput dictæ ſententiæ iuſtitiæ amplectentes reſoluerint licuiſſe Excellentiſſ. D. Martio Columnæ à venditione facta Illuſtriſſimo D. Cardinali Aldobrandino recedere, ex rationibus tunc in deciſione deductis, & præſertim, quia deficiebat conſenſus contrahentium, qui ampliùs habere non poterat effectum iſtius contractus circa ſubſtantialia, & cauſam finalem reſpicientia; quo caſu licet à contractu etiam
1 nominato recedere ex æquitate, quæ habetur *in l. cum te, C. de pact. inter emp. & vendit. & in l. bona fides, ff. de act. empt.* cum alijs, quæ Dominis in hac ſecunda propoſitione ſatisfecerunt. Hodie dubio reaſſumpto, dixerunt conſtare, etiam de validitate eiuſdem ſententiæ. Nam de iuriſdictione A. C. dubitari non poteſt,
2 cum ſit Iudex ordinarius quorumcumque Curialium, etiam Baronum, Domicellorum, & Cardinalium: & cauſa illi commiſſa fuerit, reſcripto in Signatura Sanctiſſimi expedito, ac legitimè poſtea producto: & conſtat de perſonarum legitimatione, ex mandatis procuræ vtriuſque partis, & de quibus in actis, & de citationibus ad omnes actus ſubſtantiales, & præſertim de citatione perſonali procuratoris D. Cardinalis ad ſententiam, quæ lata fuit de voto RR. PP. DD. meorum Decani, & Vbaldi adiunctorum iuxta formam commiſſionis; fuit etiam præſtitum iuramentum calumniæ, ac demum ſeruati fuerunt omnes termini ſubſtantiales, ex quibus ſententia quoad telam iudiciariam, & ordinem proceſſus iuſtificatur *ad deciſ. Caputaq. 206. part. 2.* Non obſtat quòd pluries petita fuerit manutentio pro parte D. Cardinalis, & dato in ſuſpenſo petitorio proteſtatum, quòd priùs poſſeſſorium expediretur; cum enim D. Martius manutentioni conſenſerit, & finitum fuerit iudicium poſſeſſorium per renunciationem factam, & conſenſum per eum præſtitum, mediante legitimo procuratore, decreto expeditionis mãdati de manutenendo ad fauorem D. Cardinalis, & fuerit etiam datum votum per DD. meos pro dicto mandato, quod etiam fuit decretum, & intimatum procuratori dicti D. Cardinalis. Quinimo in actis fuerit etiam legitimè renunciatum omnibus poſſeſſorijs factis per D. Martium poſt mandatum de aſſociando per eum à R. P. D. Stella
3 obtentum, ſufficit iſte conſenſus pro purgatione attentatorum, ſeu actuum iuriſdictionalium, quæ D. Martius exercuerat. Nec debuit retardari proceſſus *Achill. deciſ. 249. aliàs 23. de appell.* & pro dicta purgatione attentatorum, ſi quæ commiſſa fuiſſent, ſufficit renunciatio actorum iudicialium, quæ facta fuerant nomine D. Martij, *Lancell. de purgat. attent. part. 3. cap. 29. num. 21. & ſeqq.* quam ſecuta eſt Rota *in cauſa Parmen. Status*
A *3. Decembris 1610. coram Reuerendiſſimo Bononien.* A. Præſertim quia D. Martius nullos fructus habuerat, cũ ſpecialiter conuentum fuerit, quòd non obtento beneplacito Apoſtolico infra duos menſes à die celebrati inſtrumenti, D. Cardinalis conſtituebat ſe nomine D. Martij poſſidere, & ideo cum poſt dictum conſenſum, & renunciationem clarum ſit, D. Martium non oſtendiſſe ſe poſſidere, reſultat validitas omnium actorum, & præ-
4 ſertim repetitionis iurium, nec impediri potuit proceſſus, tàm in petitorio, quàm poſſeſſorio *Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 25. verſ. reſtat, & num. 26. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Iaſ. num. 192. præſertim in fin.*

in fin. Rip. num. 164. *Marmer. in repet. num.* 173. *&*
174. *Bereng. in 4. combinat. num.* 38. & eſt communis,
Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. *num.* 534. *& tenet*
Rot. deciſ. 349. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 97. *num.* 3. *par.*
5 2. *diuerſ.* & ideo non intrabat ſuſpenſio petitorij, vt ex
Vital. in clem. 1. *num.* 51. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*
Put. deciſ. 19. *num.* 3. *lib.* 3. *in nouis*, & ad effectum nul-
litatis *Card. Seraph. deciſ.* 1433. *num.* 2. & per conſe-
quens non impediebatur inſtructio proceſſus, & reite-
ratio terminorum ſubſtantialium in negocio principali.
Stante autem lapſu 34. dierum, qui benè erant ſufficientes
6 pro dictorum terminorum obſeruatione, per illorum
reiterationem in termino citationis ad ſententiam opti-
mè extenſam omnis nullitas ſanata fuit vigore Innocen-
tianæ, *Caſſad. deciſ.* 8. *num.* 10. *de reſcript Caputaq. deciſ.*
250. *num.* 2. *part.* 3. *Card. Seraph. deciſ.* 1352. *num.* 2.
Veſtr. in prax. lib. 5. *cap.* 13. *num.* 1. quæ reiteratio ter-
7 minorum etiam ab A. C. fieri poteſt, vigore eius facul-
tatis *in §. eiſdemque terminis*, vt in ſpecie *Card. Seraph.*
deciſ. 515. *num.* 5. & de ſtylo teſtatur *Modern. in pract. iu-*
dictar. A.C. lib. 2. *cap.* 15. *num.* 9. *verſ. verùm ex quo, et Mo-*
dern. Rom de iud. cauſ. ciuil. etc. lib. 2. *cap.* 3. *q.* 13. *in ſpec.*
1. *num.* 270. *fol. mihi* 123. Imò etiam à quocumque Iu-
dice, vt ex Bulla Pij IV. edita ſuper reformatione Si-
gnaturæ Iuſtitiæ ſub dat. *Kal. Ianuarij* 1562. relata
per *Modern. in d. tract. de iudic.* vbi ſupra *num.* 271.
Ex quibus etiam ceſſare viſum fuit obiectum de breuitate
temporis, quo fuit lata ſententia; ſiue enim attendatur
initium, quo fuit præſentata commiſſio, videlicet ſub
die 17. Iulij vſque ad diem 26. Nouembris, quo fuit
prolata ſententia, intercesſerunt quatuor menſes cum
dimidio: ſiue reliquum tempus à die terminati poſſeſſo-
rij per ceſſionem Principis Gallicani, & adhuc ſupradi-
cti 34. dies interuenerunt, itaut dici non poſsit, nimis
8 feſtinanter fuiſſe proceſſum: cum Iudex hoc temporis
ſpatio optimè potuerit inſtrui de meritis cauſæ, iuxta
trad. per Felin in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 19.
verſ. ſecundò limita de conſtit. Dec. conſ. 295. *num.* 6.
Aym. conſ. 179. *num.* 10. cum alijs per *Menoch. de arbitr.*
quæſt. 42. *num.* 9.
Et ideò ita fuit deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Attentata purgari poſſunt per ceſſionem, & renunciatio-
nem iudicialem, *Seraphin. deciſ.* 864. *Rota deciſ* 715. *num.*
1. *part.* 1. *recent. & coram bon. mem. Caualerio deciſ.* 138.
num. 1. *& in Barchionen. parochialis* 27. *Martij* 1612 *co-*
ram Cardinali Sacrato, verùm huiuſmodi ceſſio debet eſſe
libera, non autem conditionalis, aliàs non cenſeretur plenè
purgata *Lancellott. de attentat. part.* 3. *cap.* 29. *num* 31.
Gregor. XV. deciſ 486. *num* 14 *&* 15. *& ibi Adden. num.*
19. *Rota in impreſſ coram Reuerendiſsimo D. meo Decano*
deciſ 371 *num.* 1.
C *Gregor. XV. deciſ* 156. *num.* 1. *Rota in impreſſ. coram Re-*
uerendiſsimo D. meo Coccino Decano deciſ. 54. *num.* 1. *&*
10 *in Camerinen penſionis* 17. *Iunij* 1628. *num. vlt.* Verùm
Innocentiana habet locum, quando termini ſubſtantiales
fuerunt de facto ſeruati, ſed perperam, inculcatè, ſeu or-
dine peruerſo, ſecus tamen ſi fuerunt omiſſi, *Caputaq. de-*
ciſ 149 *in fine part.* 3. *Mantic. deciſ* 254. *num.* 5. *Rota in*
impreſſ poſt tract. Pacific. de Salutan interd. deciſ. 6. *num.* 3.
11 Præterea vigore Innocentianæ non ſanatur huiuſmodi de-
fectus, quando non interceſſit tantum temporis, quo po-
tuerint termini ſeruari, Rota in Compoſtellana Paro-
chialis 16. *Decembris* 1596. *coram Orano impreſſ. apud*
Marcheſ de commiſſ part. 1 *pag.* 427. *& in Ripana Paro-*
12 *chialis* 6. *Aprilis* 1609. *coram Ortembergo*. Item Innocen-
tiana non habet locum extra Rotam, *Cardinal Caualer.*
deciſ. 433. *num.* 1. *Rota deciſ* 65. *num* 5. *part.* 4. *diuerſ*

Ioannes Franciſcus Feremillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Lunæ 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Titulus quando dicatur ità diſcoloratus, vt non ſit facienda reſtitutio in ſpolio; & quando gratia Apoſtolica ſubreptitia præbeat titulum coloratum; & quamplurima deducuntur circa diſpoſitionem *cap. auaritiæ, de elect. in* 6.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio Apoſtolica non præbet titulum coloratum, quando notoriè conſtat de illius ſubreptione, quia tunc titulus remanet diſcoloratus, & inſufficiens ad obtinendam reſtitutionem in ſpolio.*

2 *Reſtitutio in ſpolio impeditur per exceptiones execrabilitatis, illegitimitatis, & reſeruationis.*

3 *Intruſus dicitur prouiſus de beneficio reſeruato ab alio, quam à Papa.*

4 *Beneficium commendatum, ceſſante commenda per obitum commendatarij, vacat, prout vacabat, antequam commendaretur.*

5 *Intruſus dicitur electus adminiſtrans ante confirmationem, & redditur inhabilis ad idem beneficium obtinendum.*

6 *Subreptio reſultat ex intruſionis taciturnitate.*

7 *Renuncians ſponte dicitur facto proprio cecidiſſe à poſſeſſione.*

8 *Diſpoſitio* cap. auaritiæ, de elect. in 6. *ceſſat, vbi adeſt priuilegium, & in alijs caſibus, de quibus remiſsiuè.*

9 *Conſtare non dicitur de non iure, quouſque poteſt de contrario doceri; etiam in ſpolio.*

10 *Spolium vt excludatur, exceptio adeo notoria eſſe debet, vt contrarium probari nequeat in petitorio, & num.* 16.

11 *Conſtare non dicitur de non iure in ſpolio, niſi per confeſſionem, vel rem iudicatam.*

12 *Confeſſio procuratoris facta in articulis, abſquè ſpeciali mandato ad ſic, & ſic ponendum, non præiudicat domino.*

13 *Titulus non diſcoloratur ex intruſione, quando plura adeſſe poſſunt, quæ illam excludant.*

14 *Reſtitutio in ſpolio non impeditur per execrabilitatem probatam ex ſola productione tituli, et poſſeſſionis duarum incompatibilium.*

15 *Gratia Apoſtolica, licèt ſubreptitia præbet titulum coloratum.*

17 *Teſtes nulliter examinati, nec etiam pro alia parte probant.*

18 *Poſſeſſionis cauſam mutaſſe quis dicitur ex ſuperueniente noua cauſa, abſque alia declaratione; et latè num.* 21. *Declara vt num.* 22. 23. *et* 24.

19 *Reſtitutio in ſpolio, vt concedatur, ſufficit titulus coloratus ſuperueniens ante ſpoliationem, abſque noua apprehenſione.*

20 *Mandatum ſpecialiſsimum, ſeu in indiuiduo requiritur ad reſpondendum poſitionibus.*

DE-

DECISIO CXXVII.

FIRMATA iuſtificatione primi ex-
tremi pro Fratre Nicolao Thoma ex
deductis in vltima deciſione ſub die
20. Februarij præteriti, quæ DD. pla-
cuerũt, ſtrictè quoad exceptiones pro-
poſitas ad ſpolij excluſionem, illæ viſæ
ſunt non obſtare. Prima erat defectus
tituli colorati, quamuis enim Frater Nicolaus habeat
1 prouiſionem Apoſtolicam, & controuerti non poſſit,
quin ea præbeat titulum coloratum; tamen dicebatur,
id non procedere, quando notoriè conſtat de illius ſub-
reptione: quia tunc titulus remanet diſcoloratus, & in-
ſufficiens ad obtinendam reſtitutionem, ad quod allega-
batur deciſio *Chirog.* 258. *incip die* 10. *Aprilis in manu-*
2 *ſcript.* & confirmabatur per exempla exceptionum exe-
crabilitatis, illegitimitatis, & reſeruationis, quæ pro-
batæ impediunt reſtitutionem, ex allegatis per informã-
tes. Subreptionis autem probatio deducebatur ex ar-
ticulis, & teſtibus eiuſdem Fratris Nicolai in hac cauſa,
quòd ipſe, ſtatim ſecuta confirmatione electionis per
Abbatem Claraual len. & benedictione per Epiſcopum
Cathalonen. cœpit Abbatiæ poſſeſſionem: ex quo reſul-
tabat adeptio poſſeſſionis ante prouiſionem Apoſtoli-
3 cam, & ſic intruſio tàm ex eo, quòd prætenditur, Abba-
tiam fuiſſe Apoſtolicæ Sedi reſeruatam, ad tradita per
Gomeſ. in regula de triennali quæſt. 47. *verſ. ſecundus caſus
eſt*, *Gyg de intruſione num.* 43. *& ſeq. & Modern. ſuper
regula octaua gloſſ.* 31. *num.* 7. *& gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 44.
4 *& ſub num.* 45. quia vacabat per liberam reſignationẽ
in manibus Sanctiſſimi vti priùs, quàm commendaretur
Cardinali Vaudemontano, commenda iam per obitum
eiuſdem Cardinalis ceſſante, *Caſſad. deciſ.* 5. *num.* 9. *&*
10. *de priuileg. cum alijs allegatis per Moder. ſuper d. reg.*
A 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 141. A, quàm etiam ex eo, quòd
adminiſtrauit ante confirmationem Apoſtolicam, quæ
ex diſpoſitione Bullæ Sixti Quarti erat intra quatuor
5 menſes à die electionis expedienda, cum decreto, quòd
aliàs electio nulla ſit: & ſic inferebatur ad diſpoſitionem
cap. auaritiæ de elect. in 6. electum non ſolùm intruſum,
ſed etiam inhabilem ad idem beneficium obtinendum,
B *Creſcen. deciſ.* 6. *num.* 52. *de iurepatronatus.* B
Ex huius autem intruſionis taciturnitate dicebatur, reſul-
6 tare ſubreptionẽ ipſius prouiſionis Apoſtolicæ, *Calder.
conſ.* 13. *de reſcript. Felin. in cap. in noſtra num.* 10. *in* 2.
coroll. & in cap. poſtulaſti in fin. de reſcript. Put. deciſ.
198. *in noua impreſſ. lib.* 3 *Peregr. deciſ.* 11. *in vna Cala-
guritana Abbatiæ* 27. *Aprilis* 1547. *in manuſcript.* Secun-
7 da exceptio erat ſpõtaneæ renunciationis eiuſdem Fra-
tris Nicolai ex concordia per eum inita cum Carolo re-
ſignatario Abbatiæ, per quam dicebatur facto proprio
cecidiſſe à poſſeſſione ex vulgaribus. Quoad primam
viſum fuit DD. non conſtare de prætenſa intruſione;
nam quoad reſeruationem ſupra allegatam, de illa non
conſtat; quo verò ad adminiſtrationem, non ſubſecuta
cõfirmatione Apoſtolica, dicebatur (vltra quòd iſta ne-
gatiua nõ obtentæ dictæ confirmationis nõ iuſtificatur,
cum tamen ſuper eam totum partis fundamentum con-
8 ſiſtat) plures eſſe caſus, & inter alios priuilegij, in qui-
bus ceſſat diſpoſitio *d. cap. auaritiæ*, de quibus per *Re-
buff. in praxi benef. reg. de ſubrogan. collit. gloſ.* 4. *num.* 7.
& latiùs per *Gygant. in tractat. de intruſ. num.* 25. *et Mo-
dern. de probat. concl.* 932. *a num.* 7. *ad num.* 18. *vol.* 2.
& ſic multa oſtendi poſſe in petitorio, ex quibus exclu-
datur pœna d. cap. & conſequenter non poſſe interim
dici notoriè conſtare de intruſione, Rota enim ſequitur
9 paſſim *deciſ. Aegid.* 103. vt non dicatur conſtare de non
iure, quouſque poteſt de contrario doceri *Lancell. de at-
tentatis par.* 3. *cap.* 24. *num.* 78. *Rota diuerſ. deciſ.* 520.
num. 4. *par.* 1. *et deciſ.* 269. *num.* 6. *par.* 2. *Card. Seraph.
deciſ.* 73. *num.* 1. *& deciſ.* 983. *num.* 6. & in ſpolio *Ga-
briel. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 1. *num.* 106. *Rota in
Elboren. decimarum* 28. *Nouembris* 1610. *coram Reueren-*
10 *diſs. Lugdunen.* & in puncto exceptionem debere eſſe
ita notoriam ad excluſionem ſpolij, vt contrarium
probari nequeat in petitorio, ex allegatis *deciſ. Aegid. et
alijs Gab. conſ.* 51. *num.* 17. *in principio.* Et propterea
11 non dicitur conſtare de non iure in ſpolio, niſi per con-
feſſionem, vel rem iudicatam *Than. deciſ.* 19. *in ma-
nuſcript. Lancell. in d. cap.* 24. *num.* 65. vbi refert, eſſe
deciſum *in vna Burgen. coram Oradino, et num.* 68. *et
ſeq.* requiri dicit confeſſionem omnino claram, *Rota in
d. deciſ.* 269. *num.* 7. *par.* 2. *Seraph. d. deciſ.* 73. *num.* 1.
verſ. notorius enim. et d. deciſ. 983. *num.* 7. dicens, ita paſ-
ſim à Rota ſeruari. In propoſito autem nulla adeſt con-
feſſio intruſionis, & quatenus ex articulis vt ſupra da-
tis deduci poſſet confeſsio poſſeſſionis ante prouiſio-
nem Apoſtolicam: quod nõ videbatur, cum hoc explici-
12 tè non continerent, & vlterius eſſent dati à procurato-
re carente ſpeciali mandato ad ſic, & ſic ponendum
Gloſ. in cap. vlt. in verſ. expreſſè, de iur. iur. in 6. *Rota deciſ.*
19. *ibique addentes de procur. in nouis, Felin. in cap.* 1. *num.*
C 16. *vt lit. non conteſtata*, *Caputaq. d.* 198. *part.* 1. C, ex
ea tamen non concluditur per neceſſe intruſio, & con-
ſequenter, nec etiam ſubreptio: nam (vt dictum eſt) plu-
ra adeſſe poſſunt, quæ intruſionem excludant: quæ
poſsibilitas ſufficit ad impediendum diſcolorationem
tituli, *vt fuit deciſum coram Io. Paulo inter eius deci-
ſiones manuſcript deciſ.* 411. quæ licèt parùm correcta
13 habetur *in deciſ.* 866. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſorum*, vbi præ-
ſertim *ſub num.* 3. quòd execrabilitas probata ex ſola
productione tituli, & poſſeſsionis duorum incompa-
tibilium non impedit reſtitutionem, quia actor poteſt
14 replicare, cum ero reſtitutus docebo de diſpenſatione,
ſequitur *Pontanus de ſpol. lib.* 3. *num.* 60. & hoc hodie
ſeruari in Rota contra opinionem *Roman. teſtatur Illu-
ſtriſſimus* Cardinalis *Tuſchus in verb. ſpoliatio, concluſ.* 398.
num. 32. facit ſupradicta deciſio *Seraphini* 913. *num.* 15.
vbi quòd non dicitur conſtare de non titulo ad impe-
diendam reſtitutionem, ex eo, quòd is, qui tenebatur di-
mittere beneficium intra certum tempus, illud non
dimiſit, quia potuit obtinuiſſe prorogationem tempo-
ris, & viſa fuit optima deciſio 610. præſertim *num.* 3.
lib. 3. *part.* 3. *diuerſorum*, vbi licèt conſtaret de expreſ-
ſione non veri valoris ex articulis impetrantis, fuit ta-
men concluſum, nõ impediri illius reſtitutionem in ſpo-
lio, quia potuit expreſsiſſe valorem de nouo, & alia
habere, quibus gratiam ſuam tueri poſſet: & ſic inte-
rim dici non poſſe, adeo notoriè conſtare de non iure
ſuo, vt eſſet excluden. & eandem opinionem benè ſenſit
Bellam. conſ. 2. *num.* 18. *in* 5. *dubio*, præſertim *in verſ.
ſic in propoſito.* Ex quibus patet, quomodo procedant
exempla execrabilitatis, & illegitimitatis allegata, &
qualiter de illis conſtare debeat ad effectum, de quo agi-
tur, ita vt in propoſito non applicentur, & confirma-
tur etiam *ex deciſ. Putei* 76. *in non. impreſſ. in lib.* 1. *cum
alijs deductis in deciſ. in hac cauſa facta* 5. *Maij* 1614. quòd
15 gratia Apoſtolica, licèt ſubreptitia, præbet titulum co-
loratum. Nec deciſio Chirog. in contrarium allegata,
16 (quam etiam animaduertebant aliqui ex DD. allegare
ſolùm *Rotã deciſ.* 621. *in antiq. & Achill. deciſ.* 7. *de præ-
bend.* in quibus nihil tale dicitur) procedere poteſt, niſi
vbi ſubreptitio eſt notoria per confeſſionem partis, vel
rem iudicatam, ex ſupra allegatis; vel vbi ſpoliatus paſ-
ſus fuit, excipi de ſubreptione, admitti articulos ad il-
lius

lius probationem, & fieri probationes, & de illa co-
gnoſci: quaſi tunc dicatur renunciaſſe priuilegio ſpolij;
quæ omnia ceſſant in caſu iſto, in quo nec fieri poterat
fundamentum ſuper teſtibus pro parte Fratris Nicolai
examinatis deponentibus, ipſum, ſecuta confirmatione
Abbatis, & benedictione Epiſcopi, de quibus ſupra, poſ-
ſeſſionem Abbatiæ adeptum fuiſſe, illamq. deinde admi-
niſtraſſe; nam vltra quòd ex hoc ſolo non concluditur
neceſſariò intruſio, vt dictum eſt, cum teſtes fuerint
17 nulliter examinati, nec pro alia parte probant, iuxta
opinionem *Vital. in Clem. 2. num. 91. de teſtib.* quam
ſequitur Rota apud *Achill. deciſ. 1. eodem tit.* & aliàs paſ-
18 ſim. Neque dubitari poteſt, quin Frater Thomas, ſtatim
obtẽta prouiſione Apoſtolica, dicatur illius vigore poſ-
ſediſſe, mutata ſibi abſque alia declaratione cauſa poſ-
ſeſſionis, iuxta deciſionem *Achill. 4. de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.* quam reprobato *conſil. Soccin. 131. lib. 1.* ſequitur
*Rota deciſ. 324. num. 2. par. 1. diuerſ. in Parmen. Priora-
tus 28. Iunij 1589. coram bon. mem. Card. Mantic. in
Regien. Prioratus 14. Iunij 1604. coram Reuerendiſſ. De-*
D *cano*, D & in alijs plurimis, ac proinde quòd poſſeſſio
ſit colorata, & reſtituibilis; & in iſtis terminis ſuffice-
19 re titulum coloratum superuenientem ante ſpoliationẽ
abſque noua apprehenſione *Put. deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat.*
Quò verò ad ſecundam exceptionem placuerunt DD.
deducta ad illius excluſionem *in d. deciſ. 5. Maij*, in qua
firmatum fuit, ex ea non poſſe excludi remedium ſpolij,
niſi probato adimplemento ſucceſſiuo, & in totum,
de quo tamen non conſtabat; nec ſubſiſtere viſum fuit,
quòd conſtaret de continuata ſolutione vltimi triennij,
cum quietantiæ datæ in ſummario percutiant ſolùm
biennium, nec concludant integras, & vniformes ſolu-
tiones, ita vt ceſſet *l. quicunque, C. de apoch. lib. 11.*
Et ita reſolutum.

ANNOTATIO.

A Plures refert *Garz. de benefic. part. 4. cap. 4. num. 64.*

B Vide *Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 13. à num. 1.
vſq. ad 13.*

C Mandatum ſpecialiſſimum, ſeù in indiuiduo requiritur ad
ſic, & ſic ponendum, nec ſufficit ſpeciale ad ponendum,
vt præter citatos in hac deciſione tradunt *Beltramin. in
addit. ad deciſ. 282. num. 11. Gregor XV. Grati. in diſcept.
forenſ. cap. 772. num. 26.* cum alijs adductis infra *coram
Domino meo in Peruſina bonorum 3. Aprilis 1620. num. 3.
& in Bononien. fideicommiſſi 6. Martij 1596. coram Car-
dinali Lancellotto, & in Aſculana ſocietatis 28. Iunij
2628. coram R. P. D. meo Vrſili.* Sicut etiam ad reſpon-
20 dendum poſitionibus mandatum in indiuiduo requiritur
ad ſic, & ſic reſpondendum, nec ſufficit ſpeciale. *Menoch.
conſ. 84. num. 68. Honded conſil. 66. num. 72. lib. 1. benè
Rot. deciſ. 779. num. 3. par. 2. recẽt.* Admittitur tamen pro-
curator cum generali tantum mandato, ad reſpondendum
poſitionibus ſi dominus ità ſit abſens, vt de facili haberi
non poſſit *Bart. in l. qui bona §. ſi alieno num. 9. ff. de damn.
infect. & in l. 2. § ſin autem num. 5. C. de iur. iur. prop. ca-
lum. num. 5. Abb. in cap. cæterum num. 7. de iuram. calum.*
latè *Theſ. deciſ. 17. num. 3. verſ. ſed dubium eſt, & num. 4.*

D Poſſeſſionis cauſam poteſt quis, & præſumitur mutaſſe,
21 ex nouo ſuperuenienti titulo, ipſo iure abſque alia animi
declaratione, iuxta opinionem, quam Rota ſequitur, vt
præter deciſiones hìc allegatas, firmauit eadem Rota *in
recent. deciſ. 557. num. 1. part. 1. & deciſ. 761. num. 2.
part. 2. & coram Cardinal. Caualer. deciſ. 171. num. 4. &
deciſ. 284. num. 2. & deciſ. 429. num. etiam 2.* & infra co-
*ram Domino meo in Romana vineæ 24. Nouembris 1621.
num. 5. & in Romana bonorum 8. Aprilis 1622. num. 4. &
in Romana hæreditatis de Cincijs 19. Decembris 1622. co-
ram R. P. D. meo Pirouano. & coram R. P. D. meo Mer-
lino in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Iunij 1627. et
nuper coram eodem in Rom. retractus 29. Ianuarij 1629.*
22 hæc tamen præſumptio non habet locum ante habitam
notitiam ſecundi tituli. *Put. deciſ. 287. lib. 3. iuxta modern.
impreſſ. Rota in d. Romana hæreditatis de Cincijs 3. Aprilis
1623. coram R. P. D. Pirouano,* & ſupponitur *in d. Ale-
xandrina Archipresbyteratus coram R. P. D. Merlino.*
23 Item non habet locum d. concluſio, quando ſecundus ti-
tulus eſſet inualidus, ſiuè inutilis, *Surd. deciſ. 51. num. 19.
Rota deciſ. 205. num. 2. part. 1. diuerſ. et deciſ. 97. num. 6.
part. 1. recent.* præſumitur autem quis ex vtroque titulo
poſſidere, nec mutaſſe primum, quando ſecundus eſt com-
24 patibilis cum primo *Creſcent. deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat. Ro-
ta in Conchen. decimarum 12. Ianuarij 1615. coram Reue-
rendiſſimo D. meo Decano, quas refert Beltramin. ad deciſ.
546. Gregor. XV. ſub lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Boianen. beneficij.

Veneris 26. Iunij 1615.

Argumentum præbet Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratioſè, qui ſuam gratiam non iuſtificauit,
non impedit manutentionem prouiſi ab Ordinario poſſi-
dentis, ſed poteſt, iuſtificata gratia, agere interdicto adi-
piſcendæ.*

DECISIO CXXVIII.

DOMINI ſteterunt in deciſis ſub die 6.
Iunij anni præteriti quoad Veteranum,
videlicet Paulo Claudio prouiſo ab Or-
dinario Boianenſi dandum eſſe manda-
tum de manutenendo, non obſtantibus
oppoſitionibus eiuſdem Veterani, qui
(vt ſupponitur) de beneficio, de quo agitur, vti litigioſo,
vel reſeruato obtinuit prouiſionem Apoſtolicam de mẽ-
ſe Nouembris 1612. Quia hactenus de tali illius iure
1 non conſtat, vt poſſit impedire manutentionem, cum
non iuſtificauerit ſuam gratiam, nec pro illius iuſtifica-
tione, iuxta obſeruantiam Rotę, ne dum nõ fuerit capta
aliqua reſolutio, ſed nec etiam habita diſputatio. Et
ideo in hoc ſummariſſimo ad impediendam manuten-
tionem non videtur admittendum, quòd pro eo fuiſſe
dicitur beneficium litigioſum: cum Paulo Claudio ſuffi-
ciat docere de illius poſſeſſione, & Veteranum non
fuiſſe in lite, qui poterit iuſtificata gratia agere interdi-
cto adipiſcendæ, & ita concluſum fuiſſe in pluribus cau-
ſis, dicit Rota *deciſ. 10. aliàs 411. in fin. vt lit. pend. in
nou.* quam refert, & ſequitur *Lancell. de attent. 3. part.
cap. 27. tit. de iudic. & per quem, num. 12.* Et licèt dicta
deciſio Rotæ loquatur in mandato de ſubrogando, non
autem in ſubrogatione gratioſa: tamen illius rationes
procedunt, etiam in ſimili gratia, quæ indiget iuſtifica-
tione. Reſpectu verò Anibalis præſentati per Baronem
Terræ Buſſi prætendentis etiam manutentionem, & ad-
ducentis multa, quæ viſa fuerunt DD. maturiori con-
ſideratione digna. Ideo illa videnda reſeruarunt, &c.

Vide infra in Caſtellanaten. Canonicatus 4. *Iulij 1625.*

Ro-

Digitized by Google

Romana electionis puellæ.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Hæres, cui à teſtatore electio puellæ dotandæ commiſſa eſt, ſufficit, quòd non eligat indignam, & quòd in eligendo poteſtate ſibi tradita nõ abutatur: & quæ dicatur puella digna ad hunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non tenetur adimplere id, quod teſtator non dixit, ad quod ſufficit, quòd non ſit verbis expreſſum.*

2 *Hæres, cuius arbitrio electio puellæ dotandæ commiſſa eſt, ſufficit, quòd non eligat indignam, & quòd in eligendo poteſtate ſibi conceſſa non abutatur.*

3 *Digna quæ dicatur puella eligenda, vt dotetur.*

4 *Verba in teſtamento appoſita per modum qualitatis ad præcedentia, referuntur ad proxima.*

5 *Diſpoſitio dubia teſtatoris recipit interpretationem ab obſeruantia, quæ induci non poteſt, ſinè ſcientia, & patientia hæredis, num. 7.*

6 *Obſeruãtia debet eſſe præciſa, & indiuidua caſus, de quo agitur, ſicut etiam conſuetudo.*

8 *Teſtator præſumitur ſe conformare voluiſſe ſtatutis, & ordinationibus Communitatis, cui erat adſcriptus, quando eius voluntas eſt tacita, & ambigua, ſecus vbi verba repugnant, vel violarentur.*

9 *Teſtator præſumitur ſe conformare voluiſſe ſtatuto, quando diſponit in caſu, in quo diſponit ſtatutum, vel ſi in eius vita alias ſtatuto ſe conformaſſet, & ſecundùm illud vixiſſet.*

DECISIO CXXIX.

CÆSAR Pandinus in eius teſtamento condito del 1604. relicto ſibi hærede Iulio Cæſare ex fratre nepote, inter cetera mandauit, ex ſuis bonis hæreditarijs quotannis in perpetuum die feſtiuitatis Sanctiſsimi Corporis Chriſti dotari tres puellas eligendas, vnam ab eius hærede, reliquas verò à generali Congregatione Vener. Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti Eccleſiæ Sancti Petri in Vaticano, cum dote ſcutorum 40. pro qualibet, exburſan. per dictum hæredem ad requiſitionem Officialium dictæ Archiconfraternitatis, & iuxta illius ordinationes, & ſtatuta. Fuit dubitatum An puella per hæredem eligenda habere debeat qualitates requiſitas in alijs, quæ dotantur à dicta Archiconfraternitate, iuxta illius conſtitutiones; & negatiuè reſolutum; teſtator enim id non dixit, prout facilè poterat *vulg. l. vnica §. ſi autem ad deficientis C. de caduc.*
1 *tollen.* & ſufficit non fuiſſe verbis expreſſum *l. quoties* 9. *& l. quidam cum filium* 46. *vbi Bald. & Ang. ff. de hæred. inſt. latè Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 2. num.* 2. neque ex coniecturis deſumitur, & diſpoſitio teſtatoris reſpectu qualitatum puellarum non eſt relatiua ad dictas conſtitutiones. Ideoque electio debet eſſe libera, & non qualificata, ad tradita per *Calder. conſ.* 29.
2 *verſ. reſpondeo, tit. de teſtam.* & ſufficit, quòd non eligatur indigna *Gloſſ. in l. cum quidam in verb. qui non offenderint, verſ. quid ſi aliqui ff. de legat. 2. & ibi Bart. num. 3. verſ. nam quando, & num. 6. Caſtr. & Imol. eodem num. Florian. de Sancto Petro num. 9. & 19. Peralt. de cõmuni num.* 18. *Molin. de Primog. Hiſp. lib. 2. cap. 5. num.* 46. & in terminis noſtris tenuit Rota *in Romana dotium de Mattheis* 17. *Decembris* 1584. *coram bon. mem. Bubalo*, & quòd hæres non abutatur in eligendo poteſtate ſibi conceſſa *l. fideicommiſſa §. ſi fideicommiſſum verſ. quandoque ff. de leg. 3. cum allegatis per Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num.* 8. & tenuit Rota in dicta *Romana dotium*
3 *de Mattheis*. Propterea dixerũt DD. ſatis eſſe, quòd eligatur virgo, vt importare videtur illud verbum *puella, arg. l. cum quadam puella ff. de iuriſd. omn. iud. cap. puella, & ibi Gloſ. 20. quæſt. 2. & cap. honorãtur*, vbi ſimiliter *Gloſ. 32. quæſt.* 3. Caſtra *cap. qualis 30. quæſt.* 5. quæ non ſit malis imbuta moribus *ad tex. in l. ſed ea, de ſponſal. l. nuptiæ C. de nupt. & in l. 3. §. ſi emancipatis. ff. de bon. poſſ. cont. tab.* & in puncto *Menoch. præſumpt.* 189. *num.* 85. *lib.* 4. Viripotens *iuxta cap. puberes, e. de illis, il ſecondo, & cap. fin. de deſponſ. impub.* & demum pauper, iuxta veriſimilem mentem teſtatoris, & ſolitum in huiuſmodi legatis, quæ relinquuntur pro eleemoſyna; quas etiam qualitates ſufficere abſque eo, quòd concurrerent requiſitæ à Congregatione Sanctiſſimæ Annunciationis, in ſimili legato tenuit Rota *in dicta Romana dotium de Mat-*
A *theis* A. Non obſtant verba illa, *iuxta ſtatuta Ven. Societatis, & ordinationes Officialium illius.* Quia non ſunt adiecta electioni puellæ per hæredem faciendæ, ſed ſolutioni ſcutorum 40. pro dotibus, faciendæ ad requiſitionem, & iuxta ordinationes dictorum Officialium, & ſtatuta dictæ Archiconfraternitatis. Quod euidenter
4 conſtat ex lectura teſtamenti, in quo cum verba ſint appoſita per modum qualitatis ad præcedentia, referuntur ad proxima *l. filium, cum ibi not. ff. quand. dies leg. ced. & ibi Caſtr. in princ. verſ. ſi autem, & Soccin. col. 2. verſ. ſecundò notandum eſt, Bart. in l. fin. num. 1. verſ. ſi enim illa clauſula, ff. de reb. dub. Menoch. præſumpt.* 181. *num. 23. lib.* 4. Ordinationes autem, & ſtatuta, ad quæ teſtator ſe retulit, ſunt, quòd exhibeatur fides Parochi matrimonij contracti, & quòd dos non ſoluatur, niſi data priùs idonea cautione de illam reſtituen. caſu, quo puella ſinè filijs decederet, vel inhoneſtè viueret, vel aliter prout in dictis ordinationibus. Minùs obſtat, quòd puellę electę per heredẽ ab Officialibus Archiconfraternitatis fuerint viſitatæ, & pręuio ſcrutinio approbatę, & ſic cõſtet de obſeruatia, à qua diſpoſitio teſtatoris dici-
5 tur interpretationem recipere *Aym. conſ.* 101. *num.* 2. Nam vltra quòd nõ probatur, & præſertim, quòd puellæ per hæredẽ electæ habuerint omnes qualitates iuxta ordinationes dictæ Archiconfraternitatis, & non ſufficeret, quòd aliquas habuiſſent: cum obſeruantia debeat eſſe præciſa, & indiuidua caſus, de quo agitur *Surd.*
6 *conſ* 354. *num.* 26. prout debet eſſe conſuetudo *Alex. conſ.* 196. *num. 14. lib. 2. Natt. conſ* 575. *num. 15. & conſ* 600. *num. 2. Rolan. conſ. 53. num. 39. vol.* 2. illa non poteſt ſuffragari contra verba teſtamenti ſatis clara. Tanto minus, quia non conſtat de ſcientia, & pa-
7 tientia hæredis, ſinè qua non potuit induci dicta obſeruantia *Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti num. 3. verſ. ſecundo modo ff. vti poſſid. Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 25. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ.* 104. *num. 16. part. 2. diuerſ.* Demum non obſtat, teſtatorem tamquam vnum ex confratribus dictæ Archiconfraternitatis, vo-
8 luiſſe ſe conformare cum illius ordinationibus, & ſtatutis *ad not. per Doct. in l. Gallus §. quidam rectè ff de lib. & poſth.* Quia vltra quòd coniectura iſta procedit in dubio, & quando voluntàs eſt tacita, & ambigua, prout loquuntur *Ant Rub. in repet. d §. quidam rectè num. 62. verſ. quia in dubio, & ibi Cros. num.* 110. *& alij Simon de*

Prat.

Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. ſolut. 10. num. 10.
Card. Mantic. de coniect. &c. lib. 6. tit. 6. num. 28. in fin.
ſecus vbi verba repugnant, vt in caſu noſtro, *Mantic.*
ibidem num. 10. Honded. conſ. 48. num. 47. vol. 2. vel vio-
larentur *Alex. in l. hæredes mei §. cum ita ſub num. 11.*
ff. ad Trebell. Illis enim magis inhærendum eſt, vt dicit
Mantic. vbi ſupra num. 28. Illa intraret ſi teſtator diſpo-
9 ſuiſſet in caſu, in quo diſponunt Statuta Archiconfrater-
nitatis, videlicet de puellis per eam eligendis, *Aym. conſ.*
250. num. 4. Rot deciſ. 775. num. 5. part. 1. diuerſ. De-
cian. conſ. 98. num. 22. vol. 3. Vel ſi ipſe teſtator alias
puellas in eius vita dotaſſet iuxta dicta Statuta, quaſi
tunc illa eſſent ſibi nota, & ſecundùm ea vixiſſet, & ideo
eis videretur affectus. Quod eſt ratio, propter quam te-
ſtator præſumitur cum Statuto ſe conformare voluiſſe,
Soccin. conſ. 90. lib. 1. Rot. d. deciſ. 775. num. 6. Quæ vide-
tur ceſſare in Statuto particulari, ſecundũ quod nõ viue-
bat, nec ei in diſponendo de re propria erat ſubiectus.
Et ideo ex his DD. reſoluerunt, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem in eiſdem terminis ſequuta eſt Rota in Romana electionis puellarum 27. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana vſusfructus.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio non conceditur, non probata læſione ab eo, qui reſtitutionis cauſam commiſit. Itẽ fructus debentur poſt litis conteſtationẽ, quia per eam dicitur quis conſtitutus in mala fide.

SVMMARIVM.

1 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*
2 *Læſio ceſſat, ceſſante iniuſtitia, & conſequenter non competit reſtitutio, & an, & quando procedat, num. 14.*
3 *Sententiæ duæ conformes inter ſe faciunt rem iudicatã ex ſtatuto Vrbis.*
4 *Reſtitutionis cauſam committens docere debet de læſione, & in hoc ſubſtinet partes actoris.*
5 *Pecunia relicta vxori pro alimentis apud quem remanere debeat.*
6 *Vſuræ quando conſueuerunt diuerſimodè ſolui, attenditur id, quod minus percipi conſueuit.*
7 *Stabilia, vel loca montium non vacabilium taxantur ad rationem ſcutorum quinque pro centenario.*
8 *Indebitum nemo præſumitur ſoluere voluiſſe.*
9 *Litis conteſtatione dicitur quis cõſtitutus in mala fide, ita vt poſſeſſor teneatur ad fructus poſtea perceptos, & qui percipi potuerunt num. 15.*
10 *Fructus poſt litem conteſtatam debentur, etiam ſi reus iuſtam litigandi cauſam habuiſſet, & qualecumque iudicium ſit intentatum, & ſiuè extent fructus, ſiuè non, ſiuè reus factus ſit locupletior, vel non.*
18 *Solutum indebitè vigore obligationis Cameralis, poteſt via ordinaria repeti.*
12 *Sententia lata poſt deſertionem cauſæ appellationis eſt nulla.*
13 *Sententia ſecũda confirmatoria primæ ſi tranſeat in iudicatũ, non poteſt ampliùs dici de nullitate primæ, quia ſecunda confirmans eſt illa, quæ fecit ius, & habetur pro veritate.*

DECISIO CXXX.

VTRAQVE parte hodie informante
DD. dixerunt, non conſtare de cauſis
1 reſtitutionis in integrum, cuius fun-
damentum eſt læſio *l. quod minor. §. 1.*
ff. de minor. l. nam, & poſtea. §. ſi mi-
nor. ff. de iur. iuran. Quæ conſiſtit in
2 iniuſtitia ſententiarum, qua ceſſante
ceſſat læſio, conſequenter non competit reſtitutio *Rot.*
A *deciſ. 1. de reſt. in integr. in nou.* A, De iniuſtitia autem
ſententiarum Rotalium Victoria nihil docet; & cum ſinc
conformes inter Ciues faciunt rem iudicatam, iuxta
3 ſtatutum Vrbis, & habet locum *Clem. vt calumnijs de*
re iud. Bald. in l. fin. in vlt. col. verſ. ſed numquid C. de
ſent. & interloc. Pariſ conſ. 109. num. 15 vol. 4. Lancell.
de attent. reſt. in integr pend. ſecunda part. cap. 18. num.
92. & 102. Couar. pract. quæſt. cap. 25. in fin. verſ. deci-
mòquartò Odd. de reſt. in integr. part. 1. quæſt. 43. art.
3. num. 61. Onus autem probandi iniuſtitiam, & ſic bo-
num ius ſuum incumbit Victoriæ, quæ cauſam reſtitu-
4 tionis commiſit, & ſubſtinet partes actoris, *d. l. nam &*
poſtea §. ſi minor. & ibi Gloſ Bart. & alij, & l. minoris
C. eod. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 36. artic.
2. in princip. & in ſpecie noſtra *Card. Seraph. deciſ. 634.*
num. 1. & tamen de tali iniuſtitia non ſolùm non conſtat,
ſed potiùs de iuſtitia ex reſolutionibus DD. meorum
optimis rationibus fundatis, & ex verbis, & tenore
capitulorum matrimonialium, in quibus olim Io. Ba-
ptiſta in caſu ſoluti matrimonij per eius mortem ceſ-
ſit dictæ Victoriæ eius vxori, ad illius vitam vſufructum
ſcutorum mille auri in auro per eam percipien. ſuper
bonis de tempore obitus dicti Io. Baptiſtæ in Vrbe con-
5 ſiſtentibus. Vndè ſiue dicta ſcuta mille ponenda eſſent
ad honeſtum lucrum pro conſequutione vſusfructus,
etiam ſi promiſſio fuiſſet facta ex cauſa alimentorum
iuxta *tex. in l. diui 88. et ibi not. Ang. poſt Bart. ff. ad l.*
Falcid. & idem eſſe dicit *Bart. ibi* vbicunq; ponitur de pe-
cunia *per tex. in cap. per veſtras de donat. int. vir. et vxor.*
Surd. de alimentis tit. 9. quæſt. 40. in princ. ſiue Victoria
debuiſſet illa habere ſub cautione de illis finito vſufructu
reſtituendis *iuxta tex. in l. cum ij 8. §. ſi integra, et ibi*
Caſtr. num. 9. ff. de tranſact. & habetur in deciſione D.
mei Vbaldi, ſiue remanere deberet penès Piccinardos
cum cautione de præſtando annuo reddito, *vt in d. §.*
ſi integra tenent *Ang. Iaſ. et Iacobin. et Surd. d. quæſt. 40.*
num. 7. Taxatio numquam facienda erat ad rationem
ſeptẽ cum dimidio pro centenario, prout facta fuit per
mandata ab A. C. relaxata, ſed erat facienda ſecundùm
conſuetudinem Vrbis, quæ cum non ſit vniformis, ſed
6 varia, non erat ſoluendum, niſi id quod minus percipi
conſueuit, vt eſt *tex. in l. tutor qui repertorium, §. ex ce-*
teris, ff. de admin. tut. in illis verbis, *vt ſi quæ aliæ le-*
uiores in prouincia frequentantur Roman. Sing. 179. in-
cip. iure hodierno in fin. vbi dicit, ita fuiſſe pronunciatum,
et conſ. 139. col. 2. verſ. quinimò, Surd. d. q. 40. num 46.
Rota deciſ. 742. num. 3. et 4. par. 1. in nouiſſ. Et ideò iure
7 optimo Rota reduxit ad rationẽ quinque pro cẽtenario,
prout taxari ſolent ſtabilia, vel loca Montium non va-
cabilia *iuxta Gloſ. in auth. perpetua in verſ. iuxta, C. de*
ſacr. ſan. Eccl. & pluries tenuit Rota, vt ex deductis *in*
Aſculana fideicommiſſi 20. Iunij anni præteriti, & 22.
Maij præteriti coram me. Tanto magis, quia iuxta pactum
electio bonorum, ſuper quibus erat præſtandus vſusfru-
ctus, ſpectabat Piccinardis, qui etiam obtulerunt quoſdã
cenſus hæreditarios, & nihilominus Victoria perſeuera-
uit in obtinendis, & exequendis mandatis ad rationem
ſeptem cum dimidio, pendente etiam cauſa in Rota

commiſſa cum clauſula, *citra præiudicium legitimæ execu-*
8 *tionis*. Nec eſt veriſimile, Piecinardos voluiſſe eligere
bona maioris redditus *ad l. cum de indebito, ff. de probat.*
Inde autem ſequitur, quòd condemnatio perceptorum
vltra quinque poſt litem conteſtatam fuerit iuſtiſſima;
cum Victoria per litis conteſtationem eſſet conſtituta
B in mala fide, B & iuſta cauſa ab illorum reſtitutione
9 non excuſet, vt ex *Innoc. & Oſt. in cap. in literis de re-*
ſtitut. ſpoliat. tenet *Rota deciſ. 7. aliàs 182. de dolo, & con-*
tum. in nou. Surd. conſ. 293. num. 10. & ſeq. & caret
10 dubio, qualcunque iudicium ſit intentatum, *idem Surd.*
conſ. 514. num. 2. in fin. & num. 3. & ſiue extent fru-
ctus, ſiue ſint conſumpti, ſiue ſit facta locupletior, vel
non, *Gabr. conſ. 108. num. 3. & 4. vol. 1. Surd. d. conſil.*
293. num. 12. & d. conſ. 514. num. 5. in fin. Et Pieci-
nardi ſoluentes vigore obligationis Cameralis, & man-
datorum A. C. ſuper quibus Signatura reſcripſit cum
clauſula *citra præiudicium legitimæ executionis*, potuerũt
11 via ordinaria repetere indebitè ſolutum, iuxta naturam
obligationis Cameralis, vt dixit Rota *in Romana vſu-*
rariæ prauitatis 4. Iulij 1597. coram Peregrino. Non ob-
ſtat, quòd prima ſententia Rotalis eſſet nulla, vtì lata
12 poſt quadriennium, & ſic poſt deſertionem cauſæ ap-
pellationis dd. de Piccinardis, *Gloſſ magna in clem. ſi ap-*
pellationem, de appellat. Alex. conſil 64. num. 1. volum. 6.
& conſ. 79. num. 1. vol. 7. Additio ad Rot. deciſ. 14. aliàs
98. de appellat. in nou. Caſ. de Graſſ. deciſ. 104. aliàs 1. de
appellat. Nam cum ſecunda ſententia primæ confirma-
toria tranſiuerit in iudicatum ob non interpoſitam ap-
13 pellationem, non poteſt ampliùs dici de nullitate primę:
cum ſecunda confirmans ſit illa, quæ facit ius, & habetur
pro veritate *Innoc. in cap. 1. de confirmat. vtil. vel inutil.*
Felin. in c. ea quæ, num. 2. verſ. obſtant prædictis, de re iud.
Alex. conſ. 111. per tot. vol. 5. Gabr. in ſpecie noſtra conſ.
49. in princ. vol. 1. & ſecundùm hanc diſtinctionem,
quòd vbi ſententia confirmatoria tranſiuit in iudica-
tum, præcluſa ſit via agendi, & excipiendi de nullitate
confirmatæ, probauit *Rota coram R. P. D. meo Decano in*
Foroliuien. Emphyteuſis 1. Iunij 1613. & 24. Ianua-
rij 1615.

Ex quibus fuit reſulutum, vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Reſtitutio in integrum non conceditur, vbi non conſtat
14 de iniuſtitia ſententiarum, ex qua reſultat læſio, quæ eſt
fundamentum reſtitutionis; adeo vt non dicatur probata
cauſa reſtitutionis, niſi docto de iniuſtitia ſententiæ *Car-*
dinal. Caualer. deciſ. 194. ſub num. 2. Rota deciſ. 132. num.
1. part. 1. et deciſ. 731. num. 1. part. 2. recent. cum alijs
allegatis *per Beltram. in addit. ad deciſ. 459. Gregor. XV.*
num. 11. & fuit dictum *in Romana bonorum de Ceulis 31.*
Maij 1606. coràm bon. mem. Cardinali Marquemontio,
in Ferrarien. bonorum 2. Aprilis 1618. in Lucana Paro-
chialis 7. Februarij 1620. in Recanaten. ſeparationis thori
20. Martij 1620. in Florentina pecuniaria 21. Iunij 1621.
et in Perufina ſocietatis 20. Maij 1624. coram bon. mem.
Vbaldo ſeniori, et in Perufina pecuniaria 13. Nouembris
1624. coram bon mem. Dunozetto, et in Reatina bonorum
13. Iunij 1622. coram R. P. D meo Pirouano, et in Ro-
mana reſtitutionis in integrum 17. Maij 1627. coram
R. P. D. meo Vbaldo Iuniori, & ideo vbi conſtat de iuſtitia
ſententiæ, non datur reſtitutio, quia ceſſat læſio, Rota in
Bononien domus 30. Martij 1609 coram Cardinali Lan-
cellotto iuniori, Cardinal. Caualer. deciſ. 516. num. 1 Rota
d. deciſ. 132. num. 1. part. 1. recent. & in d. Perufina pecu-
niaria 13. Nouembris 1624. coram bon. mem. Dunozetto
ſufficit tamen iniuſtitia etiam non notoria ad hunc effectũ,
vt fuit dictum infra *coram Domino meo deciſ. 323. num. 4.*
in qua plenè traditur, quando pro obtinenda reſtitutione
in integrum læſio ſit plenè, & concludenter probanda,
& quando ſufficiat leuis, & ſemiplena probatio: & anno-
taui etiam ſupra *deciſ 116.* ſub lit. B.

B Per litis conteſtationem præſumitur mala fides, & hæc
præſumptio eſt iuris, & de iure *Bart. in l. ſed, & ſi lege,*
§. & ſi ante, num. 1. ff. de petit. hæred. Surd. conſil. 293.
num. 9. Rota in Carpentoracten. reſtitutionis ouium 23.
Iunij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano. & poſſeſſor poſt
litis conteſtationem tenetur ad reſtitutionem fructuum
15 nedum perceptorum, ſed etiam qui veriſimiliter per-
cipi potuerunt à vero domino *l. ex diuerſo, vbi Gloſſ &*
Doct. ff. de rei vendic cap. grauis, vbi Butr Abb. & Imol. de
reſtit. ſpoliat Boer. deciſ. 268. num. 1. Becc. conſil. 95. num.
3. Surd d. conſil. 293. num. 12. Laderch. conſ. 99. num. 2.
quos refert, et ſequitur Rota in d. Carpentoracten. reſtitu-
tionis ouium coram R. P. D meo Pirouano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rauennaten, Notariatus.

Mercurij 1. Iulij 1615.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione alicuius iuris, quam probat ex actibus antea factis; item datur, etiam ſinè titulo, poſſeſſori agenti contra priuatum, ſecus contra Superiorem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur Vniuerſitati, quæ turbatur in quaſi poſ-*
ſeſſione aggregandi, & reijciendi.
2 *Poſſeſſionem aduerſarij impugnare non poteſt, qui faſſus*
eſt illum poſſidere.
3 *Locatio cum exactione penſionum probat poſſeſſionem.*
4 *Manutentio ſinè titulo non datur poſſeſſori habenti contra*
ſe vehementem iuris reſiſtentiam, & num. 8.
5 *Poſſeſſori datur manutentio etiam ſinè titulo, quando agit*
contra priuatum, ſecus contra Cameram, vel alium
Superiorem.
6 *Decretum irritans licèt inficiat titulum, & poſſeſſionem,*
non tamen detentionem, & inſiſtentiam facti.
7 *Detentio ſola ſufficit ad manutentionem in ſũmarijſſimo.*
9 *Manutentio datur, non obſtante iuris reſiſtentia, quando*
adeſt longæua poſſeſſio.

DECISIO CXXXI.

DOMINI cenſuerunt, Collegio Nota-
riorum Rauennæ dandum eſſe manda-
tum de manutenendo in quaſi poſſeſ-
ſione, tàm admittendi, ſeu aggregan-
di, prçuio examine vitę, morum, ac ſuf-
ficientiæ, prætendentes ſe admitti ad
dictum Collegium, & nõ idoneos reij-
ciendi, ac reprobandi; quàm etiam imburſandi, & ex-
trahendi Collegiales, qui officia ciuilia, & damnorum
datorum dictæ Ciuitatis exerceant. Quò enim ad quaſi
1 poſſeſſionem aggregandi, & reijciendi, de illa conſtat
ex pluribus admiſſionibus per dictum Collegium factis,
quæ dantur in Summario de annis 1532. 40. & 60. & ad-
ſunt in proceſſu vſque ad annum 1613. Quarum effectua-
tio

Google

tio probatur, tàm ex rogitibus inſtrumentorum factis
per notarios admiſſos, quàm etiam ex extractionibus
eorundem ad dicta officia ciuilia, & damna data; & ideo
illi competit manutentio, vti de quaſi poſſeſſione eligen-
di magiſtratum, tradunt *Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti. ſub num. 3. verſ. ſed ſi non obſtante ff. vti poſ-*
A *ſid. & Menoch. de retinen. remed. 3. num. 142. & 148.* A
Præſertim quia iſtam quaſi poſſeſſionem agnouit etiam
Guarinus aduerſarius, qui de anno 1612. fuit ex gratia
per Collegium admiſſus ſolùm ad effectum ſe rogandi de
inſtrumentis, & non aliàs, prçſtita in forma fideiuſſione
(prout fecit) de non aſportando rogitus extra Ciuita-
tem, & ſuſcepto iuramento ſuper obſeruantia conſtitu-
tionum Collegij. Ideo enim non poteſt dictam quaſi
2 poſſeſſionem impugnare, nec manutentionem prçten-
dere contra dictum Collegium *ad text. in l. qui precario vbi Ang. ff. de precar.* Quò vero ad quaſi poſſeſſionem
imburſandi, & extrahendi Collegiales ad officia, de illa
conſtat tàm ex pluribus extractionibus illorum de Col-
legio ad dicta officia exercenda, prout poſtea vel per ſe
ipſos, vel per ſubſtitutos exercuerunt, vt patet ex libris
actorum ciuilium à Notarijs ſic extractis rogatorum:
3 quàm ex locationibus eorundem officiorum *Soccin. Sen. conſ. 187. num. 16. verſ. confirmantur præmiſſa lib. 2.*
quem ſequitur *Menoch. d. remed. 3. num. 572.* & Guari-
nus non inficiatur, ſed admittit, Collegium dicta officia
adminiſtraſſe, licèt dicat de facto, nec reddidiſſe ratio-
nem. Non obſtat, quòd Conſtitutio felic. recordat. Pij
IV. per quam fuerunt reuocatæ, & annullatæ quæcumq;
diſpoſitiones, & prouiſiones Notariorum Status Eccle-
ſiaſtici, & illorum officia fuerunt à quibuſcunque Com-
munitatibus, Vniuerſitatibus, &c. perpetuò diſmem-
brata, & Cameræ Apoſtolicæ applicata, cum decreto ir-
ritanti, videatur dictæ quaſi poſſeſſioni Collegij reſiſtere;
& ideò intret concluſio, quòd manutentio non detur ſinè
5 titulo habenti contra ſe vehementem reſiſtentiam iuris
communis *Bellam. deciſ. 433. Menoch. de retinen. remed.*
B *vlt. num. 24.* B, cum alijs per informantes. Nam
vltra quòd non verſamur in reſiſtentia iuris communis,
5 nec vehementi, vt loquuntur dd. DD. cum hodie non
agatur cum Camera, ſed cum priuato, datur poſſeſſori
manutentio etiam ſinè titulo, nec procedunt dicta per
Bellam. & alios allegatos *Contard. ad l. vnic. C. de moment. poſſeſſ. limitat. ſecunda §. 8. ſub num. 28. verſ. ſecundum, & num. 29. qui num. 49. & 50.* teſtatur, ita fuiſſe per Rotã
deciſum in officijs; & in fortiori quòd detur etiam reſti-
tutio *Achill. deciſ. 5. num. 2. verſ. ſecus autem, de reſtit. ſpoliat. Pont. de ſpol. lib. 2. num. 161. circa med. verſ.*
C *eiuſdem naturæ Card. Seraph. deciſ. 970. num. 5.* C, Ex
decreto autem irritanti in dicta Bulla appoſito non tol-
6 litur detentio, & inſiſtentia facti, licèt inficiatur titu-
lus, & poſſeſſio, *Lancell. par. 3. cap. 24 tit. de reo. quæſt. 1. num. 74. & 80. & tenuit Rota in Parmen. Prioratus*
D *16. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Orano* D, quæ ſola
7 ſufficit ad manutentionem in ſummariiſſimo *Caſtren. in l. Attilius 27. num. 5. verſ. habet tamen, ff. de donat. Io. Neuzan. conſ. 80. num. 3. Laur. Sylu. de com. conſ. 27. num. 3. Couar. pract. quæſt. cap. 17. num. 5. verſ. ſic ſa-*
E *nè, latè Menoch. de retinen. dicto remed. vltimo num. 18.* F.
Ex quibus fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Manutentionem dari in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, iuris eligendi, colligendi pedagia, conficiendi vrnam, ex qua Priores pro tempore educi debent faciendi bannimenta pro aſſignatione, & ſolutione exactionum, & ſimilium, *Alexand. conſ. 124. num. 3. lib. 4. Ruin. conſil. 53. num. 3. lib. 4. Franc. Marc. quæſt. 447. per tot. & ſequuta eſt Rota in deciſ. 354. Reuerendiſſimi Domini mei Decani* ad fauorem Excellentiſſimi D. Ducis Aquæſpartæ.

B Regulariter manutentio nõ datur poſſeſſori habenti con-
8 tra ſe iuris reſiſtentiam, abſque legitimo titulo, *Caputaquen. deciſ. 296. num. 4. part. 1. Gregor. XV. deciſ. 404. num. 1.* & allegata hac deciſione fuit dictum in *Elnen. decimarum 3. Iunij. 1624. coram bon. mem Remboldo*, debet tamen iuris reſiſtentia eſſe vehemens, & ineuitabilis, aliàs manutentio non impeditur etiam ſi ſit contra iuris præſumptionem, *Couar practic. quæſt. cap. 17 num. 6. Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 21. & ſeq. Rota deciſ. 534. num. 7. part. 2. diuerſ & coram Gregor. XV. deciſ. 470. num. etiam 7. & in Hiſpalen præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo, & in Ianuen. Parochialis Sancti Andreæ 19. Aprilis 1627. coram R. P. D.*
9 *meo Durano.* Item datur manutentio, non obſtante iuris reſiſtentia, quando adeſt longæua, & temporis conſiderabilis poſſeſſio, quæ *Lancellott de attentat. 2 part. cap. 4. declarat. 4. num. 6. Beltramin. in addit. ad d. deciſ. 370. Gregor. XV. num. 10 Rota deciſ 595 num. 4. part. 1. diuerſ & deciſ 685. num 3. part 1. recent. & in d Ianuen. parochialis Sancti Andreæ coram R P. D. Durano, & in Calciaten. decimarum 10 Iunij 1621. coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio. & coram R. P. D. meo Vbaldo iuniori in Oueten iuriſdictionis 22. Martij 1627. & in Colonien præcedentiæ 9 Iunij eiuſdem anni.*

C Idem firmatum fuit infra *coram D. meo deciſ. 222. num. 8.*

D Quòd decretũ irritans non impediat manutentionẽ, quando non eſt iuſtificatum, licèt ex eo inficiatur titulus, & poſſeſſio *Garz. de benefic. part. 5. cap. 5. num. 430. & tribus ſequen. Cardin Seraphin. deciſ 1471. num. 5. Card. Caualer. deciſ. 8. num. 3. & deciſ 522. num 4.* in qua hæc deciſio allegatur, *Rota deciſ 116. num 4. par. 1. & deciſ 423 num. 5. part. 2 recent et infra coram D meo deciſ 188 num. 11. & coram Reuerendiſſ. D. Decano d deciſ 354. num. 7. & 8.*

F Idem, hac deciſione allegata, fuit dictum *in Legionen decimarum de Zerezinis 22. Maij 1625. coram bon. mem Remboldo & coram eodem in Nullius Præpoſituræ Caſtri Durantis 1. Decembris eiuſdem anni*, & pluries infra.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domus Sancti Petri.

Veneris 6. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Emphyteoticæ rei deuolutio vt habeat locum, identitas confinium plenè, & concludenter probanda eſt, & quomodo probetur huiuſmodi identitas.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia probant dominium directum.*
2 *Res emphyteutica non poteſt vltra annum penes Eccleſiam remanere, & quoad illum, qui de ea poſt dictum annum inueſtiretur, ſupponitur deuolutioni.*
3 *Agens rei vendicatione probare debet, rem, ſuper qua agit, a reo poſſideri.*
4 *Deuolutio vt habeat locum, neceſſarium eſt, identitatem concludenter probare.*
5 *Confines duo ſaltem requiruntur ad probandam identitatẽ, & vnicus non ſufficit.*
6 *Confiniũ probatio, vbi redditur dubia ex diuerſitate cogno-*

minum, qualiter ſit articulandum.
7 *Confines vbi variantur ex curſu temporis, qualiter ſit ar-
ticulandum ad probandam identitatem.*
8 *Identitas non probatur ex demonſtrationibus genericis, ſed
requirit demonſtrationes ſpeciales, quæ alijs bonis conue-
nire non poſſunt.*
9 *Identitas probatur ſufficienter ex duabus demonſtrationi-
bus, licèt aliæ non adaptentur. Limita, vt num. 10.*

DECISIO CXXXII.

CVM agatur de apponendis inſignijs
Capituli ſuper domo, de qua agitur,
iuxta indultum fel. rec. Pij V. ex qui-
1 bus oſtenditur dominium directum
*Io. de Plat. in l. ſtigmata, C. de fabric.
lib. 11. Dec. in cap. cauſam matrimonij,
num. 3. de probat. Afflict. deciſ. 23. num.
4. Cagnol. in l. 1. num. 177. ff. ſi cert. pet.* Exinde autem
plures reſultare poſſint effectus, & præſertim, quòd
2 penes Archihoſpitale hæredê Iuniperæ dicta domus vl-
tra annum remanere non poſſet, *Specul. in tit. de locat. §.
nunc aliqua, q. 117. Alex. conſ. 120. num. 4. vol. 1. Iaſ. in l.
fin. num. 91. verſ. dicit tamen C. de iur. emphyt. Clar. in §.
emphyteuſis, q. 33. in fin.* cũ pluribus relatis per *Caldas de
vniuerſ. iur. emphyt. lib. 3. c. 1. num. 16. & 17.* & quo ad illũ,
qui de ea poſt dictum annum inueſtiretur, ſupponere-
tur deuolutioni. Ideò Dominis neceſſarium viſum fuit
3 probare, quòd illa ab Hoſpitali reo conuento poſſide-
retur ad *text. in l. officium ff. de rei vend. & in l. 1. C. de
alienat. iudic. mut. cauſ. fact.* & ſic quòd doceretur de
illius identitate, & quidem plenè, & concludenter, ſicu-
4 ti fieri debet, vbi agitur de declarando, quòd res aliqua
fuerit deuoluta, vt voluit *Rot. coram Caputaq. deciſ. 94.
lib. 2. in manuſcr. & in Romana Horti 18. Decembris
1579. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & apud bon.
mem. Card. Seraph. in eius deciſ. 1453* de qua ad effectum
prædictum apponendi inſignia, Domini dixerunt, non
ſufficienter conſtare. Nam Iunipera de tempore teſta-
menti per eam conditi del 1573. meminit de tribus do-
mibus, quas habebat in Regione Campi Martij, &
quia ipſa obijt del 1575. fuit pro Archihoſpitali hæredi-
tario nomine de duabus capta poſſeſſio, *vt in Summario
Capituli num. 12.* de quibus modò non agitur, ſed de
vltima, de qua, propter conſolidationem illius vſusfru-
ctus per obitum Ludouici Santini fuit capta poſſeſſio
28. *Ianuarij.* 1609. *vt in dicto ſummario num. 15. in fin.*
Confines autem huius domus non conueniunt confini-
bus domus emptæ à Strozio per Iuniperam, & recogni-
tæ à Capitulo del 1535. *vt in dicto ſummario num. 8. &
9.* ſiuè enim attendatur illius teſtamentum in eodẽ *ſum-
mario num. 11.* vocantur confinia Franciſci Ruinæ Cal-
derarij, *vn'altra caſa di eſſa teſtatrice, doue hora habita Ma-
donna Angelica dietro alla via dritta del Popolo: vn'altra caſa
di eſſa teſtatrice dinanzi la via publica;* in conſenſu verò
Capituli præſtito dictæ emptioni per Iuniperam factæ,
& in dicta recognitione, deſcribuntur pro finibus, Pri-
mò, res proprietatis Monaſterij, & Conuentus Fratrum
B. Mariæ de Populo, qui non conuenit cum ſupra dictis,
imò domui, de qua agitur, applicari non poteſt, cum ibi
res dicti Monaſterij del 1535. ad ipſum ampliùs non
ſpectaret, ſed ad Iacobum q. Baptiſtæ de Bellauitis, cui
per Priorem, & Fratres vendita fuerat del 1514. & ſic
per annos 21. antè dictam emptionem, & recognitionẽ
Iuniperæ, *vt in ſumm. Archihoſpit. num. 4.* Secundus finis
in dicto conſenſu Capituli, & recognitione Iuniperæ eſt
Ioannis Baptiſtæ de Bellantibus Canonici Lateranenſis,
cuius loco hodie (vt ſupponitur) confinat Sylueſter
vt dictũ eſt in alia deciſione. Qui ſimiliter non concor-
5 dat cũ ſupradictis, & tamen duo ſaltem requiruntur cõ-
A fines ad probandam identitatem A, *Bart. in l. demon-
ſtratio falſa num. 14. verſ. item ad demonſtrandum ff. de
cond. & demõſt. Alex. conſ. 112. num. 6. lib. 4. Rolan. conſ.
67. num. 13. verſ. verum præmiſſis, lib. 2. Decian. reſp. 17.
num. 8. & 9. lib. 3. Additio ad Papien. in forma libelli in
actione reali gloſ. qui cohæret in verb. duo, in princ.* & vnicus
non ſufficit *Corn. conſ. 87. num. 10. in fin. & conſ. 165.
num. 4. verſ. cum ergo lib. 3.* Vltrà quòd in dicta reco-
gnitione del 1535. in vno confini fit mentio Ioannis
Baptiſtæ de Bellantibus, in venditione autem facta per
Fratres B. Mariæ de Populo del 1514. fit mentio Bapti-
ſtæ de Bellauitis: & ſic ex diuerſitate iſtorum cognomi-
num probatio redditur dubia, & per conſequens non vi-
detur liquidatum, quòd dictus Ioannes Baptiſta nomi-
natus in dicta recognitione ſit ille, qui confinabat de di-
6 cto anno 1514. prout articulari debebat ſecundùm
*Bar. in d. l. demonſtratio falſa num. 20. præſertim verſ. ſi
verò ſunt nominati, quem Gratian. diſcept. forenſ. cap. 447.
num. 34. & 35.* & ideo probandum erat, domum per Iu-
niperam emptam à Strozio, & recognitam à Capitulo
eſſe illam, quæ modò poſſidetur ab Hoſpitali *Aym. conſ.*
B *112. num. 2. & ſequent.* B, Si verò arrendatur poſſeſ-
ſio dictæ domus capta del 1609. illa eſt deſcripta infra
bona Hoſpitalis ab vno, & retrò, & d. Sylueſtri ab alio,
quæ duo ſimiliter confinia non conueniunt cum illis, de
quibus in dicto conſenſu Capituli, & recognitione Iu-
7 niperæ del 1535. Nec probatur, Iuniperam, & ſic Ho-
ſpitale illius hæredem ſucceſſiſſe in dd. domibus haben-
tibus confinia enunciata in dicta poſſeſſione del 1609. &
quòd ſint illæ met quę del 1535. poſitæ erant intra cõfi-
nes expreſſos in dicta recognitione, prout articulari,
& probari debet, quando illi ſunt ex lapſu temporis im-
mutati, iuxta theoricam *Bart. in d. l. demonſtratio fal-
ſa num. 20. verſ. & idem eſſet, & in l. 1. num. 3. C. ſi vnus
ex plurib. appell. & in tract. de teſtib. num. 28.* vbi loqui-
tur in terminis emphyteuſis, quam ſequuntur *Caſtr. in
d. l. demonſtratio falſa num. 7. & conſ. 123. verſ. præ-
terea poſito, & conſ. 298. num. 2. vol. 2 Alex. conſ. 159.
num. 4. vol. 5. Dec. conſ. 109. num. 2. Natta conſ. 235.
num. 15.* & in ſpecie de domo *Syluan. conſ. 57. num. 2.
& 5.* licèt in caſu ſuo ex diuerſitate facti contrarium
teneat. Nec etiam conſtat, illos de Cinthijs, qui vendi-
derunt domum Strozio del 1530. *in ſummario Capituli
num. 7.* fuiſſe hæredes Ioannis, qui fuerat à Capitulo in-
ueſtitus del 1526. *vt in dicto ſummario num. 4.* Qui nec
etiam vti tales vendiderunt, & venditio per eos facta
eſt ſinè confinibus, prout etiam locationes factæ An-
gelo, & Iulio de Brachiano *in dicto ſummario num. 1. &
2.* Nec Iunipera in teſtamento meminit, quòd pro dicta
domo relicta Santino ad vſufructuandum ſolueretur
canon, vel quòd eſſet emphyteotica, & ideo nihil pro-
bant, iuxta *Aym. dicto conſ. 112.* Nec ad probandam
8 identitatem ſufficit mentio ſitus domus in Regione Cã-
pi Martij, & denominationis loci, videlicet *la Scrofa*,
nec confine viæ, cum iſta ſint communia omnibus alijs
domibus in dicto loco, & ſic dubia, & æquiuoca *Bart.
in dicta l. demõſtratio falſa num. 15. in fin. verſ. vel quòd
alius eſt, & ibi Caſtr. num. 6. verſ. niſi eſſet alia, Corn. conſ.
91. num. 46. vol. 1. & conſ. 165. ad fin. verſ. & ſic pro-
batur lib. 3. Ruin. conſ. 30. num. 60. lib. 1. Roland. conſ.
98. num. 24. lib. 3. Surd. conſ. 207. num. 14. lib. 2.* & fuit
dictum in *Ciuitatis Caſtelli bonorum 4. Iulij 1590. coram
bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Roman. Caſtri Orciani
1. Aprilis 1591. coram bon. mem. Orano, & in Romana,
ſeu Amalphitana Saluiani interdicti 9. Iunij 1593. coram
bon. mem. Penia, & in Mediolanen. bonorum. 25. Febr.
1611.*

C 1611. *coram R. P. D. meo Vbaldo*. C, Nec tandem ſo-
lutiones canonis factæ per Iuniperam ab anno 1536.
vſque ad 1575. *in dicto ſummario num.* 10. & per dictum
Santinum legatarium ab anno 1577. vſque ad 1606. *in
d. ſummario num.* 14. probant dictam identitatem, quia
factæ fuerunt pro domo acquiſita à Strozio per dictam
Iuniperam, & recognita à Capitulo, cuius confines
non conueniunt, vt oſtenſum fuit.

Et ideo ex his DD. concluſerunt vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Confinium identitas ſufficienter probata cenſetur ex dua-
9 bus demonſtrationibus, licèt aliæ non adaptẽtur, *Surd. con-
ſil. 44. à num. 15. vſque ad 24. Decian. conſil. 17. num. 8. &
ſeqq. & num. 21. teſtatur de communi lib. 3. Rota deciſ. 407.
num. 2. & deciſ. 706. num. 4. part. 2. recent. Gregor. XV.
deciſ. 575. num. 4. & ſeq. Cardinal. Caualer. deciſ. 128.
num. 5. deciſ. 311. num. 4. & deciſ. 578. num. 3. Rota
in Bononien. fideicommiſſi de Deſiderijs 5. Martij, & 14.
Iunij 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & in Aſſiſien. bo-
norum 2. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Virili.* hoc ta-
men procedit, quando aliæ demonſtrationes ſi non ada-
10 ptantur illi corpori, nec etiam conueniunt alteri; ſecus
quando demonſtrationes vni corpori non conueniunt al-
teri autem accommodantur, tunc enim redditur incerta
res; quòd ſi ex quatuor demonſtrationibus duæ vni rei
applicentur, & aliæ duæ alteri, res remanebit ambigua, &
regula præſcripta non habebit locum, vt tradunt *Ale-
xand. conſil. 73. num. 8. verſ. plus dicit, volum. 3. & con-
ſil. 38. num. 5. volum. 5. Ruin. conſil. 115. num. 4. lib. 5.
Roland. conſil. 67. num. 18. & 19. lib. 2. cum alijs per Surd.
conſil. 235. num. 18. ſequitur Rota deciſ. 295. num. 9. part.
1. recent.*

B Idem dixit Rota infra *coram Domino meo in deciſ.* 323.
num. 15.

C *Gregor. XV. deciſ. 455. num. 10. & ibi Adden litera F.
Cardinal. Caualer. dicta deciſ. 578. num. 1. & infra co-
ram Domino meo in Romana domus de Blanchis 10. Maij
1619. quæ eſt deciſ. 393. num. 9.*

Veneta donationis.

Lunæ 16. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Clauſula, Conſtituti, habet locum etiam in in-
corporalibus: & quid operetur ceſſio in in-
corporalibus: & an ex actione perſonali in-
ducatur vitium litigioſi, & an ſentẽtia noceat
ſingulari ſucceſſori, vbi alienatio fuit facta
ante litem motam.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio non poteſt fieri ſuper bonis debitoris ab alio poſ-
ſeſſis.*
2 *Tertius, qui reperitur in quaſi poſſeſſione exigendi, non
eſt amouendus, ſinè cauſæ cognitione.*
4 *Clauſula* Conſtituti *operatur etiam in incorporalibus.*
4 *Ceſſio in incorporalibus habet vim traditionis.*
5 *Ceſſionarius vigore ceſſionis probata ceſſione poteſt experiri
interdicto, Vti poſſidetis.*
6 *Libri depoſitariorum Montium probant, cum ij ſint publi-
ci officiales.*
7 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiritur per vnicam ſolutionem
cum ſcientia, & patientia aduerſarij.*
8 *Lis in actione perſonali non reddit rem litigioſam, imò nec
actionem, & non impedit tranſlationem poſſeſſionis.*
9 *Sententia non nocet ſucceſſori, qui ſucceſsit ante litem motã.*
10 *Alienatio ante litem motam ſi prætenditur facta in fraudẽ
creditorum, agi debet reuocatoria.*
11 *A ſequeſtrationibus non eſt inchoandum.*

DECISIO CXXXIII.

SEQVESTRVM ad inſtantiam An-
tonij de Domo conceſſum in vim mã-
1 dati exequutiui contra bona, & iura
hæreditaria olim Rodulphi Pij pro
ſumma in dicto mandato, contra ra-
tionem annuæ præſtationis ſcut. 300.
auri in auro, Domini reſoluerunt,
non potuiſſe exequi in fructibus locorum Montis Fidei,
de quibus agitur, ad præiudicium Lucretiæ dicti Rode-
rici vxoris, in quaſi poſſeſſione exigendi dictos fructus
exiſtentis, & controuerſiam propterea facientis, *iuxta
Gloſ. in l. a Diuo Pio §. ſi ſuper rebus in verb. fiat ff. de re iud.*
cũ qua tranſeunt communiter DD. vt teſtantur *ibi Alex.
num. 8. Iaſ. num. 9. & Herculan. num. 7. Ruin. conſ. 87.*
A *num. 1. vol. 4.* A, à qua quaſi poſſeſſione non eſt amo-
2 uenda ſinè cauſæ cognitione, *l. fin. C. ſi per vim, vel
alio modo, Bart. & ceteri in d. §. ſi ſuper rebus*, & in ſpe-
cie ita fuit dictum in *Romana computorum* 18. *Martij*
1594. *coram Illuſtriſſimo Domino Cardin. Millino, & in
Fulginaten. nullitatis executionis* 13. *Martij* 1601. *coram
Reuerendiſſimo Bonan.* De dicta autem quaſi poſſeſſione
conſtat; quia Lucretia vigore aſſignationis ſibi factæ del
1609. pro alimentis prætenſæ dotis (vt dicitur) non
reſtitutæ per Mariam eius, & dicti quon. Roderci fi-
liam, & hæredem, & illius iurium, mediante ſolemni, &
publico inſtrumento, de quo *in ſummario Lucretiæ, nu.* 1.
actualiter, annuatim à dicto anno 1609. ad præsẽtes exe-
git fructus locorum 210. dicti Montis; & quia etiam in
dicta aſſignatione adeſt clauſula Conſtituti, quæ opera-
3 tur etiam in incorporalibus. *Bartol. in l. quod meo. num.
6. & 7. & ibi Alexand num. 20. & ſeqq. ff. de acquiren.
poſſeſſ. cum pluribus per Tiraquel. de conſtit. ampliat. 34.
& in 5. part. declar. 7.* & ampliſſimæ ceſsionis iurium,
habentis (cum ſimus in incorporalibus) vim traditionis
Bart. in l. ad eum num. 3. & ibi *Imol. ff. de donat. idem
Bart poſt Gloſ. in l. fin. C. quando fiſc. vel priuat. Tira-
4 quell.* de cõmuni, *de retrac. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 12. verſ.
& ceſſio.* & cuius vigore in incorporalibus poteſt ceſ-
ſionarius experiri interdicto *Vti poſſidetis*, probata poſ-
5 ſeſsione cedentis, *Gloſ. in l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid
in loc. publ. Natt. conſ. 398. num. 38. quem ſecuta eſt
Rota coram bon. mem. Penia in Romana cenſus 2. Iunij
1610. & 4. Martij 1611. vt teſtatur Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 310. num. 3. tom. 2.* De exactionibus verò per
Lucretiam factis conſtat, tum ex partitis librorum de-
poſitariorum dicti Montis, continentium ſolutiones fa-
ctas nuncijs ab ea tranſmiſsis cum ordinibus ſolitis, vſq;
ad tempus, de quo fuit præſens in Vrbe: quas partitas
Antonius admiſit pro extractis, ne impediretur dubij
propoſitio. Tum etiam ex alijs ordinibus Secretario-
rum Montis directis moderno Depoſitario de ſoluendo
ſpeciali procuratori D. Lucretiæ abſentis, vigore man-
dati Illuſtriſs. Domini Protheſaurarij, ſubſecutis actua-
libus ſolutionibus, & quietantijs factis per dictum pro-
curatorẽ *in ſummario Lucretiæ num.* 2. Tum, & tertiò
ex ordine per Lucretiam facto del 1613. & directo mo-
derno depoſitario, vt ſolueret Mutio Alticotio fructus

 di-

dictorum locorum 210. ſibi pro ſuis alimentis aſsignatis
de anno 1609. vt ſupra dictum eſt, *vt in eius ſummario
additionali*, *num.* 1. in cuius ordinis executionem Alti-
cotius dictos fructus exegit à die 1. Iulij dicti anni 1613.
vſque ad totum menſem Aprilis præteriti, vt ex fide
capſerij eiuſdem depoſitarij *in dicto ſummario*, *num.* 2.
De fide autem librorum depoſitariorum Montis non
6 fuit dubitatum, cum ſint publici Officialis. *Bart. in l.
quædam §. nummularios*, *num.* 4. *de eden. Card. Seraph.
deciſ.* 442 *num.* 1. nec pars reuocauit in dubium; prout
nec etiam fuit dubitatum, quin Lucretia ex dictis exa-
ctionibus dicatur in quaſi poſſeſsione, cum ad hunc ef-
fectum ſatis fuiſſet etiam vnica ſolutio cum ſcientia, &
7 patientia Mariæ, *Rom. conſil.* 311. *num.* 7. *Rip. in cap.
cum Eccleſia Sutrina num.* 53. *de cauſa poſſeſ. & propriet.
Card. Seraph. deciſ.* 436. *in princ.* & quotidie tenet Rota;
& tamen in caſu iſto plures interuenerunt. Nec obſtat
ſequeſtrũ factum de anno 1601. ad inſtantiam Dominici
authoris Antonij, quia illud fuit executum contra di-
uerſas perſonas, *vt in ſummario Antonij*, *num.* 2. nec
apparet fuiſſe factum ſuper fructibus dictorum locorum:
imò ſuper illis fieri non potuit, cum non fuerint empta
per Rodericum, niſi de anno 1604. *vt in ſecundo ſum-
mario Lucretiæ*, *num.* 5. Non obſtat etiam, quòd pro-
curatores Lucretiæ exegerint fructus nomine Mariæ, &
non Lucretiæ: & ideò ei acquiri non potuerit quaſi
poſſeſsio; quia imò ex quietantijs M. Antonij Aſcenſij
conſtat, ab eo fuiſſe exactos prædictos fructus poſſeſſo-
rio nomine Lucretiæ: dicit enim, exegiſſe quidem pro
D. Maria, ſed cum ordine Secretarij, vt in partitis da-
tis per Antonium in reſponſionibus primæ poſitionis
ſub lit. A. in dicto autem ordine Secretarij *in ſummario
Lucretiæ*, *num.* 4. mandatur depoſitario, vt ſoluat dicto
Aſcenſio dictos fructus vti procuratori Lucretiæ, à quo
poſtea factæ fuerunt dictæ quietantiæ depoſitario, &
datus debitor Mariæ, & olim Roderico, ſub quorum no-
mine ad euitandas expenſas adhuc cantabant literæ pa-
tentes, non obſtante prædicta aſſignatione facta ad fa-
uorem Lucretiæ, & ideo partitæ animo aptari non po-
tuerunt. Tandem non obſtat, aſsignationem fuiſſe fa-
ctam Lucretiæ lite pendente, & in præiudicium Antonij
anteriora iura habentis, vigore ſpecialis, & expreſſæ
hypothecæ appoſitæ in donatione facta per dictum Ro-
dericum Dominico eius authori. Quia nulla lis pende-
bat inter Antonium, ſeu Dominicum cum Maria ſuper
dictis locis, ſed tantummodo ſuper actione perſonali
pro dicta annua præſtatione, imò pro certis ratis de-
curſis ante dictum annum 1609. pro quibus Dominicus
reportauerat mandatum exequutiuum contra bona,
& iura hæreditaria Roderici, quod reſolutum fuerat
exequen. coram bon. mem. Penia de anno 1605. & fuit
poſtea executũ, & ſecuta ſolutio: quæ tamen lis in actio-
8 ne perſonali non reddidiſſet dictos fructus, nec loca liti-
B gioſa B, *deciſ. Pedem* 144. *num.* 7. Imò neque ipſam
actionem, *Guid. Pap. quæſt.* 479. *verſ. credo, quòd*, & fuit
dictum *pro Antonio coram me* 5. *Maij* 1614. conſequen-
ter non fuit impedita tranſlatio quaſi poſſeſsionis, latè
Honded. conſ 20. *num.* 31, *vol.* 1. & ſententia lata con-
9 tra Piam hæredem Roderici, nocere non debet Lucre-
tiæ, quæ ſuccedit ante litem motam in dicto iure exi-
gendi, *Bart. in l. ſi ſuperatus*, *ff. de pign. & in l. credito-
res num.* 23. *verſ. tertio caſu C. eod. deciſ. Pedem.* 65. *num,*
4. *verſ tertiò*, & de communi *Surd. conſ.* 189. *num.* 46.
& ſi prætendatur, aſsignationem fuiſſe factam in frau-
dem dictorum de Domo, agi debet reuocatoria, *ad not.
10 per Bart. in d. §. ſi ſuper rebus num.* 7. *verſ. ego dico*, &
ibi *Caſtr. num.* 8 *verſ. prædicta vera*, *& Iaſ.* qui de
communi *num.* 10. *in fin. d. deciſ. Pedem.* 65. *num.* 4.

Præſertim cum Lucretia prætendat prioritatem etiam in
hypotheca pro dote, & fructibus, & acceptauerit di-
ctam aſsignationem cum clauſulis præſeruatiuis ante-
riorum obligationum, & hypothecarum ad illius fauo-
rem, de quibus ſuo tempore erit agendum, & interim
non eſt à ſeqoeſtrationibus, & executionibus inchoan-
11 dum, *iuxta tex. in l.* 1. *C. de prohib. ſequeſtr. & dicta
coram me in Ciuitatis Caſtelli, ſeu Romana ſequeſtri* 30.
Martij, *&* 15. *Iunij præſentis anni*. Ee propterea reſo-
lutum fuit, ſequeſtrum dictorum locorum Montium
eſſe reuocandum ad fauorem Lucretiæ.

ANNOTATIO.

A Mandatum relaxatum contra maritum non poteſt exequi
contra bona poſſeſſa per vxorem. quemadmodum nec
contra tertium, etiam ſtante obligatione Camerali, vt vl-
tra allegatos in hac deciſione *Gall. ſ de obligat. Cam. par.* 2.
quæſt. 2. *num.* 3. *Rota coram ſanct mem. Gregor. XV deciſ.*
22. *num.* 1. *& deciſ* 350. *num.* 2. *cum alijs allegatis in Ro-
mana Vineæ* 20. *Nouembris* 1617. *& in Romana Caſalis*
26. *Februarij* 1625. *coram bon mem. Patriarcha Manza-
nedo*, & infra in hac eadem cauſa 7 *Nouembris* 1616. *&* 6.
Martij 1617. *& in Bononien. pecuniaria* 7. *Aprilis* 1617.
& in alijs. Quæ concluſio eo magis procedit in vxore
habente inhibitionem ante executionem mandatorum.
iuxta cautelam, quam tradit *Bald. in l ob maritorum*, *num.*
4. *& ſeq. C. ne vxor pro marito. Angel in l. à Diuo Pio*,
§. ſi ſuper rebus num 5. & ibidem *Caſtr num.* 2. *ff. de re
iud. cum alijs adductis in d. deciſ* 22. *num* 2. *coram Gregor.
XV. & in d. Romana Caſalis coram bon mem. Manzane-
do*, quando autem locum ſibi vendicet dicta Baldi doctri-
na, vide infra io hac eadem cauſa 6. *Martij* 1617. *num.* 4.
B Litigioſa res non dicitur, quando agitur actione perſonali,
nec impeditur illius alienatio *Rot deciſ.* 3. *vt lit. pend in
nou Roman qui de communi conſ.* 270. *num* 2. *Lancellott.
de attent cap* 12. *de attent. appell. pend. lim.* 32. *in fin. Se-
raph. deciſ* 1134 *num* 4. *in fin.* in hac eadem cauſa 7. *No-
uemb.* 1616 & hac deciſione allegata reſpondit Rota in
Viterbien. fideicommiſsi 14. *Aprilis* 1625 *coram Reueren-
diſſ D. meo Coccino Decano*.
C Idem fuit reſolutum in *d. Romana Vinea coram bon. mem.
Manzanedo*, & hac deciſione allegata *in d Romana Caſa-
lis coram eodem*, *& in Romana ſeparationis thori* 15. *Maij*
1625. *coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua reſpondetur
contrarijs; quæ tamen deciſ. intelligendæ ſunt, quãdo alie-
nationes non ſunt factæ in fraudem paratæ, vel inceptæ
executionis, & ſic in ſpretum iudicialis auctoritatis, quia
tunc proceditur executiuè, & abſque actione reuocato-
ria, perinde ac ſi alienata non fuiſſent, vt latè in hac ea-
dem cauſa declarauit *Rota infra* 15. *Aprilis* 1616 in qua an
& quando alienatio dicatur facta io fraudem executionis.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Piſtorien. beneficij.

Lunæ 16. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt ſententia lata, pendente appel-
latione à pronuncia ſuper competentia, à qua
datur appellatio, ſiuè expreſsè fiat, ſiuè taci-
tè procedendo ad vlteriora. Item nulla eſt
ſententia lata à Iudice appellationis, non trã-

ſpor-

ſportatis actis, vel infra breuem terminum ab eorum tranſportatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata, pendente appellatione à pronuncia ſuper cõpetentia, eſt attentata.*
2 *Appellatio datur a pronuncia ſuper competentia, ſiuè expreſſè fiat, ſiuè tacitè procedendo ad vlteriora, num. 3. limita, vt num. 13.*
4 *Iudex, vbi opponitur de incompetentia, procedendo ad vlteriora cenſetur pronunciaſſe ſe competentem.*
5 *Citatio eius, qui commiſſionem obtinuit, ſufficit ad inhibendum etiam ad effectum attentatorum.*
6 *Procurator præſumitur dominum ſuum in partibus intra tempus competens certioraſſe.*
7 *Ignorantia ſupina nihil prodeſt.*
8 *Tranſportatio iurium neceſſaria eſt in cauſa appellationis.*
9 *Productio iurium facta, ſinè partis citatione, nõ ſufficit ad probationem, & num. 14. limita, vt num. 15.*
10 *Productio iurium verbalis non ſufficit ad probationem.*
11 *Productio iurium generalis non ſufficit ad probationem.*
12 *Sententia lata infra breuem terminum eſt nulla. Limita, vt num. 16.*
17 *Sententia quando dicatur infra breuem terminum lata, Iudicis arbitrio remittitur.*

DECISIO CXXXIV.

SENTENTIA Iudicis de partibus dicta fuit per Dominos attentata, & nulla, & ideo reuocanda. Attentata, quia cum pro parte Gabrielis fuiſſent oppoſitæ contra commiſſionem Apoſtolicam exceptiones ſubreptionis, obreptionis, & incompetentiæ, ac repetitæ in termino citationis pro aſſignatione termini, petita pro parte Rodulphi, iuxta formam Conſtitutionum Synodalium; & illis non obſtantibus Iudex ad vlteriora proceſſerit, aſſignando terminum, & committendo citationem ad ſententiam; & ab hoc proceſſu ad vlteriora, & ſic à pronuncia ſuper competentiam fuerit pro parte Gabrielis, mediante ſpeciali procuratore appellatum, & de nullitate dictum, cum expreſſione cauſarum, & à non delatione dictæ appellationi rurſus appellatum toties quoties, &c. ſequitur, ſententiam diffinitiuam exinde dicta appellatione pendente fuiſſe attentatam, iuxta titulum *ff. & C. nil innouar. appellat. penden. & vulg. cap. non ſolùm, de appellat. in 6.* A pronuncia
2 enim ſuper competentia datur appellatio, *Gloſſ. fin. in fin. verſ. item quid ſi Iudex, in auth. habita, C. ne fil. pro patre, & ibi Cyn. num. 53. Bart. num. 8. Bald num. 70.* ſubdens, dictam Gloſſam ab omnibus communiter approbari. *& Ang. num. 14. idem Cyn. in l. 2. num. 12. & ibi Bart. in prima lect. num. 10. & in repet. num. 14. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* & latè idem *Bart. in l. 2. num. 13. ff. de appell. recipien. & Bald. in l. 2. num. 13. C. de Epiſcop. audien. cum pluribus per Becc. conſ. 31. num. 2.*
A *& ſeqq. & Roland. conſ. 33. per totum volum. 4.* A, ſi-
3 uè expreſsè fiat, ſiuè tacitè procedendo ad vlteriora, *Ruin. conſ. 117. num. 18.* vbi de communi *lib. 5.* quem ſequitur *Becc. d. conſ. 31. in fin.* Præſertim quando opponitur de incompetentia, quia Iudex procedendo ad
4 vlteriora cenſetur pronunciaſſe ſe competentem, *Franc. in cap. ſi duobus, num. 30. verſ. ex quibus, de appell. Dec. conſ. 107. in princip. verſ. non obſtat, quod Iudices, Gabr. lib. 2. tit. de except. concluſ. 1. num. 2. ampliat. 1. & num. 6.* & de communi teſtatur *Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. queſt. 17. limit. 6. membr. 7. num. 51. & 60. fol. mihi* 580. Tantò magis, quia fuerat etiam propoſita recuſatio Iudicis vti ſuſpecti, & repetita in termino citationis ad ſententiam, licèt ſinè expreſſione cauſæ, & iuramento, & allegata auocatione cauſæ facta per Signaturam 4. *Iulij* 1613. mediante commiſſione pro Gabriele porrecta, in qua idem Iudex fuit allegatus ſuſpectus tãquam familiaris Rodulphi: quamuis de illa tunc doctum non fuerit, prout doceri non potuit, quia commiſſio adhuc expedita eſſe non poterat. In Vrbe autem citata fuit pro Signatura pars Rodulphi, ſeu ille, qui obtinuerat primam commiſſionem, quod ſufficit iuxta re-
5 formationem Sanctiſſimi *in titulo de Signatura Gratiæ, & Iuſtitiæ, in princ.* etiam ad effectum attentatorum, *Lancell. de attent. lit. pendent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 80.* & fuit dictũ in *Lucana parochialis 4. Iulij 1601. coram bon. mem. Card. Pamphilio.* Præſertim, quia ſtante (iuxta loci diſtantiam) competenti temporis interuallo, quo Rodulphus poterat certiorari, prout apparet, certioratum fuiſſe procuratorem Gabrielis, ex quo, (vt dictum eſt) allegauit coram Iudice de partibus diẽ
6 præciſum auocationis, præſumitur, dictam citationem ad illius notitiam perueniſſe, iuxta *conſil. Roman. 481. num. 7.* ſæpiùs à Rota ſeruatum, *vt in deciſ. 396. num. 3. part. 1.* & melius *deciſ. 131. num. 7. par. 2. diuerſ & in*
B *dicta Lucana parochialis* B, & tandem apparet, ipſum ſi non ſpreta Signatura, ſaltem non habita illi debita reuerentia, nimis properè feſtinaſſe pro ſententiæ prolatione; & ex prædictis prætenſa illius ignorantia
7 videtur ſupina, quæ nihil prodeſt *ad text. in l. ſupina, & in l. regula. ſ. ſed facti ignorantia, ff. de iur. & fact. ignor.*
Nullitas verò eſt euidens. Primò, ex defectu tranſporta-
8 tionis actorum, quæ eſt neceſſaria iuxta diſpoſitionem *Sacri Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. ſ. præterea.* & fuit ſæpiùs reſolutum. Nec eſt attendenda productio facta
9 11. *Iulij* 1614. quia non ſolum (vt ex actis probatur) eſt ſinè partis citatione *Bart. in l. Iudices, in quarto not. C. de fid. inſtrum. Caſtren. conſ. 38?. col. 2. verſ. nec ob-*
C *ſtat quod Lazarus. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 697. num. 8.* C
10 ſed etiam fuit verbalis, vt ex eius lectura, *Roman. conſ. 156. num. 3. verſ. clarum eſt enim.* Et nimis generalis
11 videlicet, omnia, & ſingula acta, &c. *Papien. in form. productionis inſtrumentorum in gloſ. & primò quidem, pag. mihi 85. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. queſt. 199. verſ ſecus ſi produceretur, Aſin. in praxi iudic. §. 22. cap. 6. num. 1. & 6.* Secundò, quia dicta ſententia fuit lata poſt dictam prætenſam iurium productionem die 16.
12 eiuſdem menſis Iulij, & ſic infra breuiſſimum terminũ
D quinque dierum D *ad text. in l. ſi finita, ſ. non autem ſtatim, ff. de damn. infect. l. 2. & l. 3. C. de ſenten. ex pericul. recitan. Bart. in l. prolatam, num. 10. C. de ſentent. & interlocut. &c. Put. deciſ. 334. lib. 1. in nouiſſ. cum alijs latè per Gabr. de ſenten. concluſ. 6. num. 5. verſic. & hinc eſt.* Tanto magis, quia eſt reuocatoria trium conformium, & Signaturæ commiſerat cauſam cum clauſula *partito iudicato*; & ideò indigebat maturiori, & longiori cauſæ cognitione.
Et ideò fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Fulu. Pacian. in tract. de probation. lib. 1. cap. 38. nu. 47. Gonzal. ad reg 8. Cancel gloſ. 9. in annot. ſ. 1. num. 196. Granat. in addit. ad Veſtrium lib. 3. cap. 10. ſub num. 6. verſ ſimiliter quando quis Iudicẽ competentem.* Card Ca-
13 *ualer. deciſ. 2. num. 8.* limitatur tamen, vt non procedat quando orta diſcordia inter duos Iudices Ordinarios, vel de-

delegatos, ſuperior, vel arbiter electi ſuper iſta diſcordia
pronunciant, quis eorum ſit competens: quia ab hac pro-
nuntiatione partes non poſſunt appellare; ita plures, quos
referunt, & ſequuntur *Ruginel. in tract. de appellat. §. 2.
cap. 3. num. 188. Scacc. d. memb. 7. num. 66.*

B Vide infra *deciſ.* 307.

C Productio iurium, parte non citata ad dicendum contra,
24 nihil releuat *Honded. conſil. 75. num. 34. lib. 2. Gregor.
XV. deciſ 209. num. 5. & ibi Beltramin. num* 8. & hoc
procedit etiam reſpectu inſtrumentorum, quæ ſunt rogata
in actis eiuſdem Notarij cauſæ, quia requiritur ſaltem illo-
rum repetitio cum partis citatione *Gregor. XV. deciſ* 508.
15 *num. 6. Beltramin loco cit.* Limita quando tertius petit ad-
mitti ad cauſam, quia tunc ad docendum de eius intereſſe ſuf-
ficit productio iurium, etiam parte non citata ad dicendum
contra. *Rota deciſ.* 109. *lib* 1. *& deciſ* 71. *num.* 4 *lib.* 2.
par. 3. *diuerſ in Giennen. Cappellaniæ* 8. *Iunij* 1605. *coram
Cardinali Lancellotto, & in Egitanien commenda* 26. *Apri-
lis* 1624. *coram bon. mem Vbaldo*. Limita ſecundò, vbi
pars comparuit, & ea præſente facta eſt productio, hoc
enim ſufficit, licèt non fuerit citata, cum citatio non fiat,
niſi vt pars compareat; notat *Caſtren. d. conſil.* 382. *ſub
num.* 3. *circa med.*

D Sententia lata præcipitanter, & in fra breuem terminum,
16 eſt ipſo iure nulla; verùm hoc non procedit, quando in-
fra illud tẽpus Iudex potuit eſſe de cauſa inſtructus, *Aym.
conſ* 179. *num.* 1. *Menoch. alijs adductis, de arbitr. iud. quæſt.*
42. *num.* 9. *Verall. deciſ.* 238. *lib.* 1. *in manuſcript. Rota
deciſ.* 125. *num* 2. *part.* 2. *recent in Bononien Portoni* 8.
Martij 1610. *coram. Reuerendiſſimo Domino meo Patriar-
cha Pamphilio*, quæ loquitur in termino ſex dierum, & in
termino 13. vel 15. dierum *Rota in Romana pecuniaria* 13.
Februarij 1612. *coram Cardinali Sacrato, & in Mediola-
nen. bonorum* 11. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. meo Piro-
uano*; & hoc habet locum, etiam quando breuitas tem-
poris fuit talis, in qua Iudex adhibere potuit aliqualem
cauſæ cognitionem, licet non plenam, vt notat *Abb. in
cap. ex literis, num.* 6. *de reſtit. in integr. Put deciſ.* 4. *de
iudic. Verall d. deciſ.* 238. *in manuſcript Gabr. de ſentent.
concluſ.* 6. *num.* 19. *Mantic deciſ.* 84. *in fine.* Iudicis tamen
17 arbitrio remittitur, quando ſententia dicatur infra breue
tempus, & celeriter lata, *Pariſ conſil.* 79. *num.* 14. *lib.* 1.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeù Peruſina pecuniaria.

Veneris 20. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Filiatio, mors alicuius, & hæreditatis aditio ex quibus probentur; & an poſt ceſſionem, actiones directæ remaneant apud cedentem; & quid in ceſſione omnium bonorum ad fauorem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ex communi reputatione.*
2 *Obitus probatur per atteſtationem Parochi ex parte libri mortuorum.*
3 *Aditio hæreditatis probatur per aditionem factã à procuratore habente ſpeciale mandatum.*
4 *Repudiatio hæreditatis non inducitur, ex quo hæres dixerit, ſe nolle pro tunc adire: quia id potius ſonat in deliberationem.*
5 *Adiri poteſt hæreditas intra 30. annos.*
6 *Actiones directæ remanent penes cedentem.*
7 *Fallit in ceſſione bonorum ad fauorem creditorum.*
8 *Cedens agere poteſt, vt ſoluatur ceſſionario.*
9 *Obligatio Cameralis continet ſtipulationem ad fauorem omnium, quorum intereſt.*

DECISIO CXXXV.

QVIA 10. Iunij 1613. fuit reſolutum,
mandatum executiuum pecuniarum
petitum pro Florio, & fratribus de
Taſchis, vti hæredibus Marci Anto-
nij patris, & Florij ſenioris patrui, vi-
gore Cameralis obligationis, relaxan-
dum eſſe contra Hieronymum: legiti-
matis tamen perſonis dictorum de Taſchis; ideo pro-
poſito dubio, an conſtaret de dicta legitimatione. Do-
mini affirmatiuè reſponderunt. Nam pro parte dicto-
rum de Taſchis ex primo, ſecundo, & tertio teſtibus
ſuper tertio; & primo, & tertio ſuper quarto *in eorum
ſummario, num.* 3. probatum fuit de matrimonio legi-
timè contracto inter quondam Marcum Antonium, &
Monicam eorum parentes, & de ipſorum filiorum na-
tiuitate ex illis in figura matrimonij cohabitantibus,
& de filiatione Florij, Mutij, & Ioannis Baptiſtæ hodie
viuentium, nec non Flaminij, & Hieronymi defuncto-
rum, & demum de communi reputatione, iuxta doctri-
1 nam Bartoli communiter receptam, *in l. filium num.* 1.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris: qui etiam enon-
ciantur tales in datione curatoris hæreditati iacenti
Florij eorum patrui ad eorum inſtantiam facta per Præ-
torem Bergomen. 30. *Iunij* 1586. *in ſummario Hiero-
nymi, num.* 2. prout etiam ſupraſcripti tres hodie vi-
uentes, & actores in hac cauſa enunciantur vti tales, &
Monica eorum mater vti relicta dicti quondam Marci
Antonij, in mandato procuræ 23. *Ianuarij* 1613. *in dicto
ſummario, num.* 3. De morte autem Florij patrui ſinè
filijs ab inteſtato, ſuperſtite tunc Marco Antonio eius
fratre, deponunt primus, & tertius ſuper ſecundo *in
ſummario de Taſchis, num.* 2. quorum depoſitio admi-
niculatur ex atteſtatione Curati Ciuitatis Bergomi *in
dicto ſummario num.* 2. & ex renuncia curæ hæredita-
tis iacentis facta per dictum Marcum Antonium, & ex
datione alterius curatoris dicta die 30. Iulij 1586. & ex
dicto mandato procuræ *in ſummario Hieronymi num.*
3. facto per Mutium, & Baptiſtam filios Marci Antonij
in Florium eorum fratrem, pro datione curatoris hære-
ditati dicti Florij patrui, cuius hæreditas ab inteſtato
delata fuit d. Marco Antonio eius fratri iuxta *authent.
ceſſante, C. de legitim. hæred.* De morte verò Marci An-
tonij patris actorum de anno 1596. prædicti tres teſtes
2 ſuper quinto *in eorum ſummario num.* 4. & conſtat ex
ſupradicta atteſtatione Curati in dicto mandato procu-
ræ *in ſummario Hieronymi, num.* 3. De morte Hiero-
nymi dicti Marci Antonij filij de anno 1600. ab inteſta-
to ſine filijs primus, ſecundus, & tertius ſuper ſexto,
& præſertim tertius ſuper ſeptimo, qui dicit, illum vi-
diſſe mortuum, *in ſummario de Taſchis num.* 5. De
morte autem Flaminij alterius filij eiuſdem Marci An-
tonij de anno 1609. ſimiliter inteſtati, & ſinè filijs iidem
teſtes ſuper 8. *dicto num.* 5. & conſtat ex atteſtatione
eiuſdem Curati, *dicto num.* 5. in fine, quòd ita ſit ſcri-
ptum ſuper libro defunctorum eius Parochiæ, cum die-
bus, menſibus, & annis mortis, & ſepulturæ ipſius,
& ſupraſcripti Hieronymi eius fratris. Ex quibus om-
nibus probari mortem, tradunt *Gloſ. & Doctores in l. ſi
quidem* 5. *ff. de cond. & demon.* & paſſim tenet *Rota*; et

præ-

præſertim in Trauiſina Parochialis Sancti Theoniſti 11.
Ianuarij 1602. *coram Reuerendiſſ. Bononien.* Super ex-
tantia verò Florij, Baptiſtæ, & Mutij, hodie actorum
probatur per eoſdem teſtes *in ſummario num.* 4. & per
ſupradictum mandatum procuræ. Quòd autem ſint hæ-
redes tàm Marci Antonij patris, quàm Florij patrui,
conſtat ex mandato procuræ ad adeundum facto Ber-
gomi 19. Martij de anno 1613. per Mutium, & Bapti-
ſtam in Florium eorum fratrem Romæ degentem *in*
eorum ſummario, *num.* 6. Qui illius vigore adiuit 22.
3 Aprilis eiuſdem anni, tàm ſuo, quàm procuratorio no-
mine fratrum, vt in actis, *Cyn. in l.* 1. *num.* 1. *verſ. iſta*
tamen differentia, C. *de iure deliber. Dec. in l.* 1. *in* 2. *lect.*
num. 34. *verſ. ita poteſt dici*, C. *quando non pet. par.*
Franch. deciſ. 60. *num.* 15. Non obſtat, quòd hæredi-
tas Florij fuerit repudiata per Marcum Antonium eius
fratrem, qui poſt eius mortem obtinuit, ſe deputari in
curatorem hæreditatis iacentis, & poſtea recuſauit cu-
ram, & ideo ad inſtantiam eius filiorum datus fuit alius
curator: & quòd ſimiliter per dictos filios fuerit repu-
diata hæreditas M. Antonij, ex quo obtinuerunt depu-
tari curatorem hæreditatis iacentis, à quo fuit conſti-
tutus procurator, qui aliàs mouit iudicium contra Hie-
ronymum ſuper hoc credito. Quia non conſtat de ex-
preſſa repudiatione hæreditatis paternæ, ſed quòd ſo-
4 lùm de tempore petiti curatoris dixerunt, quòd pro
tunc non intendebant adire, ex quibus verbis non indu-
A citur repudiatio A, ſed deliberatio, *Gloſſ. in l.* 2. *in verbo*
deſideras, verſ. ſolut. refert. C. *de iur. & fact. ignor. Bart.*
in l. ſi quis ſuus, 8. *num.* 5. *verſ. aduerte*, C. *de iure deli-*
ber. & in l. vlt. num. 1. *verſ. gloſ. dicit*, C. *de repudian. hæ-*
red. Ang. in l. facta, §. ſed in danda, num. 2. *verſ. ſed non*
per verba contraria, ff. ad Trebell. de communi. Menoch.
lib. 4. *præſumpt.* 102. *num.* 5. *verſ. ceterum*, dicit hanc
opinionem ſequendam in iudicando; & cum eis præfi-
5 xus non fuerit terminus ad adeundum, habent ſpacium
annorum triginta ex capite, Vndè liberi, *l. licet, vbi om-*
nes, C. *de iure deliberan.* & aliorum triginta ex capite,
Vndè legitimi, *Bald. in d. l. licet num.* 10. *verſic. modò po-*
ne, & ibi not. *Iaſ. num.* 5. *Caſtren. in l.* 3. *num.* 3. *ff. de*
acquir. hæred. ſed tollit omne dubium, quia in effectu,
vt ſupra dictum eſt, poſtea adiuerunt. Et ideo ceſſat
etiam difficultas reſpectu hæreditatis Florij, cum à tem-
pore obitus, qui fuit de anno 1586. vſque ad tempus
aditæ hæreditatis de anno 1613. non ſint elapſi anni tri-
ginta. Minus obſtat ceſſio facta per dictos Dominos
de Taſchis prima Iulij 1582. ad fauorem illorum de Cu-
ſanis, & aliorum creditorum in ea nominatorum, in
qua ſunt comprehenſa nomina debitorum pro ſatisfa-
ctione eorum debiti, *vt in ſummario Hieronymi num.* 1.
quia penès dictos de Taſchis remanſerunt directæ actio-
6 nes, quarum vigore poſſunt agere: cum non conſtet,
interueniſſe aliquod de tribus, de quibus *in l.* 3. C. *de*
nouat. Nec applicatur textus *in l. item ſi vnus*, & ibi
Bald. ff. de recept. arbi. quia Taſchæ non ceſſerunt bonis,
iuxta terminos dicti textus, *& Bald. ibidem*, *& Stracch.*
7 *de decoct. part.* 3. *num.* 14. *& Matth. Brun. de ceſſione*
bonorum quæſt. 17. ſed illorum ceſſio fuit ad fauorem
particularium creditorum, & diuerſa à ceſſione bono-
rum, de qua *in l. in omnibus*, *& tot. titu.* C. *qui bon. ced.*
poſſunt. Quæ ſinè difficultate viſa fuerunt Dominis pro-
cedere, cum mandatum petitum fuerit ad effectum de-
ponendi, & pecuniæ conſignentur cui de iure: quo caſu
non videtur intrare iſta exceptio ceſſionis, cum cedens
8 agere poſſit, vt ſoluatur ceſſionario. *Aufrer. ad deciſ. Cap-*
pel. Tholoſ. 119. Tanto magis ſtante obligatione Ca-
merali, quæ eſt concepta ad fauorem omnium, quorum
9 intereſt: intereſſe autem dictorum de Taſchis ex præ-
dictis controuerti non poteſt. Ex eadem autem ceſſione
conſtat etiam, quòd Ludouicus erat nepos M. Ant. pa-
tris dictorũ de Taſchis, & quòd creditũ cum Hieronymo
eſt factum vigore inſtrumẽti celebrati 23. Iulij de anno
1583. & ſic per annum poſt dictam ceſſionem, & ad fa-
uorem Marci Antonij, & fratrũ, & nõ Ludouici nepotis.
Et ideo Domini reſoluerunt, vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Dixi ſupra ad *deciſ.* 11. *lit.* C.

B Repudiatio hæreditatis non inducitur, niſi ex verbis di-
ſpoſitiuè prolatis, vt latè per *Menoch. hic allegat.* & ideo
in ſimilibus verbis ſub conditione ſuſpenſiua prolatis, nẽpè,
Volo eſſe hæres, quatenus adſint bona, quòd ex eis hæreditatis
repudiatio inducta non fuerit, dixit Rota, alijs relatis, *in*
Rom. hæreditatis de Gabrielibus 9. *Decemb.* 1613. *coram Re-*
uerendiſſ. D. meo Patriarcha Antiocheno, & coram eodem in
eadem cauſa 20. *Feb. &* 1. *Decemb.* 1617. in qua fuit dictũ,
id procedere, licèt huiuſmodi verba prolata fuiſſent præce-
dente interrogatione iudicialiter facta, & in fortioribus in
eo, qui protulit verba *Nolo adire*, quia intelligitur pro
nunc, & valeat aliàs deliberare, & adire *Surd cõſ.* 398. *nu.* 37.
& 38. vbi plures de cõmuni *Mant de cõiect lib.* 12. *tit.* 14. *nu.*
30. *& ſeq. & Rota firmauit in dd. tribus deciſionibus.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Abbatiæ.

Veneris 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Quando cauſa ſpolij habet multas difficultates, & adeſt clauſula, *Arbitrio*, Rota ſolet cogno-ſcere de petitorio, & interim ſequeſtrum in beneficio apponere. Primum extremum in ſpolio quomodo probetur. Spolio agi non poteſt ex contractu nullo, vel reſoluto.

SVMMARIVM.

1 *Arbitriũ intrat pro cognitione petitorij, vbi ſpoliũ eſt turbidũ, ſequeſtrata tamen poſſeſſione, iuxta obſeruantiã Rotæ.*
2 *Enunciatiua emiſſa ab vna tantùm parte, in eius fauorem non probat.*
3 *Primum extremum in ſpolio non probatur per confeſſionem eius, qui ſpolio agit.*
4 *Enunciatiua ab vtraque parte emiſſa non probat, ſi narratiua non eſt neceſſaria ad actum, qui agitur.*
5 *Approbationis præſumptio non intrat, niſi approbans ſciat ſpecificè id, quod approbat.*
6 *Reſignatio ſola non probat reſignantis poſſeſſionem.*
7 *Reſignationis ex cauſa prouiſionem accipiens, approbat ius reſignantis.*
8 *Approbatio reſpectu vnius actus non extenditur ad alium, qui poteſt eſſe ab illo ſeparatus, ſed reſtringitur ſemper ad id, quod ex eo neceſſariò infertur.*
9 *Succeſſor in beneficio reputatur tertius, quia in eo creatur nouum ius, non dependens à prædeceſſore.*
10 *Verba enunciatiua partium tertio non præiudicant.*
11 *Conſtitutũ nõ probat poſſeſſionẽ conſtituentis contra tertium.*
12 *Confeſſio reſignantis non nocet reſignatario, ſi venit alio iure, quàm reſignantis.*
13 *Adminicula non probant, ſinè aliquo gradu probationis, ſaltem ſemiplenæ, & niſi ſint vehementia.*

Poſ-

Digitized by Google

14 *Poſſeſſio alicuius non probatur, ex eo, quod is alterius poſ-
ſeſſioni ſe oppoſuerit.*
15 *Confeſſio procuratoris facta, non præcedente iuſſu Iudicis,
dicitur voluntaria, & ideò non nocet. Limita, vt num. 29.*
16 *Confeſſio procuratoris voluntaria reuocatur etiam non do-
cto de errore, etiam ſi ſit geminata, & num. 30. Limi-
ta, vt num. 31. & 32.*
17 *Confeſſio poſſeſſionis cum qualitate intruſionis acceptari po-
teſt quoad poſſeſſionem, reiecta intruſionis qualitate.*
18 *Cõfeſſio facta in exceptionibus, ſeu proteſtationibus non
nocet.*
19 *Extremum primum in ſpolio de ſtylo Rotæ probationes
concludentes, exactiſſimas, & indubitatas requirit, &
num. 34.*
20 *Spolij iudicium proſequi non poteſt, qui mediante concordia
poſt motum iudicium facta illi renunciauit.*
21 *Poſſeſſio amittitur ex reſignatione nulla, data ſcientia nul-
litatis, num. 22. & num. 37.*
23 *Contractus nullus non impedit tranſlationẽ poſſeſſionis, dũ-
modo nullitas non proueniat ex defectu conſenſus, præſer-
tim ſecuta actuali traditione.*
24 *Reintegratio in ſpolio non impeditur ex concordia, in qua
illi renunciatũ fuit, vbi non conſtat de aliqua eius obſer-
uantia.*
25 *Contractus dicitur purè initus, vbi non fuit appoſita con-
ditio ſuſpenſiua.*
25 *Reintegratio non competit, vbi contractus fuit ex capite in
obſeruantiæ reſolutus.*
27 *Contractus an ſit nullus, vel reſolutus, diſcutiendum eſt
iuxta formam petitorij.*
28 *Regula,* Spoliatus, *non habet locum, vbi poſſeſſorium ha-
bet admixtam cauſam petitorij.*
33 *Confeſſio procuratoris à domino in vno iudicio ratificata
an noceat ei in alio, remiſſiuè.*
35 *Extremum primum, quando agitur de ſpolio antiquo, pro-
batur per teſtes de publica voce, & fama.*
36 *Reſignatione nulla, & inualida, non abdicatur ius à reſi-
gnante, nec acquiritur reſignatario.*

DECISIO CXXXVI.

DICTVM fuit, ſpolium à Fr. Nicol.
Thoma intentatũ valdè turbidum eſ-
ſe, & ideò illo reiecto, recedendo à de-
ciſis 20. Febr. præteriti intrare Arbi-
A trium pro cognitione Petitorij A, ſe-
queſtrata tamen poſſeſſione iuxta
commiſſionem Sanctiſſimi pro Fran-
1 ciſco obtentam, & obſeruantiam Rotæ, de qua teſta-
tur *Lancell de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 19. num. 5.*
& ſecundùm quam in ſpolio fuit tentum *in Romana Cot-
tiuij 26. Martij 1606. coram Reuerendiſſ. D. meo Dama-
ſceno.* Turbiditas reſultat ex duobus, Primò ex defe-
ctu probationis primi extremi, ſecundò ex amiſſione
poſſeſſionis, ſi quam habuit Fr. Nicol. ſeu ratificatione
prætenſi ſpolij ex culpa, & facto proprijs reſultantibus.
Defectus probationis primi extremi oſtenditur, quia exa-
men teſtium de partibus, ſuper quibus aliàs fundabatur,
fuit in dicta deciſione firmatum nullum. Alia verò fun-
damenta dictæ deciſionis DD. viſa fuerunt non ſubſiſte-
re. Nam primum, quòd anterior poſſeſſio Fr. Nicol.
probetur ex eius mandato ad reſignandã Abbatiam per
2 illa verba narratiua, *quam poſſidet, & obtinet*, viſum fuit
nihil facere, tum quia emanarunt in actu ab eo ſolum
B celebrato, abſente Carolo Reſignatario B, *l. non nudis,
vbi Gloſ. in verb. aſſeuerationibus C. de probat. l. ex his ver-
bis C. de teſtam. milit Aymon de antiq temp. part. 1. num.*
7. Tum quia continet fauorem ipſius Fr. Nicol. vt in
3 ſpecie quòd non probent primùm extremum, *Caputaq.
deciſ. 371. num. 2. part. 2.* Tum denique quia quamuis
emiſſa eſſent ab vtraque parte, non probarent, cum
contineant enunciatiuam poſſeſſionis, cuius expreſſio
4 neceſſaria non erat in dicto mandato, *Bart. in l. optimam
num. 1. verſ ſi verò, & Ang. num. 2. verſ. ſi autem,* C. *de
contrahen. ſtipul. Abb. in cap. illud num. 6. verſ. non obſtat,
de præſumpt. Put. deciſ. 371. num. 2. lib. 1. in nouiſſ.* & in
terminis noſtris *Caputaquen. deciſ. 331. num. 2. par. 2.*
Minus dici poteſt, reſultare approbationem eiuſdem aſſer-
tionis ex alio mandato correſpectiuo dato per Carolum
ad conſentien. reſeruationi penſionis ex cauſa dictæ re-
ſignationis, & ex acceptatione prouiſionis ad eius fa-
uorem ſubſequutæ vigore dicti mandati ad reſignan. non
ſolùm, quia non conſtat de ſcientia Caroli, quòd in di-
cto mandato aderat enunciatiua poſſeſſionis, ſinè qua
5 ſcientia non poteſt intrare præſumptio approbationis,
*Ruin. conſ. 48. num. 12. lib. 1. Natt. conſ. 162. num. 33.
lib. 1.* ſed etiam, quia cum ſola reſignatio non probet
6 poſſeſſionem reſignantis, vt fuit dictum *in Taruiſina
Canonicatus, & præbendæ 9. Martij 1597. coram bon.
mem. Corduba:* licèt Carolus recipiendo prouiſionem
7 ex cauſa reſignationis Fr. Nicol. approbauerit ius ip-
ſius: iſta tamen approbatio non extenditur ad enuncia-
tiuam poſſeſſionis non neceſſariam pro reſignatione, vt
8 dictum eſt; quia approbatio reſpectu vnius actus, non
extenditur ad alium, qui poteſt eſſe ab illo ſeparatus,
Gemin. conſ. 15. num. 17. verſ. quantum ad ſecundum, ſed
reſtringitur ſemper ad id, quod ex eo neceſſariò infer-
tur, vt ex *Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto num. 1.
verſ. dico ff. de itin. actuq. priu. & in l. ſi patruus in fin.
C. commun. vtriuſq. iud. tradit Decian. conſ. 54. num. 65.
vol. 2.* Et ſupradicta fortiùs militant, ad fauorem Fran-
ciſci prouiſi Apoſtolici per obitum Epiſcopi Tullen. re-
ſignatarij Caroli; is enim reputatur tertius, cum in eo
9 creatum fuerit nouum ius non dependens, neque à Fr.
Nicol. neque à Carolo eius reſignatario, *Gloſ. communi-
ter recepta in cap. 2. in verb. in iſto caſu, vbi Io. Andr. num.
3. vt. lit. pend. lib. 6. Rot. deciſ. 13. de procur. & deciſ. 1.
num. 2. verſ. præterea de locat. in nou. Caputaq. deciſ. 185.
num. 2. par. 1.* Cui non præiudicant dicta verba quantũ-
C uis enunciatiua, & per Carolum approbata, C, *Bald.
10 in auth. ſi quis in aliquo num. 8. verſ. ſaluando Innoc. C.
de eden. Card. in cap. illud, num. 2. verſ. Innoc. autem de
præſumpt. vbi Felin. num. 4. verſ. & pro iſta opinione.* Vn-
11 dè nec conſtitutum ſolum probat poſſeſſionem conſti-
tuentis contra tertium *Gloſ. in l. 2. in verb. tradita C. de
ſequeſtr. poſſeſſ. Alex. conſ. 10. num. 2. vol. 4. Tiraq. de
conſt. par. 3. limit. 1. num. 20. & ſeq. Card. Seraph. deciſ.*
D 302. *num.* 6. D, Et pari ratione, nec etiam confeſſio
12 reſignantis nocet reſignatario, ſi venit alio iure, quàm
reſignantis, *Gundob. deciſ. 52. in manuſcr. Pariſ. de reſi-
E gnat. lib. 1. quæſt. 16. num. 24. verſ. & confeſſio.* E; &
ideò multo minus præiudicare poteſt prouiſo per obi-
tum, ex ſupradictis, & in puncto tradit *Caputaq. d. deciſ.*
85. *num. 2. verſ. neque etiam ſucceſſori Rot. deciſ. 46. num. 5.
lib. 3. par. 3. diuerſ.* Adminicula verò in deciſione conſide-
rata nõ poſſunt deſeruire ſinè aliquo gradu probationis,
13 ſaltem ſemiplenæ, & niſi ſint vehementia; *Bald. conſ. 3.
num. 4. lib. 3. Soccin. conſ. 89. num. 14. lib. 1. Marſil. ſin-
gul. 205. num.* 3. Et tamen primũ, oppoſitionis Fr. Nicol.
adeptioni poſſeſſionis Caroli, non concludit per neceſſe
poſſeſſionem dicti Fr. Nico. cum fieri potuerit reſpectu
14 alterius iuris, quàm poſſeſſionis, *Gloſ. in l. à diuo Pio §.
ſi ſuper rebus in verſ. fiat, in princ. ff. de re iudic. & ibi Bart.
num. 3. verſ quandoq. fit exequutio, & num. 4. verſ. quæ-
ro, & de communi Alex. ibid. num.* 3. Secundum verò ſu-
per compulſu, & extractione dicti mandati procuræ Fr.
Ni-

Digitized by Google

Nicol. ad reſignan. & tertium ſuper proteſtationibus, &
exceptionibus pro Franciſco factis in proceſſu remiſſo-
riali, in quibus expreſsè dicitur, Fr. Nicol. amiſiſſe poſ-
ſeſſionem, corruunt, quia ſunt confeſsiones procurato-
15 ris voluntariæ, vti non præcedente iuſſu Iudicis, *Alexan.*
conſ. 222. *num.* 16. *lib.* 2. *Rot. in Pampilonen. decimarum*
de Gongora 14. *Maij* 1610. *coram Reuerendiſſ. Bononien.*
F Et ideo præiudicare non poſſunt, F *Bart. in l. certum*
§. ſed an, & ipſos ff. de confeſſ. Abb. in cap. 1. *num.* 29. *in*
fin. & num. 30. *et lit. non conteſt.* & ibi poſt *Imol. & alios*
Felin. num. 17. & fuit dictum *in Romana dotis* 8. *Martij*
1610. *coram Reuerendiſſ. Bononien.* Et de ſtylo Rotæ re-
16 uocantur, etiam non docto de errore, *vt in deciſ.* 19. *de*
procur. & 2. *de confeſſ. in nou. et in Tiraſonen. cappellaniæ*
31. *Maij* 1606. *coram R. P. D. meo Pamphilio, et in Pam-*
pilonen. decimarum 10. *Maij* 1610. *coram Reuerendiſſ.*
D. meo Damaſceno. Etiam geminatæ, *Caputaq. deciſ.*
198. *part.* 1. & fuit dictum *in Taruſina dotis* 5. *Iunij*
G 1610. *coram Reuerendiſsimo Attrebaten.* G.
Et ſic tollitur etiam quartum adminiculum deſumptum
ex verbis commiſſionis pro Franciſco obtentæ pro cu-
mulatione petitorij cum poſſeſſorio, in qua narratur,
Fr. Nicol. fuiſſe intruſum in poſſeſſionem Abbatiæ: &
ſic reſultare dicebatur confeſſio poſſeſſionis, reiecta
17 qualitate intruſionis, iuxta deciſionem *Put.* 16. *in fin.*
lib. 3. *in nouiſsim. cum alijs in d. deciſione* 10. *Febr. alleg.*
Quia dicta commiſſio eſt impetrata per procuratorē, &
ſic vel non præiudicat, vel eſt reuocabilis ex ſupradi-
ctis. Et denique viſum fuit non obſtare vltimum admi-
niculum ſuper exceptionibus, & proteſtationibus factis
18 in proceſſu remiſſoriali, quia illæ non nocent, *ex vulg.*
reg. l. non vtique, & ibi Bart. ff. de except. not. DD. in
cap. cum venerabilis extra eodem, & de commun. Alex. in
l. decem num. 25. *ff. de verb. oblig.* Ex prædictis itaque
ſatis apparet, primum extremum, vel nullo modo, vel
ſaltem per probationes plenas, & concludentes non
19 fuiſſe probatum, prout requiritur, *iuxta Gloſ. mag. in*
l. 1. *C. quorum bon.* quam communiter receptam dicit
Alex. conſ. 139. *num.* 15. *vol.* 6. *Menoch. de recuper. re-*
med. 15. *num.* 408. & 413. Et præſertim de ſtylo Rotæ,
Caputaq. d. deciſ. 328. *in princ. part.* 2. *Put. deciſ.* 75.
num. 2. & 4. *lib.* 3. *in nouiſsim. & etiam deciſ.* 265. *num.*
1. & 337. *part.* 2. *diuerſ.* Quæ in hoc vult probationes
exactiſſimas, *Pontan. de ſpol. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 81. &
95. *paulò poſt princ.* & indubitatas *Card. Seraph. deciſ.*
H 302. *in princ.* H. Secundum fundamentum reſolutio-
nis fuit amiſſio poſſeſſionis Fr. Nicol. ſi quam habuit,
ſeu vt dictum eſt, ratificatio prætenſi ſpolij reſultans ex
culpa, & facto proprijs, mediantibus duabus concordijs
per eum initis. Prima cum Carolo eius reſignatario,
in qua inter cætera renunciauit oppoſitioni per eum
factæ in adeptione poſſeſſionis Caroli, quòd illam con-
ſequi non poſſet, quia penſio non fuerat reſeruata: de-
clarando, dictam oppoſitionē eſſe nullius valoris, & ef-
fectus, & promittendo illam nunquam proſequi, tàm
directè, quàm indirectè. Secunda cum Epiſcopo Tul-
len. reſignatario eiuſdem Caroli, in qua narrata lite
in ſpolio contra dictum Carolum intentata, & illius re-
ſignatione, & commenda de dicta Abbatia ad fauorem
dicti Epiſcopi per Sanctiſſimum facta cum poſſeſsione
ſubſecuta, Fr. Nicol. ceſsit ei quodcunque ius, litem,
& actionem ſibi in dicto Monaſterio competentem,
atque competituram. Ex illis enim Fr. Nicol. poſſeſsio-
20 nem amiſit, nec poteſt amplius proſequi iudicium ſpo-
lij, cui per eas renunciauit, *Gloſ. in cap. ex inſinuatione*
in verſ. aliud, de procur. Innoc. in cap. ſuper hoc de renunc.
Abb. in cap. ſollicitè num. 16. & 17. *de reſtit. ſpol. Rot.*
deciſ. 16. *eod. tit. in nou. Menoch. de recuper. remed.* 1.
num 281. *quæſt.* 24. Et in tranſactione inita poſt ſpo-
lium intentatum, *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 151. & 152. *vol.*
1. & *conſ.* 11. *num.* 13. *vol.* 4. *Pontan. de ſpol. lib.* 3. *cap.*
3. *num.* 34. *in fin.* & veriorem, communiterque rece-
ptam teſtatur *Pariſ. de reſig. lib.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 48.
Nec nullitas reſignationis ex defectu beneplaciti Apoſtoli-
21 ci in vtraque concordia impediuit amiſsionem poſſeſ-
ſionis, *Innoc. in cap. quod in dubijs, de renunc. & ibi Butr.*
num. 9. *verſ. et ſic Abb. num.* 8. *circa fin. Imol. num.* 14.
in fin. Gemin. dicto conſ. 125. *in* 2. *dubio verſ. et ita vide-*
tur Felin. in cap. in noſtra 32. *num.* 31. *verſ. et quod per*
talem, de reſcript. Rot. deciſ. 519. *num.* 2. *et* 612. *num.* 2.
part. 1. *diuerſ. et in Comen. Præpoſituræ* 6. *Februarij* 1584.
22 *coram bon. mem. Bubalo.* Maximè cum dictæ concordiæ
I ſint ſcienter nullæ I, *Pariſ. de reſign. lib.* 1. *quæſt.* 3. *in*
fin. num. 118. *Card. Seraph. deciſ.* 24. *verſ. firmarunt*
quoque. Imò nec etiam impediuit tranſlationem poſ-
23 ſeſsionis, vt de contractu nullo (non tamen ex defectu
conſenſus) *eſt tex. in l.* 1. *§. ſi vir vxori, & ibi DD. &*
præſertim Iaſ. ff. de acq. poſſ. Put. deciſ 276. *num.* 4. 5. &
ſeqq. lib. 3. *in nouiſsim. Achill. deciſ.* 120. *alias* 15. *de reſti-*
tut. ſpol. Rot. deciſ. 93. *num.* 1. & *ſeqq. part.* 2. *diuerſ.*
Pontan. de ſpol. lib. 3. *num.* 20. *circa fin.* & ita aliàs fuiſſe
concluſum in Rota, *Gabr. conſ.* 44. *num.* 12. & *conſ.* 51.
num. 13. *lib.* 1. Præſertim ſequuta actuali traditione,
ex præallegatis, prout ſequuta fuit in caſu iſto tàm re-
ſpectu Caroli, vt ex dicta renunciatione Fr. Nicol. op-
poſitioni per eum factæ in adeptione poſſeſsionis, quàm
reſpectu Epiſcopi; dicitur enim in tranſactione cum eo
facta, quòd poſt prouiſionem Apoſtolicam erat ſubſe-
quuta poſſeſsio. Et licèt in deciſione 5. Maij 1614. di-
24 ctum fuerit, iſtas concordias reintegrationem non im-
pedire, *iuxta deciſ. in d. Comen. Præpoſituræ* 4. *Iulij*, &
15. *Octob.* 1584. *coram bon. mem. Bubalo*, quia non con-
ſtat de aliqua obſeruantia primæ, nec ſecundæ in totum
& ſucceſſiuis temporibus. Tamen quia non fuerunt
initæ ſub aliqua expreſſa conditione ſuſpenſiua, ſed cor-
25 reſpectiuè ad annuas præſtationes conuentas poſt ca-
ptam poſſeſſionem faciendas, & ſic ſub modo *Bal. in cap.*
dudum il 2. *num.* 27. *de elect. Pariſ. conſ.* 5. *num.* 12. &
ſeqq. vol. 4. *Gabr. conſ.* 51. *num.* 9. *lib.* 1. *Menoch. conſ.*
584. *num.* 12. fuit amiſſa, & tranſlata poſſeſſio, pro cu-
ius reintegratione amplius agere non potuit, licèt etiam
26 ex capite inobſeruantiæ reſoluatur contractus, *Alex.*
conſ. 92. *vol.* 1. *Ruin. conſ.* 32. *num.* 7. *in fin. & num.* 8.
& *ſeqq. & conſ.* 33. *vol.* 1. *quem ſequitur Caputaq. deciſ.*
319. *ſeu* 4. *part.* 3. vbi refert aliam *Ant. Auguſt. Rot.*
deciſ. 116. *alias* 7. *de reſt. ſpol. in nou. Pariſ. d. conſ.* 5.
num. 16. & 27. *Gabr. d. conſ.* 44. *num.* 12. & *d. conſ.*
51. *num.* 13. *Pontan. de ſpol. cap.* 14. *num.* 136. *lib.* 1. &
& *cap.* 1. *num.* 53. *lib.* 3. Ex quibus DD. dubitabant
de veritate dd. deciſion. in cauſa Comen. ac etiam
de illarum applicatione ex magna facti diuerſitate; &
cum negari nō poſſit, quin prædicta ſapiant petitorium,
27 illa veniunt iuxta formam petitorij diſcutienda, *Achill.*
d. deciſ. 15. *de reſt. ſpol. Put. d. deciſ* 276. *num.* 5. & 6.
lib. 3. *Gabr. d. conſ.* 44. *num.* 12. *in fin.* Vel ſaltem
28 intrare non poteſt regula, *Spoliatus*, cum poſſeſſorium
habeat admixtam cauſam petitorij *Alex. in l. naturali-*
ter §. nihil commune in 4. *fallent. num.* 19. *ff. de acq.*
poſſ. cum alijs per Ant. Gabr. de reſt. ſpol. concl. 1. *limit.*
22. *num.* 131.
Et ideò fuit ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 100. *lit. A.*
B Quòd enunciatiua non probet, quando emanauit, abſen-
te

te illo, de cuius intereſſe agitur, ſequendo hanc deciſio-
nem, dixit Rota in Romana affictus 5. *Nouembris* 1621.
coram bon. mem. Remboldo.

C Adde *Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 1. tit. de verb. ſignificat. reſolut. 2. num. 39. Gen. de enunciatiu. verb. lib. 3. quaſt. 1. num. 42.*

D *Barboſ de clauſul. vſufrequent. clauſul. 31. num. 10. ſecundum Lugdunen. impreſſ.*

E Idem fuit dictum infra *coram Domino meo in Lunen. Sarzanen penſionis 26. Februarij 1616. quæ eſt deciſ. 156. num. 4.*

F Dic verum in confeſſione expreſſa, ſecus in tacita, quæ
29 oritur ex iurium productione, *Verall. deciſ.* 193. *num.* 3.
part. 1.

G Quòd procuratoris confeſſio facta, ſinè ſpeciali mandato
30 ad confitendum, poſſit à domino quandocunque reuo-
cari, etiam non docto de errore. *Rota deciſ.* 613. *num.*
9. part. 1. diuerſ. Cardinal. Mantic. deciſ. 302. *num.* 9.
Cardinal. Caualer. deciſ. 79. *num* 3. *& deciſ.* 226. *num.* 5.
Gregor. XV. deciſ. 270. *num.* 9. & ibi *Adden. alijs adductis*
num 12. & hac deciſione allegata fuit dictum in Egitanien.
commendæ 3. *Decembris* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo*.
Fallit tamen prædicta concluſio, quando dominus vigore
31 huiuſmodi confeſſionis in primo iudicio obtinuit, quia
tunc, niſi doceat de errore, non poteſt in ſecundo illam
reuocare, ſed tenetur eam ſequi, *Rota deciſ.* 210. *num.* 8.
poſt tract. Cinc. de cenſib. Item non procedit, vbi confeſſio
32 procuratoris fuit a domino approbata, nam tunc reuoca-
ri non poteſt, & præiudicat ſicut confeſſio ab ipſomet do-
mino emanata *Bellamer. deciſ.* 695. *col.* 3. *verſ. dixi, vel*
eius ratificatione, *Oldrad conſ.* 126. *num.* 5. *Put. deciſ* 386.
in princ lib. 2. in nou & ſi producatur apud acta per domi-
33 num, cenſetur approbata, ita vt reuocari non poſſit,
Put. loco cit. Rot. deciſ. 208. *num vlt. part.* 4. *diuerſ.* An
autem procuratoris confeſſio à domino in vno iudicio
ratificata noceat ei in alio, vide *Put. d. deciſ.* 386. *lib.* 2.

H Primum extremum in ſpolio de ſtylo Rotæ eſt plenè,
34 & concludenter probandum, nec ſufficit probatio præ-
ſumptiua, vt præter hic citatos, *ead Rot. coram Cardi-*
nali Caualer. *deciſ* 240. *num.* 1. *& in Reatina bonorum*
23. *Iunij* 1622. *coram R. P D. meo Pirouano*, & in eadem
cauſa 10. *Ian* 1625. *coram bon. mem. Vbaldo. & infra corã*
Domino meo in Spoletana bonorũ 12. *Decembris* 1616. *quæ*
35 *eſt deciſ* 219 *num.* 2. Quando tamen agitur de ſpolio anti-
quo, teſtes de publica voce, & fama concludenter pro-
bant primum extremum *Put deciſ.* 72. *lib* 1. *ſecundum*
nouiſſ impreſſ cum alijs *per Rot. deciſ.* 142. *num.* 2. *part.* 4.
diuerſ & in Sutrina bonorum 1. *Iulij* 1596. *coram Cardi-*
nali Pamphilio.

I Per reſignationẽ nullam, & inualidam licèt regulariter nõ
abdicetur ius à reſignante, neque acquiratur reſignatario,
36 vt per *Pariſ de reſignat. benefic lib.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 117.
Rot. deciſ 419. *part* 1. *diuerſ & in recent. deciſ* 92. *num.* 5.
part. 1. *& deciſ* 4. *num.* 2. *part.* 2. *& in Leodien Canonica-*
37 *tus Sancti Dionyſij* 25 *Maij* 1626. *coram R. P. D. Piro-*
uano; hoc tamen procedit, quando reſignans non eſt in ali-
qua culpa in reſignando, & ignorat nullitatem reſignatio-
nis; ſecus quando ſcienter nulliter reſignat: tunc enim ab-
dicat à ſe omne ius, ita vt ampliùs ad illud redire non
poſſit, vt firmatur in hac deciſione, & tradunt idem *Pariſ.*
de reſignat. lib. 9 *quaſt.* 21. *num.* 8. cum alijs adductis *per*
Garz. de benefic part. 11. *cap* 3. *num.* 35. 36. *&* 217. *& cap.*
4. *num.* 34. *Gratian diſcept forenſ cap.* 835. *num* 10. *&*
ſeq neque hoc caſu aliquid operatur clauſula, *Non aliàs, nec*
alio modo &c Garz. d num. 36. *ex Rebuff conſil* 192. *num.*
5. *in fin. verſ nec obſtat clauſula*; hæc autem ſcientia de-
bet eſſe certa, & indubitata, qualis requiritur ad effectum
præiudicij, *Gloſſ. in cap. concertationi*, *§ poſtquam ſci-*
uerint, de appellat. in 6. *Surd. conſil.* 150. *num. vlt.* & in
his terminis Rota *in d. Leodien. Canonicatus Sancti Dionyſii* 9. *Iunij* 1628, *coram R. P. D. meo Pirouano ad fin.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cluſina beneficij.

Veneris 29. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Deuolutio ceſſat, vbi nominatus à fundatore nominationem de ſe factam acceptauit, nec eã præiudicat mora hæredis in erigendo Cappellaniam, & Ordinarij in eum inſtituendo.

SVMMARIVM.

1 *Nominato à fundatore, qui nominationem de ſe factam intra legitimum tempus acceptauit, non præiudicat mora hæredis in erigendo cappellaniam, nec Ordinarij in eum inſtituendo.*

2 *Quadrimeſtre ad præſentandum ad cappellaniam nouiter erectam an currat à die conſtructionis, vel conſecrationis, remiſſiuè.*

3 *Conditio appoſita in limine fundationis eſt omnino ſeruanda.*

4 *Nominato à fundatore per acceptationem dicitur ius acquiſitum.*

5 *Clauſula*, Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum, *in gratia Apoſtolica appoſita præſeruat ius alteri quæſitum ex præſentatione: & ſi alter ius habet de tempore gratiæ, illa reſoluitur, ac ſi non fuiſſet conceſſa, num.* 6.

DECISIO CXXXVII.

NVLLVM ius in cappellania, de qua agitur, cenſuerunt Domini competere Angelotto, qui illam impetrauit à Sanctiſſimo tanquam deuolutam ob negligentiam patronorum laicorum in præſentando. Nam dicta Cappellania non poterat dici hoc modo deuoluta: cum Curtius, qui in teſtamento illam fundari mandauit, & dotem reliquit, primo loco ad eam nominauerit Ioannem eius nepotem, & deinde in codicillis, præuio dotis augmento, Nicolaum d. Ioannis fratrem caſu, quo Ioannes nollet, vel non poſſet dictam Cappellaniam acceptare: qui caſus voluntatis euenit, cum Ioannes illam
A recuſauerit, Nicolaus verò acceptauit, A & coram Ordinario petijt, ſe per hæredem teſtamentarium præſentari, & per Ordinarium inſtitui; & ideò ceſſat deuo-
1 lutio, cũ nulla mora, vel negligẽtia Nicolao adſcribi potuerit, & mora hæredis, quatenus opus fuiſſet aſſenſu Ordinarij in erigenda Cappellania, & ipſius Ordinarij in eum inſtituendo illi præiudicare non potuerit *Rot. deciſ.* 4. *aliàs* 212. *in princ. de iure patr. in nou.* Et ſic non poteſt dici lapſum aliquod tempus ad eius præiudiciũ, cum ante pronunciam Ordinarij ſuper erectione d. Cappellaniæ acceptauerit nominationem de ſe factam in Codicillis.
2 Nec intrat difficultas, an quadrimeſtre currat à die conſtructionis, vel conſecrationis, de quo per *Lap. alleg.* 95. *& ibi Apoſtill. ad eum*; cum etiam poſt dictam pronunciam, & erectionem Nicolaus pluries inſteterit infra quadrimeſtre pro dictis præſentatione, & inſtitutione ad ſui fauorem, & de petitionibus, & inſtantijs Nicolai fit mentio in ſententia Vicarij ſuper erectione

di-

Digitized by Google

dictæ Cappellaniæ. Nec dubitarunt DD. quin diſpoſi-
3 tio Curtij in teſtamento, & codicillis, & ſic in limine
fundationis, quòd in beneficio inſtituatur Ioannes, &
eo recuſante Nicolaus, ſit omninò ſeruanda, ad latè tradi-
ta per *Lambert. de iure patr. lib. 1. quaſt. 9. num. 80. verſ.
tamen aduerte, fol. mihi 84. cum alijs per Card. Seraphin.
deciſ. 773. num. 1.* & fuit dictum in iſtis terminis *coram
Illuſtriſ. D. Cardinali Lancellotto in Giennen. Cappella-
nia 20. Iunij 1608. & coram me in Fauentina beneficij 20.
Nouembris 1613. & 13. Iunij 1614.* Præſertim cum di-
cta cappellania fuerit erecta, & approbata ab Ordina-
rio cum reſeruatione iuriſpatronatus, & cum oneribus,
& iuribus, iuxta diſpoſitionem Curtij fundatoris. Ex
4 quibus cum clarè appareat, fuiſſe iam acquiſitum ius
Nicolao, Dominis tantò magis viſum fuit, conſtare de
non iure Angelotti, cum in eius gratia expreſsè legatur
5 clauſula *Dummodo tempore data præſentium, non ſit
alicui ſpecialiter ius quæſitum*, quæ præſeruat ius alteri
quæſitum ex præſentatione *Bellam. deciſ. 167. Sarnen. in
reg. de non tollen. iur. quæſit. quæſt. 1. verſ. illud tamen*,
quod dictum eſt de iure, Felin. in cap. in noſtra num. 25.
B *coroll. 28 de reſcript.* B Et ſi alter ius habet de tempo-
6 re gratia illa reſoluitur, ac ſi non fuiſſet conceſſa, vt
fuit dictum in *Hoſtunen. Cappella 17. Nouembris 1600.
coram bon. mem. Iuſto*.
Et ideo fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Requiritur acceptatio, quia ſimplex nominatio non tri-
buit ius aliquod nominato *Abb in cap. vlt à num 24. de iu-
repatr. Creſcent. deciſ. 6. num. 9 eod tit Rot. in Hippore-
gien Plebaniæ 15. Iunij 1610. coram Ortembergo*.
B Dixi ſupra ad *deciſ 55. lit A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Compoſtellana beneficij.

Mercurij 2. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Clauſula, Arbitrio, non habet vim, retractandi immiſſionem iam factam. Commiſſio iuriſdictionem non tribuit Iudici, neque pars ea vti velle cenſetur, antè citationis executionem.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Arbitrio, *operatur ſolum ſuſpenſionem executionis faciendæ, non autem reuocationem iam factæ.*
2 *Commiſſio concernens priuatam impetrantis vtilitatem, antè citationem partis ad dicendum contra, non tribuit Iudici iuriſdictionem, niſi ſub conditione, ſi impetrans ea vti voluerit.*
3 *Commiſſionem qui impetrauit, ea vti velle non cenſetur, niſi citauerit partem ad dicendum contra.*
4 *Commiſſio antè citationem non efficitur communis, nec de actis, adeò quòd non ſolùm pars aduerſa ea vti non poteſt, inuito impetrante, ſed etiam impetrans poteſt pœnitere, & illi renunciare.*
5 *Citatio contra aliquem, vti procuratorem, executa non afficit principalem, quando non illum, ſed alium procuratorem fuiſſe conſtat.*

DECISIO CXXXVIII.

NON eſſe locum arbitrio, Domini re-
ſponderunt; quia Franciſcus fuit im-
miſſus in poſſeſſionem beneficij, de
quo agitur, die 28. Auguſti 1614. &
ſic ante commiſſionem cauſæ appel-
lationis cum clauſula, *Arbitrio*, fa-
cta fuit executio, quæ non debet mo-
dò ſub prætextu dictæ clauſulæ retractari, cum illa
1 operetur ſuſpenſionem executionis faciendæ, non au-
tem reuocationem iam factæ, vt tenuit Rota in *Tu-
den. Parochialis de Rubenda 3. Decembris 1601. coram
R. P. D. meo Damaſceno, in Elisen. Beneficij Sancti Sal-
uatoris 30. Octobris 1602. coram Reuerendiſſimo Domi-
no meo Bononien. in Celſonen. Præceptoriæ 14. Maij 1604.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, in Aquila-
na beneficiorum 19. Decembris 1608. coram R. P. D. meo*
A *Manzanedo*, & in alijs paſſim, A, quamuis autem
commiſſio fuerit ante dictam immiſſionem videlicet
2 die 26. eiuſdem menſis Auguſti in actis præſentata, ta-
men illa vti ſolùm concernens priuatam ipſius impe-
trantis vtilitatem, per ſolam impetrationem, ante ci-
tationem partis ad dicendum contra, non tribuit Iudi-
3 ci iuriſdictionem, niſi ſub conditione ſi impetrans ea
vti voluerit: non aliter autem dicitur velle vti, quàm
ſi fecerit dictam citationem *Butr. in cap. ex conqueſtio-
ne num. 12. verſ. in cauſa autem de reſtit. ſpoliat.* & fuit
dictum in *Burgen. de Aroſcjo 24. Nouembris 1593. co-
ram bon. mem. Litta, & in Romana pecuniaria de Guic-
ciardinis 19. Nouembris 1610. coram R. P. D. meo Pi-
rouano* ante quam citationem commiſſio non efficitur
B communis, nec de actis B *Bellam. in dicto cap. ex con-
4 queſtione num. 3. verſ. ſed num. putat, & ibi Zabarel. pro-
pe fin. verſ. ſed dic ſaluando, Lancell. de attentat. par.
2. cap. 4. in præfat. num. 46.* & fuit tentum in *Virdu-
nen. fructuum 10. Iulij. 1606. coram Illuſtriſ. Domino
Cardinali Lancellotto, & in d. Romana pecuniaria*, adeò,
quòd non ſolùm pars aduerſa ea vti non poteſt, inuito
impetrante *Abb. in d. cap. ex conqueſtione, num. 11. verſ.
nec valet reus, & Rota in d. Rom. pecuniaria*, ſed etiam
ſe impetrans poteſt pœnitere, & illi renunciare, vt ex
*Innoc. & Oſtien. ibidem tradunt Butr. in d. cap. ex con-
queſtione num. 12. verſ. ante ergo Abb. d. num. 11. verſ. &
poteſt impetrans Imol. num. 9. verſ. ſi verùm ſit conceſſum
Anchar. num. 8. verſ. item ante citationem*, & *Bellam.
num. 3 verſ item probat*, & quòd Doct. ita ibi teneant, tra-
dit ibidem *Io. de Anan. num. 5. verſ. quod tamen intellige*,
licèt ipſe contrarium videatur ſentire *Feder. de Sen. conſ.
248. verſ. & niſi hic fiant, Lancell. vbi ſupra num. 45.
in fine*, & tenuit Rota *coram Achille dec. 10. num. 1. de
reſcrip. in Salamantina penſionis 13. Ian. 1584. coram bon.
mem. Bubalo in d. Burgen. coram Litta, in Giennen. Cano-
nicatus 5. Iunij 1604. coram bon mem. Penia, & in di-
cta Romana pecuniaria de Guicciardinis.* Ideoque ſufficit,
quòd dicta immiſſio ſecuta fuerit ante citationem, &
inhibitionem, de qua, & illius executione cum non
conſtet, immiſſio, ſeu executio attentata dici non po-
5 teſt: & prætenſa citatio, quæ ſupponitur executa d. die
26. Auguſti contra Franciſcum Stradam vti Procurato-
rem Franciſci, non afficit, quia non conſtat, illum fuiſſe
procuratorem, ſed benè alium, qui non fuit citatus
ex vulg.
Cetera, quæ fuerunt deducta, non faciunt ad punctum; &
ideo ex his fuit ita concluſum.

ANNOTATIO.

A Adde *Mart. de clauſul. part.* 1.*clauſ.* 13. *num.* 11. *Barboſ. in ſimili tract. clauſ.* 10. *num.* 16. qui alios cumulant, quos ſecuta eſt *Rota infra coram Domino meo deciſ.* 247. *per tot. & deciſ.* 771. *num.* 1.

B Idem, allegata hanc deciſione, dixit Rota *in Hiſpalen. praeminentiarum* 16.*Nouemb.*1618 *coram bon. mem. Vbaldo, & latè infra corã D meo deciſ* 880 *per. tot.* ſi verò conſtet, impetrantem, non ſolùm obtinuiſſe eiuſmodi decretum cum inhibitione, ſed etiam vlteriùs feciſſe plures actus, ex quibus vſus, ſeu tacita, vel expreſſa ratificatio commiſſionis arguatur, tunc efficitur communis, ſecundùm *Felin. in cap. nonnulli ſ. ſunt & alij, num.* 13. *verſ. limita hanc fallentiam, de reſcript. Aegid. deciſ.* 582. *Mobedan. deciſ.* 4. *in fine, de reſcript. Rot. in d. Hiſpalen. praeminentiarum coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Boianen. beneficij.

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur præſentato à pattrono habenti cõtra ſe vſurpationis præſumptionem, qui nititur ſola quaſi poſſeſſione præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt ei, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat.*

2 *Immiſſio, & executio data, pendente termino ad appellandum, eſt nulla.*
Limita vbi de conſuetudine, vel ſtatuto aliud ſeruaretur, num. 10.

3 *Sententia notoriè iniuſta poſſeſſione non priuat.*

4 *Sententia in verbis diſpoſitiuis attendenda eſt.*

5 *Præſentandi quaſi poſſeſſio ſola non attenditur in perſonis potentibus, ſed requiritur immemorabilis cum præſentationibus continuatis per ſpatium* 50. *annorum: quod habet locum tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

6 *Manutentio non datur patrono habenti contra ſe præſumptionem vſurpationis, ex ſola quaſi poſſeſſione præſentandi. Limita vt num.* 17. *&* 18.

7 *Sententia continens expreſſum iuris errorem eſt ipſo iure nulla. Declara, vt num.* 19.

8 *Immemorabilis vt plenè probetur, quæ nam requirantur, vide remiſſiuè.*

9 *Manutentio danda eſt anteriori poſſeſſori, qui ſe pro ſpoliato non habuit.*

11 *Iuspatronatus à perſonis potentibus, in quibus vſurpationis præſumptio cadit, qualiter ſit probandum.*

12 *Præſentatio vnica licèt effectuata non ſufficit ad probandũ iuspatronatus, quando adeſt vſurpationis præſumptio, ſed plures requiruntur.*

13 *Præſentationes effectuatæ per* 50. *annos, cum immemoriali, requiſitæ à* Concilio *ad probandum iuspatronatus, quando præſumitur vſurpatio, probari debent per ſcripturas authenticas, nec ſufficit illas probare per teſtes, vel aliud æquipollens: etiam ſi prætendatur, fuiſſe deperditas ipſarum præſentationum ſcripturas, num.* 16.

14 *Enunciatiua Ordinariorum emanatæ in collationibus non probant præſentationes, ad effectum probandi iuspatronatus, quando adeſt præſumptio vſurpationis, etiam ſi ſint authenticæ. num.* 15.

DECISIO CXXXIX.

DD. noo recedendo à deciſis dixerunt,
1 manotentionem eſſe dandam Paulo, de
cuius anteriori poſſeſſione cõſtat *Bar.*
*in l.ſi duo num.*14. *ff.vti poſſid.* Non obſtat,
quòd Anibal appellauerit à collatione
Ordinarij Boianen. facta Paulo,
& vti præſeotatus per eius patrẽ Dominũ
Terræ Buſſi, & patronum Eccleſiæ, de qua agitur,
reportauerit à Vicario Metropolitano Iudice appellationis
ſententiam fauorabilem contra Paulum citatum
non comparentem, nec appellantem, in cuius executionẽ
fuit inſtitutus, & in vim mandati immiſſus, & ſic Paulus
ſua poſſeſſione legitimè priuatus remanſerit. Nam
vltra quòd Vicarius, pendente termino ad appellan-
2 dum, proceſſit ad executionem ſententiæ, & traditionem
A poſſeſsionis, & ſic nulliter A, etiam ſi poſtea ſententia
tranſiuit in iudicatum, quod tamen in propoſito negatur
vt infra, *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 2. *de appellat.* cum allegatis
in Gerunden. beneficij 27. *Iunij* 1611. *coram Reuerendiſſimo
Bononien.* & in reſponſionibus in alia deciſione
datis, quæ DD. placuerunt: ſententia eiuſdem Vicarij,
cuius vigore Anibal fuit immiſſus, viſa fuit DD.
notoriè iniuſta, quæ propterea Paulum poſſeſsione
3 non priuauit, *cap. ex inſinuatione vbi Butr. & Imol. de procurat.
Felin. in cap. dilectus, il* 1. *num.* 1. *verſ. fallit ſecundò,
de reſcript. cum latè allegatis in Romana de Bonellis*
31. *Maij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*
Iniuſtitia autem non poteſt controuerti, quia ſententia
eſt fundata in ſola quaſi poſſeſsione præſentandi, vt ex
4 eius verbis diſpoſitiuis, quæ ſunt attendenda *Rota deciſ.*
B 34. *num.* 12. *par.* 2. *diuerſ.* B, & patet etiam ex libris
collationis: quod repugnat diſpoſitioni *ſacr. Conc. Trid.*
5 requirentis in perſonis potentibus immemorabilem cũ
præſentationibus continuatis per ſpatium 50. anno-
C rum C, & habet locum tàm in petitorio, quàm
in poſſeſſorio, vt ſæpè reſoluit *ſacra Congregatio Illuſtriſs.
Card. eiuſdem Concilij Interpretum, &* ſequuta eſt
Rota in pluribus cauſis, de quibus *per Moder. ſuper reg.*
8. *gloſ.* 18. *num.* 83. *& in Auximana iuriſpatronatus* 28.
Maij 1595. *coram Illuſtriſſimo D. Card. Millino*, & ideo
6 non poteſt dari manutentio patrono ex ſola quaſi poſ-
D ſeſſione præſentandi D, *Card. Seraph. deciſ.* 1395. *num.*
4. *Rota in Rom. de Publicolis* 21. *Ianuarij* 1600. *coram bon.
mem. Corduba.* Et in Compſana iuriſpatrooatus 23. *Ianuarij*
1604. *coram bon. mem. Litta, relata per Moder. vbi
ſupra num.* 53. conſequenter nec præſeotato. Imò cum
7 dicta ſententia contineat expreſſum iuris errorem, eſt
ipſo iote oulla *l.* 2. *& ibi Gloſ. in verb. palam Bart. Bald.
& Salycet.* C. *quando prouoc. non eſt neceſſ. & eſt commu-
E nis Gabr. tit. de ſentent. concl.* 7. *in princ.* E, Et de iniuſtitia
etiam viſum fuit DD. ſatis apparere ex lectura
teſtium datorum *in ſummario pro Anibale num.* 3. qui nõ
F videntur ſotmiter deponere de immorabili F, & de
8 requiſitis per *Gloſ. in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. quam Rota
paſſim ſequitur. Ex quibus reſultat, quòd cum Paulus
9 nou habuerit ſe pro ſpoliato, eſt illi danda manutentio.
& ideo à deciſis non recedendum, prout DD. concluſerunt.

ANNOTATIO.

A Concluſio prædicta non procedit, ſtante conſuetudine
10 exequen. ſententias ſuper inſtitutione, pendente termino

ad

ad appellandum, & poſt interpoſitam appellasionem quia tunc nec nulla, nec attentata dici poteſt *Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. lim. 48. num. 1. & ſeq. Rota deciſ. 1155. part. 3 lib. 3. diuerſ. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ 9. in annot. null. & attent. num. 211. Garz. de beneſic part. 9 cap. 4. num. 29.* ſicut neque attentata dicitur immiſſio tradita poſt appellationem interpoſitam, ſtante Statuto, ſeù conſtitutione Synodali, prohibente appellationem reſpectu effectus ſuſpenſiui *Lancellott. d. limit. 48. Gonzal. loco cit. à num. 213. Garz. d cap. 4 num. 30. Rota in Pampilonen. Parochialis de Illundam 16. Iunij 1597. coram Litta, qua eſt deciſ. 641. part. 4. diuerſ. & apud Garz. vbi proximè.*

B Et infra *deciſ. 846.* in qua aliæ allegantur, *Gregor. XV. deciſ 523. per tot.* & alias cumulaui ſupra *deciſ 63. numero 14.*

C Perſonæ potentes, & in quibus vſurpationis præſumptio
11 cadit, ſi prætendunt iuſpatronatus, tenentur illud probare iuxta formam præſcriptam à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de reformat cap. 9.* vel, ſcilicèt, oſtendendo verum titulum fundationis, & dotationis; vel docendo de immemorabili ſimul cum præſentationibus continuatis per ſpatium quinquaginta annorum, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, & probentur per ſcripturas authenticas, ita vt probatio aliter facta non ſuffragetur, late *Gonzal ad regul. 8. gloſſ. 18. num. 76. & ſequent. Garz. de beneſic. part. 5. cap. 3. num 98. & 113. Lotter. de re beneficiar lib 2. quæſt. 13. num. 128. & ſequent.* Nec ſufficit
12 vnica præſentatio, licèt fuerit effectuata ſpatio 50. annorum, & vltra, quia Concilium non contentatur vnica præſentatione, cum requirat plures, eaſque effectuatas, vt reſoluit *Rota deciſ. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem talis part. 4. diuerſ & in Soran. Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram Cardinali Pamphilio.* Et cum Concilium
13 requirat pro forma, quòd de præſentationibus conſtet per authenticas ſcripturas, non ſufficit, illas probare per teſtes, vel per aliud æquipollens. *Pariſ. de confident. quæſt. 28. num. 147. Gonzal d gloſſ. 18. num. 79. & 80. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 168 num. 21. vſque in fin. Rot. deciſ. 299. num. 4. part. 2. diuerſ Beltram in addit ad deciſ 222. Gregor. XV. num. 11. Mantic deciſ. 89. num. 2.* vbi quòd ita reſpondit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacri Concil. interpretum, de quo teſtatur etiam
14 *Ricc. in praxi for. Eccleſ. tit de iure patr. num. 4.* Et ideo, licèt enunciatiuæ Ordinariorum plures antiquæ emanatæ in collationibus probent iuſpatronatus, vt dictum fuit ſupra *coram Domino meo deciſ. 121. num. 4.* & in alijs; tamen nihil proſunt ad probandũ huiuſmodi pręſentationes ad affectum à Concilio requiſitum, in terminis, *Seraphin. deciſ 1367. num. 5. Rota in d Sorana iuriſpatronatus 28. April. 1603. coram Card. Pamphil. & coram eod. in Iacen parochialis 25. Iun. eiuſdẽ anni in Hieracen iuriſpatronatus 27. Iunij 1614. coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Veroſpio. in Calaguritana iuriſpatronatus de Viana 15. Nouemb. 1621. coram bon. mem. Remboldo et in Terracinen iuriſpatronatus 10. Aprilis 1628. coram R. P. D meo Merlino,* in qua redditur ratio, quia cùm Concilium de teſtibus omnino non confidat, vbi adeſt vſurpationis præſumptio, & ideo, ipſis excluſis, requirat pro forma ſcripturas authenticas: neceſſariò ſequitur, vt non ſint admittendæ tales enunciatiuæ Ordinariorum in collationibus emanatæ, quæ nihil aliud videntur eſſe, nec magis operari, quàm teſtium
15 depoſitiones. Neque cenſetur ſatisfactum menti Concilij, quamuis collationum ſcripturę eſſent authẽticæ, quia Concilium excludit omnem teſtificationem, non ſolùm implicitam, ſed etiã expreſſam, & requirit omninò ſcripturas authenticas ipſarum præſentationum, ita ut nedum ſcriptura, verùm etiam probatio ipſa ſit authenthica, & authenticè indè reſultans: quod fieri nõ poteſt, niſi per ſcripturas, quæ confectæ fuerint ſuper actu ipſo præſentationis, & cadant ſuper ipſis præſentationibus primariò, ac directè; aliàs enim redderetur eluſoria diſpoſitio Concilij, quæ reijcit teſtes, nam ſequeretur, ſemper poſſe admitti probationes factas per teſtes, ſi quando redigerentur in inſtrumenta, & in ſcripturas authenticas, quia etiam hæc poſſet dici probatio per ſcripturas authenticas; ita fuit dictum in allegata *Terracinen iuriſpatronatus coram R. P. D. meo*
16 *Merlino*, vbi quòd Rota ſemper ita ſenſerit. Et hæc puto habere locum, etiamſi prætendatur, fuiſſe deperditas ſcripturas dictarum præſentationum, quo caſu admittuntur teſtes deponentes de tenore, & amiſsione ſcripturæ, etiam in actu exigente ſcripturam pro forma, *cap. olim, de priuileg. cum ſimil.* quod ſenſiſſe videtur Rota, & Doctores omnes citati, dum dicunt, Concilium omnino ſcripturas requirere, adeo quod nullo modo teſtes admittat, & in ſpecie tenuit *Gonzal. ad regul. 8. d. gloſſ. 18. num. 82. Ricc. in praxi reſolut. 136 par. 1. et deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. 113. part. 3.* licet contrarium tenuerint *Genuen. in ſua praxi cap. 63. num. 12. & Garz. de beneſic. part. 3. cap 9. num. 113.*

D Sola quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, ad effectum manutentionis, prætendentibus iuſpatronatus, in quibus cadit præſumptio vſurpationis, niſi probatis requiſitis per Con-
17 cilium Tridentin. hoc tamen procedit, quando agitur de exiſtentia iuriſpatronatus, ſecus quando illa non controuertitur, ſed agitur de pertinentia; tunc enim non requiritur probatio iuxta formam Concilij, ſed ſufficit quaſi poſſeſſio, iuxta *cap conſultationibus, de iurepatron.* vt fuit dictum *in Piſana Cappellaniæ 20. Maij 1594. coram Cardinali Blanchetto, apud Marchеſ. de commiſſ part. 1. pag. 134. num 2.* & in his terminis *in Tuden. iuriſpatronatus*
18 *de anno 1572. coram Robuſterio.* Item licèt non deſit manutentio in poſſeſſione iuriſpatronatus patrono, in quo vſurpationis præſumptio cadit, niſi probatis requiſitis per Concil. in iurepatronatus potentiorum, vt firmatur in hac deciſione, & ea allegata, dixit *Rota coram bon. mem. Cardinal Caualer. deciſ. 609 num. 5.* datur tamen præſentato ab ipſo patrono, qui poſſeſſionem poſt præſentationem accepit, donec de iure præſentantis diſcutiatur; quia nemo ſua poſſeſſione priuari debet; ita declarat Rota *in d deciſ. 609. Cardinal Caualer. num 6.*

E Adde *Tiraq. de iure mariti gloſ. 7. num. 59. Rebuff in procem. ad leges Galliæ gloſ 5 num. 133. cum relatis per Barboſ in collect. ad cap. 1. de ſent & re iudic num. 2.* & procedit in ſecunda ſententia confirmatoria primæ continentis errorem expreſſum *Alexand. conſ. 79. num. 4. lib. 2.*
19 Requiritur tamẽ, quòd error ſit taliter expreſſus, vt oculo corporali legi poſſit, & non ſufficit, quòd ex mente comprehendatur, ſeu quòd ſententia ex mente reducatur ad erroneum intellectum, iuxta ſingularem *doctr. Innoc. in cap P. et G. de off deleg. idem Alex. d conſ. 79. num. 6. Natt. conſ. 524. num. 18.* Item dicitur expreſſus error in ſententia, quando Iudex pronunciando refert ſe ad aliquam partem actorum, oſtendendo quid ſequutus ſit in ferenda ſententia, & ibi nihil vel contrarium reperitur *Natt. d. conſ 524. d. num 18. verſ. eſt etiam* vbi quòd vltra prædictos non reperitur alius modus, quòd dicatur error expreſſus in ſententia.

F Immemorabilis an, & quando cenſeatur probata, vide infra *coram Domino meo deciſ. 673.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Nullius,ſeù Sulmonen vel Valuen.iuriſdictionis.

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Epiſcopo ex ſola iuris aſſiſtentia datur manutẽtio in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in omnes exiſtentes in ſua diœceſi.

SVMMARIVM.

1 *Exemptionis priuilegium allegans,debet illud exhibere.*
2 *Epiſcopus de iure communi habet fundatam intentionem in locis in ſua diœceſi exiſtentibus.*
3 *Epiſcopus ex ſola iuris aſſiſtentia eſt in ſua Epiſcopali iuriſdictione manutenendus. Limita vt num.4. & 6.*
5 *Prælatis inferioribus datur manutentio,quando ſunt in poſſeſſione exercẽdi iuriſdictionẽ per tempus cõſiderabile,& in ijs caſibus,in quibus habent iuris aſſiſtentiam, num. 7.*

DECISIO CXL.

NON cõſtare de aliquo priuilegio,qood ſuffragetur Abbati ad effectum euitandi manutentionem Epiſcopi in iuriſdictione,cenſuerunt Domini; quia Abbas allegauit ſolùm, nullum autem adhuc exhibuit priuilegium, neque validum,neque ad præſcribẽdom ſufficiẽs,
1 prout tenebatur ex iuris communis diſpoſitione, de
qua in *cap. cum perſona 7. §. nos volentes, & §. fin. de priuileg. in 6. vbi Monach. num. 1. verſ. & ſi priuilegium non exhibeatur*, & *Prob. ad eum in princ. Gemin. num. 2. Anch. in 1. notab. Franc. in princ. num. 3. & in d. §. fin. num. 1. Caſtr. in l. ſi ſolemnibus num. 3. C. de fid. inſtr. Pariſ. conſ. 95. num. 8. & 9. vol. 4.* Vndè cum
Epiſcopus habeat de iure communi fundatam intentio-
2 nem exercendi iuriſdictionem in locis in ſua Diœceſi
exiſtentibus *d. cap. cum perſona, in fin. cap. conquerente 16. de off. ord. cap. cum Epiſcopus eod. tit. in 6. cap. conſtitutus 6. & cap. ſeq. de relig. dom. & can. omnes baſilica*
3 16. *quæſt. 7.* ex ſola iſta iuris aſſiſtentia eſt in ſua Epi-
A ſcopali iuriſdictione manutenendus A, *d. c. cũ perſona in fin.* & ibi ſcribentes omnes *Verall. deciſ. 306. num. 7. par. 1. & 201. par. 2. Rota deciſ 145. num. 6. par. 2. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 1067. num. 3. & deciſ. 1104.* & fuit ſæpiſſimè dictum.

Et ideo ita deciſum fuit, ſolo Epiſcopo informante.

ANNOTATIO.

A Epiſcopo ex ſola iuris aſſiſtentia competit manutentio in exercitio ſuæ iuriſdictionis contra Prçlatos inferiores,nulla alia poſſeſſione probata, vt pluries reſoluit Rota *per tex.*
4 *in cap cũ perſonæ de priuil. in 6.* Verùm hoc limitatur,quãdo inferiores Prælati ſunt in poſſeſſione exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in ijſdem locis, ſuper quibus Epiſcopus petit manutentionem, ex ſola iuris communis aſſiſtentiam: tunc enim Epiſcopus tenetur clarè, & concludenter probare,illa loca ſita eſſe iotra fines ſuæ diœceſis, nec ſufficiunt præſumptiones, *Abb in cap cũ olim nu.7 de rẽſib Surd. conſil. 429. num 61. Seraph deciſ 1278. num. 4.* cum alijs adductis in *Conſtantien iuriſdictionis 16. Nouembris 1607. coram Ortembergo, & in Adrien. iuriſdictionis 28. Maij 1612. coram bon. mem. Vbaldo & in Nullius, ſeu Aprutina iuriſdictionis, 10. Martij 1624. coram bon. mem Dunozetto. & coram eodem in Lunen. Sarzanen. oblationum 24. Maij 1624.* & hoc caſu interim manutẽtio datur Præ-
5 latis inferioribus, non autem Epiſcopo, Rota, *in Aquilana iuriſdictionis 30. Martij 1607. coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. pag 980. & in Pennen. iuriſdictionis 22. Aprilis 1624. coram bon. mem. Dunozetto.* Non ſufficeret tameo Prælatis inferioribus exercitium dominij, & iuriſdictionis temporalis in prædictis locis, ſed debet conſtare de eorum quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem ſpiritualem; vt dixit Rota in *alia Conſtantien iuriſdictionis 18. Aprilis 1611. coram Ortembergo.* Item poſſeſſio debet eſſe diuturna, & temporis conſiderabilis, vt Prælatis inferioribus detur manutentio in exercitio iuriſdictionis aduerſus Epiſcopum. *Rota in d. Aquilana iuriſdictionis coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio, & in Hiſpalen. præeminentiarum 20. Feb. 1619. coram bon. mem Vbaldo, & in Vicen. adminiſtrationis Epiſcopatus 16. Decemb.*
6 *1624. coram bon. mem. Remboldo.* Non ſuffragatur etiam aſſiſtentia iuris ad obtinẽdam manutentionem, quãdo eſt turbida,vt fuit dictum infra *coram D. meo in deciſ. 219. num. 6.*
Datur item manutentio ex ſola iuris aſſiſtentia Prælatis Epi-
7 ſcopo inferioribus, abſque alia poſſeſſionis probatione, in ijs caſibus,in quibus eandem iuris aſſiſtentiã habent, vt fuit reſolutum in *Tullen. iuriſdictionis 3 Iulij 1628. coram R. P. D. meo Virili.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 11. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Acquiſita per vxorem, an, & quando ex bonis mariti quæſita præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non poteſt in bonis vxoris pro debito mariti.*
2 *Clauſulæ* ad habendum, & Conſtituti *transferunt dominium, & poſſeſſionem.*
3 *Vxor emens bona proprio nomine, & pro ſe, & hæredibus, & vbi ipſa pretium ſoluit, ſubſequuta bonorum traditione ſibi facta, illorum dominium ſibi acquirit, & in illis moleſtari non poteſt, tanquam in bonis viri.*
4 *Inſtrumenta ſimulata eſſe aſſerenti, onus probandi incumbit.*
5 *Simulatio de perſona vxoris ad perſonam mariti, quibus coniecturis detegatur.*
6 *Pretium rei emptæ ab vxore præſumitur ſolutum de pecunijs viri.*
7 *Acquiſita ab vxore, licèt ex bonis viri quæſita præſumantur, tamen non ſpectant ad virum, ſed ad vxorem: nec agi poſſet, niſi de pretio, num. 8.*
9 *Paupertas probatur ex decoctione, & fuga.*
10 *Acquiſita ab vxore nomine proprio non præſumuntur quæſita de bonis mariti, quando maritus erat pauper, vxor autem bona propria habebat, vel erat induſtrioſa.*
11 *Aſſertio in inſtrumentis, quòd bona ab vxore empta ſint de pecunijs ex proprijs redditibus redactis, præiudicat nedum viro, ſed etiam creditoribus, concurrentibus veriſimilitudine, adminiculis, & præſumptionibus.*
12 *Acquiſita per vxores ceſſantium per triennium antè decoctionem ex Statuto Bononiæ, auferri poſſunt per creditores, tanquam bona ipſorum ceſſantium.*
13 *Statutum ceſſat, ceſſante eius ratione.*

Vxor

14 *Vxor, ſi ſuſpicatur, ne in bonis per eam acquiſitis fiat executio pro debito mariti, poteſt obtinere inhibitionem, quòd non moleſtetur ſuper dd. bonis, & impedire executionem, quæ ſi interim fiat, eſt nulla, num.* 16.

15 *Vxor quando impedit executionem pro debito mariti, opponens proprietatem bonorum ad ſe ſpectare, onus probandi, quòd bona eſſent mariti, ſpectat ad creditores.*

DECISIO CXLI.

RESOLVTVM fuit, mandatum executiuum A. C. pro credito pecuniario
Herculis Ceſuia, cum Cæſare Ocello
1 non poſſe exequi in bonis, de quibus
infra, non ſpectantibus dicto Cæſari,
ſed Conſtantiæ eius vxori executioni
ſe opponenti, iuxta *l. a diuo Pio §. ſi
ſuper rebus, & ibi Gloſ. & DD. ff. de re iudic. & l. ob maritorum C. ne vxor pro marit.* & in ſpecie noſtra *Coller.
in tract. de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 264. & 265.
Prædicta bona autem ſunt infraſcripta, videlicet. Primò
dotalia conſiſtentia in tornaturis 75. vel circa in Communi Anzolæ cum rata domus magnæ, & aliorum ædificiorũ, & tota domo parua, quæ ſibi per Vincentium
eius patrem fuerunt pro dote aſſignata 16. Ianuarij
1587. per inſtrumentum *in eius ſummario num.* 1. & 5.
Secundò, hæreditaria paterna in tornaturis 25. vel circa in eodem loco, quas ſibi reſeruauit idem Vincentius
in d. inſtrumento dotali, & in alijs duobus petijs tornaturarum 15. vel circa redemptis ab Abbatia ſanctæ Mariæ in Strata 15. Nouemb. 1586. *in d. ſummario ſub d.
num.* 5. Quæ terræ fuerunt per dictum Vincentium
vſque ad eius obitum poſſeſſæ, vt per teſtes *ſub d. num.*
5. & Conſtantiæ obuenerunt vti dicti Vincentij filiæ, &
heredi ex teſtamento condito 9. Ianuarij 1591. *in dicto
ſummario num.* 4. Et in his bonis per Herculem non
fiebat controuerſia, nec ea fuerunt vmquam moleſtata à
creditoribus Cæſaris; & Conſtantia del 1601. pro illis
obtinuit inhibitionem ab A. C. per acta Cataloni. Tertiò, ſtabilia per ipſam Conſtantiam acquiſita, quæ ſunt
deſcripta in inſtrumentis emptionum per eam factarum
ab infraſcriptis, videlicet à Luca Supino 5. Iulij 1600.
tornaturarũ quinque cum dimidia in Cõmuni Anzolæ
à Peregrino Scarano 12. Ianuarij 1602. vnius prædioli tornaturarum octo in vita cum domuncula, ſine caſino in dicto Communi; à Virginia de Ocellis 11. Maij
1604. medietatis domus Bononię: à Iulio de Vitalibus 19.
Maij 1607. bubulcarum decem in dicto Communi
Anzolæ; ab Alexandro, & Euangeliſta de Paltronibus 10.
Ianuarij 1609. tornaturarum ſeptem in circa in Communi Sanctæ Mariæ in Stradella, vt ex inſtrumentis *in
d. ſummario num.* 13. & à Bartholomæo de Grandis 16.
Martij 1602. tornaturarum duarum in dicto Communi
Anzolæ, vt in actis; quæ emptiones ſunt factæ cum clau-
2 ſulis *ad habendum, & Conſtituti*, tranſlatiuis dominij,
A & poſſeſsionis A; & cum expreſsè cantent nomine
Conſtantiæ, & pro ſe, & hæredibus, & ipſa pretium
reſpectiuè ſoluerit, ſubſequuta bonorum traditione ſibi
3 facta, fuit ei ſinè dubio acquiſitum dominium dd. bonorum, & ideo in illis moleſtari non poteſt, tamquam in
bonis viri *l. & ſi inſtrumenta C. de fid. inſtr. & iur.
haſt. fiſcal. lib.* 10. *& ibi Gloſ. in verb. tranſlatum Odofr.
in princ. verſ. & ideo, Io. de Plat. num.* 2. *Bart. num.* 6.
Et dicta inſtrumenta præſumuntur vera, & aſſerenti illa
ſimulata, & ſub ficto nomine Conſtantiæ pro Cæſare, &
4 ad eius commodum confecta, incumbit onus probandi
*l. cum propria C. ſi quis alter. vel ſib. & ibi Gloſ. in verbo
docens l. ſecunda, & ibi Salycet. C. plus val. quod agitur,
Bellapert. in l. multum intereſt, in princ. verſ. ſed pone
C. ſi quis alt. vel ſibi*, & ibi idem *Salycet. in ſecunda oppoſ.
Afflict. in cap.* 1. *num.* 16. *verſ. nec obſtat illud, de feud. dat.
in vim leg. commiſſ. Menoch. præſumpt.* 125. *num.* 2. *lib.*
3. & fuit dictum *in Veneta cenſus* 3. *Decembris* 1610. &
9. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſsimo Lugdunen.* Hic autẽ,
5 nec probatur tractatus precedens de emẽdo pro marito
ſub nomine vxoris: nec quòd marito fuit tradita poſſeſſio, & ipſe eam poſtea retinuerit: nec quòd vxor bonam
fidem agnoſcendo confeſſa fuerit, emptiones fuiſſe factas
pro marito; quæ tamen coniecturæ, vel ſimiles ad arguendã ſimulationẽ probandæ erant *Bald. in d. l. multum
intereſt num.* 3. *Soccin. conſ.* 129. *num.* 12. *et ſeq. vol.* 4. *Afflict. d. cap.* 1. *num.* 15. *Menoch. d. præſumpt.* 125. *num.*
3. *cum ſeqq. et facit d. deciſ. Reuerendiſsimi Lugdunen.* 9.
Maij 1611. Neque ad rem pertinet, quòd pretium prę-
6 ſumatur ſolutum de pecunijs viri, iuxta *l. Quintus ff. de
donat. int. vir. et vxor.* Nam vbi id verum eſſet: tamen
7 bona empta non eſſent viri, ſed vxoris *d. l. & ſi inſtrumenta vbi DD. & l.* 1. *& l. multum intereſt C. ſi quis alter. vel ſib. Bald. conſ.* 67. *num.* 1. *verſ. ſecundo caſu, lib.*
8 5. Nec poſſet agi, niſi de pretio *d. l. multum intereſt, &
ibi Gloſ. in verſ. de pretio l. & ſi de tua, & in l. ſi filij, &
vtrobique DD. C. de donat. inter vir. & vxor. Angel. conſ.*
141. *in princ. Boer. deciſ.* 81. *num.* 5. *Gabr. de præſumpt.
concl.* 15. *num.* 14. *Menoch. præſump.* 51. *num.* 42. *lib.* 3.
deciſ. Pedem. 140. *nu.* 9. & habetur etiam *in d. deciſ. Veneta
cẽſus* 9. *Maij* 1611. Et nihilominus ſtante paupertate Cæ-
9 ſaris, quæ reſultat ex eius decoctione, & fuga ſequuta
del 1590. *Ang. in l. in fundo num.* 1. *in fin. verſ. nota
meliorem tex. ff. de rei vendic. Straccb. de decoctor. part.* 5.
num. 11. & cum pateat, Conſtantiam bona propria habuiſſe, ex quibus acquirere potuit, non poteſt intra-
10 re pręſumptio *d. l. Quintus*, vt ex illis verbis, *quòd non
demonſtrat vndè habeat*, & facit *text. in l. etiam verſ. nec
eſt, C. de donat. int. vir. & vxor. Nata. conſ.* 543. *num.*
20. *verſ. quod corroboratur Gabr. d. concl.* 15. *num.* 17. *de
præſumpt. Decian. conſ.* 47. *num.* 56. *in fin. & num.* 71.
vol. 2. & fuit dictum *in Romana dotis* 23. *Maij* 1614. *coram R. P. D. meo Vbaldo.* Præſertim ſtante induſtria
Coſtantiæ probata ex teſtibus *in eius ſummario num.* 11.
vt ex pluribus *per Gabr. vbi ſupra num.* 12. *& Menoch.
d. præſ.* 51. *num.* 32. *lib.* 3. *et Rota in d. Romana dotis*;
quæ præſumptio tollitur etiam ex aſſertionibus factis in
dictis inſtrumentis, quòd pecuniæ ſunt dictæ Cõſtantiæ,
11 & ex eius proprijs redditibus redactæ, quæ præiudicant nedum viro, ſed etiam creditoribus, concurrentibus veriſimilitudine, adminiculis, & præſumptionibus,
Aym. de antiq. temp. in tertia partic. part. 1. *princ. incip.
propoſitum num.* 69. *et in* 6. *partic. incip. quartò limita-
B tur, num.* 39. B. Non obſtat etiam ſtatutum mercatorum Bononiæ diſponens, quòd bona acquiſita per vxo-
12 res ceſſantium poſsint auferri per creditores, tamquam
bona ipſorum ceſſantium, vt de ſimili ſtatuto *Alciat. de
præſumpt. reg.* 3. *num.* 17. *verſ. tertius caſus, Menoch. d.
præſumpt.* 51. *num.* 31. Tum quia verba Statuti non
conueniunt, loquitur enim expreſsè de emptionibus factis per vxores ceſſantium infra triennium ante decoctionem; ſupradictæ autem ſunt factæ per Conſtantiam
per decennium poſt decoctionem mariti. Tum quia
etiam ratio Statuti, quæ vnica reddi poteſt, quòd ſcilicet factæ fuerint ex pecunijs ceſſantium in fraudem
præcognitæ decoctionis, hic non applicatur ex ſupradictis. Imò cum ſtatutum excipiat emptiones factas per
triennium ante decoctionem, multò magis ceſſare debent emptiones factæ per decennium poſt decoctionem;
attenta præſertim inopia viri, & patrimonio, redditibus, ac vxoris induſtria: quæ ſicut excludunt præſum-

ptionem *l. quintus* ex ſupradictis. Ita etiam faciunt ceſ-
13 ſare rationem Statuti, & per conſequens ipſum Statu-
tum: vt de alio Statuto Bononiæ præſumente alienatio-
nes per annum ante decoctionem factas præſumi ſimu-
latas, & fraudolentas, à ceſſante illius ratione tenuit Ro-
ta in cauſa decoctionis eiuſdem Cæſaris *in Bononien. bo-
norum. 27. Iunij* 1597. *coram bon. mem. Orano*, deinde
confirmata 14. *Iunij* 1600. *coram Reuerendiſſimo D. meo
Damaſceno*. Quartò, adſunt etiam bona, quæ fuerunt
per Conſtantiam ab infraſcriptis ad affictum conducta,
videlicet poſſeſſio in Communi Anzilæ 5. *Nouembris*
1605. à Iulio de Vitalibus: fornax lapidum in Communi
Manzolini 25. *Auguſti* 1609. ab Andrea de Lællo: Præ-
dium in Communi Calcariæ, cum fornace in eo exiſten. &
alia fornaci ad vſum coquendi lapides, & tegulas in
Communi Sancti Almaſij 9. *Februarij* 1602. ab Angelo,
& M. Antonio de Nobilibus: & duæ poſſeſſiones in Com-
muni Plumatij 27. Septembris 1604. à Rectore dictæ
Eccleſiæ; vt ex inſtrumentis, de quibus *in eius ſumma-
riolo num.* 4. & alia poſſeſſio in eodem Communi à Capi-
taneo Æmilio Angelo, vt deponunt ſecundus, & quar-
tus teſtes *in eius ſummario num.* 11. Quorum bonorum
fructus non poſſunt dici ad maritum ſpectare, cum ex
illis debeant priùs ſolui affictus conuenti, & quia etiam
contractus fuerunt in præſentia Conſtantiæ celebrati,
& ſic eidem locationes acquiſitæ, vt ſupra dictum eſt de
emptionibus. Præſentia autem, & conſenſus Cæſaris
mariti in dd. conductionibus nihil operatur, niſi pro cau-
tela locatorum. Quæ viſa fuerunt DD. ſatis clara pro
Conſtantia; & cum ea præueniendo executionem obti-
14 nuerit ab A. C. & Auditore Ciuili Bononien. inhibi-
tionem, quòd non moleſtaretur in maiori parte dd. bo-
norum, per eam reſpectiuè emptorum, & conducto-
rum: quæ exhibita fuit executoribus in partibus in
actu ſequeſtrationum fa[illegible]arum ad inſtantiam Herculis,
iuxta notata *in l. a Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus ff. de re iud.*
nec doceatur de aliqua poſſeſſione Cæſaris eius viri, ſed
potiùs ipſius Conſtantiæ, ex ſupradictis; ideò dicto Her-
culi ſpectabat onus probandi, quòd bona eſſent d. Cæ-
15 ſaris, *vt in d. §. ſi ſuper rebus*, vbi notat *Bart. num.* 4.
Caſtrenſ. num. 8. *Alex. num.* 13. *& Iaſ. num.* 8. & exe-
16 cutio vti nulla eſſet retractanda, *Alexand. ibid. num.* 9.
& in ſpecie noſtra *Coller. in d. tract. de proceſſu execut.
part. 2. cap. 3. d. num.* 265.

Et propterea ex his DD. reſoluerunt, dictum mandatum
non poſſe exequi in prædictis bonis. An autem poſſit in
mobilibus, reſeruarunt, particulariter videndum.

ANNOTATIO.

A De clauſula. *Ad habendum*, quòd importet tranſlationem
dominij *Menoch. conſ. 61. num. 3. Surd. conſ. 450. num
27 Stephan Gratian diſceptat forenſ cap. 96. num 2. et
cap. 586. num. 2 Card Tuſch. tom. 1. lit. C. concl. 297. num.*
7. Sicut etiam operatur clauſula Conſtituti, *Menoch. conſ.
792. num. 21. et conſ 1089. num. 23 cum alijs citatis à Bar-
boſ. de clauſul. vſu freq. clauſ. 32. num. 5. ſecundum Lug-
dun. impreſſ*

B Diſpoſitio d. l. *Quintus* limitatur in terminis huius deciſio-
nis *per Alciat de præſumpt. reg. 3. præſumpt 26. num. 12.
et 15. Menoch præſumpt.* [illegible] *per tot lib.* [illegible]. *Flam. de Rub.
conſ 44. num. 52. & ſeqq.* in quibus locis ponuntur &
aliæ limitationes, quæ excludunt hanc turpis quæſtus præ-
ſumptionem, prout aduertit, & ſequuta eſt Rota *in Ro-
mana hæreditatis de Alegris Veneris 1. Iulij* 1622. *coram
R. P. D. meo Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Florentina Canonicatus.

Veneris 11. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus probatur ex quaſi poſſeſſione immemorabili probata per continuatas præſentationes effectũ ſortitas; & quod nam tempus ſufficiat ad hoc, vt immemorabilis probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus vſurpationis. præſumptio non cadit in perſonis priuatis. & num.* 13.
2 *Concilium Tridentinum circa iuſpatronatus in priuatis perſonis nihil vltra ius commune innouauit. & num.* 14. *et* 15.
3 *Iuſpatronatus probatur ex quaſi poſſeſſione centum annorum, probata per continuatas præſentationes effectum ſortitas. et num.* 15. *Vel ex quadragenaria poſſeſſione concurrente publica voce, et fama. num.* 16.
4 *Titulus fundationis, & dotationis præſumitur ex quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus per centum annos.*
5 *Conſenſus patroni habet vim præſentationis.*
6 *Præſentatio, & prouiſio effectuata cenſetur, vbi conſtat de vacatione beneficij per obitum, vel reſignationem præſentati, & prouiſi. et num.* 17.
7 *Iuriſpatronatus ſtatus præteritus præſumitur ex præſenti.*
8 *Temporis modici defectus in centenaria non attenditur.*
9 *Tempus nonaginta nouẽ annorũ habetur pro antiquo, præſertim concurrentibus adminiculis.*
10 *Immemorabilis probata cenſetur ad effectum præſumendi titulum fundationis, & dotationis, ſi, vltra inſtrumenta, doceatur etiam per teſtes de fama, de quaſi poſſeſſione præſentandi per annos* 85.
11 *Enũciatiua ad effectum probandi quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus, licet non ſint annorum centum, plurimum adminiculantur.*
12 *Iuſpatronatus plenè probatur Ordinarij teſtimonio, & præſertim ſententia.*

DECISIO CXLII.

DOMINI tenuerunt, conſtare de Iu-
repatronatus Canonicatus, & præ-
bendæ, de quibus agitur, ex fundatio-
1 ne, & dotatione. Cum enim agatur
de perſonis priuatis, in quibus non
A cadit præſumptio vſurpationis, A, &
nihil fuerit circa iuriſpatronatus pro-
bationem vltra ius commune à Sacr. Sanc. Trid. Conc.
2 innouatum, vt dixit *Rota in Comen. Cappellania* 17. *Iu-
nij* 1591. *coram bon. mem. Penia, in Sorana beneficiorum*
6. *Iunij* 1603. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*, & in
alijs paſſim. Ideo ex quaſi poſſeſſione centum annorum,
probata per continuatas præſentationes effectum ſor-
titas, ſatis viſum fuit probari dictum iuſpatronatus *iux-
ta conſil. Feder. de Sen.* 234. *ſub num.* 3. *verſ. ſic ad pro-
3 poſitum, Dec. conſ.* 117. *in fin. & conſ.* 174. *num.* 4. *in
B fin. Caſſad. deciſ. 2. num. 6. de prob.* B, Et præſumi titu-
4 lum fundationis, & dotationis iuxta *deciſ.* 1640. *lib.* 3.
par. 3. diuerſ. cum alijs per *Pariſ. de conſid. quaſt.* 28.
num. 236. Prædicta autẽ quaſi poſſeſſio iuſtificatur tùm
ex conſenſibus, patronorum reſeruatis, & præſtitis in
plu-

5 pluribus prouiſionibus Apoſtolicis, qui conſenſus vim
habent præſentationum *Rot. deciſ.* 534. *num.* 4. *par.* 1.
diuerſ. & in dicta *Sorana beneficiorum coram bon. mem.*
Card. Pamphilio, tùm etiam ex eorundẽm patronorum
præſentationibus, & inſtitutionibus ſubſecutis. Primò
enim del 1514. Kal. Iunij per reſignationem in manibus
Papæ Laurentij Cardinalis de Puccis, prouiſus fuit per
Leonem X. Iannozius eiuſdem familiæ de Puccis. Se-
cundò, del 1536. 14. Kal. Martij per obitum apud Se-
dem d. Iannozij tunc Epiſcopi Melphiteñ. fuit per Pau-
lum III. prouiſus Laurentius Raphaelis eiuſdem fami-
liæ: & vtraque ex iſtis prouiſionibus facta eſt de dd. Ca-
nonicatu, & præbenda vti de iurepatronatus, & cum
clauſula *Accedente patronorum conſenſu*, vt in *ſummario*
num. 1. & 2. Tertiò, del 1537. 10. Kal. Iulij per eundem
Paulum III. accedente expreſſo patronorum conſenſu,
per reſignationem d. Laurentij prouiſus fuit Leonardus
de Naſis, vt *in ſumm. num.* 3. Quartò, del 1548. pri-
die Kal. Maij occaſione permutationis d. Leonardi fuit
per eundem Pontificem cum patronorum conſenſu pro-
uiſus Antonius de Petreis, vt ex fide Partiti Capituli
Florentini in traditione poſſeſſionis ei facta, & ex ſup-
plicatione eiuſdem Antonij bon. mem. D. Duci pro li-
centia illam capiendi, & decreto Auditoris ſuper il-
lius conceſſione, de quibus *in ſummario num.* 4. & 5.
Quintò, del 1570. 22. Ianuarij per obitũ d. Antonij fuit
à patronis præſentatus Alexander de Puccis coram Vi-
cario Florentino, à quo fuit approbatus, & inſtitutus, vt
in ſumm. num. 6. Et demum del 1586. 17. Aprilis per d.
Alexandri reſignationem de eorundem patronorum
conſenſu fuit ab eodem Vicario executore Apoſtolico
deputato prouiſus Petrus de Naſis, vt *in ſumm. num.*
9. per cuius obitum ſucceſſit vltima vacatio de menſe
Auguſti 1613. Ex quibus ſucceſſiuis vacationibus per
6 obitum, vel reſignationibus dd. prouiſorum, & præ-
ſentatorum plenè conſtat, dictas præſentationes, & pro-
uiſiones fuiſſe effectuatas iuxta *conſ. Oldrad.* 229. *num.*
C 2. & 3. à Rota toties approbatum. C, Et quamuis
computan. à prima prouiſione del 1514. Kal. Iunij vſque
ad vltimam vacationem de menſe Aug. 1613. ad com-
plementum centenariæ deficere videantur nouem men-
ſes; nihilominus de illa viſum fuit ſufficienter conſtare,
ſiue inducatur ex præſcriptione; quia cum de d. anno
1514 Cardinalis Puccius reſignauerit dd. Canonicatum,
& præben. vti de iure patronatus, ſequitur in neceſſa-
rium antecedens, quòd ipſe per priùs fuiſſet prouiſus ad
præſentationem, vel de patronorum conſenſu, ac etiam
quòd iuſpatronatus ante illius prouiſionem, fuiſſet ere-
ctum, & veriſimiliter hæc omnia præceſſiſſe ante dictos
nouem menſes, qui videntur deficere cẽtenariæ; ex præ-
7 ſenti enim ſtatu iuriſpatronatus præſumitur in præteri-
tũ, vt in terminis eſt *deciſ. Caſſad.* 4. *de probat. quæ eſt etiam*
7. *de iur. patr. num.* 7. *verſ. item tollitur coniectura*, ma-
ximè cum non detur ſtatus contrarius libertatis, vt ſe-
quen. *Caſſad. eſt deciſ. Coſta* 200. *incip. in vna Illerden. in*
manuſcr. Siue inducatur ex præſumptione, prout vide-
8 tur ſentire *Rot. d. deciſ.* 1640. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* Quia defe-
9 ctus modici tẽporis nõ attẽditur: prout in ſimilibus ter-
minis tempus 99. annorum haberi pro antiquo eſt *deciſ.*
D *Put.* 204. *in fin. lib.* 2. *in nouiſſ.* D, Præſertim concur-
rentibus adminiculis, vt in terminis ad effectum præſu-
mendi titulum fundationis, & dotationis, quòd dicatur
10 probata immemorabilis, ſi vltra inſtrumenta doceatur
etiam per teſtes de fama cum alijs circunſtantijs de q.
poſſeſſione præſentandi per annos 85. eſt *deciſ. Mohed.*
254. *aliàs* 3. *de iur. patr.* & *Put.* 206. *in fin. lib.* 1. *in*
nouiſſ. In propoſito autem plurimùm adminiculantur
11 tres enunciatiuæ in dd. prouiſionibus Leon. X. & Pau-
li III. quamuis non ſint annorum centum *Aym. de antiq.*
temp. in princ. num. 5. *verſ. placet tamen*, cum alijs *in*
Auriacen. iuris nominan. 18. *Maij. præteriti coram me.* Et
inſtrumentũ ſupradictæ prouiſionis Ordinarij del 1570.
ad fauorem Alexandri de Puccis factæ (vt in ea legitur)
præuia cauſæ cognitione, & præſertim viſione ſupradi-
ctarum prouiſionum Apoſtolicarum, & conſenſuum pa-
tronorum, in qua clarè dicitur conſtare de iure patro-
natus, & præſentationem eſſe canonicam, & factam à
veris patronis, & ideò illam confirmauit, & approba-
12 uit; nam teſtimonium Ordinarij, & præſertim ſenten-
tia plenè probat iuſpatronatus *Put. deciſ.* 237. *lib.* 2. *in*
nouiſſ. Gabr. conſ 198. *num.* 4. *vol.* 2.

Et proptereà fuit, vt ſupra reſolutum pro informante &c.

ANNOTATIO.

A Vſurpatio iuriſpatronatus non præſumitur in perſonis
13 priuatis, etiam quòd ſint familiæ potentes in Ciuitate;
quia ad hunc effectum præſumptæ vſurpationis ſola po-
tentia prætendentium iuſpatronatus non habetur in conſi-
deratione, niſi ſit iuncta cum iuriſdictione, *Gabr conſ* 192.
num. 1. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 374. *part.* 2. *recent.* & *coram bon.*
mem. Cardinali Caualer. deciſ. 89. *num.* 1. in quibus aliæ re-
feruntur, & dicitur, ita aliàs ſæpè fuiſſe reſolutum. & *in*
Lucana iuriſpatronatus 26. *Iunij*, & 2. *Decembris* 1619.
coram bon. mem. Dunozetto, & ideo non requiritur pro-
batio iuxta formam præſcriptam à Concilio Tridentino
14 *ſeſſ.* 25. *de reformat cap.* 9. quod in perſonis priuatis nihil
alterauit circa huiuſmodi probationem, vt firmat Rota
in hac deciſione, & *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 331. *propè fin* &
deciſ 360. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* & *coram Cardin Caua-*
ler. deciſ. 560. *num.* 1. & *in d. Lucana iuriſpatronatus de*
Podijs 31. *Ianuarij.* 1620. *coram bon. mem Dunozetto.*
Præterea nec etiam eſſet neceſſaria probatio præſcripta
à Concilio, ſi perſona, vel familia priuata haberet iuſpa-
tronatus ſimul cum familia potenti, vel Vniuerſitate, *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 3. *præſumpt.* 99 *num.* 15 & 16. *Rot.*
deciſ. 154. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* & *in Firmana altaris de*
Dorijs 15. *Februarij* 1610. *coram Cardinali Marquemon-*
tio, Card. Caualer. d. deciſ. 89. *num.* 2.

B Iuſpatronatus in perſonis priuatis, & in quibus vſurpa-
15 tionis præſumptio non cadit, probatur ex præſentationi-
bus per ſpatium centum annorum effectum ſortitis, ex
quibus præſumitur titulus fundationis, vel dotationis, vt
præter citatos in hac deciſione, tradunt *Gonzal ad regul.* 8.
Cancellar. gloſſ. 18. *num.* 44. *Rota deciſ.* 541. *num.* 2. &
674. *num.* 2. *part.* 2. *recent. Cardinal. Caualer. deciſ.* 625.
num. 4 & *in Burgi Sancti Donini iuriſpatronatus* 20. *Iu-*
nij 1622. *coram R. P. D. meo Merlino*, & *infra coram D.*
meo in Lancianen. iuriſpatronatus 2. *Maij* 1616. *quæ eſt*
deciſio 172. *num.* 1. *et in Aretina* Cappellaniæ 18. *Maij eiuſ-*
dem anni, quæ eſt deciſ. 181. *num.* 1. vel etiam ex præſen-
16 tationibus per 40. annos effectum ſortitis, dummodo cum
huiuſmodi quadragenaria poſſeſſione concurrat publica
vox, & fama, vel aliæ præſumptiones, quæ vim habeant
famæ iuxta opinionem *Bald. in l. cum ſuper*, C. *de rei ven-*
dicat. quam ſequitur Rota, vt apud *Caſſador. deciſ.* 3. *num.*
4. *cum ſequent. de probat. Achill. deciſ.* 6. *de probat. cum*
alijs relatis a Reuerendiſſ. Domino meo Coccino Decano de-
ciſ. 174. *num.* 2. *in d. Lucana iuriſpatronatus de Podijs* 26.
Iunij 1619. *coram bon mem. Dunozetto, in Piſcien. Cap-*
pellæ 10. *Ianuarij* 1622. *coram Illuſtriſſ. D. meo Cardi-*
nali Veroſpio, et in Auximana beneficiorum 6. *Februarij*
1623. *coram R. P. D. meo Pirouano, et coram Domino meo*
in d. deciſ. 172. *num.* 18. in qua etiam *num.* 2. fuit dictum
prædicta procedere, quando non conſtat de initio contra-
rio, vel de præcedenti ſtatu libertatis.

Ro-

C Rota ſæpius canonizauit doctrinam *Oldrad conſ 229.* quòd
17 probetur effectuatio præſentationum, & prouiſionum factarum de beneficio tanquam vacante per alterius prouiſi obitum, vt apud *Seraphin. deciſ. 337. num. 1. et 2. et deciſ. 1141. num. 1. verſ. et iſta, Gregor XV. deciſ. 215. num. 1. et ibi Adden num 8 Cardinal. Caualer. d deciſ. 625. num. 3 et in Aquilana beneficij 6 Aprilis 1620. coram bon. mem. Remboldo, in Nullius. ſeu Taurinen. prioratus 13. Ianuarij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, in Ianuen parochialis 13. Martij 1626. & 19. Aprilis 1627. coram R. P. D. meo Durano, & coram eodem in Elnen. beneficij 28. Iunij 2627.* Quæ doctrina procedit, nedum quando beneficium vacauit per obitum, verùm etiam per renunciationem, in quibus terminis loquitur *Seraphin. d. deciſ. 337. num. 1. Rot. deciſ. 423. num. 2. part. 2. recent Card Caualer. deciſ. 424. in princ. & deciſ. 655. num. 6. in d. Lucana iuriſpatronatus 26. Iunij 1619. coram bon. mem. Dunezetto, in Romana iuriſpatronatus ſeu beneficiatus 9. Decemb. 1619. corã bon. mem Vbaldo, in Neocaſtren. parochialis 30. Ian. 1623. coram R. P. D. meo Nauarro & coram eodem in Sulmonen. beneficij 9 Iunij 1623. & in d Nullius. ſeu Taurinen. prioratus 13. Ianuarij 1625. coram R P D meo Merlino,* & licèt contrarium ſenſerit eadem Rota *deciſ 564. ſub num. 10. verſic. quamuis autem effectuatio. part. 4. diuerſ* & in alijs, quas refert, & ſequitur *Gonzalez ad regul. 8. gloſſ 18. num. 85. verſ. hoc tamen* ea ratione, quia potuit non poſſeſſor reſignare ius, quod habebat; tamen hoc non habet locum, quando prouiſus, qui reſignauit, fuit in poſſeſſione, quam præſumitur continuaſſe, vt reſpondit Rota *d deciſ. 423. part. 2. recent. & in d. Sulmonen. beneficij coram R. P. D meo Nauarro*, vel quando reſignatio facta fuit longè poſt præſentationem, vel prouiſionem: tunc enim reſignans præſumitur fuiſſe in poſſeſſione, & ceſſat præſumptio, quòd ſolum ius reſignatum fuerit, Rota *deciſ 224. num. 7. par. 1. recent.* Habet locum etiam d. doctrina, quando beneficium vacauit per contractum matrimonij, & alius poſtea ad illud præſentatus, & prouiſus fuit, Rota in *d Auximana beneficiorum 6. Februarij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*

D Quòd defectus modici temporis non tollat effectum centenariæ, ſequendo hanc deciſionem firmauit *Rota in Burgi Sancti Donini iuriſpatronatus 9. Decembris 1622 coram R. P. D. meo Merlino ſequitur etiam Lotter. in tractatu de re benefic. lib. 2. quæſt. 7. num. 63*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. matrimonij.

Lunæ 14. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Sponſalia, & matrimonium, ex quibus probentur: & in quibus caſibus admittantur teſtes domeſtici, & familiares.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes.*
2 *Matrimonium, & ſponſalia probantur per duos teſtes, etiam fœminas.*
3 *Teſtes familiares, & domeſtici non probant.*
4 *Teſtes familiares, & domeſtici probant in his, quæ non niſi occultè fiunt.*
5 *Beneficia non amittuntur ob ſola ſponſalia de futuro.*
6 *Teſtes domeſtici, & familiares probant, quando nulla culpa imputari poteſt, cur alij teſtes adhibiti non fuerint.*
7 *Matrimonium non probatur per teſtes familiares.*
8 *Teſtes familiares admittuntur ad probationem ſponſalium, in quibus etiam matris teſtimonium non eſt ita ſuſpectum, ſicut in matrimonio.*
9 *Sponſalia vt diſſoluantur, plura competunt remedia.*
10 *Sponſalia clandeſtina non ſunt a Concilio, Tridentino improbata.*
11 *Teſtes domeſtici admittuntur ad probandum matrimonium contractum de nocte, & domi, & in loco ſecreto, vbi alij teſtes interuenire non potuerunt.*
12 *Teſtium defectum ſupplet numerus; intellige, dummodo inter eos adſint aliqui idonei, ac integri, ſecus ſi omnes aliquam patiantur exceptionem. num. 38.*
13 *Teſtes tantùm tres ſi omnes patiantur exceptiones, iudici eſt arbitrarium, an probent.*
14 *Teſtes domeſtici etiam in caſu, quo non eſſent admittendi, faciunt ſaltem aliquem gradum probationis.*
15 *Domeſticus quando ſit in teſtem admittendus, Iudicis arbitrio relinquitur.*
16 *Teſtes etiam non omnino idonei probant, concurrentibus coniecturis, & præſumptionibus.*
17 *Teſtis, qui de tempore non aſſertiuè, ſed dubitatiuè deponit, præſumitur conteſtis cum alijs.*
18 *Teſtes dicuntur conteſtes, vbi vocantur in conteſtes ab alijs.*
19 *Teſtis, qui nihil deponit de tempore, præſumitur in eo conteſtis cum alijs.*
20 *Teſtes, ſufficit, quòd ſint conteſtes in ſubſtantia, licèt diſcordent in formalitate verborum, quando ius non ſtat in verbis.*
21 *Verba,* Promitto non ducere aliam in vxorem, *iuncta reſponſione mulieris conſentientis, inducunt promiſſionem nubendi affirmatiuam.*
22 *Matrimonium licèt non probetur ex eo ſolum, quòd quis nominat, & ſubſcribit ſe maritum, concurrentibus tamen alijs probationibus præſumitur contractum.*
23 *Epiſtolæ amatoriæ multum coadiuuant probationem ſponſalium, & matrimonij.*
24 *Epiſtola probat etiam ſinè die.*
25 *Epiſtola amatoria probat etiam ſinè inſcriptione, & ſubſcriptione.*
26 *Typus idem operatur, ac ſubſcriptio.*
27 *Recognitio ſcripturæ fieri debet per teſtes, qui deponant vidiſſe illam ſcribere; & late num. 39. & ſeqq.*
28 *Recognitio per comparationem, & cognitionem manus ſufficit in literis miſſiuis, quæ ad abſentes mittuntur, & in quibus teſtes adhiberi non ſolent, & num. 40. & 41.*
29 *Sponſalium probatio coadiuuatur ex ſummo amore, quo vir mulierem proſequebatur.*
30 *Matrimonium, & ſponſalia probantur per teſtes conſanguineos, & domeſticos, quando contrahentes ſunt paris conditionis.*
31 *Iurare non præſumitur quis per iocum.*
32 *Confeſſio qualificata admittitur, reſecta qualitate, quando præſumptio eſt contra qualitatem.*
33 *Matrimonium celebrarè qui promiſit, aſſerenti promiſiſſe ſimulatè, & ſinè animo adimplendi, non creditur in foro exteriori, præſertim ſtante æqualitate inter virum, & mulierem.*
34 *Sponſalium probatio coadiuuatur ex donatione munerum viro profusè à muliere facta.*
35 *Nobilem, veriſimile non eſt, larga munera à muliere petijſſe ſecluſis ſponſalibus.*
36 *Nobilitatis propria, & peculiaris eſt magnificentia, & liberalitas.*
37 *Matrimonium contractum præſumitur, quando vir, & mulier ſe inuicem pro coniugibus tractarunt.*
42 *Recognitio per teſtes dicentes, habere notam manum, ſufficit concurrentibus adminiculis, & ſufficiunt adminicula*

vn-

vndecunque, etiam ab extra prouenientia, num. 43.
44 *Recognitio per teſtes dicentes habere notam manum, ſufficit ſtante conſuetudine, vel ſtatuto.*
45 *Recognitio per teſtes dicentes habere notam manum admittitur de ſtylo in Tribunali A. C. ſecus in Rota.*
46 *Recognitio per teſtes dicentes habere notam manum, ſufficit in inſtrumentis, & ſcripturis publicis.*

DECISIO CXLIII.

A PROPOSITO dubio, an conſtaret de
ſponſalibus A inter Dominum Ema-
nuelem, & Blancham contractis, ita
vt recedendum eſſet à deciſis 19. De-
cembris, anni præteriti. Domini quò
ad primam partem reſoluerunt affir-
matiuè, de ſecunda reſeruarunt vide-
re. Sponſalia enim viſa fuerunt ſufficienter probata.
Primò ex quarto, quinto, & ſexto teſtibus Blanchæ *in*
eius ſummario num. 4. deponentibus de eorum intereſ-
ſentia, & viſu dictorum ſponſalium contractorum qua-
dam nocte poſt cœnam, in domo ſolitæ habitationis
eiuſdem Blanchæ, in Prædio de Aſſafarge: ac etiam de
verbis primò per Emanuelem, poſtea per Blancham
prolatis cum iuramento, & manibus tacto Diurno per
Emanuelem præſtito, & cum inuocatione Dei, Dominæ
Noſtræ, ac Diui Ioannis Baptiſtæ; & ſic conueniunt in
loco, tempore, verbis, & circumſtantijs: & quintus
1 vocat alios in conteſtes: vltra quòd omnes in dubio ta-
les præſumuntur. *Alex. conſ.* 47. *num.* 6. *verſ. non omit-*
to etiam lib. 2. *Caſtr. conſ.* 342. *prop. fin. verſ. quartò di-*
citur lib. 2. *Aym. conſ.* 78. *num.* 9. *Menoch. præſumpt.*
23. *num.* 13. *lib.* 5. Et duæ tantùm ſufficerent etiam fœ-
2 minæ, licèt ageretur de probatione non ſolùm ſponſa-
lium, ſed matrimonij. *Abb. in cap. ſuper eo* 22. *num.* 2.
& ibi *Aretin. eod. num. de teſtib. Pariſ. conſil.* 48. *num.*
6. *vol.* 4. *& Rolan. conſ.* 93. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 3. *Caputaq.*
B *deciſ.* 205. *num.* 1. *part.* 2. B. Ad exceptionem verò,
3 quòd tanquam familiares, & domeſtici Blanchæ fidem
non mereantur *l.* 2. *C. de teſtibus, cap. de liter. eod. tit.* Re-
ſponſum fuit primò, quòd ſicuti admittuntur dome-
ſtici, quando ex natura actus veritas aliter haberi non
C poteſt C, vt in ijs, quæ non niſi occultè fiunt *Butr. in*
4 *cap. tertio loco, num.* 14. *verſ. item nota, de probat. Alexan.*
conſ. 142. *num.* 10. *vol.* 5. *Dec. conſ.* 133. *num.* 6. *verſ.*
vltimò non obſtat. Pariſ. conſ. 53. *num.* 34. *conſ.* 55. *num.*
44. *in fine conſ.* 58. *num.* 50. *conſ.* 59. *num.* 31. *& conſ.*
61. *num.* 20. *vol* 4. Ita ex identitate rationis in præſen-
ti caſu veniunt admittendi: cum ex accidenti dicta ſpon-
ſalia non niſi ſecretè, & in occulto contrahi poſſent.
Conſtat enim, Emanuelem maximam habuiſſe ſuſpicio-
nem amittendi per matrimonium penſiones Eccleſiaſti-
cas ſcutorum 600. vltra quas parùm, aut nihil habet
in bonis, vt ipſemet ſæpius faſſus fuit: & ideo procu-
rabat in Curia emptionem Militiarum Lauretanarum,
vt dictas penſiones retinere poſſet etiam vxoratus: vt
vltra eoſdem teſtes deponunt etiam ſecundus, vndeci-
mus, & decimus quartus *in dicto ſummario num.* 1. &
5 quamuis ob ſola ſponſalia de futuro non amittantur be-
neficia, *Doctor. communiter in cap.* 1. *de cler. coniug. Ro-*
ta deciſ. 1. *eod. tit. in nou.* multò minùs penſiones *Azor.*
inſtit. Moral. lib. 13. *cap.* 13. *quæſt.* 8. *verſ. poſtremo ſi quæ-*
ras par. 1. Valdè tamen veriſimile eſt, Emanuelem qui
dictam ſuſpicionem habebat, cautiùs, & tutiùs proce-
dendo voluiſſe contrahere in occulto, ne aliàs ſponſalia
diuulgarentur ad *deciſ. Cæſ. de Graſſ.* 120. *alias* 15. *num.* 16.
verſ. ſicut non obſtat de ſponſal. & matrimon. & ſic diffi-
cilius redderetur, dictas Militias obtinere. Quod etiam
veriſimile eſt, voluiſſe Blancham, cuius intererat vi-
rum habere ditiorem. Et hinc etiam Emanuel in actu
contrahendi matrimonium requiſitus, vt ſuam adimple-
ret promiſſionem, eam non negauit, ſed petijt dilatio-
nem, offerendo interim ſchedulam, donec dictas Militias
impetraret, vt fuit ponderatum *in deciſ. verſ. quartò quia.*
6 Et ideo Blanchæ nulla culpa imputari poſſe videtur,
quòd alios teſtes non adhibuerit, quæ ad excludendos
domeſticos conſideratur *Alex. conſ.* 152. *num.* 15. *vol.*
7 5. & propterea quicquid ſit in matrimonio, *iuxta*
cap. videtur, qui matrimon. accuſ. poſſ. & dict. cap. ſu-
8 *per eo il ſecondo de teſtib.* faciliùs admitti poſſunt ad pro-
bationem ſponſalium. *Iacob. Henrich. conſ.* 2. *num.* 30.
cum in ijs etiam matris teſtimonium non ſit ita ſuſpe-
ctum, ſicut in matrimonio, *Ioan. Andr. in cap. ſuper*
eo num. 2. *verſ. iſtud tamen, de teſtib. quem ibi ſequitur Car-*
din. in verſ. in fin. eiuſdem gloſſ. quia non tractatur de
9 tam graui præiudicio, & contra illa plura competunt
remedia *Abb. ibidem num.* 10. & ſponſalia clandeſtina
10 non ſunt à Sacr. Concil. Trident. prohibita, vt decla-
rauit *Sacr. Congreg.* teſte *Guttier. Canon. quæſt. lib.* 1. *cap.*
18. *num.* 9. *in fin. & de iuramen. confirmat. part.* 1. *cap.*
51. *num.* 3. *Sanchez de matrimon. diſput.* 12. *num.* 2. *lib.* 1.
Et tantò magis admittendi videntur, quia difficultas
11 probationis augetur etiam ratione temporis, cum di-
cta ſponſalia fuerint celebrata de nocte. *Gloſſ. in l. ſi eum*
exceptione. §. in hac actione, in verb. ignorantiam, ff. de
eo quod met. cauſ. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 5. *num.* 6. *de ſpon-*
ſal. & ratione loci, quia in domo ipſius Blanchæ *l. conſen-*
ſu vbi Alberic. num. 10. *C. de repud. Cæſ. de Graſſ. dicta*
deciſ 5. *num.* 5. & fuit dictum *in Romana mercium* 14.
Octobris 1588. *coram bon. mem. Orano*; & in Villa, in
qua, cum ſit locus ſeceſſus, atque ſecretus, alij teſtes in-
teruenire non potuerunt, *ad tex. in cap. fin.* & ibi *Gloſſ.*
& communiter Doct. de teſtib. & faciunt, quæ fuerunt in
ſimili propoſito conſiderata pro Emanuele in deciſione,
verſ. tertiò locus. Conſiderarunt etiam DD quòd nu-
12 merus ſupplet defectum, & inhabilitatem teſtium,
ad Gloſſ vulg. in l. vbi numerus ff. de teſtib. latè Gabriel
D *concl.* 6. *eod. titul.* D, & in cauſa matrimoniali *Rota*
deciſione 289. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. etiam quòd omnes
patiantur exceptiones, *vt firmat Cæſ. de Graſſ. dicta*
deciſ. 5. *num.* 8. *&* 9. vbi addit, quòd ſolùm eſt dubium
inter DD. in numero trium teſtium patientium exce-
ptiones, & refert aliquos voluiſſe, quòd ſoli tres pro-
bent: & licèt non reſideat in hac opinione, tamen
13 *num.* 10. ſubdit, hoc eſſe iudici arbitrarium, & propte-
rea ex aliquibus alijs teſtibus, & coniecturis reſoluit,
conſtare de probatione matrimonij, refert, & ſequitur
Farinac. de teſtib. q. 62. *num.* 3. 6. 323. 24. *&* 27. præ-
cipua autem coniectura *in d. deciſ. Cæſ. de Graſſ.* conſide-
rata fuit, quia ex reſponſionibus ipſius contrahentis
verificabantur dicta teſtium, prout accidit in caſu iſto
ex confeſſionibus Emanuelis, de quibus infra.
Et in omnem caſum, licèt etiam ex natura actus ſecundùm
14 communem curſum alij teſtes, quàm domeſtici potuiſ-
ſent haberi, cum tamen actu non interfuerint, negari
non poteſt quin aliquem ſaltem gradum probationis fa-
ciant, *Butr. conſ.* 24. *num.* 8. *verſ. non obſtant iura,* quem
referunt, & ſequuntur *Alex. conſ.* 64. *num.* 5. *vol.* 1.
Marſil. ſingul. 73 *num.* 1. *verſ. ſed vbi actus,* & ideo
aliàs Rota *in vna Ferrarien. Matrimonij* 18. *Iunij* 1610.
coram Reuerendiſſimo Attrebaten. cenſuit, teſtes domeſti-
cos non eſſe repellendos in totum, cum in hoc multum
verſetur arbitrium iudicis, cuius officio relinquitur,
15 quando domeſticus ſit admittendus in teſtem, ſecundùm
illius conditionem, & qualitatem. *Bartol. in l.* 2. *num.*
2. *C. de teſtib.* Tantò magis, cum illorum depoſitio coad-
iunc-

16 iuuetur ex ſupra dictis, & infra dicendis circumſtan-
tijs, coniecturis, & præſumptionibus, ex quibus teſti-
bus etiam non omnino idoneis fides adhibetur, *Ceſar
de Graſſ. d. decis. 5. num. 2.* cum pluribus *per Farinac. d.
quæſt. 62. num. 335.* vbi de communiter recepta, & in
Rota ſæpius obſeruata opinione. Alia oppoſitio, quòd
agant de ſe exonerando prætextu, quòd fuerint media-
tores commercij Emanuelis cum Blancha, non verifica-
tur in facto. Non obſtat, quòd quartus dicat, ſponſa-
lia fuiſſe contracta de tempore veris, quintus verò de
menſe Auguſti. Nam quartus circa tempus non loqui-
17 tur aſſertiuè, ſed dubitatiuè, ſubdens, quòd eius rei im-
memor eſt, & ſic non diſcordat, ſed præſumitur con-
teſtis cum alio. *Alexand. conſ. 156. num. 12 lib. 5. Aym.
conſ. 78. num. 9. verſ. amplius ſi vnus*, cum alijs *per Fa-
rinac. de oppoſit. contra dict. teſt. quæſt. 64. num. 74.* Præ-
18 ſertim cum vocetur in conteſtem ab illo. *Alexan. conſ
4. num. 7. lib. 6. Farinac. ibid. num. 76.* ſextus verò, qui
19 nihil deponit de tempore, præſumitur conteſtis cum
ſupra dictis. *Aretin. conſ. 36. num. 4. in fin.* & ab illis
ſuppletur *Gabr. de teſtib. concluſ. 6. num. 11.* Minùs ob-
ſtat, quòd idem quartus deponat, ſponſalia fuiſſe con-
tracta per verba negatiua, de non ducendo aliam vxo-
rem, & alium virum reſpectiuè, alij verò per verba
20 affirmatiua. Quia vis non ſtat in formalitate verbo-
rum, ſed in mutuo conſenſu, in quo videntur in ſubſtan-
tia concordes, quod ſufficit, vt in terminis matrimo-
nij fuit dictum *in Papien. matrimonij 1. Iunij 1594. co-
ram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Millino, & in Rom.
matrimonij 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Piroua-
no*, & ſimilem obiectionem, quòd non concordent in
verbis formalibus, dixit leuem in iſtis terminis *Rot. apud
Cardin. Seraphin. deciſ. 270. num. 3.* præſertim cum non
profiteantur referre præciſa, & formalia verba, vt fuit
tentum in dictis deciſion. nam etiam verba illa, *pro-
21 mitto non ducere aliam in vxorem*, iuncta reſponſione
mulieris conſentientis, inducunt promiſſionem nubendi
affirmatiuam, iuxta communem, de qua *Præpoſit. Ale-
xand. de Neuo Ferrett.* & alij, *quos Cardin. Seraphin. dicta
deciſ. 270. num. 1. & Menoch. plures congerens præſum-
ption. 3. num. 8. lib. 3.* & hanc opinionem Rota appro-
bauit, *vt apud Seraphin. d. deciſ. 270.* Secundò ſponſalia
probantur per confeſſiones Emanuelis reſultantes ex
quatuordecim epiſtolis per eum ad Blancham tranſmiſ-
ſis, propria eius manu conſcriptis, proprioque ſigillo
munitis, *in ſummario Blanchæ num. 7.* in quarum prima
rogat Blancham, ne ſibi deſit cum amore, & effectibus
illis, quos eius fides meretur, in cuius obſeruatione
ſperat ſe Fidem Dei meliùs ſeruaturum. In ſecunda,
& decima profitetur, & nominat ſe maritum, & Blan-
cham vxorem. In quarta dicit, habere ſemper eandem
ſitim, appetitum, & deſiderium, eſſe in brachijs Blan-
chæ, in quibus ſperat viuere, & mori, &c. & quòd
hoc eſt ſolum, quod ſemper à Deo petiturus eſt: & in
fine dicit, quòd nunquam futurum erat, vt deſineret
eſſe illius amator, & maritus. In ſexta Deum rogat,
vt Blancham conſeruet in firmitate, quam toties illi
promiſit, & iurauit; quod multùm coadiuuat depo-
ſitionem ſupradictorum teſtium ſuper iuramento ſpon-
ſalium. In nona dicit, non poſſe à Blancha repudiari,
quia fuit per eam approbatus ad hunc bonum ſtatum
pulchrum, cum actibus ab eis factis, & cum loco ab il-
la ſibi dato, quem habet pro altiori throno, ad quod
fortuna illum efferre poſſet: & ſic quòd non habet quid
ampliùs ſperandum, neque deſiderandum, niſi quòd
augeatur, & conſeruetur in forma, quam Blancha ſcic
per eum deſiderari. In decima aſſerit, ſe habere non
poſſe vitam cum tranquillitate, & voluptate, donec eam
traducat ſub nomine mariti. In duodecima, ſe ſpem ha-
bere fruendi Blancha abſque terroribus, & inconue-
nientibus, niſi ipſa eum fallat: & rogat Deum, vt illum
peruenire faciat ad hunc ſtatum. In decima tertia dicit,
ſe confidere Deo, quòd ea poſſit in poſterum frui ſicut
deſiderat, & cum ea continuatione, quam ab illo ſem-
per petijt, ac petit. In decima quarta demum affir-
mat, nihil eum impediturum, vt ſinat eſſe Dominæ Blan-
chæ, ſubiungens: *& Deus omne bonum mihi neget,
& ſtatum, quem deſidero, & prætendo, ſi in hoc te fal-
lo, ſeu loquor minùs veritatem, quàm alias: & ſum in
ſtatu adhibendi mihi fidem (quamuis ſatis eſſent prædi-
cta iuramenta) quia confeſſus ſum ſunt pauci dies, &
cras iterum faciam ſinè ſcrupulo horum verborum, quia
ſunt valde licita inter nos, & in noſtro ſtatu, donec nos
viuamus cum tranquillitate, & perpetuitate à me tam-
diu deſiderata*. Ex quibus Emanuel clarè videtur
fateri promiſſionem præcedentem inter eum, & Blan-
22 cham, & ſe valde deſiderare cum ea contrahere ma-
trimonium, & præſertim dum ſe profitetur, nominat,
& ſubſcribit maritum: quod licèt ſolum non probet,
concurrentibus tamen (vt hic) alijs probationibus,
multùm confert, ne dum ad ſponſalia, ſed etiam ad
matrimonium, & præſumptionem facit, illud fuiſſe con-
tractum *cap. illud, & ibi Gloſſ. in verb. nominant. & DD.
de præſumption. Gloſſ. final. in cap. dicat aliquis 32. quæſt.
4. Decius conſ. 39. num. 5. verſic. & hoc idem Pariſ. conſ.
3. num. 19. cum ſequent. lib. 2.* Et dum etiam rogat,
& inuocat Deum, vt det ſibi ſtatum, in quo perpetuò
frui poſſit cum Blancha, non enim potuit intelligere
niſi de coniugali: cum non ſit veriſimile, virum Chri-
ſtianum, præſertim nobilem, confeſſioneſque frequen-
tantem, prout Emanuelem, vt patet ex 2. & 14. ex di-
ctis epiſtolis, petere à Deo occaſionem viuendi in pec-
cato, qualis extra dictum ſtatum eſſet conuerſatio, de
23 qua in dictis epiſtolis. Et ex ſimilibus epiſtolis ama-
torijs multùm coadiuuari probationem ſponſalium,
conſiderauit, *Rota in Feretrana Matrimonij 28. Iunij de
anno 1593. coram bon. mem. Gypſio*, & pro matrimonio
coram Creſcent. deciſ. 22. alias 98. de probation. Prædictæ
24 autem epiſtolæ probant, licèt ſint ſinè die *l. cum taber-
nam §. idem quæſiuit, in fin. ff. de pignor. Rebuff. de Chiro-
graph. num. 88. Coraſ. lib. 3. Miſcell. iur. cap. 4. ſub num.*
25 4. & ſinè inſcriptione, & ſubſcriptione; tum quia epi-
ſtolę huius generis non per tabellarios, ſed per fidos mi-
26 niſtros ſecretè tranſmitti ſolent; tum quia adeſt ty-
pus, qui idem operatur, ac ſubſcriptio. *Roman. conſ.
303. num. 2. Surd. deciſ. 137. ſub num. 1. 2. & 3.* & fuit
dictum *in Anconitana pecuniaria 13. Maij 1613. coram
27 me*. Nec dici poteſt, teſtes non deponere, illas vidiſſe
ſcribi, & ideo non fuiſſe ſufficienter recognitas, vt vo-
luit Rota *in Vlixbonen. matrimonij 21. Ianuarij de anno
1613. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*. Quia
imò ſecundus teſtis *in proceſſ. fol. 465.* à tergo, & ter-
tius *fol. 467.* deponunt, vidiſſe ſcribi multas ex illis, eaſq;
ſæpius detuliſſe; alij verò, qui ſunt primus, quartus,
& quintus folio 464. 68. & 69. à terg. illas recognoue-
28 runt per comparationem, & cognitionem manus Ema-
nuelis: quod in literis miſſiuis, quæ ad abſentes mit-
tuntur, cum teſtes in eis non ſoleant adhiberi, tàm de
iure, quàm de ſtylo Curiæ ſufficit, *Rot. deciſ. 343. num.
4. part. 1. diuerſ.* Quicquid ſit in apochis, & alijs ſcri-
pturis priuatis, in quibus procedit concluſio, de qua
in deciſ. Reuerendiſſimi D. Damaſceni, & loquitur ipſa
E deciſio E. Tertiò, concurrunt etiam plures conie-
cturæ, præſumptiones, veriſimilitudines, & admini-
cula, ex quibus ſupradicta valde coadiuuantur. Et pri-
29 mò, quæ reſultant ex dictis epiſtolis, videlicet pulchri-
tudo

tudo Blanchæ, quæ ſæpè extollitur in prima, tertia,
quarta, ſexta, decima, decima tertia, & decima quarta;
ſummus amor, quo Emanuel illam proſequebatur,
& deſiderium, illam conſequendi cum perpetuitate,
quod aliter effectum ſortiri non poterat: quas ad
probandum etiam matrimonium conſiderauit *Rota
coram Caſare de Graſsis deciſione* 2. 3. *&* 4. *de ſponſal.*
Secundò, quia valde veriſimile eſt, Matronam adeò nobilem,
& bis nuptam viris nobilibus, & filios haben.
ætate iam grandes, filiamq. nuptui traditam, non admiſiſſe
virum ad carnale commercium, ſinè huiuſmodi promiſſione;
quæ nobilitas Blanchæ æqualis nobilitati Emanuelis,
vt deponunt octo teſtes circa 17. & plures alios
ſequen. articulos replicat. & diuitiæ, in quibus ipſa
valde excedit Emanuelem, vt ex ſecundo, quarto, ſexto,
& vndecimo teſtibus circa 31. & alijs circa alios
30 articulos, operantur, vt detur fides teſtibus aliàs minùs
idoneis, & vt ad probationem matrimonij, & ſponſalium
admittantur etiam conſanguinei, & domeſtici,
cap. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ. vbi Abb. num. 2. *& ſub
num.* 6. *poſt Cardin. in princip. & in fin. Anan. poſt alios
in d. cap. ſuper eo, num.* 3. *Dec. conſil.* 62. *num.* 26. *Pariſ.
conſ.* 56. *num.* 28. *lib.* 4. *Sanch. lib.* 3. *diſput.* 41. *col.* 4. *verſ.
quartò quia,* & fuit dictum *in Hiſpalen. matrimonij* 28.
Ianuarij 1608. *coram Reuerendiſsimo Bononien.* Tertiò
valde coadiuuant probationem ſponſalium vndecimus
teſtis circa quartum articulum *in proceſſ. fol.* 414. de cõfeſſione
extraiudiciali Emanuelis, quòd promiſerat Blãchæ,
etiam cum iuramento, illam ducere in vxorem.
Et duo alij Tabelliones Actuarij in *ſummario Blanchæ*
31 *num.* 4. de articulo dato per Emanuelem in eius libello,
& per Iudicem reiecto, quòd ſolitus erat iurare per iocum,
& quòd ideo facilè dixerit, quòd iurabat ducere
Blancham in vxorem, ex hoc enim fatetur ſponſalia,
32 *cap. nonne. cum ſua materia, de præſumption.* & qualitas
(per iocum) à confeſſione reijcitur, vt in puncto eſt
conſ. 47. *num.* 27. *inter matrimonialia, tom.* 1. & in foro
33 exteriori non creditur dicenti promiſiſſe matrimonium
celebra[illegible]ſimulatè, & ſinè animo adimplendi, *cap. tuas
nos, de ſponſal. & ex alijs relatis Sanch. de matrimon. lib.* 1.
diſput. 9. *num.* 13. *& latè diſput.* 15. *num.* 9. *cum ſequen-*
F *tib. lib.* 3. F Præſertim ſtante æqualitate inter, virum &
mulierem *Sanch. d. diſput.* 15. *num.* 7. Quartò aliquid
etiam facere viſa fuit depoſitio decimioctaui teſtis, licèt
ſit ſamula Blanchæ circa 26. *in proceſſ. fol.* 447. à tergo,
dicentis, Emanuelem dixiſſe Blanchæ, quòd Deus eũ
non ſaluabit, ſi illam non ducat in vxorem. Quintò,
34 conſiderabant DD. quòd Blancha quotidie ſubminiſtrabat
Emanueli ferè omnia ad eius victum, & voluptatem
neceſſaria, vt dicunt 12. teſtes *in proceſſu circa* 11. *artic.*
replicat. cum tamen haberet proprios filios, quæ viro
extraneo abſque fœdere ſponſalium, ſaltem non ita profusè
donata fuiſſent, vt de acceptatione conſiderauit
Rota dicta Papien. matrimonij coram Illuſtriſſ. Millino,
quod veriſimilius videbatur, quia Emanuel prædicta ſæpè
petebat à Blancha, vt patet ex quinq. ſupradictis epiſtolis,
& deponunt 2. & 16. circa 7. *folio* 355. *à tergo, &*
435. quod profectò, ſecluſis dictis ſponſalibus, veriſimi-
35 le non eſt, eum feciſſe, ſtante illius nobilitate, cuius pro-
36 pria, & peculiaris eſt magnificentia, & liberalitas, *cap.*
1. *de donat. cum alleg. per Tiraquell. de nobilitat. cap.* 37.
num. 40. *& Menoch. præſumpt.* 59. *num.* 6. *lib.* 6. Sextò,
conſiderabant etiam, quòd ipſe tractabat Blancham vti
37 vxorem, & talem ſæpè nominabat: ita vt ambo pro cõiugibus
ab omnibus de domo reputarentur, vt deponunt
alij teſtes *in ſumm. Blanchæ num.* 6. quod magnam præſumptionem
inducit etiam matrimonij contracti, *Angel.
int. conſ. matrimon.* 45. *num.* 10. *Menoch. præſumpt.* 1.
num. 82. *&* 85. *lib.* 3. Septimò demum, quòd dederat
Blanchæ ſuas literas dimiſſoriales, vt ampliùs non neceſſarias
pro obtinendis ordinibus Eccleſiaſticis, ad
quos ipſe antea dicitur aſpiraſſe, quas ideo Blancha lacerauit,
atque combuſſit, vt deponunt *in proceſſ. ſecundus,
quintus, ſextus, & vndecimus teſtes circa ſeptimum
articulum replic.* quod arguit, vel eum talem intentionem
non habuiſſe, vel mutaſſe propoſitum: & ſic tollitur,
quod dicebatur, eum non habuiſſe animum matrimonium
contrahendi. Ex quibus præſertim ſimul iunctis
fuit reſolutum, eſſe probata ſponſalia.

ANNOTATIO.

A Hæc deciſio confirmata fuit infra *deciſ.* 195.

B Quòd ſponſalia probentur per duos teſtes, etiam fœminas,
etiam conſanguineos, ſequendo hanc deciſionem dixit
Rota *in Giennen. matrimonij* 15. *Martij* 1621. *coram
bon mem Vbaldo.*

C *Mantic. deciſ.* 112. *num.* 4. *& infra coram Domino meo deciſ.* 294. *num.* 4. *& deciſ.* 665. *num.* 7.

D Teſtium defectus ſupplentur ex numero, vt hic, & infra
deciſ. 349. *num.* 5. *& deciſ.* 572. *num.* 11. *et deciſ* 727. *num.*
12. & in his terminis probandi ſponſalia, Rota in *d. Gien-*
38 *nen. matrimonij coram bon. mem. Vbaldo,* hoc tamen intelligendum
eſt, quando inter eos adſunt aliqui valdè idonei,
ac integri: ſecus ſi omnes aliquam patiantur exceptionem,
tunc enim vitia, & defectus viciſſim ſuppleri non
poſſunt, *Aym. conſil* 99. *num.* 10. *&* 226. *num.* 13. *cum
alijs per Rot in Bergomen. Cappellaniæ* 26. *Aprilis* 1627. *coram
R. P. D. meo Merlino,* & ita loquuntur dictæ deciſiones
572. & 727. Domini mei.

E Recognitio ſcripturæ fieri debet per teſtes, qui viderint il-
39 lam ſcribi, & deponant, ſe illius confectioni interfuiſſe, nec
ſufficit, ſi dicant, ſe habere notam manum ſcribentis, quia
ſcribendi forma multis ex cauſis quotidiè mutatur, & quia
de facili poteſt adulterari, & ſic propter ſimilitudinem
literarum teſtes facilè decipi poſſunt *per tex. in §. ſi quis
igitur, Auth. de fid. inſtrument plenè Grammatic deciſ.* 84.
Theſaur. quæſt. forenſ. 24 *num.* 5. *Mart. vot.* 45. *per tot.
Granut. theoremat.* 15. *per tot. Menoch. de arbitrar. iudic.
caſ.* 114 *num* 22. *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.* 7 *à num.* 17.
infra, Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. *cap.* 79. *&* 80. *per tot.*
vbi plures Rotæ deciſiones adducit.

Hæc tamen concluſio limitatur primò de ſtylo Curiæ
40 Romanæ, in ſcripturis, in quibus teſtes adhiberi non
ſolent, vt firmatur in hac deciſione, & infra *deciſ.* 582.
num. 5. *& deciſ* 658. *num.* 1. *Burſat. conſil.* 103. *num.* 9.
lib. 1. *Granut. theoremat.* 15. *num.* 23. *&* 25. *Rota deciſ.*
330 *num.* 7. *part.* 1. *recent. in Bononien. de Manzolis* 13.
Martij 1626. *coram bon mem. Remboldo, & in Romana
cenſus* 17. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Limitatur ſecundò in ſcripturis, quæ fiunt abſente parte, vt
41 in literis miſſiuis, vel cambij *Granut d. theorem.* 15 *nu.* 25. *Gabriel
Pereir. deciſ Portugal* 97. *per tot Rot deciſ.* 570. *nu.* 2 *par.*
1. *diuer. & in Tiburtina caſtrorũ* 4. *Iulij* 1608. *coram Card.
Marquemontio, & in d. Rom. cenſus coram D. meo Merlino.*

Limitatur tertiò, vbi concurrunt adminicula; quia illis
42 concurrentibus ſufficit recognitio per teſtes dicentes. ſe
habere notam manum, licèt non fuerint præſentes ſcripturæ,
vt infra *coram Domino meo deciſ.* 292. *num.* 15. *&
deciſ* 330. *num.* 6. cum alijs ibi adductis, quibus addo *Granut
d. theorem.* 15. *à num.* 10. *vſque ad* 14. *Mareſcott d. cap.*
79. *num.* 6. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ* 6. *gloſſ* 3. *part.*
7. *num.* 28. *Rot. deciſ.* 303. *part.* 1. *recent. Gregor. XV. deciſ.*
389. *num.* 2. *& ibi Adden. num.* 6. *& in Rom pecuniaria*
5. *Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Dunozetto,* & ſufficiunt
adminicula vndecunque, etiam ab extra prouenien-

tia,

tia, *Fontanell. d. part. 7. num. 23. & 24.*

Limitatur quartò, vbi adeſt ſtatutum, vel conſuetudo,
44 quòd ſufficiat recognitio facta per teſtes deponentes, ſe
habere notam manum *Straccb.* qui loquitur de conſuetu-
dine mercatorum, *tract. de mercatur. rubr. quomodo in
cauſis mercatorum procedendum ſit. num. 11. Rota Ianuen.
deciſ. 16. num. 12. & deciſ 18. num. 3. & 12. Fontanell d.
part. 7. nu. 26.* & idem ſeruatur de ſtylo in Tribunali A.C.
45 vt teſtantur *Veſtr. in praxi lib. 6. cap. 1. num. 8. verſic.
nihilominus, Tiber. Saluſt. in praxi cap. 33. num. 10. lib. 1.*
quem ſtylum non admittit Rota, niſi adſint alia admini-
cula, vt dictum eſt, & in ſpecie traditur *in d. Romana pe-
cuniaria coram R. P. D. meo Dunozetto Iuniori*.

Limitatur quintò, non procedere in inſtrumentis, & ſcri-
46 pturis publicis *Gregor. XV. deciſ. 38. num. 5. Rot. deciſ.
277 lib. 2. part. 3. diuerſ. & deciſ. 582. num. 8. part 1. re-
cent. & in d. Tiburtina Caſtrorum 4. Iulij 1608. coram
Cardinali Marquemontio, & in Marſicen beneficiorum
27. Martij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rom. legati, ſiue fructuum.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Exequutor teſtamenti ad piam cauſam poteſt agere pro executione voluntatis teſtatoris, etiam contra hæredem. Debitor ſuſcipiendo terminum fatetur debitum, ita vt nulla poſſit per ipſum opponi exceptio. Quando legatum cum præſtatione intereſſe, donec ſoluatur, ſit vſurarium, & hæres poſſit conueniri, pendente tempore inuentarij, pro concernentibus exonerationem cōſcientiæ teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor teſtamenti ad piam cauſam poteſt agere pro executione voluntatis teſtatoris, etia contra haredes. num. 2.*
3 *Contra confeſſum partes Iudicis non ſunt, niſi in exequēdo.*
4 *Commiſſione auocatoria non præſentata, non impeditur iuriſdictionis exercitium.*
5 *Proteſtatio facta ante ſuſceptionem termini iudicialis nihil operatur.*
6 *Debitor ſuſcipiendo terminum, debitum agnouiſſe dicitur, & cuilibet exceptioni renunciaſſe, etiam compenſationis prius competenti.*
7 *Religioſus, cui teſtator exequutionem teſtamenti commiſit, præſumitur cognitus probatæ fidei apud ipſum.*
8 *Legatum certæ quantitatis cum præſtatione certi intereſſe, donec ſoluatur ſors, eſt vſurarium. & num. 13.*
9 *Fallit, quando legatarius non poteſt petere præciſè legatum.*
10 *Vſuræ exceptio non admittitur contra promiſſionem de ſoluendo iuratam.*
11 *Hæres poteſt conueniri, etiam pendente tempore inuentarij, pro his, quæ concernunt exonerationē cōſcientiæ teſtatoris.*
12 *Clauſula*, ſinè retardatione ſolutionis *ſuſpendit iuriſdictionem, donec fuerit facta ſolutio.*

DECISIO CXLIV.

DIXERVNT Domini, pecunias depoſitatas penès Montem Pietatis, pro quibus ſoluendis fuerat per hæredes Curtij Vanni ſuſceptus terminus ab A. C. iuxta eius facultates, conſignandas eſſe Fratri Magiſtro Ioan. Baptiſtæ Gorio. Nam dicti hæredes iuxta ſibi ordinata in teſtamento, non ſoluerunt illi ſcuta 4000. infra annum à die obitus patris deponenda ſuper dicto Monte pro diſtribuendis iuxta expreſſam teſtatoris voluntatem, dicto Fratri Ioan. Baptiſtæ in ſecreto pro eius conſcientiæ exoneratione commiſſam, imò poſt annum pluries citati coram A. C. ad ſoluen. dicta ſcuta 4000. vel fructus, contradixerunt, opponendo legatum excedere vires hæreditarias, & eundem Fratrem Ioann. Baptiſtam debere nominare eos, quibus eſt præſtan. eoſque debere probare creditum cum teſtatore, *vt in ſummario hæredum num. 2.* & ideo tenentur ad fructus, ſeu intereſſe, iuxta expreſſam teſtatoris voluntatem, donec ſoluerint dicta ſcuta 4000. pro quorum fructuum conſequutione dictus Frater Ioan.
1 Baptiſta exequutor teſtamentarius ad piam cauſam po-
tuit agere *l. nulli verſ. & ſi quæ*, & ibi *Gloſ. in verb. li-
centiam, vbi Bartol. Bald. in 3. notab. & ceteri* C. *de epiſcop.
& cleric. Gloſ. 1. in l. ſi quis Titio 17. & ibi Bartol. num.
3. de legat. 2. Butr. in cap. Ioannes 19. num. 20. verſ. O-
ſtienſis hic, de teſtam.* & cum hac opinione tranſire com-
muniter *Doctor. teſtatur Abb. ibi, num. 4. verſ. ſed contra
Capr. tractat. de exequut. vltim. volunt. membr. 6. num.*
25. & 26. Et ceſſat difficultas, quia verba diſpoſitio-
nis videntur expreſsè collata in Fratrem Ioann. Bapti-
ſtam tàm reſpectu veræ ſortis, ibi, *Voglio, ordino, &
commando, che gl'infraſcrit i miei heredi diano ſcudi 4000.
di moneta al Padre Maeſtro Giouan. Battiſta Gorio, &c.*
quàm reſpectu fructuum, ibi, *ſiano obligati pagare li frut-
ti, &c.* quo caſu poteſt agere, *d. l. ſi quis Titio, & ibi
not. ff. de legat. 2. Cuman. conſ. 107.* teſtator legauit,
circa princ. verſ. nec poteſt dici, & poteſt agere contra
2 hæredes *Abb. dicto cap. Ioannes num. 5. verſ. in eo Capr.
de exequut. vltim volunt. membr. 6. num. 5.* Vndè cum
egerit, & obtinuerit ab A. C. mandatum executiuum,
& pignora capi, & conſignari Curſori pro illis ſubha-
ſtan. dictique hæredes ſuſceperint terminum ad ſoluen-
dum conſentiendo ſubhaſtationi, & deliber[illegible]oni pi-
gnorum, etiam cum iuramento, & obligatione Came-
rali: eſt locus conſignationi, cum vrgeat, nedum iura-
mentum, & obligatio Cameralis, ſed confeſſio debiti
3 ad fauorem dicti Fratris Ioan. Baptiſtæ, & in confeſſum
nullæ ſint partes iudicis, niſi in exequendo: meritò eſt
locus conſignationi, *l. 1. ff. de confeſſ.* Non obſtat præ-
tenſa nullitas ex defectu iuriſdictionis A. C. ſtante auo-
catione cauſæ facta per Sanctiſſimum. Nam Frater Ioan.
Baptiſta non fuit vſus coram me dicta commiſſione,
niſi ſub die 20. Octobris præteriti: & tamen ſuſceptus
fuerat terminus die 15. eiuſdem menſis. Nec conſtat,
quicquam ex parte dictorum de Vannis fuiſſe oppoſi-
tum de dicta commiſſione, & auocatione cauſæ coram
4 A. C. à quo, dicto reſcripto non præſentato, non fuit ab-
lata iuriſdictio. *Bald. in l. 1. C. vt lit. pendent. & in l. ea,
quæ poſt princip. & num. 3. C. de temp. in integr. reſtit.
pet.* ſaltem in exercitio *Bellam. deciſ. 110. verſ. tertium
dubium, Felin. in cap. ceterum num. 11. de reſcript. Lancel.
in ſecunda part. cap. 10. de attent. pendente temp. ad appel-
lan. num. 33. & 34.* Non obſtat proteſtatio facta ante
ſuſceptionem termini, quia nihil operatur, vt expreſsè
diſponitur in reformatione Sanctiſſimi, *ſub rubric. A. C.
in 9. & ſi parti petenti, verſ. hoc tamen, fol. 10. à tergo.*
Nec ſimiliter, quòd Frater Ioan. Baptiſta ex forma teſtamenti debeat reportare quietantiam ad fauorem hæredum ab illis, quibus pecunias conſignabit: ex quo inferebatur, teneri etiam ſpecificare perſonas, quibus conſignatio eſt facienda. Nam vltra quòd teſtator nihil diſpoſuit de quietantia reſpectu fructuum, ſed ſolùm

re-

reſpectu ſortis principalis, & omiſſo etiam, an illatio
prædicta ſequatur: dixerunt Domini, non eſſe præſen-
tis inſpectionis, nec poſſe retardare ſolutionem; quia
cum dicti hæredes, non obſtante, quòd de hoc priùs
oppoſuerant coram A. C. terminum deinde ad ſoluen.
cum iuramento, & obligatione Camerali ad fauorem
dicti Fratris Ioann. Baptiſtæ ſuſceperint: videntur de-
bitum agnouiſſe, & dictæ exceptioni renunciaſſe, *l. ſed
& ſi quis 4. §. final. ff. ſi quis caut. l. ad ſolutionem, et
ibi Bald. et Salycet. in 1. notab. C. de re iudic.* ſicuti etiam
videri renunciatum exceptioni compenſationis priùs
competenti per termini ſuſceptionem, fuit deciſum *in
Romana pecuniaria Veneris 15. Nouembris 1613. coram
Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno.* Nec modò agen-
dum eſt, an teſtator voluerit ſolui relictum incapaci,
cum id non præſumatur, *Cuman. dicto conſ. 107. in
princ. verſ. nec præſumitur,* maximè in Religioſo, cuius fi-
dem, & charitatem perſpectam teſtator habuiſſe præ-
ſumitur, *Aſin. in l. 1. num. 156. ff. de religioſ. et ſumpt.
funerum.* Demum non obſtat, quòd legatum annuæ
8 præſtationis ad rationem ſex pro centenario, donec
B ſoluantur ſcuta 4000. videatur vſurariũ, B iuxta *not. per
Put. deciſ.* 101. *part. 1. in nouiſſimis,* & alios allegatos;
quia cum teſtator cõceſſerit dilationem hæredibus, poſt
primum annum gratis datum, alterius bienni j ad ſoluen-
9 dum cum reſponſione dicti intereſſe, & ſic non poſſet
Frater Ioan. Baptiſta exequutor petere præciſè lega-
tum, ceſſat vſura, iuxta diſtinctionem *Socc. in l. 2 num.
7. et 8. ff. de his, quæ pœnæ nom.* ſecundùm quam dicit
in Romana Curia obtinuiſſe, *Cagnol. in l. curabit, num.
14. verſ. ſecundus caſus, C. de actio. empt.* cum alijs *per
Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 29. num. 6. et ſequent. et
conſil. 23. num. 8. Gratian. diſcept. 34. num. 35. et ſequent.*
quam probauit etiam Rota *coram bon. mem. Orano in
vna Fom. Saluiani interdicti 29. Nouembris 1591. et in
Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1611. coram
R. P. D. meo Pirouano.* Vltra quòd promiſſio iurata
10 de ſoluendo tollit hanc exceptionem, *cap. debitores, &
ibi Cardin. Felin. num. 2. & num. 4. de iureiuran.* & fuit
dictum *coram R. P. D. meo Vbaldo in Romana exequutio-
nis laudi 2. Decembris* 1613. In quam ſententiam pro-
cliuiores fuerunt Domini, ne retardetur exequutio,
piæ voluntatis teſtatoris, qui ita diſpoſuit pro eius con-
ſcientiæ exoneratione, quæ proinde celeritatem requi-
rit, ne anima defuncti detrimentum patiatur; ideo pro-
pter hanc rationem celeritatis, & quando res moram
11 non patitur, hæres conuenitur etiam pendente tempo-
re inuentarij, *Caſtr. in l. fin. §. donec in princip. & ibi
Alexan. num. 1. Iacob. num. 1. verſ. limitabitis tamen C.
de iur. delib quos ſequitur Iaſ. in dicta l. fin. §. licentia
num. 5. C. eod.* Quibus etiam conſona fuit mens San-
ctiſſimi Domini Noſtri, qui reſcripſit cum clauſula, *Sinè
12 retardatione ſolutionis fructuum iuxta formam teſtamenti,*
quæ ſuſpendit iuriſdictionem, donec fructus ſint ſoluti.
Rota deciſ. 349. num. 1. part. 2.
Et ita fuit deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Religioſus poteſt eſſe executor teſtamenti, obtenta tamen
Superioris licentia, vt per *cap. 2. de teſtam. lib. 6.* multis
comprobat *Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2 lib 6. cap 21.
à princ.* vbi multipliciter declarat, & *num.* 24. diſſerit an
Fratres Minores de Obſeruantia poſſint, obtenta Supe-
riorum licentia, executores eſſe vltimarum voluntatum.
B Legatum certæ quantitatis cum onere, quòd donec illa
13 quantitas ſoluatur, certum quid pro fructibus præſtari de-
beat, eſt vſurarium, & ideo non valet, ſiuè ſimus in con-
tractibus, ſiuè in vltimis voluntatibus, *Roland. conſil. 55
num. 21. & plurib ſequen. lib. 2 Surd. conſil. 23. num. 3.
& de aliment. tit. 1 quæſt 45. num. 31. & ſeq. Cephal con-
ſil. 133. num. 132 lib 1. cum alijs per Franciſc Molin. lib. 3.
cap. 39 a num. 51. vſque ad 54.* Rota poſt *Pacific. de Sal-
uian. interd. deciſ. 97. num. 1.* quod ſi aliquid ſolutum fuerit,
debet computari in extinctionem ſortis principalis *Surd.
d. conſil. 23. num. 1. Menoch conſil. 441. num. 18. & num.
26. latè proſequitur,* Couarruu *variar. reſolut lib. 3. cap. 1.
num 9.* refert, & ſequitur *Rota coram* Cardinali Caualer.
deciſ. 591. num. 1. Hoc tamen fallit, quando non eſt in fa-
cultate legatarij exigere ſortem principalem legati, quia
teſtator id prohibuit, vt firmatur in hac deciſione, &
præter allegatos in ea tradunt, *Franciſc. Molin. d. cap.
39. num. 55. cum ſequen,* Gratian. *diſcept forenſ. cap. 848.
num 9. Rot. coram Cardinali Caualerio d. deciſ. 591. num.
2.* in qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. bonorum.

Veneris 18. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis contra ter-
tiũ non probatur ex clauſula *Conſtituti*, enun-
tiata in inſtrumento inter alios celebrato, ne-
que ex ſimplici locatione, abſquè affictuum
ſolutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non conceditur, non docto de poſſeſſione de tem-
pore litis mota.*
2 *Conſtitutum transfert ciuilem, & naturalem poſſeſſionem.*
3 *Enunciatiua inſtrumenti inter alios celebrati non probat.*
4 *Enunciatiua non probat, quando principaliter dubitatur
de enunciato.*
5 *Locatio ſimplex non probat poſſeſsionem quoad tertium,
maximè vbi non conſtat de affictuum ſolutionibus.*
6 *Poſſeſſor ſinè citatione amoueri non debet.*
7 *Retentio datur vxori pro dote ex pacto conſtituti, & pre-
carij, iuxta ſtatutum Bononien.*
8 *Conſtitutum conditionale an, & quando auferat poſſeſsio-
nem ab eo, cui tradita, & acquiſita fuerat antè imple-
tam conditionem.*

DECISIO CXLV.

DOMINI dixerunt, non eſſe dandum
mandatũ de manutenendo Laurentio,
quia ipſe non docuit de poſſeſſione bo-
1 norũ, de quibus agitur, de tẽpore mo-
tæ litis, ſinè qua manutẽtio nõ conce-
ditur vulgato *§. retinen. Inſtit. de inter-
dict.* ipſe enim ad eam probandã nititur
ſuper emptione dd. bonorum per eum facta ab olim Ale-
xandro marito Alexandræ eius aduerſariæ del 1561
2 cum pacto *Conſtituti* transferente ciuilem, & natura-
A lem poſſeſſionem A. Quod non ſubſiſtit in facto; quia
non conſtat de huiuſmodi emptione per eum facta, cum
ſolùm enuntietur in inſtrumẽto locationis, de quo infra:
3 quæ enũtiatiua nõ probat contra Alexandram, & ſic di-
uerſas perſonas *Bellapert. in l. optimã circa prin. verſ. dicit
lex iſta C. de contr. & committ. ſtip. Butr. in cap. illud in 4. not.*

de præſumpt. Dec. conſ. 13. *num.* 7. *in fin.* Præſertim quia
4 de enunciato principaliter dubitatur *Anchar. & Io. de Anan.* & *Felin. in d. cap. illud omnes num.* 3. *& ibid. Imol. num.* 2. & conſtitutum, ſuper quo ſit fundamentum, enunciatũ non fuit. Secundò principaliter nititur ſuper locatione dd. bonorum per eum facta dicto q. Alexandro de dicto anno 1591. cum pacto redimendi. Ad quod di-
5 ctum fuit, per ſimplicem locationem non probari poſſeſſionem quoad tertium, quicquid ſit inter contrahentes *Gloſſ. & DD. in l. qui vniuerſas, §. per Colonum, & in l. quauis §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Felin. in cap. inter dilectos, in fin. de fid. inſtrum. Rota deciſ.* 1. *eodem tit. in antiq. cum pluribus per Tiraq. de conſt. limitat.* 1. *num.* 21. Maximè, quia non conſtat de ſolutionibus affictuum, vt ex allegatis. Tertiò nititur mandato de aſſociando obtento ab Auditore Generali Bonon. 2. Aprilis 1611. & executo 22. eiuſdem menſis, in poſſeſſione dd. bonorum, prætextu finitæ locationis ob lapſum tẽporis, & affictus non ſolutos, quæ deinde fuit confirmata per ſententiam, dato curatore hæreditati dicti Alexandri iacenti; ſed reſponſum fuit, Alexandram die 24. Nouembris 1610. mortuo eius viro, authore prætore, aſſociatam fuiſſe ad poſſeſſionem dd. bonorum pro reſtitutione lib. 6000. & vltra pro parte dotis per eam ſolutæ 4. Iunij 1583. cum promiſſione reſtitutionis in omnem caſum dotis reſtituendæ, iuxta formam proniſionũ Bonon. vt in *ſummario* num. 4. & ideo cum ex hoc eſſet in poſſeſſione dictorum bonorum, non potuit Laurentius, ea non cita-
6 ta, illam capere ad *l. cum fundum, de vi, & vi armat. cap. in literis, de reſtit. ſpoliat. Menoch. de adipiſc. remed.* 6. *num.* 21 *&* 22. Et præſertim ex capite finitæ locationis, & recognitionum illius factarum d. q. Alexandro, & omiſſæ ſolutionis affictuum: quia iſta debebant liquidari cum ipſa Alexandra tunc detinente dicta bona,
7 & quæ eſt anterior pro dote dicto Laurentio; & cui ex pacto conſtituti, & precarij datur retentio iuxta extenſionem eiuſdem pacti, de qua in Statuto Bonon. ſuper dictis pactis vol. criminal. Non obſtat, quòd Alexandra habeat pactum Conſtituti, & precarij in euen-
8 tum dotis reſtituen. & ſic conditionale, qui caſus cum euenerit per mortem viri, non potuit auferre poſſeſſionem à Laurentio, in quem fuerat purè tranſlata, *Dec. in l. contractus num.* 23. *ff. de regul. iur. cum pluribus per Tiraquell. de conſtit. par.* 2. *ampliat.* 17. *num.* 4. *cum alleg.* Quia prædicta non procedunt, quando res fuit fictè tranſlata, vel per aliud conſtitutum, vel conductionem ab alio receptam, vt limitat idem *Tiraquel. vbi ſupra num.* 8. qui eſt caſus noſter: cum Laurentius prætendat acquiſiuiſſe poſſeſſionem purè, vel ex pacto conſtituti, de quo tamen non conſtat, vt ſupra dictum eſt, vel ex ſimplici locatione, cuius effectuatio non probatur. Et tanto minus poteſt ei dari manutentio, quia vltra dictũ pactum conſtituti ad fauorem Alexandræ in inſtrumento dotali del 1593. conſtat, quòd anno 1608. 9. Ianuarij ipſa, & maritus conſtituerunt procuratorem ad acceptan. renunciam locationis ab Antonio Scarabello eorum affictuario bonorum, de quibus agitur, & ſolidaodum cũ eo computa, & aſſignanda bona pro ſumma ſolidanda, & ad locandum dicta bona: prout in vim dicti mandati procuræ fuerunt locata Iulio Cardello in Ciuitate Bononiæ: quæ locatio fuit per dd. coniuges ratificata in Vrbe 29. Nouembris 1608. vt in *ſummario Alexandra ſub num.* 3. & ita ipſa, etiam viuente marito, locando, & dislocando, videtur habuiſſe animum poſſidendi dicta bona, vti ſibi pro dote hypothecata vigore d. inſtrumenti dotalis 4. Iulij 1583.

Et ideo ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Idem firmatum fuit infra *deciſ* 182. *num.* 4. *&* 5. *&* in *Romana de Incoronatis* 20. *Februarij* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo*, & hac deciſione, & d. 182. allegatis in *Romana hæreditatis de Cincijs* 19. *Decemb.* 1622. *coram R. P. D. meo Pirouano* in vxore repetente dotem poſt mortem viri contra tertios poſſeſſores, & in terminis donationis cum clauſula *Conſtituti*, quòd transferat vtramque poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, *Honded. conſil.* 18. *num* 61. *lib.* 2. *Oſaſc deciſ* 36. *num.* 12. *&* 133. *num.* 6. *Surd. conſil* 171. *num.* 18. *Rota in Narnien. bonorum* 1. *Decembris* 1628. *coram eod R. P. D. meo Pirouano*, quibus addo in eiſdem terminis *Menoch. conſil.* 733. *num.* 1. *Ludouic. deciſ. Peruſ* 29. *num* 6. *Bot. deciſ.* 270. *par.* 1. *recent.* Quódq. Conſtitutario competat ex clauſula *Conſtituti* remedium manutentionis *Barz. deciſ* 49. *num.* 24. & *dixit Rota d. deciſ* 270. *num.* 1. *par.* 1. *recent. & in Foroliuien. bonorum* 16. *Ianuarij* 1617. confirmata 28. Aprilis eiuſdem anni *coram bon mem Dunozetto*, quæ loquuntur in donatione, cum reſeruatione vſusfructus, durante vita donantis, prout erat caſus in dicta *Romana de Incoronatis coram bon mem. Vbaldo*, *&* *Narnien bonorum coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua fuit reiecta manutentio die 14. Ianuarij 1628. ex quo dicebatur, effectum clauſulæ prædictæ pendere à determinatione prætenſi pacti reuerſiui, ſed negocio diſcuſſo dicta die 1. Decembris pro immiſſione ad fauorem D. Dionyſij Caſtelli obtinui, reiectis omnibus, quæ in contrarium deducebantur.

De vi autem, & effectibus huius clauſulæ, quódque ex ea probetur poſſeſſio, tàm aduerſus ipſum conſtituentem, quàm habentes cauſam ab eo, & ſufficiat ad obtinẽdam manutentionem, etiam ad fauorem hæredis conſtitutarij, propter expreſſam Notarij ſtipulationem pro hæredibus quibuſcunque, præter deducta in d. *Narnien bonorum* 14. *Ianuarij* 1628. Vide latè *Aug. Barboſ. clauſ* 31. *ſecundùm impreſſ. Lugdunen.* vbi habes ampliationes, & limitationes.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Toletana iuriſdictionis.

Lunæ 11. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Exempti ab Ordinariorũ iuriſdictione nequeunt ab ipſis Ordinarijs, vel eorum miniſtris excõmunicari. Notarij, & Nuncij relationi creditur, vbi adeſt ſtylus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ad cautelam ex inueterato ſtylo Rotæ ſinè cauſæ cognitione concedi ſolet.*
2 *Exempti à iuriſdictione Ordinarij inconſulto Summo Pontifice, nulliter excommunicantur ſub prætextu, quòd præcepto eiuſdem Ordinarij non paruerint.*
3 *Abſolutio à cenſuris non remittitur ad Ordinarium, quando conſtat de grauamine ab ipſo, vel eius officiali illato.*
4 *Notarij, & Nuncij relationi ſinè teſtibus ſtatur ſi adeſt ſtylus, & loquitur de ſtylo Ciuitatis Toleti.*
5 *Nuncius refert per verba præteriti temporis.*
6 *Notario atteſtãti de ſua deputatione creditur de ſtylo Rotæ.*
7 *Ad interdictum quomodo procedatur remiſſiuè.*

DE-

Google

DECISIO CXLVI.

CVM Abbas de Eſcalona, & alij appel-
lantes à cenſuris, & interdictis per Con-
miſſarium Illuſtriſſimi Domini Cardi-
nalis Archiepiſcopi latis, prætenderent
ſe non eſſe remittendos ad dictum Illu-
1 ſtriſs. eorum Ordinarium pro abſolu-
tione ad cautelam, ex inueterato ſtylo, ſinè cauſæ co-
gnitione per Rotam concedi ſolita: propoſito dubio,
viſum fuit DD. conſtare de notorio grauamine per d.
Commiſſarium illato. Fuit enim à Sanctiſſimo Domi-
no noſtro conceſſa exemptio Collegiatæ dicti loci de
Eſcalona in limine illius erectionis à iuriſdictione Ordi-
narij, cũ immediata ſubiectione Nuncio Hiſpaniarum, &
Sanctæ Sedi Apoſtolicæ; ita quòd Ordinarius non poſ-
ſet excommunicare, ſuſpendere, & interdicere, nec de
defectu eius vocationis, & conſenſus opponere: cum
decreto irritanti, & alijs clauſulis ampliſſimis, de qui-
bus in literis Apoſtolicis eidem Commiſſario exhibitis,
qui reſpondit, ſe ſcire de verbo ad verbum omnia in eis
contenta, & quòd propterea nõ indigebat earum lectu-
ra, vel intimatione, vt in ſummario Abbatis nunc dato
2 *nu.* 3. Et ideo inconſulto Summo Pontifice, & nõ infor-
mato de dicta exemptione Illuſtriſſimo D. Archiepiſco-
po (qui aliàs præſumendum eſt, quòd pro ſumma eius
prudentia, & erga Sanctam Sedem Apoſtolicam & San-
ctiſſimum Dominum Noſtrum obſeruantia, dicto Com-
miſſario mandaſſet, vt à dictis cenſuris, & interdictis ſe
abſtineret, prout ſtantibus præmiſſis abſtinere debebat)
Non potuit idem Commiſſarius ad illa procedere con-
tra Præbendatos eiuſdem Eccleſiæ, & alios, prætextu
quòd eius præcepto non paruerint, prout proceſſit, &
A ſic nulliter A, *cap. ad quorumdam vbi Soccin. num.* 1. *de
exceſſ. Prælat.* Quæ propterea ſuſtineri non poſſunt *In-
noc. in cap. ex parte il* 1. *col.* 2. *num.* 3. *verſ. licèt, de verb.
ſignificat. & ibi Ioan. Andr. col.* 2. *num.* 5. *verſ. quid ſi
monitus. Oſtien. in ſimili verſ. num.* 5. *Butr. num.* 11.
verſ. ſecundo caſu Card. num. 6. *verſ. quòd ſi monitus*, &
conſequenter ceſſat manifeſta offenſa, & dubietas, nec
3 debet fieri remiſſio pro abſolutione ad Ordinarium, cu-
ius Commiſſarius excommunicauit, *cap. Venerabilis.
§. ſane. verſ ſi verò. vbi Gloſ. & Doct. de ſenten. excomm.
in* 6. Non obſtat, quòd non ſit danda fides atteſtationi
notarij ſinè teſtibus, qui exhibuit dictas literas: quia imò
4 illi ſtatur de ſtylo illarum partium: ſi enim ſtatur rela-
tioni Nuncij abſque teſtibus, quando adeſt ſtylus, vt il-
li credatur, *vt fuit dictum in alia Toletana decimarum*
13. *Iunij del* 1590. *coram bon. mem. Fenia, in Vlixbo-
nen. iuris deputandi Collectores* 14. *Martij* 1603. *coram
Reuerendiſſimo Attrebaten. & in Placentina, & Toletana
Canonicatus, & Beneficiorum* 26. *Iunij* 1609. *coram Re-
uerendiſſimo D. Bononien.* Multo magis Notarij, vt *in di-
B cta Vlixbonen.* B, Et ſic ceſſat etiam obiectum, quòd
dicta atteſtatio ſit facta per verba enunciatiua præteriti
temporis: quia eſt facta à notario tanquam Nuncio, qui
5 ſemper refert per verba præteriti temporis, *ad not. in
cap. cum parati, de appellat.* & iuxta formam traditam à
Speculat. in tit. de citat. §. ſequitur videre. num. 11. Vltra
quòd eſt etiam ſubſcripta per eundem notarium, & re-
cognita per teſtes, citata parte, & cum eius interrogato-
rijs iuxta ſtylum Curiæ, vt in actis. Et prædicta fortiùs
locum habent, quia ipſe erat Notarius cauſæ pendentis
6 coram Abbate, & eius aſſertioni de ſua deputatione ſta-
tur ex ſtylo Rotæ. *Caputaq. deciſ.* 245. *num.* 1. *par.* 2. &
fuit dictum *in Firmana iuriſdictionis* 26. *Iunij* 1610. *co-
C ram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Lancellotto.* C, Ex
quibus etiam dictum fuit, non potuiſſe procedi ad inter-
7 dictum, non ſeruatis præſertim traditis per *Couar. in
cap. alma mater. part.* 1. *§.* 1. *num.* 4. *verſ. ſed ob vnius,
de ſenten. excomm. in* 6.
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Ordinarij an poſſint contra exemptos per cenſuras proce-
dere in ijs caſibus, in quibus de iure, vel ex diſpoſitione
ſacri Concilij Tridentini, eorũ iuriſdictioni ſubduntur, *vide
Sanch. de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 33. *num.* 22. *& ſeq.*
B *Rota coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano
deciſ.* 404. *num.* 5. *& deciſ.* 475. *num.* 7. *& coram eodem in
Bracharen. Archidiaconatus* 10. *Martij* 1625.
C *Rot. in Aſsiſien. bonorum* 2. *Iunij* 1627. *coram R. P. D.
meo Virili*, cum alijs infra *coram Domino meo deciſ.* 887.
num. 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Amerina bonorum.

Sabati 23. Ianuarij 1616. in Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Filiatio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſsi exiſtentia qualiter probetur ex teſtamento.*
2 *Deſcendentia probanda eſt per gradus diſtinctos.*
3 *Filiatio probatur ex declaratione hæredum, & ex depoſi-
tione teſtium.*
4 *Filiatio probatur ſaltem præſumptiuè ex teſtamento, in
quo quis inſtitutus fuit hæres vtì filius.*
5 *Filiatio antiquata ſupra* 60. *annos probatur communi re-
putatione, vel publica voce, & fama.*
6 *Filiatio an probetur ex enunciatiua teſtatoris, aliquem vtì
filium hæredem inſtituentis. & num.* 7.
8 *Enunciatiua inſtrumenti inducit probationem inter par-
tes enunciantes.*
9 *Agnationis probatio ſatis eſt, vt ſit locus ſucceſsioni fidei-
commiſſo, ſi non compareant proximiores.*
10 *Confeſſio propria ſuperat quaſcunque probationes.*

DECISIO CXLVII.

CONCLVSVM fuit pro exiſtentia, & purificatione fideicommiſſorum, de quibus agitur, ad fauorem D. Prioris Io. Coſmi. De exiſtentia primò reſpectu fideicommiſſi Epiſcopi Angeli, quia in eius teſtamento condito del 1469. in *ſummario num.* 1. poſt inſtitutos Baptiſtam, & alios duos germanos fratres, vocauit eorum filios, & ſucceſſores maſculos eorum ad inuicem ſubſtituen. ſi ſinè filijs maſculis morerentur, volens, quòd maſculi ſemper ſuccedant in ſtabilibus, quæ non poſſint alienari, vel obligari extra familiam de Geraldinis; ex quibus clarè colligitur abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum deſcendentium maſculorum. Quod clarius patet reſpectu fideicommiſſi Baptiſtæ, cum in eius teſtamento del 1488. in *ſummario num.* 2. poſt inſtitutos Pompilium, & Anibalem eius filios, caſu, quo ipſi, ipſorum filij, vel nepotes, & pronepotes vſque in infinitum decederent ſinè filijs maſculis, eis, & cuilibet ipſorum ſubſtituerit ſuperſtites ip-

ſius teſtatoris conſanguineos proximiores, adeò quòd
ſi aliquis maſculus ex ſua linea maſculina remaneret, ſuc-
cederet alijs defunctis, ſi aliquis autem maſculus non
extaret, proximiores conſanguinei ſuccederent, fœmi-
nis penitus, & in infinitum excluſis à ſucceſſione, quas
dotari voluit, &c. vt latiùs in teſtamento; quæ ſubſtitu-
tio (vt patet) eſt admodum clara, non ſolùm ad fauo-
rem deſcendentium, qualis eſt D. Prior, vt infra, ſed
etiam tranſuerſalium proximiorum. Et hæc duo fidei-
commiſſa non controuertuntur pro parte Strumeriæ.
Clariſsimè autem probatur exiſtentia fideicommiſsi Ioan-
1 nis; in eius enim teſtamento del 1589. *in ſummario num.*
3. inſtitutis Priore, Io. Coſmo, & Numa Popilio filijs Ce-
ſei, & Sfortia filio Belliſarij pro æquis portionibus, illos
ad inuicem in caſu mortis ſinè filijs nominatim, & ex-
preſsè ſubſtituit; quod pariter fideicommiſſum admit-
titur pro parte Strumeriæ, licèt prætendat fuiſſe reuo-
catum quoad bona Ceſei per codicillos ab eo poſtmodũ
factos, de quo Domini reſeruarunt videre. De purifi-
2 catione autem euidenter apparet; deſcendentia enim
D. Prioris à ſupradictis fideicommittentibus optimè
probata fuit per gradus diſtinctos *iuxta cap licet ex qua-
dam* 47. *de teſtib.* & *Rot. deciſ.* 185. *num.* 4. *par.* 1. Nam
primò reſpectu Epiſcopi Angeli probauit ſe deſcenden-
tem Baptiſtæ fratris eiuſdem Epiſcopi, & ab eo inſtitu-
ti, & ſic de vocatis per obitum ſinè filijs Sfortiæ alte-
rius deſcendentis eiuſdem Baptiſtæ. Conſtat enim eum
eſſe filium Ceſei ex declaratione Strumeriæ *in ſummario
num.* 4. & depoſitione tertij teſtis *in ſummario num.* 7.
per eandem inducti, & confeſsione Nannis in eius te-
3 ſtamento *num.* 3. quam Strumeria vti eius hæres me-
diante Sfortia illius hærede, impugnare non poteſt
ex *vulgar.* Ceſeum autem fuiſſe filium Baptiſtæ Iunioris,
conſtat ex dictis declaratione, ac teſte Strumeriæ, nec-
non ex teſtamento Baptiſtæ del 1553. *in ſummario num.*
5. in quo illum vti filium hæredem inſtituit, quod ſaltim
4 præſumptionem filiationis inducit, *vt not. DD. in l. ne-*
A *que profeſſum*, C. *de teſtam.* A Baptiſtam verò eſſe filium
Pompilij, deponit idem teſtis per Strumeriam inductus,
& alij duo *in ſummario d. num.* 7. quorum primus, qui
5 cognouit Pompilium, deponit de communi reputatione,
ſecundus verò de publica voce, & fama: quod ſufficit
ad probationem filiationis in antiquis ſupra 60. annos,
vt tenuit *Rota coram Put. deciſ.* 506. *per tot. lib.* 2. *in no-
uiſſ.* & etiam in teſtamento Pompilij del 1542. *in ſum-*
6 *mario num.* 6. in quo Baptiſtam hæredem inſtituit vti
filium, vt ex enunciatiua ipſius Baptiſtæ in dicto eius te-
7 ſtamento del 1553. Et demum Pompilium fuiſſe filium
Baptiſtæ Senioris, vltra dictum teſtem per Strumeriam
inductum, apparet ex ſupradicto teſtamento eiuſdem
Baptiſtæ del 1488. in quo pariter vti filium hæredem
inſtituit, quod tanquam ſupra centum annos facit, ne-
dum filiationis præſumptionem, ſed probationem, vt
dè ſola nominatione *Menoch. de arbitr. caſu* 89. *num.* 84.
centur. 1. *lib.* 2. & *præſumpt.* 53. *num.* 42. *lib.* 6 & quia
ipſe del 1496. diuiſit bona hæreditaria Baptiſtæ cum
Anibale eius fratre ex eodem Baptiſta, *vt in ſummario
num.* 8. Secundò reſpectu eiuſdem Baptiſtæ ſatis doce-
8 tur de purificatione, non ſolùm ex prædictis, ſed etiam
ex enunciatiua in inſtrumento compromiſsi inter D.
Priorem, & Strumeriam *in ſummario num.* 9. quòd
Prior ſit frater conſobrinus Sfortiæ defuncti, quæ pro-
bat inter ipſas partes enunciantes *Bart. communiter re-
ceptus in auth. ſi quis in aliquo, num.* 11. C. *de eden.* ſatis
9 eſt enim, D. Priorem ſe probare agnatum, cum Baptiſta
fecerit fideicommiſſum, etiam ad fauorem maſculorum
tranſuerſalium, nec aliquis ſe prætendat deſcendentem,
vel proximiorem, *Cuman. conſil.* 43. *Tiraq. de retrac. li-
gnag. ſ.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 6. *cum ſeqq. cum plurib. per Mo-
lin. de primog. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 21. *Peregr. de fideicomm.
artic.* 43. *ſub num.* 60. *verſ. ſufficit autem*, Card. Seraphin.
B *deciſ.* 1219. *num.* 1. B Tertiò, demum reſpectu Nan-
nis clarè iuſtificatur purificatio illius fideicommiſsi;
probatur enim obitus ſinè filijs Sfortiæ fratris patrue-
lis D. Prioris ex geminata confeſsione Strumeriæ *in
10 ſummario num.* 9. & 10. in qua dicit, ſe eſſe illius hære-
dem ab inteſtato, & vti talis obtinuit immiſsionem in
poſſeſsionem illius hæreditatis, qua non datur maior
probatio ex vulg. & probatur etiam ex pluribus teſtibus
in ſummario num. 11. De obitu autem ſinè filijs Pompilij
alterius fratris Prioris ex ſupradicto teſte per Strume-
riam inducto *in ſummario num.* 7. *in fine.* Et ideo fuit
ita deciſum.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ.* 347. *num.* 2. *part.* 1. *recent. Gregor. XV. deciſ.*
349 *num.* 5. & *ibi Adden. num.* 8. cum alijs infra *coram
Domino meo deciſ* 260. *num.* 7. & *latè deciſ.* 964. *per tot.*
B *Concordat d. deciſ.* 260. *num.* 10.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten, Conſeruæ;

Mercurij 21. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Notarij verba enunciatiua, *teſtis iuratus*, an,
& quando probent, iuramentum teſti dela-
tum fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non præſumitur teſtibus delatum.*
2 *Iuramentum non probatur per verba*, teſtis iuratus, à
Notario enunciata.
3 *Iuramentum præſumitur in teſte, quando fuit examina-
tus à Iudice, & tempore debito.*
4 *Iuramentum probatur per verba*, teſtis iuratus, *quan-
do examen eſt factum, parte citata ad videndum
iurare.*
5 *Teſtes præſumuntur iurati, quando pars dedit interroga-
toria abſque oppoſitione defectus iuramenti.*
6 *Stylus fori in ordinatorijs attenditur: vbi de ſtylo Meli-
tæ, & Hiſpaniarum circa receptionem iuramentorum
teſtium.*
7 *Iuramentum probatur per verba*, teſtis iuratus, *vbi adeſt
ſtylus, quòd teſtes iurent in manibus Notarij.*
8 *Stylus in ordinatorijs probatur per atteſtationes iuratas
Notariorum.*
9 *Stylus in ordinatorijs probatur etiam per teſtes inter alios.*
10 *Iuramentum non requirit tactum ſcripturarum pro ſui
eſſentia, ſed ſufficit quòd teſtes verbis iurent.*
11 *Forma, & ſolemnitas tactus ſcripturarum eſt de iure
poſitiuo.*
12 *Iuramentum probatur per verba Notarij*, teſtis iurauit
in forma, &c.

DECISIO CXLVIII.

1 LICET iuramentum non præſumatur teſti-
bus delatum tanquam ſolemnitas extrinſeca
Butr. in cap. tuis num. 5. *in fin. verſic. ſi au-
tem apparet*, nec probetur per verba, *iura-
tus*,

Digitized by Google

2 *tus*, vti enunciatiua Notarij de præterito *Ioan. Andr. in Apoſtil. mag. ad Specul. tit. de teſtib. §. ſequitur, verſic. ſi verò, Caputaquen. deciſ.* 123. *alias* 5. *part.* 2. quam
A Rota ſequitur. A Dixerunt tamen Domini, plura concurrere, ex quibus probatur, iuramentum præſtitum fuiſſe teſtibus Prioris S. Euphemiæ in actu examinis, & quòd Notarius ſcribendo, *teſtis iuratus*, intellexit actum tunc geſtum, & ſic de tempore præſenti. Primò quia conſtat de præſentia Iudicum Commiſſariorum
3 ex verbis teſtium, qui omnes loquuntur cum eiſdem Commiſſarijs incipiendo examen, *Signori io mi trouai, &c.* & examina ſunt facta ſub certis, & diſtinctis diebus, quos non conſtat fuiſſe feriatos, & tales, quòd teſtes non potuerint recipi; ex quibus reſultat probatio iuramenti *Bald. in l. iuriſiurandi, num.* 6. *verſ. ſolue C. de teſtibus*, & ibi *Salyc. num.* 4. *Sichard. num.* 8. *verſ. dubitant autem*, & fuit dictum *in Brixien. beneficij* 3. *Martij* 1600. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno nouiſſ. Farinac. de oppoſit. contra exam. q.* 74. *num.* 78. tanto magis,
4 quia examen non poteſt dici nullum ex defectu citationis, *vt fuit reſolutum in hac cauſa* 10. *Iunij præteriti*, & ideò probatur iuramentum, prout de verbo, *iurauit*, ſinè mẽtione tactus ſcriptarum fuiſſe deciſum *corã bon. mem. Card. Blãchetto in quadam Cluſina*, refert, & ſequitur *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 13. *nu.* 6. *de teſtib.* Secundò exhibitio inter-
5 rogatoriorum facta pro Magno Magiſtro abſque oppoſitione defectus iuramenti, vt fuit conſideratum in *Veneta fœderis matrimonij* 8. *Ianuarij* 1598. *coram bon. mem. Penia, & in Ianuen. pecuniaria* 16. *Martij* 1612. *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Tertiò, omnẽ difficultatẽ viſum fuit Dominis tollere ſtylum de partibus ſcribendi
6 iuramentum teſtium per verba præteriti temporis, licèt ſit delatum de tempore actus; qui ſtylus in ordinatorijs in hac materia teſtium attenditur *l.* 3. *§. ideoque diuus ff. de teſtibus*, & ibi *Bald. in vtraque lectura, Florian. num.* 3. *Iacobin. num.* 1. & eſt regulare in omni materia *Gloſ. fin. in cap. quod clericis*, & ibi *Abb num.* 10. & 11. *de for. compet.* & de ſtylo Hiſpaniarum attendendo, quòd teſtes iurent in manibus Notarij *Verall. deciſ.* 265. *par.* 3. & in noſtris terminis *Card. Seraph. deciſ.* 857. *num.* 26. & fuit dictum *in d. Ianuen. pecuniaria*, & ſtan-
7 te dicto ſtylo ex dd. verbis, *iuratus, &c.* probari iuramentum *Alciat. rubr. de iure iur. in fin. Didac. in cap. quamuis de pact. part.* 1. *§.* 1. *num.* 2. *in fin. verſ. imò.*
Quòd autem iſte ſit ſtylus loci, ſatis liquere dixerunt ex at-
8 teſtatione iurata Notariorum actuariorum expreſsè deponentium, quòd in actu delationis iuramenti ſolent illud ſcribere per verba, præteriti temporis: & huiuſmo-
B di atteſtationes in ordinatorijs Rota attendit B, vt fuit tentum *in Mediolanen. reſtitutionis contractus coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & in Vlixbonen. iuris deputandi* 14. *Martij* 1603. *coram Reuerendiſſimo D. meo Attrebaten. & in Aretina ſpolij* 12. *Decembris* 1603. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*. Quod in ſpecie diſponitur *in d. l.* 3. *§. ideoque diuus*, vbi præſertim *Iacobin. poſt Florian. num.* 5. & regulariter in omni ſtylo reſpiciente proceſſum *Io. Fab. in §. ex non ſcripto num.* 13. & ibi *Ang. num.* 8. *verſ. vnum addo, Inſtit. de iur. nat. gent. &c.* cum pluribus, *per Rebuff. tract. de conſuetud. artic.* 2.
9 *gloſ.* 13. *num.* 52. & ad illud proban. Rota attendit etiam teſtes inter alios *Peregr. deciſ.* 51. *alias* 82. *lib.* 2. Et confirmatur; quia etiam multi ex teſtibus Magni Magiſtri fuerunt eodem modo recepti. Quibus omnibus inſimul conſideratis ſatis probatur, iuramentum teſtibus præſtitum fuiſſe, & eò magis, quia non ſolùm in partibus non fuit de hoc obiectum in tribus inſtantijs, in quibus cauſa fuit acerrimè ventilata coram Iudicibus optimè de ſtylo informatis; ſed ſolùm conſideratæ fuerunt depoſitiones teſtium, & oppoſitiones perſonales; & ſatis etiam coadiuuatur ex ſtabilimento Religionis, in quo cauetur, opus non eſſe, quòd hæc, & alia acta iudicialia in ſcriptis redigantur; quod etiam important clauſulæ, cum quibus commiſſa eſt cauſa, *alla dretta, more militari, & ſinè aliqua ſolemnitate proceſſus*. Ex quibus ceſſat obiectum ſolemnitatis iuramenti quia non enunciatur tactus ſcripturarum, *vt in deciſ. Verall.* 123. & 246. *part.* 2. & 295. *part.* 3. Cum iuramentum
10 pro ſui eſſentia non requirat tactum ſcripturarum, ſed ſolùm quòd teſtes verbis iurent *cap. & ſi Chriſtus, de iureiur.* & ibi *Doct. Abb. in rubr. num.* 2. & *in d. cap. fraternitatis num.* 13. *verſ. iuramentum tamen*, & ibi *Felyn. ante medium num.* 12. *de teſtibus. Didac. cap. quamuis, part.* 1. *§.* 1. *in princ. de iur. iur.* Nam forma, & ſolemnitas
11 eſt de iure poſitiuo *cap. hortamur* 3. *quaſt.* 9. *Didac. d. §.* 1. *num.* 2. *circa fin.* quæ ſublata eſt, per dd. clauſulas, vt dictum fuit in præcedenti reſolutione.
Et ideo ex his concluſum fuit, exceptiones defectus iuramenti non obſtare teſtibus Prioris S. Euphemiæ.

ANNOTATIO.

A Iuramentum teſti delatum fuiſſe, non probatur per verba Notarij. *Teſtis iuratus*, vt vltra citatos in hac deciſione, *Gregor. XV. deciſ.* 39. *num.* 3. & *ibi Adden. latè num.* 4. & *ſequen.* & *deciſ.* 368. *num.* 6. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 322. *num.* 3. & *deciſ.* 334. *ſub num* 2. & *deciſ* 415. *num* 3. & *in Neritonen habitus* 24. *Ian.* 1618. *coram Illuſtriſſ. D. meo Card. Veroſpio*, in qua omnes ferè huius deciſionis conclu-
12 ſiones canonizantur, ſecus eſt, ſi Notarius dixit, *Teſtis iurauit in forma*, &c. quia tunc perinde eſt, ac ſi dixiſſet, iurauit tactis ſcripturis, *Rota in Cathanien antiqua illegitimitatis* 29. *Maij* 1598. *coram Orano, & in Corduben. liquidationis fructuum* 6. *Februarij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*.
B Dixi *ſupra deciſ.* 123.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. donationis.

Veneris 29. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Donatio, ſtante iuramento, & ſtipulatione Notarij, acquiritur abſenti, & eſt irreuocabilis quoad donantem, etiam non ſecuta ratificatione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio oritur ſtatim ex ipſo contractu, licèt effectus fuerit in aliud tempus dilatus.*
2 *Iuramentum efficit donationem irreuocabilem, etiam donatario abſente.*
3 *Verbum*, promittentes, *&c. importare videtur ſtipulationem notarij pro abſente.*
4 *Donatio eſt irreuocabilis quoad donantem, ſtante ſtipulatione notarij, etiam non ſequuta ratificatione, & num.* 10.
5 *Stipulatio patris donatarij acquirit filio proprietatem, & ſibi vſumfructum.*
6 *Lex debet publicari, vt afficiat.*
7 *Diſpoſitio generalis non comprehendit contractus iuratos.*
8 *Ingratitudinis cauſæ pro reuocan. donationibus quæ debeant eſſe, remiſſiuè.*
9 *Donationis executionem non retardat iudicium motum ſu-*

Digitized by Google

per illius reuocatione, nec nullitas per modum actionis principaliter intentata.

DECISIO CXLIX.

DONATIO annui, & perpetui red-
ditus ſcut. 100. facta per Sebaſtianum
ſuper eius bonis præſentibus, & futu-
ris Paulo eius ex fratre nepoti pro ſe,
& ſuis heredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcunque, eſt inter viuos, & irreuoca
bilis, vt expreſsè cantant illius verba,
& cum promiſſione habendi illam gratam, & nunquam
contraueniendi directè, vel indirectè, & cũ obligatione
bonorum iuxta ſtylum Comitatus Venaiſini, & Ciuita-
tis Auenionen. ſecundùm quem partes voluerunt com-
pelli ad integram ſatisfactionem, perfectamque obſer-
uantiam omniũ in ea cõtentorum, cum obligatione bo-
norum, iuramento, & alijs clauſulis efficacibus: & licèt
dictus annuus redditus eſſet percipiendus poſt obitum
donatoris, & non aliter, tamen debetur ex obligatione
1 ſtatim effectum habente, *arg. l. mulier. ʃ. fin. ff. ad Tre-
bell. & eſt text. in l. vnica C. vt action. & ab haredi-
bus, & contra haredes incipiant*, & *in l. hæres meus* 78. *ff.
de cond. & demonſtr. Oldr. conſ.* 139. *in princ. Rom. conſ.*
26. *in princ. Alex. conſ.* 83. *viſa facti narratione num.* 6.
lib. 2. & *in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.* 14. *verſ. itẽ
in quantum, ff. de verb. oblig. Dec. conſ.* 655. *num.* 11. & 12.
Honded. conſ. 44. *num.* 61. *lib.* 2. etiam quòd fuerit facta
Paulo abſenti, quia nihilominus eſt effecta irreuocabilis,
2 tum ratione iuramenti, quod dirigitur in Deũ, qui vbi-
que præſens eſt, & pro abſente recipit *Alex. in l. ſtipu-
latio iſta in ʃ. alteri num.* 5. *de verb. oblig. Seraph. de iu-
ram. priuileg.* 24. *num.* 2. *Card. Seraph. deciſ.* 472. *num.*
3. tum etiam ratione ſtipulationis nedum Notarij, quã
3 importat verbum *promittentes* in d. donatione appoſi-
tum, licèt per Notarium non fuerit ſcriptum, ſibi pro-
miſiſſe pro abſente ſtipulanti *Rum. conſ.* 180. *num.* 10.
vol. 1. *Card. Seraph. d. deciſ.* 472. *num.* 1. quæ eſt effe-
cta irreuocabilis quoad donantem, etiam non ſequuta
4 ratificatione, ſecundùm magis veram, & communem, de
A qua *Cabal. conſ. deciſiuo.* 68. *in fin.* A, ſed etiam expli-
citæ ſtipulationis, & acceptationis patris D. Pauli do-
natarij præſentis, cuius vigore proprietas fuit acquiſita
5 filio, vſusfructus autem ipſi patri *l. dicitur la ſeconda, &
ibi Bart. num.* 4. *ff. de verb. oblig. ʃ. ſi verò, Inſtit. de inutil.
ſtipul. idẽ Bar. in l. ſi tibi ʃ. ſi pactus n.* 4. *ff. de pact. Mandel.
cõſ.* 36. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 489. *nu.* 18. *lib.* 5. *Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 17. Non obſtat,
quòd dicta donatio non fuerit inſinuata, nec regiſtrata
infra tres menſes coram Iudice ordinario Carpentora-
ten. iuxta quandam conſtitutionem (vt dicitur) editam
de anno 1577. 24. Maij, & confirmatam per bon. mem.
Card. Armoniacum tunc Legatum Auenionen. vt ex
atteſtatione Notarij Cuſtodis librorum, & regiſtrorum
dictarum inſinuationum. Nam vltra quòd non videtur
conſtare ſufficienter de dicta conſtitutione, ſed ſolùm
de ſupplicatione Communitatum tunc facta dicto D.
Cardinali, quòd ordinaret, huiuſmodi donationes inſi-
nuari, & regiſtrari coram Magiſtratibus, & Iudicibus
Ordinarijs, aliàs eſſent nullæ, & inualidæ tanquam non
factæ: cui dictus D. Cardinalis reſcripſit. *Nos confir-
mamus articulum, & de eo ordinabimus fieri expeditionem
ordinariam*, vt in proceſſu *fol.* 209. & 210. & lex non
dicitur edita, niſi poſt publicationem. Neque conſtat
6 de aliqua alia ordinatione, & expeditione, neque pu-
blicatione, quæ neceſſaria erat *Dec. in cap.* 1. *num.* 15.
verſ. & adde, de conſtit. Abb. conſil. 35. *num.* 2. *lib.* 1. Nec
dicta ordinatio loquitur de donationibus iuratis, quas
7 propterea non videtur comprehendere *Gabr. de iureiur.
concl.* 5. *nu.* 14. & 15. qui infinitos congerit; vltra quòd
prædicta donatio, de qua agitur, fuit inſinuata coram
Rectore Comitatus Venaiſini, prout fuit in donatio-
ne expreſsè conuentum, quòd coram illo inſinuaretur,
& prout etiam ibi fiunt huiuſmodi inſinuationes, & re-
giſtrantur: vt ex atteſtatione Notarij ad id deputati da-
ta *in ſummario num.* 5. maximè quia donans erat iu-
riſperitus, & ſic optimè nouerat, donationes coram
prædicto Iudice poſſe regiſtrari, vt in terminis inſinua-
tionis conſiderat *Soccin. Iun. conſil.* 69. *num.* 48. *lib.* 1.
Non obſtat prætenſa reuocatio d. donationis facta ſub die
15. Septemb. 1612. præuia habilitatione à iuramentis à
Vicario Carpentoraten. ſub eadem die obtenta, & iu-
dicio ſub nomine d. Sebaſtiani per quemdam eius aſſer-
tũ procuratorem inſtituto contra D. Paulum donatariũ
ex cauſis ingratitudinis in dicta reuocatione expreſſis;
8 nam cauſæ expreſſæ, ne dum non ſunt ex permiſſis *in
l. fin. C. de reuocan. donat. ʃ. ſciendum, Inſtit. de donat.
cap. fin. extra eodem tit.* aut ſimilibus illis: ſed imò viſæ
fuerunt DD. valde leues. Præterea etiam dicta reuo-
catio videtur facta eadem die, qua dictus Sebaſtianus
donator obijt; cum ſub dicta die 15. Septembris del
1612. ſit obtenta habilitatio, facta reuocatio, & cęptum
iudicium, quæ propterea ſuſpicione non carent; vndè
9 cum iudicium motum ſuper illius reuocatione non im-
pediat eius executionem, ſicuti nec illam retardat nul-
litas per modum actionis principaliter intentata, *Lan-
cell. de attent. appell. pend. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 60. Ideo
dictum inſtrumentum iuxta Statutum Auenionenſe *lib.*
2. *rub.* 17. *art.* 1. *in ſummario num.* 3. eſt exequendum;
tùm quia partes ſecundùm illud voluerunt ad obſeruan-
tiam donationis poſſe compelli, tùm quia cauſa coram
me pendet in prima inſtantia tanquam ab Illuſtriſſimo,
& Reuerendiſſimo D. meo Cardinali Burgheſio Legato
Auenionenſi ſpecialiter deputato.

Et ita deciſum vna tantùm parte informante.

ANNOTATIO.

A Quòd donatio ſit irreuocabilis ex ſtipulatione notarij pro
abſente de veriſſima, & receptiſſima opinione latè teſta-
10 tur *Oſaſc. deciſ* 32. *num.* 4. *vſque ad* 9. *Surd. deciſ.* 206.
num. 4. *cum ſeq. Clar. in ʃ. donatio, quæſt.* 13. *Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 9.
vſque ad 16. & *hac deciſ. D. M. allegata cum alia Romana
donationis* 21. *Aprilis* 1614. *corã bon. mem. Vbaldo Gratian.
diſceptat. forenſ.* 729. *num* 19. & 20. amplians id, quòd
imo donatio ſit perfecta, & irreuocabilis, quamuis donans
deceſſerit antequam donatarius ratificauerit; cum poſſit ac-
ceptari per hæredem tanquam perfecta ante mortẽ, defen-
ditur à *Surd. d. deciſ.* 206. *num.* 4. *vſque ad* 11. & omnibus
contrarijs reſpondet, & firmatum fuit in Rota *in d. Ro-
mana donationis coram bon. mem. Vbaldo* confirmata 11.
Maij 1615. vt teſtatur D. meus infra alijs etiam relatis
deciſ. 775. *num.* 2.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Iacen. Vicariæ.

Veneris 29. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Prouiſio beneficij facta vtì de reſeruato, eſt nul-
la, non iuſtificata reſeruatione, & dicitur facta

de

de reſeruato, ex narratiua vacationis in menſe reſeruato in diſpoſitiua facta: maximè ſtante clauſula, *Dummodo eius collatio ad nos, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Pij Quinti de Vicarijs requirit tantum approbationem Ordinarij præuio examine, non autem concurſum.*

2 *Conſtitutio prædicta comprendit Vicarias erectas ante Sac. Conc. Trid.*

3 *Reſeruationis cauſa exiſtente falſa, prouiſio Apoſtolica ſuper ea fundata remanet nulla.*

4 *Derogatoriæ clauſulæ appoſitæ in executiuis non ampliant diſpoſitionem.*

6 *Narratiua vacationis in menſe reſeruato diſpoſitiuè facta operatur, vt gratia, & eius clauſulæ reſtringantur ad reſeruationem.*

6 *Clauſula derogatoria appoſita in literis Apoſtolicis non tollit conſtitutionem Pij V. ex qua competit ius præſentandi, & nominandi etiam in menſibus reſeruatis.*

7 *Clauſula* dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, *totam gratiam, & omnia in ea contenta qualificat, & reſtringit.*

DECISIO CL.

STANTIBVS deciſionibus in cauſa factis 30. Ianuarij præteriti, Vicariam, de qua agitur, pleno iure, & tam quoad temporalia, quàm quo ad ſpiritualia ſpectare ad Monaſterium S.
A Ioannis de Pinna A, ideoque curam penes ipſum reſidere, & nudum exercitium penes Vicarium: & 25. Maij præteriti eandem Vicariam nô cadere ſub reſeruatione regulæ 8. ſed fuiſ-
1 ſe locum Conſtitutioni ſel. rec. Pij V. de Vicarijs, & ſic approbationi Ordinarij præuio examine, non autem concurſui, iuxta opinionem d. Sacr. Conc. Trid. Congregatione, & à Rota approbatam in deciſionibus relatis *in dicta deciſ. 25. Maij*, & nouiſſimè *in Vlixbonen. Concurſus 1. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Rem-*
B *boldo* B, & ſtante reſolutione eiuſdem Congregationis Illuſtriſſ. Concil. Trid. Interpretum facta, vtraque parte audita, de qua *in ſummario num.* 4. quòd dicta Conſtitutio Pij V. comprehendit Vicarias etiam ere-
2 ctas ante Sacr. Concil. Trid. quòdque alia declaratio eiuſdem Congregationis relata *per Garz. de beneſ. part. 9. cap. 2. num. 311. & in dicta deciſ. 25. Maij* non pertinet ad hunc caſum, ſed ſolùm ad congruam Vicario aſsignandam. Dixerunt DD. fuiſſe nullum concurſum factum, ac etiam prouiſionem Apoſtolicam ſubſequu-
3 tam de Vicaria vti de reſeruata, tanquam fundatam ſuper falſa cauſa reſeruationis. *Gemin. conſ. 15. ſuper dicto dubio, verſ. ex quibus liquidò conſtat*, & *conſ. 92. poſt principium, verſ. quia quotieſcunque, & verſ. & iſtud; idem dicit Rom. conſ. 335. num. 11. & 14. Simonett. de reſeruat. quæſt. 61. num. 1.* & fuit dictum *in Oxomen. Archidiaconatus 10. Martij 1614. coram me.*
Neque viſum fuit, reſpectu prouiſionis Apoſtolicæ obſtare clauſulas derogatorias in ea adiectas, quia ſunt in
4 exequutiuis, & ideo non ampliant diſpoſitionem, *Clem. 1. in fine, vbi omnes, de præbend. Caputaq. deciſ. 83. num. 3. part. 1. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 9. in annotat. contra nullit. num. 243.* & in ſpecie, quòd nar-
5 ratiua vacationis in menſe reſeruato diſpoſitiuè facta operetur, vt gratia, & eius clauſulæ reſtinganeur ad reſeruationem, *Caſſad. deciſ. 5. num. 3. de præb. Achill. deciſ. 1. eod tit.* & fuit dictum *in Virdunen. Canonicatus 19. Iunij 1595. & in Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram bon. mem. Cardinal. Pamphilio relatis per Gonzal. ad reg. 8. §. 4. proœm. num. 80.*
Præterea per dictam clauſulam tollitur ſolum ius præſen-
6 tandi ceſſantibus reſeruationibus Apoſtolicis, & indultum, quòd nulli valeat prouideri de beneficijs ſpectan. ad collationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Monaſterij: ſed non tollitur prædicta Conſtitutio Pij V. quæ per viam legis emanauit, ex qua competit ius præſentandi, ſeu nominandi, etiam in menſibus reſeruatis, vt in terminis dixit *Rota in Tiraſonen. Vicariæ Sancti Michaelis 4. Decembris 1595. coram Litta, & tradit Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 3. num. 72.* & in ſimili caſu fuit reſolutum coram me *in Calaguritana beneficij de Brantauilla 13. Maij præteriti*, Papa enim non cogitauit de præſentatione, vel nominatione competenti Monaſterio in octo menſibus reſeruatis, ſed ſolùm in quatuor ordinarijs. Et denique quòd Papa noluerit prouidere, niſi vti de reſeruata, clarè patet ex clauſula illa,
7 *Dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat*, quæ totam gratiam, & omnia in ea contenta qualificat, &
C reſtringit. *Sim. de reſer. dicta quæſt. 61. num. 3.* C.
Et ita fuit deciſum, ſolo Monaſterio in contumaciam alterius partis informante.

ANNOTATIO.

A Eccleſia quando dicatur pleno iure ad aliquem pertinere, vide *ſupra deciſ. 93.*

B. Adde *Barboſ. de clauſulis vſu freq. clauſ. 45. num. 5.* in fine vbi meminit huius deciſionis.

C Hanc deciſionem, & aliam infra in Barchinonen. Vicariæ *9. Decembris 1616.* ſequuta eſt Rota *coram Card. Canal. deciſ. 595. num. 4. & infra deciſ. 934.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Beneuentana Saluiani interdicti.

1. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ſuper immiſſione in poſſeſſionem fructuum obligatorum in defectum aliorum, non facta prius excuſsione ſuper fructibus principaliter obligatis, & non probata illorum inſufficientia, eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui conſequi debet de fructibus vnius prædij totum id, quod minus credito ſuo exiget ab alio, nullam habet actionem ad fructus ſecundi prædij, non purificata conditione, quòd percipi non poſſent ex primo.*

2 *Immiſſio concedi non poteſt in poſſeſsionem fructuum prædij obligatorum in defectum fructuum alterius, non facta excuſsione, & non probata inſufficientia reddituum primi.*

3 *Sententia an ſit ipſo iure nulla, quando quis egit ſinè actione, etiam ſi pars non oppoſuit.*

4 *Sententia eſt ipſo iure nulla, quando quis egit ſinè actione, ſi pars oppoſuit.*

5 *Sententia, vt dicatur iniuſta, ſufficit, quòd non iuſtificetur ex actis.*

Suf-

6 *Sufficiens præſumitur territorium cenſuatum pro ſolutione cenſus, donec contrarium probetur.*

7 *Exceptio, quæ ineſt obligationi, non eſt neceſſarium, quòd opponatur per partes.*

8 *Appellatio ad vtrũque effectum datur à ſententia lata ſinè cauſæ cognitione, etiam in poſſeſſorio. & num. 9.*

10 *Aegidiana non intrat, vbi conſtat de notoria iniuſtitia, & nullitate ſententiæ.*

11 *Aegidiana non habet locum in rebus Eccleſiæ.*

DECISIO CLI.

SENTENTIA lata in Saluiano per A. C. pro Dominis de Morra agentibus ad fructus decurſos, & non ſolutos euiuſdam cenſus ducat. 90. aliàs pro pretio ſent. 1000. de anno 1595. ad eorum fauorem impoſiti per Vincentium, & Antonium de Capoblanchis ſuper territorio nuncupato *la ferratella*, Dominis viſa fuit nulla, tanquàm lata ſuper immiſſione in poſſeſſionem Hiſchæ, & domus in Tenuta nuncupata *Santi Elmo* poſſeſſarum à Ferrantinis, qui illas poſt dictum cenſum de anno 1605. acceperant in ſolutum à Vincentio de Capoblanchis. Nàm fructus dicti cenſus (vt apertè legitur in eius inſtrumento) percipiendi erant ex primis fructibus, pecunijs, introitibus, & iuribus prouenientibus, & prouenturis ex dicto Territorio Serratel-
1 læ, & in defectum ſuper omnibus alijs bonis, & introitibus dictorum de Capoblanchis habitis, & habendis; & ſic ſuper dicto Territorio Sancti Elmi, & alijs bonis non cenſuatis non erat orta aliqua obligatio, neque actio ad dictos fructus, niſi purificata priùs conditione, quòd percipi non poſſent ex cenſuatis, iuxta terminos *l. decem 116. ff. de verb. obligat.* & ibi not. ex mente *Dyn. per Alberic. in princ.* *Caſtr. in ſummario Iaſ. num. 19. & Ruin num. 3. & 4.* & iuxta terminos *l. fin. ff. ſi cert. pet.* & ibi *not. per Angel. num. 2. & Iaſ. in princip. verſ. & propterea, & per Caſtr. conſ. 239. num. 1. lib. 1. Alexand. conſil. 32. num. 4. verſ. benè fateor lib. 4. Surd.*
2 *conſil.* 533. *num.* 6. nec ſuper illis concedi potuit immiſſio, non facta priùs diſcuſſione, & non probata inſufficientia reddituum Territorij cenſuati *iuxta not. per Bald. & Caſtr. en l. 2. num. 3. C. commun. diuid. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, Inſt. de action. num. 81. verſ. dicebat tamen, Gabr. de Fideiuſſ. concl. 1. num. 13. & Caroc. de excuſſion. bon. quæſt. 5. num. 3. verſ. illud etiam part. 3.*
Cum ergo ex prædictis pateat, nullam de tẽpore cœpti iu-
3 dicij, nec litis cõteſtatæ fuiſſe ortam actionẽ ſuper dicta Tenuta Sancti Elmi ad fauorem Dominorum de Morra. Ideo vel ipſi erant repellendi per Iudicem, etiam parte non opponente, quæ pati non poteſt, ſe conueniri ſinè actione: quod cùm factum nõ fuerit, ſententia poteſt dici nulla ipſo iure, iuxta opinionem *Bart. per illum text. in l. 2. num. 5. verſ. ſi verò actio ff. de dot. prælег. & in l. ſi Titius 9. num. 1. verſ. prædicta ſunt vera ff. de verb. oblig. vbi Cuman. Roman. & Iaſ. qui num. 3. circa fin. verſ. breuiter tenet, teſtatur communem Apoſtill. ad Bart. in d. l. 2. litera C. Mattheſil. ſing. 7. verſ. ſecus ſi numquam Alex. conſ. 136. num. 9. verſ. quinimò lib. 2. Aret. in §. quædam num. 3. verſ. ſi autem ageret cum illo, Inſt. de action. Socc. in l. 2. propè fin. verſ. ſed tu dic C. de pact.* & ibi *Dec. num.* 6. cum alijs *per Aym. conſ.* 191. *num. 1. in princ. & Gabr. tit. de ſentent. concl. 8. verſ. contra-*
B *riam tamen*. B, Vel ſaltem ſi attendamus opinionem
4 volentium, ad hunc effectum inducendæ nullitatis requiri partis oppoſitionem per viam exceptionis, quos refert *Aym. d. conſ. 191. ſub d. num. 1. verſ. ſed contrariũ*, nullitas intrat abſque vlla difficultate, quia pro Ferrantinis pluries oppoſitum fuit, nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, vt conueniunt omnes DD. & præſentim *in d. l. ſi Titius*, & teſtatur *Aym. d. conſ. 191. ſub dicto num. 1. propè fin. verſ. parte autem opponente*.
Ex prædictis autem reſultat etiam notoria iniuſtitia ſen-
5 tentiæ, Tum quia ſufficit, illam non iuſtificari ex actis, vt paſſim tenet Rota; tum etiam, quia Territorium cenſuatum præſumitur ſufficiens pro ſolutione dicti an-
6 nui cenſus, donec probetur contrarium, vt de pignore eſt *text. in l. 2. vbi not. C. de pignor. Rota deciſ. 707. num. 2. part. 1. diuerſ. Surd. deciſ. 44. num. 16.* Tantò magis in hoc caſu, in quo Camilla, quæ impoſuit cenſum vti mater, & tutrix dd. de Capoblanchis, in inſtrumento affirmauit, Tenutam cenſuatã eſſe annui redditus ducat. 300. imò etiam ex his ſententia videtur lata ſinè cauſæ cognitione: exceptio enim, de qua ſupra, reſultabat ex inſpectione dicti inſtrumenti impoſitionis cenſus: nec videbatur opus oppoſitione, quia actio vi-
7 detur propoſita cum exceptione, quæ inerat obligationi *Bart. in l. eum qui ita 56. §. qui ita ſtipulatur num. 4. ff. de verb. oblig.* & ibi *latè Apoſtill. lit. D. & in l. lecta num. 21. & ibi Bald. num. 13. ff. ſi cert. pet. Butr. in cap. exceptionem num. 15. verſ. ex quo tamen*, & ibi *Abb. num. 14. verſ & tunc aut inerat, & Imol. num. 9. verſ. item aduerte quia, de except.* & ideo non adhibita cauſæ
8 cognitione, adeſt iuſta cauſa appellandi etiam in poſſeſſorio *Bald. in l. quiſquis num. 1. verſ. & hoc verum C. quor. app. non recip. Alex. in l. fin. num. 28. verſ. & ſi tu intelligas, & ibi Zuccard. num.* 448 *C. de edict. diu. Adr. tollen. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 25. ſub num. 13.* qui etiam
9 *in fin. verſ. idem ſi appellandi*, tenet, appellationem iſtam operari vtrumq; effectum, *& ſequitur Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 855. verſ. declaratur tertiò*. Ex quibus cum conſtet de notoria nullitate, & iniuſtitia dictæ ſen-
10 tentiæ, Domini concluſerunt, non intrare Ægidianam, prout in eadem conſtitutione expreſſè diſponitur, & tenet indiſtinctè Rota, vt in pluribus deciſionibus relatis per *Modern. Roman. de Saluian. interd. inſpect. 4. cap. 2. num. 52.* Quod præſertim viſum fuit clariſſimum reſpectu tumulorum duodecim exiſtentium ſub proprietate Eccleſiæ Sancti Venturini comprehenſorum
11 in dicta Hiſcha, ſuper qua fuit data immiſſio; cum dicta conſtitutio non habeat locum in rebus Eccleſiæ, iuxta reſolutionem in hac cauſa factam 28. Iunij 1613.
Et ita deciſum, ſolo Ferrantino informante, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd ſit facienda excuſſio ſuper bonis principaliter obligatis, & probanda illarum inſufficientia, antequam detur immiſſio in bona obligata in illorum defectum, hac deciſione allegata, fuit dictum in *Interamnen cenſus 2. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbaldo in fine, & infra coram Domino meo deciſ. 686. num 4.*

B Sequitur Rota *coram Greg. XV. deciſ. 119. num. 6. vbi nu. 7.* quòd huiuſmodi exceptio opponi non põt poſt ſentẽtiam.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 8. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio à prædeceſſori Prælato nulliter obtenta non iuuat ſucceſſorem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta per Prælatum de rebus Eccleſiæ, Apoſtolica auctoritate non confirmata, non ligat ſucceſſores, etiam ſi inter duas Eccleſias inita ſit, num. 5. Niſi elapſi fuerint 30. anni cum obſeruantia num. 6.*

2 *Tranſactio iurata ligat Prælatum tranſigentem; & iurantem.*

3 *Manutentio à prædeceſſori Prælato nulliter obtenta non iuuat ſucceſſorem.*

4 *Tranſactio probatur per abſolutionem à iuramento in ea interpoſito obtentam.*

DECISIO CLII.

QVAMVIS Domini non dubitauerint, tranſactionem initam inter Epiſcopum Marſicen. prædefunctum, & Capitulũ Terræ Saponariæ, non ſubſequuta confirmatione Apoſtolica, non obſtare moderno Epiſcopo ad effectũ,
A vt ipſe dicatur illa ligatus A, *iuxta text. in cap. veniens, 8. verſ. mandamus de tranſactio. & Doct. in cap. cum veniſſent de inſtit.* & iuxta expreſſam cõuentionem, quòd tranſactio duraret, viuente ſolo Epiſcopo tranſigente; Tamen cenſuerunt, illam obſtare ad effectum ne modernus Epiſcopus poſsit ſe iuuare, & vti manutentione d. Epiſcopo anteceſſori tranſigenti conceſſa; Quia cum in dicta tranſactione fuerit conuentum, quòd iuriſdictio in cauſis matrimonialibus, & criminalibus exerceretur ab Archipresbytero cumulatiuè cum Epiſcopo, adeo vt eſſet locus præuentioni, & Epiſcopus promiſerit etiam cum iuramento omnia, & ſingula in ea conuenta eius vita durante attendere, & obſeruare, & in aliquo non contrauenire; non potuit poſtea idem Epiſcopus obtinere manutentionem in quaſi poſſeſſione
2 exercendi iuriſdictionem præter, & contra formam eius iuramenti, & tranſactionis, quæ ſinè dubio ipſum tranſigentem, & iurantem ligabant *d. cap. veniens,* & ibi *Abb. num. 1. verſ. item nota,* & alij *de tranſaction. Mohed. deciſ. 9. num. 1. verſ. & idem dicitur, de locat. & conduct. Caeſ. de Graſſ. deciſ. 1. & 2. de iur. iur.* & conſequenter mandatum de manutenen. ad eius fauorem relaxatum præuia deciſione Rotali facta 18. *Maij* 1607. *coram R. P. D. meo Mãzanedo,* in qua fuit reſolutũ, eũ eſſe manutenendũ
3 in quaſi poſſeſſione cognoſcẽdi dictas cauſas criminales, & matrimoniales priuatiuè ad Archipresbyterũ, fuit nullũ tanquàm contra dictam tranſactionem, & iuramentũ: & ideo modernus Epiſcopus illo vti non poteſt *ad reg. l. quod ab initio, ff. de reg. iur. & cap. non firmatur. eodem*
4 *tit. in* 6. Non obſtat, quòd prætendatur, tranſactionem non eſſe in forma probanti, quia (quicquid ſit) abſolutio à iuramento in ea interpoſito obtenta per Epiſcopum tranſigentem præſupponit in neceſſarium antecedens ipſam tranſactionem. An autem conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſùs ſententiam Rotalem, Domini nihil reſoluerunt.

An verò modernus Epiſcopus debeat ex perſona propria manuteneri, poterit particulariter diſputari &c.

ANNOTATIO.

A Quòd tranſactio facta à Prælato de rebus Eccleſiæ abſque
5 auctoritate Apoſtolica, ſit perſonalis, & finiatur morte tranſigentis, nec liget ſucceſſores *Rot. in Carthaginen. penſionis* 13. *Februarij* 1604 *coram Reuerendiſſimo D meo Patriarcha Pamphilio. & in Burgen. quindemniorum* 10. *Nouembris* 1613. *coram bon. mem. Dunozetto; Gregor. XV. deciſ.* 152. *num.* 1. *& ibi Beltramin num* 3. etiam ſi inter duas Eccleſias inita ſit, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 674.
6 *num.* 3. 4. *&* 5. niſi fuerint elapſi 30. anni cum obſeruantia, poſt quod tempus tranſactio ligat etiam ſucceſſores. *Rot. deciſ.* 159. *num* 5 *part.* 1. *recent. & in Papien dotis legatorum* 20. *Decembris* 1610 *coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio Beltramin loco cit num.* 4. quia poſt 30. annos concurrente obſeruantia præſumitur confirmatio Sedis Apoſtolicæ, etiam ſi in ea enunciata non ſit, vt dixi ſupra ad *deciſ* 45. *lit B.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Auriacen. iuris nominandi.

Lunæ 8. Februarij 1616.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Diſponere quiſque præſumitur bonis proprijs.*
2 *Impugnare quis non poteſt ius illius, à quo cauſam habet.*
3 *Probatio æquiuoca non releuat.*
4 *Status iuriſpatronatus non mutatur ex prouiſionibus Apoſtolicis, & num. 5.*
6 *Status beneficij mutatur ex prouiſionibus Apoſtolicis, quãdo verè non conſtat de contrario ſtatu anteriori.*
7 *Status beneficij mutatur ex prouiſionibus Apoſtolicis, ſi conſtet de voluntate Papæ illum mutandi.*

DECISIO CLIII.

ITERVM propoſito dubio reſoluto 18. *Maij præteriti* DD. ſteterunt in deciſis ex rationibus tunc adductis, quibus non obſtare dixerunt in contrariũ allegata. Primum enim, quòd non probetur, relicta per Andream Faiſſat cappellæ Sancti Blaſij, de qua agitur, pro eius dotatione, & fundatione, fuiſſe in eius bonis, tollitur tum ex eius aſſertione in teſtamento condito de
1 anno 1489. quæ nedum iuris præſumptione fulcitur, quòd de bonis proprijs præſumatur diſpoſuiſſe *Bald. in l. in teſtamento* 8. *in. prin. C. ad l. Falcid. cum. pluribus per Cephal. conſ.* 386. *num.* 37. *& ſeqq.* ſed nec etiam impugnari poteſt per Tondutum, qui prætendit deriuare
2 ius ſuũ à permutatione facta per q. Arnaldum Faiſſatum vti Patronum, & d. teſtatoris deſcendentem: ſicuti de habente cauſam ad aliquo tradunt, *Caſtren. in l. cum res.* 12. *num.* 11. *verſ. ſed etiam ſi contra illam C. de probat. Cephal. d. conſ.* 386. *num.* 29. *cum alijs per Peregrinum de fideicom. art.* 44. *num.* 20. *verſ. item aſſertio.* Tum quia teſtes *in ſummario* Belloni *num.* 1. de auditu deponentes, quòd teſtator dd bona tanquam propria de tempore eius obitus poſſideret, percutiunt tempus ante motam litem, dum præſertim hoc dicunt audiuiſſe à d. q. Arnaldo, qui ante d. litem deceſſit, vt probant teſtes Belloni dati in reſponſionibus. Secundum verò, quòd Guillermus Girardi non geſſerit ſe pro Rectore in executionem d. teſtamenti, ex quo de anno 1549. cappellaniam vti liberam permutauerit cum Guillermo de Fortis, ceſſat; quia ipſe in inſtantia per eum de anno 1500. facta quòd ſibi tanquam Rectori confirmaretur inueſtitura cuiuſdam ſtabuli, quod fuerat in bonis d. teſtatoris, expreſsè aſſeruit ſe Rectorem ab eodem teſtatore nominatum; vt fuit etiam conſideratum in deciſione. Et quamuis allegetur, eum permutaſſe, vt in ſupplicatione

exhibita per Tondutum; nihilominus in ea requiſiuit
conſenſum Petri Faiſſati tanquam patroni; qui noluit
illum præſtare, *vt in ſummario Belloni nunc dato num.* 4.
& 5. & vlteriùs in clauſulis generalibus ſupplicationis
obtinuit derogari iuripatronatus attenta permutatio-
ne: ex quo propterea non excluditur, ſed potiùs indu-
citur d. teſtamenti effectuatio, quæ minùs tollitur ex
poſſeſſione cappellaniæ capta per Bonifacium de Fortis
vigore literarum Apoſtolicarum 16. Iunij 1560. per
obitum d. Guillermi de Fortis. Quia non fuerunt ex-
hibitæ d. literæ, ex quibus percipi poſſet, ex quo capite
Papa contulerit, cum poſſit eſſe, vel quòd acceſſerit pa-
tronorum conſenſus, vel quòd iuripatronatus pro illa
vice fuerit derogatum; maximè cum de menſe Martij
præcedentis principaliter nominatus à Marcellino Faiſ-
ſato accepiſſet poſſeſſionem cappellaniæ, & eius bono-
rum in vim teſtamẽti prædicti, *vt in ſumm.* veteris poſi-
tionis *num.* 11. cuius effectuatio non poteſt excludi per
3 dictam probationem æquiuocam, & per neceſſe nõ con-
cludentẽ. Tertium, quòd Arnaldus vltimus Rector non
vti de familia teſtatoris, ſed tanquam liberam poſſederit
cappellaniam, nõ fuit verificatum in facto, imò contrariũ
elicitur ex depoſitionibus teſtium, ex quo ipſe vigore te-
ſtamẽti iudicialiter certa bona recuperauit, vt fuit in alia
deciſione deductũ; & quia etiã permutatio allegata per
Tõdutũ non fuit facta ab Arnaldo ſimpliciter, ſed tanquã
à patrono; vt legitur in mandato procuræ ad permutan-
dũ *in ſummario Belloni num.* 2. Et ideo cum Tondutus ſe
fundet in permutatione ſequuta vigore d. mandati, non
poteſt modò negare d. Arnaldum patronum, cum ab il-
lo prætendat mediante permutatione obtinuiſſe cappel-
laniam *ex Caſtren. Peregr. & Cephal. ſupra alleg.* Ex
quibus pariter conſtat, non probari allegatum ſtatum
libertatis cappellaniæ, cum presbyteri deputati ad ce-
lebrationem miſſarum, vel fuerint à teſtatore, aut ab
eius deſcendentibus nominati, vel ad d. celebrationem
4 admiſſi vigore prouiſionum Apoſtolicarum, quæ non
A alterant ſtatum iuriſpatronatus A, *Achill. deciſ. vlt. de
iurepatronatus Rota deciſ.* 545 *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* &
fuit in iſtis terminis dictum *in Bononien. iuriſpatronatus*
16. *Ianuarij* 1608. *coram Reuerendiſſimo D. meo Dama-
ſceno, & in Foroliuien. iuriſpatronatus* 10. *Iunij* 1609. *co-
ram R. P. D. meo Manzanedo.*

Et ideo fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum iuriſpatro-
5 natus, quia Papa ſemper præſumitur, iuxta naturam,
& qualitatem beneficij conferre, nec intendit præiudica-
re patronis, vt præter hic allegatos *Rot. deciſ.* 546. *num.*
3. *part* 1. *& deciſ* 347. *num.* 2. *& deciſ.* 360. *num.* 14. *ad
fin part.* 2. *recen. Cardinal. Caualer. deciſ* 390. *num.* 5. &
fuit dictum *in Feſulana Prioratus* 3. *Martij* 1617. *coram
Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio in Cremonen.
Præpoſituræ* 25. *Februarij* 1622. *coram bon. mem. Rembol-
do, in Lucana Canonicatus* 23. *Martij* 1620. *coram bon.
mem. Dunozetto, in Aſculana Plebaniæ* 12. *Ianuarij* 1624.
*coram R. P. D. meo Merlino, & coram eodem in Sorana
beneficij* 9. *Decembris* 1622. *&* 28. *Februarij* 1625. & in
6 alijs pluribus. Hæc tamen concluſio procedit, quando
verè conſtat de anteriori ſtatu contrario, ſecus ſi de illo nõ
conſtat *Cardinal Caualer. deciſ* 252. *num* 2. *& deciſ* 266.
num. 2. *Rota in Terdonen. Prioratus* 5 *Maij* 1595. *coram
Orano & in Placẽtina plebis Carpineti* 7. *Nouẽb.* 1622. *corã
R. P. D. meo Pirouano* Et hunc ſtatum vltimum, quando de
contrario non apparet, corroborant, & declarant pro-
uiſiones Apoſtolicæ *Cardinal. Caualer. deciſ.* 126. *num. vlt.
Rot. deciſ.* 315. *num.* 1. *& deciſ.* 580. *num.* 7. *part.* 2. *recent.*
7 item non procedit quando conſtat de enixa Papæ volun-
tate mutandi ſtatum beneficij, *Seraphin. deciſ.* 1301. *num.*
2. debet tamen de illa clarè apparere, aliàs in dubio non
præſumitur beneficij ſtatum mutare voluiſſe, vt patet ex
ſupradictis.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Laudi, ſeu prætenſæ participationis.

Mercurij 24. Februarij 1616.

Argumentum habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo inducitur etiam per vnicum actum.*
2 *Curator poteſt facere, quæ ſunt ex cauſa neceſſaria.*
3 *Tutor, & curator tenentur bonam fidem agnoſcere.*
4 *Hæres non poteſt venire contra factum teſtatoris. Amplia, vt num.* 7. *& ſeq.*
5 *Actus factus cum interuentu illius, de cuius intereſſe agitur, etiam quoad ſocium excludit omnem præſumptionem doli, & culpæ.*
6 *Fideicommiſſarius vindicare non poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta, & ab auctore alienata.*
8 *Heres, qui inuentarium confecit, tenetur ad factum ſui auctoris præſtandum, quatenus vires hereditariæ ſuppetunt.*
9 *Hæres, qui inuentarium nulliter confecit, tenetur factum teſtatoris in totum approbare.*
10 *Filius, confecto inuentario, factum patris in legitima approbare non tenetur.*
11 *Hæres poteſt contra factum defuncti nullum venire.*
12 *Fideicommiſſarius venire poteſt contra alienationem à teſtatore factam de re expreſſè alienari prohibita.*
13 *Hæres poteſt factum defuncti auctoritate legis, vel lege permittente improbare.*
14 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti, qui ei non reliquit id, quod neceſſario tenebatur relinquere.*

DECISIO CLIV.

ALIAS propoſui dubium, an D. Albericus participare debeat de vtilibus Appaltuũ Salinarum Ceruiæ, & Theſaurariæ Romandiolæ, & pro quibus rata, & tempore, in caſu, & ad effectum de quo agitur; & Domini pro faciliori reſolutione primò firmarunt, dictos Appaltus fuiſſe ab initio per q. Alexandrum Donũ vti dominũ Banchi acceptos pro Ratione Bancharia ſub eius nomine inchoata de anno 1590. *vt in deciſ.* 15. *Decembris* 1614. *confirmata* 22. *Maij* 1615. *& rurſus* 16. *Nouembris ſequentis in relatione memorialium.* Repropoſito autem dicto dubio, an Albericus eſſet particeps dictorum Appaltuum, & pro quibus rata, & tempore, Domini ad eius fauorem in omnibus reſponderũt. Nam quò ad participationem ipſe habet intentionem fundatam, primò in duabus apocis ſub die 18. Ianuarij 1611. ſubſcriptis ab eo, & à DD. Octauio Dono, & Io. Baptiſta Ricaſolo curatore teſtamentario Nicolai q. Marij de Donis, & procuratore Camillæ, & Pauli eius concuratorũ, cum obligatione omniũ bonorũ in forma Cameræ; in quarum prima declarant, eum fuiſſe participem vltimæ Rationis Alexandri à die 1. Nouembris 1596. vſque ad obitum eiuſdem Alexandri, in ſecunda

ve-

Digitized by Google

verò vtilium factorũ in primis tredecim menſibus poſt
obitum Alexandri. Secundò, in alia apocha ſub die 1.
Iulij 1600 per dictum Marium ſubſcripta, in qua idem
Marius, & Octauius renouando Rationẽ Banchariam,
iuxta ordinem per Alexandrum in teſtamento relictum,
expreſsè eidem Alberico concedunt participationem,&
complementum: quæ, cùm in ea etiam fiat mentio di-
ctorum Appaltuum, nullam videtur habere difficultatẽ.
Aliæ autem ſupradictæ ſub die 18. Ianuarij 1611. factæ
ſunt à legitimis perſonis;cum Octauius de dicto tempo-
re eſſet maior, filius, & hæres Alexandri pro mediate,
& principalis complementarius Rationis, vt in capi-
tulis Societatis renouatæ del 1608. Ricaſolus verò ne-
dum ipſe etiam complementarius, vt in dictis capitu-
lis, ſed etiam vnus ex curatoribus Nicolai, & procu-
rator aliorum Concuratorum, quibus omnibus in te-
ſtamento Marij conceſſa erat libera facultas diuidendi
vtilia, & ſolidandi computa Rationis Banchariæ, nec
non faciendi quaſcunque obligationes, & alienationes,
latiſſimè ſumpto vocabulo, abſque decreto Iudicis, &
aliquibus ſolemnitatibus ſtatutarijs. Et propterea non
ſolùm Octauius, ſed etiam Ricaſolus potuerunt, & de-
buerunt,bonam fidem agnoſcendo, viamq. veritatis ſe-
quendo, declarare participationem in vita Alexandri
promiſſam, & debitam Alberico, qui in commodum
dictæ Rationis eius perſonam, & operam expoſuerat,
& qui ab eodem Alexandro fuerat Inſtitor, & comple-
mentarius deputatus, vt oſtendunt literæ per eum ſcri-
ptæ 3. Martij 1595. mercatoribus correſponſalibus,
quòd manui Alberici fides ab eis adhiberetur, & qui
etiam pro tali Inſtitore, & complementario fuit poſtea
confirmatus, & habitus etiam incontinenti poſt obitum
Alexandri à Mario patre Nicolai, & hærede eiuſdem
Alexandri pro mediate ſimul cum Octauio, vt patet ex
ſimilibus eius epiſtolis 5. Iunij 1599. ad mercatores
correſponſales, & ex denuntia ſtatus hæreditatis dicti
Alexandri per eundem facta Florentiæ 19. Nouembris
eiuſdem anni 1599. Veritas autem dictæ declarationis
comprobatur potiſſimùm; quia Alexander in renoua-
tione Societatis del 1596. præuia declaratione partici-
pationis debendæ Palagio, tàm pro Ratione præterita,
quàm pro futura, reſeruauit ſibi facultatem concedendi
participationem vtilium alteri miniſtro Rationis Ban-
chariæ ponendam ad debitum eorundem vtilium; hæc
enim reſeruatio eſſe nõ potuit,niſi pro Alberico Inſtito-
re iam deputato per Alexandrum, quem non conſtat,
alios habuiſſe Inſtitores Banchi, præter dictos Palagiũ,
& Albericum. Item Marius in dicta denuntia hæredi-
tatis Alexandri dixit, quòd de vtilibus lucratis in Ban-
cho detrahenda erat participatio debita miniſtris, qui,
(vt dictum eſt) non fuerunt, niſi Palagius, & Alberi-
cus. Et demum quia in Bancho ſemper ſolitum fuit,con-
cedi aliquam participationem alijs Inſtitoribus, vt fecit
non ſolùm Alexander Palagio, (vt dictum eſt) ſed etiam
Marius, & Octauius Guiduccio, Montauto, & Rica-
ſolo, vt in apochis datis *in ſumm. num.*6. & tamen ſo-
1 litum inducitur etiam per vnicum actum, *Bart. in l. mela*
§. ſed & ſi alimenta num. 1. ff. de alim. & cib. leg. Caſtr.
conſ. 243. *num.* 2. *lib.* 2. *Alex. conſ.* 5 *num.* 23. *lib.* 5. *Cre-*
ſcen. deciſ. vnica, de conſuetud. Ex quibus infertur, ean-
dem participationem fuiſſe debitam Alberico, cùm &
ipſe fuerit miniſter, & Inſtitor, vt alij ſupradicti. Imò
etiam valdè veriſimile eſt, illã fuiſſe conceſſam per Ale-
xandrum magis illi, quàm alijs, cùm inſeruiſſet in eius
Bancho per annos 19. & effectus fuiſſet illius gener,&
idem Alexander de illo etiam valdè confiderit, relinquen-
do eum executorem teſtamenti, & curatorem Octauij.
Et ideò declaratio dictæ participationis Alberici po-
tuit, & debuit fieri, nedum per Octauium (quod eſt
extra omnem difficultatem) ſed etiam per Ricaſolum
curatorem Nicolai, cum eſſet ex cauſa neceſſaria ſolu-
2 tionis debiti Rationis Banchariæ, & ſic etiam Nicolai,
qui in ea habebat intereſſe, *ad text. in l.* 1. *C. de præd. mi-*
nor. & in l. ſed ſi pecunia, §. 1. *& §. item quæritur ff. de*
reb. cor. & in l. à Diuo Pio. §. fin. ff. de re iudic. Menoch.
de arbitr. lib. 2. *centur.* 2. *caſ.* 171. *num.* 71. Et tutor, ſeu
3 curator tenetur bonam fidem agnoſcere, *l. quoties, §.*
ſicuti, & ibi Bart. ff. de adminiſtr. tut. l. non eſt, & l. bo-
nam, C. *eodem, & fuit dictum in Romana ſpolij* 9. *Maij*
1614. *coram me.* Et conſequenter non poteſt impugna-
ri, neque ab Octauio, cum de illo tempore (vt dictum
eſt) eſſet maior, & principalis complementarius Ra-
tionis: neq; à Nicolao,tàm ſtantibus ſupradictis, quàm
etiam confeſſione Marij in dicta denuntia hæreditatis
Alexandri, quòd detrahenda erat participatio miniſtro-
rum, inter quos erat Albericus (vt dictum eſt) contra
quam venire non poteſt idem Nicolaus, qui eſt eius fi-
A lius, & hæres, A *l. cum à matre,* C. *de rei vendic. l. ſi*
4 *ab eo,* C. *de liber. cauſ. cum vulgar.* Ex ea enim compro-
batur atteſtatio facta in prima apocha del 1611. per di-
ctos Octauium, & Ricaſolum, quòd Marius eis fidem
fecerat, Alexandrum feciſſe apocham Alberico ſuper il-
lius participatione, cuius originale fuit amiſſum; cui
atteſtationi eo magis ſtandum videtur,iuncta legalitate
ipſius Ricaſoli, cuius fides fuit approbata per ipſum
Marium eius cognatum,relinquẽdo eum curatorem ſuo-
rum filiorum, & ſuæ voluntatis executorem: & per hæ-
redes Alexandri,& Marij,qui vſi fuerunt,& adhuc vtun-
tur eius opera, & perſona in negotijs Rationis Bancha-
riæ; quem etiam,veriſimile non eſt, voluiſſe potiùs vti-
litatem Alberici extranei, quàm Nicolai, cuius curam
gerebat. Imò dicta declaratio videtur bona fide per eũ
facta, cum in ea interuenerit etiam Octauius frater pa-
truelis Nicolai, de cuius non minùs, quàm ipſius Nico-
lai intereſſe agebatur, *Dec. in l. ſingularis, num.* 13. *ff. ſi*
5 *cert. pet.* Et ideo etiam ceſſat omnis præſumptio doli, &
culpæ, *Bald. in l.* 2. *num.* 3. *verſ. iſta eſt diuinatio,* C. *de*
his quib. vt indign. Iaſ. in l. 1. *in fin.* C. *de tranſact. Mar-*
ſil. ſingul. 417. *num.* 1 *verſic. item facit.*

Quò autem ad ſecundam partem dubij, ſcilicet pro qua
rata Albericus debeat participare, patet reſponſio ex
apochis ſupra relatis,videlicet à die 1. Nouembris 1596.
vſque ad obitum Alexandri pro ſolidis duobus in vigin-
ti, & in primis tredecim menſibus poſt obitum Ale-
xandri pro ſolidis tribus in viginti, vt in dictis declara-
tionibus factis del 1611. per Octauium, & Ricaſolum.
Quæ (attentis præſertim qualitatibus Alberici, de qui-
bus ſupra, & ipſius induſtria, & laboribus in dictis apo-
chis conſideratis) videntur non ſolùm æquæ, & iuſtæ,
ſed etiam vtiles ipſi Bancho, in quo ſolitum fuit, dari ſi-
miles, vel pinguiores participationes alijs ſupra relatis
Inſtitoribus, & miniſtris, ac etiam eidem Alberico in
alijs Rationibus renouatis poſt obitum Alexandri, *vt in*
ſummario num. 6. A die verò 1. Iulij 1600. vſque ad fi-
nem Appaltuum pro ſolidis tribus in viginti, vt ex apo-
cha per Marium de dicto tempore ſubſcripta. Ad ter-
tiam verò partem, ſcilicet pro quo tempore, Domini
dixerunt, eum debere participare à tempore, & per to-
tum tempus, quo fuit miniſter Banchi, & admiſſus ad
participationem vtilium, vt ſupra dictum eſt. An au-
tem lucrum Appaltuum inceperit poſt dictam admiſſio-
nem, vel ante, ex libris Banchi poterit liquidari.

Ex quibus, & alijs pro Alberico deductis, quæ Dominis
placuerunt,fuit vt ſupra deciſum, ipſo ſolùm informan-
te, Dominis de Donis ſæpius antea citatis, diùque ex-
pectatis.

AN-

ANNOTATIO.

A Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, ſed te-
netur illud approbare, de qua re latè poſt alios *Gabr. de*
6 *regul. iur. concluſ.* 11. *per tot.* Et ideo fideicommiſſarius
vindicare non poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta, & ab
auctore alienata, *Menoch. conſ.* 81. *num.* 10 *Surd. conſil.*
73. *num.* 34. *& conſ.* 559. *num.* 2. cum alijs pluribus,
quos de more congeſſit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 557. *num.*
1. Prædicta concluſio habet locum etiam in hæredibus,
7 & ſucceſſoribus primi hæredis, *Peregrin. de fideicommiſſ.*
art. 33 *num.* 15. *Menoch. d. conſil.* 81. *num.* 9. *Surd. conſ.*
353 *num.* 4. cum alijs *per Bellon. Iunior. conſ.* 55 *num.* 50.
& ſeq. Fuſar. d. quæſt. 557. *num.* 5. *Cardinal. Caualer. de-*
ciſ. 189. *num* 3. Item procedit dicta concluſio etiam in
8 hærede cum beneficio legis, & inuentarij, quia non pro-
pterea liberabitur à facto ſui auctoris præſtando, quate-
nus vires hæreditariæ ſuppetunt, *Aym. conſ.* 225. *num.*
12. *Natt. conſ.* 214 *num.* 3. *Gabr. conſ.* 125. *num.* 11. *&*
ſeq lib. 1. *Honded conſ.* 3. *num.* 53. *lib.* 1. *Surd. d. conſ.* 73.
num 34. cũ alijs adductis *per Fuſar. d. quæſt.* 557. *num.* 13.
Rot. deciſ 61. *num.* 4. *& deciſ.* 256 *num.* 5. *part.* 1. *recent.*
Gregor. XV. deciſ. 418. *num.* 6. *& ibi Adden. num.* 15. *Car-*
dinal Caualer. deciſ. 430. *num.* 6. & fuit dictum *in Bono-*
nien. legati de Mareſcottis 14. *Iunij* 1627. *coram R. P. D.*
meo Merlino, quia inuentarium præſeruat ſolùm à dam-
no, non autem operatur, vt ex eo hæres aliquid lucre-
tur *Surd. deciſ.* 30. *num.* 14. *&* 32. *Mantic. deciſ.* 326.
num. 5. *Rot. in d. Bononien. legati de Mareſcottis coram*
R. P. D. meo Merlino; & multo magis, quando inuenta-
9 rium fuit nulliter confectum, quia tunc in totum tenetur
factum teſtatoris approbare, *Soccin. Iun conſ* 108. *num.*
43 *lib.* 2. *Gabr. d. concluſ.* 11. *num.* 12. Hoc tamen habet
10 locum in hærede extraneo, ſecus in filio, nam filius, con-
fecto inuentario, tenetur factum patris approbare tantũ-
modo in eo, quod remanet ſupra legitimam, in legitima
verò non tenetur approbare, *Pariſ conſil.* 33. *num.* 95.
& 99. *lib* 3. *Gabr. d. concluſ* 11. *num.* 9.

Principalis concluſio limitatur, vt non procedat, quan-
11 do factum defuncti eſt nullum, tunc enim hæres poteſt
contra illud venire, *Gabr conſ* 173. *num.* 6. *lib.* 1. *Pere-*
grin conſil. 7. *num.* 31 *lib.* 3. *Menoch. conſ* 559. *num* 4.
Afflict deciſ 230. *num* 8 *Grammatic deciſ* 93. *num.* 8.
Bellon. Iun conſil. 48. *num.* 48. *Seraphin deciſ* 477. *num.*
2. *Rota deciſ.* 110. *part* 2. *diuerſ* vide in materia *Phanuec.*
latiſſimè *de inuentar. part.* 7. *in* 10. *caſu num.* 110. *cum*
plurib. ſequent Ex quo infertur, quòd licèt fideicommiſ-
12 ſarius vindicare non poſſit bona fideicommiſſo ſubiecta,
alienata per teſtatorem, vt dictum eſt: tamen venire po-
teſt contra alienationem factam de re expreſsè alienari
prohibita; quia illo caſu alienatio fuit ipſo iure nulla,
Grat. conſil 91. *lib* 1. *Natt conſil.* 470. *num.* 13. 16. *&*
ſeq. Riminald Iun. conſ. 23. *num.* 264. *Barz. deciſ. Bo-*
nonien. 64. *num.* 18. *&* 57. *plenè Rota dicta deciſ* 110.
num. 32. *& ſeq.* cum alijs adductis *per Fuſar. d. quæſt.*
557. *num.* 8.

Limitatur ſecundò d. principalis concluſio, quando hæ-
13 res auctoritate legis, vel lege permittente factum defun-
cti improbaret, tunc enim poteſt contrauenire, *Aym.*
conſil. 200. *num.* 6. *verſ præterea*, *Surd. conſ* 91. *num.* 6.
& conſ 196. *num.* 14. *Grammatic. d deciſ.* 93. *num.* 9. *Pa-*
riſ d. conſil 33. *num.* 97 *lib.* 3.

Tertiò limitatur, quando teſtator non reliquit hæredi
14 id, quod ei neceſſariò tenebatur relinquere, *Grammatic.*
d deciſ. 93 *num* 11. *&* 13. *Pinell qui ponit exempla in*
repet. l. 1. *part.* 3. *num* 83 *in* 13. *limit. C. de bon quæ liber.*
Alias plures limitationes, & ampliationes ad prædictam
concluſionem, vide apud *Pinell loco cit. Gabr. d. concluſ.* 11.
per tot. Ioſeph. Ludouic. concluſ 16. *illat.* 82. *& alios Doct.*
ſupra allegatos.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Collen. Hæreditatis,

Veneris 26. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Filiatio ex quibus dicatur ſufficienter probata, quando non agitur principaliter, ſed ad effectum ſucceſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ſufficienter per duos teſtes deponentes de propria eorum ſcientia, & num.* 6.
2 *Scientia in teſtibus ſuper filiatione deponentibus, intelligitur per præſumptiones legis.*
3 *Filiationis quaſi poſſeſſio acquiritur ex præcedenti tractatu filiationis probato, & transfertur in aduerſarium onus probandi contrarium.*
4 *Filiatio vt probetur, requiſita* per Bartol. in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. *non ſunt neceſſaria copulatiuè, ſed ſufficiunt alternatiuè.*
5 *Teſtes præſumuntur conteſtes.*
7 *Filiatio probatur ex fide libri Baptiſmalis.*
8 *Filiorum baptizatio eſt actus pertinens ad parentes.*
9 *Dotandi actus congruit officio paterno.*
10 *Filiatio plenè probatur per teſtes de communi reputatione, iunctis adminiculis, etiam ſi agatur ad effectum ſuccedendi.*
11 *Filiatio probatur leuioribus probationibus, quando agitur ad effectum ſuccedendi.*

DECISIO CLV.

MARIETTA vti Soror vtrinq; coniuncta Petri Franciſci petebat immiſſionem pro eius rata in bonis in Vrbe exiſten. hæreditarijs q. Marij tanquam communis patrui ab inteſtato defuncti, per dictum Petrum Franciſcum poſſeſſis, & duo contra illam opponebantur. Primò, eam non eſſe talem, qualem ſe facit. Secundò, quòd tanquam nupta, & dotata ſit excluſa per dictum Petrum Franciſcum, ſtantibus Statutis fœminarum excluſiuis, tàm in Vrbe, vbi ſita ſunt bona, de quibus agitur, quàm in Ciuitate Collis, quæ eſt locus originis, domicilij, & mortis eiuſdem Marij.

Et quò ad primum DD. reſoluerunt, conſtare de legiti-
matione perſonæ Mariettæ. Quia quòd tàm ipſa, quàm
Petrus Franciſcus, necnon Artilius, Franciſcus, & Por-
1 tia, fuerint filij q. Ioannis, probatur ex duobus teſti-
bus, videlicet ſecundo Mariettæ ſuper quinto, qui dicit
de filiatione legitima, & naturali, & primo Petri Fran-
ciſci iux. 9. qui rectè probant, cum de propria eorum
ſcientia deponant, vt in ſpecie noſtra *Bald. conſ.* 437.
num. 5. *verſ. quid ſi dicat*, *vol.* 5. *Felin. in cap. per tuas*,
num. 17. *verſ. ex prædictis*, *de probat.* ſcientia enim in-
2 telligitur eo modo, quo ſciri poteſt, videlicet per præ-
ſumptiones legis, vt dicunt in terminis noſtris, *Bart.*
in l. fin. num. 3. *C. de peric. nominat. lib.* 11. *Bald. &*
Felin. vbi ſupra. Præſertim quia idem teſtis Mariettæ,
iux. 7. & ſuper primo dicit, ſe cognouiſſe Ioannem
patrem Mariettæ in Ciuitate Collen. & ſuper eodem

quin-

quinto deponit de parentum, & communi reputatione,
de qua etiam, licèt de auditu, deponit idem teſtis Petri
3 Franciſci ſuper eodem, ex qua inducitur quaſi poſſeſſio
filiationis, quæ transfert in aduerſarium onus probandi
contrarium, *Bart. in l. non nudis, verſ. item quòd habi-
tus C. de probat. & in l. 1. §. quod S. C. num. 4. ff. de
lib. agnoſc. Alex. conſ. 51. num. 2. verſ. ad oſtendendum
autem, vol. 1. Dec. conſ. 54. num. 2. & conſ. 321. num.
1. Ruin. conſ. 51. num. 17. in fin. vol. 5.* Nec eſt neceſ-
4 ſariæ copulatiua probatio eorum, quæ inſtruit *Bart. in
l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* ſed ſufficit
alternatiua, *Caſtren. conſ. 151. verſ. ſed ad hoc reſpondeo,
vol. 1. Alex. d. conſ. 51. num. 5. Dec. d. conſ. 54. in fin.
Iaſ. conſ. 114. num. 6. verſ. & primò dico, vol. 1. Put.
deciſ. 506. num. 4. verſ. ſed iſta duo, lib. 2. in nouiſſim.*
5 & prædicti teſtes præſumuntur conteſtes, *Caſtr. conſ.
342. propè fin. verſ. 4. dicitur, Alex. conſ. 47. num. 6.
verſ. non omitto etiam lib. 2. Aym. conſ. 78. num. 9. Me-
noch. præſump. 23. num. 13. lib. 5.* Et cum ſint duo ſuf-
6 ficiunt, & plenè, & concludenter probant filiationem,
*vt in terminis Caſtr. in l. errore, num. 5. verſ. & idem
C. de teſtam. Dec. conſ. 272. in princ. Card. Paleott. de
noth. & ſpur. cap. 25. num. 9. Alb. conſ. 83. num. 18.*
Maximè quia illorum depoſitiones verificantur, ex quo
idem ſecundus Mariettæ ſimiliter ſuper quinto dicit
tam de filiatione Mariettæ ex dicto Ioanne, quàm Petri
Franciſci, ac etiam Portiæ, quam fuiſſe neptem dicti
Marij, fuit pro certo habitum à Rota in reſolutione pro
ea facta 25. Maij 1611. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten.*
contra Flaminium filium Io. Baptiſtæ fratris dd. Marij,
& Ioannis. Et etiam adminiculatur, tum ex fide libri
A Baptiſmalis Cathedralis Collen. A, extracta per Can-
7 cellarium dictæ Eccleſiæ, ex qua apparet, Mariettam
fuiſſe baptizatam ad inſtantiam Ioannis, qui eſt actus
8 pertinens ad parentes, *Natt. conſ. 434. num. 11. Surd.
conſ. 1. num. 45. vol. 1.* & fuit dictum in *cauſa Romana,
ſeu Interamnen. hæreditatis 10. Decembris 1605. coram
Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno.* Tum etiam quia Ioã-
nes eam in matrimonio collocauit Gerardo de Tanis
Aromatario Florentino, vt patet ex atteſtatione Ciui-
tatis Collen. & ex depoſitione, licèt de auditu, eiuſdem
primi teſtis Petri Franciſci, iux. 9. necnon ex intima-
tionibus factis in dicta Ciuitate de menſibus Iulij, &
Auguſti 1593. ad inſtantiam Gerardi, vti mariti Ma-
riettæ filiæ Ioannis, quibuſdam debitoribus, quate-
nus infra certum tempus ſibi ſoluerent certam pecu-
niarum ſummam pro dote dictæ Mariettæ eius vxoris;
9 qui pariter actus dotandi congruit officio paterno, *l. qui
liberos, & ibi Gloſ. ff. de rit nupt. l. fin. §. vtramq; C. de
B dot. promiſ.* B, Depoſitiones autem prædictorum te-
ſtium, & præſertim circa parentum, & aliorum repu-
10 tationem, iunctis maximè huiuſmodi adminiculis, ple-
nè probant filiationem, etiam ſi agatur ad effectũ ſucce-
dendi, vt de communi teſtantur *Dec. dicto conſ. 54. num.
1. in fin. verſ. & in propoſito, & num 3. verſ. non obſtat
quòd quaſi poſſeſſ. & Aym. conſ. 249. num. 2. verſ. reperio
11 tamen;* & leuiores probationes ſufficiunt, *iux. conſ. Ge-
min. 27.* quod eſſe à Rota ſæpius approbatum, teſtatur
*Card. Seraph. deciſ. 1282. num. 5. Rota in cauſa Pampi-
lonen. matrimonij 19. Nouembris 1607. coram R. P. D.
C meo Caualerio.* C, Quòd verò Ioannes pater Mariettæ
fuerit frater Marij, de cuius ſucceſſione agitur, vltra
quòd non videtur controuerti ex parte Petri Franciſci,
de hoc etiam deponunt primus illius teſtis iuxta octa-
uum, qui etiam ſubdit, Petrum communem patrem dd.
Marij, & Ioannis, eos pro filijs reputaſſe: & de auditu
primus Mariettæ ſuper ſecundo, & eſt etiam in confeſſo
apud partes, quia hæreditas dicti Marij fuit adita per
dictum Petrum Franciſcum, & fratres vti filios dicti
Ioannis fratris dicti Marij in Ciuitate, & coram Pote-
ſtate Collen. 2. Auguſti 1602. *vt in extr. fol. 59. &
ſeq.* Ex quibus ſatis viſa fuit legitimata perſona Ma-
riettæ, videlicet eam eſſe neptem Marij ex Ioanne
illius fratre.

Quò verò ad ſecundam partem DD. reſeruarunt vide-
re, &c.

ANNOTATIO.

A Concordant *deciſ. 710. num. 5. & deciſ. 783. num. 6. infra coram Domino meo.*

B Concordant *deciſ. 727. num. 6. & deciſ. 731. num. 2. infra coram Domino meo,* in quibus plures referuntur.

C Idem fuit dictum infra *coram eodem Domino meo deciſ. 260. num 8.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Lunen. Sarzanen. penſionis.

Veneris 16. Februarij 1616.

ARGVMENTVM

Penſionarius, qui nititur ſuper quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, debet illam iuſtificare, aliàs retardatur ſolutio, etiam per conſentientem reſeruationi penſionis. Nec huiuſmodi quaſi poſſeſſio aduerſus ſucceſſorem iuſtificatur ex quietantia facta ad fauorem titularis defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius, qui nititur ſuper quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, debet illam iuſtificare, alias retardatur ſolutio nedum per ſucceſſorem, ſed etiam per conſentientem reſeruationi penſionis.*

2 *Quietantia ad fauorem titulus defuncti non probat veram ſolutionem, & numerationem contra titularem modernũ.*

3 *Confeſſio vnius alteri non præiudicat.*

4 *Confeſſio reſignantis non nocet reſignatario, ſi venit alio iure, quam reſignantis.*

5 *Confeſſio Prælati non nocet Eccleſiæ, nec ſucceſſori.*

6 *Confeſſio prædeceſſoris non ſufficit ad manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.*

7 *Fraus de facili præſumitur inter perſonas ſuſpectas.*

8 *Confeſſio receptionis penſionis facta à penſionario ad fauorem titularis anteceſſoris non nocet ſucceſſori, quando reſeruatio præſumitur ſimulata.*

9 *Adminicula ceſſant, vbi non adeſt aliquis gradus probationis.*

10 *Examen factum coram Iudice laico, pendente cauſa in Rota, eſt nullum.*

11 *Citationis defectus reddit examen nullum.*

12 *Confeſſio Prælati non nocet ſucceſſori, etiam ſi concurrant adminicula, ſi non percutiunt illud idem, quod confeſſio.*

13 *Conſentire reſeruationi penſionis, & ad illam ſe obligare ſunt diuerſa.*

14 *Confeſſio probat, ſtante ſtylo regionis conficiendi quietantias per viam confeſſionis, etiam quando intercesſit numeratio, & actualis ſolutio.*

DECISIO CLVI.

RESOLVTVM fuit, eſſe locum ar-
bitrio pro retardatione ſolutionis pē-
ſionis, quia penſioonarius nititur ſuper
prætenſa quaſi poſſeſſione d. penſionē
ab anteceſſore exigendi, quæ eſt priùs
iuſtificanda, aliter enim retardatur ſo-
1 lutio nedū per ſucceſſorē, ſed etiā per
coōſentientē reſeruationi penſionis, vt fuit dictū in *Aſcu-
lana penſionis* 28. *Iunij* 1595. *corā bon. mem. Orano*. Ad
probandam autem d. quaſi poſſeſſionem adducitur vnica
confeſſio de recepto dicti penſionarij duarum ratarū cū
quietantia ad fauorem titularis defuncti in forma, quæ
2 confeſſio, quicquid ſit reſpectu dicti titularis, tamen non
probat veram ſolutionem, & numerationem contra
A modernum titularem, A tùm ex vulgari concluſio-
3 ne, quòd confeſſio vnius alteri nō præiudicat, nec con-
tra eum probat *l. duos §. 1. vbi Alexand. & alij, ff. de iur.
iur. cum pluribus per* Cephal. *conſil.* 10. *num.* 9. *Surd. de-
ciſ.* 218. *num.* 4. *& ſeqq.* tùm etiam, quia modernus ti-
tularis non eſt ſucceſſor, nec habet cauſam à prædeceſ-
ſore: & ideo illius confeſſio ſibi non nocet, vt de con-
feſſione reſignantis, quòd non noceat reſignatario, ſi
4 venit alio iure, quàm reſignantis, *Guidop. deciſ.* 52. *in
manuſcr. Pariſ. de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 24. *verſ.
& confeſſio, & fuit dictum coram me in Virdunen. Ab-
5 batiæ* 27. *Nouembris præteriti*. Nec obeſt Eccleſiæ, nec
ſucceſſori, *Bellapert. in auth. hoc ius porrectum, col. fin.
verſ. ſed quæritur,* C. *de ſacroſ.* Eccleſ. *& ibi* Cyn. *num.* 8.
in fin. Odofred. num. 10. *verſ. ſed in quæſt. Alberic. num.*
3. *verſ. ſed circa hoc quæro, Bart. num.* 17. *Bald. num.* 23.
*Salycet. col. fin. verſ. ſed vbi præter, Butr. & alij in cap.
fin. de reſcript.* & in ſpecie noſtra, quòd confeſſio præde-
6 ceſſoris non ſufficiat ad manutentionem in quaſi poſſeſ-
ſione exigendi penſionem, *Card. Seraph. d. deciſ.* 292.
num. 2. *& deciſ.* 436. *num.* 6. Quæ concluſio fortiùs
procedit in propoſito, cum reſeruatio facta fuerit in-
ter patruum, & nepotem, & ſic inter perſonas ſuſpe-
7 ctas, inter quas de facili præſumitur fraus, *Rota deciſ.*
244. *num.* 2. *&* 4. *par.* 2. *diuerſ.* & ideo Sanctiſſimus
in his reſeruationibus appoſuit clauſulam, *quòd ſi dicta
penſio realiter, & cum effectu ſoluta non fuerit, nulla ſit
B eo ipſo,* ad tollendā fraudem, & colluſionis ſuſpicionē. B
8 Vndè talis confeſſio nullo modo alteri nocet, exemplo
l. per diuerſas, C. *mandati,* quæ vtitur d verbo, *perſoluen-
di*, in materia ceſſionis ſuſpectæ, vt poſt *Gloſſ. ibi Bart.
num.* 12. *Bald. num.* 4. *Iacob. Butr. Salycet. Ang. & Pau-
lum de Caſtro*, & alios, quos refert, & tradit *Gabr. com.
concluſ. tit. de action. concluſ.* 5. *num.* 21. *Guidopap. deciſ.*
567. *num.* 2. *verſ. circa materiam, Rota,* quæ de commu-
ni teſtatur *deciſ.* 1. *de alien. iudic. mut. cauſ. fact. num.* 3.
in nouis, Put. deciſ. 22. *lib.* 3. Prætenſa adminicula non
obſtant; nam vltra qoòd non ſunt vehementia, & ex di-
cta confeſſione non reſultat aliquis gradus probatio-
9 nis; ideo ceſſant adminicula *Bald. conſil.* 3. *num.* 4. *lib.*
3. *cum alijs in dicta Virdunen. Abbatia coram me*. Primū
de titulo reſeruationis penſionis ceſſat; quia Iacobus
Antonius modernus Rector dictæ parochialis dat de
nullitate, ſeu reſolutione d. reſeruationis propter di-
ctum decretum Sanctiſſimi, *Card. Seraphin. d. deciſ.* 292.
num. 2. *verſ. non obſtat*. Ceſſat etiam ſecundum deſum-
ptum ex vnico teſte de actuali ſolutione deponente,
cum fuerit nulliter examinatus, tàm ex defectu iuriſdi-
10 ctionis, quàm coram Iudice laico, & ſic incompetenti,
cum cauſa penderet in Rota *l. fin. & ibi Bald.* C. *de te-
ſtam. Gloſ. in l.* 3. *§. idem diuus, in verb. non teſtimonia,
ff. eod. Aym. conſil.* 2. *num.* 7. *Marſil. Sing.* 211. *Farinac.*
11 *de oppoſit. con. exam. teſt. quæſt.* 80. *num.* 108. quàm ex
C totali defectu citationis partis, C *Bart. in l. maritus
num.* 3. *in fin. ff. de quæſt. Abb. in cap.* 2. *num.* 14. *verſ.
ſed idem Bart. & ibi Felin. de teſtib.* & ita nihil facit, vt in
his terminis dixit *Rot. deciſ.* 389. *num.* 3. *in fin. par.* 1.
diuerſ. Tertium verò, quòd dicta confeſſio ſit per pu-
blicum inſtrumentum, cum iuramento, & teſtibus, ni-
12 hil facit: quia non negatur inſtrumentum confeſsionis,
ſed ſolutio, & numeratio, quæ non probatur ex dicta
confeſsione ex ſupradictis, nec ex dictis adiuuatur, cum
non percutiant illud idem, quod confeſsio *Aym. conſil.*
281. *num.* 8. *verſ. ſecundò reſpondeo*, *Card. Seraphin. de-
ciſ.* 436. *num.* 7. Non obſtat præcedens promiſſio, quia
de illa non conſtat, nec ea deſumitur ex conſenſu præ-
13 ſtito reſeruationi, cum aliud ſit conſentire, & aliud ſe
obligare *ad l. aliud eſt vendere, ff. de regul. iur. Aym conſil.*
39. *num.* 19. Et demum non obſtat, dictam confeſsio-
nem probare, ſtante ſtylo regionis, conficiend. ſimiles
quietantias per viam confeſsionis, etiam quando inter-
ceſsit numeratio, & actualis ſolutio, vt fuit dictum in
allegata *Colaguritana penſionis coram bon. mem. Gipſio,
& R. P. D. Manzanedo*, quia ſtylus hic non probatur,
vt in caſu dd. deciſ.

Et ita fuit deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd penſionarius, vt dicatur conſtitutus in quaſi poſſeſ-
14 ſione exigendi peoſionem contra ſucceſſorem illius, qui re-
ſeruatiooi conſenſit, tenetur docere de veta, & reali ſo-
lutione, & numetatione, nec ſufficiunt quietantiæ cum
confeſſione de recepto ab ipſomet factæ titulari anteceſſo-
ri, quæ noo probant ad fauorem eius, qui tenetur docere
de vera, & reali ſolutione *l Lutius, § tutelæ ff de adminiſtr.
tut.* Et ita *Seraphin. deciſ* 302. *num.* 2. *& ſeq. Roto in Luca-
na penſionis* 27. *Nouemb.* 1617. *coram R. P. D. meo Pirouā-
no, & in Parmen. penſionis* 5. *Iunij* 1624. *coram R. P. D.
meo Merlino confirmata* 25. *Iunij* 1627. *coram bon. mem.
Patriarcha Manzanedo, & in Piſana penſionis* 20. *Nouēb*
1628. *corā R. P. D. meo Virili*; cenſeretur tamen ad hunc
effectum ſufficienter probata vera, & realis numeratio ex
atteſtatione Notarij, quòd coram ſe, & teſtibus facta fuerit
ſolutio, vel datæ fuerint pecuniæ quamuis non vtatur ver-
bo, *numerauit*, vt fuit dictum in *Calaguritana penſionis* 17.
Iunij 1624. *coram bon. mem Patriarcha Manzanedo*.

B Et hoc decreto, & clauſula ſtante, tenetur penſionarius
probare, quòd durante vita titularis prædeceſſoris, qui
penſioni conſenſerat, vel quamdiù ille beneficium obtinuit,
penſio fuerit ſibi integrè ſoluta pro omnibus terminis de-
curſis tempore eiuſdem prædeceſſoris, Rota in *d Lucana
penſionis coram R. P. D. Pirouano, in d. Parmen. penſionis
coram R. P. D. Merlino, & in d. Piſana penſionis coram
R. P. D. Virili*.

C De hac materia vide quæ dixi ſupra *in annot. ad deciſ.* 118.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria, ſeu depoſiti.

Lunæ 29. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Duplicatio ſummarum probatur ex diuerſitate ſcripturarū, quæ ſint confectæ diuerſo tempore, de diſparibus ſummis, & inter eaſdem perſonas.

SVM-

ſVMMARIVM.

1 *Actor plenè probare debet intentionem ſuam.*

2 *Duplicitas ſummæ probatur ex diuerſitate ſcripturarum, ſummarum, & temporis; & dantur exempla in legatis eiuſdem, vel diuerſarum ſummarum, de pluribus ſtipulationibus, confeſſionibus, ſententijs, obligationibus, ſecuritatibus, ſeu quietantijs, &c.*

3 *Scripturæ plures, quando vna ſufficeret, præſumuntur diuerſas continere obligationes.*

4 *Actum principaliter attendi, & inſpici debet.*

5 *Cautela, quòd in vltima ſcriptura dicatur, ſummam contentam in prima eſſe in ea comprehenſam, facta abſente parte, eſt inutilis.*

6 *Verbum*, hauuti, *eſt præteriti temporis.*

DECISIO CLVII.

A SVPER libro banchi Ioannis Rotuli A, nuncupati *Stracciaſoglio*, ſub die 8. Ianuarij 1614. adnotata eſt ad creditum Io. Baptiſtæ Martini, partita ſcut. 700. delatorum per Io. Baptiſtam Galeottum furnarium. Et ſuper alio libro nuncupato, *Quaderno di caſſa*, ſub computo Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Burgheſij, aptata eſt alia partita ſcut. 1000. ad creditum dicti Illuſtriſſimi D. Cardinalis (à quo Martinus tenet in affictum Caſale S. Nicolæ) cum iſtis verbis, *hauuti dal Signòr Gio. Battiſta Martini, diſſe à conto della paga di Maggio paſſato, anzi di Ottobre*: quarum partitarum cedulæ, relatiuè tamen ad dictos libros, manu Capſerij ſcriptæ fuerunt, & illa ſcutorum 700. fuit conſignata Galeotto, alia verò ſcutorum mille Martino: qui cum prætenderet, ſibi eſſe reſtituen. per Rotulum dd. ſcut. 700. de quibus in prima partita, dubitaui, an illa eſſent incluſa in alia partita ſcutorum mille, & concluſum fuit affirmatiuè. Quia DD. viſum fuit, Martinum actorem non probaſſe intentionem ſuam, quòd ipſe ſcilicèt depoſuerit penes banchum dictas duas ſummas, videlicet, ſcut. 700. in vna, & 1000. in alia manu,
1 prout probare debet, *ex tex. in l. quingenta, verſ. 1. frontè, & ibi Scrib. ff. de probat.* Et licèt partita ſcut. 700. non fuerit controuerſa; tamen Martinus non fuit ſuper aliquo ex libris banchi creatus creditor dictæ ſummæ ſcut. 1000. prout fuerat de dictis ſcut. 700. ſuper dicto libro *del Stracciaſoglio*, ſed partita ſcut. 1000. eſt directè concepta ad creditum, & in computo Illuſtriſſimi D. Cardinalis Burgheſij. Quamuis autem contineat confeſſionem, quòd pecuniæ fuerunt habitæ à Martino, ibi, *hauuti dal Signor Gio. Battiſta Martini affittuario, &c.* Non tamen ſufficit ad probandam ſummæ duplicitatem, quæ regulariter quidem probatur ex ſola diuer-
2 ſitate ſcripturarum, tantò magis ſummarum, & temporis, *ex not. in l. quingenta ff. de probat. & in l. triticum ff. de verb. oblig. Iaſ. conſ. 87. vol. 3. Surd. conſ. 80. per tot.* Sed requiritur, ſcripturas eſſe factas diuerſo tempore, de diſparibus ſummis, & inter eaſdem perſonas, & tunc ille, qui dicit, ſummas eſſe duplicatas, habet intentionem ſuam fundatam; & in iſtis terminis de pluribus legatis eiuſdem, vel diuerſarum ſummarum eidem per eũdem teſtatorem factis loquuntur *tex. in d. l. quingenta, & in l. cum centum, & ibi Bart. ff. de adim. leg. in l. planè §. ſi eadem, de leg. 1. in l. ſi pluribus §. 1. de leg. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 128. per tot.* de pluribus ſtipulationibus per eundem, & eidem *l. triticum, vbi Scrib. præſertim, Iaſ. num. 9. ff. de verb. oblig.* de pluribus confeſſionibus per eundem ad fauorem eiuſdem, *Barbat. conſ. 25. per tot. vol. 1.* de pluribus ſententijs *Surd. d. conſ. 80. num. 16.* de diuerſis obligationibus diuerſarum ſummarum inter eaſdem perſonas, *Franc. Marc. deciſ. 438. num. 3. & 4. part. 1.* & de pluribus ſecuritatibus, eu quietantijs, *Gloſſ. in l. ne caſu, in verb. collatoribus, vbi Luc. de Penn. Bald. & Io. de Plat. in princ. C. de diſcuſſ. lib. 10.* quam gloſſ. ſic intelligit idem *Bald. in l. ſeruo, 113. alias 114. §. ſi quis à primo ff. de leg. 1.* & in iſtis terminis refert quæſtionem Martini de Fano *Alber. in l. quingenta, num. 4. in fin. & num. 5. ff. de probat. Ang. in l. ſi pluribus, §. ſi eadem, in fin. vbi Alex. num. 3. Iaſ. num. 16. de leg. 1. Alex. conſ. 4. num. 3. vol. 1. Iaſ. in d. l. triticum, num. 9. ff. de verb. oblig. Roman. Sing. 553. Bald. conſ. 218. vol. 5. Aym. conſ. 282. num. 1. & 2. Alex. d. conſ. 4. num. 3. & per tot.* qui in iſtis terminis conſuluit, *& Iaſ. d. conſ. 87. vol. 3. Barbat. d. conſ. 25. per tot. vol. 1. Neuizan. conſ. 96. num. 1. cum ſeqq. Surd. d. conſ. 80. per tot. Marc. d. deciſ. 438.* Ratio autem eſt; quia quando de pluribus ſummis fa-
3 ctæ ſunt plures ſcripturæ, cum tamen vna ſufficeret, præſumuntur diuerſæ obligationes, & diſponentes voluiſſe actum multiplicare, *Alex. d. conſ. 4. num. 3. verſ. ſi ergo ne ſecunda reddatur inutilis, Florian. d. l. quingenta, num. 3. Alex. d. l. triticum, num. 6. & d. conſ. 4. num. 3. circ. fin. Iaſ. d. l. ſi pluribus, §. ſi eadem, num. 16. & d. l. triticum, num. 9. Surd. d. conſ. 80. num. 32.* Quod procedit, quando ſcripturæ ſunt factæ directè ad fauorem illius, qui prætendit duplicitatem ſummarum, & ſic ceſſat quando ſcriptura non eſt facta cum eodem, ſed cum tertio, quia tunc ſecunda non redditur inutilis, ſed dirigitur ad alium principalem finem, & effectum; vt in hoc caſu, in quo hæc ſecunda partita ſcut. 1000. fuit creata ad conſtituendum creditorem iſtius ſummæ d. Illuſtriſſimum D. Cardinalem, quod propterea tan-
4 quam id, quod principaliter actum fuit, in hac materia attendi, & inſpici debet, *iuxta l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti in princ. ff. ſi cert. petat. Ang. d. l. triticum, Alex. d. conſ. 4. num. 1.* Ceſſat autem cautela, quæ datur, quòd in vltima ſcriptura dicatur, ſummam con-
5 tentam in prima eſſe in ea comprehenſam, quam tradunt *Bart. d. l. triticum, num. 3. Iaſ. num. 9. Alber. d. l. quingenta, num. 5. Angel. d. §. cum eadem*, quæ cautela fuiſſet inutilis Rotulo tanquam adhibita inter alios, & abſente Martino. Et ita videtur ceſſare materia, *d. l. quingenta, & l. triticum, & ſimilium*, latiſſimè tractata per *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſ. 213. & Surd. d. conſ. 80.* Et non applicari deciſiones in cauſa *Romana de Aſtallis 1. Februarij 1613. & 22. Iunij 1614. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, in qua conſtabat de pluribus quietantijs factis ad fauorem eiuſdem, & nihilominus fuit reſolutum, quòd eſſent compræhenſæ in vna. Et propterea non eſt neceſſe recurrere ad coniecturas, tanto magis inſpiciendo verba partitæ, *ad creditum d. Illuſtriſſimi D. Cardinalis Burgheſii*, ex quibus patet, quòd ea die non fuerunt numerata d. ſcuta 1000. illud enim verbum, *hauuti*, eſt præteriti temporis, & ſic ante ſcripturam libri, aliter enim eſſet per verba præſen-
6 tis temporis, vel æquipollentia, vt in terminis noſtris ſimilia verba ponderat, *Soccin. conſ. 129. num. 1. vol. 4.* Et ſic confeſſio ex dicta partita reſultans ad fauorem Martini intelligitur de præterito, *ad tex. in l. deſiderium, & ibi DD. C. depoſit.*

Et ideò fuit vt ſupra deciſum.

ANNOTATIO.

A Hæc deciſio confirmata fuit *infra deciſ. 298.*

Anconitana bonotum.

Lunæ 29. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur contra immiſſum ex ſententia Iudicis, ſed agendum eſt via ordinaria ad illius reuocationem, quando ſententia non eſt iniuſta; & quomodo debet conſtare de iniuſtitia ſententiæ ad hunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Exequutoris relatio probat adeptionem poſſeſsionis.*
2 *Quaſi poſſeſsio acquiritur ex vnica ſolutione.*
3 *Continuatio poſſeſsionis præſumitur, maximè quando non probatur aliquis actus poſſeſſorius contrarius.*
4 *Manutētio non datur priuatis poſſeſsione auctore Prætore.*
5 *Sententia iniuſta non priuat poſſeſsione.*
Intellige quando iniuſtitia eſt notoria, & euidentiſsimè probatur num. 6. & debet eſſe ita patens, vt Iudex dici poſsit tanquam priuatus proceſsiſſe num. 12.
7 *Sententia non dicitur notoriè iniuſta, ſi aliquo modo offuſcatur, & eſt diſcutiendum prius ſuper iniuſtitia ſententiæ, deinde an iniquitas ſit notoria, & patens.*
8 *Rotæ reſolutiones ſinè ſententijs non faciunt notoriam iuſtitiam, vel iniuſtitiam, ſed requiritur vel res iudicata, vel confeſsio partis.*
9 *Sententiæ verba diſpoſitiua, non procemialia attenduntur.*
10 *Rota vigore Innocentianæ non ſolùm fatalia prorogare poteſt, ſed etiam noua concedere.*
11 *Manutentio non datur contra immiſſum ex ſententia Iudicis, ſed illa reuocari debet via ordinaria.*

DECISIO CLVIII.

RECESSERVNT DD. à reſolutione facta 9. Iunij 1614. & dixerunt, non
competere filijs, & hæredibus Marij
manutentionem; quia licèt idem Marius per ſententiam Cardinalis Seraphini de anno 1598. latam reintegratus ad poſſeſsionem domorum, & cēſuum, de quibus agitur, & poſt eum dicti filij, & hæredes
poſſederint; tamen quia Petrus, contra quē dicta ſententia fuerat lata, per aliam ſententiam Reuerendiſs. Attrebaten. de anno 1603. fuit ad eandem poſſeſsionem, &
quaſi reſpectiuè reintegratus, & de poſſeſsione domo-
1 rum conſtat per relationē executoris tunc factam, quæ
probat adeptionem dictæ poſſeſsionis *Ang. in l. fin. in princ. verſ. obſeruatur tamen, C. de edic. diu. Adr. toll. & ibi Salycet. num. 5. verſ & ex hoc, Menoch. de adipiſcen. re-*
A *med. 4. num. 915.* A, quam etiam poſſeſsionem, &
quaſi reſpectiuè expreſsè præſupponit, & refert peritus ad inſtantiam DD. de Tancredis electus in eius relatione, calculando fructus cenſuum, & penſiones dd. domorum perceptas per Tancredos poſt dictam ſententiam Cardinalis Seraphini, vſque ad captam illarū poſſeſsionem per Petrum de anno 1603. & ſic de tempore latæ ſententiæ. Et perceptio fructuum cenſuum adminiculatur per teſtes dd. de Tancredis inductos ſuper recognitione quietantiarum fructuum dd. cenſuum, factarum ab illorū matre tutricio nomine, dū dicunt, ſe priùs ſoluiſſe Petro dd. fructus, poſtea Tancredis vſquequo dictus Petrus, cui etiam hodie ſoluunt, fuit per ſenten-
2 tiam reintegratus in poſſeſsione; ex qua fructuum perceptione (cum etiam vnica ſolutio conſtituat in quaſi poſſeſsione) probatur quaſi poſſeſsio Petri, vt dictum
fuit pro Tancredis in dicta reſolutione 9. Iunij 1614.
3 quæ præſumitur continuata, vt per *Bald. & Salycet. in l. ſiue poſſidetis C. de probat. Rot. deciſ. 4. de probat. in nouis, Natt. conſ. 400. num. 6.* maximè quia non probatur de aliquibus actibus poſſeſſorijs, ſeu quaſi dd. de Tācredis poſt dictam ſententiam Reuerendiſs. Attrebaten. *Afflict. deciſ. 394. Deciſ. Pedemont. 99. num. 51.* Vnde
cum Tancredi fuerit eiecti auctore prętore, & ſic priua-
4 ti poſſeſsione, non poſſunt experiri remedio retinendæ,
ſed debent procedere per viam appellationis ad reuoca-
5 tionem ſententiæ. Non obſtat quod dicitur, ſententiam
Reuerendiſs. Attrebaten. tanquam notoriè iniuſtam, non priuaſſe poſſeſsione Tancredos non habētes ſe pro ſpoliatis, & de iniuſtitia conſtare: tum quia non iuſtificatur ex actis; tum quia dicta ſententia eſt fundata ſuper exceſſu commiſſo in executione ſententiæ Cardinalis Seraphini, qui nō fuit iuſtificatus, vt reſolutum fuit 7. Maij 1604. *coram eodem Reuerendiſsimo Attrebaten. & 24. Maij 1606. & 20. Maij 1611 coram. R. P. D. meo Manzanedo* Quia reſpondetur, quòd in 1. *deciſ. Reuerendiſsimi Attrebaten. 4. Iulij 1603.* fuit firmatum, conſtare de exceſſu reſpectu domus Sancti Nicolai, quia mandatum erat reintegratorium ad domum Sancti Nicolai, & reſpectu cenſuum ſcut. 400. in ſorte, quia illorum fuit capta poſſeſſio ſinè ſubhaſtatione, & deliberatione; ſecunda vero deciſio 7. Maij firmat, non conſtare reſpectu domus Sancti Iacobi, & cēſuum ſcut. 200. cum Turcio, & Moricone. Deciſiones verò *R. P. D. mei Mānzanedi* ſe referunt ad fundamentū ſupradictę deciſionis; & licet ſubiungatur, quòd ſententia Cardinalis Seraphini ſit iuſtificata reſpectu domus Sancti Iacobi, & cēſuum cum Turcio, & Moricone: ex hoc tamen ſententia Reuerendiſs. Attrebaten. nō redditur notoriè iniuſta, &
nihilominus iniuſtitia debet eſſe notoria, & euidentiſ-
B ſimè probata B, *l. ſi pars, & ibi Odofred. Bald. Caſtr.*
6 *Ang. num. 1. ff. de inoff. teſt.* & ad illam tollendam ſufficit
7 qualis qualis offuſcatio, *Card. Seraphin. deciſ. 616. num. 9.*
& priùs diſcutiendū eſt, an dicta ſententia ſit iniuſta, deinde an iniquitas ſit notoria, & patens *Contard. in l. vnica limit. 9. num. 95. C. ſi de moment. poſſ.* & ex ſolis reſo-
8 lutionibus Rotæ ſinè ſententijs non poteſt dici conſtare
de notoria iniuſtitia, ſicuti nec de bono iure, niſi per rem iudicatam, vel per confeſſionem partis, vt in terminis manutentionis tenuit *Rot. in Reatina penſionis coram R. P D. meo Pamphilio 28. Ianuarij 1613. & in eadem coram R. P. D. meo Vbaldo 1. Decembris 1614.* Nec ſubſiſtit in facto, quòd ſententia Reuerendiſſimi Attrebaten. ſit fundata tantùm ſuper exceſſu, de quo non conſtat, & ſic ſuper falſa cauſa, & exinde reſultat notoria iniuſtitia. Quia ex lectura patet, eſſe fundatam in ſpolio, & non ſunt attendenda verba procemialia ſententiæ, in quibus enunciatur exceſſus, ſed tantummo-
9 do verba diſpoſitiua per modum cauſæ ad hoc, vt dici
poſſit, ſententiam continere expreſſum, & manifeſtum errorem *Bart. & Bald. in l. 1. C. de error. calcu. Bart. in l. 2. num. 2. C. de re iudic. Surd. conſil. 223. num. 18. & 19.* vltra quòd enunciatur etiam ſpolium. Non obſtat, dictam vltimam ſententiam Rotalem tranſijſſe in iudicatum ob lapſum fatalium. Quia vltra quòd videtur extra punctum, de quo agitur, in actis eſt petita reſtitutio fatalium, & Rota vigore Innocentianæ non ſo-
10 lùm poteſt prorogare *Caſſad. deciſ. 7. num. 2. de appell. Guidopap. deciſ. 42. Creſcent. deciſ. 3. de offic. delegat.* ſed etiam noua fatalia concedere, vt expreſsè diſponitur in dicta Innocentiana, & teſtatur *Veſtrius in praxi lib. 7.*

cap.

cap. vlt. num. 13. *& ſeq.* Ex his igitur cum pendeat cauſa appellationis nullitatis, & reſtitutionis in integrum à ſententia R. P. D. mei Manzanedi ab anno 1611. citra, nec conſtet de notoria iniuſtitia ſententiæ Reuerendiſſimi Attrebaten. imò pendeat à definitione cauſæ principalis, concluſum fuit, procedendum eſſe via ordinaria ad confirmandam, vel infirmandam dictam vl-
11 timam ſententiam, & non per viam manutentionis, iuxta *deciſ. Rotæ in Romana de Bombellis* 31. *Maij* 1613. *coram Reuerendiſs. D. meo Damaſceno*, quam quotidie Rota ſequitur. Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Cardinal.* Caualer. *deciſ* 106. *num.* 3.
B *Rota deciſ* 674. *num.* 3. *in fine part* 1. *& deciſ.* 646. *num.* 2. *part.* 2. *recent. in Firmana beneficiorum* 13. *Ianuarij* 1617. *coram bon mem. Remboldo*, vbi quòd ad hunc effectū
12 nullitas ſeu iniuſtitia debet eſſe ita patēs, & notoria, vt Iudex dici poſſit, tanquam priuatus proceſſiſſe: cum aliàs ſi ex cauſa cuiuſcunquè nullitatis, vel iniuſtitiæ actio ſpolij dateur, remedium ordinarium dicendi de nullitate ſententiarum, ac etiam appellationis, eſſet fruſtratorium, & iudiciorum ordo penitus confunderetur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana executionis.

Veneris 4. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Fructus dotales debentur marito, ſtante mora, ſoluendi ſibi dotem promiſſam, & ex eo ſolùm, quòd onera matrimonij ſuſtinuit; & an cenſeantur remiſſi, ſi per decennium petiti nō fuerint; & an teneatur gener expenſas à ſocero habitas cum fructibus dotis excomputare.

SVMMARIVM.

1 *Mora ſoluendi dotem contrahitur ex lapſu terminorum ad illius ſolutionem conuentorum.*
2 *Mora ſoluendi dotem contrahitur ex eo ſolùm, quòd maritus ſuſtinet onera matrimonij, & ideo illi ſtatim debentur fructus dotis non ſolutæ abſque aliqua mora, & num.* 13. *Limita, vt num.* 14.
3 *Fructus dotis an cenſeatur remiſſi ex eo, quòd per decenniū petiti non fuerint, & num.* 4. *&* 5.
6 *Alimenta fuiſſe præſtita, probatur per coniecturas, & leuiores probationes.*
7 *Socer non cenſetur, expenſas factas genero, & eius familiæ donaſſe, ſed loco fructuum dotis præſtitiſſe.*
8 *Fructus dotis non debentur marito, qui onera matrimonij non ſuſtinuit.*
9 *In ſocietate vitæ non habetur ratio, ſi alter ſocius aliquid plus impendat.*
10 *Declara procedere in modica, ſecus autem in magna inæqualitate.*
11 *Fructus an ſint taxandi reſpectu iocalium, & mobilium, in quibus pars dotis fuit promiſſa, & an reſpectu domorum debeantur vltra quinque pro centenario.*
12 *Expenſæ factæ à ſocero genero an ſint computandæ loco fructuum dotis quantæcunque illæ ſint.*
15 *Dilatio ad ſoluendum facit, vt non debeantur vſuræ pretij non ſoluti.*

DECISIO CLIX.

FVIT reſolutum, habendam eſſe rationem fructuum dotalium, & impenſarum factarum à Flaminio. Quoad fructus, quia Flaminius fuit in mora ſoluendi, tām ex lapſu terminorum ad dotis ſolutionem conuentorum *Bart. conſ.* 132. *num.* 2. *lib.* 1. *Aret. in* §. *fue-*
1 *rat num.* 7. *verſ. ſed quod dixi Inſt. de act. & ibi Iaſ. num.* 5. *Rol. conſ.* 65. *num.* 2. *lib.* 4. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.*
2 42. *num.* 125. quàm ex eo ſolùm, quòd Simon onera matrimonij ſuſtinuit *Bart in l. in inſulam* §. *vſuras num.* 3. *ff. ſol. matr. Alex. conſ.* 137. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 5. *Natta conſ.* 495. *num.* 2. *Surd. vbi ſupra num.* 133. *& conſ.* 190.
A *num.* 31. *ad fin. &* cauetur ſtatuto Vrbis *c.* 137. *lib.* 1. A,
Nec prætendi poſſe viſum fuit, fructus iſtos cenſeri remiſ-
3 ſos ex ſilentio Simonis per decennium, & donec vixit
iuxta *tex. in l. cum quidam* §. *diuus ff. de vſuris*, per quem
tex. ita decidit *Bald. conſ.* 474. *lib.* 3. *Alex. conſ.* 74. *num.*
8. *vol.* 5. *cum alleg. per Menoch. de præſum. lib.* 3. *præſ.*
25. *num.* 2. Quia dicta opinio fundatur in præſumpta
4 donatione, quæ excluditur in propoſito ex præſtatione
alimentorum facta per Flaminium Simoni, & cultura
vinearum, de quibus infra, iuncta declaratione ipſius Si-
monis, de qua in eius libro, in quo relatis expenſis præ-
dictis factis à Flaminio, ſubdit, non curaſſe dotem conſe-
qui, quia viuebant inſimul abſque aliqua differentia, &
ſic quia Flaminius viuebat cum ipſo, ſuſtinendo dicta
onera, & faciendo prædictas expenſas, vt conſiderat
Surd. d. conſ. 290. *num.* 52. *verſ.* 2. *reſpondet*. Non ob-
ſtat, quòd ceſſet, vel fuerit remiſſa mora, cum Simon
declarauerit, dotem non fuiſſe ſibi ſolutam, quia ipſe
non curauit; ex hoc enim concluditur potiùs conniuen-
tia Simonis in curanda exactione dotis, quàm remiſſio
5 moræ ex lapſu diei, onerumque ſuſtentatione incurſæ,
& præſertim vt dici inde poſſit, remittere voluiſſe fru-
ctus dotales: quia illi non cenſentur remiſſi per virum
ex omiſſione petitionis per decennium *Aret. in* §. *fue-*
rat num. 7. *verſ.* 2. *aduertas Inſt. de act. & ibi Iaſ. num.*
22. *Alexand. in l. quæ dotis num.* 14. *verſ. per hæc puto ff.*
ſolut. matr. & ibi Iaſ. num. 21. *verſ. propter hoc Bolog.*
qui de cōmuni num. 29. *& Barboſ. num.* 46. *verſ. hæc tamen*
opinio, qui refert etiam *Palac. in repetione cap. per veſtras*
§. 1. *num.* 1. *ad fin. de donat.* aſſerentem d. conſilium *Bald.*
474. *lib.* 3. in quo tenet contrarium, communiter repro-
bari, & contra illud fuiſſe indicatum teſtatur *Grammat.*
deciſ. 70. *in fine*, & de communi *Roland. conſil.* 65. *num.*
9. *cum ſeq. & ante num.* 18. *& Surd. de aliment. tit.* 1.
quæſt. 42. *num.* 110. qui etiam ſubdit, ſecundùm hanc
opinionem ſe conſuluiſſe, & fuiſſe iudicatum in Senatu
Montis Ferrati, & veriorem dicit ibidem *num.* 90. *verſ.*
B *contraria tamen ſententia*, B maximè cum cauſa, quare
non curauerit dotem conſequi, fuerit, quia Flaminius ſi-
mul viuebat, expenſas panis, cibariorum, & culturæ vi-
nearum ſuſtinendo. Quo ad expenſas factas à Flaminio
illæ conſiſtunt in ſuſtinenda familia generi pane, & ob-
ſonio, necnon in colendis vineis eiuſdem generi. Et
quòd Flaminius fecerit panis, & obſonij expenſas, de-
ponunt teſtes Aureliæ iuxta quintum, ſeptimum, & no-
num, & ſuper ſexto, & octauo; cum tamen leuiores
6 etiam probationes admittantur *Corn. conſil.* 113. *col.* 2.
verſic. et in his, lib. 1. *et conſil.* 171. *col.* 1. *verſ. vndè in*
his, Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. *ita reſcriptum, num.* 66.
ff. de lib. agnoſc. Surd. de alim. quæſt. 23. *num.* 10. *tit.* 6.
Qui etiam teſtes iuxta quartum, decimumſeptimum, &
ſuper quinto deponunt, in dicta familia extitiſſe ſemper
ancillas, nutrices, ſeruitores, & aurigas vltra ipſum

ab inde citra calculando penſiones domorum per eos
10 perceptas, vt ex inſtrumentis locationum, quas fece-
runt, certum ſit, illis fuiſſe de d. ſumma ſatisfactum, & ſic
cũ ceſſet cauſa immiſsionis, quæ fuit temporalis, danda
eſt D. Duci reintegratio, vt in ſpecie tenuit *Rota in Rom.
vineæ de Brunis* 4. *Decembris* 1584. *coram bon. mem. Car-
dinali Blanchetto, & in Peruſina bonorum de Oddis* 5. *Maij*
D 1606. *coram Reuerendiſs. Bonon.* D, Nam dictum credi-
11 tum dotis maternæ fuit extinctum ex natura pignoris,
& hypothecæ, cum fructus extennent ſortem *l.* 1. *C. de
pignorat. act. cum concord.* & in ſpecie noſtra *Alex. conſ.*
70. *num.* 7. *lib.* 7. *Neguſ. de pignor.* 5. *memb.* 5. *par. num.*
1. *Natt. conſ.* 535. *num.* 3. *& ſeq. & conſ.* 536. *num.* 18.
& 19. *Rota dec.* 43. *num.* 2. *& deciſ.* 44. *num.* 10. *par.* 1.
diuer. & in Romana vineæ de Brunis 11. *Decembris* 1591.
coram bon. mem. Orano, latè Surd. conſ. 194. *num.* 10. *&
ſeq.* Non obſtat, quòd dicti fructus non extenuauerint
ſortem pro rata fructuum dotalium, quia creditum erat
12 pro dotibus maternis. Nam vltra quòd etiam ipſa ſi
viueret, & moram paſſa fuiſſet in reſtitutione dotis, te-
neretur illos imputare in ſortem, *vt ex Innoc. Oſtien.
Io. Andr. Butr. & alijs tradit Surd. d. conſ.* 194. *num.* 13.
vbi refert, conſultum eſſe mulieri, vt faciat diſtrahi pi-
gnus, vel illud capiat in ſolutum; hoc motiuum vide-
tur ceſſare mortua matre, cuius hæredes non poſſunt
13 prætendere aliquos fructus in bonis patris debitoris,
Gabr. conſ. 152. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 2. *Peregr. conſ.* 60.
num. 5. *&* 6. *lib.* 1. & fuit dictum in *Bonon. dotis* 4. *Iu-
nij* 1597. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Roma-
na fructuum cenſus* 19. *Nouembris* 1614. *coram R. P. D.
meo Dunozetto.* Nec etiam obſtat prætenſa retentio ra-
tione fructuum, in quibus D. Dux fuit condemnatus
per ſententiam bon. mem. Littæ, occaſione fructuum
aliorum bonorum Franciſci de Roncionibus, & Iuliæ
Cinciæ; quia cum à dicta ſententia fuerit appellatum,
& fructus non ſint liquidati, huiuſmodi exceptio non
14 retardat reintegrationem faciendam, poſtquàm dd. de
Roncionibus ſunt ſatisfacti, vt in ſpecie fuit reſolutum
in dicta *Peruſina bonorum* 5. *Maij* 1606. *coram Reue-*
E *rendiſſimo Bonon.* E Nec etiam obſtat, quòd Roncio-
nes prætendant retentionem, & feciſſe fructus ſuos vi-
gore fideicommiſſi Lactantij Senioris: quia illi fuit ex-
preſsè derogatum à fel. record. Clemente VIII. ad fa-
uorem D. Ducis, quæ derogatio fuit producta coram
R. P. D. Litta, à quo fuit lata ſententia fauorabilis Ron-
cionibus ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum in
dicta derogatione non comprehenſorum, de quibus
modò non agitur: & proceſſus coram eodem Litta fa-
bricatus fuit in hac cauſa reproductus, & ipſi ſuper
iſtis bonis in dicta reuocatione comprehenſis egerunt
hypothecaria pro reſtitutione dotis maternæ, & poſt
immiſsionem petita fuit illorum nominibus adiudicatio,
licèt non ſubſecuta, vt aliàs firmatum fuit: & ſic ſcie-
bant non poſſe poſſidere vigore fideicommiſsi, conſe-
quenter nec facere fructus ſuos. Prout etiam non ob-
ſtat, quòd Ronciones crediderint, dictam adiudicatio-
nem obtinuiſſe, & quòd exinde oriatur titulus putati-
uus, qui debet ipſos excuſare à dd. fructuum reſtitutio-
ne, vel imputatione in ſortem; quia cum Rota firma-
uerit 17. Iunij præteriti, non conſtare de aliqua adiu-
dicatione, quæ re vera non fuit facta, ſed ſolùm iuſſa
fieri, ex dicto ſolo iuſſu non poteſt dici ortus titulus pu-
tatiuus, imò potiùs excluditur ex defectu conſenſus, vt
fuit firmatum in dicta deciſione. Tandem tollitur mo-
15 tiuum, quòd fructus non ſint imputandi in ſortem, quia
bona, ſuper quibus fuit facta immiſsio, non excedebant
valorem crediti ex *Alexand. in l.* 1. *§. per ſeruum corpo-
raliter, num.* 7. *ff. de acquir. poſſeſſ.* cum alijs, qui eum ſe-
quuntur; tùm quia non ſubſiſtit in facto, tùm quia con-
16 cluſio procedit in pignore conuentionali dato pro tan-
ta ſumma, quòd veriſimiliter nulla ſit ſpes luitionis,
quia tunc videtur exiuiſſe poteſtatem, & dominium de-
bitoris, & iudicatur prout de rebus, quæ pleno iure
ſpectant ad creditorem per *text. in l. qui habebat, in prin-
cip. de legat.* 3. *& expreſsè Alexand. vbi ſupra num.* 7. quæ
ratio ceſſat in pignore capto per hypothecariam, cuius
natura eſt, vt fructus ſortem extenuent, vt dictum eſt.
Et ita deciſum, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Concordant *deciſ* 306. *num.* 2. *& deciſ.* 393. *num.* 1. *&*
17 *deciſ* 505. *num.* 3. *& deciſ* 584. *num.* 2. *& deciſ.* 916. *num.*
2. *corã Domino meo Rot. deciſ.* 561. *num* 2 *part.* 2. *recent.
& in Romana domorum de Zacconibus* 17. *Maij* 1621. *corã
bon mem Vbaldo*, in qua hæc deciſio allegatur, *& in Ro-
mana vineæ* 10. *Decembris* 1621. *coram bon. mem. Patriar-
cha Manzanedo, & coram eodem in Senogallien. Saluiani*
18 *interdicti* 20. *Iunij* 1625. & petens immiſſionem amittit
nedum naturalem, ſed etiam ciuilem poſſeſſionem *Gregor.
deciſ.* 46. *num.* 4. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 534. *num.* 6.
19 Quando tamen quis petit manuteneri, ſeu immitti, non
amittit poſſeſſionem ciuilem, ſed cenſetur immiſſionem
petijſſe pro naturali tantùm, *Surd. conſil* 160 *num.* 72. *in
fin. & num. ſeq Rot. coram Reuerendiſſimo D. meo Cocci-
no Decano deciſ* 494. *num.* 6. *& deciſ.* 560. *num.* 4. *ad fin.
part.* 1. *recent.*
B Idem dictum fuit infra *deciſ.* 491. *num.* 2.
C Concordantes adduxi ſupra *ad deciſ.* 100. *lit. E*, quibus addi
poteſt *Rot. in Romana de Cincijs* 15. *Decembris* 1623. *&*
1. *Iulij* 1624 *coram R. P. D. meo Pirouano. & in Adiacen.
Vicariæ* 2. *Martij* 1626. *coram R P. D. meo Merlino*, in
qua hæc deciſio allegatur, & infra *coram Domino meo de-
ciſ.* 326. *num* 2. *& deciſ* 752. *num etiam* 2.
D *Pacific. de Saluian. interd. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num* 216. *&*
220. *& ſeq. Scapucc eod tract. lib.* 3. *quæſt.* 12. *Rota in
Montis Leonis domus* 3. *Iunij* 1617. *coram Reuerendiſſimo
D meo Patriarcha Pamphilio, & in Romana vineæ, ſeu
pecuniaria* 4. *Iulij* 1625. *coram R. P. D meo Pirouano.*
E Creditor poſſidens ex Saluiano finito tempore, & poſt-
20 quam ſibi ex fructibus de ſuo credito ſatisfecerit, non
poteſt retinere pro alio credito, quod non ſit liquidum,
vt firmatur in hac deciſione, & tradunt *Pacific. d inſpect.*
4. *cap.* 1. *num.* 224. *Rota deciſ.* 433. *ſub num.* 2. *part.* 2.
recent. & apud Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 130. *num.*
8. *& in d. Romana vineæ, ſeu pecuniaria* 4. *Iulij* 1625.
21 *coram R. P. D. meo Pirouano.* Et ad hunc effectum reten-
tionis, vt creditum dicatur liquidum, requiritur, quòd
de eo conſtet, vel per confeſſionem partis, vel per rem
iudicatam, vel per inſtrumentum adeo clarum, vt illud
controuerti nequeat, *Rot. d. deciſ* 433. *num* 3. *part.* 2.
recent. Cardinal. Caualer. deciſ 539. *num.* 6. & fuit dictum
in Romana de Mareſcottis 24. *Maij* 1624. *coram bon. mem.
Remboldo.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana emphyteuſis domorum.

Veneris 11. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *Ita tamen*, an, & quando reſtringat
omnia in diſpoſitione contenta; & quando
etiam

etiam clauſula in fine poſita referatur ad om-
nia præcedentia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi ad hæredis nominationem conceſſa, inſtitutio habet vim nominationis, niſi in inueſtitura contrarium conuentum fuerit.*

2 *Clauſula*, Ita tamen, *in qualibet parte diſpoſitionis appoſita fuerit, ſemper dicitur relata ad omnia, quando ratio aſſignari non poteſt, quarè magis ad vnum, quam ad aliud referenda ſit. Quod procedit etiam in odioſis, num. 3.*

4 *Conditio, vel onus ſimpliciter, & imperſonaliter poſt plures in eodem gradu vocatos appoſitum toti gradui iniunctum cenſetur.*

5 *Clauſula*, Ita tamen, *ad omnia præcedentia non refertur, quando relatio fieri non poteſt, abſque eo, quòd inducatur aliqua contrarietas, vel abſurditas, vel actus reddatur inutilis.*

6 *Prædilectus quis quando præſumatur.*

7 *Pars vna diſpoſitionis per aliam declaratur.*

8 *Pluralis numerus non verificatur in ſingulari.*

9 Vt ſupra, *dictio importat relationem ad omnia præcedentia cum eiſdem qualitatibus.*

10 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando illa capitula ſunt ſeparata, & perfectam continent orationem.*

11 *Copula*, Et, *coniungit, non autem conſtituit capitulum ſeparatum, & repetit ad præcedentia, quæ in proximis ſequentibus adiyciuntur.*

12 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, licèt ſint capitula ſeparata, quando materia eſt continuata, & diuerſitatis ratio aſſignari non poteſt.*

13 *Relatio ſemper fit ad præcedentia, quando non adeſt aliqua ſpecialis, & propria prouiſio, ſeù determinatio.*

14 *Clauſula*, Ita tamen, *determinat omnia præcedentia, etiam ſi capitula ſint ſeparata.*

15 *Pactum in dubio præſumitur potiùs reale, quàm perſonale.*

16 *Pactum reale tranſit ad omnes perſonas.*

17 *Poſſeſſor non tenetur docere de iure ſuo, ſed actorem excludit per non ius ipſius; etiam ſi exceptio huiuſmodi eſſet eidem poſſeſſori contraria, num. 18.*

DECISIO CLXI.

PROPOSITO pluries dubio, An nominatio de perſona Fabritij Mormorarij ei ſuffragaretur; illoque maturè diſcuſſo, Domini tandem tenuerunt,
1 eam non ſuffragari, vti factam à Ioanne, qui poteſtatem non habebat illam faciendi, cum non fuerit filius, vel nepos ex filio Io. Baptiſtæ, nec ab eo in ſpecie nominatus ad domum, de qua agitur, ſed tantùm in illius bonis inſtitutus hæres vniuerſalis, quod vim nominationis habere non potuit, ſtante expreſſa conuentione, de qua in tranſactione facta inter Capitulum Sancti Petri dominum directum, & d. Io. Baptiſtam prætenſum auctorem Ioannis, & à quo omne illius ius dependebat, videlicèt, *Ita tamen, & taliter, quòd ſub vniuerſali hæredum inſtitutione non intelligatur d. domus comprehenſa, niſi ad illius ſucceſſionem expreſsè, & in ſpecie aliqua perſona fuerit nominata.* Et ideo cum non ſolùm Fabritius non doceat de iure d. Ioannis, à quo fuit nominatus, ſed imò de non iure ex dicta conuentione appareat, intrat vulgaris regula, nemo plus, &c.

Nec Dominis viſum fuit, prædictam conuentionem eſſe relatam ſolùm ad perſonam nominandam à d. Io. Baptiſta, & non ad ipſum Io. Baptiſtam, cui fuit per Capitulum facta conceſſio ad tertiam generationem, & in eius defectum ad tertiam nominationem *iuxta reſolutiones factas 5. Aprilis, & 4. Iunij 1593. coram bon. mem. Penia.*
a Quia clauſula illa, *Ita tamen, &c.* ſiue dicatur appoſita in principio, ſiue in medio, ſiue in fine diſpoſitionis ſuper nominatione facienda, ſemper ad omnes dicitur relata, cum nō poſſit aſſignari ratio, quare magis ad vnum, quàm ad alium ex eis ſit referenda, *l. 1. C. de lib. præter. l. 3. §. filius. ff. de lib. & poſth. l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. & cap. 2. requiris, de appell.* & vbique *communiter ſcribentes*, & latiſſimè tradunt *Gabriel. de clauſ. concluſ. 6. Menoch. præſumpt. 181. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 105. & ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 570. num.*
A 2. A, quod procedere etiā in odioſis, & strictè interpretandis tradunt *Iaſ. in d. l. 1. num. 6. 7. & 8. C. de lib. præter. & in d. §. fin. d. l. talis ſcriptura num. 36. Alex. in d. l. 3. §. filius ff. de lib. & poſth.* cum pluribus per *Menoch. d. præſumpt.* 181. *num.* 4. Tanto magis, cum tàm in dictis deciſionibus, quàm ſecundùm intellectum informantium pro Patritio ſupponatur, dictam clauſulam eſſe in fine poſitam. Ideo enim abſque dubio non data maiori, vel diuerſa ratione in vno, quàm in alio, non ad proxima tantùm refertur, ſed etiam ad omnia alia præcedentia, ſub eadem oratione comprehenſa ex ſupra
4 allegatis; ſicuti conditio, vel onus ſimpliciter, & imperſonaliter poſt plures in eodem gradu vocatos appoſitum, non tantùm alicui ex contentis in eo, ſed etiam toti gradui cenſetur iniunctum, *l. fin. §. Seio, & ibi Alber. Bart. Bald. & Caſtr ff. de leg. 2. & l. mulieri, & Titio. ff. de condit. & demonſtr.* vbi *Gloſ. in ver. vſusfructus, Alberic. in fin Bart. in 1. oppoſ. Caſtr. num. 2. verſ. ſed contrarium eſt, Ruin. conſ. 138. num. 6. lib. 3. Gabriel. conſil. 117. num. 34. lib. 1.* cum alijs per *Cardinal. Mantic. de coniectur. lib. 8. tit. 2. num.* 6. Nulla autem ratio diuerſitatis hic poteſt conſiderari inter nominationem faciendam à Ioan. Baptiſta, & ab eo nominando, quia nullibi in tota tranſactione legitur fa-
5 cta ſpecialis prouiſio ſuper modo faciendi nominationes conceſſas, niſi ſub dicta clauſula, *Ita tamen, &c.* & ideò commodè fieri poteſt relatio ad omnia præcedentia abſque eo, quòd inducatur aliqua contrarietas, vel abſurditas, vel actus reddatur inutilis, quæ potiſſimum pro rationis diuerſitate ad relationem impediendam conſiderantur per *Bart. in d. l. talis ſcriptura. §. fin. num. 3. verſ. cauſæ autem poſſunt. ff. leg. 1. Caſtr. in d. l. 1. num. 2. verſ. ſolue, & tene menti*, & ibi *Sichard. num. 6. verſ. notandum eſt, C. de lib. præter.*

Minùſque conſtat de maiori prædilectione Capituli erga
6 Io. Baptiſtam vti primum acquirentem, quàm erga perſonam ab eo nominandam, vt fuit conſideratum *in 1. deciſione coram bon. mem. Penia*; omiſſo enim pro nunc, an ipſe eſſet primus acquirens, nec ne, ceſſat omnis prædilectionis præſumptio, non ſolùm quia ſumus inter extraneos, & Capituli non intererat, verùm magis ad vnū, quàm ad alium pertinerent nominationes, dummodo vltra vitam Io. Baptiſtæ duas alias vitas non excederent: ſed etiam quia apparet, Io. Baptiſtam fuiſſe parificatum perſonæ ab eo nominandæ in faciendo nominationem Capitulo, illamque infra duos menſes intimando, ac etiā reſpectu caducitatis ob alienationem irrequiſito Capitulo, & omiſſam ſolutionem canonum per biennium; & licèt videatur magis dilectus in eo, quòd illi fuit conceſſa generatio, & nominatio, perſonæ autem nominandæ ſola nominatio, vt in *ead. 1. deciſ.* Inde tamen non ſequitur, cum ſemper, & omni caſu, & ſic etiam circa modum nomi-

Digitized by Google

iuſtificari quoad idoneitatem Nicolai, quia nõ fuit facta
aliqua illius approbatio, & tamen in gratia adeſt clau-
ſula, *& ſi per diligentem informationem ad hoc idoneum*
repereris, &c. Nec obſtare viſa fuit atteſtatiõ Ordinarij
ſuper dicta idoneitate: quia facta fuit ſub die 16. Iunij
1610. & ſic non percutit tempus impetrationis (quæ
fuit ſub dicta die 15. Martij 1605.) prout requireba-
8 tur: ex quo interim præſertim ob tantum temporis cur-
ſum potuit edoceri *ad not. per Vitalin. in clem. fin. num.*
77. de magiſtr. Menoch. lib. 1. præſ. 24. num. 50. & ſeqq.
& Rot. in Legionen. parochialis 13. Martij 1590. coram
Reuerendiſſimo Peruſino, & in Calaguritana beneficij 6.
Februarij. 1609. coram bon. mem. Penia. Quartò de-
mum nedum non fuit iuſtificata quò ad valorem obten-
rorum, ſed nec etiam ille fuit expreſſus, ideoque gratia
9 remanſit nulla iuxta regulam de valore, quæ procedit
etiam in gratia Legati *Creſc. deciſ. 10. de reſcript. Rot. de-*
ciſ. 206. num. 6. par. 1. diuerſ. Ex quibus ſequitur, non
10 eſſe dandam immiſſionem Nicolao, cum gratia ante il-
lius executionẽ debeat eſſe iuſtificata *Cæſ. de Graſſ. deciſ.*
58. alias 12. de probat. num. 4. & Rot. deciſ. 221. num. 4.
par. 2. diuerſ. Et ità vtraq. parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Huius regulæ vide plures limitationes apud *Menoch. de*
arbitr. caſ. 201. *à num.* 100. *& Garz.* qui latè eam proſe-
quitur, *de beneſic. part. 11. cap. 1 per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Toletana decimarum de Verceal.

Lunæ 14. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Deſerta appellatione non deſeritur cauſa nulli-
tatis æquè principaliter commiſſa, ſed du-
rat vſque ad 30. annos: niſi notoriè conſtet
non adeſſe nullitatem. Remiſſoria concedi-
tur, licèt fuerint examinati teſtes ſuper alijs
articulis, & eorum dicta publicata, & didi-
cita teſtificata, ſi articuli, qui de nouo dan-
tur, contineant materias omnino diuerſas, &
non ſint comprehenſi in primis expreſsè,
vel tacitè.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa appellationis, durat cauſa nullitatis vſque ad*
30. annos, ſi æquè principaliter fuerat commiſſa cauſa
appellationis, & nullitatis.
2 *Deſerta cauſa appellationis, deſeritur etiam cauſa nullita-*
tis, ſi notorium eſt, non adeſſe nullitatem.
3 *Remiſſoria conceditur, non obſtante quòd fuerint examina-*
ti teſtes ſuper alijs articulis, & eorum dicta publicata,
ſi articuli, qui de nouo dantur, contineant materias diuer-
ſas, nec comprehendantur expreſsè, vel tacitè ſcilicet de
neceſſitate, vel facti, vel probationis, vel vtriuſque ſi-
mul ſub primis, & num. 7.
4 *Remiſſoria non conceditur ad proban. titulum, quando fue-*
runt examinati teſtes ſuper præſcriptione, & illorum di-
cta didicita, quia titulus cenſetur de neceſſitate tacitè
articulatus.
5 *Remiſſoria conceditur, ſi petatur ad probandum titulum, &*
primi articuli fuerunt ſolùm formati ſuper poſſeſſione,
& è contra.
6 *Remiſſoria conceditur, licèt fuerint examinati alij teſtes,*
& eorum dicta publicata: ſi primi admiſſi fuerunt in
poſſeſſorio, & poſtea porrigantur alij articuli diuerſi in
petitorio.
8 *Immemorabilis nunquam dicitur fuiſſe articulata, niſi*
articuli continuerint requiſita per Gloſ. in cap. 1. de
præſcript.

DECISIO CLXIII.

PLACVIT DD. reſolutio facta 4.
Decembris præteriti coram R. P. D.
Dunozetto pro conceſſione remiſſo-
riæ non obſtan. in contrarium addu-
1 ctis. Nam primò quoad defectum
iuriſdictionis ex capite (vt prætendi-
tur) deſertæ appellationis, dixerunt,
quòd cum fuerint æquè principaliter commiſſæ cauſæ
appellationis, & nullitatis, etiam ſi appellatio eſſet de-
ſerta, nihilominus vſque ad 30. annos durat cauſa nul-
litatis, iuxta opinionem *Bart. in l. ſi expreſſim, num. 10.*
de appell. cum plur. per Couarr. pract. quæſt cap. 24. in
fin. Lancell. de attent. nullit. pend. cap. 17. num. 71. Put.
deciſ. 178. lib. 2. in nouis, & fuit dictum in Elnen. deci-
marum 26. Februarij 1587. coram Orano, in Carthaginen.
penſionis 13. Martij 1600. coram Illuſtriſs. D. Card. Lan-
cell. & in Placentina parochialis 1. Decemb. 1603. corã bon.
A *mem. Litta.* A Nec obſtare viſum fuit, ſententias de par-
2 tibus non eſſe nullas, & ſic eſſe etiam deſertam cauſam
nullitatis ad *deciſ. Achill. 15. de reſcript.* & conſequenter
ceſſare iuriſdictionem; quia dicta deciſio expreſsè, & in
verbis loquitur, quando notorium eſt, nullitates non
adfuiſſe, & procedit ſolùm, quando conſtat notoriè de
non iure committentis cauſam, vt declarauit Rota in
Regien. Prioratus 16. Ianuarij 1597. coram bon. mem.
B *Penia.* B & ideo cum de his non appareat, applicari
non poteſt.

Secunda verò oppoſitio, quòd remiſſoria petatur ſuper
eiſdem articulis, ſuper quibus teſtes fuerunt recepti,
& (vt præſupponitur) publicati, continebant ſolùm,
quòd Hoſpitale ex Regijs, & Pontificijs priuilegijs ſoli-
tum erat percipere decimas ab eius arrendatarijs, &
eas non ſoluere de bonis non arrendatis, & ſemper in
hac quaſi poſſeſſione extitiſſe; articuli verò, ſuper qui-
bus hodie petitur remiſſoria, formiter continent imme-
morabilem cum quadragenaria de viſu & fama, & alijs
requiſitis per *Gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6.* circa per-
ceptionem dictarum decimarum, & exemptionem
ab earum ſolutione, & etiam ſuper eo, quòd prædium de
Verceal eſt extra limites Cathedralis Toletanæ: & ideo
non poſſunt dici comprehenſi ſub primis articulis, nec
expreſsè, vt apparet indubitatum ex eorum lectura,
nec tacitè ſcilicet de neceſſitate, vel facti, vel proba-
tionis, vel vtriuſque ſimul, quia immemorabilis nun-
quam dici poteſt incluſa ſub primis ſolam poſſeſſio-
nem, & ſolitum ſimpliciter continentibus; & tamen
3 ad effectum ne produci, & examinari poſſint noui te-
ſtes poſt publicatas atteſtationes, requiritur, nouos ar-
ticulos aliquo ex prædictis modis includi de neceſſitate
ſub primis iuxta *doctr. Bart. in auth. at qui ſemel, num.*
24. C. de probat. Angel. in Authent. de teſt. §. quia verò,
num. 19. poſt med. verſ. breuiter veritas eſt, Abb. ex men-
te Innoc. & Ioan. Andr. in cap. fraternitatis, num. 8. verſ.
ſed breuiter, de teſt. & ibi Imol. num. 9. verſ. nouum au-
tem, latè Soccin. num. 21. in 7. principali articulo, & Fe-
lin. num. 11. verſ. illud autem nota, Anchar. in clemen. 2.
num.

num. 10. *de teſt. & ibi Vital. num.* 122. *ante fin. verſic. illud autem eſt*, *& Lanfranc. de Orian. in tract. de teſt. num.*
4 40. prout quando priùs fuerunt inducti teſtes ad probationem præſcriptionis, nec fuit probatus titulus: tunc enim, quia titulus etiam cenſetur de neceſſitate articulatus, ex quo ad probationem præſcriptionis eſt neceſſarius, non poſſunt ampliùs ad eius probationem noui teſtes admitti poſt publicatas atteſtationes, vt exemplificant *Bart. in d. authen. at qui ſemel, d. num.* 24. *verſ. exemplum, & ibidem Ang. num.* 3. *& Sichard. num.* 24. *idem Ang. in d. §. quia verò d. num.* 18. *verſ. tertio caſu, Innoc. in d. cap. fraternitatis, verſ. ſed quidam dicunt*, *& ibi Ioan. Andr. num.* 92. *Butr. num.* 16. *verſ. per hoc deciditur, num.* 13. *&* 14. *Abb. d. num.* 8. *verſ. exemplum*, *Card. num.* 3. *verſ. tertiam concluſionem*, *Imol. num.* 9. *poſt med. verſic. vbi autem articulus Bellam. num.* 8. *& Soccin. d. num.* 21. *verſ. circa ſeptimum*, *Anchar. in d. clem.* 2. *num.* 10. *verſ. in primo de teſt. et ibi Vitalin. num.* 122.
5 *circa fin.* & prout etiam quando primi articuli ſolùm fuerunt ſuper poſſeſſione formati, non prohibētur teſtes de nouo induci ſuper titulo, & è conuerſo quando ſuper titulo fuerunt inducti, poſſunt de nouo alij ſuper poſſeſſione examinari, vt tradit *Io. And. in d. cap. fraternitatis ante num.* 21. *verſ. ſi verò*, & ibi *Felin. d. num.* 11. *verſ. & in eo quod dicitur*, tantò magis, quia in caſu iſto primi articuli videntur reſtricti ad probandam poſſeſſionem de tempore motæ litis, & ſic per triennium ante annum 1605. ad effectum obtinendi manutentionem, ſuper qua ad fauorem Hoſpitalis fuit à primo Iudice pronunciatum; hodie verò dantur alij articuli ad excludendam intentionem Illuſtriſs. D. Cardinalis Archiepi-
6 ſcopi in petitorio; & ideo cum teſtes fuerint ad finē diuerſum ab eo, de quo modo agitur, examinati, non poteſt impediri quin alij teſtes ſuper alijs, & diuerſis articulis recipiantur *Bald. in d. authen. at qui ſemel num.* 5. Ex quibus etiam ceſſat *conſil. Rom.* 479. quia expreſsè
7 loquitur quando primi articuli continent tempus ſufficiens ad præſcriptionem, & ſic ſecundi ſpeciales erant ſub primis generalibus comprehenſi; & ita d. conſ. intelligit *Aym. conſ.* 134. *num.* 46. *quem Gabr. de teſt. concluſ.* 21. *num.* 17. Nec poteſt dici, immemorabilem fuiſſe articulatam in primis, cum in eis appoſita legatur
8 dictio, *ſemper*, quia non ideo continent requiſita, de quibus per *Gloſ. in d. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. ſinè quibus immemorabilis ceſſat, nec poteſt dici articulata.

Et ideo fuit concluſum, ſtandum eſſe in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd deſerta appellatione non ſit deſerta cauſa nullitatis ſimul, & æquè principaliter commiſſa, præter hic allegatos *Seraphin. deciſ.* 1485. *num.* 1. *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 2. *num* 126. *Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 1. *Rota deciſ.* 512. *ſub num.* 3. *& deciſ.* 591. *num.* 4. *part.* 2. *recent. Gregor. XV. deciſ.* 306. *num.* 2. *& ibi Adden. num.* 3. *Marcheſ de commiſſ. part.* 3. *de commiſſ. ſanator. nullit. §.* 1. *num.* 9. *& ſeqq. Gaill. variar. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 235. *num.* 6. & fuit dictum *in Ariminen fideicommiſſi* 31. *Maij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino*. & quòd duret vſque ad 30. annos, fuit dictum *in Elboren. iuris conferendi* 24. *Ianuarij* 1614. *coram bon mem. Patriarcha Manzanedo*; *& in Romana pecuniaria* 17. *Iunij* 1620. *coram bon mem. Dunozetto*, *& infra coram Domino meo deciſ.* 826. *num.* 9.

B Rota *in Ciuitatis Caſtelli bonorum* 15. *Martij* 1621. *coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Veroſpio*.

C Poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata conceditur remiſſoria, ſi articuli, qui de nouo dantur, conti-
neant materias diuerſas, vt hic, & infra *deciſ.* 392. *num.* 3. *& deciſ.* 827. *num.* 4. *latè Farinac. de teſtib. quæſt.* 75. *num.* 92. *&* 136. & ad hunc effectum excludendi remiſſo- 1
riam ſufficit, ſi articuli noui contineant eamdem materiam licèt ſub diuerſis verbis conceptam; non ſtructura enim, & ſonus verborum, ſed ſubſtantia, & virtus articulorum attendi debet *Aym conſ.* 134. *num.* 47. *Pariſ. conſ.* 122. *num.* 1. *lib.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 497. *num.* 3. *Rota in Ianuen. pecuniaria* 5. *Iunij* 1614. *coram bon. mem Vbaldo*, *& in Pampilonen iuris viſitandi* 15. *Martij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino & infra deciſ.* 180. *num.* 3. quando autem articuli dicantur noui, & quando antiqui, vel ab antiquis dependentes, tradunt *Farinac. & alij ab eo cumulati d. quæſt.* 75. *à num* 29. *vſque ad* 32.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina decimarum perſonaliũ de Trugillo.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium inductorũ à procuratore abſq; mandato legitimo, & ſinè citatione ad videndum produci, & admitti articulos, & ad dicendum contra illos eſt nullum; nec ſufficit citare procuratorem Communitatis, quando non agitur de intereſſe publico, ſed ſingulorum; quia citari debent omnes intereſſati, & quibus præiudicium inferri poteſt; & alia circa nullitatem examinis

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria vt petatur, mandatum legitimum requiritur, prout ad petendum, & videndum admitti, & examinari teſtes.*
2 *Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam in decimis vbi Parochiæ Eccleſiæ non ſunt diſtinctæ.*
3 *Citationis defectus reſultat ex defectu mandati.*
4 *Examen eſt nullum, quando pars non fuit præſens ad videndum produci, & admitti articulos, neque ad dicendum contra illos.*
5 *Citatio, requiritur ad videndum decerni remiſſoriam.*
6 *Procurator, qui proteſtatus fuit, ſe nolle eſſe ampliùs procuratorem, non poteſt legitimè citari.*
7 *Citatio, omiſſa illius forma, eſt nulla.*
8 *Procurator Ciuitatis non poteſt, citari quando non agitur de intereſſe publico, ſed particularium, ſed ſunt citandi omnes intereſſati, & quibus poteſt præiudicari.*
9 *Citatio ex defectu iuriſdictionis eſt nulla.*
10 *Citatio commiſſa per vnum ex pluribus delegatis, ad videndum iurare teſtes coram ſe, & alijs, nulla eſt ex defectu iuriſdictionis, cum vnuſquiſque eorum non poſſit committere citationem, niſi ad videndum iurare coram ſe.*
11 *Citatio certum diem, & horam non continens tanquam nimis vaga redditur nulla.*
12 *Remiſſoria debet continere certum terminum probatoriũ.*
13 *Citatio ad videndum iurare teſtes coram pluribus delegatis in diuerſis locis degentibus pro eadem die, & eodem tempore, nulla eſt.*
14 *Examen factum extra locum Iudicis, non intimato receſſu Receptoris, eſt nullum.*
15. *Arbitrium intrat pro ſanatione examinis nulli, quando fuerunt data interrogatoria.*
16. *Iudex laicus eſt incompetens in materia decimarum.*

DECISIO CLXIV.

1 NVLLITAS examinis teſtium, de
quibus agitur, ſatis patens Dominis
viſa fuit. Primò, quia non conſtat de
legitimo mandato tàm Gonzalez, à
quo fuit petita, & obtenta remiſſoria
nomine Epiſcopi, & Capituli, quàm
Guttierez, qui induxit teſtes, & ob-
tinuit illos examinari ad *not. in l. licet*, C. *de procurat. & in cap. in noſtra eod. tit. Vant. de mod. & ordin. vid. pro-ceſſ. num. 5. & de nullit. ex defect. mand. num.* 59. Et in
terminis pro nullitate examinis *Rot. deciſ.* 410. *in princ. par.* 1. *diuerſ. & alias paſſim.* Nec viſum fuit huiuſmodi
2 defectum eſſe ſublatum ex eo, quòd ſufficeret, Gonzalez
fuiſſe procuratorem Capituli, & ideo propter litis cõ-
ſortium non eſſet neceſſarium mandatum Epiſcopi; quia
imò illud in hoc caſu requirebatur, cum non Capitulum,
ſed Epiſcopus habeat iuris aſſiſtentiam in decimis, vbi
Parochiæ diœceſis non ſunt diſtinctæ, vt per *can. om-nes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *Rebuff. de decim. quæſt.* 7. *num.* 9. *Azor. Inſt. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 9. *verſ. tertiò quando, & fuit dictum in Ciuitaten. decimarum*
A 19. *Maij* 1596. *coram bon. mem. Giptio.* A Secundò ex
3 defectu citationis, qui non ſolùm reſultat ex defectu di-
B cti mandati. *Vant. vbi ſupra num.* 61. B, ſed etiam
quia coram Vicario Placentino verè pars non fuit cita-
ta, nec præſens ad videndum produci, & admitti arti-
culos. *Butr. in cap.* 2. *de teſtib. num.* 11. & 16. *Imol. num.* 10. *Dec. num.* 9. & *Felin. num.* 32. *Soccin. de dila-tion. art* 7. *num.* 66. *verſ. vigeſimus tertius caſus, de com-muni Grauat. ad Veſtr. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. *Guidobon. deciſ.* 71. *in manuſcrip.* Neque ad dicendum contra illos
vt tenuit Rota in Leodien. ſalarij 14. *Nouembris* 1603. *coram bon. mem. Litta, Gonzal. ad regulam octauam in adnot. contr. nullit. & attent. in cauſ. beneſ. num.* 107.
5 Nec quando per dictum Vicarium Placentinum fuit de-
creta remiſſoria Vicario Foraneo, & Curatis diſtrictus
de Truxillo, prout requirebatur iuxta *deciſ. Caputaq.* 227. *par.* 3. & hodiernum ſtylum, de quo ex pluribus
teſtantur *Farinac. de oppoſit. contra exam. teſt. quæſt.* 77. *num.* 115. *& pluribus ſeqq. & Scaccia de iudic. cauſ. ci-uil. et crim. lib.* 2. *cap.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 857. *pag. mihi*
6 236. Nec ſufficit, fuiſſe citatos duos procuratores Ci-
uitatis de Truxillo. Nam vltra quòd vnus ex eis pro-
7 teſtatus fuit, ſe multis diebus non eſſe ampliùs procu-
ratorem; citatio iſta fuit nulla, tum propter omiſſam
illius formam *l.* 1. *§. Of ſlius & ibi Bald. num.* 5. *ff. ne quis eum, qui in ius voc. &c. Idem Bald. in l. non ſunt liberi,*
8 *num.* 2. *ff. de ſtat. hom. Aym. conſ.* 182. *num.* 11. *Soccin. de dilat. art.* 20. *num.* 4. Tum etiam quia agitur de de-
cimis perſonalibus prætenſis à mercenarijs ex eorum
mercedibus, quæ non ſoluerunt ex publico marſupio,
ſed ſingulorum, & ſic non tractatur de intereſſe Ciui-
tatis, ſed particularium *iuxta not in ſimili per Bald. in cap tertio loco num* 4. *de probat. Iacobin. in l. nullus num.* 8 *ff. de teſtib. Couar. pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 4. *verſ. qua ratione. & iuxta dicta in Signina Quartorum* 4. *Mar-tij* 1611. *coram R. P. D meo Caualerio.* Et ideo neceſ-
ſariò citandi erant omnes intereſſati, & quibus pote-
rat præiudicari *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. latè Soccin. de dilation. artic.* 5. *Rota in Calaguritan. de Maeſtris* 27. *Octobris* 1603. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto relata per Gonzal. vbi ſupra num.* 49. Citatio verò Vica-
9 rij de Truxillo ad videndum iurare teſtes coram ſe, &
Curatis videtur nulla, tum ex defectu iuriſdictionis *Card. Seraph. deciſ.* 1018. *num.* 5. quia ipſe non poterat decer-
10 nere citationem pro examinandis teſtibus coram dictis
Curatis delegatis à Vicario Placentino, ſed ſolùm co-
ram ſe, *cap. cum cauſa vbi Abb. & alij de offic. deleg. Soccin. de dilat. art.* 18. *num.* 3. *Vant. de nullit. ex defect. citat.*
11 *num.* 27. Tum quia fuit nimis generalis, & vaga, cum
non contineat certam diem, & horam *Bart. in l. aut qui aliter §.* 1. *ff. quod vi, aut clam. Caputaq. deciſ.* 274. *num.* 1. *par.* 3. *cum alijs in Calaguritana iuris viſitandi* 28. *Ia-*
12 *nuarij* 1611. *coram R. P. D. meo Piruano.* Nec in re-
miſſoria præfixus fuerit vllus terminus probatorius.
Caputaq. d. deciſ. 274. *& deciſ.* 289. *ead. par.* 3. *Mohed. deciſ.* 4. *num.* 3. *de teſtib. Rot. deciſ.* 151. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. & in Compoſtellana iuriſpatronatus* 20. *Octobris* 1578. *coram. bon. mem. Card. Lancellotto Seniori.* Tantò
13 magis, quia citatio fuit ad videndum iurare teſtes co-
ram dictis Curatis, qui erant pluſquam viginti, & in
diuerſis locis, & ſic etiam incertum, & dubium erat, vbi,
& coram quibus priùs eſſet comparendũ, & erat impoſ-
ſibile, coram tot eodem tempore comparere: vndè in
hoc caſu neceſſaria quoque erat intimatio receſſus Re-
14 ceptoris, ſeu Commiſſarij ab ipſa Ciuitate, vt pars
illum ſequi poſſet, qua omiſſa examen redditur nullum,
vt tenet *Rota in Burgen. Iuriſpatronatus* 18. *Decembris* 1595. *coram bon. mem. Giptio, & in alijs relatis per Gon-zal. vbi ſupra num.* 57. Prædicti autem defectus eo ma-
gis viſi fuerunt Dominis releuantes, quia nulla fuerunt
data interrogatoria, & ſic pars non potuit vti ſuis de-
fenſionibus, tàm contra perſonas, quàm contra dicta te-
15 ſtium, quo tantum caſu Rota ſolet exercere arbitrium
pro ſanatione examinis nulliter facti *Put. deciſ.* 300. *lib.* 3. *in nouiſſ.* & fuit dictum *in Carthaginen. Canonicatus* 17. *Decembris* 1610. *coram Illuſtriſſ. D. Card. Lancellotto, & in Meliten. Conſeruæ* 10. *Iunij præteriti coram me, & in alijs paſſim.* Quo verò ad alios teſtes examinatos vi-
gore prouiſionis Regiæ, vltra quòd ipſi etiam ſunt nul-
liter examinati coram Iudice laico, qui eſt incõpetens in
16 hac materia decimarum. *Rebuff. de decim. quæſt.* 10. *num.* 35. *cum tribus ſeqq. Azor. Inſtit. moral. in ſupra al-legato cap.* 36. *quæſt.* 8. *verſ. meo iudicio*, & fuit dictum *in Patauina Decimarum* 4. *Martij* 1603. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, Pars expreſse dicit ſe illis non vti, nec
vti intendere.

Et ideo fuit vt ſupra, vtraque parte informante, deciſum.

ANNOTATIO.

A *Monet. de decim. cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 20. *Gonzalez ad regul.* 8. *gloſſ* 6. *num.* 76. *& ſequen. Rota in Carthaginen. decimarum* 28. *Iunij* 1595. *coram Orano, & in Conchen. decimarum de Villanueua* 5. *Maij* 1600. *&* 7. *Maij* 1601. *coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio, & deciſ* 320. *ſub num* 1. *circa med part.* 1. *recent.*

B Concordat *deciſ* 324. *num.* 3. *infra.*

C Idem dictum fuit infra *deciſ.* 506. *num.* 1.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Aſculana Spolij.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Immiſſio conceſſa fideicommiſſario, non factis priùs detractionibus in ſententia reſeruatis, & vigore laudi erronei, & iniuſti, dicitur ſpoliatiua. Calculus ex quibus depræhendatur erroneus, & nullus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, ſalua tamen, &c. *modificat, & reſtringit præcedentia.*
2 *Immiſsio, non factis priùs detractionibus in ſententia reſeruatis, dicitur ſpoliatiua, & num. 11.*
3 *Iudex nulliter, & minùs legitimè procedens dicitur ſpoliare.*
4 *Liber priuatus non probat contra tertium.*
5 *Calculus factus à perito præter, & contra formam deputationis dicitur notoriè nullus.*
6 *Fructus legitimæ debentur, etiam parentibus.*
7 *Calculus eſt erroneus, & iniuſtus, ſi non fuerunt calculata omnia, itaut calculus referretur liquidus, & clarus.*
8 *Calculus eſt erroneus, & iniuſtus, ſi eſt factus intra breue tempus à die deputationis, itaut cauſæ cognitio adhibita non cenſeatur.*
9 *Immiſsio conceſſa vigore calculi erronei, eſt nulla, & iniuſta.*
10 *Sententia habens expreſſam relationem ad acta, ex quibus conſtat de eius iniuſtitia, dicitur notoriè iniuſta.*
12 *Fructus legitimæ debentur filio à die obitus teſtatoris, etiam abſquè aliqua mora, & interpellatione hæredis etiam ſi fuerint ab hærede, vel alio bona fide conſumpti; & idem eſt de fructibus ſupplementi legitimæ.*

DECISIO CLXV.

CONSTARE de ſpolio DD. dixerunt,
quia cum ſententia Illuſtriſſimi Car-
1 dinalis Seraphini de immittendo Pa-
cificum fideicommiſſarium in poſſeſ-
ſionem eſſet cum clauſula, *Salua tamen, & retenta dote Conſtantiæ, & legitima ei debita ex perſona Candidi eius filij prædefuncti*, quæ modificat, & reſtringit præcedentia, *Ang. conſ. 700. col. 2. verſ. & hoc importat. Dec. conſ. 651. num. 6. Beninten. deciſ. 164. num. 7. & 8.*
2 Prout facienda erat detractio dictarum, dotis, & legitimæ ante executionem dictæ ſententiæ *Socc. in conſ. 67. num. 18. vol. 1. Simon. de Præt. de interpret. vl. vol. volunt. lib. 5. interpret. vlt. dub. 1. num. 227. in fin. Surd. conſ. 186. num. 1. & 12. fuit dictum in Romana domorum in Burgo 8. Februarij præteriti coram Vbaldo*, & in ſpecie noſtra *Bertazz. conſ. ciu. 217. num. 1. 2. 3. & 4.* & ideo cum immiſsio fuerit data, non factis priùs dd. detractio-
3 nibus, ſequitur, illam fuiſſe notoriè ſpoliatiuam; Iudex enim nulliter, & minùs legitimè procedens, dicitur ſpoliare, *DD. in cap. conquerente, de reſt. ſpoliat. Caputaq. deciſ. 88. par. 3. Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. num. 4. de conſt. Card. Seraph. deciſ. 167. num. 1. & ita fuit dictum in allegata Romana domorum in Burgo.* Non obſtat, quòd fuit facta compenſatio in d. ſententia ordinata dictæ dotis, & legitimæ cum pecunijs, quæ in bonis q. Balthaſſaris mariti, & dicti Candidi filij Conſtantiæ ad eandem Conſtantiam peruenerant; nam dicta compenſatio facta fuit, præcedente decreto electionis periti in executione dictæ ſententiæ ad calculandum ſuper partitis liquidis, & confeſſatis à partibus, cuius tamen calculus fuit notoriè nullus, erroneus, & iniuſtus. Nullus, quia peritus poſuit ad debitum Conſtantiæ florenos 1772. referẽdo ſe ad quoddam laudum in partibus prolatum, quod in hoc capite aliter non iuſtificatur, quàm in quodam libro arbitri oſtenſo per ipſum Pacificum, de cuius poſtea exiſtentia penes Conſtantiam cum ad effectum exhibitionis dubitauerit in *Rota 21. Maij 1603. coram Reuerendiſs. Attrebaten.* negatiuè fuit reſponſum firmando, librum huiuſmodi non fuiſſe ſcriptum per Conſtantiam, ſed per Petrum Paulum eius patrem, qui vnà cum Pacifico fuerat tutor conſtitutus; & ideo quatenus etiam de exiſtentia conſtitiſſet, dictus liber
4 tanquam priuatus non probauit contra Conſtantiam, & ſic dicta partita non erat liquida, nec confeſſata, &
5 conſequenter calculus fuit notoriè nullus, vti factus præter, & contra formam deputationis, à qua calculatoris auctoritas pendebat ad *Gloſ. in cap. examinatam, in verb. iuris infirmi, de confirmat. vtil. vel inutil. Gabr. conſil. 43. num. 18. lib. 1.* Erroneus, & iniuſtus: quia idem peritus errauit in nõ calculando, & ſtatuẽdo legitimam Conſtantiæ, in qua ipſa ab eius viro fuerat inſtituta, quæ tunc reſtituebatur, prout habenda erat, ex deciſione facta in hac cauſa 13. Maij 1596. coram Brauo, nec
6 fructus eiuſdem legitimæ, quos certum eſt deberi ex iuris diſpoſitione *l. Papinianus* 8. *§. vndè ſi quis fuit,*
B *ff. de inoffic. teſtam. cum concord.* B & in legitima debita parentibus *Decian. reſp. 79. lib. 2. num. 14. & fuit in hac cauſa reſolutum coram bon. mem. Seraphino, vt in*
7 *eius deciſ. 1406. num. 7.* ſed contra formam dicti decreti calculauit ad debitum Conſtantiæ partitas non liquidas, & confeſſatas, vt dictum eſt, liquidas, & claras ad eius creditum omittendo, vt dictum fuit in nouo calculo: cum tamen deberet ſuperioribus hinc inde referre *Gabr. d. conſil. 43. d. num. 18.* ſed mirum viſum non fuit, quòd in prædictis errauerit, cum fuerit deputa-
8 tus tertia Iulij, & die quinta retulerit; ex hac enim temporis breuitate cenſetur non adhibuiſſe cauſæ cognitionem, quam debuit *Bart. in l. probatum, C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Calder. conſil. vlt. ad med. verſ. dixi, eodem tit. Put. deciſ. 134. lib. 1. in nouis*, & in terminis pro calculi nullitate *Soccin. conſil. 92. ſub num. 12. verſ. temporis breuitate lib. 4.* Ex quibus ſequitur, manda-
9 tum immiſsionis ad fauorem Pacifici expeditum laborare eodem vitio nullitatis, & iniuſtitiæ, non ſolùm quia fundatur in ſupradicto calculo nullo, erroneo, & notoriè iniuſto, *Butr. in cap. cum cauſa, de ſenten. & re iudic. num. 2. Felin. in cap. inter ceteras num. 2. eodem tit. Alexand. conſ. 225. num. 7. lib. 1. Afflict. deciſ. 47. num. 3. cum alijs per Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 129.* ſed etiam quia in eo enunciatur, fuiſſe priùs compenſatum creditum dotis, & legitimæ Conſtantiæ cum par-
10 titis liquidatis, prout in actis; ex quibus tamen actis, ad quæ expreſsè habet relationem per modum cauſæ diſpoſitiuæ, non ſolùm non iuſtificatur, ſed etiam de contrario apparet *Bart. in l. 1. num. 2. verſic. quandocunque non eſt expreſſus, vbi Bald. C. de error. calcul. idem Bald. in l. 2. num. 2. C. de ſenten. & re iudic. Afflict. deciſ. 39. ſub num. 5. cum alijs per Gabr. de ſenten. concluſ. 20. num. 6. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 9. ſub nu. 19. verſic. aut iudex expreſsit, Surd. conſil. 35. num. 17. & 18.* & ideò intrat ſpolium ex ſuperiùs allegatis.
Et ita deciſum ſolùm Conſtantia informante, &c.

ANNOTATIO.

A Sententia exequi non poteſt, non factis priùs detractio-
11 nibus in ea reſeruatis, vt præter hic allegatos *Peregrin de fideicommiſſ. art. 50. num. 83. Marz. de fideicommiſſ. quæſt. 70. Fuſar. poſt alios de fideicommiſſ. quæſt. 672. num. 16. & num. ſeqq.* ubi multipliciter declarat, & *infra deciſ. 915. num. 6.* & quòd poſſeſsio eius vigore capta ſit ſpoliatiua, fuit etiam dictum infra *deciſ. 569. num. 2.* videnda eſt ſuper hac materia plena deciſio *Sicil. Giurb. 60.*
B Fructus legitimæ debentur filio à die obitus teſtatoris,
12 etiam abſquè mora, & interpellatione hæredis, *Natt. conſil. 156. num. 6. Tiraquell. pluribus adductis in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 270. C. de reuocand.*

donat. cum alijs per Peregrin. de fideicommiſſ. art. 36. num. 69. Seraphin. deciſ. 1331. num. 14 Merlin. latè de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 11. & ſeqq. & dicti fructus acbentur, etiam ſi fuerint per hæredem, vel alium bona fide conſumpti, *Peregrin. loco cit. verſ. etiam ſi bona fide, cum alijs per Merlin. vbi ſupra num. 30. & per Rotam in Romana ſupplementi legitimæ de Condopolis 15. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Vbaldo.* Idemquè dicendum eſt de fructibus ſupplementi legitimæ, *Menoch. conſil. 77. num. 13. verſ. quidem, Peregrin. loco cit. Merlin. loco cit. num. 34. Rota in dicta Romana legitimæ de Condopolis coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Veneris 15. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Executio fieri poteſt recta via, ſine aliquo proceſſu, & abſque aliqua actione reuocatoria, contra tertium poſſeſſorem citatum, in quem facta eſt alienatio poſt motã litem, in fraudẽ paratæ executionis: & quando alienatio dicatur facta in frandem paratæ executionis.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè, & abſque actione reuocatoria proceditur contra bona debitoris, etiam ſola actione perſonali conuenti, per eum in tertium poſſeſſorem alienata in fraudem parata, vel incepta executionis. Limita, vt num. 10.*

2 *Tertius poſſeſſor, qui bona emit lite pendente, citari debet in executione, & num. 11. Limita, vt num. 12.*

3 *Alienatio quando dicatur facta in fraudem parata executionis, & num. 4.*

5 *Sequeſtrum executiuum ad finem, vt ſoluatur, non reuocatur, non facta ſolutione.*

6 *Mater præcipuè ſi ſit tutrix, præſumitur ſcire pendentiam litis, quam filia ſubiſtinet contra alium.*

7 *Alienatio rei litigioſæ facta titulo lucratiuo dicitur in fraudem parata executionis, licèt ille, in quem facta fuit, litis ſcientiam non habuerit; & quando dicatur facta titulo lucratiuo.*

8 *Decretum per modum prouiſionis, & ſinè præiudicio quorumcunque iurium ambarum partium, illa præſeruat, perinde ac ſi factum non fuiſſet.*

9 *Pecunia adhuc dicuntur extare, quando Iudex reuocauit ſequeſtrum, cum clauſulis præſeruatiuis, & voluit perinde haberi, ac ſi reuocatum non fuiſſet.*

DECISIO CLXVI.

RECESSVM fuit à deciſione facta 16. Nouembris præteriti, & reſolutum, mandatum executiuum contra bona, & iura hæreditaria olim Rodulphi Pij, ad fauorem Antonij de Domo relaxatum, pro certis ratis decurſis annuæ perpetuæ pecuniariæ præſtationis, poſſe exequi in fructibus locorum Montis Fidei, non obſtante, quòd in dicta reſolutione (a qua tamen in hac parte DD. non receſſerunt) firmatum fuerit, dicta loca non fuiſſe effecta litigioſa, & quòd Lucretia dicti olim Rodulphi vxor ſit in quaſi poſſeſſione

1 exigendi illorum fructus. Reſolutionis ratio fuit, quia contra bona debitoris etiam ſola actione perſonali conuenti, per eum in tertium poſſeſſorem alienata in fraudem paratæ, vel inceptæ executionis, & ſic in ſpretum iudicialis auctoritatis, proceditur executiuè, & abſque actione reuocatoria, perinde ac ſi alienata non fuiſſent, prout ita procedere *doctr. Cyn. in l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſ. fact. declarat Bald. in l. ob maritorum, num. 8. verſ. breuiter dico, C. ne vxor. pro marit. & in l. pen. num. 27. C. de execut. rei iudic.* quem ſequuntur *Caſtr. in l. à diuo pio, §. ſi ſuper rebus, num 8. verſ. Bald. notabilius,* & ibi *Herculan. num. 44. & Iaſ. num. 10. verſ. mihi placet concordia, ff. de re iudic. relati per Couar. pract. quæſt. cap. 15. num. 7. verſ. ſed & generaliter, & ver. hoc etenim. Rip. in l. 1. §. ſi hæres, num. 21. verſ. Bald. in l. ob maritorum ff. ad Trebell. Capit. deciſ. 128. num. 10. & ſeq. deciſ. Pedemon. 65. num. 4. verſ. Iaſ. verò, & num. 5. Surd. conſ. 405. num. 9. in fin. verſ. 2. reſpondeo, & num. 10. & conſ. 533. num. 4. & tenuit Rota in Placentina euictionis 28. Iunij 1591. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, in Interamnen. bonorum 17. Decembris 1610. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Romana legitimæ 5. Decembris 1614. coram*
A *R. P. D. meo Vbaldo.* A, Et ſatis eſt, in fauorem tertij
2 poſſeſſoris hoc eſſe inductum, vt contra eum non poſſit fieri executio, niſi fuerit citatus, *Capic. deciſ. 20. num. 24. & Rota in Romana reſponſionis vineæ 22. Iunij 1587.*
B *coram bon. mem. Cardinali Mantica* B. Tunc autem
3 alienatio dicitur in fraudem paratæ executionis quando facta eſt nedum lite pendente, & lata ſententia, ſed etiam poſt captum pignus iudiciale *iux. l. 1. C. ſi in cauſ. iud. Guid. Pap. quæſt. 81. Rip. in d. §. ſi hæres num. 21. verſ. videtur autem alienata, dicta deciſ. Pedem. 65. num. 4. in fin. Surd. d. conſ. 533. num. 5. cum alijs ſupra*
C *citatis* C, Dummodo tamen probetur, illum, in quem
4 facta eſt alienatio, habuiſſe ſcientiam, vel dictæ litis pendentiæ, *ad tex. in l. chirographis 58. §. fin. ff. de admin. tut. Caſtr. in d. §. ſi ſuper rebus, num. 8. verſ. debet tamen,* & ib *Herculan. num. 46. verſ & dicit, quòd actor. Rip. in d. §. ſi hæres, num. 22. verſ. & eſt de mente, & fuit dictum in d. Roman. legitimæ coram R. P. D. meo Vbaldo;* vel inopiæ alienantis, quòd ſcilicet facta alienatione nihil aliud remaneret in eius bonis, ex quo poſſet ſatisfieri creditoribus *Caſtr. ibid. d. num. 8. verſ. & dicit.* Tantò magis ſi probetur, eum habuiſſe ſcientiam vtriuſque, vt iuxtam mentem *Couar. d. cap. 15. num. 7. verſ. erit igitur,* ponderat *Surd. d. conſ. 405. num. 10. verſ. & multò magis.* De quibus omnibus ſatis ex facti ſerie conſtare DD. viſum fuit. Nam.

Primò, quòd ceſſio dd. locorum montium facta del 1609. ad fauorem Lucretiæ dicti Rodulphi vxoris per Mariã communem filiam fuerit in fraudem, non ſolùm paratæ, ſed inceptæ executionis, clarè probatur, ex quo præuijs duobus mandatis executiuis per A. C. relaxatis ad fauorem Dominici fratris, & auctoris Antonij, primo videlicet 6. Nouembris del 1601. contra dictum Rodulphum ſcutorum 900. aur. in aur. pro ratis triennij decurſi, quod 6. *Nouembris* 1605. *coram bon. mem. Penia,* fuit reſolutum eſſe exequendum; & ſecundo 12. Decembris eiuſdem anni, contra bona hæreditaria eiuſdem Rodulphi tunc defuncti ſcutorum 1200. ſimiliter aur. in aur. pro alijs ratis quadriennij decurſi: fuit ad inſtantiam Dominici executum ſequeſtrum 7. Ianuarij 1606. contra DD. de Cenlis, tunc depoſitarios dicti Montis Fidei, cum inhibitione de non ſoluendo, ſed penes ſe retinendo in forma, *vt in ſummario impreſſo eiuſdem Antonij num. 10.* Quod vti factum ad effectum,
5 vt ſibi ſolueretur, dicitur executio dd. mandatorum

itant

ſtant non facta ſolutione non poterat reuocari *iuxta*
doctr. Caſtr. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum, num. 5.
verſ. ſi vero, ad fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Et ſub die 1.
Martij eiuſdem anni fuit per eundem A. C. relaxatum
mandatum de conſignando ſummam penes Ceulos ſe-
queſtratam ad computum, & ſatisfactionem d. crediti,
& 26. Maij ſubſequentis aliud ſimile *in d. ſummario num.*
13. *&* 5. Martij eiuſdem anni expeditum mandatum
gratioſum directum dictis de Ceulis ſequeſtratarijs de
ſoluendo d. Antonio tunc procuratori Dominici ſcut.
199. baioc. 57. pro mandato executiuo relaxato de
menſe Decembris d. anni 1605. *in d. ſummario num.* 2.
Prout poſtea fuerunt illi ſoluta, vt ibidem *num.* 3. Et
comprobatur etiam ex inhibitione Locumtenentis cri-
minalis A. C. executa DD. de Ceulis depoſitarijs 20. Iu-
lij d. anni 1606. ad inſtantiam tàm Mariæ filiæ, & hære-
dis Rodulphi, quàm etiam illius tutricis, de non ſoluen-
do aliquam ſummam Antonio, nec alicui alteri *in d. ſum-*
mario num. 12. quæ inhibitio veriſimiliter fieri non po-
tuit, niſi ad finẽ impediendi dd. mandatorũ executionem.
Secundò, de ſcientia Lucretiæ dictæ litis pendentiæ de
tempore dictæ ceſſionis dubitari non poteſt, cum ſit
mater Mariæ, & vxor d. q. Rodulphi, & penes eam
6 Maria educaretur, cuius etiam de anno 1607. fuerat de-
putata tutrix, & curatrix in locum alterius Lucretiæ
tunc defunctæ, quæ erat amita eiuſdem Rodulphi, vt
ex inſtrumento per dictam Lucretiam celebrato del
1610. ſuper capitulis matrimonialibus dictæ Mariæ
cum D. Duce Fiani, in quo fit mentio dictæ deputatio-
nis: ideoque erat veriſimiliter informata dictæ litis, &
cauſæ, & mandatorum vt ſupra relaxatorum, *l. octaui*
ff. vnd. cognat. Aym. conſ. 271. *col.* 6. *verſ.* 8. *ipſi fratres,*
& verſ. 9. *præſumitur*. Quæ ſcientia explicitè etiam
colligitur ex memoriali in capitula manu ipſius Lucre-
tiæ ſubſcripta, & ex Ciuitate Florentiæ ad Sanctiſſ. D.
N. tranſmiſſa ſub die 12. Martij 1605. *in d. ſummario*
num. 16. in quo expreſsè dicitur, dictas Mariam, & Lu-
cretiam matrem, & alteram Lucretiam Sfortiam tu-
tricem impediri in exigen. fructus hæreditatis paternæ
à Dominico, & Antonio de Domo, & propterea petunt
ordinari eidem A. C. vt ſe informaret, & S. S. referret.
Prout etiam dubitari non poteſt, eandem Lucretiam ſci-
uiſſe, quòd facta d. ceſſione nihil remanebat in bonis Ma-
riæ, vndè poſſet Antonio ſatisfieri. Nam poſtquam
fuit, vt ſupra, deputata tutrix, & curatrix Mariæ, eam
matrimonio collocauit D. Duci Fiani cum promiſſione,
& aſſignatione omnium bonorum hæreditatis paternæ,
& præcipuè dictorum locorum Montis Fidei, & ſuper-
inde fuerunt confecta capitula matrimonialia de d. an-
no 1607. confirmata poſtea per publicum, & ſolemne
inſtrumentum del 1610. Quamuis etiam ex abundanti
7 addebatur, quòd quicquid ſit quando titulus acquirẽtis
eſt oneroſus, prout emptionis, vt loquuntur DD. ſu-
periùs allegati: tamen non videtur fuiſſe neceſſariam
aliquam ſcientiam Lucretiæ, cum ex dicta ceſſione ha-
beat titulum lucratiuum *iuxta Gloſ. in §. item ſi quis in*
fraudem Inſt. de action. & ibi Angel. num. 12. *& Iaſ.*
num. 27. *&* 35. *Cyn. in l.* 1. *quæſt.* 8. *C. ſi in fraud.*
patron. Bart. in l. 2. *ff. ſi à par. quis fuer. manum. Surd.*
d. conſ. 382. *num.* 63. *verſ. nec etiam dicatur, & num.* 64.
& dixit Rot. in d. Placentina euictionis coram Cardinali
Blanchetto. Et eius titulum fuiſſe lucratiuum patet, quia
non conſtat, illam fuiſſe in aliquo creditricem, nec reſti-
tutionis dotis, de cuius ſolutione, conſtitutione, vel
promiſſione non apparet, nec de aliquibus legatis per
Rodulphum illi factis: cum Mària in mandato ad adeun-
dam hæreditatem paternam ſolemniter facto del 1605.
in d. ſummario num. 18. aſſerat, illam ſibi delatam ab in-
teſtato, vt ſimilia conſiderat in terminis *Surd. d. conſ.*
382. *num.* 64. *in fin. & d. conſ.* 533. *num.* 5. *verſ. qui-*
nimò fructus. Non obſtat, quòd ampliùs non immineret
executio, eo quia dicta mandata executiua fuiſſent con-
ſumpta, & euacuata per exactiones factas ab Antonio
de redditibus, & introitibus Mariæ *in d. ſummario num.*
1. ſummæ enim exactæ (vt ibi patet) ſunt tantummo-
dò ſcutorum 877. baioc. 49. monetæ, nec conſtat de
alijs, ex quibus dici poſſit, d. mandata, quæ ſunt pro ſcu-
tis 2500. auri in auro, fuiſſe conſumpta.
Nec etiam obſtat reuocatio ſequeſtrorum facta per A. C.
13. *Maij* 1607. *in ſummario num.* 14. quia eſt cum
clauſulis præſeruatiuis per modum prouiſionis, & ſinẽ
8 præiudicio quorumcunque iurium ambarum partium,
quæ (vt decretum dicit) ſalua, & illæſa remaneant per-
inde ac ſi decretum factum non fuiſſet. Et ita non ap-
plicatur reſponſio, quòd reſeruatio iurium ſit referenda
ad alia, cum conſtet de contraria mente Iudicis, qui
voluit perinde haberi, ac ſi ſequeſtra reuocata non eſ-
9 ſent: & ideò pecuniæ adhuc dicuntur extare *Caſtr. conſ.*
285. *in princ. verſ. quia cautio, cum alijs per Franc. deciſ.*
75. *num.* 9. *& deciſ.* 200. *num.* 4. *verſ. & ſi creditor.*
Et ideò fuit vt ſupra reſolutum.

ANNOTATIO.

A *Giurb. qui alios refert, deciſ. Sicil.* 62. *num.* 8 *& vſque ad*
num. 21. materiam latè proſequitur, *Gratian. diſcept fo-*
renſ. 502. *num.* 22. *& num* 37. *& allegata hac deciſione*
fuit dictum in Viterbien fideicommiſſi 14. *Aprilis* 1625.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano. & in-
fra coram Domino meo deciſ. 450. *num* 1. *& deciſ* 627.
10 *num.* 4. hoc tamen eſt intelligendum de alienationibus vo-
luntarijs, non autem de neceſſarijs, & cauſam antiquiorem
& ante motum iudicium habentibus *Giurb. alijs relatis d.*
deciſ. 62. *num.* 18. *& num.* 20. *Rota in Montis Faliſci bo-*
norum 12. *Maij* 1589. *coram Cardinali Pamphilio.* Item
non procedit concluſio, quando debitor ſola actione per-
ſonali conuentus fuit, tunc enim res litigioſa effecta non
cenſetur, nec impeditur alienatio, vt dixit Rota *ſupra*
deciſ 133. *num.* 8. *& confirmauit infra deciſ.* 204. *num.* 1.
in qua receſſum fuit ab hac deciſione.
B Tertius, qui bona emit lite pendẽte, licèt contra eũ agi poſ-
ſit executiuè, & nõ propoſita actione reuocatoria, & abſq;
alio proceſſu, debet tamen citari in executionẽ, vt ſuas de-
fenſiones poſſit deducere, & niſi citetur, executio eſſet nul-
la, nec aliquod præiudicium poſſeſſori inferretur, vt præ-
ter citatos in hac deciſione tradunt *Handed. conſil.* 20.
num. 43. *& ſequent. lib.* 1. *Natt. conſil.* 350. *num.* 4. *Lan-*
cell. de attent. part. 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 462. *Giurb d. de-*
ciſ. 62. *num.* 17. *cum alijs per Gratian. d. cap* 502 *num.* 33 *&*
duob. ſequẽt. et allegata hac deciſione, dictum fuit in Arimi-
nen. fideicommiſſi 12. *Februarij* 1624. *coram R. P. D. meo*
Merlino cõfirmata corã eodem 31. *Maij eiuſdem anni* poſſet
12 tamen omitti citatio, ſi ex actis iuſtificaretur, nullam ei
competere defenſionem, *Handed. alijs citatis d. conſil.* 20.
num. 50. *Gratian. d. diſcept.* 502. *num.* 35. *Giurb. deciſ.* 62.
num. 17. *in fine.*
C Sequitur *Rota in d. Viterbien fideicommiſſi coram Reue-*
rendiſſimo Domino meo Decano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Simonem, vxorem, & filios: & vt atteſtatur quartus,
extiterunt ibi ſemper decem, vel duodecim perſonæ.
Et quòd huiuſmodi expenſæ factæ fuerunt per Flami-
niom toto tempore, quo ſimul cum genero vixit, &
durauit matrimonium, deponunt omnes iuxta quintum
ab initio ſcilicet contracti matrimonij de anno 1593.
vt dicit quartus teſtis ſuper primo, vſque ad obitum di-
cti Simonis, qui fuit de anno 1603. vt deponit tertius ſu-
per ſecundo de viſu cadaoeris, & quartus ſuper primo,
qui interſuit morti; quæ expenſæ non poſſunt dici verſæ
in vtilitatem ipſius Flaminij, quia non egebat, nec vte-
batur ſeruitio ſamulorum, vt dicunt primus, & ſecun-
dus teſtes iuxta decimumquartũ ſed tanquàm præfectus
domus generi curam iſtorum omnium gerebat, vt at-
teſtantur ſecundus, & quintus ſuper octauo. Cum qui-
bus conſonat memoria eiuſdem Simonis *in ſummario
iurium Aureliæ num.* 1. nec facit, quòd in dicta memo-
ria dicatur, *per il più*, quia hoc verbum poteſt verifi-
cari in aliquibus expenſis mioutis per eum adnotatis ſu-
per eius libris. Quòd antem Flaminius fecerit expen-
ſas neceſſarias in colendis ſupradictis vineis vſque ad
obitum generi carum Domini, ſatis videtur probatum
ex eiſdem teſtibus iuxta quintum, & octauum, & ſuper
ſexto, & ſeptimo. Quarum vinearum prima petiarum
11. fuit empta annò 1596. ſecunda petiarum 20. fuit em-
pta de anno 1597. tertia petiarum 24. de anno 1601. &
conſtat ex inſtrumentis relatis *in d. ſummario iurium
num.* 4. vbi etiam *ſub num.* 2. datur fides, quòd in ea-
rum cultura expendi ſolent ſcuta 10. pro qualibet petia.
Exceptiones autem contra dicta ſupradictorum teſtium
viſæ fuerunt DD. non releuantes; & primò quòd pri-
mus iuxta quintom, & quartus ſuper ſeptimo, dum
deponunt, quòd Flaminius fecit expenſas in cultiuatio-
ne vinearum toto tempore, quo durauit matrimonium,
manifeſtè conuincuntur de falſo; quia matrimonium
fuit contractum de anno 1593. & vineæ omnes fuerunt
emptæ ab anno 1596. citra, & ſic falſum ſit, quòd toto
tempore matrimonij ſecerit prædictas expenſas. Nam
quoad primum expreſsè colligitur ex eius depoſitione
ibi, *per il tempo ſopradetto, che io hò practicato in caſa
del Signor Simone*, quod ipſe intellexit de expenſis factis
durante matrimonio à tempore, quo ipſe teſtis cœpit
conuerſari in domo Simonis, de anno ſcilicet 1596. vt
ſupra atteſtatus fuit; quartus verò rectè intelligi debet
à die emptionis vinearum, vt ſcilicet ab inde toto tem-
pore, quo matrimonium durauit Flaminius ſecerit ex-
penſas in earum cultura.
Secundò, quòd ex libro, ſeu ſcriptura Simonis, in qua il-
lum veritatem ſcripſiſſe atteſtantur, omnes ſimiliter de
falſo arguuntur in duobus, in eo ſcilicet, quod deponunt
ſimpliciter, Flaminium feciſſe omnes expenſas panis, &
obſonij, &c. & tamen in ea ſcriptura Simon ſcripſit, *per
il più*, & pariter, quoad expenſas vinearum deponunt ab-
ſolutè, omnes ſuiſſe factas per Flaminiom, & tamen in
dicto libro Simon adnotauit, *che gli ſcaſſati, fabriche,
vindemie, & altri lauori di bellezza, ſono ſtati fatti de'
miei denari, &c.* ſed nulla videtur adeſſe repugnantia,
quia dom Simon ſcripſit, *per il più*, habuit reſpectum
ad minutiſſimas expẽſas per ipſum factas, & in eius libris
adnotatas, quarum expenſarum rationem teſtes ob te-
nuitatem earum non habuerunt, quoad vineas verò in-
tellexerunt de expenſis neceſſarijs, non autem voluptua-
rijs. Quòd autem iſtarum expenſarum ratio habenda
7 ſit, patet, quia ſocer non cenſetur illas donaſſe *Surd. de
alim. tit.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 6. *in fine, &* 7. ſed loco fru-
ctuum præſtitiſſe, ad quos non tenetur pro ea parte, pro
qua ipſe onera ſuſtinuit *l. pater in princ. ff. de dol. mal. ex-
cept. gloſ.* 1. *in d. l. vir vſuras, ff. de donat. inter vir. &*
8 *vxor.* cum enim huiuſmodi fructus debeantur marito
pro oneribus matrimonij *l. ſi quis pro vxore ff. de donat.
inter vir. & vxor.* æquitas ſuadet, ipſi non deberi fructus,
ſi onera non ſuſtinuit, *Barboſ. in l. ſi ante, num.* 3. *eodem*
C *Surd. de alimen. tit.* 1 *quæſt.* 38. *num.* 22. *& ſeq.* C, Non
obſtat, quòd cum ſocer, & gener communiter viue-
rent, & etiam gener ſuſtineret onera expenſarum vini,
ſalariorum pro famulis, thedæ, & penſionis domus, dica-
9 tur inter ipſos contracta ſocietas vitæ, in qua non ha-
betur ratio, ſi quis aliquid plus impendat, vt *per Bald.
in l. fin. C. de collat. nu.* 2. cum quo ſimpliciter tranſeunt
Fulgoſ. & Roman. ibi, & Angel. in l. ex. duobus num. 2.
ff. de negot. geſt. & communem dixit *Alex. in dictà l. fin.
num.* 3. *circa med. verſ. & ſic videtur, C. de collat. Ancb. conſ.*
302. *num.* 9. *verſ. ſecundum dubium*, quia viſum fuit
Dominis, ex teſtium depoſitione coſtare de magna in-
æqualitate, & diſparitate perſonarum, & expenſarum,
quo caſu prædicta opinio non procedit, ſed datur ex-
10 computatio, vel repetitio *Angel. in eadem l. fin. C. de
collat. ad fin. verſ. ſed ſi iſte, vbi Caſtr. ſub num.* 3. *verſ.
Angelus tenet, Petr. de Vbald. de duobus fratribus par.* 6.
num. 24. *verſ. contrariam partem per* 14. *fundamẽta Meno-
ch. de arbitr. caſ.* 127. *num.* 7. *Modern. de ſociet. cap.* 27.
num. 67. Quia verò pro parte Aureliæ prætendebatur
primò, fructus non eſſe taxandos reſpectu iocalium, &
11 mobilium, in quibus pars dotis fuerat promiſſa, nec re-
ſpectu domorum vltra quinque pro centenario, iuxta
tradita per *Illuſtriſſ. Cardin. Tuſch. lit. D. concluſ.* 740.
num. 6. Secundò, Simonem fuiſſe contentum expenſarũ
factarum à ſocero loco fructuum quantæcũque illæ fue-
12 rint, eaſque loco fructoom recepiſſe, tùm ex *Socc. conſ.*
126. *num.* 5. *ante med. verſ. ſecundò quia, lib.* 1. *quem
Pereg. conſ.* 100. *num.* 31. *et ſeq. lib.* 1. Tùm ſtante ſu-
pradicta memoria Simonis, ideo reſeruarũt DD. par-
ticulariter videndum, quomodo prædictorum fructuum,
& expenſarum habenda eſſet ratio, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd maritus, ſtatim quòd ſuſtinet onera matrimonij,
13 abſquè aliqua mora vſuras dotis ſibi promiſſæ lucretur,
præter hic allegatos, *Roderic. de ann reddit. lib.* 3. *quæſt.* 7.
num. 49. *& alij relati à Giurb. deciſ. Sicil.* 72. *num.* 1. *Gra-
tian. diſcept forenſ cap.* 241. *num.* 59. *cap.* 243. *num.* 30. *cũ
pluribus ſequent & cap.* 726. *num.* 3. *&* 4. *Rot. deciſ.* 471.
num. 1. *part.* 1. *& deciſ.* 574. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* limi-
14 tatur tamen, quando dos fuiſſet promiſſa viro ad omne
ipſius beneplacitum, & petitionem, quia hoc caſu cenſe-
tur data dilatio vſque ad diem petitionis, & conſequen-
ter fructos medij temporis non debentur, *Rota dicta deciſ.*
471. *num.* 4. *part.* 2. *recent. Gratian. d cap.* 725. *num.* 5. &
ſemper quando data eſt dilatio debitori ad ſoluendum pre-
cium, nulla interim facta conuentione ſuper vſuris, ante
euentum diei conuenti non debentur vſuræ, *Caſtren. conſ.*
11. *num.* 4. *verſ ſed ſi in caſu noſtro, lib.* 1. *Dec. conſil.* 119.
num. 6. *&* 7. *Crauett. conſil.* 189. *ſub num.* 7. *verſ ſed iſta
opino videtur dubia, Surd. de alment. tit.* 1. *quæſt.* 42.
num. 50.
B *Fontanell.* qui plures refert, *de pact. nuptial. clauſul.* 6.
gloſſ. 2. *part.* 6. *num.* 21. apud quẽ *numm ſeqq.* vide plures
alios modos, quibus vſuræ dotales cenſentur remiſſæ.
C Quod maritus dotis fructus non faciat ſuos, niſi onera
matrimonij ſuſtineat, & quando dicatur matrimonij onera
ſuſtinere, latè *Fontanell. de pact. nuptial. d. clauſul.* 6. *gloſſ.*
2. *part.* 2. *&* 3. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Roma-

Romana domorum de Roncionibus.

Veneris 4. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Reintegratio datur illi, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat ex inſtrumento illius adeptionis, & ex locationibus cum receptione penſionum, ſiuè ex confeſſione partis aduerſæ in commiſſione emanata, & petitione immiſſionis. Item datur reintegratio ad rem ab alio iure pignoris, & hypothecæ poſſeſſam, poſt quam ex eius fructibus de credito ſibi ſatisfecit: nec poteſt illam ſibi retinere pro alio credito, quod non ſit liquidum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio probatur ex inſtrumento adeptæ poſſeſsionis.*
2 *Poſſeſsionem probant locationum inſtrumenta, iunctis penſionum exactione.*
3 *Producens ſcripturas illas approbare cenſetur.*
4 *Immiſsionem petens fatetur, reum conuentum poſsidere, & num. 17.*
5 *Poſſeſsio probatur ex ſententia Iudicis condemnatoria ad illam dimittendam.*
6 *Poſſeſsio probatur ex confeſsione partis in commiſsione, in qua aduerſarium poſſeſſorem nominat.*
7 *Immiſsio conceſſa, non citato poſſeſſore, eſt nulla, nec illum ſua poſſeſsione priuat.*
8 *Poſſeſsio probatur ex confeſsione partis in commiſsione, in qua aduerſariam detentorem nominat.*
9 *Poſſeſsio probatur per immiſsionem aduerſarij iure pignoris.*
10 *Reintegratio datur, immiſsionis cauſa ceſſante.*
11 *Fructus percepti ex pignore capto per hypothecariam extenuant ſortem.*
12 *Mulier moram paſſa in reſtitutione dotis, tenetur fructus pignoris computare in ſortem; & qualiter in hoc ſit ei conſultum.*
13 *Fructus dotis, mortua matre, peti non poſſunt à filijs in bonis patris debitoris.*
14 *Reintegratio non retardatur exceptione retentionis, ex credito illiquido, & num. 20.*
Creditum quando dicatur liquidum ad effectum retentionis, num. 21.
15 *Fructus non computantur in ſortem, quando bona, ſuper quibus immiſsio data fuit, non excedebant valorem crediti. Declara, vt num. 16.*
18 *Immiſsionem petens amittit nedum naturalem, ſed etiam ciuilem poſſeſsionem.*
19 *Manuteneri, & immitti petens poſſeſsionem ciuilem non amittit.*

DECISIO CLX.

RESPONDERVNT Domini, Excellentiſſimum D. Ducem Camillum de Comitibus eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur; nam de anteriori illius poſſeſſione, & ſic de primo extremo conſtat. Primò, ex inſtrumento adeptæ per eum poſſeſſionis mediãte ſpeciali procuratore 19. Maij 1590.
1 vigore mandati de immittendo præuia bonorum adiudicatione relaxati, ad *l. prædia, & l. iuſtè poſſidet ff. de acq. poſſ.* cum alijs *per Menoch. remed. tertio retin. num.* 575. Secundò, ex inſtrumentis locationum poſt dictam captam poſſeſſionem per D. Ducem factarum, iuncta
2 penſionum ſolutione, & exactione, *cap. cum veniſſent, de reſtit. ſpol. latè Gabr. de locat. concl. 4. num. 2. & Menoch. d. remed. 3. retin. num.* 572. Quæ inſtrumenta fuerũt
3 in hoc iudicio coram A. C. per Ronciones producta, & ſic approbata, *cap. cum venerabilis de except.* vbi omnes cum vulg.

Tertiò, ex natura iudicij pro parte Dominorum de Ron-
4 cionibus contra D. Ducem moti de anno 1605. pro immiſsione in poſſeſsionem eorundem bonorum, quia ſic faſsi ſunt, illum reum conuentum eſſe poſſeſſorem, *Rota in Rauennaten. Magazeni* 17. *Decembris.* 1604. *coram*
A *Reuerendiſs. Bononien.* A & ex ſententia ad eorũ fauoré
5 per A. C. lata condemnatoria D. Ducis ad dimittendum, & relaxandum, &c. & verbis mandati immiſsiui in illius executionem relaxati de amouendo, & eijciendo D. Ducem detentorem, vt fuit reſolutum in *Narnien. ſpolij* 19. *Iunij* 1613. *coram Reuerendiſsimo D. meo Da-*
B *maſceno.* B, Nec obſtat, quòd in ſententia, & mandatis ſint nominati alij detentores; quia cum non conſtet de illorum aliqua poſſeſsione, remanet ſola poſſeſsio D. Ducis, vt ſupra acquiſita, & ex confeſsione partis comprobata.

Quæ clarior redditur ex commiſſione per eos porrecta Sanctiſſimo ſuper adiudicatione eorundem bonorum, in qua nominant ſolum poſſeſſorem eundem D. Ducem,
6 quæ contra eos probat *vulg. l. cum precum, C. de liber. cauſ.* præſertim quia non poteſt dubitari, quin fuerit per eos, vel ſaltem de illorum conſenſu porrecta, tanquam ciues, & præſentes in Curia: & quia approbarunt totum iudicium, & acceptarunt ſententias ad eorum fauorem latas, in quarum executionem fuerunt immiſſi, & detinuerunt, prout hodie detinent eadem bona.

Nec obſtat, quòd poſſeſſio dicti D. Ducis non fuerit effectuata, quia Ronciones fuerunt authore Prætore ad eandem poſſeſſionem aſſociati de anno 1594. tùm quia
7 d. aſſociatio tanquam non citato d. D. Duce immiſſo del 1590 fuit nulla. *Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 7. *de reſt. ſpoliat.* & fuit dictum *in Baren. ſeu nullius Prioratus* 18. *Martij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno,* nec priuauit eum ſua poſſeſſione, *l. meminerint C. vnde vi, cap. licèt Epiſcopus, de præben. in* 6. *Rot. deciſ.* 802. *num.* 7. *verſ. qua pro reſponſione part.* 1. *diuerſ. in Maceraten. hæreditatis* 27. *Nouembris* 1579. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Anconitana bonorum* 26. *Iunij* 1604. *coram bon. mem. Litta,* & aliàs paſsim; tùm etiam quia conſtat, dictam poſſeſsionem non habuiſſe effectum ex eo, quòd in commiſsione ad inſtantiam dd. de Roncionibus directa bon. mem. Littæ ipſi fatentur D.
8 Ducem detentorem, & ſic reſultat confeſsio poſſeſsionis de d. tempore, reiecta qualitate intruſionis, *Rot. d. deciſ.* 802. *num.* 2. *part.* 1. *& in Mediolan. beneficij* 10. *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Andrea, & in Virdunen.*
C *Abbatiæ* 20. *Februarij anni præteriti coram me* C. Ac etiam ex eo, quòd ipſi de anno 1601. petierunt, & obtinuerunt per ſententias contra dictum D. Ducem immiſ-
9 ſionem in poſſeſsionem dd. bonorum iure pignoris, & hypotecæ, quam non potuiſſent obtinere, ſi effectum habuiſſet dicta poſſeſsio del 1594. *Bald. conſ.* 186. *num.* 8. *lib.* 1. *& dixit Rota in Romana Cenſus* 28. *Maij* 1586. *coram bon. mem. Bubalo.* Firmato igitur primo extremo pro D. Duce: cum DD. de Roncionibus fuerint immiſsi del 1605. vigore ſententiæ A. C. confirmatæ per aliam Reuerendiſsimi Attrebaten. iure pignoris, & hypothecæ pro ſumma ſcut. 1502. ratione dotis maternæ, &

ab in-

Digitized by Google

ab inde citra calculando penſiones domorum per eos
10 perceptas, vt ex inſtrumentis locationum, quas fece-
runt, certum ſit, illis fuiſſe de d. ſumma ſatisfactum, & ſic
cũ ceſſet cauſa immiſsionis, quæ fuit temporalis, danda
eſt D. Duci reintegratio, vt in ſpecie tenuit *Rota in Rom.
vineæ de Brunis* 4. *Decembris* 1584. *coram bon. mem. Car-
dinali Blanchetto*, *& in Peruſina bonorum de Oddis* 5. *Maij*
D 1606. *coram Reuerendiſs. Bonon.* D, Nam dictum credi-
11 tum dotis maternæ fuit extinctum ex natura pignoris,
& hypothecæ, cum fructus extenuent ſortem *l.* 1. *C. de
pignorat. act. cum concord.* & in ſpecie noſtra *Alex. conſ.*
70. *num.* 7. *lib.* 7. *Neguſ. de pignor.* 5. *memb.* 5. *par. num.*
1. *Natt. conſ.* 535. *num.* 3. *& ſeq. & conſ.* 536. *num.* 18.
& 19. *Rota dec.* 43. *num.* 2. *& deciſ.* 44. *num.* 10. *par.* 1.
diuer. & in Romana vineæ de Brunis 11. *Decembris* 1591.
coram bon. mem. Orano, latè Surd. conſ. 194. *num.* 10. *&
ſeq.* Non obſtat, quòd dicti fructus non extenuauerint
ſortem pro rata fructuum dotalium, quia creditum erat
12 pro dotibus maternis. Nam vltra quòd etiam ipſa ſi
viueret, & moram paſſa fuiſſet in reſtitutione dotis, te-
neretur illos imputare in ſortem, *vt ex Innoc. Oſtien.
Io. Andr. Butr. & alijs tradit Surd. d. conſ.* 194. *num.* 13.
vbi refert, conſultum eſſe mulieri, vt faciat diſtrahi pi-
gnus, vel illud capiat in ſolutum; hoc motiuum vide-
tur ceſſare mortua matre, cuius hæredes non poſſunt
13 prætendere aliquos fructus in bonis patris debitoris,
Gabr. conſ. 152. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 2. *Peregr. conſ.* 60.
num. 5. *&* 6. *lib.* 1. & fuit dictum in *Bonon. dotis* 4. *Iu-
nij* 1597. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Roma-
na fructuum cenſus* 19. *Nouembris* 1614. *coram R. P. D.
meo Dunozetto.* Nec etiam obſtat prætenſa retentio ra-
tione fructuum, in quibus D. Dux fuit condemnatus
per ſententiam bon. mem. Littæ, occaſione fructuum
aliorum bonorum Franciſci de Roncionibus, & Iuliæ
Cinciæ; quia cum à dicta ſententia fuerit appellatum,
& fructus non ſint liquidati, huiuſmodi exceptio non
14 retardat reintegrationem faciendam, poſtquam dd. de
Roncionibus ſunt ſatisfacti, vt in ſpecie fuit reſolutum
in dicta *Peruſina bonorum* 5. *Maij* 1606. *coram Reue-*
E *rendiſsimo Bonon.* E Nec etiam obſtat, quòd Roncio-
nes prætendant retentionem, & feciſſe fructus ſuos vi-
gore fideicommiſſi Lactantij Senioris: quia illi fuit ex-
preſsè derogatum à fel. record. Clemente VIII. ad fa-
uorem D. Ducis, quæ derogatio fuit producta coram
R. P. D. Litta, à quo fuit lata ſententia fauorabilis Ron-
cionibus ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum in
dicta derogatione non comprehenſorum, de quibus
modò non agitur: & proceſſus coram eodem Litta fa-
bricatus fuit in hac cauſa reproductus, & ipſi ſuper
iſtis bonis in dicta reuocatione comprehenſis egerunt
hypothecaria pro reſtitutione dotis maternæ, & poſt
immiſſionem petita fuit illorum nominibus adiudicatio,
licèt non ſubſecuta, vt aliàs firmatum fuit: & ſic ſcie-
bant non poſſe poſſidere vigore fideicommiſsi, conſe-
quenter nec facere fructus ſuos. Prout etiam non ob-
ſtat, quòd Ronciones crediderint, dictam adiudicatio-
nem obtinuiſſe, & quòd exinde oriatur titulus putati-
uus, qui debet ipſos excuſare à dd. fructuum reſtitutio-
ne, vel imputatione in ſortem; quia cum Rota firma-
uerit 17. Iunij præteriti, non conſtare de aliqua adiu-
dicatione, quæ re vera non fuit facta, ſed ſolùm iuſſa
fieri, ex dicto ſolo iuſſu non poteſt dici ortus titulus pu-
tatiuus, imò potiùs excluditur ex defectu conſenſus, vt
fuit firmatum in dicta deciſione. Tandem tollitur mo-
15 tiuum, quòd fructus non ſint imputandi in ſortem, quia
bona, ſuper quibus fuit facta immiſsio, non excedebant
valorem crediti ex *Alexand. in l.* 1. *§. per ſeruum corpo-
raliter, num.* 7. *ff. de acquir. poſſeſſ.* cum alijs, qui eum ſe-
quuntur; tùm quia non ſubſiſtit in facto, tùm quia con-
16 cluſio procedit in pignore conuentionali dato pro tan-
ta ſumma, quòd veriſimiliter nulla ſit ſpes luitionis,
quia tunc videtur exiuiſſe poteſtatem, & dominium de-
bitoris, & iudicatur prout de rebus, quæ pleno iure
ſpectant ad creditorem per *text. in l. qui habebat, in prin-
cip. de legat.* 3. *& expreſsè Alexand. vbi ſupra num.* 7. quæ
ratio ceſſat in pignore capto per hypothecariam, cuius
natura eſt, vt fructus ſortem extenuent, vt dictum eſt.
Et ita deciſum, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Concordant *deciſ* 306. *num.* 2. *& deciſ.* 393. *num.* 1. *&*
17 *deciſ* 505. *num.* 3. *& deciſ* 584. *num.* 2. *& deciſ.* 916. *num.*
2. *corã Domino meo Rot. deciſ.* 561. *num* 2. *part.* 2. *recent.
& in Romana domorum de Zacconibus* 17. *Maij* 1621. *corã
bon mem Vbaldo*, in qua hæc deciſio allegatur, *& in Ro-
mana vinea* 10. *Decembris* 1621. *coram bon. mem. Patriar-
cha Manzanedo, & coram eodem in Senogallien. Saluiani*
18 *interdicti* 20. *Iunij* 1625. & petens immiſſionem amittit
nedum naturalem, ſed etiam ciuilem poſſeſſionem *Gregor.
deciſ.* 46. *num.* 4. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 534. *num.* 6.
19 Quando tamen quis petit manuteneri, ſeu immitti, non
amittit poſſeſſionem ciuilem, ſed cenſetur immiſſionem
petiiſſe pro naturali tantùm, *Surd. conſil.* 160 *num.* 72. *in
fin. & num. ſeq Rot. coram Reuerendiſſimo D. meo Cocci-
no Decano deciſ* 494. *num.* 6. *& deciſ.* 560. *num.* 4. *ad fin.
part.* 1. *recent.*
B Idem dictum fuit infra *deciſ.* 491. *num.* 2.
C Concordantes adduxi ſupra *ad deciſ.* 100. *lit. E*, quibus addi
poteſt *Rot. in Romana de Cincijs* 15. *Decembris* 1623. *&*
1. *Iulij* 1624 *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Adiacen.
Vicariæ* 2. *Martij* 1626. *coram R P. D. meo Merlino*, in
qua hæc deciſio allegatur, & infra *coram Domino meo de-
ciſ.* 326. *num.* 2. *& deciſ* 752. *num etiam* 2.
D *Pacific. de Saluian. interd. inſpect.* 4 *cap.* 1. *num* 216. *&*
220. *& ſeq. Scapuce eod tract. lib.* 3. *quæſt.* 12. *Rota in
Montis Leonis domus* 3. *Iunij* 1617. *coram Reuerendiſſimo
D meo Patriarcha Pamphilio, & in Romana vineæ, ſeu
pecuniaria* 4. *Iulij* 1625. *coram R. P. D meo Pirouano.*
E Creditor poſſidens ex Saluiano finito tempore, & poſt-
20 quam ſibi ex fructibus de ſuo credito ſatisfecerit, non
poteſt retinere pro alio credito, quod non ſit liquidum,
vt firmatur in hac deciſione, & tradunt *Pacific. d. inſpect.*
4. *cap.* 1. *num.* 224. *Rota deciſ.* 433. *ſub num.* 2. *part.* 2.
recent & apud Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 130. *num.*
8. *& in d. Romana vineæ. ſeu pecuniaria* 4. *Iulij* 1625.
21 *coram R. P. D. meo Pirouano.* Et ad hunc effectum reten-
tionis, vt creditum dicatur liquidum, requiritur, quòd
de eo conſtet, vel per confeſſionem partis, vel per rem
iudicatam, vel per inſtrumentum adeo clarum, vt illud
controuerti nequeat, *Rot. d. deciſ* 433. *num* 3. *part.* 2.
recent. Cardinal. Caualer. deciſ 539. *num.* 6. & fuit dictum
in Romana de Mareſcottis 24. *Maij* 1624. *coram bon. mem.
Remboldo.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana emphyteuſis domorum.

Veneris 11. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *Ita tamen*, an, & quando reſtringat omnia in diſpoſitione contenta; & quando

etiam

etiam clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi ad hæredis nominationem conceſſa, inſtitutio habet vim nominationis, niſi in inueſtitura contrarium conuentum fuerit.*

2 *Clauſula,* Ita tamen, *in qualibet parte diſpoſitionis appoſita fuerit, ſemper dicitur relata ad omnia, quando ratio aſſignari non poteſt, quarè magis ad vnum, quam ad aliud referenda ſit. Quod procedit etiam in odioſis, num.* 3.

4 *Conditio, vel onus ſimpliciter, & impersonaliter poſt plures in eodem gradu vocatos appoſitum toti gradui iniunctum cenſetur.*

5 *Clauſula,* Ita tamen, *ad omnia præcedentia non refertur, quando relatio fieri non poteſt, abſque eo, quòd inducatur aliqua contrarietas, vel abſurditas, vel actus reddatur inutilis.*

6 *Prædilectus quis quando præſumatur.*

7 *Pars vna diſpoſitionis per aliam declaratur.*

8 *Pluralis numerus non verificatur in ſingulari.*

9 Vt ſupra, *dictio importat relationem ad omnia præcedentia cum eiſdem qualitatibus.*

10 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando illa capitula ſunt ſeparata, & perfectam continent orationem.*

11 *Copula,* Et, *coniungit, non autem conſtituit capitulum ſeparatum, & repetit ad præcedentia, quæ in proximis ſequentibus adijciuntur.*

12 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, licèt ſint capitula ſeparata, quando materia eſt continuata, & diuerſitatis ratio aſſignari non poteſt.*

13 *Relatio ſemper fit ad præcedentia, quando non adeſt aliqua ſpecialis, & propria prouiſio, ſeù determinatio.*

14 *Clauſula,* Ita tamen, *determinat omnia præcedentia, etiam ſi capitula ſint ſeparata.*

15 *Pactum in dubio præſumitur potiùs reale, quàm perſonale.*

16 *Pactum reale tranſit ad omnes perſonas.*

17 *Poſſeſſor non tenetur docere de iure ſuo, ſed actorem excludit per non ius ipſius; etiam ſi exceptio huiuſmodi eſſet eidem poſſeſſori contraria, num.* 18.

DECISIO CLXI.

PROPOSITO pluties dubio, An nominatio de perſona Fabritij Mormorarij ei ſuffragaretur; illoque maturè diſcuſſo, Domini tandem tenuerunt,
1 eam non ſuffragari, vti factam à Ioanne, qui poteſtatem non habebat illam faciendi, cum non fuerit filius, vel nepos ex filio Io. Baptiſtæ, nec ab eo in ſpecie nominatus ad domum, de qua agitur, ſed tantùm in illius bonis inſtitutus hæres vniuerſalis, quod vim nominationis habere non potuit, ſtante expreſſa conuentione, de qua in tranſactione facta inter Capitulum Sancti Petri dominum directum, & d. Io. Baptiſtam prætenſum auctorem Ioannis, & à quo omne illius ius dependebat, videlicèt, *Ita tamen, & taliter, quòd ſub vniuerſali hæredum inſtitutione non intelligatur d. domus comprehenſa, niſi ad illius ſucceſſionem expreſſè, & in ſpecie aliqua perſona fuerit nominata.* Et ideo cum non ſolùm Fabritius non doceat de iure d. Ioannis, à quo fuit nominatus, ſed imò de non iure ex dicta conuentione appareat, intrat vulgaris regula, nemo plus, &c.

Nec Dominis viſum fuit, prædictam conuentionem eſſe relatam ſolùm ad perſonam nominandam à d. Io Baptiſta, & non ad ipſum Io. Baptiſtam, cui fuit per Capitulum facta conceſſio ad tertiam generationem, & in eius defectum ad tertiam nominationem *iuxta reſolutiones facta 5. Aprilis, & 4. Iunij 1593. coram bon. mem. Penia.*
2 Quia clauſula illa, *Ita tamen, &c.* ſiue dicatur appoſita in principio, ſiue in medio, ſiue in fine diſpoſitionis ſuper nominatione facienda, ſemper ad omnes dicitur relata, cum nõ poſſit aſſignari ratio, quare magis ad vnum, quàm ad alium ex eis ſit referenda, *l. 1. C. de lib. præter. l. 3. §. filius. ff. de lib. & poſth. l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. & cap. 2. requiris, de appell.* & vbique *communiter ſcribentes*, & latiſſimè tradunt *Gabriel. de clauſ. concluſ. 6. Menoch. præſumpt. 181. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 105. & ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 570. num.*
A 2. A, quod procedere etiã in odioſis, & ſtrictè interpretandis tradunt *Iaſ. in d. l. 1. num. 6. 7. & 8. C. de lib. præter. & in d. §. fin. d. l. talis ſcriptura num. 36. Alex. in d. l. 3. §. filius ff. de lib. & poſth.* cum pluribus per *Menoch. d. præſumpt* 181. *num.* 4. Tanto magis, cum tàm in dictis deciſionibus, quàm ſecundùm intellectum informantium pro Patritio ſupponatur, dictam clauſulam eſſe in fine poſitam. Ideo enim abſque dubio non data maiori, vel diuerſa ratione in vno, quàm in alio, non ad proxima tantùm refertur, ſed etiam ad omnia alia præcedentia, ſub eadem oratione comprehenſa ex ſupra
4 allegatis; ſicuti conditio, vel onus ſimpliciter, & impersonaliter poſt plures in eodem gradu vocatos appoſitum, non tantùm alicui ex contentis in eo, ſed etiam toti gradui cenſetur iniunctum, *l. fin. §. Seio, & ibi Alber. Bart. Bald. & Caſtr ff. de leg. 2. & l. mulieri, & Titio. ff. de condit. & demonſtr.* vbi *Gloſſ. in ver. vſusfructus, Alberic. in fin Bart. in 1. oppoſ. Caſtr. num. 2. verſ. ſed contrarium eſt, Ruin. conſ. 138. num. 6. lib. 3. Gabriel. conſil. 117. num. 34. lib. 1.* cum alijs per *Cardinal. Mantic. de coniectur. lib. 8. tit. 2. num. 6.* Nulla autem ratio diuerſitatis hic poteſt conſiderari inter nominationem faciendam à Ioan. Baptiſta, & ab eo nominando, quia nullibi in tota tranſactione legitur fa-
5 cta ſpecialis prouiſio ſuper modo faciendi nominationes conceſſas, niſi ſub dicta clauſula, *Ita tamen, &c.* & ideò commodè fieri poteſt relatio ad omnia præcedentia abſque eo, quòd inducatur aliqua contrarietas, vel abſurditas, vel actus reddatur inutilis, quæ potiſſimum pro rationis diuerſitate ad relationem impediendam conſiderantur per *Bart. in d. l. talis ſcriptura. §. fin. num. 3. verſ. cauſa autem poſſunt. ff. leg. 1. Caſtr. in d. l. 1. num. 2. verſ. ſolue, & tene menti,* & ibi *Sichard. num. 6. verſ. notandum eſt, C. de lib. præter.*

Minùſque conſtat de maiori prædilectione Capituli erga
6 Io. Baptiſtam vti primum acquirentem, quàm erga perſonam ab eo nominandam, vt fuit conſideratum *in 1. deciſione coram bon. mem. Penia*; omiſſo enim pro nunc, an ipſe eſſet primus acquirens, nec ne, ceſſat omnis prædilectionis præſumptio, non ſolùm quia ſumus inter extraneos, & Capituli non intererat, verùm magis ad vnũ, quàm ad alium pertinerent nominationes, dummodo vltra vitam Io. Baptiſtæ duas alias vitas non excederent: ſed etiam quia apparet, Io. Baptiſtam fuiſſe parificatum perſonæ ab eo nominandæ in faciendo nominationem Capitulo, illamque infra duos menſes intimando, ac etiã reſpectu caducitatis ob alienationem irrequiſito Capitulo, & omiſſam ſolutionem canonum per biennium; & licèt videatur magis dilectus in eo, quòd illi fuit conceſſa generatio, & nominatio, perſonæ autem nominandæ ſola nominatio, vt in *d. 1. deciſ.* Inde tamen non ſequitur, eum ſemper, & omni caſu, & ſic etiam circa modum nomi-

nominandi prædilectũ cenſeri, vt in ſimili arguit *Decian.*
reſp. 56. *num.* 27. *vol.* 3. imò potius contrarium; quan-
do enim Capitulum voluit illi concedere aliquid plus,
quàm perſonæ nominandæ, illud expreſſit, & ideo cum
io tradendo modum, ſeu formam faciendi nominationẽ
non declarauerit, eam eſſe ſeruandam à ſola perſona no-
minanda, non autem à Io. Baptiſta, ſignum euidens eſt,
quòd noluerit in hoc eum prædiligere, *ad vulg. l. vnic.*
§. ſin autẽ, C. de cadue. toll. Quod clariſsimè etiam com-
probatur ex alia conuentione ſuper caducitate domus
inferius in eadem tranſactione adiecta (vna enim pars
7 diſpoſitionis per aliam declaratur *l. 1. ff. de reb. dub. cum*
vulgar.) ibi autem dicitur. Item quòd ſi dictus Io. Ba-
ptiſta, alijuè ſupra nominati dictam domum alienaue-
rint, aut quòd dictæ nominationes, modo quo ſupra
factæ, ſeu intimatæ non fuerint, &c. in omnibus caſi-
bus prædictis, & quolibet prædictorum domus prædi-
cta liberè deuoluatur, &c. Cum enim loquatur de no-
minationibus faciendis, & ſic in numero plurali, ſinè
dubio vtramque nominationem, tàm à Ioan. Baptiſta,
quàm à perſona ab eo nominanda faciendam includit,
8 cum non poſsit verificari in numero ſingulari, *ad l. vbi*
numerus, ff. de teſtib. Card. in clem. 1. §. præmiſſa, num. 1.
de ſupplen. neglig. Prælat. ſtante præſertim dictione il-
la, *Vt ſupra*, quæ importat relationem ad omnia præ-
9 cedentia cum eiſdem qualitatibus *Pariſ. conſ.* 19. *num.*
68. *&* 71. *conſ.* 48. *num.* 14. *cum ſequentib. & conſ.* 66.
num. 6. *verſ. quæ dictio, vol.* 2. *Surd. conſ.* 200. *num.* 6.
B *lib.* 2. B,

Nec obſtat, clauſulam in fine poſitam non referri ad omnia
10 præcedentia, quando illa ſunt capitula ſeparata, & per-
fectam continet orationem, *vt in dictis deciſ. coram Penia.*
Nam in præſenti caſu d. clauſula prohibens, nomina-
tionem fieri per hæredis inſtitutionem, non fuit poſita
in capitulo ſeparato ab eo, quod loquitur de nominatio-
ne per Io. Baptiſtam facienda Non enim fuit terminata
oratio, dum fuit dictum, Io. Baptiſtam poſſe nominare,
11 &c. cum ſtatim ſubiungatur. Et perſona nominata poſ-
ſit aliam nominare; quæ copula, *Et*, copulat, & con-
C iungit, non autem conſtituit capitulum ſeparatum, C
Bart. & alij in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. idem *Bart.*
in l. Seia. §. Caio. ff. de fund. inſtr. & repetit ad præce-
dentia, quæ in proximis ſequentibus adijciuntur *gloſ.* 1.
in l. ſi ſic, ff. quemad. ſeru amitt. Iaſ. in l. fin. num. 11.
C. de ſucceſſ. edict. & conſ. 228. *num.* 2. *verſ. imò fortius,*
lib. 2. Et ideo dicta clauſula tanquam in materia conti-
12 nuata determinare debet etiam clauſulam præcedentem
loquentem de nominatione facienda per Io. Baptiſtam,
maximè non data rationis diuerſitate ex ſupra allegatis,
& ex *Anchar. conſ.* 361. *num* 2 *verſ. nec obſtat, & Aym.*
conſ. 203. *num* 6. & præſertim cum quo ad eam circa
modum, & formam (vt dictum eſt) non adſit aliqua
ſpecialis, & propria prouiſio, ſeu determinatio. Quo
13 caſu ſemper fit relatio ad omnia præcedentia, *Caſtr. in*
d. l. 1. num. 2. in ſolut. ad tertiam oppoſ. C. de lib. præter.
& ibi *Iaſ. in 3. limit. num. 9. Salycet. num. 2. verſ. ſimi-*
liter non obſtat, Sichard. num. 6. verſ. ſic etiam, & *Iaco-*
bin. num. 4. verſ. ſecundò fallit. Gabr. de clauſ. d. concluſ.
6. *num.* 8. *limit.* 4. *Menoch. d. præſumpt.* 181. *num.* 6. 7.
& 8. *lib.* 4. & *Peregr. de fideicomm. d. artic.* 16. *num* 107.
Imò etiam ſi capitula poſſent diei diſiuncta, & ſeparata,
nihilominus illa verba, *Ita tamen, &c.* determinant om-
nia præcedentia, *l. ita tamen.* 27. *ff. ad Trebell. l. vbi ad-*
huc 29. *verſ. ita tamen, C. de iur. dot.* & *l. manifeſtiſſi-*
mè, §. tales, C. de furt. Bero. conſil. 72. *num.* 6. *lib.*
2. *Rot. deciſ.* 225. *num.* 1. *& deciſ.* 526. *num.* 3. *part.* 1.
diuerſ Surd. conſil. 475. *num.* 39. *lib.* 4. itaut cohæ-
reant etiam primo capitulo, vt de ſola dictione, *ta-*
men, Bald. conſil. 195. *num.* 11. *volum.* 2.

Moti fuerunt præterea Domini, quia dicta clauſula, *Ita*
tamen, quòd ſub vniuerſali hæredum inſtitutione non
intelligatur comprehenſa domus, &c. non poteſt dici
ad aliquam perſonam relata, ſed tantùm ad domum,
cum ad eam ſolùm, non autem ad perſonas verba le-
gantur directa: & ideo verbis claris continet pactum
15 reale, quod, etiam ſi verba eſſent obſcura, in dubio præ-
ſumeretur, vt per *tex. in l. iuriſgentium 7. §. pactorum,*
ff. de pact. tradunt ibi *Odofr. in princ. verſ. & vnum ſcia-*
tis, & propè fin. verſ. ſed in dubio, Alber. num. 1. in fin.
verſ. in dubio, & *num. 3. Bart. & Alexand. in princip. Iaſ.*
ibidem ſub §. prætor ait, num. 20. Idem *Bart. in l. qui in*
futurum, 58. *§. 1. num. 1. verſ. certè regula, ff. eodem,* &
conſequenter afficit omnem perſonam volentem in vim
16 dictæ conceſsionis de dicta domo diſponere, *Bart. in l.*
peto, §. fratre, num. 3. ff. de leg. 2. Bald. in l. precibus, ſub
num. 49. verſ. tu dic, C. de impub. & alijs ſubſt. & ibi *Sa-*
lycet. num 26. in fin. verſ. item tenet Bald. Pariſ. conſ. 18.
num. 50. *& conſil.* 30. *num.* 20. *& conſil.* 90. *num.* 43.
lib. 2. Becc conſil. 24. num. 28. Surd conſil. 315. num. 20.
Gabr. d. conſ 117. *num* 34. *& ſeq. lib. 1. Cardinal. Man-*
tic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. ſub num. 6. Pe-
regr. de fideicom. artic. 14. num. 33. Rota deciſ. 568. ſub
num. 5. par. 1. diuerſ.

Et ex his cenſuerunt Domini, nominationem Fabritio non
ſuffragari. Nec obſtare, quòd Capitulum acquieuerit
deciſionibus prædictis coram bon. mem. Penia, & ſen-
tentiæ ſubſecutæ, & remittendo iura ſua tranſegerit cum
ceſſionarijs Pierotij, & ſic non videatur dari poſſe de
iure Capituli ſublato per dictam tranſactionem Apoſto-
lica auctoritate confirmatam; tum quia cum dicti ceſ-
ſionarij ſint rei, & poſſeſſores, ſufficit eis dicere Fabri-
17 tio, quo ad te liberas ædes habemus *ad text. in l. 4. §.*
competit. in fin. ff. ſi ſeru. vindic. & ſic poſſunt eorum
poſſeſſionem defendere excludendo Fabritium actorem
per non ius ſuum, *ad l. fin. C. de rei vendic. cum concord.*
Rota deciſ. 210. *num.* 1. *par.* 1. Etiam ſi talis exceptio
vti continens etiam non ius ipſius Ioannis eſſet ipſis
contraria, *ad tex. in cap. nullus. pluribus. de regul. iur. in*
6. *Gloſ. fin. in fin. in cap. ſi a ſubdelegato,* 14. *de offic.*
Iud. deleg. in 6. Cagnol. in l. nemo ex ijs, 44. *num.* 1. 2.
& 3. *de regul. iur. Afflict. deciſ.* 134. *num.* 3. *Put. deciſ.*
36. *in fin lib. 1. in nouiſſ.* vbi dicitur, eſſe iura aperta,
Gabriel. conſ. 180. *num.* 16. *volum.* 2. *Decian. reſpon.* 51.
num. 131. *volum.* 2. & fuit dictum in *Aquilegien. fru-*
ctuum 16. *Iunij* 1586. *coram bon. mem. Orano.* Tum
quia remiſſio, & tranſactio Capituli emanarunt ad fa-
uorem ceſſionariorum Pierotij, quibus propterea iuua-
ri non poteſt Fabritius.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio, & ſententia inde ſecuta confirmatæ fuerunt
coram bon mem. Dunozetto 10. *Iunij* 1619. & exequutio-
ni, ſtante re iudicata, demandatæ.

A Sequitur Rota *in Romana fideicommiſſi de Surdis* 27. *Fe-*
bruarij 1617 *coram bon mem Vbaldo.*

B Vide *Barboſ in tract de diction ſub dict. Vt ſupra, num.*
1 *in vlt impreſſ.*

C Copula, *Et*, non ſemper ſtat copulatiuè, aliquando enim
ſumitur pro diſiunctiua ſecundùm ſubiectam materiam,
de quo præter alios videndus *eſt Rebuff in l coniunctionē*
verſ. ſed dices ff de verb ſignificat. vbi doctè tradit plures
modos, quibus dignoſci poteſt, quando particula coniun-
ctiua ſiet pro diſiunctiua, & regulariter colligitur ex mente
diſponentis, & ſecundùm ſubiectam materiã *Rot. poſt alios*
in Meliten. baiulatus, 17. *Decembris* 1617. *coram bon mem.*

Du-

Dunozatto, *&* *coram eodem in Valliſoletana Parochialis 31. Ianuarij 1625.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tullen. Canonicatus.

Veneris 10. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Immiſſio non eſt concedenda prouiſo, qui ſuam gratiam non iuſtificauit; & quibus caſibus gratia habita fuerit pro non iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Regula de viginti diebus habet locum etiam in reſignatione facta in manibus inferioris collatoris.*
2 *Conſtitutio Pij V. prohibens reſignationes ad fauorem conſanguineorum reſignantium non habet locum, ſi infra 20. dies reſignans moriatur.*
3 *Vacationis modo vno expreſſo non venit alius.*
4 *Collatio, vel prouiſio facta expreſſo certo modo vacationis, ſi beneficium alio modo vacauerat, non valet.*
5 *Gratia ad alium caſum extendi non poteſt, & falſa expreſſio illam vitiat.*
6 *Conſtitutioni prædictæ Pij V. vt ſit locus, requiritur ſcientia conſanguinitatis reſignatarij in collatore.*
7 *Eligens ignoranter indignum, & illi conferens non priuatur facultate eligendi, vel conferendi.*
8 *Idoneus non probatur de tempore collationis, qui poſt multum temporis curſum examinatus fuit.*
9 *Regula de valore procedit etiam in gratia Legati.*
10 *Gratia iuſtificari debet ante illius executionem.*

DECISIO CLXII.

GRATIAM Nicolai non eſſe iuſtificatam DD. reſoluerunt. Primò quò ad modum vacationis narratũ; fuit enim per eum obtenta à bon. mem. Cardinali Lotharingiæ Legato de latere Sedis Apoſtolicæ in illis partibus, prætextu, quòd canonicatus, & præbenda, de quibus agitur, vacauerint per reſignationem de illis factam à Claudio, & admiſſam à Capitulo Ordinario collatore ad fauorem Gerardi eiuſdem Claudij ex ſorore nepotis contra conſtitutionem fel. rec. Pij V. *ſub datum. Kal. Aprilis* 1568. prohibentem huiuſmodi reſignationes. Et tamen cum Claudius dediſſet mandatum ad reſignandum 9. Martij 1605. nec poſtea ſuperuixerit per viginti dies, vt ex confeſſione Nicolai ad poſitiones *in ſummario Ioannis num.* 6. & colligitur etiam ex alia collatione facta per eius obitum ab eodem Capitulo 24. eiuſdem menſis *in d. ſummario num.* 2. & ex aduerſo controuerſum non fuit; conſequenter dici nõ poteſt, vacationem contigiſſe per reſignationem, ſed per obitum Claudij iuxta regulã de viginti, quæ locum habet etiam
1 in reſignatione facta in manibus inferioris Collatoris *Caſſad. deciſ.* 31. *ſuper regul. Cancell. Gomeſ. ſuper dicta regula quæſt.* 26. *num.* 4. *& ſeqq. Gambar. de offic. legat. in titulo de poteſt. Legat. in benefic. confer. num.* 572. vbi dicit ſe audiuiſſe, quòd maior pars Rotæ ita tenuerit, licèt ipſe contrarium ſentiat *num.* 573. *& ſeqq.* Et quòd ita contra *Dec. in conſ.* 224. teneat Rota, teſtatur *Creſc. deciſ.* 12. *de renunc. Simonett. deciſ.* 64. *in manuſcr. & bon. me. Gipſius in Parmen. beneficij* 19. *Februarij* 1587. Et ita etiam contra dictum conſilium tenet. *Rebuff. in tract. nominat. quæſt.* 17. *num.* 18. *verſ. contrarium teneo*, qui etiam *num. ſeq. verſ. & ſic.* dicit, non eſſe hodie amplius dubitandum, & ſe ita tenere, quamuis multi dubitent; & ſubdit ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi, & in Rota, quod etiã tenuit in *conſ.* 72. *in fin.* & de veriori, & cõmuni teſtatur *Pariſ. de reſig benef. lib.* 12. *tom.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi ad omnia contraria latiſſimè reſpondet. Ex quo ſequitur, perinde eſſe, ac ſi dicta reſigna-
2 tio facta non fuiſſet, & conſequenter non intrare dictã conſtitutionẽ Pij V. vt fuit tentum in Colonien. Canonicatus 14. Martij 1613. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Et ſic gratiam Nicolai non eſſe quoad vacationem iuſtificatam, cũ expreſſerit, eam contigiſſe vigore dictæ cõſtitutionis, & tamen illa ſucceſſerit per obitum vigore
3 regulæ de viginti (vt dictum eſt) expreſſo enim vno
A modo vacationis non venit alius A, *cap. ſuſceptum de reſcript. in* 6. *vbi Gloſ. in verb. ſuſceptum, Lap. ſub num.* 1. *Anchar. num.* 2. *verſ. cum ergo ſunt plures*, *& Franch. num.* 3. *verſ. tamen expreſſo vno modo*, *& num.* 6. *eodem verſ. Rot. deciſ.* 1. *num.* 1. *verſ. quia vno modo de reſcript. in nou. & Put. deciſ.* 50. *num.* 1. *lib.* 2. *ſecundum nouiſſimam impreſſionem.* Cũ enim modi vacationis ſint diuerſi, non videtur de mente concedentis ſub vno caſu reliquos comprehendere *Franch. in d. cap. ſuſceptum*, *num.* 6. *verſ. cum enim.* Et ideò non valet collatio, vel
4 prouiſio facta expreſſo certo modo vacationis, ſi beneficium alio modo vacauerit, *Gloſ. magna in dicto cap. ſuſceptum, verſ. noto vlterius*, *& Rot. deciſ.* 7 *in prin. de præben. in nou. quam ſequitur Franch. vbi ſupra num.* 10. *verſ. ſi tamen prouiſio.* Præſertim, quia non ſolum narratiua, ſed etiam diſpoſitiua ipſius gratiæ fuit reſtricta ad dictum modum vacationis expreſſum, fuit enim expedita in forma, & officiali Tullen. directa cum clauſula, *ſi tibi legitimè conſtiterit, quòd prædictus Ordinarius collator præter, & contra formam d. conſtitutionis contulerit*,
5 ideoque ſinè dubio dicta gratia ad alium caſum extendi non poteſt, & falſa expreſſio illam vitiauit, *vt per Gloſ. in d. cap. ſuſceptum dicto verſ. noto vlterius*, *& Franch. ibid. num.* 14. *verſ. ſecus vbi reſtringeret.* Secundò, gratia non eſt iuſtificata in eo, quia facta fuit ſub prætextu, quòd Capitulum conferendo præter, & contra formam d. conſtitutionis inciderit in pœnam ſuſpẽſionis, & fuerit priuatum facultate iterũ cõferẽdi, quando intra viginti ſucceſſit vacatio per obitum, & collatio fuerit deuoluta ad Superiorem, iuxta d. conſtitutionem. Hoc enim in iure non conſiſtebat, quià dictæ conſtitutioni tanquam pœnali (ex quo priuat iure conferendi) non poteſt eſſe locus niſi probetur, Capitulum, & Furnarium, qui
6 eius nomine contulit, habuiſſe ſcientiam de dicta conſanguinitate, vt in puncto tenuit Rota *in d. Colonien. Canonicatus.* Sicuti non eſt locus priuationi iuris con-
7 ferendi in aliqua vacatione, quando quis contulit ignoranter indigno *cap. ſi electio vbi Gloſ. in verb. occultum de elect. in* 6. *Abb. in cap.* 1. *num.* 16. *in fin. de poſtul. Prælat. & in cap. cum in cunctis* 9. *Clerici num.* 2. *in ſecundo not. de elect. & ibi Dec. num.* 11. *& ſeqq. & Rota in Romana beneficiatus Sancti Petri* 28. *Aprilis* 1595. *coram bon. mem. Gypſio*, teſtes autẽ pro Nicolao examinati de tali ſcientia nihil probant, imò quartus, qui de tẽpore dictæ reſignationis erat Furnarius, dicit quòd nominauit, & præſentauit Gerardum vti ſibi beneuolum, & amicum, neſciens aliter illum eſſe dicti Claudij nepotem, niſi ex auditu, nec cognouiſſe eius parentes progenitures, non tamen concludit de auditu ante tempus dictæ reſignationis, nec de aliqua ſcientia ipſius Capituli, & in omnem caſum tanquam vnicus nihil probaret ex vulgar.

Tertiò non fuit iuſtificata, imò nec etiam amplius poteſt iu-

iuſtificari quoad idoneitatem Nicolai, quia nō fuit facta
aliqua illius approbatio, & tamen in gratia adeſt clau-
ſula, *& ſi per diligentem informationem ad hoc idoneum*
reppereris, &c. Nec obſtare viſa fuit atteſtatio Ordinarij
ſuper dicta idoneitate: quia facta fuit ſub die 16. Iunij
1610. & ſic non percutit tempus impetrationis (quæ
fuit ſub dicta die 15. Martij 1605.) prout requireba-
8 tur: ex quo interim præſertim ob tantum temporis cur-
ſum potuit edoceri *ad not. per Vitalin. in clem. fin. num.*
77. de magiſtr. Menoch. lib. 1. præſ. 24. num. 50. & ſeqq.
& Rot. in Legionen. parochialis 13. Martij 1590. coram
Reuerendiſſimo Peruſino, & in Calaguritana beneficij 6.
Februarij. 1609. coram bon. mem. Penia. Quartò de-
mum nedum non fuit iuſtificata quò ad valorem obten-
torum, ſed nec etiam ille fuit expreſſus, ideoque gratia
9 remanſit nulla iuxta regulam de valore, quæ procedit
etiam in gratia Legati *Creſc. deciſ. 10. de reſcript. Rot. de-*
ciſ. 206. num. 6. par. 1. diuerſ. Ex quibus ſequitur, non
10 eſſe dandam immiſſionem Nicolao, cum gratia ante il-
lius executionē debeat eſſe iuſtificata *Caſ. de Graſſ. deciſ.*
58. alias 12. de probat. num. 4. & Rot. deciſ. 221. num. 4.
par. 2. diuerſ. Et ità vtraq. parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Huius regulæ vide plures limitationes apud *Menoch. de*
arbitr. caſ. 201. à num. 100. & Garz. qui late eam proſe-
quitur, *de benefic. part. 11. cap. 1 per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Toletana decimarum de Verceal.

Lunæ 14. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Deſerta appellatione non deſeritur cauſa nulli-
tatis æquè principaliter commiſſa, ſed du-
rat vſque ad 30. annos: niſi notoriè conſtet
non adeſſe nullitatem. Remiſſoria concedi-
tur, licèt fuerint examinati teſtes ſuper alijs
articulis, & eorum dicta publicata, & didi-
cita teſtificata, ſi articuli, qui de nouo dan-
tur, contineant materias omnino diuerſas, &
non ſint comprehenſi in primis expreſsè,
vel tacitè.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa appellationis, durat cauſa nullitatis vſque ad*
30. annos, ſi æquè principaliter fuerat commiſſa cauſa
appellationis, & nullitatis.
2 *Deſerta cauſa appellationis, deſeritur etiam cauſa nullita-*
tis, ſi notorium eſt, non adeſſe nullitatem.
3 *Remiſſoria conceditur, non obſtante quòd fuerint examina-*
ti teſtes ſuper alijs articulis, & eorum dicta publicata,
ſi articuli, qui de nouo dantur, contineant materias diuer-
ſas, nec comprehendantur expreſsè, vel tacitè ſcilicet de
neceſſitate, vel facti, vel probationis, vel vtriuſque ſi-
mul ſub primis, & num. 7.
4 *Remiſſoria non conceditur ad proban. titulum, quando fue-*
runt examinati teſtes ſuper præſcriptione, & illorum di-
cta didicita, quia titulus cenſetur de neceſſitate tacitè
articulatus.
5 *Remiſſoria conceditur, ſi petatur ad probandum titulum, &*
primi articuli fuerunt ſolùm formati ſuper poſſeſſione,
& è contra.
6 *Remiſſoria conceditur, licèt fuerint examinati alij teſtes,*
& eorum dicta publicata: ſi primi admiſſi fuerunt in
poſſeſſorio, & poſtea porrigantur alij articuli diuerſi in
petitorio.
8 *Immemorabilis nunquam dicitur fuiſſe articulata, niſi*
articuli continuerint requiſita per Gloſ. in cap. 1. de
præſcript.

DECISIO CLXIII.

PLACVIT DD. reſolutio facta 4.
Decembris præteriti coram R. P. D.
Dunozetto pro conceſſione remiſſo-
riæ non obſtan. in contrarium addu-
1 ctis. Nam primò quoad defectum
iuriſdictionis ex capite (vt prætendi-
tur) deſertæ appellationis, dixerunt,
quòd cum fuerint æquè principaliter commiſſæ cauſæ
appellationis, & nullitatis, etiam ſi appellatio eſſet de-
ſerta, nihilominus vſque ad 30. annos durat cauſa nul-
litatis, iuxta opinionem *Bart. in l. ſi expreſſim, num. 10.*
de appell. cum plur. per Couarr. pract. quæſt. cap. 24. in
fin. Lancell. de attent. nullit. pend. cap. 17. num. 71. Put.
deciſ. 178. lib. 2. in nouis, & fuit dictum in Elnen. deci-
marum 26. Februarij 1587. coram Orano, in Carthaginen.
penſionis 13. Martij 1600. coram Illuſtriſſ. D. Card. Lan-
cell. & in Placentina parochialis 1. Decemb. 1603. corā bon.
A *mem. Litta.* A Nec obſtare viſum fuit, ſententias de par-
2 tibus non eſſe nullas, & ſic eſſe etiam deſertam cauſam
nullitatis ad *deciſ. Achill. 15. de reſcript.* & conſequenter
ceſſare iuriſdictionem; quia dicta deciſio expreſsè, & in
verbis loquitur, quando notorium eſt, nullitates non
adfuiſſe, & procedit ſolùm, quando conſtat notoriè de
non iure committentis cauſam, vt declarauit Rota in
Regien. Prioratus 16. Ianuarij 1597. coram bon. mem.
B *Penia.* B & ideo cum de his non appareat, applicari
non poteſt.

Secunda verò oppoſitio, quòd remiſſoria petatur ſuper
eiſdem articulis, ſuper quibus teſtes fuerunt recepti,
& (vt præſupponitur) publicati, continebant ſolùm,
quòd Hoſpitale ex Regijs, & Pontificijs priuilegijs ſoli-
tum erat percipere decimas ab eius arrendatarijs, &
eas non ſoluere de bonis non arrendatis, & ſemper in
hac quaſi poſſeſſione extitiſſe; articuli verò, ſuper qui-
bus hodie petitur remiſſoria, formiter continent imme-
morabilem cum quadragenaria de viſu & fama, & alijs
requiſitis per *Gloſ. in cap. 1. de præſcript. in* 6. circa per-
ceptionem dictarum decimarum, & exemptionem
ab earum ſolutione, & etiam ſuper eo, quòd prædium de
Verceal eſt extra limites Cathedralis Toletanæ: & ideo
non poſſunt dici comprehenſi ſub primis articulis, nec
expreſsè, vt apparet indubitatum ex eorum lectura,
nec tacitè ſcilicet de neceſſitate, vel facti, vel proba-
tionis, vel vtriuſque ſimul, quia immemorabilis nun-
quam dici poteſt incluſa ſub primis ſolam poſſeſſio-
nem, & ſolitum ſimpliciter continentibus; & tamen
3 ad effectum ne produci, & examinari poſſint noui te-
ſtes poſt publicatas atteſtationes, requiritur, nouos ar-
ticulos aliquo ex prædictis modis includi de neceſſitate
ſub primis iuxta *doctr. Bart. in auth. at qui ſemel, num.*
24. C. de probat. Angel. in Authent. de teſt. §. quia verò,
num. 19. poſt med. verſ. breuiter veritas eſt, Abb. ex men-
te Innoc. & Ioan. Andr. in cap. fraternitatis, num. 8. verſ.
ſed breuiter, de teſt. & ibi Imol. num. 9. verſ. nouum au-
tem, latè Soccin. num. 21. in 7. principali articulo, & Fe-
lin. num. 11. verſ. illud autem nota, Anchar. in clemen. 2:

num.

Digitized by Google

num. 10. *de teſt. & ibi Vital. num.* 122. *ante fin. verſic. il-*
lud autem eſt, *& Lanfranc. de Orian. in tract. de teſt. num.*
4 40. prout quando priùs fuerunt inducti teſtes ad pro-
bationem præſcriptionis, nec fuit probatus titulus: tunc
enim, quia titulus etiam cenſetur de neceſſitate arti-
culatus, ex quo ad probationem præſcriptionis eſt ne-
ceſſarius, non poſſunt ampliùs ad eius probationem
noui teſtes admitti poſt publicatas atteſtationes, vt
exemplificant *Bart. in d. authen. at qui ſemel, d. num.* 24.
verſ. exemplum, & ibidem Ang. num. 3. *& Sichard. num.*
24. *idem Ang. in d. §. quia verò d. num.* 18. *verſ. tertio ca-*
ſu, Innoc. in d. cap. fraternitatis, verſ. ſed quidam dicunt,
& ibi Ioan. Andr. num. 92. *Butr. num.* 16. *verſ. per hoc*
deciditur, num. 13. *&* 14. *Abb. d. num.* 8. *verſ. exemplum,*
Card. num. 3. *verſ. tertiam concluſionem*, *Imol. num.* 9.
poſt med. verſic. vbi autem articulus Bellam. num. 8. *& Soc-*
cin. d. num. 21. *verſ. circa ſeptimum*, *Anchar. in d. clem.*
2. *num.* 10. *verſ. in primo de teſt. et ibi Vitalin. num.* 122.
5 *circa fin.* & prout etiam quando primi articuli ſolùm
fuerunt ſuper poſſeſſione formati, non prohibetur teſtes
de nouo induci ſuper titulo, & è conuerſo quando ſu-
per titulo fuerunt inducti, poſſunt de nouo alij ſuper
poſſeſſione examinari, vt tradit *Io. And. in d. cap. frater-*
nitatis ante num. 21. *verſ. ſi verò*, & ibi *Felin. d. num.* 11.
verſ. & in eo quod dicitur, tantò magis, quia in caſu iſto
primi articuli videntur reſtricti ad probandam poſſeſ-
ſionem de tempore motæ litis, & ſic per triennium an-
te annum 1605. ad effectum obtinendi manutentionem,
ſuper qua ad fauorem Hoſpitalis fuit à primo Iudice
pronunciatum; hodie verò dantur alij articuli ad exclu-
dendam intentionem Illuſtriſs. D. Cardinalis Archiepi-
6 ſcopi in petitorio; & ideo cum teſtes fuerint ad finē di-
uerſum ab eo, de quo modo agitur, examinati, non po-
teſt impediri quin alij teſtes ſuper alijs, & diuerſis arti-
culis recipiantur *Bald. in d. authen. at qui ſemel num.* 5.
Ex quibus etiam ceſſat *conſil. Rom.* 479. quia expreſsè
7 loquitur quando primi articuli continent tempus ſuf-
ficiens ad præſcriptionem, & ſic ſecundi ſpeciales erant
ſub primis generalibus comprehenſi; & ita d. conſ. in-
telligit *Aym. conſ.* 134. *num.* 46. *quem Gabr. de teſt. con-*
cluſ. 21. *num.* 17. Nec poteſt dici, immemorabilem fuiſ-
ſe articulatam in primis, cum in eis appoſita legatur
8 dictio, *ſemper*, quia non ideo continent requiſita, de
quibus per *Gloſ. in d. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. ſinè qui-
bus immemorabilis ceſſat, nec poteſt dici articulata.

Et ideo fuit concluſum, ſtandum eſſe in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd deſerta appellatione non ſit deſerta cauſa nullitatis ſimul, & æquè principaliter commiſſa, præter hic allegatos *Seraphin. deciſ.* 1485. *num.* 1. *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 2. *num* 126. *Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 1. *Rota deciſ.* 512. *ſub num.* 3. *& deciſ.* 591. *num.* 4. *part.* 2. *recent. Gregor. XV. deciſ.* 306. *num.* 2. *& ibi Adden. num.* 3. *Marcheſ. de commiſſ. part.* 3. *de commiſſ. ſanator. nullit. §.* 1. *num.* 9. *& ſeqq. Gaill. variar. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 235. *num.* 6. & fuit dictum *in Ariminen. fideicommiſſi* 31. *Maij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino.* & quòd duret vſque ad 30. annos, fuit dictum *in Elboren. iuris conferendi* 24. *Ianuarij* 1614. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*; *& in Romana pecuniaria* 17. *Iunij* 1620. *coram bon. mem. Dunozetto*, *& infra coram Domino meo deciſ.* 826. *num.* 9.

B Rota *in Ciuitatis Caſtelli bonorum* 15. *Martij* 1621. *coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Veroſpio.*

C Poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata conceditur remiſſoria, ſi articuli, qui de nouo dantur, contineant materias diuerſas, vt hic, & infra *deciſ.* 392. *num.* 3. *& deciſ.* 827. *num.* 4. *latè Farinac. de teſtib. quæſt.* 75. *num.* 92. *&* 136. & ad hunc effectum excludendi remiſſoriam ſufficit, ſi articuli noui contineant eamdem materiam licèt ſub diuerſis verbis conceptam; non ſtructura enim, & ſonus verborum, ſed ſubſtantia, & virtus articulorum attendi debet *Aym. conſ.* 134. *num.* 47. *Pariſ. conſ.* 122. *num.* 1. *lib.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 497. *num.* 5. *Rota in Ianuen. pecuniaria* 5. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo*, *& in Pampilonen. iuris viſitandi* 15. *Martij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino: & infra deciſ.* 180. *num.* 3. quando autem articuli dicantur noui, & quando antiqui, vel ab antiquis dependentes, tradunt *Farinac. & alij ab eo cumulati d. quæſt.* 75. *à num.* 29. *vſque ad* 32.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina decimarum perſonaliū de Trugillo.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium inductorū à procuratore abſq; mandato legitimo, & ſinè citatione ad videndum produci, & admitti articulos, & ad dicendum contra illos eſt nullum; nec ſufficit citare procuratorem Communitatis, quando non agitur de intereſſe publico, ſed ſingulorum; quia citari debent omnes intereſſati, & quibus præiudicium inferri poteſt; & alia circa nullitatem examinis

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria vt petatur, mandatum legitimum requiritur, prout ad petendum, & videndum admitti, & examinari teſtes.*

2 *Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam in decimis vbi Parochiæ Eccleſiæ non ſunt diſtinctæ.*

3 *Citationis defectus reſultat ex defectu mandati.*

4 *Examen eſt nullum, quando pars non fuit præſens ad videndum produci, & admitti articulos, neque ad dicendum contra illos.*

5 *Citatio, requiritur ad videndum decerni remiſſoriam.*

6 *Procurator, qui proteſtatus fuit, ſe nolle eſſe ampliùs procuratorem, non poteſt legitimè citari.*

7 *Citatio, omiſſa illius forma, eſt nulla.*

8 *Procurator Ciuitatis non poteſt, citari quando non agitur de intereſſe publico, ſed particularium, ſed ſunt citandi omnes intereſſati, & quibus poteſt præiudicari.*

9 *Citatio ex defectu iuriſdictionis eſt nulla.*

10 *Citatio commiſſa per vnum ex pluribus delegatis, ad videndum iurare teſtes coram ſe, & alijs, nulla eſt ex defectu iuriſdictionis, cum vnuſquiſque eorum non poſſit committere citationem, niſi ad videndum iurare coram ſe.*

11 *Citatio certum diem, & horam non continens tanquam nimis vaga redditur nulla.*

12 *Remiſſoria debet continere certum terminum probatoriū.*

13 *Citatio ad videndum iurare teſtes coram pluribus delegatis in diuerſis locis degentibus pro eadem die, & eodem tempore, nulla eſt.*

14 *Examen factum extra locum Iudicis, non intimato receſſu Receptoris, eſt nullum.*

15 *Arbitrium intrat pro ſanatione examinis nulli, quando fuerunt data interrogatoria.*

16 *Iudex laicus eſt incompetens in materia decimarum.*

DECISIO CLXIV.

1 NVLLITAS examinis teſtium, de
quibus agitur, ſatis patens Dominis
viſa fuit. Primò, quia non conſtat de
legitimo mandato tàm Gonzalez, à
quo fuit petita, & obtenta remiſſoria
nomine Epiſcopi, & Capituli, quàm
Guttierez, qui induxit teſtes, & ob-
tinuit illos examinari ad *not. in l. licet*, C. *de procurat. & in cap. in noſtra eod. tit. Vant. de mod. & ordin. vid. proceſſ. num.* 5. *& de nullit. ex defect. mand. num.* 59. Et in
terminis pro nullitate examinis *Rot. deciſ.* 410. *in princ. par.* 1. *diuerſ. & alias paſſim*. Nec viſum fuit huiuſmodi
2 defectum eſſe ſublatum ex eo, quòd ſufficeret, Gonzalez
fuiſſe procuratorem Capituli, & ideo propter litis cō-
ſortium non eſſet neceſſarium mandatum Epiſcopi; quia
imò illud in hoc caſu requirebatur, cum non Capitulum,
ſed Epiſcopus habeat iuris aſſiſtentiam in decimis, vbi
Parochiæ diœceſis non ſunt diſtinctæ, vt per *can. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *Rebuff. de decim. quæſt.* 7. *num.*
9. *Azor. Inſt. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 9. *verſ. tertiò quando, & fuit dictum in Ciuitaten. decimarum*
A 19. *Maij* 1596. *coram bon. mem. Giptio*. A Secundò ex
3 defectu citati●nis, qui non ſolùm reſultat ex defectu di-
B cti mandati. *Vant. vbi ſupra num.* 61. B, ſed etiam
quia coram Vicario Placentino verè pars non fuit cita-
ta, nec præſens ad videndum produci, & admitti arti-
culos. *Butr. in cap.* 2. *de teſtib. num.* 11. *&* 16. *Imol. num.* 10. *Dec. num.* 9. *& Felin. num.* 32. *Soccin. de dilation. art* 7. *num.* 66. *verſ. vigeſimus tertius caſus, de communis Grauat. ad Veſtr. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. *Guidobon. deciſ.* 71. *in manuſcrip.* Neque ad dicendum contra illos
vt tenuit Rota in Leodien. ſalarij 14. *Nouembris* 1603.
coram bon. mem. Litta, Gonzal. ad regulam octauam in adnot. contr. nullit. & attent. in cauſ. beneſ. num. 107.
5 Nec quando per di^tum Vicarium Placentinum fuit de-
creta remiſſoria Vicario Foraneo, & Curatis diſtrictus
de Truxillo, prout requirebatur iuxta *deciſ. Caputaq.*
227. *par.* 3. & hodiernum ſtylum, de quo ex pluribus
teſtantur *Farinac. de oppoſit. contra exam. teſt. quæſt.* 77.
num. 115. *& pluribus ſeqq. & Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. et crim. lib.* 2. *cap.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 857. *pag. mihi*
6 236. Nec ſufficit, fuiſſe citatos duos procuratores Ci-
uitatis de Truxillo. Nam vltra quòd vnus ex eis pro-
7 teſtatus fuit, ſe multis diebus non eſſe ampliùs procu-
ratorem; citatio iſta fuit nulla, tum propter omiſſam
illius formam *l.* 1. *§. Oſtius & ibi Bald. num.* 5. *ff. ne quis eum, qui in ius voc. &c. Idem Bald. in l. non ſunt liberi,*
8 *num.* 2. *ff. de ſtat. hom. Aym. conſ.* 182. *num.* 11. *Soccin. de dilat. art.* 20. *num.* 4. Tum etiam quia agitur de de-
cimis perſonalibus prætenſis à mercenarijs ex eorum
mercedibus, quæ non ſoluerunt ex publico marſupio,
ſed ſingulorum, & ſic non tractatur de intereſſe Ciui-
tatis, ſed particularium *iuxta not in ſimili per Bald. in cap tertio loco num* 4. *de probat. Iacobin. in l. nullus num.* 8 *ff. de teſtib. Couar. pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 4. *verſ. qua ratione. & iuxta dicta in Signina Quartorum* 4. *Martij* 1611. *coram R. P. D meo Caualerio*. Et ideo neceſ-
ſariò citandi erant omnes intereſſati, & quibus pote-
rat præiudicari *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. latè Soccin. de dilation. artic.* 5. *Rota in Calagurritan. de Maeſtris* 27.
Octobris 1603. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto relata per Gonzal. vbi ſupra num.* 49. Citatio verò Vica-
9 rij de Truxillo ad videndum iurare teſtes coram ſe, &
Curatis videtur nulla, tum ex defectu iuriſdictionis *Card. Seraph. deciſ.* 1018. *num.* 5. quia ipſe non poterat decer-
10 nere citationem pro examinandis teſtibus coram dictis
Curatis delegatis à Vicario Placentino, ſed ſolùm co-
ram ſe, *cap. cum cauſa vbi Abb. & alij de offic. deleg. Soccin. de dilat. art.* 18. *num.* 3. *Vant. de nullit. ex defect. citat.*
11 *num.* 27. Tum quia fuit nimis generalis, & vaga, cum
non contineat certam diem, & horam *Bart. in l. aut qui aliter §.* 1. *ff. quod vi, aut clam. Caputaq. deciſ.* 274. *num.* 1. *par.* 3. *cum alijs in Calagurritana iuris viſitandi* 28. *Ia-*
12 *nuarij* 1611. *coram R. P. D. meo Pirouano*. Nec in re-
miſſoria præfixus fuerit vllus terminus probatorius.
Caputaq. d. deciſ. 274. *& deciſ.* 289. *ead. par.* 3. *Mohed. deciſ.* 4. *num.* 3. *de teſtib. Rot. deciſ.* 151. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. & in Compoſtellana iuriſpatronatus* 20. *Octobris*
1578. *coram. bon. mem. Card. Lancellotto Seniori*. Tantò
13 magis, quia citatio fuit ad videndum iurare teſtes co-
ram dictis Curatis, qui erant pluſquam viginti, & in
diuerſis locis, & ſic etiam incertum, & dubium erat, vbi,
& coram quibus priùs eſſet comparendū, & erat impoſ-
ſibile, coram tot eodem tempore comparere: vnde in
hoc caſu neceſſaria quoque erat intimatio receſſus Re-
14 ceptoris, ſeu Commiſſarij ab ipſa Ciuitate, vt pars
illum ſequi poſſet, qua omiſſa examen redditur nullum,
vt tenet *Rota in Burgen. Iuriſpatronatus* 18. *Decembris*
1595. *coram bon. mem. Giptio, & in alijs relatis per Gonzal. vbi ſupra num.* 57. Prædicti autem defectus eo ma-
gis viſi fuerunt Dominis releuantes, quia nulla fuerunt
data interrogatoria, & ſic pars non potuit vti ſuis de-
fenſionibus, tàm contra perſonas, quàm contra dicta te-
15 ſtium, quo tantum caſu Rota ſolet exercere arbitrium
pro ſanatione examinis nulliter facti *Put. deciſ.* 300. *lib.* 3. *in nouiſſ.* & fuit dictum *in Carthaginen. Canonicatus* 17.
Decembris 1610. *coram Illuſtriſſ. D. Card. Lancellotto, & in Meliten. Conſeruæ* 10. *Iunij præteriti coram me, & in alijs paſſim*. Quo verò ad alios teſtes examinatos vi-
gore prouiſionis Regiæ, vltra quòd ipſi etiam ſunt nul-
liter examinati coram Iudice laico, qui eſt incōpetens in
16 hac materia decimarum. *Rebuff. de decim. quæſt.* 10.
num 35. *cum tribus ſeqq. Azor. Inſtit. moral. in ſupra allegato cap.* 36. *quæſt.* 8. *verſ. meo iudicio*, & fuit dictum *in Patauina Decimarum* 4. *Martij* 1603. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, Pars expreſsè dicit ſe illis non vti, nec
vti intendere.
Et ideo fuit vt ſupra, vtraque parte informante, deciſum.

ANNOTATIO.

A *Monet. de decim. cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 20. *Gonzalez ad regul.* 8. *gloſſ.* 6. *num.* 76. *& ſequen. Rota in Carthaginen. decimarum* 28. *Iunij* 1595. *coram Orano, & in Conchen. decimarum de Villanueua* 5. *Maij* 1600. *&* 7. *Maij* 1601. *coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio, & deciſ* 520. *ſub num* 1. *circa med part.* 1. *recent.*
B Concordat *deciſ* 324. *num.* 3. *infra*.
C Idem dictum fuit infra *deciſ.* 506. *num.* 1.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Aſculana Spolij.

Veneris 18. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Immiſſio conceſſa fideicommiſſario, non factis
priùs detractionibus in ſententia reſeruatis,
& vigore laudi erronei, & iniuſti, dicitur
ſpoliatiua. Calculus ex quibus depræhenda-
tur erroneus, & nullus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Clauſula, ſalua tamen, &c. *modificat, & reſtringit præcedentia.*

2 *Immiſsio, non factis priùs detractionibus in ſententia reſeruatis, dicitur ſpoliatiua, & num.* 11.

3 *Iudex nulliter, & minùs legitimè procedens dicitur ſpoliare.*

4 *Liber priuatus non probat contra tertium.*

5 *Calculus factus à perito præter, & contra formam deputationis dicitur notoriè nullus.*

6 *Fructus legitimæ debentur, etiam parentibus.*

7 *Calculus eſt erroneus, & iniuſtus, ſi non fuerunt calculata omnia, itaut calculus referretur liquidus, & clarus.*

8 *Calculus eſt erroneus, & iniuſtus, ſi eſt factus intra breue tempus à die deputationis, itaut cauſæ cognitio adhibita non cenſeatur.*

9 *Immiſsio conceſſa vigore calculi erronei, eſt nulla, & iniuſta.*

10 *Sententia habens expreſſam relationem ad acta, ex quibus conſtat de eius iniuſtitia, dicitur notoriè iniuſta.*

12 *Fructus legitimæ debentur filio à die obitus teſtatoris, etiam abſque aliqua mora, & interpellatione hæredis etiam ſi fuerint ab hærede, vel alio bona fide conſumpti; & idem eſt de fructibus ſupplementi legitimæ.*

DECISIO CLXV.

CONSTARE de ſpolio DD. dixerunt, quia cum ſententia Illuſtriſſimi Car-
1 dinalis Seraphini de immittendo Pacificum fideicommiſſarium in poſſeſſionem eſſet cum clauſula, *Salua tamen, & retenta dote Conſtantiæ, & legitima ei debita ex perſona Candidi eius filij prædefuncti*, quæ modificat, & reſtringit præcedentia, *Ang. conſ.* 700. *col.* 2. *verſ. & hoc importat. Dec. conſ.* 651. *num.* 6. *Beninten. deciſ.* 164. *num.* 7. & 8.
2 Prout facienda erat detractio dictarum, dotis, & legitimæ ante executionem dictæ ſententiæ *Soc. in conſ.* 67. *num.* 18. *vol.* 1. *Simon. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib.* 5. *interpret. vlt. dub.* 1. *num.* 127. *in fin. Surd. conſ.* 186. *num.* 1. & 12. *fuit dictum in Romana domorum in Burgo* 8. *Februarij præteriti coram Vbaldo*, & in ſpecie noſtra *Bertazz. conſ. ciu.* 217. *num.* 1. 2. 3. & 4. & ideo cum immiſſio fuerit data, non factis priùs dd. detractio-
3 nibus, ſequitur, illam fuiſſe notoriè ſpoliatiuam; Iudex enim nulliter, & minùs legitimè procedens, dicitur ſpoliare, *DD. in cap. conquerente, de reſt. ſpoliat. Caputaq. deciſ.* 88. *par.* 3. *Cæſar de Graff. deciſ.* 1. *num.* 4. *de conſt. Card. Seraph. deciſ.* 167. *num.* 1. & *ita fuit dictum in allegata Romana domorum in Burgo*. Non obſtat, quòd fuit facta compenſatio in d. ſententia ordinata dictæ dotis, & legitimæ cum pecunijs, quæ in bonis q. Balthaſſaris mariti, & dicti Candidi filij Conſtantiæ ad eandem Conſtantiam peruenerant; nam dicta compenſatio facta fuit, præcedente decreto electionis periti in executione dictæ ſententiæ ad calculandum ſuper partitis liquidis, & confeſſatis à partibus, cuius tamen calculus fuit notoriè nullus, erroneus, & iniuſtus. Nullus, quia peritus poſuit ad debitum Conſtantiæ florenos 1772. referēdo ſe ad quoddam laudum in partibus prolatum, quod in hoc capite aliter non iuſtificatur, quàm in quodam libro arbitri oſtenſo per ipſum Pacificum, de cuius poſtea exiſtentia penes Conſtantiam cum ad effectum exhibitionis dubitauerit in *Rota* 21. *Maij* 1603. *coram Reuerendiſs. Attrebaten.* negatiuè fuit reſponſum firmando, librum huiuſmodi non fuiſſe ſcriptum per Conſtantiam, ſed per Petrum Paulum eius patrem, qui vnà cum Pacifico fuerat tutor conſtitutus; & ideo quatenus etiam de exiſtentia conſtitiſſet, dictus liber
4 tanquam priuatus non probauit contra Conſtantiam, & ſic dicta partita non erat liquida, nec confeſſata, &
5 conſequenter calculus fuit notoriè nullus, vti factus præter, & contra formam deputationis, à qua calculatoris auctoritas pendebat ad *Gloſ. in cap. examinatam, in verb. iuris infirmi, de confirmat. vtil. vel inutil. Gabr. conſil.* 43. *num.* 18. *lib* 1. Erroneus, & iniuſtus: quia idem peritus errauit in nō calculando, & ſtatuēdo legitimam Conſtantiæ, in qua ipſa ab eius viro fuerat inſtituta, quæ tunc reſtituebatur, prout habenda erat, ex deciſione facta in hac cauſa 13. Maij 1596. coram Brauo, nec
6 fructus eiuſdem legitimæ, quos certum eſt deberi ex iuris diſpoſitione *l. Papinianus* 8 §. *vndè ſi quis fuit,*
B *ff. de inoffic. teſtam. cum concord.* B & in legitima debita parentibus *Decian. reſp.* 79. *lib.* 2. *num.* 14. & *fuit in hac cauſa reſolutum coram bon. mem. Seraphino, vt in*
7 *eius deciſ* 1406. *num.* 7. ſed contra formam dicti decreti calculauit ad debitum Conſtantiæ partitas non liquidas, & confeſſatas, vt dictum eſt, liquidas, & claras ad eius creditum omittendo, vt dictum fuit in nouo calculo: cum tamen deberet ſuperioribus hinc inde referre *Gabr. d. conſil.* 43. *d. num.* 18. ſed mirum viſum non fuit, quòd in prædictis errauerit, cum fuerit deputa-
8 tus tertia Iulij, & die quinta retulerit; ex hac enim temporis breuitate cenſetur non adhibuiſſe cauſæ cognitionem, quam debuit *Bart. in l. probatum, C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Calder. conſil. vlt. ad med. verſ. dixi, eodem tit. Put. deciſ.* 134. *lib.* 1. *in nouis*, & in terminis pro calculi nullitate *Socin. conſil.* 92. *ſub num.* 12. *verſ. temporis breuitate lib.* 4. Ex quibus ſequitur, manda-
9 tum immiſſiuum ad fauorem Pacifici expeditum laborare eodem vitio nullitatis, & iniuſtitiæ, non ſolùm quia fundatur in ſupradicto calculo nullo, erroneo, & notoriè iniuſto, *Butr. in cap. cum cauſa, de ſenten. & re iudic. num.* 2. *Felin. in cap. inter cæteras num.* 2. *eodem tit. Alexand. conſ.* 225. *num.* 7. *lib.* 1. *Afflict. deciſ.* 47. *num.* 3. *cum alijs per Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num.* 129. ſed etiam quia in eo enunciatur, fuiſſe priùs compenſatum creditum dotis, & legitimæ Conſtantiæ cum par-
10 titis liquidatis, prout in actis; ex quibus tamen actis, ad quæ expreſsè habet relationem per modum cauſæ diſpoſitiuæ, non ſolùm non iuſtificatur, ſed etiam de contrario apparet *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *verſic. quandocunque non eſt expreſſus, vbi Bald. C. de error. calcul. idem Bald. in l.* 2. *num.* 2. *C. de ſenten. & re iudic. Afflict. deciſ.* 39. *ſub num.* 5. *cum alijs per Gabr. de ſenten. concluſ.* 20. *num.* 6. *Contard. de moment. poſſeſſ. limit.* 9. *ſub nu.* 19. *verſic. aut iudex expreſſit, Surd. conſil.* 35. *num.* 17. & 18. & ideò intrat ſpolium ex ſuperiùs allegatis.

Et ita deciſum ſolùm Conſtantia informante, &c.

ANNOTATIO.

A Sententia exequi non poteſt, non factis priùs detractio-
11 nibus in ea reſeruatis, vt præter hic allegatos *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 50. *num.* 83. *Marz. de fideicommiſſ. quæſt.* 70. *Fuſar. poſt alios de fideicommiſſ. quæſt.* 672. *num* 16. & *num. ſeqq.* id multipliciter declarat, & *infra deciſ.* 815. *num.* 6. & quòd poſſeſſio eius vigore capta ſit ſpoliatiua, fuit etiam dictum infra *deciſ.* 560. *num.* 2. videnda eſt ſuper hac materia plena deciſio *Sicil. Giuo b.* 60.
B Fructus legitimæ debentur filio à die obitus teſtatoris,
12 etiam abſquè mora, & interpellatione hæredis, *Natt. conſil.* 156. *num.* 6. *Tiraquell. pluribus adductis in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num.* 270. *C. de reuocand.*

Digitized by Google

donat. cum alijs per Peregrin. de fideicommiſſ. art. 36. num. 69. Seraphin. deciſ. 1331. num. 14. Merlin. latè de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 11. & ſeqq. & dicti fructus debentur, etiam ſi fuerint per hæredem, vel alium bona fide conſumpti, *Peregrin. loco cit. verſ. etiam ſi bona fide, cum alijs per Merlin. vbi ſupra num. 30. & per Rotam in Romana ſupplementi legitimæ de Condopolis 15. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Vbaldo.* Idemquè dicendum eſt de fructibus ſupplementi legitimæ, *Menoch. conſil. 77. num. 13. verſ. quidem, Peregrin. loco cit. Merlin. loco cit. num. 34. Rota in dicta Romana legitimæ de Condopolis coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Veneris 15. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Executio fieri poteſt recta via, ſine aliquo proceſſu, & abſque aliqua actione reuocatoria, contra tertium poſſeſſorem citatum, in quem facta eſt alienatio poſt motã litem, in fraudẽ paratæ executionis: & quando alienatio dicatur facta in fraudem paratæ executionis.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè, & abſque actione reuocatoria proceditur contra bona debitoris, etiam ſola actione perſonali conuenti, per eum in tertium poſſeſſorem alienata in fraudem paratæ, vel incepta executionis. Limita, vt num. 10.*

2 *Tertius poſſeſſor, qui bona emit lite pendente, citari debet in executione, & num. 11. Limita, vt num. 12.*

3 *Alienatio quando dicatur facta in fraudem paratæ executionis, & num. 4.*

5 *Sequeſtrum executum ad finem, vt ſoluatur, non reuocatur, non facta ſolutione.*

6 *Mater præcipuè ſi ſit tutrix, præſumitur ſcire pendentiam litis, quam filia ſuſtinet contra alium.*

7 *Alienatio rei litigioſæ facta titulo lucratiuo dicitur in fraudem paratæ executionis, licèt ille, in quem facta fuit, litis ſcientiam non habuerit; & quando dicatur facta titulo lucratiuo.*

8 *Decretum per modum prouiſionis, & ſinè præiudicio quorumcunque iurium ambarum partium, illa præſeruat, perinde ac ſi factum non fuiſſet.*

9 *Pecuniæ adhuc dicuntur extare, quando Iudex reuocauit ſequeſtrum, cum clauſulis præſeruatiuis, & voluit perinde haberi, ac ſi reuocatum non fuiſſet.*

DECISIO CLXVI.

RECESSVM fuit à deciſione facta 16. Nouembris præteriti, & reſolutum, mandatum executiuum contra bona, & iura hæreditaria olim Rodulphi Pij, ad fauorem Antonij de Domo relaxatum, pro certis ratis decurſis annuæ perpetuæ pecuniariæ præſtationis, poſſe exequi in fructibus locorum Montis Fidei, non obſtante, quòd in dicta reſolutione (a qua tamen in hac parte DD. non receſſerunt) firmatum fuerit, dicta loca non fuiſſe effecta litigioſa, & quòd Lucretia dicti olim Rodulphi vxor ſit in quaſi poſſeſſione
1 exigendi illorum fructus. Reſolutionis ratio fuit, quia
contra bona debitoris etiam ſola actione perſonali
conuenti, per eum in tertium poſſeſſorem alienata in
fraudem paratæ, vel inceptæ executionis, & ſic in
ſpretum iudicialis auctoritatis, proceditur executiuè,
& abſque actione reuocatoria, perinde ac ſi alienata
non fuiſſent, prout ita procedere *doctr. Cyn. in l. 1. C.
de alien. iud. mut. cauſ. fact.* declarat *Bald. in l. ob maritorum, num. 8. verſ. breuiter dico, C. ne vxor. pro marit. & in l. pen. num. 27. C. de execut. rei iudic.* quem
ſequuntur *Caſtr. in l. à diuo pio, ſ. ſi ſuper rebus, num 8.
verſ. Bald. notabiliter*, & ibi *Herculan. num. 44. & Iaſ.
num. 10. verſ. mihi placet concordia, ff. de re iudic.* relati
*per Couar. pract. quæſt. cap. 15. num. 7. verſ. ſed & generaliter, & ver. hoc etenim. Rip. in l. 1. §. ſi hæres, num.
21. verſ. Bald. in l. ob maritorum ff. ad Trebell. Capic.
deciſ. 128. num. 10. & ſeq. deciſ. Pedemon. 65. num. 4.
verſ. Iaſ. verò, & num. 5. Surd. conſ. 405. num. 9. in
fin. verſ. 2. reſpondeo, & num. 10. & conſ. 533. num. 4.
& tenuit Rota in Placentina euictionis 28. Iunij 1591.
coram bon. hem. Cardinalis Blanchetto, in Interamnen. bonorum 17. Decembris 1610. coram R. P. D. meo Canalerio, & in Romana legitima 5. Decembris 1614. coram*
A *R. P. D. meo Vbaldo.* A, Et ſatis eſt, in fauorem tertij
2 poſſeſſoris hoc eſſe inductum, vt contra eum non poſſit
fieri executio, niſi fuerit citatus, *Capic. deciſ. 20. num.
24. & Rota in Romana reſponſionis vineæ 22. Iunij 1587.*
B *coram bon. mem. Cardinalis Mantica* B. Tunc autem
3 alienatio dicitur in fraudem paratæ executionis quando facta eſt nedum lite pendente, & lata ſententia, ſed
etiam poſt captum pignus iudiciale *iux. l. 1. C. ſi in
cauſ. iud. Guid. Pap. quæſt. 81. Rip. in d. ſ. ſi hæres num.
21. verſ. videtur autem alienata, dicta deciſ. Pedem. 65.
num. 4. in fin. Surd. d. conſ. 533. num. 5. cum alijs ſupra*
C *citatis* C, Dummodo tamen probetur, illum, in quem
4 facta eſt alienatio, habuiſſe ſcientiam, vel dictæ litis pendentiæ, *ad tex. in l. chirographis 58. §. fin. ff. de admin.
tut. Caſtr. in d. ſ. ſi ſuper rebus, num. 8. verſ. debet tamen*, & ib *Herculan. num. 46. verſ & dicit, quòd actor.
Rip. in d. §. ſi hæres, num. 22. verſ. & eſt de mente, &
fuit dictum in d. Roman. legitimæ coram R. P. D. meo
Vbaldo*; vel inopiæ alienantis, quòd ſcilicet facta alienatione nihil aliud remaneret in eius bonis, ex quo poſſet ſatisfieri creditoribus *Caſtr. ibid. d. num. 8. verſ. &
dicit.* Tantò magis ſi probetur, eum habuiſſe ſcientiam
vtriuſque, vt iuxtam mentem *Couar. d. cap. 15. num. 7.
verſ. erit igitur*, ponderat *Surd. d. conſ. 405. num. 10. verſ.
& multò magis.* De quibus omnibus ſatis ex facti ſerie conſtare DD. viſum fuit. Nam

Primò, quòd ceſſio dd. locorum montium facta del 1609. ad fauorem Lucretiæ dicti Rodulphi vxoris per Mariã communem filiam fuerit in fraudem, non ſolùm paratæ, ſed inceptæ executionis, clarè probatur, ex quo præuijs duobus mandatis executiuis per A. C. relaxatis ad fauorem Dominici fratris, & auctoris Antonij, primo videlicet 6. Nouembris del 1601. contra dictum Rodulphum ſcutorum 900. aur. in aur. pro ratis triennij decurſi, quod 6. *Nouembris* 1605. *coram bon. mem. Penia*, fuit reſolutum eſſe exequendum: & ſecundo 12. Decembris eiuſdem anni, contra bona hæreditaria eiuſdem Rodulphi tunc defuncti ſcutorum 1200. ſimiliter aur. in aur. pro alijs ratis quadriennij decurſi: fuit ad inſtantiam Dominici executum ſequeſtrum 7. Ianuarij 1606. contra DD. de Ceulis, tunc depoſitarios dicti Montis Fidei, cum inhibitione de non ſoluendo, ſed penes ſe retinendo io forma, *vt in ſummario impreſſo eiuſdem Antonij num. 10.* Quod vti factum ad effectum,
5 vt ſibi ſolueretur, dicitur executio dd. mandatorum

itaut

itaut non facta ſolutione non poterat reuocari *iuxta doctr. Caſtr. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum, num. 5. verſ. ſi verò, ad fin. ff. qui ſatiſd. cogant.* Et ſub die 1. Martij eiuſdem anni fuit per eundem A. C. relaxatum mandatum de conſignando ſummam penes Ceulos ſequeſtratam ad computum, & ſatisfactionem d. crediti, & 26. Maij ſubſequentis aliud ſimile *in d. ſummario num.* 13. *&* 5. Martij eiuſdem anni expeditum mandatum gratioſum directum dictis de Ceulis ſequeſtratarijs de ſoluendo d. Antonio tunc procuratori Dominici ſcut. 199. baioc. 57. pro mandato executiuo relaxato de menſe Decembris d. anni 1605. *in d. ſummario num.* 2. Prout poſtea fuerunt illi ſoluta, vt ibidem *num.* 3. Et comprobatur etiam ex inhibitione Locumtenentis criminalis A. C. executa DD. de Ceulis depoſitarijs 20. Iulij d. anni 1606. ad inſtantiam tàm Mariæ filiæ, & hæredis Rodulphi, quàm etiam illius tutricis, de non ſoluendo aliquam ſummam Antonio, nec alicui alteri *in d. ſummario num.* 12. quæ inhibitio veriſimiliter fieri non potuit, niſi ad finẽ impediendi dd. mandatorũ executionem.

Secundò, de ſcientia Lucretiæ dictæ litis pendentiæ de tempore dictæ ceſſionis dubitari non poteſt, cum ſit mater Mariæ, & vxor d. q. Rodulphi, & penes eam

6 Maria educaretur, cuius etiam de anno 1607. fuerat deputata tutrix, & curatrix in locum alterius Lucretiæ tunc defunctæ, quæ erat amica eiuſdem Rodulphi, vt ex inſtrumento per dictam Lucretiam celebrato del 1610. ſuper capitulis matrimonialibus dictæ Mariæ cum D. Duce Fiani, in quo fit mentio dictæ deputationis: ideoque erat veriſimiliter informata dictæ litis, & cauſæ, & mandatorum vt ſupra relaxatorum, *l. octaui ff. vnd. cognat. Aym. conſ.* 271. *col.* 6. *verſ.* 8. *ipſi fratres, & verſ.* 9. *præſumitur.* Quæ ſcientia explicitè etiam colligitur ex memoriali in capitula manu ipſius Lucretiæ ſubſcripta, & ex Ciuitate Florentiæ ad Sanctiſſ. D. N. tranſmiſſa ſub die 12. Martij 1605. *in d. ſummario num.* 16. in quo expreſsè dicitur, dictas Mariam, & Lucretiam matrem, & alteram Lucretiam Sfortiam tutricem impediri in exigen. fructus hæreditatis paternæ à Dominico, & Antonio de Domo, & propterea petunt ordinari eidem A. C. vt ſe informaret, & S. S. referret.

Prout etiam dubitari non poteſt, eandem Lucretiam ſciuiſſe, quòd facta d. ceſſione nihil remanebat in bonis Mariæ, vndè poſſet Antonio ſatisfieri. Nam poſtquam fuit, vt ſupra, deputata tutrix, & curatrix Mariæ, eam matrimonio collocauit D. Duci Fiani cum promiſſione, & aſſignatione omnium bonorum hæreditatis paternæ, & præcipuè dictorum locorum Montis Fidei, & ſuperinde fuerunt confecta capitula matrimonialia de d. anno 1607. confirmata poſtea per publicum, & ſolemne inſtrumentum del 1610. Quamuis etiam ex abundanti

7 addebatur, quòd quicquid ſit quando titulus acquirẽtis eſt oneroſus, prout emptionis, vt loquuntur DD. ſuperiùs allegati: tamen non videtur fuiſſe neceſſariam aliquam ſcientiam Lucretiæ, cum ex dicta ceſſione habeat titulum lucratiuum *iuxta Gloſ. in §. item ſi quis in fraudem Inſt. de action. & ibi Angel. num.* 11. *& Iaſ. num.* 27. *&* 35. *Cyn. in l.* 1. *quæſt.* 8. *C. ſi in fraud. patron. Bart. in l.* 2. *ff. ſi à par. quis fuer. manum. Surd. d. conſ.* 382. *num.* 63. *verſ. nec etiam dicatur, & num.* 64. *& dixit Rot. in d. Placentina euictionis coram Cardinali Blanchetto.* Et eius titulum fuiſſe lucratiuum patet, quia non conſtat, illam fuiſſe in aliquo creditricem, nec reſtitutionis dotis, de cuius ſolutione, conſtitutione, vel promiſſione non apparet, nec de aliquibus legatis per Rodulphum illi factis: cum Mária in mandato ad adeundam hæreditatem paternam ſolemniter facto del 1605. *in d. ſummario num.* 18. aſſerat, illam ſibi delatam ab inteſtato, vt ſimilia conſiderat in terminis *Surd. d. conſ.* 382. *num.* 64. *in fin. & d. conſ.* 533. *num.* 5. *verſ. quinimò fraus.* Non obſtat, quòd amplius non immineret executio, eo quia dicta mandata executiua fuiſſent conſumpta, & euacuata per exactiones factas ab Antonio de redditibus, & introitibus Mariæ *in d. ſummario num.* 1. ſummæ enim exactæ (vt ibi patet) ſunt tantummodò ſcutorum 877. baioc. 43. monetæ, nec conſtat de alijs, ex quibus dici poſſit, d. mandata, quæ ſunt pro ſcutis 2100. auri, in auro, fuiſſe conſumpta.

Nec etiam obſtat reuocatio ſequeſtrorum facta per A. C. 13. *Maij* 1607. *in ſummario num.* 14. quia eſt cum clauſulis præſeruatiuis per modum prouiſionis, & ſinẽ

8 præiudicio quorumcunque iurium ambarum partium, quæ (vt decretum dicit) ſalua, & illæſa remaneant perinde ac ſi decretum factum non fuiſſet. Et ita non applicatur reſponſio, quòd reſeruatio iurium ſit referenda ad alia, cum conſtet de contraria mente Iudicis, qui voluit perinde haberi, ac ſi ſequeſtra reuocata non eſ-

9 ſent: & ideò pecuniæ adhuc dicuntur extare *Caſtr. conſ.* 285. *in princ. verſ. quia cautio, cum alijs per Franc. deciſ.* 75. *num.* 9. *& deciſ.* 200. *num.* 4. *verſ. & ſi creditor.*

Et ideò fuit vt ſupra reſolutum.

ANNOTATIO.

A *Gurb. qui alios refert, deciſ. Sicil.* 62. *num.* 8 *& vſque ad num.* 21. materiam latè proſequitur, *Gratian diſcept forenſ.* 502. *num* 22. *& num* 37. *& allegata hac deciſione fuit dictum in Viterbien fideicommiſſi* 14. *Aprilis* 1625. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano. & infra coram Domino meo deciſ.* 450. *num* 1. *& deciſ* 627.

10 *num.* 4. hoc tamen eſt intelligendum de alienationibus voluntarijs, non autem de neceſſarijs, & cauſam antiquiorem & ante motum iudicium habentibus *Gurb. alijs relatis d. deciſ.* 62. *num.* 18. *& num.* 20. *Rota in Montis Faliſci bonorum* 12. *Maij* 1589. *coram Cardinali Pamphilio.* Item non procedit concluſio, quando debitor ſola actione perſonali conuentus fuit, tunc enim res litigioſa effecta non cenſetur, nec impeditur alienatio, vt dixit Rota *ſupra deciſ* 133. *num.* 8. *& confirmauit infra deciſ.* 204. *num.* 1. in qua receſſum fuit ab hac deciſione.

B Tertius, qui bona emit lite pendẽte, licèt contra eũ agi poſſit executiuè, & nõ propoſita actione reuocatoria, & abſq; alio proceſſu, debet tamen citari in executione, vt ſuas defenſiones poſſit deducere, & niſi citetur, executio eſſet nulla, nec aliquod præiudicium poſſeſſori inferretur, vt præter citatos in hac deciſione tradunt *Handed. conſil.* 20. *num.* 43. *& ſequent. lib.* 1. *Natt. conſil.* 350. *num.* 4. *Lancell de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 462. *Gurb d. deciſ.* 62. *num.* 17. *cum alijs per Gratian. d. cap* 502 *num.* 33 *& duob. ſequẽt. et allegata hac deciſione, dictum fuit in Ariminen. fideicommiſſi* 12. *Februarij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino cõfirmata corã eodem* 31. *Maij eiuſdem anni* poſſet

12 tamen omitti citatio, ſi ex actis iuſtificaretur, nullam ei competere defenſionem, *Handed. alijs citatis d conſil.* 20. *num.* 50. *Gratian. d. diſcept.* 502 *num.* 35. *Gurb. deciſ.* 62. *num.* 17. *in fine.*

C Sequitur *Rota in d. Viterbien fideicommiſſi coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana pecuniaria.

Lunæ 18. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Statutum Artis Merciariorum ſub cap. 21. diſponens; quòd libris hominum d. Vniuerſitatis dandaſit fides contra tertium vſque ad ſummam ſcutorum 60. qualiter ſit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tribuens fidem libris mercatorum confirmatum à Papa validum eſt.*

2 *Statutum artis Merciariorum ſub cap. 21. diſponens, quòd libris huiuſmodi illius Vniuerſitatis debeat adhiberi plena fides contra homines, qui non ſunt de arte, vſque ad ſcuta 60. debet intelligi pro toto computo, & non pro qualibet partita.*

3 *Conſtitutio poſterior limitari, & reſtringi debet ſecundùm præcedentem, à qua non intelligitur receſſum, niſi pro expreſſis.*

4 *Lex noua amplians, & extendens priorem aſſumit illius qualitatem, & ab ea interpretationem recipit. & num. 7.*

5 *Liber de iure communi non probat pro ſcribente.*

6 *Statutum correctorium iuris communis debet ſtrictè interpretari, ſufficit enim, quòd aliquid modicum operetur.*

8 *Statutum eſt interpretandum ne aperiatur via fraudibus, & ne reddatur indiſcretum.*

9 *Verba ſtatuti, quantumuis generalia debent recipere interpretationem laudabilem, etiam ea impropriando cum temperamento iuſtitiæ.*

DECISIO CLXVII.

PROPOSVI dubium tranſmiſſum per
Illuſtriſſimum D. Cardinalem Archipre-
sbyterum ſancti Petri ſuper intellectu
Statuti Artis Merciariorum ſub cap. 21.
confirmati a fel. record. Clemente Octa-
uo, diſponentis, libris hominum di-
ctæ Vniuerſitatis præſtari debere plenam, & indubita-
A tam fidem contra homines, qui non ſunt de arte, A
vſque ad ſummam ſcutorum 60. ad rationem iuliorum
vndecim pro ſcuto (vt ibi dicitur) per partita; de eu-
1 ius quidem Statuti, ac Confirmationis validitate non
videbatur dubitandum ad *not. per Bald. & Angel. in l.
admonendi, ff. de iureiuran. & ibi Rip. num. 127. verſic.
fallit ſextò, & Iaſ. num. 120. verſic. vltra Bartolum,
Caſtr. in l. quadam, §. nummularios, in fin. ff. de edend.
cum alijs per Surd. deciſ. 312. num. 3. & 4. & per Rot. in
Bononien. laudi 5. Iunij 1615. coram R.P.D. meo Pirouano*
2 Et Domini vnanimiter dixerunt, dictum Statutum eſſe
intelligendum pro toto computo, non pro qualibet par-
tita. Primò, quia cum per Bullam Pij Quarti præſtari
deberet fides dictis libris, vſque ad ſummam viginti du-
catorum auri, omnibus partitis eiuſdem rationis ſimul
computatis: & deinde per Clementem Octauum dicta
3 ſumma fuerit ampliata ad ſcuta 60. huiuſmodi amplia-
tio eſt intelligenda de toto computo, vt ſic reſtringa-
tur per dictam Bullam Pij Quarti, à qua non intelligi-
tur receſſum, niſi in eo, quod eſt expreſſum: in reliquis
enim poſterior conſtitutio ſecundùm illam præceden-
tem limitari, ac reſtringi debet *l. ſed & poſteriores, ff.
de legib. not. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogan. iuncta au-
then. offeratur, C. de lit. conteſt. Gloſ. in l. non dubium, in
ver. amplexus, in fin. C. de legib. & ibi Bart. num 9. ver-
ſic. ſecundò quæro, & Bald. num. 8.* & ferè in terminis
Abb. conſil. 24. in princ. & num. 1. volum. 2. Præſertim
ne quis indebitè damnum patiatur *Bart. & Bald. in d. l.
non dubium.* Et lex noua amplians, & extendens prio-
4 rem aſſumit illius qualitates, ab eaque interpretatio-
nem recipit *Io. Monach. in cap. diſpendia, num. 6. de re-
ſcrip. in 6. & in cap. quamquam in fin. de elect. eodem lib.
& benè Prob. in Addit. ad eum, in cap. cum in tua, in verb.
gratia perinde valere, num. 11.* Prout de Statuto amplian-
te ius commune *trad. Bald. in rubr. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. num. 13. & poſt eum Boer. deciſ. 188. num. 1. Card.
Seraphin. deciſ. 1286. num. 4.*
Secundò, quia cum dictum Statutum ſit contra ius com-
5 mune, ſecundùm quod libri non probant pro ſcribente,
*vulg. l. exemplo, & ibi ſcribent. C. de probat. Bart. in
d. l. admonendi, num. 26.* quem ibi ſequuntur communi-
ter DD. *Rot. deciſ. 164. num. 3. par. 1. diuerſ.* Ideò ve-
6 nit ſtrictè interpretandum *Dec. in cap. 1. num. 114. ex-
tra de probat.* Quod regulare eſt in quolibet Statuto
correctorio, vt reſtringatur, vt minùs corrigat ius
commune, quàm ſit poſſibile, & ſufficit, quòd aliquid
operetur etiam modicum, *cap. cum dilectus, vbi Abb.
num. 21. de conſuetud. Felin. in tract. quand. liter. Apo-
ſtol. &c. col. 3. in fin. verſ. ampliatur tertiò, cum allega-
tis per Menoch. præſump. 38. num. 16. lib. 6. & per Surd.
deciſ. 9. num. 14. & deciſ. 43. num. 6.* & in ſpecie *Iaſ.
conſ. 103 num. 1. lib. 1.* Adeò, vt in præſenti dictum
7 Statutum intelligendum ſit pro toto computo, & non
pro qualibet partita; prout eſt etiam veriſimilius, &
aliter Summus Pontifex veriſimiliter non confirmaſſet
ampliationem ſummæ in nouo Statuto factam *ex trad.
per Abb. d. conſil. 24. num. 2.*
Tertiò, quia Statutum eſt interpretandum, ne aperiatur
8 via fraudibus, & ne ſit in poteſtate mercatorum, crea-
re diuerſas partitas huiuſmodi ſummæ ducat. 60. & ſic
credita multiplicare: quod idem eſſet, ac ſi Statutum
tribueret fidem pro quacunque ſumma, quia redderε-
tur indiſcretum, nec eſſet attendendum *Bald. in l. vnic.
num. 7. verſ. ſi autem conſuetudo, C. de confeſſ. & ibi Apo-
ſtill. Abb. in cap. bona il 2. num. 30. de poſtul. Prælat. Ale-
xand. in d. l. quadam, §. nummularios, in princip. & ibi
Iaſ. num. 5. idem Iaſ. d. conſil. 103. num. 1. lib. 1. Felin.
in cap. 2. num. 8. verſ. limita ſecundò, de probat. & in
cap. 2. num. 26. verſ. fallit quintò, de fid. inſtrum. Rolan.
conſil. 92. num. 1. volum. 3.* Et verba quamuis genera-
9 lia, & vniuerſalia debent recipere interpretationem, &
limitationem laudabilem, etiam ea impropriando cum
temperamento iuſtitiæ, & æquitatis, latè *Oſaſc. deciſ.
199. num. 6. & ſeqq.* Maximè quia verba dicti Statuti,
per partita, non important neceſſariò pro qualibet par-
tita, videlicet ſcriptura debiti, ſed ſunt dubia, & æqui-
uoca, & poſſunt intelligi iuxta verba Motus proprij Pij
Quarti, videlicet, *Omnibus partitis eiuſdem rationis ſi-
mul computatis.*
Et ita intelligendum eſſe dictum Statutum, Domini ex præ-
dictis concluſerunt, &c.

ANNOTATIO.

A Libris mercatorum datur fides etiā contra tertium, ſtante
ſtatuto, vt per *Roland a Valle conſil. 92. num. 5. lib. 3.
Rota Ianuen deciſ. 127. num. 3. Ioſeph. Ludouic. concluſ 29.
Scacc. de iudic. lib 2. cap. 11. num. 133. Genua poſt alios de
ſcriptur. priuat. lib. 4. tit. de lib. mercator. num. 12. & 13 &*
per

Digitized by Google

per tot. latè materiam proſequitur *& Maſcard. de probat. concluſ.* 974. *num.* 16. plura tamen concurrere debent, ad hoc vt ſtante ſtatuto libri mercatorum fidem faciant contra tertium, de quibus videndi ſunt *Ioſeph. Ludouic. d. concluſ.* 29. *per tot. Gen. loco cit. à num.* 47. *infra, Maſcard & alij ſupra adducti.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Amerina Bonorum.

Lunæ 18. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Prælegata an, & quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Fideicommiſſum in teſtamēto relictum non cenſetur ademptum per codicillos, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata regulariter non veniunt in fideicommiſſo, præſertim ſi ſint relicta liberè, & abſolutè. limita, & intellige vt num.* 23. *&* 24.
2 *Teſtamentum per codicillos non cenſetur mutatum, nec ab eo receſſum, & num* 4. *Amplia vt num.* 22.
3 *Teſtatoris in voluntate correctio eſt euitanda, non minùs, quam in legis diſpoſitione.*
5 *Per codicillos non cenſetur reuocatum fideicommiſſum, nec legatum in teſtamento relictum, niſi verba codicillorum id de neceſſitate importent, cum non ſufficiant generalia.*
6 *Ex codicillis mutatam eſſe voluntatem teſtatoris incumbit onus probandi recuſanti fideicommiſſum, quæ probatio debet eſſe concludens num.* 7.
8 *Prælegata non veniunt in reſtitutione hæreditatis, niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris.*
9 *Prælegata venire in fideicommiſſo, quomodo ex verbis teſtatoris deprehendi poſſit.*
10 *Verba appoſita in inſtitutione hæredis cenſentur repetita in ſubſtitutione, & fideicommiſſo immediatè ſubordinatis.*
11 *Prælegata an veniant in fideicommiſſo, nec ne, ex coniecturis, & præſumptionibus pendet, & de pluribus coniecturis, & præſumptionibus num.* 12. *& ſequent.*
16 *Teſtis deponens de facto proprio ſine eius intereſſe pluſquā ſemiplenè probat, & iunctis coniecturis plenè probat.*
17 *Teſtatoris declaratio facta, vel ante, vel poſt teſtamentum, circa eius voluntatem, attenditur, & ex ea colligitur interpretatio verborum, & eius diſpoſitionis, num.* 18.
19 *Confeſſio, quòd bona ſint ſubiecta fideicommiſſo, probat contra confitentem.*
20 *Teſtes habiti in iudicio pro ritè, & rectè examinatis de partium conſenſu, non poſſunt impugnari.*
21 *Teſtis dictum non poteſt intelligi niſi de materia articuli, ad quem ſe refert.*
22 *Teſtes ſingulares probant voluntatem teſtatoris.*
25 *Mens potiùs quam verba teſtatoris eſt attendenda.*
26 *Aſſertio incidenter facta in inſtrumento circa ea, quæ iuris ſunt, non præiudicat.*

DECISIO CLXVIII.

DVBITAVI, an bona nuncupata Cæſarum ſint exempta à fideicommiſſo facto per Nannem in teſtamento 1. Maij 1588. Dubitandi ratio fuit, quia vti prælegata regulariter
A non veniunt in fideicommiſſo, A & præſertim cum
1 ſint facta in codicillis del 1596. & ſic poſterioribus,
qui videntur derogare teſtamento, & verba prælegatiſint, *reliquit dictorum bonorum medietatem totam, liberam, & abſolutam*, quæ videntur importare liberationem à fideicommiſſo, *Bald. conſil.* 479. *propè fin. lib.* 2. *Cuman. conſil.* 37. *verſic. ad ſecundum, Fulgoſ. conſil.* 99. *col. fin. Riminal. Iun. conſ.* 147. *num.* 47. *lib.* 2. *Surd. deciſ.* 269. *num.* 17. *in fin. & num.* 18. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 194. *num.* 21. *& Peregr. de fideicomm. artic.* 7. *num.* 14. Contrarium tamen ſenſerunt Domini. Nam fideicommiſſum in dicto teſtamento, in quo ſunt nominatim ſpecificata dicta bona, eſt clariſſimum, literale, & indubitatum, & per obitum ſinè filijs Sfortiæ prælegatarij, & hæredis reſpectiuè, purificatum ad fauorem D. Prioris Ioannis Coſmi eius conſobrini, *vt fuit reſolutum* 22. *Ianuarij præteriti*. Et ideo te-
2 ſtamentum non cenſetur mutatum per codicillos, qui recipiunt eodem tempore confirmationem, *l. & ſi a patre, vbi not. Cyn. Bellapert. Odofr. Bart. Bald. Angel. & Salicet. C. de teſtam. tutel.* Sed quando alia coniectura capi poteſt, ceſſat præſumptio ademptionis, *Alexand.*
3 *conſil.* 169. *num.* 4. *lib.* 5. cum ſit correctio, quæ in voluntate teſtatoris eſt euitanda non minùs, quàm in legis diſpoſitione, *Curt. Iun. conſil.* 103. *num.* 2. *Natt. conſil.* 476. *num.* 16. *Roland. conſil.* 31. *num.* 4. *volum.* 4. &
4 per Codicillos non cenſetur receſſum a teſtamento, *l. alumnæ, §. qui filias, & ibi Alber. num.* 6. *Odofred. in §. Titia, verſ. numquid ſi poſtea, ff. de adim. legat. Pariſ. conſil.* 107. *num.* 27. *lib.* 3. *Rolan. d. conſil.* 31. *num.* 23. *& Peregr. de fideicomm. art.* 16. *num.* 49. *verſ. præterea*
5 *per codicillos*, & in ſpecie quòd per eos non cenſeatur reuocatum fideicommiſſum in teſtamento relictum per *text. in d. §. qui filias, Iaſ. conſ.* 18. *col.* 2. *verſ. verſi, volum.* 3. prout nec legata etiam per verba generalia, niſi ſint neceſſaria *l fideicommiſſa* 11. *§. ſi ita quis, de legat.* 3. Præſertim quando ſunt conditionalia, prout fideicommiſſum, de quo agitur *Bart. in l. peto* 71. *de leg.* 2. *& ibi Caſtr. num.* 2. *in fin. et num.* 3. *et Iaſ. d. conſil.*
6 18. Onus autem probandi mutationem voluntatis ad eum ſpectat, qui fideicommiſſum recuſat *l. Lucius Titius* 12. *in fin. et ibi Gloſ. in verbo oſtenderit, et Odofred. propè fin. de leg.* 2. *Natt. d. conſ.* 476. *num.* 7. *et* 16. *et conſ.* 484. *num.* 32. *& Roland. d. conſil.* 31. *num.* 10. *& ſeq.* & faciunt tradita per *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *in princip. & tit.* 2. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *et per Menoch. lib.* 4. *præſump.* 165. *et lib.*
7 6. *præſump.* 37. *in princip.* Et probatio debet concludere neceſſario, vt ex prædictis, & tenent *Curt. Iun. d. conſil.* 103. *num.* 3. *et Rolan. d. num.* 11. & euidenter *Alexand. d. conſil.* 169. *num.* 7. *lib.* 5. talis autem pro-
8 batio non reſultat ex eo, quòd prælegata non veniant in reſtitutione; quia regula non procedit, quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris, vt tradunt cōmuniter *DD. in l. cum virum* 16. *C. de fideicom. in l.* 3. *§. quidam liberis, ff. ad Trebellian in l. cum pater* 79. *§. fidei tuæ de legat.* 2. & alibi, prout conſtare viſum fuit Dominis in præſenti caſu, tàm ex verbis teſtatoris, quàm etiam ex coniecturis, & præſumptionibus. Ex verbis, quia omnia ſunt vniuerſalia videlicet cuiuſcunque
9 generis, & ſpeciei, vt *ex trad. per Bertazol. clauſ.* 21. *gloſ.* 14. Quomodocunque, & qualitercunque ſpectan. & pertinen. *Menoch.* plures allegans *conſ.* 336. *num.* 22. *lib.* 4. *& conſ.* 401. *num.* 63. *&* 75. *lib.* 5. *&* quibuſcunque idem *Menoch d. conſ.* 335. *num.* 23. *& Rota deciſ.* 239. *par.* 1. *diuerſ.* Verba autem vniuerſalia comprehendunt etiam prælegata *Azo. in Rub. C. ad. Trebel. num.* 25. *Alber. in d. l.* 3. *§. quidam liberis poſt princ. verſ.* 2. *limitatur*

ff. co-

ſſ. eodem, idem Alber. Bald. num. 5. Iaſ. in princ. & Anton. de Padil. in d. l. cum virum C. de fideic. & alij per Rip. Zanch. & Bologn. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita ſſ. ad Trebell. Eugen. conſ. 88. num. 15. & Cephal. conſ. 379. num. 12. & 13. Præſertim cum ſint etiam futuri temporis, vt patet ibi, Quomodocunque ſibi nunc, et pro tempore competen. et competituris, vt per Alber. & alios in locis præallegatis; imò magis operantur, cum ſint diuerſa, & multiplicata, Alex. conſ. 118. num. 5. verſ. et tanto magis lib. 5. Gozad. conſ. 30. num. 1. 2. & 3. Rolan. conſ. 5. num. 50. verſ. nam hic dictum, vol. 1. & conſ. 12. num. 42. vol. 4. & Gabr. conſ. 168. nu. 28. lib. 1. quamuis etiam vnicum ad hunc effectum ſufficiat Gabriel. d. num. 28. Quæ procedunt non ſolùm quando prælegata ſunt ante, ſed etiam quando poſt ipſum fideicommiſſum: non enim fit vis in ordine ſcripturæ, quando teſtator vſus fuit verbis vniuerſalibus, & futuri temporis ſimul Bellapert. in d. l. cum virum col. 2. verſ. credo, & ibi Caſtr. num. 6. verſ. ſecundus caſus, Salicet. num. 3. verſ. quia aut in fideicommiſſo Coraſ. num. 31. verſ. primus hoc loco, & Padill. de communi num. 6. in fin. Bart. in d. §. fidei tuæ in ſolutione ad ſecundum argumentum. Rip. in d. §. cum ita num. 37. verſ. ad quem poteſt, & ibi Bolognet. num. 105. verſ quæ concluſio. Herculan. in l. Titia 85. col. 3. verſ. ex gloſ. & col. 4. verſ. & ſic ex prædictis ſſ. ad l. Falcid. Bero. conſ. 81. num. 23. verſ. tamen quando, vol. 2. Peregr. d. art. 7. num. 23. verſ. & quidem, cum pluribus de communi relatis per Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. par. 2. lib. 3. ſub num. 19. verſ. contrariam partem Capr. conſ. 119. num. 2. verſ. quod. & Cephal. d. conſ. 379. num. 14. & nedum quando prælegata ſunt facta in eodem teſtamento, ſed etiam in alia ſcriptura, vt in codicillis, prout hic. Ità in terminis per text. in ſuprad. §. fidei tuæ Coraſ. in d. l. cum virum ſub num. 31. verſ qui text. & num. 42. Soccin. in d. l. 3. §. quidam liberis, num. 2. verſ. 2. limitatur ſſ. ad Trebell. Eugen. d. conſ. 88. num. 15. & Peregr. d. art. 7.
10 num. 23. verſ. amplia, vt dixi. Et licèt prædicta verba vniuerſalia legantur appoſita ſolùm in inſtitutione hæredis, cenſentur tamen repetita etiam in ſubſtitutione, & fideicommiſſo immediatè ſubordinatis l. 1. vbi DD. C. de impub. l. Lucius §. pater puerum, & §. Mœuia ſſ. ad Trebell. præſertim virtute copulæ Et, vt in noſtris terminis Iaſ. conſ. fin. in princ. verſ. ſed ita contigit, vol. 4. Eugen. d. conſ. 88. num. 10. & faciunt tradita per Honded. conſ. 71. num. 44. vol. 1. & prohibitio etiam cuiuſcunque detractionis, de qua in dicta ſubſtitutione, æquipollet ad hunc effectum verbis vniuerſalibus Cuman. conſ. 70. col. 2. in fin. verſ. & quamuis, Peregr. d. art. 7. num. 26. in fin. & Surd. d. deciſ. 269. num. 18. in
11 fin. & num. 19. verſ. & id oſtenditur. Ex coniecturis verò, & præſumptionibus, à quibus tota hæc materia regulatur ex cumulatis per Zanch. in d. §. cum ita num. 10. & Menoch. d. præſ. 196. num. 1. lib. 4. Primò, quia in
12 codicillis profeſſus fuit nolle mutare teſtamentum, ſed illud in quibuſdam tantummodo reformare, dicendo, quòd cetera omnia, & ſingula in eo, & præcedentibus codicillis contenta confirmabat, approbabat, & valere volebat; ex quo cenſetur, idem fideicommiſſum repetijſſe, & noluiſſe recedere à teſtamento, niſi in ijs tantùm, quæ immutauit, vt ex ſupradictis, & conſiderant Roland. d. conſ. 31. num. 17. in fin. & num. 18. lib. 4. Secundò, quia bona prælegata ſunt inſignia, &
13 fuerunt acquiſita per maiores ipſius Nannis (quod per partem non fuit controuerſum) quæ ſola ratio ſicut ſufficit ad veſtiendam prohibitionem alienationis ad hoc, vt ex ea inducatur fideicommiſſum ad notata per Doctores in l. filius famil. §. Diui, de legatis primo cum cumulatis per Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 1. num. 93. ita multò magis ad iam inductum conſeruandum. Tertiò, quia intentio, & mens dicti Nannis ſemper fuit,
14 (vt dicitur in teſtamento) quòd bona ſua hæreditaria conſeruentur in cippo domus per lineam maſculinam deſcenden. & in his terminis dixerunt Decian. reſp. 41. num. 134. lib. 1. Honded. d. conſil. 71. num. 36. & Peregr. qui dicit indubitatum d. artic. 7. num. 68. verſic. et indubitanter. Pro quorum confirmatione concurrit declaratio ipſius Nannis, quòd motus fuerat ad codicillandum ſolùm, quia cum Cæſeus poſt teſtamentum vendidiſſet Sfortiæ ſuam medietatem, & partem domus cũ Sfortia communis, voluit ei prouidere, ne remaneret ſinè domo, ideoque eidem in codicillis reliquit totam ſuam domum, cum alijs domibus, & viridario: in recompenſam verò partis dictæ domus, quam reliquerat Sfortiæ in teſtamento, & in codicillis, reliquit medietatem dictorum bonorum Cæſarum, quorum eidem reliquerat ſolùm tertiam partem in teſtamento, vt deponit teſtis datus in ſummario Prioris num. 4. Qui cum ab eodem Nanne antea miſſus fuiſſet ad tractandum de hac eius intentione cum Sfortia, & ſic deponat de facto
16 proprio, & ſinè eius intereſſe, pluſquam ſemiplenè probat Rota deciſ. 521. num. 6. par. 1. diuerſ. et apud Card. Seraph. deciſ. 889. num. 3. plenè Barz. deciſ. 50. num. 3. et Farinac. de teſtibus quæſt. 63. num. 224. Et plenè iunctis coniecturis prout hic Soccin. Iun. conſ. 62. num. 6.
C lib. 1. Aym. conſ. 178. num. 8. C, Concurrit etiam alia
17 declaratio eiuſdem Nannis in actu codicillandi, & poſt codicillos, mentem ſuam eſſe, vt remaneret fideicommiſſum, de qua deponunt duo teſtes in d. ſummario num. 11. quæ etiam ſi ſit facta extra teſtamentum, attenditur, vt plenè per Card. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
18 lunt. lib. 3. tit. 1. num. 1. et 4. & ex ea colligi poteſt interpretatio verborum, & diſpoſitionis teſtatoris, Card. Seraphin. deciſ. 382. num. 5. & coniecturari illius mens, ſiue facta fuerit ante, ſiue poſt teſtamentum; Bart. et alij in l. 2. ſſ. de vulg. et pupill. Ruin. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 21. ſſ. ad Trebell. Adduntur etiam confeſſiones Sfortiæ, de quibus deponunt teſtes, vt in d. ſummario num. 13. quòd bona Cæſarum à ſe poſſeſſa erant fideicommiſſo ſubiecta: quibus confeſſionibus ſtandum
19 eſt, vt in terminis fideicommiſſi, Soccin. conſil. 12. num. 20. verſ. ſecundum quia, lib. 3. Pariſ. conſil. 11. num. 39. lib. 3. Decian. conſil. 87. num. 22. lib. 2. Barz. deciſ 81. num. 16. & fuit dictum in hac eadem cauſa 12. Ianuarij 1615. et in ſimili Romana menſa nummularia 30. Iunij 1614. coram Reuerendiſs. D. meo Decano. Et cum dicti
20 teſtes de cõſenſu partium in iudicio fuerint habiti pro ritè, & rectè examinatis, ceſſant defectus contra examen oppoſiti, Honded. conſil. 101. num. 33. vol. 1. cum alijs per Farinac. de oppoſit. contra exam. teſt. q. 72. num.
21 149. & eorum dicta non poſſunt intelligi, niſi de vltimis codicillis, cũ referant ſe ad artic. 52. et 53. illos con-
22 tinen. Card. Seraphin. deciſ. 72. & licèt ſingulares, ſufficiunt tamen ad probandam voluntatem, & intentionem teſtatoris, Caſtr. conſ. 395. col. 3. in princ. verſ. iſte quidem lib. 2. Aym. conſil. 73. num. 33. et fuit dictum in Romana de Alexijs 24. Februarij præteriti coram R. P. D.
23 meo Caualerio. Nec conſtare viſum fuit de contraria mente teſtatoris ex illis verbis, Totam liberam, et abſolutam, quia vltra quòd DD. ad hoc allegati loquuntur in caſu, in quo vnus tantùm fuit hæres inſtitutus, & ſic noſtro non applicantur, in quo plures fuerunt hæredes ſcripti, iuxta diſtinctionem Peregr. d. artic. 7. num. 11. ſufficit ad excluſionem reuocationis fideicõmiſſi; quòd dicta verba poſſint reddi dubia, & æquiuoca, & aliud operari, vt de verbo, liberè, Gozzad. d. conſ. 30. num. 15. Ladereh. conſ. 120. in fin. & in his præciſis terminis re-

Digitized by Google

reſolutum fuit in Ciuitatis Caſtelli fideicommiſsi 10. *No-
uembris* 1578. *coram bon. mem. Bubalo*, *& facit deci-
ſio in Parmen. datij Longepadi* 10. *Iunij* 1611. *coram Re-
uerendiſs. D. meo Decano*, & de ſimilibus verbis, *pro fa-
ciendis voluntatibus*, *& libero arbitrio*, *Dec. conſ.* 254. *vi-
ſo puncto*, *Pariſ. conſ.* 18. *num.* 25. *volum.* 3. & quòd
poſsit ad libitum diſponere, *Decian. reſponſ.* 92. *in fin.
verſ. non obſtat quartum*, *lib.* 5. *Rum. conſ.* 99. *verſ. & fi-
mister*, *lib.* 4. *Peregr. conſ.* 93. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. quia
verba ſemper recipiunt interpretationem à ſubiecta
materia, vt de dicto verbo, liberè *Laderch. vbi ſupra*
Gonzal. ad reg. 8. *gloſſ.* 53. *num.* 24. *Gratian. diſcept.* 46.
num. 11. *& Rot. deciſ.* 316. *num.* 16. *par.* 2. *diuerſ. & in
Bononien. de Blanchettis* 6. *Martij* 1592. *coram Illuſtriſſ.
Cardinali Millino*. In propoſito autem omiſsis alijs con-
24 ſideratis per informantes (quorum aliqua applicari
poſſent) circa varias dictorum verborum ſignificatio-
nes, inter cetera dici poſſet, quòd cum Nannes in te-
ſtamento instituiſſet hæredem dictum Sfortiam pro vna
ex tribus partibus, pro alijs verò duabus Priorem Io.
Coſmum, & Numam Pompilium filios Cæſei, quoad
proprietatem, Cæſeum verò quoad vſumfructum, re-
linquendo poſtea in codicillis eidem Cæſeo non ampliùs
vſumfructum in dictis duabus partibus, ſed proprieta-
tem medietatis omnium trium partium: & Sfortiæ non
ampliùs tertiam partem, ſed aliam medietatem dd. triũ,
poterat hoc modo dubitari, an idem Sfortia, qui pro
conſequenda ſua medietate percepturus erat vltra di-
ctam tertiam partem ex dictis duabus ibidem relictis Io.
Coſmo, & Numæ Pompilio, debuiſſet pro dicta quarta
præſtare vſumfructum relictum Cæſeo in dictis duabus.
Ideò verba illa, *totam*, *liberam*, *& abſolutam*, poſſunt in-
telligi appoſita ad inducendam liberationem à dicto vſu-
fructu, non autem à dicto fideicommiſſo: ſed vbi etiam
25 in aliquo repugnarent, eſſet potiùs attendenda mens,
& voluntas illud non reuocandi, & quòd in eo veniant
prælegata (quæ eſt certa ex ſupradictis) quàm verba:
illa enim ſeruanda eſt, etiam cõtra propriam verborum
ſignificationem, *Cyn. in dicta l. cum virum*, *num.* 1. *verſic.
tertiò oppono*, *C. de fideicommiſſ. & ibi Butrigar. in fin.
Odofred. num.* 1. *verſic. aliquando ſpectatur voluntas*,
Alber. num. 3. *Bald. num.* 19. *& Salicet. num.* 5. *Pariſ.
conſ.* 79. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. *Card. Mantic. de con-
iect. lib.* 7. *artic.* 3. *& Peregr. d. art.* 7. *num.* 21. Demum
non fuit viſum obſtare, quòd D. Prior in duobus inſtru-
mentis faſſus fuerit, bona prædicta eſſe libera ab omni
obligatione, hypotheca, & fideicommiſſo. Nam in primo
del 1607. venditionis vnius petioli terræ in d. territorio
Cæſarum hæc aſſertio non legitur; ſimilis verò aſſertio
in inſtrumento permutationis factæ 3. Maij 1608. per
Sfortiam, & Priorem Io. Coſmum cum Io. Baptiſta In-
26 teramnenſi eſt incidenter, nec præiudicat, cum princi-
paliter de fideicommiſſo diſputetur, *vt ex Butr. & Fe-
lyn. in cap. illud, de præſumpt. not. in ſpecie*, *Decian. reſp.*
33. *num.* 68. *volum.* 1. & cum ex prædictis appareat eui-
denter erronea *l. non fatetur*, *ff. de confeſſ. Dec. conſ.* 408.
num. 5. *Corn. conſil.* 229. *num.* 3. *volum.* 2. & ſic circa
ea, quæ ſunt iuris, an ſcilicet fideicommiſſum eſſet re-
uocandum necne, vt conſiderat *Decian. vbi ſupra num.*
69. Alia in contrarium adducta Dominis viſa fuerunt
reſponſione non indigere.

Et ideò ex his deciſum fuit, clarè conſtare de non reuo-
catione fideicommiſſi, prout eſſet etiam in dubio pro-
nunciandum ex allegat. per *Mantic. de coniect. lib.* 12.
tit. 1. *num.* 10. *& Peregr. de fideic. art.* 1. *num.* 40. *verſ.
cum enim conſtat, &c.*

ANNOTATIO.

A Prælegata an & quando veniant in reſtitutione fideicom-
miſſi, pendet ex voluntate teſtatoris, & ex coniecturis,
& præſumptionibus, vt dicitur in hac deciſione, & tra-
dunt *Honded. conſil.* 71. *num.* 31. *lib.* 1. *Decian. conſil.* 41.
num. 126. *lib.* 1. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.*
7. *tit.* 7. *num.* 7. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 650. *num.* 55. *&
per tot. quæſt.* latiſſimè, & eleganter de more iſtam ma-
teriam pertractat, plures cumulans coniecturas.

B Quòd per codicillos in dubio non cenſeatur à teſtamento
receſſum, tradunt plures, quos refert, & ſequitur *Me-
noch. conſil.* 602. *num.* 2. *Bellon. Iun. conſil.* 15. *num.* 32.
& 33. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 41. *num.* 9. & in terminis,
quòd fideicommiſſum in teſtamento relictum non cenſeatur
reuocatum in codicillis, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 579. *num.*
3. & regulariter in dubio fideicommiſſa non præſumuntur
reuocata *Gabr. conſil.* 105. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch. conſil.* 245.
num. 5. *& conſ.* 453. *num.* 17. cum alijs per *Fuſar. quæſt.*
580. *num.* 1.

C Dixi ſupra ad *deciſ.* 111. *lit. D.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana bonorum.

Veneris 26. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur eiecto à poſſeſſione per ſen-
tentiam iniuſtam, ſi non habuit ſe pro ſpolia-
to. Poſſeſſio iure familiaritatis non ſuffraga-
tur ad obtinendum in ſpolio. Melioramenta
vbi ſunt probata in genere, non datur reinte-
gratio, niſi priùs illis refectis, nec eſt locus
cautioni.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo conceditur eiecto de ſua poſſeſ-
ſione per ſententiam notoriè iniuſtam, niſi ſe habuerit
pro ſpoliato, & num* 12.
2 *Iudex minus ritè, & rectè procedens, non priuat poſſeſ-
ſione.*
3 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè in-
iuſta.*
4 *Poſſeſſio bonorum, quorum ſucceſſioni quis legitimè renun-
ciauit, cenſetur iure familiaritatis.*
5 *Subſtitutus non poteſt vti hæres conueniri, ante quàm puri-
ficetur conditio.*
6 *Poſſidens ſinè titulo præſumitur poſſidere iure familiari-
tatis, & nomine illius, qui habet titulum, & num.* 13.
7 *Tutrix poſſidere præſumitur tutricio nomine.*
8 *Sententia exceſſiua in totum nulla eſt, & iniuſta, & con-
ſequenter etiam executio.*
9 *Teſtes dicuntur nulliter recepti, niſi præceſſerit citatio ad
viden. illos iurare.*
10 *Teſtes dicuntur nulliter examinati, ſi eorum iuramen-
ta recepta non fuerint per Iudicem, vel per Notarium
de illius mandato.*
11 *Melioramentis liquidatis ſaltem in genere, non datur rein-
tegratio, niſi illis prius refectis. Nec eſt locus cautioni.*
14 *Poſſeſſio iure familiaritatis quomodo excludatur.*

Digitized by Google

DECISIO CLXIX.

1 DIXERVNT DD. dandum eſſe man-
datum de manotenendo Franciſco tã-
quam eiecto à poſſeſſione bonorum,
de quibus agitur, per ſententiam de
2 partibus notoriè iniuſtam, & non ha-
benti ſe pro ſpoliato: quod quotidie
ſeruat Rota, ex communi, & trita con-
cluſione, quòd Iudex minùs rectè, & ritè procedens non
priuat poſſeſſione, *cap. conquerente, de reſt. ſpol. & ibi Abb.*
v *num.* 8. quæ manutentio datur in gradu appellationis, vt
ſeruatum fuit in pluribus cauſis relatis in illa *Romana*
de Bombellis coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, &
vltimo loco in *Papien. bonorum* 17. *Decembris* 1612. *co-*
A *ram R. P. D. meo Verospio*. A Quòd autem ſententia
ſit notoriè iniuſta, oſtenditur.

Primò, quia ex actis non iuſtificatur *Put. deciſ.* 401. *lib.* 1.
3 *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 16. *num.* 15. *de probat. Card. Sera-*
phin. deciſ. 684. *num* 8. *& deciſ.* 987. *num.* 2. *&* 6. & de
inueterata Rotæ obſeruantia idem *Card. Seraphin. deciſ.*
1261. *num.* 5. Deficit primum extremum in hoc iudi-
4 cio requiſitum: quia poſſeſſio Doralicis per ſeptem eius
teſtes probata, aut fuit iure familiaritatis, vt arguitur
tum ex renunciatione ſucceſſioni paternæ per ipſam,
præuia dote ſibi conſtituta, facta Capitaneo Franciſco
patri ſtipulanti pro ſe, & Innocentio filio legitimato,
eiusque deſcendentibus, cum præſentia Iudicis, & con-
ſenſu propinquorum, *Corn. conſil.* 91. *num.* 17. *verſic.*
maximè, volum. 4. tum ex duobus teſtamentis pater-
nis, in quibus dictus Innocentius fuit vniuerſaliter hæ-
5 res inſtitutus, & Doralix ei ſubſtituta. Vndè cum
ipſa, non exiſtente conditione ſubſtitutionis, nullum ha-
beret, nec habere poſſet titulum, adeo vt nec etiam
potuiſſet a creditoribus vti hæres conueniri, vt in pun-
cto conſiderat *Soccin. conſil.* 60. *num.* 7. *verſic ex prædi-*
ctis, volum. 1. poſſeſſio illius præſumitur iure familiari-
6 tatis, & nomine Innocentij habentis titulum ex prædi-
B ctis teſtamentis, B *Bart. in l. qui iure* 21. *& ibi Caſtren.*
& alij ff. de acquir. poſſeſſ. Soccin. dicto conſ. 60. *num.* 4. 5.
& 7. *lib.* 1. *Menoch. præſumpt.* 67. *num.* 12. *lib.* 6. & in
terminis ad excluſionem ſpolij *Pont. de ſpol. lib.* 3. *ſub*
num. 50. *verſ. probabitur igitur, & verſ. idemque futurũ*,
& conſequenter huiuſmodi poſſeſſio attendi non debuit,
nec in aliqua conſideratione haberi, *l. qui iure, & l. com-*
munis ſeruus, ff. de acquiren. poſſeſſ & ibi DD. præſertim
Caſtren & in ſpecie noſtra ad obtinen. in ſpolio, *Goz-*
zad. conſil. 99. *num.* 15. *Bero. conſ.* 68. *num.* 9. *& conſil.*
60. *num.* 23. *&* 14 *volum* 3. *Cephal conſil.* 4. *num.* 40.
volum. 1. *Pont. de ſpol. dicto lib.* 3. *num.* 50. Aut præfa-
ta poſſeſſio Doralicis fuit iure proprio, & cum per te-
ſtes ipſius non probetur priuatiua quoad alios, ſed ſi-
mul etiam cum Innocentio, vt deponunt primus, &
quartus, qui etiam adiuuantur per ſecundum, & ſepti-
mum teſtificantes de cohabitatione dicti Innocentij in
domibus hæreditarijs, & cum Cæcilia quoque eius ma-
tre, vt deponunt omnes; ſiue illa iure proprio poſſede-
rit, ſiue curatorio nomine dicti Innocentij, prout vi-
7 detur præſumen. ex eo, quòd tutrix, & curatrix illius
relicta fuit in vltimo teſtamento Franciſci, *Gozzadin. d.*
conſil. 99. *num.* 5. *&* 7. *in fin. & num.* 15. *Bero. d. conſil.*
58. *num.* 3. *volum.* 3. *Pariſ conſ.* 99. *num.* 18. *vol.* 2. Nun-
quam potuit Doralix reintegrari ad totam, & integram
poſſeſſionem bonorum emptorum, & poſſeſſorum per
Franciſcum, & ideo ſententia ad totam reintegratoria
redditur exceſſiua, & ſic in totum nulla, & iniuſta, *l. in*
hoc iudicio, ff. famil. herciſc. Put. deciſ. 315. *num.* 1. *cum*
8 *ſeqq. lib.* 1. *in nouiſſ.* & conſequenter etiam executio, iu-
xta deciſionem in illa *Romana ſpolij* 21. *Februarij* 1600.
coram bon. mem. Iuſto.

Secundò principaliter, quia teſtes Doralicis fuerunt ſinè
9 partis citatione ad videndum illos iurare, & ſic nulliter
recepti, *l. ſi quando, C. de teſtibus, cap.* 2. *eodem titulo, Ro-*
ta deciſ. 15. *eodem tit. in nou.* ac etiam ſinè commiſſione
receptionis iuramenti, quod erat præſtãdum vel per Iu-
dicem, vel per Notarium de eius mandato, *Bart. in l.*
videamus, ſ. deferri de in lit. iuran. Felin. in cap. tuis, num.
8. *verſ. item in quantum, de teſtib. Verall. deciſ.* 266. *num.*
1. *par.* 3. *Veſtr. in praxi lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 11. *& ibi*
Apoſtill. num. 45. *& ſeqq. Rota in Nucerina Caſtri* 6. *Iu-*
lij 1595. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto*. Nec de-
cretum 18. Septembris 1613. in præſentia procurato-
ris Franciſci aliud continet, quàm admiſſionem articu-
lorum Doralicis, non autem delationem iuramenti, &
teſtes non iurarunt niſi de menſe Nouembris ſubſequen-
tis, de quo fuerunt examinati. Aliud verò decretum
18. Iunij 1614. commiſſionis factæ Notario iuramenti
teſtium, & quòd interim haberentur pro iuratis de par-
tium conſenſu, fuit poſt examen teſtiũ ſuper primo ex-
tremo completum, & pro examine aliorum teſtium
ſuper alijs articulis ad repulſandos teſtes Frãciſci, & ſu-
per quibus poſtea aliqui teſtes non fuerunt inducti, &
præfata fuerunt in facto coram me firmata.

Tertiò, iniuſtitia notoria reſultat ex reiectione exceptio-
10 nis melioramentorum factorum per Franciſcum in re-
fectione Hoſpitij, doctione terrarum ad culturam, plan-
tatione arborum, & vitium, & exſiccatione aquarum,
& ædificiorum; de quibus omnibus, & alijs vltra teſtes
Doralicis iuxta 21. & 22. deponunt omnes teſtes Fran-
ciſci, prout etiam quòd ſunt vtilia, & neceſſaria, vide-
licet primus, tertius, & quartus iuxta 38. & 39. quintus
iuxta 35. & 38. & artic. 39. & ſextus iuxta 39. octauus,
nonus, & decimus iuxta 38. & 39. quorum etiam aliqui
de augmento valoris, & redditus bonorum propter
dicta melioramenta, videlicet primus iuxta 41. & 57.
tertius iuxta 40. & 41. ſextus iuxta 41. decimus iuxta
40. & 41. de quibus melioramentis fuerat in ſpecie op-
poſitum, & proteſtatum, & ideo cum eſſent liquida
11 ſaltem in genere, non erat locus reintegrationi, niſi il-
lis in primis, & ante omnia refectis ipſi Franciſco poſ-
C ſeſſori bonæ fidei, & cum titulo emptoris, C *Menoch. de*
recuper. remed. 15. *num.* 569. *verſ. contrarium, Pont. de*
ſpol. lib. 4. *ſub num.* 63. *verſ. interdumque poterit*. Nec
erat locus cautioni *Capic. deciſ.* 17. *num.* 7. *Ruin. conſil.*
84. *in fin. lib.* 1. *Menoch. d. remed.* 15. *num.* 570. Quam
opinionem ſequitur Rota teſte *Galleſ. de obligat. Camer.*
par. 4. *quæſt.* 2. *num.* 13. *& eſt deciſ. Put.* 10. *de re iud.*
& Peregr. 16. *eodem tit. in manuſcript.* in cuius deciſio-
nis caſu melioramenta non erant liquidata, ſed poſſeſ-
ſor erat paratus liquidare, & probare, *Rot. deciſ.* 120.
par. 1. *diuerſ. cum alijs in Romana de Theſauris* 11. *Ianua-*
rij 1613. *coram Reuerendiſſimo Damaſceno*.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio confirmata fuit infra *deciſ* 216.
A *Gregor. XV. deciſ* 46. *num* 9. *Rot. deciſ.* 674. *num.* 1. *part.*
1. *recent in Leodien dominij de Steuordia* 11. *Martij* 1622.
12 *coram bon. mem. Remboldo* cum alijs *in Oxomen. Canoni-*
catus 3. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*, in qua
hæc deciſio allegatur, *& coram eodem in Dertuſen beneficij*
5. *Iulij* 1627. Si tamen eiectus habuit ſe pro ſpoliato, puta
quia ceſſit poſſeſſioni proſequẽdo cauſam appellationis in
ſolo petitorio, manutẽtio illi denegatur; quia tunc ad effe-
ctum concedendi manutentionem poſſidenti non eſt agen-
dum,

Google

dum, an iudex benè, vel malè proceſſerit, ſed ſolùm attenditur poſſeſſio poſterior, & quòd primus poſſeſſor habuerit ſe pro ſpoliato, *vt fuit dictum in Vlixbonen beneficij 26. Iunij 1623. coram bon. mem. Vbaldo.*

B Poſſeſſio præſumitur iure familiaritatis, quando conſtat
13 de alterius titulo, niſi poſſidens probet, quòd vſus eſt iure proprio *Gregor. XV. deciſ. 572. num. 4. Surd.* poſt alios materiam latè exornans *conſil. 260. num. 17. 18. & 19.* etiam ſi titulus eſſet inutilis, *Aym. conſ. 61. num. 2. Soccin. conſ. 13. nu. 17. lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 450. num. 5.* & ideo non ſuffragatur, nec vllum ius tribuit, vt præter hic allegatos *latè Gratian. d. cap. 450. Rot. deciſ. 761. num. 4. part. 2. recent. & in Ciuitatis Caſtelli dotis 3. Iulij 1617.*
14 *coram bon. mem. Vbaldo*, excluditur tamen ius familiaritatis ex titulo præcedenti illius qui poſſidet, *Surd. conſil. 221. num. 29. & ſeq. & conſil. 483. num. 20. Aym. conſ. 126. num. 5.* etiam ſi titulus eſſet nullus, & inualidus, *Menoch. in hic allegat. præſumpt. 67. num. 9. Rot. deciſ. 104. num. 1. par. 2 diuerſ. Seraphin. deciſ. 130. num. 3. Gregor. XV. deciſ. 92. num. 3. & ibi Adden. alios citans num. 9.* Item excluditur ex multiplicatis actibus poſſeſſorijs, qui præſumuntur potiùs geſti nomine proprio, quàm alieno, *Rip. in cap. cum eccleſia, num. 55. de cauſ. poſſeſſ. et propriet. Gratian. poſt alios d. cap. 450. num. 34. Beltramin in addit. ad d. deciſ. 572. Gregor. XV. num. 8. Seraphin. deciſ. 515. num. 5.* item excluditur ius familiaritatis ex poſſeſſione per ſpatium longi temporis, *Cardinal. Caualer. deciſ. 631. num. 6.*

C Melioramentis in genere iuſtificatis non conceditur rein-
15 tegratio in ſpolio, niſi priùs illis refectis, & præfigitur terminus ad faciendam meliorem liquidationem, nec interim admittitur cautio, cum pro illis competat retentio etiam in ſpolio, vt firmatur in hac deciſione, & præter allegatos in ea tradunt *Eugen. conſil. 85. num. 97. vſque ad 114. lib. 2. Mareſcott. qui plures adducit, variar. reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 19. et 30. Rot. deciſ. 151. num. 2. part. 2. recent. et coram Cardinal. Caualer. deciſ. 86. num. 4. et deciſ. 543. in fin in Foroliuien. fideicommiſſi 9. Maij 1611. coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Pamphilio. in Romana prætenſi ſpolij 2. Iunij 1614. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio. in Peruſina melioramentorum 3. Martij 1617. coram bon. mem. Rembolda, & coram eodem in Leodien. dominij de Steuordia 5. Maij 1622.* & ſequendo hanc deciſionem nuper *in Romana vineæ 14. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Merlina.* Quando tamen ſunt penitus illiquida, datur immiſſio, præſtita cautione de illis reficiendis poſtquam facta fuerit liquidatio, *iuxta deciſ. Pat. 461. lib. 5. in correct. Rot. deciſ. 212. in fin. part. 2. diuerſ. et deciſ. 137. num. 3. part. 2. recent. et in Aſiſien. bonorum 2. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Vitrik:* niſi reſtituenda eſſent vigore ſententiæ, quia tunc non eſt locus cautioni, ſed eſt neceſſaria actualis reſtitutio, *Caſtren. conſil. 570. ſub num. 3. verſ. breuiter, lib. 2. cum alijs per Rot. deciſ. 121. num. 4. par. 1. recent.* vel niſi forent reſtituenda ex conuentione inter partes inita, *Rot. in d. Leodien. dominij de Steuordia 2. Maij 1625. coram bon. mem. Remboldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Piſtorien. beneficij.

Veneris 22. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Synodalis Florentina *in tit. de iudic. cap. 16.* inducens deſertionem cauſæ ob appellationem intra duos menſes non proſecutam, non procedit in multis caſibus, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur aduerſus tres conformes tam reſpectu negotij principalis, quàm expenſarum & num. 2. Limita, vt num. 4. & 5.*

3 *Sententia dicitur feciſſe tranſitum in iudicatum iuxta conſtitutionem Florentinam* in tit. de iudic. cap. 16. *ſi appellans infra bimeſtre non fecit fidem Iudici a quo de commiſſione, & præſentatione reſcripti coram Iudice ad quem.*

6 *Ordinatoria non deciſoria iudicij reſpicere dicitur conſtitutio, quæ non tollit præcisè appellationem, ſed præfigit terminum ad faciendum fidem de illius proſecutione, & num. 7.*

8 *In ordinatorijs ſeruantur ſtatuta loci iuditij, non autem iudicis a quo.*

9 *Conſtitutio Florentina* in tit. de iudic. cap. 16. *habet locum in appellatione, a ſententia à qua poteſt appellari ad Papam, & Archiepiſcopum, non autem in appellatione interpoſita à ſententia delegati à Papa.*

10 *Appellari non poteſt à ſententia delegati à Papa niſi ad ipſum Papam.*

11 *Appellari poteſt à ſententia Epiſcopi, vel Suffraganei ad Papam, omiſſo medio.*

12 *Delegatus Apoſtolicus non comprehenditur ſub conſtitutione loquente ſimpliciter de delegato, niſi de eo fuerit facta ſpecialis mentio. Limita vt num. 14.*

13 *Delegatus attendit, & ſeruat ſtylum delegantis.*

15 *Confirmatio non extenditur ad caſum, & perſonam in conſtitutione confirmata non comprehenſam, nec comprehendit confirmantem, num. 16.*

17 *Sententia, licèt certa forma per conſtitutionem introducta, non fuerit ſeruata, non tamen dicitur feciſſe tranſitum in iudicatum, ſi ſit nulla, vel fuerit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum.*

18 *Appellatione deſerta ex forma conſtitutionis, remanet tamen nullitas.*

19 *Fatalia non currunt, durante tempore nullitatis.*

20 *Appellanti de iure communi conceditur annus, & ex cauſa biennium ad proſequen. appellationem.*

21 *Appellans de iure communi non tenetur exhibere fidem præſentationis commiſſionis, ſeu proſecutionis appellationis.*

22 *Iudex à quo non poteſt præfigere terminum ad faciendam ſibi fidem de præſentatione, ſeù proſecutione, præſertim parte non conſentiente, ſed contradicente.*

23 *Iudex à quo non poteſt præfigere terminum ad finiendam cauſam appellationis, nec ad faciendum ſibi fidem de præſentatione cum comminatione, quòd cauſa erit deſerta num. 24.*

25 *Iudex, qui non detulit appellationi, non poteſt præfigere terminum ad illam proſequendam.*

26 *Conſtitutio recipit interpretationem à iure communi.*

27 *Conſtitutio debet ſtrictè interpretari ſi ſit correctoria iuris communis.*

28 *Appellatio ad Papam numquam cenſetur ſublata.*

29 *Remiſſoria denegatur ad probandam conſuetudinem, quòd appellari non poſſit ad Papam.*

DECISIO CLXX.

EX duobus prætendebat Gabriel eſſe lo-
cum clauſulæ parito iudicato, etiam
quoad expenſas, in quibus Landius
fuerat condemnatus in tertia ſentẽtia
1 Archidiaconi Florentini. Primò quia
ſicuti ab ea non erat permiſſa appella-
tio reſpectu negotij principalis iuxta
2 clem. vt calumnijs, de re iudic. ita nec reſpectu expen-
ſarum Alex. in l. patris, & filij, num. 4. in fin. verſ. nec
obſtat alia ff. de vulg. & pupill. Couar. pract. quæſt. cap. 25.
num. 6. verſ. tamen ex hoc ſequeretur, Card. Seraph. deciſ.
3 891. num. 5. & 6. Secũdò, quia dicta tertia ſententia fe-
cit tranſitum in iudicatum, ex quo Landius infra bime-
ſtre non fecit fidem Iudici à quo de commiſſione cauſæ,
& præſentatione reſcripti coram iudice ad quem, iuxta
conſtitutionem Florentinam in tit. de iudicijs cap. 16.
verſic. interpoſita autem appellatione. Contrarium ta-
men Domini reſoluerunt. Ceſſat enim primum motiuũ;
quia licèt dicta tertia ſententia vti conformis duabus
antecedentibus reſpectu negotij principalis pro nuno
dicatur inappellabilis, d. clement. vt calumnijs, ſecus
4 tamen eſt quoad expenſas, quarum reſpectu illatum
fuit nouum grauamen Angel. in l. vnic. num. 1. C. ne lic.
in vna eademque cauſ. 3. prou. Franch. in cap. dilecta 39.
num. 4. verſ. tertia concluſio, ex. de appellat. & alij per The-
ſaur. deciſ. 122. num. 7. tanto magis cum Landius in
5 prioribus ſententijs ab eis fuerit abſolutus Couar. dicto
cap. 25. num. 6. verſ. ego verò, vſque ad fin. Ad ſecundum
verò motiuum DD. dixerunt, dictam conſtitutionem Sy-
nodalem ex pluribus non intrare. Et primò, quia non
reſpicit deciſoria, cum nõ tollat præcisè appellationem
6 à diffinitiua, & ſic nõ extinguat ius partis quo ad proce-
dendum Franch. in cap. ſi duobus § denique, num. 4. verſ. ſed
ſtatutum, de appellat. Aret. in cap. quod clericis num. 13.
verſ. non videtur verum, & num. 14. de for. compet. quem
ſequitur Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ à num. 154.
vſque ad 158. de conſtit. Contard. in l. vnica, limit. 4.
num. 8. C. ſi de moment. poſſeſſ. ſed præfigit ſolùm termi-
num ad faciendum fidem de appellatione, & illius pro-
7 ſecutione, & ſic loquitur de inſtantia Iudicij, & con-
ſequenter reſpicit ordinatoria, vt ex mente Calder. tra-
dunt in d. cap. quod clericis, Butr. col. 5. verſ. & ideo dixit,
& Abb. num. 10. verſ. hoc ſatis voluit, Franch. in d. cap. ſi
duobus, §. denique, num. 5. Contard. dicta limitat. 4. num.
8 7. verſ. quia qualiter. Et ideo erat ſeruanda tantùm
Florentiæ, & in eius diœceſi, non autem Piſis, vbi fuerat
commiſſa cauſa appellationis Landij: ibi enim erant ſer-
uanda eius Statuta, vel conſuetudo: cum in ordinatorijs
ſeruentur Statuta, & conſuetudo loci iudicij, non autẽ
iudicis à quo l. 3. §. fin. & ibi not. Bart. ff. de teſtib. &
notat. communiter in dicto cap. quod clericis, & in d. cap.
Eccleſia Sancta Maria de conſtit. Et in ſpecie Alex. conſ.
164. num. 3. & num. 4. verſ. & finaliter, & num. 7.
verſ. vult ergo ibi tex. lib. 6. Achil. deciſ. 13. de appellat.
A Rot. deciſ. 182. num. 8. lib. 3. par. 3. diuerſ. A, Vel cum
ſimus in Iudice delegato, ſtylus delegantis, vt infra. Se-
9 cundò, quia dicta conſtitutio procedit tantùm in cauſis
pendentibus coram Iudicibus appellationum, iuxta di-
ctas conſtitutiones deputatis, vt apertè colligitur ex
eius lectura, loquitur enim in appellatione à ſententia, à
qua poſſet appellari nedum ad Papã, ſed etiã ad Archie-
piſcopum, ſtatuendo quid in vtroque caſu, ſcilicet ap-
pellationis ad Archiepiſcopum, & appellationis ad Pa-
pam interpoſitæ ſit obſeruandũ; & propterea non poteſt
10 intelligi de appellationibus à ſententijs delegati à Papa,
B quia ab eo appellari non poteſt, niſi ad ipſum Papã B,
cap. cum te conſulente 18. & cap. ſuper quæſtionum 27. §.
porro, & vtrobique not. de offic. deleg. Fulgoſ. conſ. 167. col.
3. verſ. cauſæ autem Gozad. conſil. 76. num. 6. ſed eſt in-
telligenda de appellationibus interpoſitis ab Epiſcopis
ſuffraganeis, vel eorum Vicarijs, à quibus licèt regula-
11 riter appelletur ad Archiepiſcopum cap. Romana, §. de-
bet autem, & ibi Franch. num. 1. & alij de appellat. in 6.
Poteſt tamen etiam omiſſo Archiepiſcopo appellari ad
Papam, cap. ad Romanam, cum tribus ſequentib. 2. quæſt.
6. Speculat. in tit. de appellat. §. nunc tractemus, in princip.
verſ. excipitur tamen, & num. 3. verſ. vt autem in hoc ar-
C ticulo, Biſignett. deciſ. 21. num. 4. de appellat. C Tertiò,
12 quia dicta conſtitutio non habet locum in delegatis A-
D poſtolicis, quales erant tàm Iudex à quo, quàm Iudex
ad quem. Nam licèt loquatur de delegatis, non tamen
debet comprehendere Apoſtolicos, cum de illis expreſ-
ſam mentionẽ non faciat per ea, quæ in puncto tradunt
Fulgoſ. dicto conſil. 167. col. 2. verſ. rurſum & ſi nominatim,
Gozad. d. conſ. 76. num. 9. & ſeqq. & propè fin. verſic. non
13 obſtat. qui delegati attendunt, & ſeruant ſtylum de-
legantis iuncta deciſ. Put. 122. lib. 1. comprobatam in Flo-
rentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 28. Aprilis 1606. co-
E ram Reuerendiſſimo Bonon. E Nec obſtat, quòd cum ſic
14 confirmata à Sede Apoſtolica dicatur conſtitutio Pa-
F palis F, & ideo ab omnibus Iudicibus delegatis à Papa
ſit obſeruanda, Roman. conſ. 2. circa fin. verſ. ad hæc om-
nia, Creſc. deciſ. 1. num. 2. de conſtit. & Rota in terminis
huius conſtitutionis in Collen. penſionis 9. Iunij 1604. co-
ram Reuerendiſſ. D. meo Decano. Quia confirmatio non
15 extenditur ad caſum, & perſonas in conſtitutione con-
firmata non comprehenſas Bald. in puncto in l. 3. num.
3. verſ. ſed quid ſi iſte, C. ſi aduerſ. rem iudic. Corn. conſil.
9. num. 5. verſ. quia confirmata, volum. 3. Nec compre-
16 hendit confirmantem, idem Bald. in authent. quibuſcun-
que, num. 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Gozad. d. conſ. 76.
num. 14. Roman. autem d. conſil. 2. non loquitur in ap-
pellatione à Iudice delegato, ſed ab Ordinario: & de-
ciſio Creſc. facit potiùs pro hac parte, quia fundatur ſu-
per conſuetudine interpretatiua decennij, quæ diſputa-
tum fuit, an ſufficeret; deciſio autem Collen. non poteſt
applicari, quia in eius cauſa fuerat per Iudicem admiſ-
ſa appellatio cum præfixione termini, & incidenter di-
cit, potuiſſe præfigi terminum ex conſtitutione illarum
partium: & ſic non colligitur, an loquatur in terminis
ſupradictæ conſtitutionis, & delegati Apoſtolici.
17 Quartò, quia prædicta conſtitutio loquitur tantùm in
appellatione, quæ non ſolùm fuit in hoc caſu interpoſi-
ta, ſed etiam fuit principaliter commiſſa cauſa nullita-
tis, & reſtitutionis in integrum, & ſuper illis expreſsè
pronunciatum: & ideo vel non comprehendit caſum
nullitatis, Guidopap. quæſt. 38. nec reſtitutionis in inte-
grum Gloſ. & Doct. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. & de
communi Odd. de reſtit. par. 1. quæſt. 15. artic. 2. num.
32. & 33. in fin. & artic. 3. num. 35. Vel deſerta appel-
latione ex forma dictæ conſtitutionis, remanſiſſet tamen
nullitas, Bart. in l. ſi expreſſim num. 10. de appellat. Bald.
in l. tale pactum 41. §. qui prouocauit in repetit. ſub num.
26. verſ. ſed ſi expreſsè, ff. de pact. Franch. in repetit. cap.
dilecto 63. ſub num. 114. & num. 171. cum ſeq. de appell.
Papaz. in addit. ad deciſ. 23. num. 9. de reſcript. in nou.
Rum. conſ. 114. num. 6. lib. 4. Corn. in puncto ſimilis
conſtitutionis conſil. 323. num. 5. verſic. nam per deſcri-
ptionem lib. 4. cum alijs in Toletana decimarum de Vercial
14. Martij præteriti coram me. Vel demum durante
18 tempore nullitatis non cucurriſſent fatalia appellatio-
nis, Bald. in l. contra maiores 16. num. 4. verſ. ecce aliam
quæſtionem, C. de inoffic. teſtam. Franch. in d. cap. dilecto,
quæſt. 6. num. 12. verſ. ſecundo modo, & num. 13. verſic.
ter-

tertio modo, *Put. deciſ.* 106. *&* 168. *lib.* 2. *in nouiſſim. &*
fuit tentum in Regien. Prioratus 10. *Ianuarij* 1597. *co-*
ram bon. mem. Penta, *& in eadem* 16. *Decembris* 1602.
coram D. meo Decano. Quintò tandem, quia de iure
20 communi tempus fatalium eſt annus, & ex cauſa con-
ceditur etiam biennium, *authent. ei qui*, C. *de temp. app.*
cap. cum ſit Romana, de appellat. vbi not. communiter ſcri-
21 *bentes*, & appellans, nō tenetur fidem facere Iudici a quo
de præſentatione, ſeu proſecutione appellationis, *Abb. in*
cap. perſonas, num 11. *verſ. dubitari tamen videtur, de ap-*
pell. per tex. in cap. ſi a Iudice, eodem tit. in ſexto, Aufrer. ad
Cappell. Tboloſ. deciſ. 446. *verſ. vndè Sic*. Nec Iudex à
22 quo, præſertim parte non conſentiente, ſed contradi-
cente, poteſt præfigere terminum ad faciendam ſibi hu-
iuſmodi fidem, & ſe præſentandum, *Feder. de Sen. conſil.*
28. *verſ. ſed non videtur*, *Butr. in cap. ex inſinuatione*,
num. 11. *propè fin. verſ. Feder. ſuo conſ. Bero. in d. cap.*
cum ſit Romana, num. 27. *verſ. præterea, de appellat. Au-*
frer. vbi ſupra, verſ. & maximè quia. Et ſicuti non po-
23 teſt præfigere appellanti terminum ad finiendam cau-
ſam appellationis, quia eſſet Superiori ſuo legem im-
ponere *d. cap. ex inſinuatione*, *de appellat. vbi Innocent.*
verſ. certius eſt, *Ioan. Andr. in princip. Butr. num.* 3. *&*
num. 11. *in fin. verſ. ſi quaris an poſſit*, *& alij communi-*
ter Lap. in clem. 1. *num.* 10. *eodem tit. & ibi Ancharan.*
num. 4. *verſ. tertius terminus*, *Imol. num.* 13. *in fin. &*
Card. quæſt. 22. *num.* 19. *verſ. eſt autem*, nec poteſt præ-
figere terminum ad redeundum, qui eſt idem cum ter-
mino ad finiendum, *Card. in d. clem.* 1. *de appellat. dicto*
24 *num.* 19. *verſ. & eſt quartus*. Nec ad faciendam ſibi
fidem de præſentatione, cum comminatione, quòd ap-
pellatio erit deſerta, *Anchar. in d. clement.* 1. *num.* 4.
verſ. ego credo, *Imol. num.* 14. *verſ. hoc vltimum*, *& Card.*
25 *num.* 20. *verſ. Petr. de Anchar*. Imò quando (prout in
hoc caſu) non detulit appellationi, nullum poteſt præ-
figere terminum, nec etiam ad proſequendam appella-
tionem *iuxta doctr. Innocent. in cap. fin. poſt princip. ver-*
ſic. item dicimus, de accuſat. Rot. deciſ. 16. *alias* 181. *Nota*
quòd Iudex, de appellat. in antiq. Roman. Singul 167. vbi
quòd ita tenetur in Conſiſtorio Papæ, quem *Felinus in*
d. cap. perſonas, num. 1. *verſ. ſed omnes iſtæ cautelæ*, *eod. tit.*
Bero. in d. cap. cum ſit Romana, num. 17. *verſ. ſed tamen*,
vbi dicit, hanc opinionem eſſe magis communem, *&*
num. 18. *Apoſtill. ad Rom. d. Singul.* 167. Et propterea
26 dicta conſtitutio recipit interpretationem à iure com-
muni, vt intelligatur quando Iudex detulit appellationi,
non autem quando (prout hic) dedit reſutatorios iuxta
27 *not. in l.* 2. *de noxal.* & vti in omnibus prædictis corre-
ctoria iuris communis ſtrictè venit interpretanda, quòd
ſupradictos caſus non comprehendat, *Fulgoſ. d. conſ.* 167.
col. 2. *verſ. ſed & aliter reſpondetur*. *Corn. d. conſil.* 323.
num. 4. *verſic. & dicta conſtitutio*, *volum.* 4.

Et ex his, vtraque parte informante, fuit reſolutum, non
conſtare de re iudicata quoad expenſas.

ANNOTATIO.

A Latè *Surd. conſil.* 204. *num* 7.

B Et ratio eſt, quia appellatio ad Papam nunquam cenſetur ſublata *Seraphin deciſ* 615. *num.* 7. *et allegata* hac deciſione *fuit dictum in Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon mem Vbaldo* per *cap venientes*, *de iur.* in quo *text.* deciditur, non valere conſuetudinem, quòd appellari nō poſſit ad Papam. licèt ſit iurata: ideo Rota *in Mutinen. iuriſpatron* 20 *Noueb* 1619 *coram bo me Remboldo, et corā eodem in Iuuenacen iuriſpatronatus* 1. *Iulij* 1622. denegauit remiſſoriam ad probandam huiuſmodi conſuetudinem.

C Latè *Scacc. de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 7. *à n.* 46. *vſq. ad* 88.

D Hanc deciſionem in terminis iſtius conſtitutionis ſequuta eſt Rota *in Florentina Cappellæ* 21. *Maij* 1618. *corā R. P. D meo Pirouano*.

E Quod delegatus ſeruare debeat ſtylum delegantis. allegata hac deciſione fuit dictum *in Hydruntina pecuniaria* 17. *Martij* 1621. *coram bon mem. Vbaldo et infra coram D. meo deciſ.* 606. *ſub num.* 7.

F Statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia *Honded conſil.* 5. *in fin. lib.* 2. *Mareſcott. variar. reſolut lib.* 2 *cap* 6 *num* 20. *et ſeqq. Seraphin. deciſ.* 153. *num.* 1 *et deciſ* 794. *num.* 26. *Rot. deciſ.* 369. *num* 3. *et deciſ* 461. *num* 1 *part.* 1. *diuerſ. in Balneoregien. bonorum coram Card Pamphil apud Marcheſ de commiſſ par.* 2. *pag* 152. *ſub num* 2. *verſ & ceſſat & Cardinal. Caualer. deciſ.* 257. *num.* 3. *& deciſ.* 423 *num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Reatina beneficiorum.

Lunæ 2. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur geſta poſt appellationem interpoſitam per legitimum contradictorem à ſentētia executoris literarū Apoſtolicarum in forma *Dignum*, cum clauſulis, *Amoto*, &c. *& Vocatis vocandis*; maximè quando executor detulit appellationi. Deſertio excluditur, vbi conſtat de diligentia intra debitum terminum adhibita, & de impedimento.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus, ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum, dicitur prouiſus ab Ordinario exiſtens in poſſeſſione.*

2 *Executorem mixtum faciunt literæ Apoſtolicæ in forma* Dignū, *cum clauſulis*, Vocatis vocandis, & Amoto, &c. *adeo quòd ab eius ſententia datur appellatio, & latè n.* 8.

3 *Appellationi poſtquam detulit Iudex non poteſt aliud gerere abſq. noua commiſſione, aliàs attentaret. Limita, vt num.* 9.

4 *Apoſtolis reuerētialibus datis, cenſetur in Curia datus terminus decem dierum ad cauſam committendā, quo elapſo appellatio remanet deſerta. Limita, vt num.* 6.

5 *Attentata non dicitur poſſeſſio capta poſt deſertionem.*

7 *Clauſula*, Sinè præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum arbitrio Rotæ, *adiecta in commiſſione operatur, vt executio iam facta non debeat reuocari.*

DECISIO CLXXI.

1 INTERPOSITA pro parte Herculis 8. Iulij 1610. appellatione à mandato de immittendo decreto ſub die 5. eiuſdem menſis per Reuerendiſſimum D. Bononien. cui cauſa commiſſa erat cum facultate de nouo exequendi literas Apoſtolicas in forma *Dignum* à Io. Baptiſta expeditas, & datis per eum reuerentialibus, cum fuerit nihilominus die 29. dicti menſis deuentum ad executionem dicti mandati: in gradu appellationis dubitaui, an conſtaret de attentatis, quæ eſſent reuocanda; & Domini reſponderunt, geſta poſt appellationē eſſe reuocanda. Moti, tūm quia licèt ageretur vigore literarum Apoſtolicarum, dabatur tamen appellatio, ex quo aderat prouiſus ab Ordinario in poſſeſſione exiſtēs,

qui titulum ſuæ prouiſionis produxerat, & ſic erat legitimus contradictor *Rot. in Elnen. beneficij S. Saluatoris 16. Decembris* 1602. *coram bon. mem. Penia in Paderbonen. Canonicatus* 24. *Nouembris* 1608. *coram Reuerendiſſ.*
2 *D. meo Decano*, & in alijs paſſim, & ex quo literæ erant in forma *Dignum* cum clauſulis *vocatis vocandis, & amo-*
A *to, &c.* A quæ faciebant executorem mixtum, adeo vt poſſeſſori liceret ab eius ſententia appellare, *cap. exhibita, vbi Abb. num. 6. & Felin. num. 4. de iudic. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 9. in annot. contra nullitat. num.* 236. *Rot. in Mediolanen. beneficij* 10. *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Andrea*, & in terminis literarum in forma *Dignum deciſ. 202. par. 1. diuerſ. Cardin. Seraphin. deciſ.*
3 817. Tum etiam, quia cum Iudex dando apoſtolos reuerentiales appellationem admiſerit, eo ipſo, quamuis alias appellatio eſſet illegitima, omnem iuriſdictionem
B exequendi à ſe abdicauit, B ita vt poſtea geſta abſque noua commiſſione fuerint nulla, & attentata *cap. cum appellationi, §. ſi verò, de appellat. in 6. Archid. num. 3. & ceteri Rot. deciſ. 49. num. 4. de appellat. in nou. Roland. conſ. 77. num. 2. lib. 2. Lancell. de attent. cap. 2. limitat. 1. num. 67. & 69. & limit. 6. num. 20.* & fuit reſolutum *in Tullen. bonorum, & attentatorum 6. Nouembris* 1600. *coram bon. mem. Litta*.

Nec obſtare dixerunt, quòd appellatio remanſerit deſer-
4 ta tanquam non commiſſa intra terminum decem dierũ, qui datis reuerentialibus in forma cenſetur in Curia datus à Iudice, *Caſſad. deciſ. 4. de appell. Lancellot. d. cap. 12.*
5 *in præfat. num. 59. 60. & 61.* Ideoque poſſeſſio capta die 29. & ſic poſt deſertionem non poſſet dici attentata, *cap. cum ſit Romana, vbi Franc. in vltim. notab. de appellat. Rot. deciſ. 1. eodem tit. in nou. cum alijs per Lancell.*
6 *d. cap. 12. ampliat. 1. num. 27. 32. & 38. cum ſeq.* Quia placuit reſponſio, quòd cũ non poſſet obtineri commiſſio, niſi in plena Signatura, quæ propter ſolitas ferias nõ fuerit niſi die 9. Auguſti, ſatis fuit, intra terminum decem dierum porrigere cõmiſſionem in prima Signatura proponendam, & obtinere de more fidem Prælati, quòdq; deinde in prima Signatura obtenta fuerit cõmiſſio, prout in propoſito factum fuit. Ex iſtis enim conſtat de diligentia intra debitum terminum adhibita, & de impedimento, quæ excludunt deſertionem, *Lancell. d. cap. 12. in*
C *præfat. num. 66. & 70.* C & ſufficit quælibet diligentia *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. num. 5.* ſicuti dicitur, ſufficere ſolam itineris arreptionem pro commiſſione appellationis obtinenda, quando Curia eſt abſens, *Rot. deciſ. 13. & deciſ. 25. in princip. de appell. in nou. Aegid. deciſ. 719. Creſcent. deciſ. 8. num. 4. eodem tit. & Veſtr. vbi*
7 *ſupra*. Minus obſtare viſum fuit, quòd clauſulæ, *Sinè præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum arbitrio Rotæ*, adiectæ in commiſſione appellationis non ſit locus ad reuocandam executionem iam factam, vt fuit dictum *in Aquilana beneficij 28. Maij* 1599. *coram bon. mem. Penia, & in alijs Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 9. in annotat.*
8 *contr. nullit. num.* 296. Quia id procedit quando Iudex
D ritè, & rectè proceſſit, ſecus quando nulliter, D vt hic, ſicuti declarauit *Rot. in Gerunden. beneficij 21. Iunij* 1602. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Tarraconen. parochialis 4. Februarij* 1604. *coram bon. mem. Litta*.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Gratia in forma, *Dignum*, facit executorem mixtum
8 *Rot deciſ 52. num. 2 et deciſ 159. num. 3. et deciſ. 701. ſub num 1 part. 2. recent et fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus* 23. *Iunij* 1606. *coram Penia, et in Piſtorien parochialis* 25. *Iunij* 1621. *coram R. P. D. meo Piro-uano, in Parmen parochialis* 22. *Iunij* 1620. *coram bon. mem Cardinali Sacrato; et coram eodem in Leodien. Abbatiæ Cinacen* 6. *Nouembris eiuſdem anni*, in qua hæc deciſio allegatur. Item clauſula, *Amoto*, reddit etiam executorem mixtum *Rot. d. deciſ. 52. et 159 part. 2. recent. cum pluribus relatis per Barboſ de clauſul vſu freq. clauſ. 7. num 7 in d. Leodien. Abbatia coram Cardinali Sacrato, et infra coram Domino meo deciſ.* 185. ſiuè hæc clauſula ſit in parte diſpoſitiua, ſiue in executiua *Cardin. Caualer. deciſ 478. num. 5.* Item clauſula, *Vocatis vocandis* facit etiam executorem mixtum, *Garz. de benefic. part. 12. cap 2. num 140. Gregor. XV. deciſ. 69. num. 5. et ibi Adden lit. A Rota deciſ 614 num. 4. part. 1. recent cum alijs plurib per Barboſ d. tract. clauſul. 585. nu. 5. et per tot.* qui plura tradit de vi, & effectibus huius clauſulæ; & ideo executor in his caſibus tenetur aſſumere partes meri iudicis, & ab eius ſentẽtia datur appellatio ad vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, adeò quòd ordinariè procedendum eſt, & per tres conformes, & poſſeſſio interim capta eſt attentata *Mantic. deciſ 324. num. 3. Beltramin. in addit. ad deciſ 413. Gregor. XV. ſub lit. A circa med.* vbi allegat hanc deciſionem *Rot. d. deciſ. 701. num. 2. part. 2. recent.* quæ loquitur, quando gratia eſt in forma Dignum, *et coram Gregor. XV. deciſ 91. num. 2. et ibi Adden. lit. A. et in Piſcien beneficij 20. Martij* 1628. *coram R. P. D meo Vbaldo, et in d. Leodien. Abbatiæ Cinacen. coram Cardinali Sacrato*, & de executore dato cum clauſula, vocatis vocandis. *Cardinal Caualer. deciſ 274. num. 1. et deciſ. 359. num. 8. et fuit dictum in Lunen. Sarzanen. iuriſpatronatus 3. Iulij* 1628. *coram R. P. D. meo Merlino* Prædicta verò intelligenda ſunt, quando adeſt legitimus contradictor, vel poſſeſſor: aliàs enim executor non tenetur aſſumere partes Iudicis, ſed remanet merus, & ab eo non datur appellatio, vt dicitur in allegatis deciſſ. & fuit optimè deductum *in Leodien. Abbatiæ* 14. *Ianuarij* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo*.

Quis autem dicatur legitimus contradictor ad hunc effectum, dictum eſt ſupra *deciſ.* 122.

B Latè *Scacc. de appellat quæſt. 57 limit. 47. membr. 1. num. 41. et ſequent. Rota in d. Leodien. Abbatiæ Cinacen. 6. Nouembris* 1620. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, in qua hæc deciſio allegatur, & quando Iudex dicatur detuliſſe ap-
9 pellationi, tradit idem *Scacc. d. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. num.* 91. limitatur tamen prædicta concluſio, vt non procedat, quando Iudex detulit appellationi, cum clauſula, *quatenus de iure, & non aliàs, aliter, nec alio modo*; hæc enim clauſula operatur, vt eatenus ſit admiſſa appellatio, quatenùs de iure erat admittenda, *Roman. conſil. 501. num. 3. Gabr. conſ. 55. num. 9. lib. 2. Felin. in cap. cum contingat, num. 12. in fin. verſ. vlteriùs, et num. 13. de offic. delegat.* vbi quòd ſi appellatio interponitur ex cauſa rationabili, Iudex dicetur ei detuliſſe, ſecus ſi ſit irrationabilis, *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. de attent. et innou. appell pend. limit. 1. num. 82. in fine, et 83. cum alijs per Scacc. d. limit. 6 memb. 7. num.* 200. quibus addo *Seraphin. deciſ 499. num. 2. Rot. in Ferrarien. decimarum 21. Aprilis* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo, & coram eodem in d. Leodien. Abbatia 14. Ianuarij* 1622. *confirmata coram eodem 25. Maij eiuſdem anni, & in Aeſina Saluiani 18. Iunij* 1627. *coram R. P. D. meo Dunozetto*.

C *Rot. in Romana Raminis 7. Iunij* 1610. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Patriarcha Pamphilio Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2 quæſt. 14. num. 42. & per tot. quæſt.* latè tradit, intra quantum temporis ſpatium cauſa appellationis committi debeat, & quænam diligentiæ, & impedimenta à deſertione excuſent.

D Vide infra *deciſ.* 185.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Lan-

Lancianen. iuriſpatronatus.

Lunæ 2. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus in antiquis ex quibus cenſeatur ſufficienter probatum, etiam quando agitur contra prouiſum Apoſtolicum vti de beneficio reſeruato.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus dicitur probatũ ex fundatione, & dotatione, ſi cõſtet de præſentationibus per centũ annos effectũ ſortitis.*
2 *Titulum fundationis, vel dotationis cum centenaria quaſi poſſeſſione allegare ſufficit, abſque eo, quòd probari debeat, niſi conſtet de initio contrario, vel de præcedenti ſtatu libertatis Eccleſiæ.*
3 *Præſentationes probantur ex enunciatiuis Ordinariorum emanatis in inſtitutionibus etiam contra tertium, etiam ſi non doceatur illas præceſſiſſe.*
4 *Enunciatiua in inſtrumento antiquo probat, etiam ſi non conſtet de relato.*
5 *Præſentationes, & prouiſiones probantur effectuatæ, ſi factæ fuerunt ſucceſsiuè de vno poſt obitum alterius.*
6 *Locationes duæ multum antiquæ probant poſseſſionem.*
7 *Notariatus probatur ex ſolis inſtrumentis antiquiſſimis.*
8 *Quaſi poſſeſsio iuriſpatronatus probatur ex eo, quòd quis habitus fuerit pro Rectore.*
9 *Iuſpatronatus expirat, & Eccleſia efficitur libera, ſi patroni per 40. annos deſierint præſentare.*
10 *Præſentationes primæ, & vltimæ ſi appareant effectuatæ, mediæ præſumuntur, niſi doceatur de ſtatu libertatis intermedio, & num. 32.*
11 *Enunciatiua antiqua, licèt vnica, magnum præſtat adminiculum.*
12 *Enunciatiua antiqua facit ſemiplenam probationem, etiam contra tertium.*
Enunciatiua, an & quando probet, latè num. 33.
13 *Teſtes de auditu in antiquis probant præſentationem ad iuſpatronatus, etiã ſi eſſent inter alios examinati, num. 27.*
14 *Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum iuriſpatronatus, nec præiudicat patronis, præſertim ſi in ea derogatum ſit iuripatronatus.*
15 *Iuriſpatronatus exiſtentia probatur ex prouiſione Apoſtolica, in qua illi derogatum fuit.*
16 *Præſcriptio non interrumpitur per litem, in qua actor ſuccubuit. Limita vt num. 34.*
17 *Status vltimus multum attenditur in materia iuriſpatronatus.*
18 *Iuſpatronatus in perſonis priuatis probatur per famam cum quadragenaria in antiquis, & num. 19.*
20 *Fama quomodo, & ex quibus probetur, & num. 21.*
22 *Enunciatiuæ plures, & diuerſorum notariorum centum annos excedentes probant ius patronatus, etiam contra tertium num. 23.*
24 *Ordinarij aſſertioni plurimum defertur in materia iuriſpatronatus.*
25 *Iuſpatronatus dicitur probatum ex fundatione, & dotatione, ſi adſint enunciatiuæ antiquiſſimæ factæ ab Ordinarijs in inſtrumentis, quòd iuſpatronatus de iure, & antiqua conſuetudine ſpectet ad aliquem.*
26 *Enunciatiuæ recentes licèt de perſe non ſufficerent, multum tamen operantur iunctæ cum antiquis.*
28 *Iuſpatronatus contra prouiſum Apoſtolicum tanquam de beneficio reſeruato debet probari ex fundatione, & dotatione. Limita, & intellige vt num. 29.*
30 *Ius præſentandi non amittunt patroni laici, ſi iuſpatronatus aſsignetur pro dote Canonici, vel Archipresbyteri Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ: ſecus autem ſi aſsignetur pro dote Prælati.*
31 *Ius præſentandi ad canonicatus, & dignitates in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata poteſt patrono laico de iure competere.*

DECISIO CLXXII.

CVM Cæſar obtinuerit, ſibi à Sede Apo-
ſtolica prouideri de parochiali, de
qua agitur, tanquam de reſeruata: Iu-
lius verò præſentatus à Parochianis
vti patronis per inſtitutionem; pro-
poſito dubio, an conſtet de iurepatro-
natus, Domini affirmatiuè responde-
1 runt. Primò, quia Rota ſequitur illam concluſionẽ, quòd
ex præſentationibus ſpatio centum annorum effectum
ſortitis probatur iuſpatronatus ex dotatione, & funda-
tione, de qua per *Feder. de Sen. conſ. 234. num. 3. verſ.
ſic ad propoſitum, Dec. conſ. 117. in fin. & conſ. 174. num.
4. in fin. Caſſad. deciſ. 2. num. 6. de probat. Card. Seraph.
deciſ. 1141. num. 1. & fuit dictum in Florentina Canoni-*
A *catus 11. Decembris præteriti coram me* A, ſufficit enim,
2 quòd cum centenaria quaſi poſſeſſione allegetur ſolùm,
abſquè eo, quòd probetur titulus fundationis, vel dota-
tionis: niſi conſtet de initio contrario, vel de præcedenti
ſtatu libertatis Eccleſiæ, *Rota deciſ. 220. num. 8. & 9.
par. 3. lib. 2. & deciſ. 254. num. 11. & 12. lib. 3. par. 3.
Put. deciſ. 206. num. 4. & 5. lib. 1. in nouiſſim.* De di-
ctis autem præſentationibus conſtare viſum fuit; quia de
anno 1401. præſentatus fuit Abbas Philippus, & per
eius obitũ Gaſpar del 1444. vt probatur ex inſtitutioni-
bus de eis factis ab Ordinarijs, in quibus aſſeritur, eos à
3 dictis Parochianis præſentatos fuiſſe. Tales enim in-
ſtitutiones cum dicta aſſertiua probant præſentationes
*Felin. in cap. poſt ceſſionem num. 13. verſ. & hoc intellige
de probat. Rot. deciſ. 11. de iurepatron. in nou. Roch. de iu-
repatronat. in verb. honorificum num. 82. Lambert. in
eodem tract. par. 2. lib. 2. quæſt. princ. 10. art. 4. num. 5.
in fin. & num. 9. & 10. fol. mihi 196. col. 3. & 4. Rebuf.
in prax. par. 3. ſignat. in verſ. necnon iuriſpatr. num. 14.
& fuit dictum in Lucana expenſarum 21. Maij 1601. coram
bon. mem. Penia,* etiam contra tertium, *vt declarat Ro-
ta in dicta Lucana,* & etiam ſi nõ doceatur, illas præceſ-
ſiſſe *Paleot. deciſ. 23. in manuſcr. & fuit tentum in Pam-
pilonen. iuriſpatr. 17. Iunij 1586. coram bon. mem. Orano*
præſertim concurrente antiquitate, vt in terminis *Rota
deciſ. 545. num. 2. verſ. & etiam par. 1. diuerſ. &* faciunt
tradita *per Aym. de antiq. temp. par. 2. num. 61. Bolognet.
in auth. ſi quis in aliquo num. 59. C. de edendo, & Achil.
deciſ. 3. num. 1. de fid. inſtr.* Tanto magis, quia in prima
4 enunciatur, præſentationem fuiſſe factam per publicum
inſtrumentum infra legitima tempora, cui ob eandem
rationẽ antiquitatis creditur abſque relato *Caſtr. conſ.
139. num. 3. verſ. attamen iſtud videtur verum lib. 1.* De
anno verò 1545. per Paulum III. fuit ad præſenta-
tionem dictorum Parochianorum prouiſus Fabius, ob
cuius obitum del 1568. per Capitulum Sede vacante ad
eorundem præſentationem inſtitutus fuit Cæſar, eoque
defuncto del 1570. pariter inſtitutus fuit Io. Thomas
ab iiſdem præſentatus cum poſſeſſione capta ab vtroque
per publica inſtrumenta, qui Thomas ſuperuixit, & in
poſſeſſione Eccleſiæ permanſit (vt deponunt teſtes)
vſque ad annum 1590. de quo tempore in diſcordia pa-
tronorum præſentantium, fuit a fel. rec. Sixto V. pro-

uiſus Marius, ob cuius mortem de anno 1606. ſucceſſit
5 vacatio Eccleſiæ, quæ dedit cauſam huic liti. Quæ om-
nes præſentationes, & prouiſiones bene probantur eſ-
fectuatæ, cum factæ fuerint ſucceſſiuè de vno poſt obi-
tum alterius *iuxta vulg. conſ. Oldrad.* 229. *num.* 2. *&* 3.
excepta illa de anno 1544. ad fauorem Gſparis, cuius
effectuatio aliunde videtur probata, videlicet ex duabus
locationibus per eum factis vti Rectorem; Tum quia
6 ex illis, cum ſint tàm antiquæ, conſtat eum fuiſſe in poſ-
ſeſſione *Aym. conſ.* 54. *num.* 11. *cum alijs per Menoch. de*
7 *retin. remed.* 3. *num.* 574. ſicuti ex ſolis inſtrumentis an-
tiquiſſimis probatur Notariatus illius qui ſcripſit *Bald.*
in auth. quas actiones num. 19. *C. de Sac. ſan. Eccleſ. &*
Affict. deciſ. 245. *num.* 3. Tum etiam quia ex iiſdem
8 locationibus conſtat quoque, dictum Gaſparem fuiſſe
habitum pro Rectore: quod ſicuti eſt vnum ex ijs, ex
quibus probatur quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus *iuxta*
conſ. Calder. 12. *verſ.* 3. *de iur. patr. & Caputaq. deciſ.*
339. *verſ.* 3. *quòd præſentatus par.* 2. ità multùm videtur
adminiculari probationem effectuationis præſẽtationis
iam factæ; ita quòd vigendo dictas præſentationes ab
anno 1401. vſque ad 1456. (de quo tempore continua-
uit Rectoria Gaſparis ſecundo loco inſtituti, & ſic per
annos 55.) cum dictis præſentationibus ab anno 1545.
vſque ad 1590. qui ſunt anni 45. complentur præſenta-
tiones effectuatæ per annos centum. Et nihilominus
Rota in dicta Florentina Canonicatus 11. *Decembris coram*
me cenſuit, adeſſe centenariam etiam non obſtante defe-
ctu nouem menſium, concurrentibus præſertim admini-
culis hic ſuperabundantibus. Nec facit, quòd non con-
ſtet de præſentationibus à dicto anno 1456. vſque ad
9 1545. & ſic ferè per annos centum, & tamen ſufficiat,
quòd patroni non præſentauerint per annos 40. & quòd
ita Eccleſia quatenus fuiſſet de iurepatronatus, liberta-
tem acquiſiuiſſet, *Rot. d. deciſ.* 254. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3.
10 *par.* 3. *diuerſ.* Quia cum conſtet de primis, & vltimis
præſentationibus effectum ſortitis, mediæ quoque præ-
ſumuntur, niſi doceatur de ſtatu libertatis intermedio,
vt tenuit *Rota d. deciſ.* 545. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. in Cæ-*
ſarauguſtan. Cappellæ 4. *Maij* 1573. *coram bon. memor.*
Cardinali Blanchetto in Gerunden. beneficij 20. *Iunij* 1594.
coram bon. mem. Orano apud Card. Seraphin. deciſ 1141.
num. 2. *verſ. & licèt, & num.* 3. *& in Firmana beneficio-*
rum 10. *Martij* 1610. *coram Reuerendiſſ. D. meo Dama-*
B *ſceno*, B & tempora coniunguntur ad effectum proba-
tionis, quæ deducitur non ex præſcriptione, ſed ex ti-
tulo antiquiſſimo, & effectuato, idem *Card. Seraphin. de-*
ciſ. 1334. *num.* 3. in cuius caſu interceſſerat ſpatium
annorum 160. ſinè præſentationibus. Hic autem non
ſolùm non docetur de ſtatu contrario, ac de alia colla-
tione de dicta Eccleſia medio tempore facta vti de libe-
ra, ſed præſumptio iſta continuatarum præſentationum
coadiuuatur non ſolùm ex alijs præſentationibus, vna
videlicet Ioannis del Vaſto, quæ eſt enunciata in inſtru-
mento poſſeſſionis per eum captæ del 1501. vti Recto-
11 rem præſentatum, & electum à Parochianis, quæ enun-
ciatiua quamuis vnica, tamen vti exeedens centum an-
C nos magnum præſtat adminiculum, C *Rota deciſ.* 188.
12 *num.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* & facit ſemiplenam probatio-
nem, etiam contra tertium, vt fuit dictum in *Oritanen.*
Archipresbyteratus 2. *Decembris* 1598. *coram Orano.* Al-
tera Dionyſij de Catamanico, quem teſtes deponunt, li-
cèt de auditu à maioribus, nominatum, & electum fuiſſe
13 à Parochianis, & fuiſſe in quaſi poſſeſſione Rectoris: qui
teſtes probant cum ſimus in antiquis, *Lambert. de iure-*
patr. par. 2. *lib.* 2. *artic.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 14. *quem in*
puncto Menoch. conſil. 241 *num.* 23. *lib.* 3. ſed etiam ex
prouiſione facta per Leonem Decimum in dicto medio

tempore del 1516. Leonardo, per cuius obitum de di-
cto anno 1545. ſecuta fuit dicta prouiſio Pauli III. dicta
enim prouiſio Leonis non immutauit ſtatum, nec præ-
14 iudicauit patronis, cum præſertim in ea adſit deroga-
tio iuriſpatronatus, *Rota in Mediolanen. iuriſpatronatus*
21. *Aprilis* 1589. *coram Reuerendiſſimo Peruſino in Ro-*
mana vnionis, ſeu iuriſpatronatus 6. *Februarij* 1598. *co-*
ram bon. mem. Orano in Bononien. iuriſpatronatus 16. *Ia-*
nuarij 1608. *coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno, & in*
15 *alijs paſſim*; imò ſtante dicta derogatione neceſſariò fa-
tendum eſt, extitiſſe iuſpatronatus, vt in terminis arguit
Burſatt. conſ. 324. *num.* 3. *verſ. rurſus lib.* 3. Non obſtat
etiam, quòd inſtitutio Io. Thomæ del 1570. non fuerit
ſortita effectum, cum Ordinarius del 1574. eum decla-
rauerit intruſum, & malè inſtitutum. Nam huiuſmodi
decretum fuit per ſententias diffinitiuas reuocatum ab
Epiſcopo Ortonen. & à bon. mem. Robuſterio, & ſic
16 moleſtia per dictum Ordinarium illata, in qua ipſe ſuc-
cubuit, non potuit interrumpere præſcriptionem in-
choatam, *Felin. in cap. illud, num.* 17. *verſ. decimaquarta*
concluſio, de præſcript. Socin. conſil. 47. *num.* 17. *verſ. ter-*
tiò quia, lib. 3. *Couarr. in relect. cap. poſſeſſor malæfidei, de*
regul. iur. in ſexto 2. *par. §.* 12. *num.* 4. *concluſ.* 2. *verſ.*
hanc item ſecundam, Balb. de præſcript. 3. *par.* 6. *par. prin-*
cip. quæſt. 4. *princip. num.* 37. *verſ. quintò limitatur, tom.*
17. *tractatuum fol. mihi* 109. *Tiraquell. de retract. lignag.*
§. 8. *gloſ.* 8. *num.* 27. *verſ. quia per auditum, & Rota*
in Burgen. decimarum de Buſedo 7. *Nouembris* 1596 *corã*
Robuſterio, & deciſ. 534. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſ. & coram*
D *Cardin. Seraph. deciſ.* 1027. *num.* 14. D Secundò, prin-
cipaliter moti fuerunt Domini, quia ex prædictis vide-
17 tur reſultare, non ſolùm vltimus ſtatus de dicto anno
1570. qui multùm in hac materia attenditur *Card. Sera-*
phin. d. deciſ. 1103. *num.* 5. *& deciſ.* 1141. *num.* 4. Nec
fuit immutatus per dictam prouiſionem Sixti Quinti cũ
dicta derogatione iuriſpatronatus, ex ſupra allega-
tis, ſed etiam quaſi poſſeſſio quadragenaria, & vltra,
ſiue attendantur præſentationes de anno 1401. vſque ad
1456. ſiue ab anno 1545. vſque ad 1590. Quæ iuncta
18 cum fama ſatis eſt in perſonis priuatis ad probandum
iuſpatronatus iuxta opinionem Rotæ, quòd fama in
iſtis perſonis ſufficiat in antiquis, quando concurrit lon-
giſsima quaſi poſſeſsio præſentandi, *Caſſad. deciſ.* 2. *de*
probat. Achill. deciſ. 319. *alias* 6. *de iur. patron. Put. deciſ.*
56. *num.* 4. *lib.* 1. *in nouiſſ. qui ſic declarant Bald. in l. cum*
ſupra, C. de res vend. èdem Put. deciſ. 135. *propè fin. verſ.*
tamen Rota, eodem lib. 1. *& eſt deciſ.* 792. *num.* 1. *par.* 1.
diuerſ. Card. Seraphin. deciſ. 1103. *in fin. & deciſ.* 1141.
num. 6. & fuit tentum *in Nullius Archipresbyteratus* 2.
Maij 1588. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, in Tira-*
ſonen. iuris præſentandi 24. *Ianuarij* 1594. *coram Litta*
in Pientin. iuriſpatronatus 28. *Ianuarij* 1608. *coram Reue-*
rendiſſimo D. meo Decano, & in alijs relatis per Gonzal. ad
reg. 8. *gloſ.* 18. *num.* 56. *& per Garc. de benefic. par.* 5. *cap.* 9.
num. 83. *et* 86. *tom.* 1. Nam pro dicta longiſſima quaſi
poſſeſſione videtur in propoſito intelligere quadrage-
naria, *vt in Barchinonen. vnionis* 5. *Decembris* 1597.
coram bon. mem. Gipſio, in Lucana iuriſpatronatus 7. *Mar-*
tij 1604. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in Fanen. Cap-*
pellania 27. *Iunij* 1608. *coram bon. mem. Penia, in Romana*
iuriſpatronatus de Cardellis 22. *Aprilis* 1611. *coram eodem,*
et in Tuden. parochialis 7. *Nouembris eiuſdem anni coram*
R. P. D. meo Vbaldo, in quibus *ex Caſſad. Achill. et Put.*
& alijs ſupra allegatis dicitur, famam ſufficere ad proba-
tionem iuriſpatronatus, quando concurrit etiam dicta
20 quadragenaria. De fama autem in propoſito plenè
conſtat nedum ex pluribus teſtibus ætatis reſpectiuè an-
norum 60. 70. 80. & 90. deponentibus de auditu à ſe-
nio-

nioribus iamdiu defunctis, & per eos nominatis, vt fuit
dictum in d. Taden. parochialis, & latiſſimè tradit Pari-
nac. de indit. et tortur. quaeſt. 47. à num. 208. vſque ad
277. ſed etiam ex pluribus antiquiſsimis enunciatiuis
Ordinariorum in dictis inſtrumentis del 1401. 1444. &
1501. à diuerſis Notarijs confectis, vt ex Bald. Salycet.
et Caſtr. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. tradunt Aym.
de antiquit. temp. par. 1. §. ampliatur num. 14. et conſ. 322.
num. 2. verſic. fama autem, Soccin. conſil. 89. num. 5. vol.
1. Curt. ſen. conſil. 77. volum. 3. verſ. facit quod not. Bald.
Achill. deciſ. 7. num. 3. et 4. et deciſ. 8. num. 2. et 3. de
iur. patron. et fuit dictum in Bononien. de Varignano 25.
Maij 1587. coram bon. mem. Gipſio, in Mediolanen. iu-
riſpatronatus 29. Februarij, et 31. Aprilis 1589. coram
Reuerendiſsimo Peruſino, in Iacen. portionis 16. Decem-
bris 1602. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Millino in
Comen. iuriſpatronatus 10. Decembris 1604. coram bon.
memor. Iuſto in Firmana de Dorijs 16. Februarij 1610.
coram Reuerendiſsimo Lugdunen. et in Lucana iuriſpatro-
natus 3. Aprilis 1615. coram R.P.D. meo Manzanedo. Quæ
22 enũciatiuæ centũ annos, & hominũ memoria excedẽtes
præſertim cũ ſint plures, & diuerſorũ Notariorũ probãt
etiã iuſpatronatus Ferret. conſ. 293. nu. 5. verſ. ex quibus
decretis vol. 2. & poſt Achill. & Put. fuit tentum in Fe-
ſulan. iuriſpatronatus 7. Febr. 1583. coram Bubalo in di-
cta Gerunden. beneficij coram Orano in alia Gerunden. be-
neficij de Ceruiano 3. Decembris 1601. coram bon. mem. Lit-
ta in dicta Bononien. iuriſpatronatus coram Reuerendiſſimo
D. meo Damaſceno, & in alijs pluribus allegatis in dicta
Firmana de Dorijs in dicta Tullen. parochialis, & in Me-
diolanen. iuriſpatronatus 3. Aprilis 1615. coram R. P. D.
23 meo Pirouano, & probant etiam contra tertium Aret. in
cap. cum cauſam il terzo num. 20. & 21. de probat.
Aym. de antiq. temp. d. §. ampliatur num. 14. cum alijs
per Card. Seraph. deciſ. 474. & fuit dictum in Parmen.
24 Prioratus 12. Ian. 1590. coram bon. mem. Card. Mantic. &
duabus præſertim ex illis vel factis ab Ordinarijs affir-
mantibus iuſpatronatus de iure, & ex antiqua conſue-
tudine ſpectare ad Parochianos, multum deferendum
videtur; quia ſi veritas aliter ſe habuiſſet, ipſi non inſti-
tuiſſent, nec tanto tempore tolleraſſent Put. deciſ. 231.
lib. 2. in nouiſſim. & fuit dictum in dicta Bononien. de
Varignano, & in alijs paſſim, & verba illa, de iure, & ex
25 antiqua conſuetudine, Rota interpretatur videlicet,
ex fundatione, vel dotatione, Achill. deciſ. 7. num. 2. de
iur. patr. & dictum fuit in dicta Mediolanen. iuriſpatro-
natus 9. Maij 1589. coram Reuerendiſſimo Peruſino, & in
dicta Barchinonen. vnionis coram bon. mem. Gipſio. Ter-
26 tiò demum quatenus prædicta de per ſe ſingula non
ſufficerent ad plenam dicti iuriſpatronatus probatio-
nem, DD. conſiderabãt, eam ſinè dubio reſultare ex om-
nibus ſimul iunctis, videlicet ex dictis tribus antiquiſſi-
mis enunciatiuis del 1401. 1444. & 1501. præſertim
quia illarũ probatio multùm coadiuuatur ex alijs ſimi-
libus enunciatiuis magis recentibus, videlicet Leonis
X. del 1516. Pauli III. del 1541. & Sixti V. del 1590.
quæ iunctæ cum ſupradictis, præſertim cum ſint plures,
multum operantur, vbi etiam per ſe nõ ſufficerent Ruin.
conſ. 173. num. 4. verſ. accedit ad hoc vol. 4. & conſiderat
in propoſito Card. Seraph. d. deciſ. 1334. num. 2. & ſimul
27 ex dictis teſtibus annorum 60. 70. 80. 90. & vltra de-
ponentibus de auditu ab antiquioribus, & ſenioribus
iamdiu defunctis, quòd dicta Eccleſia fuerit fundata, &
dotata per Parochianos, qui plenè probant, cum agatur
de iurepatronatus antiquiſſimo, Menoch. conſ. 241. num.
23. Gabr. conſ. 196. num. 8. lib. 2. Farinac. de oppoſit.
contra dict. teſt. quaeſt. 89. num. 132. & Rota in Comen.
Cappellaniæ 17. Iunij 1590. coram bon. mem. Pena, etiam
ſi eſſent inter alios examinati, vt in dicta Feſulanen. co-
28 ram Bubalo. Non obſtat, quòd requiratur iuſpatrona-
tus ex fundatione, & dotatione, quando illud deducitur
contra prouiſum à Sede Apoſtolica de beneficio vel de
reſeruato, cum regula reſeruatoria cõprehendat reliqua
iura patronatus, vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione,
Caputaq. deciſ. 29. & 329. lib. 1. in manuſcrip. & fuit ſæ-
29 piſſimè dictũ. Nam cum ex dictis multiplicatis præſen-
tationibus effectũ ſortitis, & alijs ſupra conſideratis re-
ſultet probatio iuriſpatronatus, illud præſumitur eſſe ex
dotatione, vel fundatione, Caſſad. deciſ. 7. num. 6. de iur.
patr. Put. deciſ. 394. in fin. lib. 2. in nouiſſim. Rot. deciſ.
792. in fin. par. 1. diuerſ. in dicta Lucan. iuriſpatronatus
3. Aprilis 1615. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in
dicta Florentina Canonicatus 11. Decembris præteriti co-
ram me, etiam ad effectum, vt non includatur ſub regu-
la, vt tenuit Rota in dicta Firmana de Dorijs. Nec etiam
30 refert, quòd Archipresbyter Eccleſiæ, de qua agitur in
erectione Eccleſiæ Laucianen. fuerit in primam digni-
tatem erectus; quia non ideo dicti Parochiani amiſe-
E runt iuſpatronatus, Card. Seraph. deciſ. 1444. num. 11. E,
diſpoſitio enim cap. nobis, de iurepatr. procedit ſolùm,
quando beneficium iuriſpatronatus aſſignatur pro dote
Prælati Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, cuius ele-
ctio non poteſt de iure ſpectare ad laicum, non autem
quando aſſignatur pro dote Canonici, vel dignitatis in
eadem Cathedrali, vel Collegiata; cum non repugnet
31 iuri, quòd laicus habeat ad illam ius præſentandi, vt ex
Innoc. & Io. Andr. in cap. 1. de offic. Archid. Lambert. de
iurepatr. lib. 2 par. 1. quaeſt. 5. princ. art. 3. num. 2. fol.
mihi 40. col. 4. Ex prædictis igitur concluſum fuit, con-
ſtare de iurepatronatus quatenus iura ſint in forma
probanti, & niſi obſtet præſumptio vſurpationis con-
ſiderata per Concilium in iurepatronatus Vniuerſitatũ,
de quibus voluerunt particulariter videri.
Et ita deciſum &c.

ANNOTATIO.

A Concordantes adduxi ſupra ad deciſ 143. lit. B. quibus adde
Rot. coram bon. mem. Cardinali Caualer. deciſ. 547 num. 1.
in Lucana Parochialis 1. Iulij 1619. coram bon. mem Cardi-
nali Sacrato in Parmen prioratus 23. Ianuarij 1621. coram
bon. mem. Dunozetto in quibus hæc deciſio allegatur, et in-
fra coram Domino meo deciſ 884. num. 1.
B Idem in terminis, hac deciſione allegata, dictũ fuit in Sancti
32 Seuerini Cappellæ 9. Iunij 1621. coram bon. mem. Rembol-
do, et infra coram Domino meo deciſ 884. num 3. & deciſ.
934. num 5. & faciunt latè tradita per Menoch præſumpt.
64. lib. 6. Boer. deciſ. 239. num. 5. Afflict. deciſ. 325. num. 2
Rot. in Boſſanen. decimarum 2. Martij 1622. coram R. P. D
meo Pirouano, vbi quòd poſſeſſio de tempore ad tempus
iuſtificata præſumitur continuata, non docto ex aduerſo
de alia poſſeſſione intermedia.
C Regulariter enunciatiua vnica non probat, etiam ſi ſit
33 antiqua, ſed duæ ſaltem eſſe debent, Rot. deciſ 160. num.
6. et deciſ. 169. num. 2. part. 1. et deciſ. 170. num. 3. part.
2. recent. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 6. num 21. et 22. quod
procedit etiã in Principe, eius enim enunciatiua vnica licèt
antiqua non probat, niſi ad minus ſint duæ, ſaltem in his,
in quibus ipſe Princeps non poteſt liberè diſponere, &
quando agitur de præiudicio tertij Rot. deciſ. 388. num. 2.
part. 1. et deciſ. 289. num. 2. part. 2. diuerſ. et infra co-
ram Domino meo deciſ. 178. num. 13. Inſuper neceſſe eſt,
quòd proueniãt à diuerſis perſonis, & à diuerſo fonte, nam
ſi ab eadem perſona prouenirent, licèt plures, pro vnica
tantùm haberentur, Caputaq. deciſ 337. num. 6. part. 3.
Rot. d. deciſ. 388. num. 1. part. 1. et d. deciſ. 289. num. 1. par

2. diuerſ. & deciſ. 295. num. 7. par. 1. recent cum alijs per Beltramin. in addit. ad deciſ. 407. Gregor. XV. num. 6. ideo non ſuffragantur enunciatiuæ plures in eodem inſtrumento emanatæ, ſed eſſe debent plurium inſtrumentorum, & appoſitæ ad aſſertionē plurium; nec ſufficit, quòd inſtrumenta ſint plura, ſed requiritur, quòd ſint confecta à diuerſis notarijs, aliàs pro vnico tantùm reputantur, *Aretin. in cap. cū cauſam, il terzo num. 21. verſ. ſed tamen aduerte & num. 22. & ibi Felin num. 8. verſ. iſtud fallit, de probat. Bertrand. conſil. 151. num. 6. lib. 2. Achill. deciſ. 8. num. 2. de iurepatr. & fuit dictum in Aſtoricen beneficij 4. Nouembris 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & coram eodem in Brixien. feudi 29. Martij 1591.* limitantur tamen prædicta in enunciatiuis à Principe emanatis, quæ plures & antiquæ, probant licèt ab vna tantùm perſona emanauerint, ex ſuperiùs dictis. Eſt etiam neceſſarium, quod enunciatiuæ, ad hoc vt probent, à perſonis ſuſpectis, & intereſſe habentibus non emanauerint, *Aretin. loco cit. Natt. conſil. 672. num. 41. Mantic. d. tit. 6. num. 23. Rot. in d. Brixien. feudi coram Cardinali Pamphilio, & deciſ. 405. num. 2. part. 1. recent. Beltramin ad d. deciſ. Greg. XV.* vbi teſtatur, ita plures in Rota deciſum fuiſſe; hoc tamen fallit, quando enunciatiuæ recipiunt præſumptionem, & fomentum ab ipſo actu, in quo fuit enunciatum, *Rota coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano deciſ. 386. in fine, in eius impreſſ. & in Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino*; ſecundo fallit vbi adeſſent coniecturæ, & adminicula, quæ ipſas enunciatiuas corroborarent, quia tunc, etiam ſi à perſonis ſuſpectis prolatæ fuerint, attenduntur, *Put. deciſ. 149. lib. 3. Achill. deciſ. 6. ad fin. de iurepatr. Rot. diuerſ. deciſ. 130. num. 2 par. 2. & coram Reuerendiſſimo D. meo Decano deciſ. 235 num. 6. & deciſ. 242. num. 2. inter eius impreſſ. & in d. Sorana beneficij coram R. P. D. meo Merlino.*

Quando vero enunciatiuæ ſunt plures, & a diuerſis perſonis non ſuſpectis emanatæ, & antiquiſſimæ plenè probant exiſtentiam iuriſpatronatus etiam contra tertium, vt firmatur in hac deciſione, & in alijs relatis *per Rot. in Nullius, ſeu Squillacen iuriſdictionis 4. Martij 1616. coram bon. mem. Andrea in Burgi Sancti Domni iuriſpatronatus 20. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, et infra coram Domino meo deciſ. 807. num. 2.* & in alijs.

Verùm licet enunciatiua vnica plenè non probet, tamen quando eſt antiquiſſima, probat ſemiplenè, vt firmatur in hac deciſione, & iunctis adminiculis facit plenam probationem, vt *infra coram Domino deciſ. 323. num. 10. quam refert, et ſequitur Beltramin. loco ſuperiùs allegato.*

D *Rot. deciſ. 728. num. 6. part. 2. recent. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 881. num. 20. Gregor. XV deciſ. 457. num. 1.
et ibi Beltramin num. 15. qui allegat hanc deciſionem, &
fuit dictum in Toletana diſmembrationis 9. Iunij 1623. co-*
34 *ram R. P. D. meo Pirouano*: limitatur tamen, quando
ſententia eſt nulla, vel iniuſta, quia tunc per eam non tol-
litur interruptio præſcriptionis inducta per litem motam,
vt ex deciſionibus adductis *per Beltramin. loco cit.*
E Hanc deciſionem ſequitur *Lotter. de re benefic. lib. 2. quaeſt.
14. num. 14.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Alerien. Beneficij.

Mercurij 4. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Fructuum perceptio, & quantitas, quomodo probetur.

CLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio plenè probatur per teſtes deponentes de viſu.*
2 *Teſtis vnicus facit adminiculum.*
3 *Fructus præſumuntur percepti per poſſeſſorem, & ſola poſſeſſio ſufficit, maximè concurrentibus adminiculis, & quòd bona ſint fructifera; ita vt poſſeſſori neganti fructus percepiſſe incumbat onus probandi num. 4. & num. 9. Limita, vt num. 10.*
5 *Fructuum quantitas probatur ex teſtibus deponentibus, illos iuxta ſolitum, & conſuetum aſcendere ad certam quantitatem, & quòd interfuerunt illorum diuiſioni.*
6 *Fructuum liquidatio probatur à ſolito, & per coniecturas.*
7 *Fructuum perceptio probatur per teſtes ſingulares.*
8 *Liquidationis fructuum in materia concurrentibus aliquibus coniecturis poteſt deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis.*

DECISIO CLXXIII.

PER ſententiam Rotalē fuit condemnatus Andreas ad dimittendū Vincentio beneficium ſimplex Sancti Saluatoris, & ad reſtitutionem fructuū à die motæ litis perceptorum: quos hodie, propoſito deſuper dubio, dixerunt DD. eſſe liquidatos ad annuam ſummam librarum 500. monetæ Ianuen.

Perceptio enim fructuū per Andream probatur per duos
1 teſtes de viſu *in ſummario Vincentij num. 1.* videlicet,
primum ſuper 2. & ſecundum iux. 12. *Bald. in l. 1. num.
22. vbi Salyc. in fin. num. 5. C. de fruct. & lit. expen.* qui
plenè probant, *ad l. vbi numerus ff. de teſtib. & cap. in
omni negocio, & cap. licèt vniuerſis, extr. eod.* & admini-
culatur iſta perceptio, tum ex confeſſione dicti An-
2 dreæ, de qua tertius ſup. 2. qui licèt vnicus facit admini-
culum; tum ex magna veriſimilitudine, quia Andreas
per d. ſententiam tanquam detentor fuit condemnatus
ad reſtituendum d. beneficium, & fructus d. Vincentio,
quæ fecit tranſitum in iudicatum, & cui fuit paritum
per dimiſſionem d. beneficij factam per inſtrumentum
3 22. Nouembris 1613. Ex qua poſſeſſione præſumitur
etiam fructus percepiſſe, ne illa reddatur inutilis, *Rot.
deciſ. 25. de prab. in nou. in Romana vineæ de Fabris 14.
Nouembris 1603. coram bon. mem. Litta, & in Bononien.
de Pannolinis 28. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Man-
zanedo,* in qua aliæ deciſiones recenſentur, & dicitur, ſo-
lam poſſeſſionem ſufficere, maximè coadiuuatam alijs
4 adminiculis, & quia bona erant fructifera, itaut An-
dreæ neganti onus probandi incumbat, *Neguſ. de pig.
2. memb. 3. par. princip. num. 19. verſ. ſed in hoc poſſet*
A *dubitari.* A Tempus etiam probatur ex dd. teſtibus,
nempè ex primo, *& 3. ſup. 2. à 7. aut 8.* annis citra,
qui teſtes fuerunt examinati de anno 1606. Summa
5 verò probatur ex primo iuxta 11. & 25. ex ſecundo
iuxta 12. & ex tertio iuxta 13. & ſuper 4. *in d. ſummario
num. 3.* qui deponunt, fructus beneficiorum S. Petri, &
S. Saluatoris aſcendere annuatim ad minus ad mille li-
bras iuxta ſolitum, & conſuetum, & quòd ſolent diui-
di æqualiter pro medietate, vt deponunt primus iuxta
21. & ſup. 2. ſec. iux. 13. & iux. 19. quòd fuit præſens
diuiſionibus, & ſup. 2. de medietate, & tertius iuxta
13. 18. & iux. 19. de intereſſentia, & ſuper 2. de poſſeſ-
ſione medietatis. Qui teſtes plenè probant, cum ſimus
6 in materia liquidationis fructuum, quæ eſt difficilis pro-
bationis, & quæ probatur à ſolito, & per coniecturas,

Caid

Cald. conſ. 323. *num.* 5. *lib.* 2. *Natt. conſ.* 536. *num.* 5. *ſpol. med. verſ. reperio etiam, Achill. deciſ.* 22. *de reſtit. ſpol. Cardin Seraphin. deciſ.* 955. *num.* 3. *deciſ.* 1132. *& deciſ.* 1245. *num.* 7. *Rota in Camerinen. ſpolij* 4. *Ianuarij* 1608. *coram bon. mem. Iuſto, in Maceraten. fructuum* 30. *Octobris* 1613. *in d. Bononien. de Pannolinis* 28. *Aprilis* 1614. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, vbi dicitur, Rotam ſequi paſsim *d. deciſ. Achill.* reprobata *deciſ. Verall.* 30. *part.* 2. *& in eadem Bononien.* 16. *Ianuarij* 1615. *co-*
7 *ram eod.* & admittuntur etiam teſtes ſingulares, *vt fuit dictum in Romana liquidationis fructuum* 26. *Octobris* 1592. *coram bon. mem. Orano*. Imò concurrentibus ali-
8 quibus coniecturis poteſt deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, *Bald. d. conſ.* 323. *num.* 4. *verſ. ſed ſuper fructibus non liquidatis, lib.* 2. *& in l. ſi fundum, in fin. C. de rei vendic. Roman. in l. admonendi, num.* 53. *verſ. item probatur quantitas fructuum, ff. de iure iuran. Rota in dicta Romana liquidationis fructuum coram Orano*, vbi quòd ita ſeruat Sacrum Palatium. Deducta contra dicta teſtium viſa fuerunt nimis remota, & ideo tanto minus admittenda in hac materia.

Quòd verò Eccleſia S. Saluatoris ſit vnita Eccleſiæ S. Petri, itaut ad Eccleſiam S. Petri ſpectent omnes fructus, non ſubſiſtit, quia in contrarium eſt ſententia R. P. D. mei Pamphilij. Nec facit ad punctum, quia hodie ex poſſeſſione Eccleſiæ S. Saluatoris percipiendi fructus eſt ius metiendum circa eorundem liquidationem.

Et ita deciſum vtraque parte pluries informante.

ANNOTATIO.

A Perceptio fructuum probatur ex ipſa poſſeſſione, quando
9 bona ſunt fructifera, & alius non eſt in poſſeſſione *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 615. *num.* 69. *Gregor. XV. deciſ.* 50. *num* 1. *et ibi Beltramin.* qui meminit huius deciſionis, *lit. C Rot. deciſ* 269. *num* 2. *part.* 1. *recent. et coram bon. mem. Cardinali Caualer. deciſ* 586. *num.* 1. *in Cæſarauguſtana penſionis* 8. *Nouembris* 1619. *coram Reuerendiſsimo Domino meo Coccino Decano, et in Carpen bonorum* 11. *Martij* 1622. *coram bon. mem. Remboldo*: niſi conſtaret, poſſeſſorem ſe non ingeſſiſſe in poſſeſſione fructuum, vel propter impedimentum, vel etiam voluntariè, tunc enim ex poſſeſſione non præſumitur fructuum perceptio, *vt fuit dictum in Romana fructuum* 4. *Nouembris.* 1613. *coram R P. D meo Pirouano, refert Beltramin. loco cit.*

B In materia liquidationis fructuum admittitur probatio à poſſibili, & conſueto, & ſufficiunt indicia, & coniecturæ quando conſtat de ipſorum perceptione, vt præter allegatos in hac deciſione, firmauit Rota *coram bon. mem Cardinali Caualer d deciſ* 586. *num.* 2. *in Romana vinea de Corbinellis* 28. *Ian.* 1619. *coram bon. mem Card Sacrato in Illerden. decimarum* 6. *Aprilis* 1620. *coram bon mem. Vbaldo, in Algaren diſmembrationis* 28. *Iunij* 1621. *coram Reuerendiſsimo Domino meo Coccino Decano, et infra coram Domino meo deciſ* 874. *num.* 3. *et deciſ.* 934. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana expeditionum, ſeu mercedis.

Mercurij 4. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Procurator non tenetur ſoluere notario mercedem expeditionum factarum pro ſuis dominis, niſi ex propria promiſſione, quæ non probatur ſufficienter ad hunc effectum ex libris earundem expeditionum.

SVMMARIVM.

1 *Libri detenti ex neceſsitate officij à perſonis authoritate publica deputatis fidem merentur.*
2 *Libri expeditionum notariorum A. C. probant ſolùm, quod expeditiones fuerint factæ, & datæ extra, non autem quòd fuerint per aliquem, ad quem non ſpectant, petitæ, ſeu de eius ordine confectæ.*
3 *Liber priuatus, & familiaris non probat pro ſcribente.*
4 *Notario aſſerenti, ſe rogatum de commiſsione ad eius vtilitatem faciente non creditur.*
5 *Expeditiones præſumuntur factæ ad inſtantiam eius, ad quem negotium ſpectat, non autem procuratoris.*
6 *Procurator non tenetur ad expeditiones niſi ex propria promiſsione, quæ non probatur per librum earundem expeditionum, & num. 7. & 12.*
8 *Notario pro mercede iudicis officium competit.*
8 *Officium iudicis datur loco deficientis actionis, & illius vim habet, & ideo non conceditur notario pro mercede, niſi contra eos, ad quos pertinent expeditiones, & ſcripturæ.*
10 *Officium iudicis, quod competit notario pro mercedis ſolutione, eſt nobile, & naſcitur ex quadam æquitate.*
11 *Conſuetudo non probata non releuat.*
13 *Procurator præſumitur procuratorio nomine contraxiſſe ſuper rebus ad dominum pertinentibus.*
14 *Procurator non obligatur, ſed ſolus dominus, quando ille, cum quo contraxit, ſciebat mandatum extare.*
15 *Soluens partem debiti non proprij ſibi non præiudicat, ita vt dicatur agnouiſſe debitum tanquam proprium.*
16 *Officium iudicis nobile datur actione deſtitutis.*
17 *Officium iudicis nobile nunquam cenſetur ſublatum, etiam ſublata actione, vel exceptione.*
18 *Procuratores, & ſollicitatores pro ſalario non conuento officium iudicis nobile implorare poſſunt.*

DECISIO CLXXIV.

DIXERVNT Domini, D. Torquatum non teneri ad ſoluendam ſummam à Fabio petitam pro mercede expeditionum, & ſcripturarum in eius Officio, dum erat Notarius A. C. pro diuerſis perſonis confectarum, de qua fuit eidem datum debitum in libris Officij. Quamuis enim notiſſimum ſit, dictos libros, videlicet expeditionum in Curia, & extra Curiam confici ad hoc præſertim, vt in fine cuiuslibet menſis videantur emolumenta Officiorum, de quibus participes ſunt Illuſtriſſimus D. Card. Camerarius, A. C. Montiſtæ, &
1 Maſſa communis Collegij Notariorum; ideoq. Domini firmauerint, eos vti detentos ex neceſſitate Officij, & à perſonis authoritate publica deputatis fidem mereri iuxta *l. Argentarius l. quadam §. nummularios, vbi Bart. in fin. ff. de eden. Alex. num.* 2. *Iacobin. num.* 5. *Iaſ. num.* 8. *Rip. in l. admonendi num.* 130. *verſ. primo caſu, ff. de iur. iur. cum allegatis per Surd. conſ.* 429. *num.* 38. *Card.*
2 *Seraph. deciſ.* 431. *num.* 5. eam tamen mereri dixerunt in eo ſolùm, vt probent, quòd dictæ ſcripturæ, & expeditiones fuerint confectæ, & datæ extra: quòd ſaltem negari non poteſt, vt per *Doct. in l.* 2. *C. de eden. & Card. Seraph. dicta deciſ.* 431. *num.* 6. ſecus verò in eo, quòd fuerint per aliquem, ad quem non ſpectant, petitæ, ſeu
3 de eius ordine, & mandato confectæ. Sunt enim in hoc pri-

priuati, & familiares, ideoque ad ſauorem ſcribentis nihil probant *vulg. l. exemplo, et ibi ſcriben. C. de probat. Bart. in l. admonendi num. 26. verſ. ſi verò, ff. de iur. iur.* cum quo tranſeunt *Doct. ibidem, vt Alex. num. 34. Iaſ. in repet. num. 111. Rip. 121. Curt. Iun. num. 38. Purpur. num. 190. Rota deciſ. 164. num. 3. & deciſ. vltim. num. 1. par. 1. diuerſ. & in Tudertina dotium 6. Iunij* 1605. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, prout in fortiori-
4 bus non creditur Notario aſſerenti, ſe rogatum de commiſſione ſibi facta, quia agitur de eius vtilitate *Dec. de communi conſ. 158. caſus num. 8. & in cap. quoniam contra num. 45. de probation. Menoch. lib. 2. præſumpt. 79. num. 18.* Et ſic in eis non potuit dari debitum D. Torquato de mercede, prout datum fuit per hæc verba, *Torquatus Florauantes debet*, quod tanto minus fieri potuit in liberculo (vt vocant) creditorum, qui extrahi-
5 tur ex dictis libris expeditionum; & huiuſmodi ſcripturæ, & expeditiones non ad Torquatum, niſi fortè reſpectu ſollicitudinis, & curæ, ſed ad alias perſonas pertinentes præſumuntur ad illarum inſtantiam cõfectæ *cap. conſtitutus vbi Abbas de teſtib. Menoch. præſumpt. 33. num.*
6 *7. lib. 2.* Nec ipſe tenetur, niſi vel ex propria promiſſione *Bart. in l. 1. §. ludi in fin. ff. de var. & extr. cogn. Becc. conſ. 27. num. 9.* vel vtili actione ex locato, *idem Bart. in d. §. ludi, & in d. l. argentarius num. 2. ff. de eden. & ibi Angel. eod. num. 1. & 2. Cagnol. in l. ſi librarius num. 49. ff. de reg. iur. Becc. d. conſ. 27. num. 4. & 9.*
7 Quæ tamen promiſſio, vel locatio ex dictis libris non probantur, & conſequenter Fabius non eſt audiendus
8 *Becc. ibid. num. 9. & 10.* Nec etiam Torquatus tenetur officio iudicis, quod competere Notario pro mercede, in *dicta l. argentarius* voluerunt *Alber. num. 1. in fin. Iaſ. num. 1. & 2.* Quamuis contrarium teneant *Bart. in d. §. ludi, num. 1. Cagnol. in d. l. ſi librarius num. 49. Becc. d. conſ. 27. num. 9.* Quia cum detur loco deficientis
A actionis A, & illius vim habeat quando ſuggerit æquitas *Doct. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Odofr. num. 4. in princ. gloſ. in §. præterea in verb. ſatisfieri Inſtit. de action. Alber. in rubr. ff. de var. & extr. cogn. num. 1. verſ. & vbicunque, Bart. in l. 4. num. 2. verſ. 1. C. de poſit.* non poteſt concedi niſi contra eos, ad quos per-
10 tinent expeditiones, & ſcripturæ, vt colligitur ex verbis *d. l. 1. in verbo dicere*, & naſcitur ex quadam æquitate, quæ non ſolùm hic deficit, ſed reſultaret iniquitas, quia vnus pro alio ſinè proprio cenſenſu teneretur ad *tot. tit. C. ne vxor. pro marit. & C. ne fil. pro patr.*

Prætenſa conſuetudo fidei dicti libri non probata, non re-
11 leuat *Salycet. in d. l. exemplo num. 1. circa fin. verſ. oportuit, Bertachin. in tract. de gabell. par. 4. num. 4. Dec. in cap. 1. num. 113. de probat. Purpur. in d. l. admonendi num. 200. verſ. ſed tamen*, in omni euentu dicti libri non probant, Torquatum fidē propriam adſtrinxiſſe, prout requiritur ad hoc, vt procurator teneatur *iuxta tex. in l. procurator qui euictione, & ibi gloſ. & Doct. ff. de pro-*
13 *cur. l. 2. §. in eum, ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinen.* in dubio autem præſumitur procuratorio nomine contraxiſſe ſuper rebus ad dominos pertinētibus *Bart. in l. ſi pupilli §. 1. num. 4. verſ. ſi verò non dicit, & ibi Bald. num. 8. verſ. ego dico ff. de neg. geſt. latè Decian. conſ. 85. num. 18. vol. 5. Surd. conſ. 19. num. 33. La-*
14 *derch. conſ. 36. num. 10* Præſertim quia Fabius, cum quo contraxit, ſciebat mandatum extare, quo caſo ſinè difficultate ſolus dominus obligatur *Bart. in d. l. ſi pupilli §. 1. num. 5. verſ. ſed ſi non haberet mandatum, & in l. quia in aliena §. ſi is qui putabat, ff. de acquiren. hered. Surd. d. conſ. 19. num. 34. et num. 40. Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. num. 17.* Tantò magis concurrentibus coniecturis, quòd Torquatus non adſtrinxerit fidem propriam, ſed Fabius ſequutus fuerit fidem eorum, ad quos negocia pertinebant, prout in caſu noſtro concurrunt, quia in partitis deſcriptis ad creditum Monaſterij Sancti Pauli videtur dicto Monaſterio credidiſſe, ibi, *pro eo, quod mihi debet Monaſterium, de anno præterito, & ad computum currentis anni*, & idem in alia, *pro partitis ſpectantibus ad Congregationem Caſ-*
15 *ſinen.* Non obſtant duo ordines per Torquatum directi campſori de ſoluendo cum ſolutionibus ſubſecutis, tùm quia non probatur illius ſcientia de partitis, ad eius debitum deſcriptis, & quòd ad illorum computum ſoluerit, tùm etiam quia non ob id ſibi præiudicauit in parte non ſoluta, nec illam videtur tanquam debitam agnouiſſe *l. fin. vbi Gloſ. et Bald. C. ne vxor. pro marit. gloſ. in l. non dubium, in verb. agnouerit, vbi Bart. et alij C. de teſtam. Surd. conſ. 212. num. 25. et conſ. 522. num. 16.*

Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Officium Iudicis nobile non datur, niſi illi, qui actione
16 deſtitutus eſt, *Roland. conſil. 1. num. 75. vol. 1. Oſaſch. deciſ. Pedemontan. 40. num. 7. Surd. de aliment. tit. 3. quæſtione 3. num. 24 Rota deciſ. 329 ſub num. 2. par. 1. recen-*
17 *tior.* & nunquam cenſetur ſublatum, etiam quòd ſit ſublata actio, vel exceptio *Iaſ. in l. vbi pactum, num. 13. & ſeq. C. de tranſact. Caſtren. conſil. 19. num. 72. & ſeq. lib. 3.* cum alijs *per Aſin. de execut. §. 31 cap. 33. num. 1.* quos ſecuta eſt *Rota in Romana ſalarij 23. Ianuarij* 1626. *coram bon. mem. Remboldo*, in qua dictum fuit, quòd li-
18 cet per reformationem ſanct. memor. Pauli V. *in tit. de Aduocat. & procurat. § 13.* caueatur, quòd procuratorea, & ſollicitatores quarumcumque cauſarum, ſalarium non conuentum petere nequeant; tamen per eam non prohibeantur pro huiuſmodi ſalario implorare officium Iudicis nobile, ſed tantum illud petere actione ex locato, & conducto.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſtoricen. Parochialis.

Lunæ 9. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Gratia quoad narratiuam, quòd beneficium vacet per aſſecutionem alterius incompatibilis, an, & quomodo debeat per impetrantem iuſtificari.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, quæ eſt fundamentum gratiæ, debet per impetrantem iuſtificari, etiam ſi contineat negatiuam num. 2. & num. 21. etiam ſi huiuſmodi narratiua eſſet difficilis probationis, & non vera, num. 22.*
3 *Narratiua gratiæ, vbi materia eſt obiectiua, plenè, & concludenter iuſtificari debet.*
4 *Reſeruationi vt ſit locus, narratiua debet plenè, & concludenter probari.*
5 *Impetratio certo modo dicitur, quæ fit ob non ſeruatam formam decreti de dimittendo, & ideo impetrans tenetur plenè, & concludenter probare non implementum dicti decreti.*
6 *Impetrans beneficium viuentis tenetur plenè, & concludenter probare.*
7 *Regula de annali in pœnam vt quis incidat, requiritur ple-*

plena, & concludens probatio.
8 *Decreto de dimittendo quando cenſeatur ſufficienter ſatiſfactum.*
9 *Beneficij primi incompatibilis non dimiſsio, et retentio vtriuſque per bimeſtre conſtare non poteſt, niſi conſtet de tempore capta poſſeſsionis ſecundi.*
10 *Vacationis tempus eſt præciſè probandum, quando ex eo inducitur reſeruatio.*
11 *Teſtis vnicus, et inueriſimilia deponens, et alijs contrarius nihil probat, et num. 23.*
12 *Vacatio primi incompatibilis vt inducatur, neceſſaria eſt poſſeſsio, non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam maioris partis bonorum ipſius.*
13 *Poſſeſsio maioris partis bonorum Eccleſiæ non probatur per teſtes deponentes de poſſeſsione bonorum indefinitè.*
14 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in teſte, & num. 25. Limita vt num. 26.*
15 *Vacatio non inducitur ex retentione vtriuſque beneficij incompatibilis per bimeſtre.*
16 *Impetrans beneficium tanquam vacans ob adeptionem ſecundi incompatibilis debet probare retentionem vtriuſque de tempore, in quo induceretur vacatio.*
17 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia, eſt præciſè probandum.*
18 *Reus exceptionis ſuæ fundamentum probare non tenetur, antequam actor intentionem ſuam fundauerit.*
19 *Parochialis retentio non probatur ex receptione fructuum.*
20 *Confeſsiones extraiudiciales non faciunt, niſi ſemiplenam, & quomodo probari debeant.*
24 *Teſtibus etiam plenè probantibus ex iuſta cauſa fides non adhibetur.*

DECISIO CLXXV.

FVIT 22. Iunij præteriti dictum, gra-
tiam Simonis eſſe iuſtificatam: & quia
reſolutio facta fuit ipſo ſolùm infor-
mante, cauſa iterum propoſita Do-
mini à dicta reſolutione receſſerunt.
1 Abſolutum eſt enim, narratiuam præ-
ſertim fundamentalem gratiæ eſſe iu-
ſtificandam per impetrantem ad vulg. *doctr. Ioan. Andr.
in cap. 1. de lit. conteſt. in ſexto, cum pluribus relat. per Gon-
zal. ad reg.* 8. *in annotat. contra nullit. num.* 228. *& ſeqq.
& Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 225. etiam ſi con-
2 tineat negatiuam, ad communem doctrinam *Bart. in l.
in illa, num.* 5. *ff. de verb. obligat.* vt de impetrante ob
non publicationem, *Rota in pluribus deciſionibus rela-
tis per Pariſ. de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 14 *num.* 5. *&* 49.
vbi de communiori, & in praxi recepta opinione; & ex
capite diſpenſationis, *Pariſ. conſ.* 138. *num.* 1. *&* 2. *lib.*
4. *Rota in Burgen. Canonicatus* 6. *Martij* 1606. *coram
Reuerendiſsimo Attrebaten.* & in ſpecie noſtra de impe-
trante ob non dimiſſionem in *Melten. Canonicatus* 16.
A *Iunij* 1586. *coram bon. mem. Cardinali Platto.* A Pro-
3 batio autẽ, cum materia ſit obiectiua, debet eſſe plena,
& concludens, *Rot. deciſ. fin. de except. in non. Verall. de-
ciſ.* 384. *par.* 2. & fuit dictum in *Salamantina penſionis*
29. *Nouembris* 1585. *coram Bubalo*, & ad inducendam va-
cationem per priuationem, *Gomeſ & Mandoſ. in reg. de
infirm. quæſt.* 36. *Pariſ. de reſignat. lib.* 12. *quæſt.* 7. *num.*
8. *& ſeqq. & facit deciſ. Card. Seraph.* 1356. *in princ.* ſed
4 etiam ad inducendam reſeruationem verbis expreſſis fa-
ctam per Sanctiſſimum in caſu non dimiſſionis in decre-
to, de quo infra, cui tamen reſeruationi vt ſit locus, re-
quiritur plena, & concludens probatio, ex deductis per
5 *Gonzal. vbi ſupra gloſ.* 11. *num.* 100. 101. *&* 102. & cũ
impetratio Simonis videatur certo modo facta, vt de
ea, quæ ob non ſeruatam formam decreti appoſiti in
indultis Cardinalium, refert in Rota fuiſſe reſolutum
Gonzal. d. reg. 8. *gloſ.* 15. *num.* 120. Ideo non implemen-
tum decreti de dimittendo eſt plenè, & concludenter ab
ipſo probandum, prout in impetrante beneficium vi-
6 uentis Rota requirit pleniſſimam probationem ex rela-
tis per *Mandoſ. conſ.* 20. *num.* 9. *verſ. quæ tanto magis, &
Gonzal. vbi ſupra num.* 123. *&* 124. & de probatione ad
7 incidendũ in pœnam regulæ de annali *Caſ. de Graſ. deciſ.* 7.
num. 5. *de cauſ. poſſ. & prop.* dictum autẽ non implementũ,
ſeu non dimiſſio Ioannis in manibus Sanctiſsimi, iuxta
eius decretum, parochialis Sancti Martini, quam obtine-
bat, infra duos menſes poſt captam poſſeſsionem paro-
chialis Sancti Adriani, de qua prouiſus fuit ex cauſa re-
ſignationis, quæ eſt narratiua ſubſtantialis gratiæ Si-
monis, non ſolùm non fuit ex eius parte probata, vt de-
beret, ſed pro eodem Ioanne ex ſupradictis (quod ſuffi-
ciẽs foret pro abſolutione) fuit probata dimiſsio præuio
eius legitimo mandato ad fauorem Michaelis Ruiz, &
expeditæ fuerunt literæ Apoſtolicæ prouiſionis dicti Mi-
chaelis de menſe Auguſti 1613. vt in ſumpto *in ſumma-
rio Ioannis num.* 10. quod fuit in hac diſputatione per
partes præſuppoſitum. Ex qua dimiſsione videtur ſa-
8 tisfactum decreto, cum aliàs ſufficiat, eam fieri etiam
in partibus io manibus Notarij, Rota in *Compoſtellana
Canonicatus* 10. *Maij* 1600. *coram Illuſtriſsimo D. Card.
Lancellotto relata per Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 15. *num.* 119.
& in eadem 20. *Iunij* 1602. *coram Reuerendiſſimo Pacen.*
Nec dicatur, illam fuiſſe verbalem, ex quo Ioannes poſ-
ſedit vtranque Eccleſiam poſt bimeſtre à die captæ poſ-
ſeſsionis ſecundæ, & ideo non impediri vacationem
iuxta formam dicti decreti, & *extrauag. execrabilis, §.
ſtatuimus, & ibi Gloſ. in verb. ex facto.* Nam teſtes Simo-
nis non videntur concludenter probare tempus captæ
poſſeſsionis ſecundæ Eccleſiæ, quod tamen eſt præci-
9 sè probandum; tum quia aliàs non poteſt conſtare de
non dimiſsione primæ infra bimeſtre, & de retentione
vtriuſque poſt illud, niſi appareat de dicto tempore ca-
ptæ poſſeſsionis, & ſic de principio *Bald. in l. de diuiſio-
ne in princip. verſ. ideo hæc lex, ff. ſolut. matrim. Soccin. in
l. ſi in diem, num.* 5. *verſ. & ideo dicimus, ff. de condit. &
10 demonſtr.* Tum etiam, quia tempus vacationis eſt præ-
ciſè probandum, quando ex eo inducitur reſeruatio, *Rot.
deciſ.* 46. *num.* 4. *par.* 2. *in nouiſſ. cum alijs latè per Gon-
zal. d. gloſ.* 11. *num.* 100. *& ſeqq.* Quòd autem dictum
tempus ex dictis teſtibus non probetur, patet; quia ex
primis primus deponit, quòd Ioannes aſſecutus fuit
poſſeſsionem Eccleſiæ S. Adriani, quod tamen dicit ſe
ſcire ex confeſsione extraiudiciali eiuſdem Ioannis ſibi
facta in Oppido de Granuccillo de menſe Martij, & A-
11 prilis 1612. & in hoc eſt vnicus, & inueriſimilia depo-
B nit, B cum Ioannes fuerit inſtitutus de dicta Eccleſia de
menſe Octobris ſubſecuto, & eſt contrarius alijs depo-
nen. de dicta poſſeſsione capta de menſe Octobris, vel
Nouembris; ſecundus verò non recordatur de menſe
captæ poſſeſsionis. Ex ſecundis autem teſtibus primus
non recordatur de die, licèt dicat de menſe Octobris, &
ſecundus concludit, ſe non interfuiſſe poſſeſsioni captæ,
licèt illuc acceſſerit, ſed ſibi relatum fuiſſe ab alijs, illam
captam fuiſſe; & ſic remanet ſecundus ex primis, qui
tamen tanquam vnicus nihil probat; ſed quatenus pro-
baretur poſſeſſio capta, tamen non videtur ſufficere,
niſi probetur, Ioannem aſſecutum fuiſſe non ſolùm libe-
12 rum exercitium curæ animarum, ſed etiam poſſeſsio-
nem maioris partis bonorum ſecundæ Eccleſiæ, *Caſſad.
deciſ.* 9. *num.* 2. *verſic. ſecus in aſſecutione ſecundi de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. Hoied. de incomp. benef. par.* 1. *cap.* 13.
num. 48. *& num.* 80. *verſic. tertiò declaratur; & latè
Garc. de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 123. Quorum pro-
ba-

Digitized by Google

batio nullatenùs refultat ex dd. teſtibus; nam quoad
poſſeſsionem maioris partis bonorum, licet dicant, Ioã-
13 nem adeptum fuiſſe poſſeſsionem bonorum ſecundæ Ec-
cleſiæ, eorum tamen depoſitio poteſt verificari ſolùm
in certa parte bonorum, & ſic in minori, cum non ſpe-
cificent omnia bona eiuſdem Eccleſiæ, nec quæ, & qua-
lia ſint: vt benè ad propoſitum dicit *Alex. conſ. 110. num.
1. verſ. quinimo dato, & ſeq. lib. 1.* Nam in teſtibus in-
14 definita non æquipollet vniuerſali *Card. Seraphin. deciſ.*
C 893. *num.* 22. C Reſpectu verò exercitij curæ anima-
rum eiuſdem ſecundæ Eccleſiæ, quia cum de illa non
deponant præcisè poſt lapſum duorũ menſium, qui fue-
runt dati Ioanni ad dimittendum, excepto vnico, qui
ideò nihil probat, illorum depoſitio verificari poteſt
15 etiam infra dictum bimeſtre, & ſic nihil concludit: cum
retentio vtriuſque Eccleſiæ infra dictum tempus non in-
ducat vacationem, etiam data pacifica adeptione ſecun-
dæ *Gabr. conſ. 193. num. 7. lib. 1. & Garc. vbi ſupra
16 num. 55.* & Simon debet probare retentionem vtriuſ-
que in illo tempore, in quo induceretur vacatio, iuxta
regulam, quòd tempus eſt præcisè probandum quan-
17 do eſt de ſubſtantia *Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt pro-
bari, num. 2. ff. de oper. nou. nunciat.* Card. *Seraph. deciſ.*
1172. *num.* 2. poteſt enim eſſe, quòd ante lapſum dicto-
rum duorum menſium ſuperuenerint moleſtiæ tales ſu-
per ſecunda etiam extraiudiciales, quòd ei non cucurre-
rit tempus datum ad dimittendũ primam, quòd & ideo
ipſe non fuiſſet obligatus illam dimittere, ne daretur ca-
ſus, quòd vtràque careret, vt per *Card. Seraphin. deciſ.*
997. *num.* 2. 3. 4. & 5. 9. & 11. de quibus moleſtijs,
quamuis concernentibus fundamentum ſuæ exceptio-
18 nis, non tenetur Ioannes docere, niſi poſtquam Simon
actor intentionem ſuam fundauerit *l. exceptionem, C.
de probat. cum alijs per Gabr. conſ. 38. num. 6. volum. 2.*
Præterea nec etiam probata videtur retentio prioris Ec-
cleſiæ, nam cum teſtes non concludant retentionem cu-
19 ræ animarum, quamuis retinuerit poſſeſſionem bono-
rum, hoc tamen non inducit vacationem: quia id facere
potuit non tanquam Curatus, ſed ex alia cauſa proba-
bili, nempe ne dicti fructus perirent, vel ab alijs occu-
parentur, ſed ſalui remanerent ſucceſſori, vt per *Ge-
min. conſ. 106. num. 10. ad med. verſ. vel dic, quòd etiam
excuſat*; & ideò ex perceptione fructuum, præſertim
ſtante ſupradicta verbali dimiſſione non arguitur reten-
tio parochialis, ſed ſolùm tenetur Ioannes ad illos re-
ſtituendos ſucceſſori, *vt in terminis dictum fuit in ſupra
allegata Meliten. Canonicatus coram Platto*. Ex præmiſ-
ſis videtur ceſſare motiuum, quòd dimiſſio fuerit facta
poſt duos menſes a die captæ poſſeſſionis dictæ ſecundæ
Eccleſiæ, quia Simoni (vt dictum fuit) prætendenti va-
cationem ob non dimiſſionem, ſpectat onus probandi,
Ioannẽ aſſecutum fuiſſe liberum exercitiũ curæ anima-
rum, & poſſeſſionem omnium, vel maioris partis bo-
norum. Præteoſæ confeſſiones extraiudiciales Ioannis,
quòd nolebat dimittere Eccleſiam, donec eſſet coactus,
prout etiam continet prætenſa relatio nuncij exequu-
toris citationis Rotalis, non ſunt probatæ per teſtes de
20 loco, tempore, & verbis conteſtes, & probatæ non in-
ducerent niſi ſemiplenam; & tamen plena, & exactiſſi-
ma probatio eſſet neceſſaria, vt dictum eſt. An autem
inducta fuerit vacatio ea eo, quòd per dictum Simonem
ſteterit, quin aſſecutus fuerit poſſeſſionem liberam tam
omnium bonorum, quàm exercitij curæ animarum,
cum per exequutorem fuerit inſtitutus 19. Octobris
1612. & eadem die decretum mandatum de immitten-
do ad eius fauorem, poterit particulariter videri, quia
partes ſuper hoc non informarunt.
Et ita deciſum fuit, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quòd narratiua gratiæ ſit iuſtificanda ab impetrante, &
21 quidem concludenter, etiã quòd contineat negatiuam, latè
*Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 21. & ſeq. Greg.
XV. deciſ. 210. num 1. & ibi Adden. num. 5. & deciſ. 242.
num. 1. & ibi Adden. num 10. & deciſ 288. num. 1. & de-
ciſ. 490. num 7. Rota deciſ. 589. num. 8. part. 1. & deciſ.
323 num. 3. & deciſ. 422. num. 2. part. 2. recent. et fuit di-
ctum in Terulen. parochialis 4. Decembris 1623. coram
R. P. D. meo Merlino, in Farſen. ſeu nullius Monaſterij
et Prioratuum 26. Aprilis 1624. coram bon. mem. V baldo, in
Bracharen. beneficij 22. April. 1624. coram bon. mem. Rem-
boldo in Leodien. canonicatus S. Dionyſij 25. Maij 1626. corã
R. P. D. meo Pirouano, et in Boſſanen. Parrochialis 17.
Maij 1627. coram R. P. D. meo Virili*, in qua aliæ con-
cordantes deciſiones referuntur, & infra *corã Domino meo
deciſ 264. num. 1. & deciſ. 797. num. 9.* & in terminis de
narratiua, quod quis tenuerit duo beneficia incompatibi-
lia abſque diſpenſatione, quòd ſit iuſtificanda, licèt con-
tineat negatiuam *Rot. deciſ. 37. num. 4. part. 2. recent. Gre-
gor. XV. deciſ 13. num. 11. et infra coram Domino meo
deciſ 248. num. 4.* quod procedit, etiam ſi huiuſmodi nar-
22 ratiua eſſet difficilis probationis, & non vera, Rota *in
Acheruntina parochialis 19. Aprilis 1613. coram Cardina-
li Sacrato* quam refert & ſequitur *Beltramin. in addit. ad d.
deciſ 13. Gregor. XV. num 12.* & fuit etiam dictum in al-
legata *Bracharen. beneficij 22. Aprilis 1624. coram
Remboldo*.

B Teſtis inuerisimilia deponens redditur ſuſpectus de falſo,
23 & ideo eius dicto fides non adhibetur, *Abb in cap quia
veriſimile, num. 3. de præſumpt. Dec. conſil. 94. num. 2.
verſ ſecundò in dictis teſtium. & conſil. 684. num. 5. Iaſ.
in l. ſi extraneus num. 8. ff. de condict. cauſ dat. Aym. con-
ſil. 78. num. 1. conſil 115. num. 12. et conſil. 134. num. 36.
Menoch de arbitr caſ. 174. num. 59. Maſcard. de probat.
concluſ 1369. num. 1. Caputaq. deciſ 276 num 6. part. 3.*
quos ſecuta eſt Rota *in Perusina laudi 23. Ianuarij 1619.
coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio, cum alijs
per Farinac. de teſtib quæſt. 65 num. 144.* Quod procedit
licet teſtes eſſent plures, quia nihilominus illis inueriſi-
milia deponentibus non creditur *Dec. d. conſ 94. Gabr.
conſil. 159. num. 14. lib 1. Maſcard d. concluſ 1364. num.
13. Farinac. d. quæſt 65. num 147. Rota in d. Perusina lau-
di coram Illuſtriſſ D meo Cardinali Veroſpio*, cum etiam
24 teſtibus plene probantibus ex iuſta cauſa fides non adhi-
beatur, *Bart. in l huius; num. 3.* & ibi etiam *Bald in 2.
notab et Caſtren. num. 4. ff de his, qui not. infam.* iuſta
autem cauſa dicitur, quando rem non veriſimilem depo-
nunt: *Curt. Iun. conſ 52. num. 8. Aym. conſ 75. num. 22.*

C Indefinita nõ æquipollet vniuerſali in teſtibus, quia debẽt
25 concludere per neceſſe, *Rot deciſ 687. num. 20. part 2.
recent. in Parmen ſtatus 16. Martij 1618. coram bon mem.
Cardinali Sacrato, et infra coram Domino meo deciſ. 676.
num. 7.* & hoc procedit etiam in inſtrumentis, quæ teſti-
bus in hoc caſu æquiparantur *Oldrad. conſ 100. Abb. in
cap. 2. num 6. de coniug lepros Natt conſ. 164 num. 25.
Maſcard. de probat. concluſ 1200. num. 12. et ſeq. Menoch.
conſ 73. num. 2. et 16.* cum alijs per *Surd conſ. 431. num.
69.* limitatur tamen d. concluſio, quando teſtis deponit
26 relatiuè ad articulum, per quem indefinita declarari po-
teſt *Felin* qui exemplificat *in cap. auditis, num. 24. ad fin.
verſ quod autem dictum eſt, de præſcript. Alex conſil 88.
num. 26 lib. 5. & ibi Adden. lit. HH Dec. conſ. 100. ſub
num. 10. verſ. ſed ad hoc Gregor. XV. deciſ. 149. num. 2.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bo-

Boianen. beneficij.

Veneris 13. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Declaratoria datur ob non paritionem mandato de manutenendo; & ſufficit ad hunc effeſtum, quòd huiuſmodi mandatum intimatùm fuerit à quolibet clerico: & ſtatur eius relationi, etiam ſi poſtea illam cum iuramento reuocauerit.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, ſeu intimatio perſonalis requiritur, ad incurrendam excommunicationem ob non paritionem mandato de manutenendo.*

2 *Intimatio mandati de manutenendo fieri poteſt à quolibet clerico.*

3 *Nuncio dicenti contra ſuam relationem non ſtatur, & num. 6.*

4 *Teſtis depoſitioni prima ſtatur, non autem ſecundæ etiam iuratæ; etiam ſi ſecundam in tormentis ratificauerit, num. 7.*

5 *Notario aſſerenti inſtrumentum à ſe confectum eſſe falſum, non creditur, & num. 8.*

9 *Sententia lata in iudicio criminali, per quam inſtrumentũ falſum declaratum fuit, non præiudicat tertio dicto inſtrumento vtenti in illo iudicio non citato.*

10 *Notarij confeſſio veriſimilis, & adminiculata probat inſtrumenti falſitatem in tertij præiudicium.*

DECISIO CLXXVI.

AD impediendam declaratoriam petitam pro parte Pauli contra D. Anibalem ob non paritionem mandato de manutenendo ad fauorem D. Pauli relaxato ſeruatis terminis ſolitis iuxta *deciſ. Caſſad.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſſ. & propr. cum vulg.* opponebatur de
1 defectu citationis, ſeu intimationis perſonalis, ſine qua non poteſt procedi, cum ad eam certa, & indubitata ſcientia requiratur *Innoc. in cap. fin. de eo qui mit. in poſſ. Rot. deciſ. vnic. num.* 3. *de ferijs in nou.* Caſſad. *deciſ.* 2. *num.* 4. *de penſ. & deciſ.* 1. *num.* 2. *de præben.* Verùm defectus iſte viſus fuit ceſſare ex relatione Clerici Franciſci in-
2 timationis perſonaliter dicto D. Annibali factæ cum præſentia trium teſtium, qui etiam ſe in illa ſubſcripſerunt: cui propterea eſt ſtandum, cum in mandato huiuſmodi intimatio omnibus, & ſingulis etiam clericis committatur, de quo dubitatum non fuit. Non obſtat,
3 quòd idem Franciſcus poſtea (vt ſupponitur) reuocauerit d. relationem, aſſerens ſe aliter non intimaſſe; quia
4 ſtandum eſt dictæ relationi, ſicuti ſtatur primæ depoſitioni teſtis, & non ſecundæ etiam iuratæ, vt poſt *Innoc. & Oſt. in cap. præterea de teſtibus cogen. Rota deciſ.* 19. *de teſtibus in nou. & part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 346. *num.*
A 2. vbi de communi A, nec creditur notario aſſerenti,
5 inſtrumentum à ſe confectum eſſe falſum *Caſtr. in l. Seia in princ. num.* 2. *ff. ad Velleian. Guid. Pap. deciſ.* 433. *in fine Rota in illa Placentina* Cappellaniæ 19. *Nouembris*
B 1603. *coram* Cardinali *Pamphilio* B, & in ſpecie quòd
6 non credatur nuncio dicenti contra ſuam relationem,
C ſeu citationem *Bart. conſ.* 86. *part.* 1. C, Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Rota *deciſ.* 167. *ſub num.* 10. *part.* 1. *et deciſ.* 413. *ſub num.* 3. *part.* 2. *recent Caſ. de Graſſ. deciſ.* 8. *num.* 1. *de teſtib. latè Farinac. de teſtib quæſt.* 66. *num.* 124. *et ſeqq.* & hoc procedit, etiam ſi vltimum dictum fuerit à reo in tormen-
7 tis ratificatum, *Cephal. conſil* 234. *num.* 13. *lib.* 2. *Honded. conſil.* 103. *num* 38. *ad med. lib.* 1. *Rota in Bononien. legati* 21. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Dunozetto.*

B Aſſertio notarij, quòd inſtrumentum à ſe confectum ſit
8 falſum, tertio non præiudicat, quia illi non creditur, *Roland. conſil* 58. *num.* 11. *et conſ* 85. *num.* 6. *vol.* 2. *Burſatt. conſil.* 311 *num* 99. *Surd. deciſ* 107. *num.* 1. *et deciſ.* 135. *num.* 2. *Gabr. de maleſic concluſ* 32. *num.* 5. *Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap.* 344. *num.* 23. & fuit reſolutum *in d. Bononien legati* 21. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Du-*
9 *nozetto.* Imo neque ſententia lata in iuditio criminali contra ipſum notarium, per quam inſtrumentum fuit declaratum falſum, præiudicat tertio dicto inſtrumento vtenti in illo iudicio non citato *l.* 2. *C. de fid. inſtrument. Menoch. conſil.* 49. *num.* 12. *& ſeq. Surd d. deciſ.* 135. *num.* 3. *Gabr. d. concluſ* 32. *num.* 6. *Carpan ad d. cap.* 344. *num.* 24. *Rota deciſ.* 58. *ſub num.* 4. *poſt* 2. *vol conſ Farinac. in Romana vineæ de Carcarafio* 2. *Ianuarij* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo in Bononien. legati* 15. *Decembris* 1623. *coram bon. mem. Dunozetto, & in eadem cauſa* 27. *Martij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*; nec ſufficit, quòd tertius habuerit ſcientiam cauſæ criminalis ſuper falſitate, ſed requiritur, quòd fuerit citatus, adhoc, vt proceſſus, & ſententia illi præiudicent. *Corn. poſt alios conſil.* 261. *ſub num.* 26. *verſ ſed hoc non obſtante. & num.* 27. *& ſequent. vol.* 4. *quem refert, & ſequitur Rota in d. Bononien. legati coram R. P. D. meo Merlino.* Verùm confeſſio no-
10 tarij probat inſtrumenti falſitatem in præiudicium tertij, quando eſt veriſimilis, & adminiculata iuxta tradita per *Surd. d. deciſ.* 107. *num.* 7 *&* 8. *& d. deciſ* 135. *num.* 4. 5. *&* 6. debet tamen concurrere magna veriſimilitudo, & coniecturæ valdè vrgentes, vt dixit Rota *in d. Bononien. legati coram R. P. D. meo Merlino.*

C Nuncio dicenti contra ſuam relationem, non creditur, *Berous conſil:* 19. *ſub num.* 33. *vol.* 3. *Burſatt. conſil.* 198. *num.* 26.

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Ferrarien. dotis.

Veneris 13. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Attẽtata dicuntur geſta poſt inhibitionem Rotalem. & quando intret arbitrium pro illorum reiectione.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, ſemper eſt timenda, & latè ſub num.* 9.

2 *Arbitrium exercet Rota pro reiectione attentatorum quando de illis clarè conſtat.*

3 *Inhibitio Rotalis ſi appareat iuſta, vt quia à grauamine dabatur appellatio, eo magis timenda eſt.*

4 *Attentatorum reuocatio non impeditur, niſi conſtet de non iure eam petentis, vel per confeſſionem, vel rem iudicatam.*

5 *Sententia vnica verborum ſtructura concepta, & non per capita diſtincta ſi appareat in parte iniuſta, dicitur in totum iniuſta, etiam ſi alias conſtaret de bono iure.*

Atten-

6 *Attentatam poteſt dicere executionẽ principalis debitor, etiã ſi ſententia non fuerit contra ipſum lata, ſed contra alios, quos ipſe releuare tenetur.*

7 *Attentata vltra Iudicis Maieſtatem lędunt ius partis, quãdo executio fit contra formam reſcripti prouidentis eiuſdem partis præiudicio.*

8 *Arbitrium non exercet Rota pro attentatorum reuocatione ad tollen. ius parti quæſitum ex reſcripto Signaturæ.*

DECISIO CLXXVII.

DVBITAVI, an eſſet locus arbitrio pro reiectione attentatorum iuxta formam commiſſionis per Catherinam obtentæ, & DD. negatiuè vnanimiter reſponderunt. Nam clarè conſtat de attentatis commiſſis per eandem Catherinam filiam, & hæredẽ Cęcilię. Cum enim cauſa appellationis à ſententia lata per Vicarium Ferrariæ ſuper executione ſententiarum ad fauorem dictæ olim Cęciliæ latarum, fuiſſet vltimo loco per Sanctiſsimum in Rota cõmiſſa ad inſtantiam Claudij pupilli authoris, ſeu neceſſarij defenſoris reorum conuentorum, cum facultate procedendi ad legitimam executionem: & commiſſa etiam fuiſſet citatio cum inhibitione in forma, & in partibus contra Cæciliam principalem & illius procuratorem perſonaliter executa 24. Ianuarij 1614. *vt in ſummario Claudij num.* 2. Nihilominus ſub die 28. dicta Catherina, vt ſupra citata, inhibita in in vim cuiuſdam ordinis extorti ab eodem Vicario contra Rondinellum affictuarium, & ſequeſtratarium bonorum Herculis vnius ex reis cõuentis, & ad cuius releuationem dictus Claudius tenetur, exegit libras 2041. & ſolidos 15. mediantibus cedulis bancharijs, de mandato dictæ Catherinæ per dictum Rondinellum conſignatis nonnullis nominatis in inſtrumento *in dicto ſummario num.* 3. & ſic in ſpretum citationis, & inhibitionis Rotalis, ac pendentiæ litis in hoc Tribunali,
1 cuius notorius eſt ſtylus, quòd inhibitio ſiue iuſta, ſiue
A iniuſta ſemper timeatur A, *Put. deciſ.* 385. *lib.* 2. *in nouiſſ. Verall. deciſ.* 93. *par.* 2. *Lancellott. de attent. cap.* 20. *ampliat.* 11. *num.* 2. *cum ſeqq. Mandoſ. de inhibit. quæſt.* 20. *num.* 2. Et conſequenter dicta executio, & exactio vti attentatæ veniunt reuocandæ ex vulgar. Et
2 cum attentata ex prædictis clariſſima appareant, Rota non exercet arbitrium pro illorum reiectione, *vt fuit dictum in Toletan. parochialis* 26. *Iunij* 1609. *coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Cæſarauguſtana diſmembrationis* 23. *Ianuarij* 1610. *coram Reuerendiſſimo*
3 *D. meo Damaſceno*. Tanto magis, quia conſtat etiam de iuſtitia dictæ inhibitionis ex duabus reſolutionibus in hac cauſa factis, prima videlicet 14. Martij 1614. quòd non eſſet locus vlteriori executioni ſententiarum ad fauorem Cæciliæ, quia cauſa erat appellabilis, nec intrabat ſtatutum Ferrariæ de duabus conformibus; alia verò 4. Maij 1615. quòd non conſtaret de credito dotali Cæciliæ; ex quo detecta fuerat iniuſtitia ſententiarum de partibus ad eius fauorem latarum in hypothecaria pro reſtitutione eius dotis contra dictos reos conuentos tertios poſſeſſores. Et licèt in dicta reſolutione dictum fuerit, conſtare de credito Cæciliæ reſpectu ſcutorum 500. ei per matrem in teſtamento relictorum; tamen vltra quòd non fuit reſolutum, Cæciliam poſſe experiri hypothecaria pro huiuſmodi credito ſuper orizijs, de quibus agitur, ſeu illorum precio, exinde non dicitur de illius bono iure conſtare, quia non habet pro ſe con-
4 feſſionem partis, vel rem iudicatam, ex quibus conſtare poſſit de non iure petentis reuocationem attentatorum, prout ad illam impedien. requiri, tradit *Lancell. de attent. cap.* 24. *quæſt.* 1, *num.* 65. *cum ſeq. & dixit Rota vt per Card. Seraph. deciſ.* 1306. *num.* 6. *& in Pientina iuriſpatronatus* 9. *Martij* 1598. *coram Corduba, in Elnen. hæreditatis* 27. *Iunij* 1603. *coram Illuſtriſſimo Card. Millino, in dicta Cæſarauguſtana diſmembrationis coram Reuerendiſſimo Damaſceno, & in Parmen. ſtatus* 30. *Aprilis*
B 1610. *coram Reuerendiſſimo D. Bononien.* B, Vltra
5 quòd dictæ ſententiæ tanquam vni a ſtructura verborum conceptæ, & non per capita diſtincta, data iniuſtitia in parte, remanent iniuſtæ in totum, & exequi non poſſunt *ad not. per Cin. & Salycet. in l.* 2. *C. de re iud. Put. deciſ.* 315. *lib.* 1. *in nouiſſ. Rot. deciſ.* 221. *num.* 1. *& deciſ.* 315. *num.* 5. *par.* 2. *diuerſ. & facit deciſ.* 33. *num.* 6. *& ſeqq. eadem par.* 2. *diuerſ.* etiam ſi aliàs conſtaret de bono iure *Chiſan. deciſ.* 172. *Seraph. deciſ.* 1168. *num.* 11. Ex quibus ſequitur, quòd non ſolùm non eſt iuſtificata commiſsio dictæ Cæciliæ, in qua petijt committi reiectionem attentatorum, conſtito de bono iure, ſed potiùs videtur iniuſtificabilis, cum per deciſionem Rotalem videatur detecta iniuſtitia dictarum ſententiarum. Nec obſtat, quòd Claudius non poſſit dicere attentatam executionem dictarum ſententiarum, ex quo non fuerunt latæ contra ipſum, ſed contra Her-
6 culem, & Riccium; quia imò poteſt, cum eos releuare teneretur *Dec. conſ.* 33. *num.* 4. *circa med. verſic. ex his præmiſſis, & latè Lancell. de attent. cap.* 20. *limitat.* 6. Et verba commiſſionis tollunt omnem difficultatem, quia per eam auocatur cauſa a quibuſcunque Iudicibus de partibus pro intereſſe Claudij, & dictorum condemnatorum, cum clauſula de procedendo ad legitimã executionem, data tamen per hæredes d. Cæciliæ idonea cautione de reſtituendo in euentum ſuccumbentiæ: & ſic expreſsè comprehendit dd. Herculem, & Riccium, contra quos fuerat per alia reſcripta commiſſa cauſa executionis, & ſuper executione pronunciatum tàm per Rotam, quàm per Vicarium Ferrariæ, vt in dicta commiſſione narratum fuit. Imò conſiderabant
7 Domini, non ſolùm eſſe offenſam Iudicis maieſtatem, ſed etiam læſum ius partis: quia poſt cauſam commiſſam in Rota cum dicta facultate procedendi ad legitimam executionem ad fauorem hæredum Cæciliæ, data cautione de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, Catherina dictas pecunias attentatè extorſit, vt ſupra, & ſinè dicta cautione, quod nec etiam Rota (quatenus fuiſſet locus executioni) facere poterat. Et ideo non po-
8 teſt exerceri arbitrium pro reiectione attentatorum ad tollendum ius parti quæſitum ex dicta clauſula de procedendo ad executionem, data cautione, ex latè traditis per *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 48. *per tot.*

Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta cauſat attentata,
9 vt fuit ſæpiſſimè dictum in Rota; hæc autem concluſio habet ſuas ampliationes, & limitationes.

Ampliatur primò, vt cauſet attentata etiam in illis caſibus, in quibus de iure appellatio non datur, *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 11. *num.* 9. *& ſeq. Rot. deciſ* 670. *num* 3. *part.* 2. *recent & in Senogallien. bonorum* 14 *Aprilis* 1617. *coram bon. mem Remboldo & obtinui in Veneten ſeu nullius Monaſterij* 27. *Nouembris* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Secundò ampliatur, etiam ſi Iudex, qui inhibuit, careret iuriſdictione, ſaltem donec non conſtet clarè, quòd careat iuriſdictione *Lancellott. d. ampliat.* 11. *num* 57. *et ſeq. Rot. coram bon. mem. Card. Caualer. deciſ.* 543. *num* 3.

Ter-

Google

Tertiò ampliatur etiam in inhibitione emanata vigore commiſſionis ſubreptitiæ, & nullæ, nempè impetratæ vigore appellationis à ſententia nondum lata *Achill deciſ. 7. de attentat. et deciſ. 29. de appellat. Rot. deciſ. 762. num. 1. part. 4. diuerſ.* in qua reprobantur aliæ antiquæ deciſiones contrarium tenentes, & eandem deciſionem 762. *ſecuta eſt Rota coram Gregor. XV. deciſ. 19. num.* 8.

Quartò ampliatur, etiam ſi faciens actum contra inhibitionem non ſit nominatus in commiſſione, cuius vigore inhibitio emanauit, ſi habuit cauſam à iudice inhibito, vt puta ſi ab eo fuerit inſtitutus. *Rot deciſ. 328. num. 2. part. 1. recent.*

Ampliatur quintò, etiam quòd inhibitio Iudici præſentata non fuerit, ſufficit enim, illam fuiſſe parti intimatam *Rot. d. deciſ. 762. num. 2. part. 4. diuerſ* & fuit dictum *in Tullen. Scholaſtriæ 5. Iulij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo.*

Ampliatur ſextò, vt ſufficiat, inhibitionem eſſe procuratori intimatam, quia geſta per principalem, poſtquam de huiuſmodi inhibitione à ſuo procuratore certiorari potuit, ſunt attentata, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 3. de cauſ. poſſeſſ. et propriet. Gregor. XV. deciſ. 435. num. 2. Rota in Bobien. parochialis 27. Iunij 1611. coram Cardinali Sacrato impraſſ. apud Marcheſ de commiſſ part 1. pag. 963. num. 2.* licet contrarium dixerit *coram Cardinali Caualerio deciſ. 499. ſub num.* 1. nulla facta mentione prædictatum deciſionum anteriorum.

Limitatur primò regula prædicta, quando agitur vigore obligationis Cameralis, vel guarentigiæ: tunc enim geſta ab A.C. poſt inhibitionem Rotalem non ſunt attentata, ſi in commiſſione, cuius vigore introducta eſt lis in Rota, & emanauit inhibitio Rotalis, non eſt facta expreſſa mentio Cameralis obligationis, vel guarentigiæ, *Lancellott d. cap. 20. limit. 15. num 3. Seraphin. deciſ. 53. Rot deciſ 641. ſub num. 11. verſ quòd autem lis, part. 1. diuerſ. & deciſ. 120. num. 6. poſt Zacch. de obligat. Cameral* hoc tamen procedit, quando eſt clarum, facultates A.C. intrare, ſi enim eſſet dubium, inhibitio Rotalis timenda foret, & geſta poſt eam eſſent attentata, vt declaratur *in d. deciſ. 53. Seraphin. et in d. deciſ. 120. num. 5. poſt Zacch. de obligat Cameral. Cardinal. Caualer deciſ. 611. num. 1.* & dicitur clarum, quando adeſt inſtrumentum publicum, *Rot. d. deciſ. 641. num. 13. in fine part. 1. diuerſ.*

Limitatur ſecundò, vt inhibitio Rotalis non cauſet attentata, quando emanauit vigore commiſſionis conditionalis, *Gregor. XV. alijs relatis deciſ. 119. num. vlt.* & ideo inhibitio Rotalis emanata vigore commiſſionis expreſsè continentis clauſulam, *Non retardata executione*, vel *ſinè præiudicio legitimæ executionis*, non cauſat attentata *Caſ de Graſſ. deciſ. 3. in fin. de ſent. et re iud. Lancellott. de attent. poſt inhibit. d. cap. 20. limit. 12. num. 2. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. in annot. contra nullit. et attent. num. 224. Beltramin ad d. deciſ. 119. Gregor. XV. num. 11. Scacc. de appellat. quæſt. 19 rem. 1. concluſ. 4 num. 15. et quæſt. 20. num. 20. in fine*, & fuit dictum *in Spoletana attentatorum 5. Iunij 1599. coram Corduba, et in d. Ceneten ſeu nullius monaſterij 27. Nouembris 1626. coram R. P. D. meo Merlino*, & idem eſt in commiſſione ſignata cum clauſula, *Prout de iure, Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 17. num. 67. verſ. hæc tamen, Scacc. d. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. num* 17.

B Idem fuit dictum *in Lunen Sarzanen. iuriſpatronatus 22. Iunij 1615. coram bon mem. Remboldo, in Brixien. iuriſpatronatus 3. Aprilis 1623. coram R. P. D. meo Nauarro, in Leodien. dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & ſupra coram Domino meo deciſ. 4. num. 9.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

DECISIO CLXXVII.

Aretina Cappellaniæ.

Mercurij 18. Maij 1616.

Ius patronatus quando cenſeatur probatum ex centenaria, & per famam, ex enunciatiuis, antiquis, & teſtibus cum quadragenaria: & per ſententiam Ordinarij illius declaratoriā.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus debet concludenter probari, quando in gratia adeſt clauſula*, Conſtito tamen, quòd Capella ſit de iure patronatus ex fundatione, vel dotatione.

2 *Præſentandi poſſeſſio centenaria intelligitur deducto tempore, pro quo* Cappella *fuit vti libera poſſeſſa, & num.* 4. *Item deducto tempore litis ſuper ſtatu* Cappellæ *num.* 8.

3 *Præſcriptio in incorporalibus interrumpitur, quando ille contra quē erat cœpta, impedit præſcribentem vti ſeruitute.*

5 *Patronus ratificaſſe dicitur collationem tanquam de re libera, ſi eam ſciuit, nec impediuit.*

6 *Iuri patronatus non præiudicat prouiſio Apoſtolica, vti de beneficio libero. Quando autem prouiſio dicatur vti de beneficio libero, vide num.* 7.

8 *Litis tempus deducendum eſt, tàm in teſtibus, quàm in inſtrumentis, quæ ex tempore vires aſſumunt, & nu.* 19.

9 *Lis non dicitur terminata per ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, ſi ex actis non iuſtificetur, vel ſit iniuſta.*

10 *Lis non dicitur finita per ſententiam, quæ non fuit executa.*

11 *Ius patronatus non probatur ex præſentationibus, niſi excedant centum annos.*

12 *Enunciatiuæ vt probent, eſſe debent ſupra centum annos.*

13 *Enunciatiua vnica non probat, etiam ſi ſit Papæ.*

14 *Enunciatiua procedens ab habente intereſſe, non probat.*

15 *Teſtis de auditu non probat iuſpatronatus, præſertim ſi non deponat ante motam litem.*

16 *Fama vt probetur, teſtes deponere debent per verba præteriti perfecti, non autem præſentis, vel præteriti imperfecti.*

27 *Pro quadragenaria poſſeſſione non ſufficit vnica præſentatio, etiam probata fama.*

28 *Sententia iniuſta non nocet Eccleſiæ, vel ſucceſſori circa eiuſdem Eccleſiæ libertatem, præſertim ſi appareat, non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem, nec citatum procuratorem menſæ Epiſcopalis.*

DECISIO CLXXVIII.

AD docendum de iurepatronatus Laicorum Cappellaniæ controuerſæ SS. Matthæi, & Catharinæ de Floriano, pro Marcello adducebantur. Primò præſētationes (vt ſupponebatur) continuatæ, centum, & vltra annorum ſpatio effectum ſortitæ. Secundò, enūciatiuæ ſimiliter (vt ſupponebatur) antiquiſſimæ, habentes vim famæ, & teſtes de fama, cum quadragenaria. Tertiò, duæ declaratoriæ d. iuriſpatronatus, videlicet, vna Ordinarij Aretini, altera verò Epiſcopi Feſulani Delegati Apoſtolici, mediante ſententia diffinitiua, quæ (vt dicebatur) tranſiuerat in iudicatum. Quibus tamen non obſtantibus cenſuerunt DD. non conſtare de iurepatronatus; non enim videbatur ſatisfactum Conc. Trid. minùſq. clauſulæ appoſitæ in gratia Apo-
1 ſtolica Marcelli, videlicet, *verificato prius, quòd dicta Cappella eſſet de iurepatronatus ex dotatione, vel fun-*

 da-

dationis, quæ requirit veras, & concludentes probationes, vt tenuit *Rota in Salernitana Rectoria* 22. *Maij* 1591. *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio*, quæ vera fundationis, vel dotationis probatio non adeſt. Nam quantùm ad primum centenariæ, illa excluditur, quia ſubducenda ſunt duo tempora. Primum, videlicet, pro-
2 uiſionis Apoſtolicæ Pauli I I I. del 1535. vti de libera ex cauſa reſignationis in eius manibus ad fauorem Venturini, qui ſuperuixit vſque ad annum 1554. & ſic Cappellania fuit poſſeſſa in ſtatu libertatis per annos 19. conſequenter d. tempus de medio deducitur, ſicuti aliàs
3 in corporalibus interrumpitur præſcriptio, quando ille, contra quem præſcribitur, impedit præſcribentem vti ſeruitute, *l. ſequitur §. ſi via ff. de vſucap. Bart. in l. naturaliter, in fin. verſ. quæro ff. eod. Butr. & Abb. in cap. illud, col. fin. de præſcript. Balb. in tract. de præſcript. quæſt. 4. num. 40. & ſeqq.* Et quòd deducatur tempus
4 prouiſionis Apoſtolicæ, *tenuit Rota in Vrbinaten. Parochialis* 1. *Ianuarij* 1553. *coram Auguſtino, quæ eſt deciſ.* 1. *de præſcription. aliàs* 25. *inter manuſcript. Guidob. & in Bracharen. Monaſterij* 19. *Decembris* 1597. *coram bon. mem. Penia, & in Neapolitana Rectoria* 19. *Decembris* 1608. *coram Reuerendiſſ. Attrebaten. relatis etiam per Gratian. diſcept.* 310. *num.* 83. *& in Tiraſonen. iuris præſentandi* 21. *Octobris* 1594. *coram bon. mem. Litta*. Nec viſum fuit applicari dilemma, quòd aut patroni habue-
5 runt notitiam d. reſignationis, & prouiſionis Apoſtolicæ, & cenſentur illam ratam habuiſſe, imò expreſſa videtur inducta ratificatio ex præſentatione per eos facta per mortem d. prouiſi Apoſtolici de anno 1601. *vt tenuit Rot. in deciſ. coram Fabio, & Tano, relatis per Pariſ. de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 4. *num.* 28. *verſ. limita* 2. Aut non
6 habuerunt notitiam, & non cenſetur illis illatum præiudiciũ. Quia hæc procederent ſuppoſito iurepatronatus de dicto tempore prouiſionis Apoſtolicæ: tunc enim intrat diſputatio, an reſignatio, & prouiſio etiam Apoſtolica ſuſtineatur, ſpretis patronis, de quibus latè per *Pariſ. d. quæſt.* 4. *per tot. & præſertim num.* 16. *& ſeqq.* Hic autem dubitatur de iurepatronatus, & agitur de illius probatione, & an tẽpus d. prouiſionis Apoſtolicæ ſit ſubducẽdum, vel computandum. Et ex ſumpto Bullę
7 d. prouiſionis exhibito ceſſat difficultas; quia Cappellania fuit reſignata, & prouiſa tanquam libera ſinè aliqua mentione conſenſus patronorum, de quo facta fuiſſet mentio, prout facta fuit in prouiſione Iulij II. vel conſenſus fuiſſet præſeruatus, aut illi derogatum, prout fit de ſtylo, *vt per Pariſ. d. quæſt.* 4. *num.* 31. *& num.* 59. & cum præſentatio non ſit enunciata in literis Papæ, eam alleganti incumbit onus probandi, quòd facta fuerit, *Rebuff. in praxi part.* 3. *ſignat. §. necnon iuriſpatronatus, num.* 15. Aliud verò tempus ſubducendum eſt litis ſuper ſtatu d. Cappellaniæ, quæ orta eſt de anno 1601. de tempore obitus Gammurrini inſtituti ad præſenta-
8 tionem del 1554. indubitatum eſt enim, tempus litis eſſe deducendum tàm in teſtibus, quàm in inſtrumentis, cum ambigitur, an ſint de antiquo, *iux. Rot. obſeruãtiam,*
A *de qua Seraph. deciſ* 76. *num.* 2. A, ſic, tempus litis eſſe deducen. ex decennali, *fuiſſe deciſum coram Bubalo*, teſtantur *Modern. de reſign. benef. lib.* 3. *quæſt*, 6. *num.* 60. & facit *Bart. in l. nec bona* C. *de long. temp. præſcript.* cum cumulatis per *Rimin. Iun. conſ.* 86. *num.* 6. *lib.* 1. *conſ.* 205. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 2. *& conſ.* 242. *num.* 165. *lib.* 3. Non obſtat, quòd lis dicatur terminata per ſententiam Epiſcopi Feſulani del 1604 quæ (vt ſupponitur) tran-
9 ſiuit in iudicatum ob non interpoſitam, vel proſequutam appellationem; tum quia d. ſententia non ſolùm non iuſtificatur ex actis, ſed hodie detegitur iniuſta;
10 tum etiam, quia lis non poteſt dici finita, non executa ſententia, nec ſubſequuta poſſeſſione ad fauorem Marcelli, *Sarnen. reg. de annal. quæſt.* 44. *Put. deciſ.* 30. *lib.* 2. *Lancellot. de attentat. cap.* 4. *in præfat. num.* 230. *Rota in Salamantina Cappellaniæ del Voto* 2. *Aprilis, &* 5. *Iulij* 1593. *coram Cardinali Pamphilio*. Et ipſemet Marcellus præuia narratiua d. litis cœptæ del 1601. obtinuit ſe ſubrogari ad eiuſdem litis, & cauſæ proſequutionem, & nunc venit vti ſubrogatus cum clauſula, *Conſtito* &c. quæ proinde ad tempus d. litis refertur. Cum itaque non exibeantur præſentationes continuatæ per ſpa-
11 tium centum annorum, non poteſt dici conſtare de iurepatronatus, quod non probatur ex præſentationibus, niſi excedant centum annos *Archid. in cap. vnico, num.* 10. *poſt. med. verſ. vndè quamuis aliquis, de iurepatron. in* 6. vbi *Gemin. num.* 6. *& Franc. num.* 5. *Caſſad. deciſ.* 2. *num.* 3. *poſt med. verſ. ita iuſpatr. de probat. Mohed. deciſ.* 3. *de iurepatr. Rota coram Orano in Firmana iuriſpatr.* 8. *Martij* 1591. *& coram Gypſio in Barchinonen. vnionis* 5. *Decembris eiuſdem anni, & in Neapolitana Cappellania coram Cardinali Lancellotto Seniori* 29. *Ianuarij* 1571. *& in eadem coram Reuerendiſſ. Attrebaten.* 10. *Decembris* 1608. Nec applicatur *deciſ. in Florentina Canonicatus* 11. *Decembris præteriti coram me*, in qua deficiebant tantùm nonem menſes, & tot alia concurrebant, vt in ea.

Minùs viſum fuit ſubſiſtere ſecundum fundamentum ſuper
12 fama ex enunciatiuis antiquis, & teſtibus cum quadragenaria. Quoad enunciatiuas, quia illæ debent eſſe ſu-
B pra centum annos B *Rot. dec.* 288. *ante n.* 1. *verſ. ſecundò quia, & apud Card. Seraph. deciſ.* 507. *num.* 1. *& in Sutrina Sancti Angeli* 13. *Martij* 1588. *coram Cardinali Platto*, & ſubducto dicto tempore litis non adeſt curſus cen-
13 tum annorum. Secundò, enunciatiua Iulij II. eſt vnica, quæ non releuat, *Aretin. in cap. cum cauſa num.* 22. *in fin. verſ. debet etiam, de probat. Rot. deciſ.* 185. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diuerſ.* etiam ſi ſit Papæ, *Rot. deciſ.* 388. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 389. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* vbi Rota ita intelligit *deciſ. Achil.* 7. *de iurepatr.* quæ eſt in terminis noſtris. Nec ſunt attendendæ enunciatiuæ, videlicet, vna de d. anno 1508. 18. Aprilis conſenſus præſtiti prouiſioni Apoſtolicæ, & reſeruationi penſionis, quia vltra quòd in d. conſenſu non enunciatur iuſ-
14 patronatus, huiuſmodi enunciatiua proceſſit à perſonis prætendentibus intereſſe, quæ ideo non ſuffragatur *Loffred. conſ.* 44. *num.* 6. *Achil. deciſ.* 5. *de iurepatr. Card. Seraph. deciſ.* 1189. *& fuit dictum in Sutrina beneficij* 10. *Decembris* 1587. *coram Card. Pamphilio, & in Sabinen. iuriſpatr.* 6. *Martij* 1595. *coram bon. mem. Penia*. Alia verò Vicarij Aretini executoris Apoſtolici dictarum literarum Iulij II. non affirmat, imò non obſtante affirmatiua Iulij II. reuocat in dubium iuſpatronatus, quia dicit, *accedente conſenſu Nicolai, &c. aſſerentis ſe patronum d. Cappellaniæ*, nec ſunt ſupra centos annos deducto tempore litis, vt dictum eſt. Quoad teſtes de fa-
15 ma, quia primus deponit de ſimplici auditu, & ſic non facit in terminis noſtris, *Caſſad. deciſ.* 3. *num.* 1. *verſ. non enim dicit, de probat. Verall. deciſ.* 128. *num.* 2. *par.* 2. nec deponit ante motam litem *Verall. d. deciſ.* 128. *num.* 3. Secundus explicitè non deponit de fama, ſolùm iux. 20. interrogatorium implicitè, ſed per verba, *ſi dicea, & paſ-*
16 *ſaua la voce*, non autem per verba, *fuit, & eſt*. Tertius verò non niſi per verba præſentis temporis, *Card. Seraph. deciſ.* 1075. *num.* 2. *&* 1231. *num.* 1. *Rot. in Nullius Archipresbyteratus* 2. *Maij* 1588. *coram Card. Pamphilio*, & aliàs paſſim, & ſic ad peius non remaneret, niſi quartus, qui tanquam vnicus nihil faceret. Quoad qua-
17 dragenariam quaſi poſſeſſionem præſentandi, quia vnica adeſt præſentatio, de anno 1554. vnus ex DD. dicebat, non ſufficere etiam admiſſa probatione famæ, mo-

tus

Digitized by Google

nis auctoritate *Modern. Hiſp. de beneſ. par.* 5. *cap.* 9. *num.*
97. Non obſtat tertium, & vltimum, de duabus decla-
ratorijs, nam prima Ordinarij Aretini del 1508. de qua
ſupra dictum eſt, non meretur allegari, cum Vicarius
nihil affirmauerit, ſed dubitatiuè enunciauerit iuſpatro-
18 natus; ſententia verò Epiſcopi Feſulani, de qua ſupra,
detegitur notoriè iniuſta, nec nocet Eccleſiæ, nec ſuc-
ceſſori, *Verall. deciſ.* 128. *num.* 4. *par.* 2. *Rot. in Roma-
na parochiali* 30. *Ianuarij* 1600. *coram Corduba, & in
Pampilonen. beneficij* 4. *Iulij* 1614. *coram R. P. D. meo
Remboldo*, maximè quia non conſtat, illam fuiſſe latam
adhibita cauſæ cognitione, & iuxta formam à Concilio
præſcriptam, nec citato procuratore menſæ Epiſcopa-
lis, *Card. Seraphin. deciſ.* 1395. *num.* 7. *& in d. Roma-
na coram Corduba*; & deniquè eſt lata in lite, de qua agi-
tur, inter defunctum, & Marcellum nunc in illius ius
ſubrogatum. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Tempus litis deducendum eſt tàm in inſtrumentis, quàm
19 in teſtibus, quando quæritur, an ſint de antiquo, *Rot de-
ciſ.* 185. *ante num* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 233. *in fine part.* 4.
diuerſ & deciſ 160. *ſub num.* 9. *part.* 1. *recent & in No-
narien bonorum* 7. *Iunij* 1619. *coram bon. mem. Cardinali
Sacrato*, in qua hæc deciſio canonizatur, & dixi ſupra *ad
deciſ* 111. *num.* 14. & ad effectum probationis de hoc in
Rota nunquam fuit dubitatum, licet ſic ad effectum reco-
gnitionis, vt aduertitur *in d. deciſ.* 160 *d. num.* 9. *part.* 1.
recent etſi *Beltramin. in annotat. ad deciſ.* 3. *Gregor. XV.
ſub num.* 8. indiſtinctè aſſerat, Rotam circa hoc variaſſe;
quid autem dicendum ſit, quando agitur ad effectum reco-
gnitionis, alibi aduertam.
B De hac materia latè dixi ſupra *ad deciſ* 172. *lit.* C.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. bonorum.

Mercurij 18. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Conſtitutum operatur poſſeſſionis translatio-
nem ſufficiētem, etiam ad effectum manuten-
tionis, & collatum poſt mortem conſtituen-
tis operatur ab initio, ſi adeſt clauſula, *ex
nunc, prout ex tunc.*

SVMMARIVM.

1 *Locatio probat poſſeſſionem bonorum locatorum, iuncto in-
ſtrumento emptionis eorundem cum clauſula* Conſtitu-
ti, *& fructuum perceptione.*
2 *Mandatum de manutenēdo conceditur habenti anteriorem
poſſeſſionem.*
3 *Precarium ſecundùm Statutum Bononien. cuius ſit vigoris.*
4 *Conſtitutum operatur tranſlationem omnis poſſeſſionis.*
5 *Poſſeſſio per conſtitutum tranſlata eſt manutenibilis, &
præfertur poſteriori alterius, num.* 6.
7 *Vxor ſoluto matrimonio poteſt, pro conſecutione ſua-
rum dotium, poſſeſſionem bonorum mariti propria au-
ctoritate capere, ſtante precario in promiſſione reſtitu-
tionis dotis.*
8 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis, operatur
tranſlationem poſſeſſionis ab initio, ſi adeſt clauſula*, ex
nunc, prout ex tunc.
9 *Conſtitutum operatur, vt tempus futurum ineſſe videatur
præſenti, & actus ſumere poſſit initium ex quocunque
tempore.*
10 *Conſtitutum operatur effectum ſuum, etiam in præiudi-
cium tertij, cui fuit pendente conditione tradita poſſeſſio.*

DECISIO CLXXIX.

1 IN præſenti poſitione Laurentius vl-
tra inſtrumētum locationis bonorum,
de quibus agitur, per eum factæ q. Ale-
xandro, docuit de præcedenti inſtru-
mento venditionis eorundem bono-
rum ſibi per eundem Alexandrum fa-
ctæ cum clauſula *Conſtituti*, ac etiam
de receptione affictuum plurium à dicto Conductore;
ideoque DD. non dubitarunt de illius poſſeſſione, cum
ex iſtis ceſſent reſponſiones datæ in priori deciſione pri-
mo & ſecundo fundamento pro parte eiuſdem Lau-
2 rentij deductis. Nihilominus à dicta deciſione (qua
fuit illi denegatum mandatum de manutenendo) non
receſſerunt, ex eo moti, quòd conſtabat de anteriori
poſſeſſione Alexandræ ex inſtrumento 4. Iunij 1583. in
quo dictus Alexander eius maritus promiſit illi reſti-
tuere dotem receptam, cum obligatione omnium bono-
rum præſentium, & futurorum, & cum pacto precarij,
3 quod iuxta extenſionem Statutorum Bononiæ in *volum.
crim. in fin.* continet verba, *Conſtitut ex. nunc, prout
4 ex tunc.* Ex quibus dicitur in eam translata omnis
A poſſeſſio, A *l. quod meo, ff. de acquiren. poſſeſſ. cum alijs
per Tiraquel. de iur. conſt. par.* 1. *num.* 2. *&* 4. *& par.* 2.
ampliat. 9. *Rot. deciſ.* 549. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* Et in
precario extenſo iuxta dicta Statuta Bononiæ *Laurent.
de Pinu, qui loquitur in ſpecie noſtra conſil.* 99 *num.* 3. *in
5 fin. & num.* 4. Et poſſeſſio ſic translata eſt manutenibi-
lis, *Grat. conſil.* 63. *num.* 33. *& ſeq. par.* 2. *cum alijs per
Oſaſch. deciſ.* 133. *num.* 6. *&* 7. adeò vt præferatur po-
6 ſteriori alterius, & ſic Laurentij, *Gozad. conſ.* 28. *num.*
35. *& fuit in terminis deciſum in Claſin. ſeu Peruſina
poſſe* 27. *Ianuarij* 1603. *coram bon. mem. Litta, & in
Romana de Incoronatis* 29. *Aprilis præteriti coram R. P.
D. meo Vbaldo*, tantò magis, quia eadem Alexandra,
ſtatim ſequuta morte viri, declarauit velle retinere iu-
re proprio ratione ſuarum dotium prædicta bona, quo-
rum etiam poſſeſſionem ex abundanti denuo cœpit au-
thoritate Iudicis: prout etiam ſtante precario in pro-
7 miſſione reſtitutionis dotis, vt dictum eſt, potuit pro-
pria auctoritate, *l. penult. & ibi Bart. Bald. & Salycet.
C. de pign. act. idem Bald. in l.* 1. *num.* 4. *C. de ſeru. pign.
dat. Boer. deciſ.* 200. *num.* 8. *verſic. quo caſu poterit, Natt.
conſil.* 453. *num.* 5. *Menoch. remed.* 14. *recuper. num.* 31.
& Surd. conſil. 221. *num.* 48. *in fin. & num.* 49. Nec
8 obſtare viſum fuit, quòd conſtitutum videatur colla-
B tum poſt mortem viri, B quia ſtante dicta clauſula
ex nunc, prout ex tunc, ſuſtinetur & translationem
poſſeſſionis operatur ab initio de tempore contractus,
licèt effectus dictæ poſſeſſionis translatæ in tempus di-
ctæ mortis collatus intelligatur, *Oldrad. conſil.* 114. *in-
cip. quædam mulier. & conſil.* 139. *incip. ad habendam,
num.* 7. *verſ. tertium erit, Alexand. conſil.* 83. *num.* 6. *ver-
ſic. confirmatur, volum.* 2. *Guidopap. deciſ.* 268. *Neguſan.
de pignor. par.* 2. *membr.* 2. *num.* 5. *Pariſ conſ.* 126. *num.*
128. *& conſil.* 62. *num.* 33. *lib.* 2. *Natt. conſil.* 453. *num.*
6. *Gabr. conſil.* 141. *num.* 4. *lib.* 1. *Alb. conſil.* 782. *num.*
38. *Surd. conſil.* 171. *num.* 22. *& conſil.* 221. *num.* 53. *&
fuit reſolutum in dicta Romana de Incoronatis*, & opera-
tur etiam, vt tempus futurum videatur ineſſe præſen-
ti, & quòd actus ſumere poſſit initium ex quocunque

tempore *Gloſ. in clemen. nolentes, in verb. ex tunc, & ibi* Carain. *& Imol. de haret. cum alijs per Tiraquel. de retr. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 86. & de conſtit. par. 3. limitat. 2. num. 15. & 16. Surd. conſ. 179. num. 12. & conſ. 221. d. num.* 53. & in terminis precarij, de quo in dicto ſtatuto, appoſiti in inſtrumento dotali, *Maluaſ. conſil. 99. num. 12. 13. 14. & 15. volum.* 1. & quòd effectum ſuum
10 operetur etiam in præiudicium tertij, cui fuit pendente conditione tradita poſſeſſio, & ſic etiam Laurentij, cui ex prædictis tradita fuit, firmant in terminis noſtris, *Pariſ. conſil. 11. num. 99. & 100. lib. 1. & Maluaſ. dicto conſil. 99. num. 19. verſ. poſtremò, & numm. ſeqq.* vbi reſpondet contrarium tenentibus, quamuis in eiſdem terminis contrarium teneant *Dec. in l. contractus, num. 22. ff. de regul. iur. & conſil. 247. num. 3. verſ. quibus tamen. non obſtan. & numm. ſeqq. & alij per Tiraquel. de conſtit. ampliat. 17. num. 4. Honded. conſil. 18. num. 66. & 67. volum.* 2.

Super qua controuerſia, ſi opus videbitur, erunt aliàs DD. conſulendi.

ANNOTATIO.

A Per conſtitutum transfertur omnis poſſeſſio *Cardinal Caualer. deciſ* 420. *num.* 2. *Rot in Romana hereditatis de Cincijs* 19 *Decembris* 1622 *coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua hæc deciſio allegatur, & dixi ſupra in *deciſ* 145. *ſub litera A* & transfertur poſſeſſio ſufficiens ad manutentionem, vt dicitur in hac deciſione, quam ſequuta eſt Rota *in Beneuentana hereditatis* 29. *Nouembris* 1621. *coram eodem R. P. D meo Pirouano.* & licèt modus ſit fictus, vera tamen, & realis poſſeſſio transfertur, nec minùs operatur, quam vera traditio, *Honded conſil* 41. *num.* 37. *vol.* 1. *& conſil* 126. *vol.* 2. *Ofaſch. deciſ* 36. *num.* 2 & alij plures apud *Giurb. deciſ Sicil* 112 *num* 11. *Rota in Bononien. de Bologninis* 11. *Decembris* 1619. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio Fontanell. de pact nuptial tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ* 27. *num.* 6. *& per tot gloſſ* latè agit de hac clauſula, & quæ nam requirantur, vt ſuum effectũ operetur.

B Conſtitutum collatum poſt mortem nihil operatur, quia confertur in tempus, in quo poſſeſſio non eſt penes conſtituentem, imò extincta eſt per eius mortem, *Bald. in cap* 1. *num* 13. *de confirmat. vtil vel inutil. cum alijs per Tiraquell. de iur conſtit. par.* 3. *limit.* 3. *& per Rot. in Florentina ſubdiaconatus* 27. *Ianuarij* 1627. *coram R. P. D. meo Durano. & coram eodem in Ariminen bonorum* 26. *Maij euſdem anni*; niſi in eo adſit clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*, quæ operatur tranſlationem poſſeſſionis ab initio, vt firmatur in hac deciſione, & infra *deciſ* 221. *num.* 9.

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 20. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ſecunda denegatur, non ſolùm ſuper articulis primæ, ſed etiam ſuper nouis. Item denegatur, quando adeſt vehemens calumniæ ſuſpicio, vel probatio per ſcripturas haberi poteſt, & non ſubeſt iuſta cauſa, illam concedendi.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria ſecunda non conceditur ad examinandos teſtes ſuper articulis primæ, & num. 3. Limita, vt num. 8. 10. & 11.*

2 *Remiſſoria ſecunda non conceditur etiam ſuper nouis articulis.*

3 *Articuli dicuntur ijdem cum primis, ſi includantur in illis de neceſſitate facti vel probationis.*

4 *Suſpicio calumniæ ex quibus deducatur.*

5 *Remiſſoria non conceditur ad probandum quod eſt probabile per ſcripturas. Limita, & intellige, vt num. 12.*

6 *Remiſſoria non conceditur, quando adeſt vehemens calumniæ ſuſpicio, vel ſubeſt iuſta cauſa illam denegandi, & num. 7.*

9 *Examen primum vbi eſt nullum, examinari poſſunt noui teſtes ſuper ijſdem articulis, vel nouis, licèt teſtificata fuerint dideicta.*

DECISIO CLXXX.

1 REMISSORIA fuit per DD. denegata Conſtantiæ; quia ſicut non conceditur ſecunda remiſſoria ad examinandos teſtes ſuper articulis primæ
A propter timorem ſubornationis A, *cap. fraternitatis & cap. conſtitutum de teſtib. clem.* 2. *eodem tit. Rot. deciſ.* 29. *de iudic. in antiq. Caputaq. deciſ.* 50. *num.* 3. *&* 4. *par.* 3. *cum relatis in Hiſpalen. matrimonij de Alcala* 5. *Iunij* 1609. *coram Reuerendiſſimo Bonon. & in Ianuen. pecuniaria* 5. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, & de ſtylo Sacri Palatij *Veſtr. in prax. lib.* 6. *cap. fin. num.* 3. quem Romæ obſeruari, vt citiùs lites finiantur, tradit *Seuerol. de remiſſor. cap.* 6. *num.* 2. *quem Farinac. de oppoſit. contr. exam. quaeſt.* 77. *num.* 30. Eadem pariter ratio-
2 ne non conceditur etiam ſuper nouis articulis, *Rot. deciſ.* 26. *de teſtib. in nou. Veſtr. d. cap. fin. num.* 3. *Seuerol. d. cap.* 6. *num.* 2. *verſ. quod obtinet*, & fuit ſæpiſſimè tentum, vt teſtatur *R. P. D. meus Pamphilius in Corduben.*
3 *decimarum* 4. *Iunij* 1610. In propoſito autem ceſſat omnis difficultas, quia articuli nunc dati continent in virtute, & ſubſtantia idem, quod primi, & tendunt penitus ad probandum illud ipſum, ſuper quo obtenta fuit alia remiſſoria, videlicet, quòd mobilia domus Bononiæ, & in Communi Anzolæ ſunt propria Conſtantiæ, quod etiam includitur ſub primis de neceſſitate, tàm facti, quàm probationis. Ideoq. non ſunt ampliùs noui teſtes recipiendi, *Bart. in Authent. at qui ſemel, num.* 24. *C. de probat. DD. in d. cap. fraternitatis, de teſtib. cum alijs in Toletana decimarum de Vereeal* 14. *Martij præteriti coram me*, vel ſaltem intrat vehemens ſuſpi-
4 cio calumniæ; tum quia præſumitur prima vice electa melior via probationis, quæ haberi potuerit, *Aym. conſil.* 134. *num.* 3. *Aegid. deciſ.* 38. *poſt princip. verſ. maximè propter timorem, Rota in dicta Hiſpalen. matrimonij coram Reuerendiſſimo Bononien. & in d. Corduben. coram R. P. D. meo Pamphilio*; tùm etiam, quia dicti articuli continent, domum habitationis Bononiæ ad Conſtantiam ſpectare vti emptam à Virginia ſorore mariti; quod tamen probari poteſt, vt iam factum fuit, per inſtrumentum emptionis pro eius parte productum, &
5 ſic non debet concedi remiſſoria ad probandum, quod eſt probabile per ſcripturas, *Rota deciſ.* 44. *de teſtib. in antiq. in Bononien. pecuniaria* 5. *Maij* 1606. *coram Reuerendiſſimo Bonon. & in alia Bononien. fideicommiſſi* 23. *Iu-*
B *nij* 1614. *coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in alijs; B tùm
6 & tertiò, quia continent, Conſtantiam retinere in dicta

do-

domo Cæſarem eius virum à ſexennio citrà: & tamen teſtes aliàs pro ipſa examinati clarè deponunt, Cæſarem ante, & de tempore matrimonij cum Conſtantia contracti habitaſſe in eadem domo, & ſic concludunt, illam ſuiſſe traductam ad domum viri; quæ ſolæ præſumptiones calumniæ vti multum vehementes videntur ſufficere
C pro remiſſoriæ denegatione, C *Card. Seraph. deciſ.* 1450. *&* 1460. & fuit ſæpiſſimè dictum. Præſertim, quia
7 ex prædictis conſtat etiam, non ſubeſſe iuſtam cauſam concedendi ſecundam remiſſoriam, iuxta *deciſ. Put.* 4. *de dilat. & dictam Corduben. decimarum*, & iuxta exempla, de quibus per *Farmac. d. quæſt.* 77. *num.* 15. *ſublimit.* 1. quorum aliquod, vel æquipollens caſui iſto non applicatur. Nec ſubſiſtit, quod pro iuſta cauſa deducitur, Herculem Ceruiam feciſſe fieri executionem ſuper mobilibus poſt primam remiſſoriam; quia imò executio fuit facta 26. Februarij 1614. remiſſoria verò conceſſa in vltimis audientijs ante Kalendas dicti anni, & expedita de menſe Nouembris ſubſequentis, vt ex actis.
Et ita reſolutum, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Remiſſoria ſecunda in eadem cauſa non conceditur ſuper ijſdem articulis, imò nec etiam ſuper nouis, ob metum ſubornationis, ex regula *tex. in cap. fraternitatis, ex. de teſtib. et clem.* 2. *eod. tit.* hæc autem regula non procedit, quando examen factum vigore primæ remiſſoriæ eſt nullum, quia, vel teſtes deponunt idem, quod in primo examine dixerunt, & ceſſat timor ſubornationis: aut dicunt contrarium, & eorum dictum nõ releuabit, ſic *Rot. deciſ.* 11. *de probat. in nou. et in Conchen. decimarum de Buendia* 15. *Ianuarij* 1619. *coram R. P. D. meo Pirouano, Cardinal. Caualer. deciſ.* 423. *num.* 2. *Gabr. de teſtib. concluſ.* 21. *num.* 19. *et duob. ſeqq. Roland. conſil.* 52. *num.* 18. *lib.* 4. Imò quando primum examen fuit nullum, poſſunt etiam examinari noui teſtes ſuper ijſdem articulis, vel nouis, licèt teſtificata fuerint didicita, *Rot. deciſ.* 13. *de teſtib. in nou. et deciſ.* 1. *de probat in antiq. Theſaur. deciſ.* 28. *num.* 2. *Cardin. Caualer. d. deciſ.* 425. *ſub d. num.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 13. qui *num. ſeq* dat cautelam, vt is, qui videt ſe intentionem ſuam non probaſſe, curet, ſi fieri poteſt, vt acta declarentur nulla, tunc enim non impedietur no-
10 uos teſtes producere. Item conceditur ſecunda remiſſoria, ſtante iuſta cauſa, vt fuit dictum infra *coram Domino meo deciſ* 819. *nu.* 1. *et deciſ* 827. *num.* 6. & ad probandam ma-
11 teriam priùs confuſe, deinde magis ſpecificè articulatam, *d. deciſ* 817 *num* 3.
B Remiſſoria non conceditur ad probandum per teſtes, quod
12 probari poteſt per ſcripturas, *Gregor. XV. deciſ.* 253. *nu.* 2. *et ibi Addent num* 3. *et fuit dictum in Egitanien. commenda* 18. *Aprilis* 1622. *coram bon mem Vbaldo, et coram eodem in Ferrarien. decimarum* 27. *Aprilis eiuſdem anni, et in Cæſarauguſtana electionis* 28. *Iunij* 1623. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano. et coram eodem in Lucana iuriſpatronatus de Podijs* 28. *Maij* 1621. *et infra coram Domino meo deciſ* 886. *num.* 3. ſufficit tamen, ad effectum vt danda ſit remiſſoria, in articulis aliquod contineri, quod per teſtes dumtaxat probari poſſit, *Rot. deciſ.* 7. *de teſtib. in nou. & deciſ.* 46. *in fin de teſtib. in antiq Cardinal Caualer. deciſ* 271. *num* 5. *& fuit dictum in Romana iocalium* 28. *Februarij* 1618. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano & in Leodien. parochialis* 18. *Decembris* 1623. *coram. RPD. meo Merlino.* Item datur remiſſoria in hoc caſu, quando articulatur, ſcripturas fuiſſe combuſtas, vel aliàs deperditas *Put. deciſ.* 403. *lib.* 2. *in correct. Cardinal. Caualer. deciſ.* 368. *in fin.* imò aliàs Rota admiſit probationem per teſtes ſuper eo, quod continebatur in ſcripturis, vt apud *Caſ de Graſſ deciſ* 1 *num.* 11. *de dilation. & in Turritana honeris* 23. *Februarij* 1615. *coram bon. mem Vbaldo* fuit dictum, denegandam non eſſe remiſſoriam, licèt materia articulata per ſcripturas probari poſſit, ceſſante calumniæ ſuſpicione, ex quo Rota non ſoleat coanguſtare probationes, niſi concurrat calumnia.
C Vide, quæ dixi ſupra ad *deciſ* 23. *num.* 12. *& ſequent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. Matrimonij.

Veneris 20. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt geſta poſt inhibitionis Rotalis executionem.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt geſta per partem, vel per iudicem inhibitum, poſt inhibitionem Rotalem, illiuſque præſentationem, & num.* 2.
3 *Inhibitio Rotalis ſemper cauſat attentata, & timenda eſt, ſiuè iuſta ſit, ſiuè iniuſta.*

DECISIO CLXXXI.

DOMINIS viſum fuit ſatis cõſtare de attentatis, quæ veniant reuocanda; ex actis enim in forma authentica coram me productis, atque recognitis apparet de præſentatione inhibitionis Rotalis in vim ſpecialis commiſſionis cauſæ, de qua agitur, principaliter in partibus facta delegato à Prouiſore Malacitano, & illius notario, ad inſtantiam Gaſparis, Antonij, & litis cõſortium ſub die 12. Martij præteriti, ac pluries reiterata ſub diebus 13. & 14. ſubſequentibus, necnon de reſponſionibus datis ab eodem delegato, eiuſque miniſtris; & nihilominus idẽ delegatus dictis diebus 13. & 14. ad vlteriora proceſſit, carcerando dictos Gaſparem, & Antoniũ, illiſq. deputando cuſtodes, & ſequeſtrando, ac ſubhaſtando plura illorum bona, & retinendo pretium pro ſuo ſalario, ſuorumque notariorum, & miniſtrorum, &
1 ſuorũ cuſtodum; vndè ſuccedit regula, quòd omnia prædicta tanquam geſta poſt dictam inhibitionem, illiuſque præſentationem ſint attentata, & ex priuilegio atten-
A tatorum veniant in primis, & ante omnia reuocanda A *cap. non ſolùm in fin. & cap. Romana* §. *quòd ſi obijciatur de appell. in* 6. *cum plurib. per Lancell. de attent. poſt inhibit. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 226. *vſque ad fin.* quæ regula
2 procedit etiam in geſtis per Iudicem, cui fuit inhibitum *d. cap. non ſolùm* §. *illa verò Mſing. cap.* 8. *num.* 20. *in fin. Lancell. de attent. appellat. pend. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 101. *& de attent. poſt inhibit. d. cap.* 20. *ampliat.* 1. *num.* 11. *& ampliat.* 9. *verſ. quod etiam*, tanto magis
3 cum contrauentio fuerit toties reiterata, & inhibitio fuerit Rotalis, quæ ſemper cauſat attẽtata, & quæ timẽda eſt, ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta *Rot. deciſ.* 26. *in fin. de appell. in antiq. Put. deciſ.* 385. *lib.* 2. *in nou.* & fuit dictũ *in Valentina Cappellæ* 27. *Maij* 1588. *coram bon. mem. Orano, & in Hiſpalen. fructuum* 26. *Nouembris eiuſdem anni coram eodem, & in alijs paſſim.*
Et ideò fuit reſolutum pro informante conſtare de attentatis, &c.

ANNOTATIO

A Inhibitio, ad hoc, vt cauſet attentata, debet eſſe intimata, & exequuta, *Lancellott. de attentat. poſt inhibit. declarat. 1. num. 1. cum ſeqq. Cardin. Caualer. deciſ. 499. num. 1.* & ideo non ſufficit, quòd iudex, vel pars ſciret aduerſarium habere inhibitionem, niſi illa intimetur, & exequatur, *Lancellott. d. declarat. 1. num. 19. & ſequent.* verùm ſatis erit, intimationem ſactam eſſe parti, abſque eo quòd fiat Iudici, vt dixi ſupra ad *deciſ. 177. ſub lit. A.* vbi latè de materia an, & quando inhibitio Rotalis cauſet attentata.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina fideicommiſſi de Caſtellanis.

Mercurij 25. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Alienans bona contra prohibitionem teſtatoris pœnam non incurrit, ſi prohibitionis ſcientiam certam, & ſpecificam non habuit: & niſi adſit dolus, qui in dubio non præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia excuſat à pœna, & contrauentione fideicommiſſi, & num. 2.*
3 *Emphyteuta, & vaſſallus ignoranter alienantes rem emphyteoticam, vel feudalem non incurrunt caducitatem.*
4 *Et procedit regula in omnibus caſibus, in quibus alienans cadit à iure ſuo.*
5 *Ignorantia fideicommiſſi præſumitur, & ideo alleganti ſcientiam incumbit onus probandi, num. 8.*
6 *Minor, & facti, & iuris ignorans præſumitur.*
7 *Fideicommiſſi ignorantia præſumitur in non habente cauſam immediatam à fideicommittente.*
9 *Fideicommiſſi ſcientia an inducatur ex mentione facta de illo in inſtrumento venditionis, & num. 10.*
11 *Scientia in pœnalibus debet eſſe vera, certa, indubitata, & ſpecifica, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
12 *Inhibitioni Iudicis auctoritate facta credi debet. Limita, vt num. 14. & 15.*
13 *Notario aſſerenti, ſe aliquid feciſſe de mandato Iudicis, præſertim in actibus extraiudicialibus, & ſinè teſtibus non creditur.*
16 *Pro Iudice præſumendum eſt, quod non relaxaſſet citationem, niſi ita veritas ſe haberet. Intellige vt num. 17.*
18 *Poſt alienationem rei fideicommiſſo ſubiectæ inhibitio de non alienando non afficit.*
19 *Iura producta contra producentem probant.*
20 *Actus præſumitur factus tempore permiſſo.*
21 *Fideicommiſſi pœna tum demum incurritur, ſi appareat doloſè fuiſſe alienatum, & ad fideicommiſſum ſubuertendum.*
22 *Dolus in dubio non præſumitur.*
23 *Dolus excluditur, ſi alienatio fiat publicè præceſſis ſubhaſtationibus, & incantu, & cum præſentia Iudicis, & conſanguineorum.*
24 *Fœmina admittitur poſt maſculos ad fideicommiſſum agnationis conſeruandæ cauſa ordinatum.*
25 *Dolum qualibet cauſa etiam iniuſta excludit.*
26 *Fideicommiſſi pœna ob alienationem in eo prohibitam non incurritur, ſi pretium rei alienatæ inueſtiatur.*
27 *Minori abſque dolo in committendo erranti ſuccurritur reſtitutione in integrum, & præſertim ſi tractet de damno euitando.*
28 *Pro pœna non incurſu in dubio iudicandum eſt.*

DECISIO CLXXXII.

OB alienationem domus, de qua agitur, factã à Caſtora ſeu ſorore Io. Catherina filia Pauli vltimi grauati nõ eſſe factum locum fideicommiſſo ad fauorem Lucretiæ, reſponderunt Domini; & omiſſo, an ea tãquam fœmina ſit ſub illo deficientibus maſculis comprehenſa, ſuper quo latiſſimè conſuluit *Peregrinus conſ. 42.*
1 *& 58. col. 5.* moti fuerunt. Primò, quia in Caſtora, quæ ignorabat fideicommiſſum non potuit cadere conſenſus, & conſequẽter ceſſat contrauentio prohibitionis de nõ alienando, & pœna priuationis, *vt per Rum. conſ. 118. num. 12. vol. 2.* quem ſequitur *Gabr. conſ. 119. per tot. vol. 1. & tenuit Rota deciſ. 20. in princ. & num. 1. pr. part. diuerſ. & Honded. conſ. 42. num. 14. & 17. vol. 2.* & in ſpecie noſtra fuit tentum *in Rom. de Arronijs 10. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Vrbeuetana hæreditatis die 24. eiuſdem menſis, & anni coram R. P.*
A *D. meo Manzanedo.* A Nec veriſimile eſt, teſtatorem
2 ſenſiſſe de alienatione facta per ignorantem, *Gabr. d. conſ. 119. ante num. 1. verſ. nam fideicommiſſo, & Honded. conſ. 58. num. 24. lib. 1.* ſic emphyteuta, & vaſſallus
3 non incurrũt caducitatem alienando ſinè conſenſu Domini, ſi ignorent, rem alienatam eſſe feudalem, vel emphyteoticam, vt de emphytheuta *Bald. in cap. ſi vaſſallus num. 3. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. vaſ. Iaſ. in l. fin. num. 127. C. de iur. emphyt.* cum allegatis *per Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 25. & per Honded. d. conſ. 42. num. 16. vol. 2.* & de vaſſallo idem *Bald. in d. cap. ſi vaſſallus num. 1. Gabr. d. conſ. 119. num. 1. verſ. & hæc quidem opinio, & Honded. d. conſ. 42. nu. 15. verſ. nihilominus,* & regulare eſt in omnib.
4 caſibus, in quibus alienans cadit à iure ſuo *Bald. in cap. 1. num. 4. verſ. 4. nota de controu. inter dom. & empt. feud. Iaſ. in d. l. fin. d. num. 117. verſ. & ex eo colligitur, & relat. per Honded. d. conſ. 42. num. 14. verſ. per quam*
5 *Bald.* Ignorantia autem d. fideicommiſſi præſumitur *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres quæſt. 3. num. 13. de verb. obligat. Corn. conſ. 133. num. 4. vol. 4. Dec. conſ. 495. num. 20. verſ. poſtremò, & num. 21. & Becc. conſ.*
B *131. num. 35. lib. 2.* B præſertim quia Caſtora nedum
6 erat mulier, ſed minor, ideoque tàm factum, quàm ius præſumitur ignoraſſe, *l. ſi quis patrem, verſic. perinde, ff. ad Macedon. Surd. conſil. 349. num. 63. lib. 3. & deciſ. 25. num. 16.* & faciunt latè tradita *in Rom. hæreditatis, & paragij dotis 1. Decemb. 1614. & 12. Iunij 1615. coram*
7 *me,* & ignorantia dicitur probabilis in ea, quia non habuit cauſam immediatè à fideicommittente, *Alexan. conſil. 3. num. 2. verſic. & conſtat lib. 3. & Peregr. de fideicomm. artic. 52. num. 103. verſ & in fideicommiſſis.*
8 Et propterea volens dictam domum per eam alienatam vendicare tanquam fideicõmiſſo ſubiectam, illius ſcientiam tenetur probare *Angel. in l. 3. §. res quæ, num. 2. ff. ad Trebell. quem ſequitur Dec. conſ. 236. ſub num. 13. & fuit tentum in Romana vinearum 29. Ianuarij 1571. coram Oradino, & coram Cardin. Seraph. deciſ. 916. num. 8. & deciſ. 940. num. 4. & in dicta Romana de Arronijs.*
9 In propoſito autem ſcientia non videtur probata ex eo, quòd in inſtrumento venditionis legatur facta mentio de dicto fideicommiſſo; tum quia verba non videntur Caſtoræ, ſed enunciatiua Notarij, ex quibus neceſſa-

riò

riò inferri non poteſt ad ſcientiam eiuſdem Caſtoræ,
Rota deciſ. 1166. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. tùm etiam
quia non reſtringunt, quòd domus ad Caſtoram ſpe-
ctent vigore ſolius fideicommiſſi, ſed adiecta eſt etiam
clauſula, vel alias omni meliori modo, &c. tum denique
10 quia ex dicta ſola mentione non probatur ſcientia ſuf-
ficiens ad hunc effectum, Claud. Seyſſell. in l. qui Romæ,
§. duo fratres, num. 25. & ibi Iaſ. num. 57. ad fin. verſ.
iſta limitatio, de verb. oblig.at. Aym. conſil. 193. num. 8.
verſic. rurſus, & Anchar. quæſt. famil. 63. per tot. & præ-
11 ſertim num. 4. prima par. nam cum ſimus in pœnalibus,
& agatur de priuatione iuris iam quæſiti, ſcientia debet
eſſe vera, certa, & indubitata, Cardin. Seraphin. deciſ.
133. ſub num. 2. deciſ. 972. num. 10. & deciſ. 1173. num.
3. & fuit tentum in dicta Romana de Arronijs, & ſpecifi-
ca cum omnibus ſuis qualitatibus, vt pluries tenuit
Rota, vt dicitur in dicta Romana de Arrronijs, & in di-
cta Vrbeuetana hæreditatis. Nec excludi poteſt ignoran-
12 tia, aut argui dolus Caſtoræ ex eo, quòd ante inſtru-
mentum venditinnis dictæ domus fuerit ſibi facta pro-
teſtatio inhibitoria, cui tanquam factæ auctoritate Iu-
dicis credere tenebatur, Bart. in l. non ſolùm. §. morte,
num. 35. verſic. quandoque talis, ff. de nou. oper. nunciat.
cum allegatis per Surdum conſil. 22. num. 42. et in præ-
dicto Alexand. conſil. 73. num. 3. vol. 3. Rips in cap. cum
13 M. Ferrarienſis, num. 153. de conſtitut. Nam prætermiſ-
ſo, an dicta proteſtatio dici poſſit facta auctoritate Iudi-
cis, cuius tamen contrarium videtur dicendum, cum
non credatur Notario dicenti ſe feciſſe de illius man-
dato, præſertim cum actus ſit extraiudicialis, & ſinè
teſtibus ad not. per omnes in cap. 1. de fid. inſtrument. Put.
deciſ. 281. & 287. num. 2. lib. 1. in nouiſſim. quo caſu nõ
14 fuiſſet obligata Caſtora illi credere, nec parere ſinè vi-
ſione dicti teſtamenti, & prohibitionis, Bart. in dicto §.
morte, num. 54. in fin. & ibi Iaſ. num. 30. & ſequuntur
15 alij allegati per Surd. vbi ſupra: præſertim quia non ſo-
lùm non conſenſit, ſed contradixit dictæ proteſtationi,
quæ propterea nihil iuuat, vt ex communi Canoniſta-
rum opinione in d. cap. cum M. Ferrarienſis, Alexand. in
16 d. §. morte, num. 29. ceſſare videtur in propoſito præ-
ſumptio, quæ ſtat pro Iudice, quòd non relaxaſſet inti-
mationem, niſi veritas ſe haberet, vt in ipſa continetur,
de qua per Bart. in d. §. morte, & alios qui eum ſequun-
tur, et Surd. d. conſ. 22. num. 42. verſic. & ratio, ex le-
17 ctura enim intimationis conſtat, nullam ſcientiam per
ipſam habitam fuiſſe contentorum in ea, & præſertim
dicti teſtamenti, & prohibitionis de non alienando: nul-
lum enim fit verbum, quòd teſtamentum fuerit illi ex-
hibitum, vel per eam viſum, nec etiam illi conſtitit,
quòd dicta domus fuerit in bonis Caroli teſtatoris, vel
per eum poſſeſſa, ſed etiam fuerunt ſimpliciter narrata
pro aſſertæ parte Lucretiæ. Sed tollitur difficultas,
18 quia intimatio, & proteſtatio facta fuit poſt venditio-
nem, & ideo non afficit Bart. in d. §. morte, num. 38. ver-
ſic. & apparet, & num. 45. et ibi Iaſ. num. 34. Felin. in
d. cap. cum M. Ferrarienſis, num. 54. Roman. conſil. 247.
in fin. verſ. ſecundò quia, et Surd. deciſ. 246. num. 4.
Quòd autem facta fuerit poſt venditionem, patet non
ſolùm quia in eius inſtrumento celebrato die vltima
Ianuarij 1613. narratur, quòd eadem domus de
mandato Prætoris Fauentine fuerat antea per ſubha-
ſtationem deliberata vltimo & maiori oblatori pro per-
ſona nominanda, quam ſolùm nominarunt dicta die vl-
19 tima Ianuarij, cum ceſſione iurium, ſuper quibus con-
fectum fuit inſtrumentum, quod fuit a Lucretia pro-
ductum, & conſequenter probat contra ipſam ex vul-
gatis, & ſufficit, quòd non conſtet, fuiſſe factum poſt
20 dictas intimationes, quia præſumitur factum tem-
pore permiſſo, Iaſ. in d. l. non ſolùm, §. ſciendum,
num. 10. de nou. operib. nunciat. Sed etiam videtur
colligi, tàm ex prima intimatione per Lucretiam
facta ibi, & quoniam ad eius notitiam peruenit, tractari
de vendenda domo, vel venditam eſſe, vt ibi, proteſta-
tur nullum ſibi præiudicium fieri, vel factum eſſe, quòd
ex reſponſione illi facta pro parte Caſtora ibi, proteſta-
tur, quòd ſi contractus factus, & initus, &c. Secundò
principaliter moti fuerunt Domini, quia ad incur-
rendam pœnam priuationis requiritur, alienationem
21 fuiſſe factam animo ſubuertendi fideicommiſſum, &
ſic doloſè Ruin. conſ. 109. num. 12. vol. 2. Soccin. Iun.
conſ. 28. lib. 2. Rota in Peruſina hæreditatis, ſeu fideicommiſſi
de Americis 26. Februarij 1586. coram Orano, quam ſe-
quitur Honded. conſ. 58. num. 35. vol. 1. & refert ad
verbum in fine d. conſ. & fuit etiam dictum in Rom. de
Theodolis 2. Maij 1597. coram bon. mem. Litta, & in
22 allegata Vrbeuetana hæreditatis, dolus autem non ſolùm
in dubio non præſumitur l. dolum C. de dol. cum ſimil.
& in terminis Ruin. d. conſ. 109. num. 12. ſed clarè in
23 caſu iſto excluditur, nedum ratione ignorantiæ, ſexus,
& minoris ætatis ex prædictis, ſed etiam quia Caſtora
contraxit publicè, præuijs ſubhaſtationibus, & incan-
tis, & cum præſentia Iudicis, & proximiorum, Bart. in
l. frater a fratre num. 11. ff. de cond. indeb. cum alijs la-
te per Menoch. præſumpt. 75. num. 55. lib. 2. & quia
ex deductis per informantes negari non poteſt, quin ſit
24 valde dubia quæſtio, an fœmina admittatur poſt maſcu-
los ad fideicommiſſum conſeruandæ agnationis gratia
inſtitutum, in qua Rota videtur tenuiſſe negatiuam in
cauſa Carpentoratenſi fideicommiſſi 13. Iun. 1607. coram
R. P. D. meo Manzanedo, & 11. Ianuar. 1608. co-
ram Illuſtriſſimo D. Card. Lancellotto, ita vt propterea
Caſtora potuerit credere, alienationem ſibi nõ eſſe pro-
hibitam, & ſic ceſſet dolus, quem excludit quælibet
25 cauſa etiam iniuſta, vt in ſpecie arguit Honded. d. conſ.
42. ſub num. 42. 43. & 45. & demum cum non fuerit
26 læſum fideicommiſſum, cum fuerit conuentum de rein-
ueſtiendo prædium in cenſibus, & ſtabilibus l. imperator
in fine cum ſeq. de leg. 2. Alba conſ. 97. num. 13. & ſeq.
& num. 13. verſ. & pro compendio, Honded. d. conſ. 58.
num. 33. & 34. lib. 1. prout reinueſtitum fuit, excepta
modica ſumma librarum 400. quæ fuerunt expenſæ pro
neceſſitate habitationis Caſtoræ in Monaſterio, vt con-
ſtat ex ipſo inſtrumento venditionis. Tertiò, denique
dicebant Domini, quòd ſaltem Caſtoræ competeret re-
27 ſtitutio ratione minoris ætatis, licèt contrauentio fue-
rit in committendo, cum ceſſet dolus, & tractet de
damno vitando Bart. in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum
num. 3. de minor. Fulgoſ. conſ. 61. num. 7. verſ. ad l. ple-
nè, Aret. conſ. 67. ſub num. 9. verſ ſecundo quia puella,
Ruin. conſ. 199. num. 4. lib. 1. Odd. de reſtit. in integr.
part. 2. quæſt. 82. num. 58. & 59. Cephal. conſ. 356.
num. 6. licèt ipſe num. 21. 24. 46. & in fine contrarium
teneat ſtante dolo, & ſcientia, prout in eiſdem terminis
loquuntur, qui in contrarium afferri poſſent.
Quamuis autem hæc Dominis viſa fuerint clara, etiam
28 in dubio eſſet iudicandum, Caſtoram non incidiſſe in
pœnam priuationis, Alba in d. conſ. 91. num. 41. Hon-
ded. d. conſ. 58. num. 43. lib. 1. & d. conſ. 42. num. 46.
lib. 2. & Rota in d. Peruſina hæreditatis ſeu fideicommiſſi
de Americis, & in d. Romana de Theodolis, & in d. Ro-
mana de Arronijs.
Ex quibus ita deciſum, &c.

AN-

ANNOTATIO.

A Cardinal. Caualer. deciſ. 81. num. 1. & de materia videndus eſt *Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 556. per tot.* tenetur tamen alienans, ſuperueniente ſcientia prohibitionis, alienata recuperare, aliàs ſi non recuperat, ſed potiùs cauſam pro emptore defendit, ignorantia ab initio nihil prodeſt, *Gabr. conſil. 119. num. 4. lib. 1.* quem ſequitur Rota *coram Cardinali Caualer. deciſ. 204. num. 3. Fuſar. d. quaeſt. 556. num. 19.*

B Fideicommiſſi ſcientia non præſumitur, & eam allegan- ti incumbit onus probandi, *Curt. Iun conſil. 92. num. 4. Riminald Iun. conſil. 204. num. 68. in fin. Surd. conſil. 67. num. 49. & conſil. 395. num. 23. Peregrin. conſil. 56. num. 6. lib. 5.* & quando quis fideicommiſſi ſcientiam habuiſſe præſumatur, tradit latè *Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 595. per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Florentina Canonicatus.

Mercurij 25. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando præſumatur potiùs gentilitium, & familiare, quàm hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus de ſui natura eſt hæreditarium, & ad fœminas tranſitorium.*

2 *Confeſſiones factæ in ſupplicatione ſuperãt omnes alias probationes, & ſufficiunt ad probandum iuſpatronatus, ſaltem in præiudicium ipſius confitentis. Intellige, vt num. 25. Et huiuſmodi confeſſiones poſſunt reuocari etiã non docto de errore, ſiuè fuerint procuratoris, ſiuè principalis, num. 26.*

3 *Qualitas faciliùs probatur, quàm ſubiectum.*

4 *Iuripatronatus hæreditario ſuccedītur in ſtirpes, & non in capita.*

5 *Iuſpatronatus non præſumitur hæreditarium, quando conſtat, vnicum illius patronum extitiſſe, viuentibus pluribus cohæredibus.*

6 *Confeſſio teſtatoris ſuper re legata nocet legatario.*

7 *Confeſſio cedentis antè ceſſionem facta nocet ceſſionario.*

8 *Confeſſio collatoris nocet prouiſo.*

9 *Confeſſio facta in præſentatione nocet præſentato, qui illam acceptauit, & produxit, ac omne ſuum ius ab illa deriuauit, et num. 11.*

10 *Acceptans præſentationem intelligitur illam acceptaſſe cum omnibus qualitatibus ſuis.*

12 *Confeſſio in ſupplicatione plenè probat contra confitentem.*

13 *Confeſſiones ſucceſſiuæ, et multiplicatæ magis operantur, & contra eas requiritur concludentiſſima erroris probatio.*

14 *Fundationis verba dubia recipiunt declarationem à confeſſionibus patronorum.*

15 *Errorem iuris probare, difficile eſt.*

16 *Iuſpatronatus non hæreditarium, ſed potiùs gentilitium eſſe oſtenditur ex præſentationibus in capita factis.*

17 *Filio nullum ius competit in beneficio iuriſpatronatus, viuente patre, & ideò ſi fuerit admiſſus cum patre ad præſentandum, iuſpatronatus præſumitur gentilitium, & non hæreditarium, & num 18. etiam ſi filius fuiſſet emancipatus, num. 27.*

19 *Confeſſio dubia, & æquiuoca nihil concludit.*

20 *Aſſertio Papæ in prouiſione beneficij, licèt non antiquam facit qualem qualem probationem.*

21 *Iuſpatronatus pro deſcendentibus ſimpliciter reſeruatum, licèt, finita deſcendentia, tranſeat ad hæredes extraneos, tamen ea durante, per omnia pro merè gentilitio reputari debet.*

22 *Iuſpatronatus præſumitur gentilitium, non autem hæreditarium, quando in eius prouiſionibus ſemper fuit habita mentio familiæ, & deſcendentiæ, nunquam verò hæreditariæ qualitatis.*

23 *Iuſpatronatus non fuiſſe hæreditarium arguitur, quando per ſpatium centum annorum nullus extraneus, aut fœmina in eo præſentauit.*

24 *Actus æquiuocus, & dubius nequit probationem claram elidere.*

DECISIO CLXXXIII.

RESOLVTVM ſuit, gratiam Octauij non eſſe iuſtificatam, quia non verificauit habere conſenſum medietatis patronorum in ea narratum. Quamuis enim iuſpatronatus ſecundùm ordinariam ſui naturam ſit hæreditarium *clem. plures de iurepatr. Calder. cõſ. 4. eod. tit.* quam eſſe indubitatam concluſionem dicit *Pereg. conſ. 27. num. 1. vol. 2.* & ad fœminas tranſitorium *Abb. in cap. 1. num. 5. de iurepatr. Pariſ. conſ. 48. num. 5. lib. 4.* & fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus 1. Iulij*
A 1615. *coram R. P. D. meo Manzanedo.* A, In hoc tamen caſu apparet, illud non eſſe tale ex confeſſionibus tàm Roberti authoris Octauiæ, quæ præſentauit Car-
2 duccium, quàm ipſius Octauiæ, & Carduccij præſentati, quæ ſuperant omnes alias probationes ex vulgaribus; & cum ſufficiant ad probandum iuſpatronatus ſaltem in præiudicium ipſius confitentis, & ſic ſubiectum *Caſſador. deciſ. 7. num. 7. & 8. de iurepatr Put. deciſ. 316. lib. 2. & deciſ. 36. lib. 3. ſecundum nouam impreſſionem Modern.*
B *Hiſpan. de beneſ. par. 12. cap. 2. num. 276.* B, multo
3 magis qualitatem, quæ faciliùs probatur, quàm ſubiectũ *Alex. in l. ſi certis annis num. 7. verſ. in glo. 2. C. de pact. Natt. conſ. 102. num. 3.* Confeſſiones verò Roberti authoris Octauiæ, quæ præſentauit Carduccium, ſunt duæ. Prima, dum ipſe, & Aſcanius eius frater de anno 1570. vacante Canonicatu per obitum Antonij, vti duo ex patronis, & Robertus Ioannis Pauli tanquam vnus, & ſic in capita præſentarunt Alexandrum, ſubſecuta inſtitutione Ordinarij Florentini, & approbatione dictæ præſentationis per diffinitiuam: cum vbi iuſpatronatus fuiſ-
4 ſet hæreditarium, dicti Robertus, & Aſcanius tanquam patroni pro vna voce, & ſic in ſtirpes, non autem vti duo præſentaſſent *dicta clem. plures.* Secunda, quia idem Robertus in legato iuriſpatronatus facto ad fauorem dictæ Octauiæ expreſsè aſſeruit, iuriſpatronatus vnicum patronum remanſiſſe: quod eſſe non potuiſſet, ſi
5 iuſpatronatus fuiſſet hæreditarium, quia vnicitas excludit aliorum compatronorum concurſum, vt de pluribus hæredibus poſt alios, quos refert latè *Surd. conſ. 375. num. 6. & ſeqq.* & fuit dictum *in cauſa Bononien. de Capacellis 17. Februarij 1614. coram R. P. D. meo Pãphilio*, & tamen, vt confitetur Carduccius in reſponſione ad poſitiones, tunc ſuperuiuebant Sibylla, & Lucretia filiæ, & hæredes Roberti Ioannis Pauli vnius ex patronis, qui de anno 1570. vnà cum dicto Roberto teſtato-
6 re præſentauit. Quæ confeſſio ſuper dicto iure patronatus, & ſic re legata cum noceat Octauiæ legatariæ *Surd. conſ. 151. num. 40. & conſ. 237. num. 27.* & quæ ſolùm vigore dicti legati præſentauit, ad ea, quæ de con-

ſeſ-

ſeſsione authoris *dicit Rot. deciſ.* 90. *par.* 1. *diuerſ.* con-
7 ſequenter præiudicat Carduccio; ſicuti confeſſio ceden-
tis ante ceſſionem factam nocet ceſſionario *Bart. in l.
facta §. ſi hæres num.* 5. *ff. ad Trebell. Aym conſ.* 507.
8 *num.* 4. 5. 6. *&* 33. *in* 3. & confeſſio collatoris prouiſo
Verall. deciſ. 93. *num.* 3. *in fin. par.* 1. Quod ſinè vl-
la difficultate procedit, quia Carduccius nedum tacitè,
ſed expreſsè illam approbauit acceptando præſentatio-
9 nem, & ea vtendo, & producendo *Verall. deciſ.* 188.
par. 1. omne ius ſuum ab illa deriuando *Cephal. conſ.* 386.
num. 19. *Peregr. de fideicom. art.* 44. *num.* 20 *verſ. item
aſſertio*, & fuit coram me dictum *in Vrdunen. Abbatiæ*
20. *Februarij* 1615. & *in cauſa Auriacen. Iuris nominandi*
9. *Februarij præteriti.* Confeſſio verò Carduccij præſen-
tati eſt indubitata, reſultans tàm ex acceptatione præ-
10 ſentationis factæ virtute dicti legati, quæ intelligitur cū
omnibus qualitatibus in illa appoſitis *Put. deciſ.* 200.
num. 2. *Iaſ. in l. contra iuris, §. ſi filium num.* 12. *de pact.*
11 quàm ex illorum vſu, & productione in iudicio, *Verall.
d. deciſ.* 188. *par.* 1. & quia prædictis conſonare videtur
eius narratiua in literis ſuæ prouiſionis, & in conſenſu
12 præſtito reſeruationi penſionis, quæ contra ipſum plenè
probat *vulg. l. cum precum C. de liber. cauſ. & fuit in alle-
gata Vrdunen. Abbatia coram me firmatum*, quòd vide-
licet Canonicatus exiſtit de iurepatronatus nonnullo-
rum familiæ de Puccis, quæ verba excludunt, quòd illud
13 ſit merè hæreditarium. Huiuſmodi autem confeſſiones
ſucceſſiuæ, & multiplicatæ magis operantur *Bart. in l.
cum ſcimus in fin. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. *Felin. in
cap. ſi cautio num.* 39. *de fid. inſtrum. Decian. conſ.* 14.
num. 44. *&* 45. *lib.* 5. & contra eas requiritur concluden-
tiſſima erroris probatio, vt poſt *ſcribentes in cap. vlt. de
confeſſ. in l. non fatetur, ff. eodem, & in l. ſi per errorem
ff. de iuriſd. om. iud. Siluan. conſ.* 57. *num* 27. *&* 28. *&
Decian. d. conſ.* 14. *num.* 35. adeo vt vbi etiam verba
14 fundationis, ſi de ea conſtaret, eſſent dubia, reciperent
declarationem ab illis. *Dec. conſ.* 193. *num.* 6. *verſ. &
hoc multùm confirmatur, Menoch. conſ.* 191. *num.* 48. *lib.* 2.
& dixit *Rota in cauſa Romana menſæ nummulariæ* 30. *Iun.*
1614. *coram R. P. D. Decano*, ſed quinimo quia non
conſtat de fundatione contraria videtur impoſſibilis hu-
15 iuſmodi erroris probatio *Ruin conſ.* 128. *præſertim num.*
8. *&* 9. *lib* 2. Et quamuis prædicta ſufficerent ad ex-
cludendum, iuſpatronatus eſſe merè hæreditarium, ex a-
bundanti tamen oſtenditur, illud eſſe, vel familiare, vel
mixtum ex pluribus. Primò, quia quatuor præſenta-
tiones, & conſenſus reſpectiuè continuatæ de annis
1536. 1537. 1548. & 1570. quæ fuerunt effectum ſorti-
tæ, vt fuit in hac eadem cauſa ſub die 11. Decembris
16 præteriti coram me reſolutum, omnes fuerunt in capi-
ta factæ, ideoque nedum repugnant naturæ iuriſpatrona-
tus hæreditarij, ſed quinimo oſtendunt illud gentilitium
Bald. in l. 2. *num.* 4. *C. de ſuis, & legitim. cum alijs in
Florentina iuriſpatronatus de Ricaſolis* 10. *Martij* 1603.
C *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto*. C, Secun-
dò, quia de anno 1536. & 1537. bis concurrunt pater,
& filius ad conſentiendum prouiſionibus Apoſtolicis ad
fauorem Laurentij de Puccis, & Leonardi de Naſis, &
quia de anno 1548. præſtiterunt inſimul conſenſum pa-
truus, & nepos ad fauorem Antonij Petrei; ex quibus
omnino excluditur qualitas hæreditaria, cum patre vi-
17 uente filius hæres ei eſſe non poſſit, nec aliquod ius ſibi
D competat in beneficio iuriſpatronatus D, *Card. in
clem.* 2. *quaſt.* 8. *de iurepatr Feder. de Sen. conſ.* 111,
verſ. ſed contra, Calder. conſ. 19. *in fin. Verall. dec.* 366.
num. 3. *par.* 2. & fuit dictum *in allegata Florentina ſub die*
10. *Martij* 1602. in qua etiam Rota reſoluit, ad iſtum ef-
fectum ſufficere, quòd ita ſemel fuerit obſeruatum. Nec
eſt neceſſe quòd conſtet, in effectuatione dictarum pro-
18 uiſionum habitam fuiſſe rationem conſenſus per filium
præſtiti: quia ſufficit ſola admiſſio filij familiàs ad præ-
ſentandum, & quia effectuatio ſubſequens non poteſt
magis vnius, quàm alterius conſenſui attribui, ſed ad
omnes æqualiter eſt referenda; ſicuti minùs in admiſſio-
ne filiorum requiritur contradictio, quia attenditur ſola
obſeruantia ex ſimplici vſu, & nudo facto collecta; pro-
ut dicere, quòd filius tanquam hæres alicuius ex compa-
tronis præſentauerit, eſt diuinare, prout in iſtis terminis
fuit latiſſimè deductum *in ſæpe allegata Florentina* 11.
Februarij 1604. *in verſ. quibus ſic ſtantibus, in verſ. non
obſtant in contrarium adducta & in verſ. non obſtat ſecun-
dum*. Allegata confeſſio in contrarium nihil obſtat, quia
deſumitur ex quadam poſitione per procuratorem non
habentem ſpeciale mandatum producta, quæ continet
deſcendentes, & hæredes anteceſſorum Antonij de Puc-
cis præſentaſſe, ex qua non reſultat, quòd iuſpatronatus
fuerit merè hæreditarium, ſed mixtum, quia ponitur
vtraque qualitas deſcendentiæ, & hæreditatis: vel ſal-
19 tem tanquam dubia, & æquiuoca nihil concludit. Ter-
tiò quia accedunt duæ aſſertiones Summi Pontificis de
annis 1536. & 1537. in quibus dicitur, Canonicatum eſ-
ſe de iurepatronatus deſcendentium Antonij de Puccis,
20 & familiæ de Puccis, quæ quamuis non antiquæ, faciunt
nihilominus qualem qualem probationem *Gabr. de prob.
concl.* 2. *num.* 53. & non modicùm coadiuuant ſupradictas
probationes ad excluſionē qualitatis hæreditariæ ex de-
ductis *in cauſa Mediolanen. Sacriſtiæ* 26. *Iunij* 1602. *coram*
21 *Illuſtriſs. bo. me Card. Pamph.* Nec repugnat *conſ. Anchar.*
81. ex aduerſo allegatum; nam quāuis iuſpatronatus pro
deſcendentibus ſimpliciter reſeruatum tranſeat, finita
deſcendentia, ad hæredes extraneos, & ita videatur eſſe
hæreditarium: attamen, ea durante, nihil impedit, quin
per omnia pro merè gentilitio reputari debeat *Card. Se-
raph. deciſ.* 364. & fuit latè deductum *in dicta Florentina*
10. *Martij* 1603. Quartò, quia in ſupradictis quatuor
22 prouiſionibus ſemper habita fuit mentio familiæ, & de-
ſcendentiæ, nunquam verò hæreditariæ qualitatis, adeo
vt præſumendum ſit, quòd expreſſo, & proprio nomine,
non autem hæreditario (quod in dubio non præſumitur)
factæ fuerint, vt in his terminis conſiderauit *Rota in di-
cta Florentina ſub die* 10. *Martij, &* 11. *Februarij.* Quintò
quia ex ſtatu centenario huius Canonicatus in alia deci-
23 ſione firmato apparet, quòd nullus extraneus ab Anto-
nio, aut fœmina conſenſit, nec præſentauit: quod arguit,
patronatum non fuiſſe hæreditarium: quia valdè inue-
riſimile videtur, quòd ſpatio tanti temporis aliquis ex-
traneus, aut fœmina in hæreditate aliquorum ex illis nō
ſucceſſerit in familia, præſertim, vt ſupponunt informā-
tes pro Carduccio, numeroſa. Non obſtat conſenſus (vt
prætenditur) in ſtirpes præſtitus reſignationi ad fauo-
rem Petri de Naſis de anno 1585. per aſſertum procura-
torem Laurentij, Roberti, Alexandri, Æmilij, & Aſca-
nij de Puccis. Primò, quia non conſtat de aliquo man-
dato procuræ, & præſertim ad variandum modum præ-
ſentandi ſeruatum in præcedentibus vacationibus. Se-
cundò, quia neque procurator voluit conſenſum reſtrin-
gere potiùs in ſtirpes, quàm in capita, dum pro omni ve-
ro iure patronis competenti præſtitit conſenſum, adeo
vt potiùs præſumendum ſit, quòd voluerit modum præ-
cedentem præſentandi per principaleſmet ſeruatum
continuare, & ab illo non recedere: vel ſaltem per hunc
actum equiuocum, & dubium non poteſt elidi probatio
24 clara ſtatus familiaritatis latè ſupra firmata, ex vulgari-
bus. Vndè ſiue iuſpatronatus ſit merè gentilitium, ſiue
mixtum, quia requirat vtranque qualitatem ſanguinis,
& hæreditatis, Octauia tanquam extranea non eſt ca-
pax,

Digitized by Google

pax, & conſequenter gratia Carducij non eſt iuſtificata. Et ita fuit, vtraque parte informante, concluſum &c.

ANNOTATIO.

A Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium, &
tranſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos,
vbi ex fundatione, vel aliunde de contrario non docetur,
Rot. deciſ. 707. *num.* 8. *part.* 1. *& deciſ.* 756. *num* 1. *part.*
2. *recent. in Vrbeuetana beneficij* 28. *Ianuarij* 1613. *coram*
bon. mem Vbaldo, & coram eodẽ in Lucana iuriſpatronatus
26. *Iunij* 1623. *& in Piſtorien parochialis* 9. *Februa-*
rij 1624. *coram R P. D. meo Merlino*, in qua hæc deciſio
allegatur.
Iuſpatronatus probatur per confeſſionem partis in illius
præiudicium, maximè ſi concurrant etiam adminicula,
25 vt præter deciſiones hic allegatas, *Rot. deciſ* 697 *ſub num.*
2. *part.* 1. *recent Gregor. XV. deciſ* 452. *num.* 1. *& ibi Ad-*
den alias adducit num. 22. & fuit dictum *in Piſtorien.*
plebaniæ 12. *Iunij* 1623. *coram R. P. D. meo Nauarro.* &
licèt Sacra Congreg. Illuſtriſſimorũ Cardinaliu Sacri Cõc.
interpretum *ſuper cap.* 9. *ſeſſ.* 25. *de refor. relata per Garc.*
de benefic. part. 12. *cap.* 2. *num.* 275. reſoluerit, non pro-
bari iuſpatronatus ex ſola partis confeſſione, id tamen eſt
intelligendum, vt partis confeſſio non ſufficiat ad pro-
bandum iuſpatronatus ad effectum canonizandi illud in
præiudicium Eccleſiæ, & quando Ordinarius eſt in cauſa,
non autem in præiudicium ipſius confitentis, vt declarat
Martie. deciſ. 318. *num.* 3. *Achill. deciſ* 1. *de confeſſ. Rot. in*
Regien. prioratus 9. *Maij* 1586 *coram Cardinali Pamphi-*
lio. & in Mutinen. plebis, ſeu iuriſpatronatus 21. *Februarij*
1625. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*;
26 hæc autem confeſſio reuocari poteſt, etiam non docto de
errore, ſiue fuerit procuratoris, ſiuè principalis, *iu-*
xta deciſ Bellam. 692. *in fin. Papazzon. in addit. ad deciſ.*
26. *in fine de reſcript. in nou. &* in his terminis iuriſpa-
tronatus fuit dictum *in allegata Mutinen. plebis, ſiuè iu-*
riſpatronatus coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.
C *Rota in d Piſtorien. parochialis* 9. *Februarij* 1624. *coram*
R. P. D meo Merlino, ſequitur etiam *Lotter. de re benefic.*
lib. 2. *cap.* 11. *num.* 123.
D Et hoc procedit, etiam quòd filius ſit emancipatus, qui
27 in iurepatronatus hæreditario, vel mixto nunquam ſuc-
cedere poteſt viuente patre, & ideò ſi præſentauerit ſimul
cum patre, iuſpatronatus præſumitur gentilitium, non
autem hæreditarium, *Lambertin de iurepatr. lib* 2. *part.* 1.
quæſt. 2. *art.* 5 *num.* 13. *& fuit dictum in hic allegata Flo-*
rentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 10. *Martij* 1603. *&*
11. *Februarij* 1604 *coram Cardinali Lancellotto iuniori,*
ſequitur Gratian. diſcept forenſ. cap. 521. *num.* 25.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Palatij.

Lunæ 30. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Penſiones ante litem motam reſtitui non debent in iudicio manutentionis, ſed tamen peti poſſunt iudicio ordinario, licèt ſummario ſaltem tanquam damna, & intereſſe. Poſſeſſor vt fructus ante litem motam perceptos reſtituere non teneatur, ſufficit abeſſe malam fidem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debẽtur à die motæ litis tantũ in iudicijs poſſeſſorijs.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad fructus niſi a die motæ litis.*
3 *Mala fides ab allegante probari debet, quia in dubio præſumitur bona.*
4 *Subhaſtatio fit palam, & publicè, & omnibus innoteſcit.*
5 *Emiſſe præſumitur bona fide, qui mediante ſubhaſtatione & Iudicis auctoritate emit.*
6 *Fructus vt poſſeſſor ſuos faciat, non requiritur bona fides, ſed ſufficit abeſſe malam.*
7 *Fructus ante litem motam non veniunt in iudicio ſummariſſimo, ſed peti poſſunt in iudicio ordinario, licèt ſummario ſaltem vti damna, & intereſſe.*

DECISIO CLXXXIV.

1 CVM Reuerendiſſimus D. Archiepiſco-
pus Vrbinatenſis obtinuerit manda-
tum de manutenendo in poſſeſſione
Palatij, de quo agitur, DD. dixerunt,
illi deberi penſiones dicti Palatij à die
motæ litis tantùm, iuxta naturam in-
terdictorum *ad tex. in l.* 3. *& ibi Gloſ.*
Odofr. Alberic. Bart. & Angel. ff. de interdict. in l. 1. *§.*
ex die, quo, & ibi Gloſ in verb. interdictis ff. de vi, & vi
arm. & in l. quæſitum 8. *§. ex hoc ff. de precar.* & in in-
terdicto retinendæ *Io. Fab. in §. retinendæ num.* 14. *verſ.*
item, & fructus, Inſtit de interdict. Boccac. in tract. de
interdict. vti poſſid. cap. 18. *num.* 4. *& cap.* 19. *num.* 29.
Rota apud Card. Seraph. deciſ. 835. *num.* 1. *et deciſ.* 1168.
num. 3. *et in Calaguritana liquidationis* 4. *Maij* 1611.
A *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno.* A
Quo verò ad penſiones ante motam litem, dixerunt, illas
non deberi, tum quia D. Magalottus emptor dicti Pa-
2 latij non fuit malæ fidei poſſeſſor *Alberic. Bart. et Angel.*
in d. l. 3. *de interdict. Card. Seraph. d. deciſ.* 835. *in fin.*
& in ſpolio non violento fuit tentum *in Auximan. ſpolij*
3. *Decembris* 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Mala
3 enim fides, quæ probanda eſſet à D. Archiepiſcopo eam
allegante, cum in dubio præſumatur bona, *l. pen. C. de*
euict. cum pluribus per Surd. conſ. 73. *num.* 50. *Menoch.*
4 *conſ.* 113. *num* 30. & in terminis noſtris *in remed.* 3. *re-*
tinen. num 601. non ſolùm non probatur, ſed excludi-
tur, quia D. Magalottus emit per ſubhaſtationem Iu-
dicis authoritate factam, quæ fit palam, & publicè, &
omnibus innoteſcit, *Surd. conſ.* 405. *nu.* 11. *lib.* 3. Ideoq.
5 præſumitur emiſſe bona fide *l. nõ intelligitur §. ſi quis pa-*
lam ff. de iur. fiſc. cum alijs per Honded. conſ. 105. *num.* 58.
lib. 1. quamuis etiam talis bona fides ad faciendum fru-
6 ctus ſuos nõ ſit neceſſaria, ſed ſufficit, malã abeſſe *l. quæ-*
ſitũ in fin. ff. de acquir. rer. dom. Surd. plures allegans conſ.
115. *num.* 7. *lib.* 1. *& Rota in d. Auximana ſpolij* 3. *Decẽ-*
bris 1610. *&* 4. *Martij* 1611. *coram R. P. D. meo Piroua-*
no. B Tũ etiam, quia mandatum contra D. Magalottum
fuit relaxatũ in ſummariſſimo ſinè petitione, & condẽ-
natione dd. penſionum, quæ ante litem motam non ve-
7 niunt in hoc Iudicio, ſed peti ſaltem poſſunt iudicio or-
dinario, licèt ſummario tanquam damna, & intereſſe
iuxta diſtinctionem *Salycet. in l.* 1. *num.* 21. *verſ. teſtium*
C. vti poſſid. quam ſequuta eſt *Rota apud Put. deciſ.* 61. *lib.*
4. *in nouiſſim. & Cardinalem Seraph. d. deciſ.* 835. *ſub di-*
cto num. 3. iuxta formam libelli traditam *per text. in l.*
3. *§. fin. ff. vti poſſid. à Bart. in d. l.* 1. *num.* 7. C. *eod.*
Abb. in cap. conqueſtus num. 3. *de for. compet. & in cap. licèt*
cauſam num. 12. *verſ. not.* 14. *de probat. & ibi Dec. num.*
108. *Bero. num.* 62. *et Felyn. num.* 11. *Speculat. de cauſ.*
poſſ.

poſſ. et propr. in prin. num. 7. verſ. multi tamen, Papien in forma libell. turbat. poſſeſ. in fin. cum allegatis per Menoch. de retinen. dicto remed. 3. num. 455.

Alia, vel reſpiciunt petitorium, vel ſunt extra punctum, & ideo fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Fructus veniunt à die motæ litis tantùm in iudicio manutentionis, ſicut in reliquis interdictis poſſeſſorijs, vt dixit pluries Rota, & præter hic allegatos *Cardinal. Caualer. deciſ. 409. num. 1. in Crotonen decanatus 27. Maij 1616. coram Reuerendiſſ. D. meo Patriarcha Pamphilio, in Bononien. fructuum 12. Nouembris 1612. in Elboren. decimarum 23 Maij 1622. & in Romana de Cincijs 1. Iulij 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana domus de Nocchiellis 26. Iunij 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & infra coram Domino meo deciſ. 357. num. 15. & deciſ. 449. num. 1.* hoc tamen eſt intelligendum iuxta diſtinctionem, quam ſeruat eadem Rota, ſcilicet quando agitur principaliter ad rem aliquam, cuius fructus acceſſorie veniunt reſtituendi, tunc enim facienda eſt condemnatio in dd. fructibus à die motæ litis tantùm; ſecus quando principaliter agitur ad ipſos fructus, *Rota in Mediolanen. fructuũ 27. Maij 1589. coram Card. Platto impreſſ apud Marcheſ de commiſſ. part. 2. pag 206. in Toletana penſionis 16. Febr. 1618. corã Reuerendiſſ. D meo Patriarcha Pamphilio, in d. Elboren fructuum, et in dicta Romana de Cincijs coram R P. D. meo Pirouano,* quia tunc debentur etiam ante litẽ motam, *& deciſ. 689. part. 3. lib. 3. diuerſ. Seraphin. hic allegat. deciſ. 835. & 1168. num. 3.*

B Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad fructus perceptos, niſi à die motæ litis, & ſufficit quod abſit mala fides *Cardinal. Caualer. deciſ. 409. num. vlt. et deciſ. 467. num. vlt. et deciſ. 645. num. 1. Rot. deciſ. 518. num. 7. par. 2. recent.* vbi quod qualibet cauſa etiam beſtialis excuſat à reſtitutione fructuum, & ſufficit opinio etiam erronea, non ſolùm in facto, verùm etiam in iure, *Peregrin. de fideicomm. artic. 49. num. 118. et fuit dictum in Elboren fructuum 16. Februarij 1618. coram bon. mem. Remboldo;* limitatur tamen quando titulus eſſet reprobus, vt ſi ageretur de vſuris, quia tunc bona fides non excuſat à reſtitutione fructuum, *Seraphin. deciſ. 1106. notat Beltramin. ad deciſ 74. Gregor. XV. lit. A. et fuit dictum in Foroliuien. ſocietatis 5. Maij. 1621. coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Veroſpio.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Virdunen. Vicariæ.

Mercurij 1. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur eiecto à poſſeſſione per executorem literarum Apoſtolicarum, qui nulliter, & attentando proceſſit, non obſtante clauſula, *ſinè præiudicio executionis, Literarum Apoſtolicarum*, maximè quando Iudex eſt datus cũ facultate manutenendi.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione plenè probat ad effectum manutentionis.*

2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis in literis Apoſtolicis aſſerentis aduerſarium intruſum.*

3 *Executor literarum Apoſtolicarum cum clauſula,* vocato, & amoto, *tenetur aſſumere partes Iudicis, & ab eius ſententia datur appellatio.*

4 *Executor literarum Apoſtolicarum cum clauſula,* vocato, & amoto, *procedens ad executionem gratiæ ante illius iuſtificationem, & poſt appellationem dicitur nulliter, & attentatè proceſſiſſe, & non priuat poſſeſſione.*

5 *Manutentio debetur eiecto à poſſeſſione per executorem literarum Apoſtolicarum nulliter procedentem.*

6 *Clauſula,* Sine præiudicio executionis literarũ Apoſtolicarũ *præſeruat Iudici à quo facultatẽ exequendi, ſed non impedit, quin Iudex ad quem poſſit executionem iam factam reuocare ſi nulla ſit, vel manutentionem concedere nulliter eiecto.*

7 *Attẽtata reuocare poteſt Iudex ad quẽ, non obſtãte commiſſione cũ clauſula,* ſine retardatione executionis literarũ Apoſtolicarũ, *ſi illi ad hoc expreſſa facultas data fuerit.*

8 *Manutenendus eſt poſſeſſor, quouſque diſputatur, an intret reſeruatio, vel decretum irritans inficiat poſſeſſionem.*

9 *Vicaria non comprehenditur ſub regula octaua.*

DECISIO CLXXXV.

1 CENSVERVNT Domini, dandum
eſſe mandatum de manutenendo Sebaſtiano, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, tum ex inſtrumento illius adeptionis, quod alio tunc non poſſidente plenè probat *l. pradia, & ibi DD. ff. de acquir. poſſ.* tum etiam ex con-
2 feſſione partis in literis ſuæ prouiſionis: quamuis enim in eis dicat ipſum intruſum, tamen reijcitur qualitas intruſionis, *Rot. deciſ. 802. num. 3. & 4. part. 1. diuerſ. & in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram R. P. D. Martino Andrea, & in Romana domorum de Roncionibus 4. Martij præteriti coram me*, in quibus aliæ recenſentur. Nec obſtare viſum fuit, poſteriorẽ captã fuiſſe à Deſiderio authoritate Iudicis executoris literarum ſuæ prouiſionis. Quia cum gratia eſſet in
3 forma commiſſaria cum narratiua poſſeſſionis Sebaſtiani, & cum clauſula, *illo vocato, & amoto*, tenebatur executor aſſumere partes Iudicis, & ſic cognoſcere, de iuſtificatione gratiæ, necnon de titulo Sebaſtiani poſſeſſoris per eum coram d. executore producto, & ab eius ſententia dabatur appellatio, *cap. exhibita, vbi Abb. num. 6. & Felin. num. 4. de iudic. Gonz. ad reg. 8. gloſ. 9. in adnotat. contra nullit. num. 236. Rot. in d. Mediolanen. beneficij coram R. P. D. meo Andrea.* Et conſe-
4 quenter cum d. executor proceſſerit abſque aliqua iuſtificatione literarũ, & Deſiderium immiſerit in poſſeſſionem poſt interpoſitam in tempore appellationem pro parte Sebaſtiani, dicitur nulliter, & attentatè proceſſiſſe, vt quando literæ non ſunt iuſtificatæ *Caſ. de Graſſ. deciſ. 12. num. 1. & 4. de probat. Rot. in Regien. beneficij 15. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Dunozetto*, in qua aliæ allegantur, & quando fuit data immiſſio poſt appellationem, *cap. non ſolum de appell in 6. & cap. 2. vt lit. pend. eod. lib. 6. cum concord.* Atque ita non potuit priuare Sebaſtianum ſua anteriori poſſeſſione, cui tanquam nulliter eiecto competit manu-
5 tentio, vt in terminis eiecti per executorem literarum Apoſtolicarum nulliter procedentem fuit reſolutum *in Baren. ſeù nullius Prioratus 18. Martij 1613. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno in d. Regien. beneficij coram R. P. D. Dunozet. & in d. Mediolanen. benefi-*
A *cij coram R. P. D. meo Andrea.* A, Minus obſtare dixe-
6 runt DD. cauſam fuiſſe commiſſam cum clauſula, *Sinè præ-*

Digitized by Google

praiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, tum
quia illa præſeruat Iudici, à quo, facultatem exequendi,
ſed non impedit, quo minus Iudex, ad quem, facta execu-
tione poſſit illam reuocare, ſi nulla ſit, *Rota deciſ.* 182.
num. 3. *lib.* 2. *part.* 3. *diuerſ.* etiã concedendo manuten-
tionem nulliter eiecto, vt in puncto fuit deciſum *in*
Hiſpalen. & Caurien. permutationis 11. *Martij* 1596.
coram bon. mem. Giptio, quam deciſ. approbauit deinde
Rota in Oueten. beneficij 28. *Nouembris* 1597. *coram Il-
luſtriſsimo D. Cardinali Lancell. in Oritana Paroebialis*,
12. *Decembris eiuſdem anni coram Peregrino*; tùm etiam
7 quia narrata tota facti ſerie fuit per Sebaſtianũ obtenta
commiſſio cum ſpecifica manutenendi facultate, ex qua
poteſt ſinè dubio concedi manutentio, non obſtan. dicta
clauſula, *ſinè praiudicio, &c.* vt in ſimili, quòd non ob-
ſtante clauſula, *ſinè retardatiane executionis literarum
Apoſtolicarum*, Iudex poſſit reuocare attentata, quando
illi ad hoc datur expreſſa facultas in commiſſione, *fuit
dictum in Cremonen. iuriſpat.* 26. *Ianuarij* 1603. *coram
Reuerendiſsimo Bonon. & admittitur etiam in Bergomen.
beneficij, ſeu iuriſp.* 24. *Nouembris* 1614. *coram R. P. D.
meo Vbaldo in fine*. Non denique viſum fuit obſtare,
8 quòd Vicaria vacauerit in menſe reſeruato, quaſi quòd
poſſeſſio Sebaſtiani propter decretum irritans rema-
neat infecta. Quia donec certum ſit, an intret reſerua-
tio, & decretum, poſſeſſio non remanet infecta, & do-
nec de hoc dubitatur, poſſeſſor eſt manutenendus, *vt fuit
dictum in Parmen. Prioratus* 16. *Ianuarij* 1598. *coram
bon. mem. Orano, & in alijs relatis in Rauennaten. Nota-*
C *riatus* 1. *Iulij* 1615. *coram me* C, & pro parte Sebaſtia-
9 ni dicitur, hanc eſſe Vicariam, quo probato ſinè dubio
ceſſat reſeruatio regulæ octauæ *Gonzal. ad eand. gloſſ.*
8. *§.* 3. *à num* 59. *vſque ad fin. & fuit dictum in Tiraſo-
nen. Vicariæ* 13. *Octobris, &* 4. *Decembris* 1595. *coram
bon. mem. Litta, & in alijs relatis in Iacen. Vicariæ* 25.
Maij anni præteriti coram me.

Et ita fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd ſit danda manutentio poſſidenti, non obſtante poſ-
ſeſſione per executorem literarum Apoſtolicarum alteri
tradita poſt appellationem interpoſitam, quãdo executor
erat mixtus *fuit etiam dictum infra coram Domino meo
deciſ.* 306. *num.* 4. *& deciſ.* 491. *num.* 3. *& in Colonien.
præcedentia* 9. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. meo Vbaldo Iu-
niori*, in qua data fuit manutentio anterioribus poſſeſſori-
bus in materia præcedentiæ in gradu appellationis à ſen-
tentia Ordinarij, qui vigore Concilij Tridentini *ſeſſ* 25.
cap. 13. *de regular.* decreuerat, præcedentiam alijs deberi.
B Quòd nõ obſtante clauſula, *ſinè retardatione executionis li-
terarum Apoſtolicarũ*, Iudex ad quem, poſſit executionem
nulliter, & attentatè per Iudicem, à quo, factam reuocare,
& anteriori poſſeſſori manutentionem concedere, nec ſit
procedendum via ordinaria, ſequendo hanc deciſionẽ dixit
Rota *in Senogallien. bonorum* 14. *Aprilis* 1617. *coram bon.
mem Remboldo, ſequuntur Beltramin. in annot. ad deciſ.*
91. *Gregor. XV. num.* 13. *Barboſ qui plura de vi & effecti-
bus huius clauſulæ, in ſuo tract de clauſ vſu freq. clauſul.* 160.
num. 12. licèt *in Rota coram bon mem. Vbaldo in Bergo-
men. beneficij* 24. *Nouembris* 1614. de veritate huius opi-
nionis dubitatum fuerit.
C Concordantes adduxi ſupra *ad deciſ.* 131. *lit. D. quibus ad-
de Rot. in Romana de Cincijs* 1. *Iulij* 1624. *coram R. P. D.
meo Pirouano, verſ. erectio verò*.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

CLXXXVI.

Peruſina hæreditatis.

Lunæ 6. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Plura traduntur in materia poſſeſſionis, de qui-
bus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non poſſidente eſt manute-
nibilis*.
2 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio poſſidente, capta non ſuffra-
gatur ad effectum manutentionis, præſertim poſſeſſore non
citato, num.* 3.
4 *Poſſeſſor non citatus non priuatur ſua anteriori poſſeſſione,
etiam quòd capta fuerit Iudicis auctoritate*.
5 *Poſſeſſio ex falſa cauſa quæſita non vitiatur, quia poteſt ſinè
cauſa acquiri*.
6 *Manutentio datur poſſidenti tanquam hæredi ab inteſtato,
donec de teſtamenti validitate, & exceptionibus contra
illud cognoſcatur*.
7 *Bannimenta prohibentia, capi poſſeſſionem propria aucto-
ritate, & ſinè Iudicis licentia, & interuentu Curiæ,
non procedunt, quando poſſeſſio eſt vacans*.
8 *Poſſeſſio vacans capi poteſt propria auctoritate ab eo, qui ſe
prætendit hæredem*.
9 *Manutentio datur cohæredi in poſſeſſione omnium bono-
rum hæreditariorum, ſi eam cœpit nulla facta mentione
aliorum cohæredum*.

DECISIO CLXXXVI.

MORTVA Margherita 24. Septem-
bris 1615. Ioannes Bernardinus eius
ex fratre nepos vti proximior, & hæ-
res ab inteſtato per ſe, & procurato-
res ſpecialiter conſtitutos reſpectiuè,
adeptus eſt poſſeſſionem bonorum, per
eam de tempore vitæ, & mortis ten-
torum, & poſſeſſorum: quæ licèt inſtrumentalis, cum eſ-
1 ſet vacans illi fuit quæſita, & ſufficit ad manutentionem,
l. prædia vbi Bar. & alij ff. de acq. poſſ. & quotidie tenet
Rota, *vt apud Caſ. de Graſſ. deciſ.* 5. *num.* 1. *de cauſ. poſſ.
& propr. & in pluribus relatis in Romana Vinea de Ru-
ſconibus* 28. *Nouembris* 1611. *coram Reuerendiſsimo D.
meo Damaſceno*. Cui DD. dixerunt non obſtare poſſeſ-
ſionem captam per Ioannem Paulum dictæ Margheritæ
2 ex ſorore nepotem, prætendentem ſe hæredem teſtamẽ-
tarium: quia eſt merè inſtrumentalis, & ideo non ſuf-
fragatur, poſſeſſione priùs penes dictum Io. Bernardinũ
exiſtente, *l. ſi colonus, vbi not. omnes ff. de acq. poſſ. Ca-*
3 *putaq. deciſ.* 333. *par.* 2. præſertim cum fuerit capta illo
non citato *l.* 1. *ff. vti poſſid. & cap. licèt Epiſcopus* 28. *de
præb. in* 6. plenè *Barbat. in rubr. C. qui admitti, num.* 108.
& 109. *&* 110. *Dec. in l. fin. num.* 4. *verſ. & hoc proce-
dit & num.* 5. *C. de edict. Diu. Adr. tollen. & ibi Zuccard.
num.* 125. *& Menoch. de adipiſc. remed.* 6. *num.* 21. *&*
22. *& fuit dictum in Pacen. penſionis* 20. *Nouẽbris* 1609.
coram Reuerendiſs. Lugdunen. qui propterea non fuit pri-
4 uatus ſua anteriori poſſeſſione, etiam quòd capta fuerit
Iudicis auctoritate *d. cap. licèt Epiſcopus, Rot. deciſ.* 802.
num. 7. *verſ. quia pro reſponſione, & num.* 8. *par.* 1. *diuerſ.*
Nec etiam obſtare, quòd poſſeſſio non fuerit quæſita Ioan-
ni Bernardino vti hæredi ab inteſtato, ſtante teſtamen-
to, in quo ſcriptus eſt hæres d. Io. Paulus, & ſic ex falſa
cauſa

Digitized by Google

3 *par. 2.* præſertim cum fuerit capta illo non citato, *l. 1.*
ff. vti poſsid. & cap. licèt Epiſcopus 28. de præben. in ſexto,
plenè Barbat. in rubr. C. qui admitti, num. 108. & 109.
& 110. Dec. in l. fin. num. 4. verſic. & hoc procedit &
num. 5. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & ibi Zuccard. num.
125. & Menoch. de adipiſcen. remed. 6. num. 21. & 22.
& fuit dictum in Pacen. penſionis 20. Nouembris 1609. co-
ram Reuerendiſs. Lugdunen. qui propterea non fuit pri-
4 uatus ſua anteriori poſſeſſione, etiam quòd capta fuerit
Iudicis auctoritate *d. cap. licèt Epiſcopus, Rot. deciſ. 802.*
num. 7. verſ. quia prò reſponſione, & num. 8. par. 1. diuerſ.
Nec etiam obſtare, quòd poſſeſſio non fuerit quæſita Ioan-
ni Bernardino vti hæredi ab inteſtato, ſtante teſtamen-
to, in quo ſcriptus eſt hæres d. Io. Paulus, & ſic ex falſa
cauſa, quia nõ vitiatur poſſeſſio, etiam ſi detegatur falſa
5 cauſa, cum poſſit ſinè cauſa acquiri *Bar. in l. quod meo.*
18. num. 1. verſ. illud ergo, ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. 3. §.
generaliter num. 3. verſ. primò quod licèt, ff. eod, Surd. in puncto
conſ. 93. num. 11. & 12. & Rota in Maceraten. hæredi-
tatis 4. Iunij 1590. coram bon. mem. Cardinali Pamph.
comprobata in *Mediolanen. bonorum 1. Februarij 1591.*
6 *coram bon. mem. Cardinal. Platto,* in quibus etiam in ſpe-
cie fuit tentum, quòd detur manutentio poſſidenti tan-
quam hæredi ab inteſtato, donec de teſtamenti validita-
te, & exceptionibus contra illud cognoſcatur, quod etiã
tenuit eadem Rota apud *Card. Seraph. deciſ. 810. nu. 4.*
Minus obſtare viſum fuit, quòd poſſeſſio eſſet plena, quã-
do fuit capta per Io. Bernardinũ, quia fuerat ad ſe auo-
cata per Gubernatorẽ. Tum quia d. auocatio non fuit
7 actualis, ſed verbalis, & ſolùm cuſtodiæ cauſa, & ideo no-
luit, nec præſumitur voluiſſe priuare Margaritam ſua
A poſſeſſione; A. *Iacob. de Aren. in l. intereſſe 39. in princ. de*
8 *acquir. poſſeſſ. & ibi Bart. num. 1. & 4.* Tùm etiam, quia
fuit nulla tanquam facta nõ citata eadem Margarita ad-
huc viuente, & poſſidente. Et licèt fuerit cum clauſula
ſequuta morte ex nunc, prout ex tunc, tamen illa non
operatur tanquam apposita per inferiorem, qui non
9 poteſt tempore inhabili facere actum, conferendo illius
effectum in tempus habile, quia extrema non ſunt habi-
lia ad transferendum dictum effectum de vno tempore
ad aliud, vt in terminis dictorum verborum, *ex nunc,*
prout ex tunc, conſiderat *Curt. Iun. conſil. 76. num. 5.*
per doctr. Bart. in l. ſi is qui pro emptore 15. num. 3. ff. de
vſucap. Vltra quòd etiam oedum non conſtabat de timo-
10 re ſcandali ex ſola aſſertione Iudicis, quia illi in hoc
non ſtatur, ſed debent præcedere informationes parte
citata, vel præſente, *Angel. conſil. 107. in fin. verſ. quia*
ſummatim, Dec. in l. fin. num. 6. in fin. C. de edict. diu.
Adr. & ibi Zuccard. num. 123. verſic. eſt benè verum,
idem Dec. conſil. 266. num. 13. Marſil. ſingular. 543.
num. 4. Benint. deciſ. 73. num. 3. & 4. cum pluribus per
Menoch. de adipiſcen. remed. 6. num. 14. & 15. & per
Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. in quarta ratione
B *decidendi num. 10. & ſeqq.* B. ſed potiùs talis timor vide-
batur ceſſare ex verbo dato per milites nomine Io. Pau-
li, & Io. Bernardini de ſe non offendendo ex ordine Sa-
cræ Conſultæ. Nec etiam quicquam facere putarunt
DD. inhibitionem emanatam de non capiendo dictam
poſſeſſionem, quia non fuit intimata Ioanni Bernardi-
11 no perſonaliter, ſed domi, etiam ſinè dimiſſione copiæ,
prout requirebatur iuxta *l. 4. §. toties, & ibi Gloſ. in*
verb. libellum, & Bald. in fin. ff. de damn. infect. Inno-
cent. & alij in cap. vltim. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. &
Vant. latè de nullit. ex defectu cit. num. 88. Nec pa-
riter obſtare viſa fuerunt bandimenta Ciuitatis Pe-
12 ruſiæ, prohibentia capi poſſeſſionem propria auctori-
tate, & ſinè Iudicis licentia, & interuentu Curiæ, ne-
dum ſub pœna, ſed etiam ſub clauſula annullatiua poſ-
ſeſſionis captæ; illa enim recipiunt interpretationem à
iure communi, ad notata in *l. 1. C. de noxal.* ideoq. non
procedunt, quando poſſeſſio eſt vacans (prout hic)
13 quo caſu poteſt capi propria auctoritate ab eo, qui ſe
prætendit hæredem *Cyn. in l. fin. ſub num. 12. verſ. aut*
bona non poſſidentur, & ibi Bart. num. 16. verſ. item extra
gloſſ. Dec. num. 4. verſ. poteſt tamen hæres, & Zuccard.
num. 266. in princ. verſ. ſed quando, C. de edict. Diu. Adr.
tollen. & alij ibid. cum cumulatis per Decian. reſp. 4. num.
36. & ſeq. lib. 3. & fuit in ſpecie dictum coram me in
Firmana hæreditatis 27. Iunij 1614. quod etiam apertè
oſtenditur, dum in dd. bandimentis alternatiuè requi-
ritur, vel licentia Iudicis, vel partis conſenſus, vt fuit
cõſideratum in ſimili de ſtatuto Ciuitatis Firmi *in d. de-*
ciſ. coram me, & propterea applicari non poteſt illorũ
diſpoſitio, vt fuit in ea reſolutum. Tandem viſum fuit
14 non obſtare, quòd Ioannes Bernardinus non potuerit
acquirere poſſeſſionem, niſi pro quarta parte, cum ha-
beret alios tres fratres, & ſic cohæredes; quia conſtat,
eum voluiſſe acquirere poſſeſſionem omnium bonorum
cum eam cœperit ſinè mentione fratrum; & in hoc at-
tenditur ſolus animus, & factum ſubſecutum, vt fuit di-
ctum in *Romana vineæ de Fabijs 10. Ianuarij 1611. corã*
Reuerendiſſimo Domino Lugdunen.
Ex quibus fuit reſolutum, Ioanni Bernardino dandum eſſe
mandatum de manutenendo.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſione ſua quis non priuatur per auocationem fa-
15 ctam à Iudice ex officio, quia præſumitur cuſtodiæ cauſa
Mantic. poſt alios deciſ. 252. num. vlt. Gregor. XV. deciſ.
9. num. 2. & ibi Adden alias deciſiones citat num 11. Car-
dinal. Caualer. deciſ 86. num vlt. & deciſ. 305. num. 2. Se-
raphin. deciſ. 756. num. 3. & deciſ. 773. num. 2. Rota in
Placentina Canonicatus 14. Ianuarij 1600. coram Cardi-
nali Lancellotto iuniori, apud Garz. de benefic. part. 6. cap.
2. num. 220. & coram Reuerendiſsimo Domino meo Cocci-
no Decano deciſ. 158. num. 2. deciſ 243. num. 1. deciſ 259.
num 3. deciſ 278. num. 2. & deciſ. 478. num. 10. & in
recent. deciſ 513. num. 6. & hoc procedit etiam ſi poſſeſ-
16 ſor ſequeſtro conſenſerit, vt in deciſionibus citatis *à Bel-*
tram. in annot ad d. deciſ. 9. Gregor XV. num. 12. quibus
addo Rot. coram Reuerendiſsimo Domino Decano deciſ. 312.
num. vlt. & in Pampilonen. Vicariæ de Huarte 4. Maij
1607. coram bon. mem. Cardinali Marquemontio, & ideo
non priuat poſſeſſorem effectibus iuris, licèt priuet com-
modo fructuum, *vt fuit dictum in Vercellen. Cappellaniæ*
18. Iunij 1607. coram bon. mem. Cardinali Marquemontio.
Limitantur tamen prædicta, vbi poſſeſſio eſt nulla, &
17 vitioſa, ſeu attentata, *Card Seraphin. deciſ. 314. num. 3.*
Item limitantur vt procedant, quando poſſeſſio eſt cla-
ra, ſecus ſi eſt turbida, quia tunc cum non apparet, quis
poſſideat, & poſſeſſio ſequeſtretur ex eo, quod eſt turbi-
da, ſequeſtrum priuat poſſeſſione, *vt fuit dictum in Pla-*
centina Canonicatus 22. Aprilis 1602. & in Placentina
Cappellaniæ 8. Nouembris eiuſdem anni coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio.
B *Rota d. deciſ. 513. num. 4. part. 1. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Z Min-

Mindonien. Canonicatus.

Lunæ 6. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratioſa, non facta mentione litis, & rei iudicatæ eſt ſubreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratioſa impetrata, non facta mentione litis, & ſententia antea ſuper beneficio lata, eſt ſubreptitia.*
2 *Subrogatio impetrata, non facta mentione rei iudicatæ, eſt ſubreptitia.*
3 *Breuis executio non impeditur, niſi ſubreptio percutiat clauſulam,* Conſtito, *& quando procedat, num.* 4.

DECISIO CLXXXVII.

VISVM fuit DD. eſſe locum arbitrio
pro retardatione paritionis Breuis
ſubrogationis gratioſæ impetratę per
Alphonſum, qui etiam reportauit ab
A.C. ſententiam declaratoriam. Nam
dictum Breue fuit ſubreptitiè extor-
tum, non facta per Alphonſum men-
tione ſententiæ diffinitiuæ Ordinarij latæ ſuper denega-
ta executione literarum Apoſtolicarum, antea per eun-
dem Alphonſum impetratarum prouiſionis Canonica-
tus, & præbendæ, de quibus agitur, priùs impetratæ
per Petrum Sanchez per obitum Petri Diaz Galindo de
menſe Iulij reſeruato, qui literis ſuæ prouiſionis non
expeditis, nec poſſeſſione habita, obtinuit alium Cano-
nicatum, & præbendam ab Ordinario in Eccleſia Oue-
1 ten. cuius litis, & ſententiæ mentio neceſſaria erat, *Gloſ.*
in cap. ſuper literis, in verbo literas, de reſcript. à qua ne-
minem diſſentire dicit *Menoch. de arbitr. caſ.* 201. *num.*
2 42. Et eò magis, quia fecit tranſitum in iudicatum, *Fe-*
lin. in d. cap. ſuper literis num. 14. *Bero. num.* 72. *Me-*
A *noch. vbi ſupra num.* 46. A, Si enim Papa sciuiſſet dictã
ſententiam, vel non conceſſiſſet ſubrogationem gratio-
ſam in iuribus dicti Petri, etiam quoad proſecutionem
Breuis Cameralis, vel ſe difficilliorem reddiſſet, vt in
iſtis terminis reſoluit Rota *in Nouarien. Canonicatus* 12.
Febr. 1593. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*.
Non obſtat, quòd ad impediendam executionem Breuis
3 non attendatur, niſi ſubreptio percutiens clauſulam
Conſtito, vt fuit dictum *in Papien. Præpoſituræ* 10. *De-*
cembris 1610. *& 3. Maij* 1611. *coram Reuerendiſſimo At-*
trebaten & in Triuentina Monaſterij 17. *Maij* 1603. *co-*
4 *ram R.P.D. meo Manzanedo.* Quia dictæ deciſiones pro-
cedunt, vt non ſit neceſſaria iuſtificatio aliorum narra-
torum, quæ non percutiunt reſeruationem, ob quam
ſolam conceditur ſubrogatio, *vt in Salamantina Cano-*
nicatus 30. *Maij* 1597. *coram Penia*. At ſecus quando
ſubreptio includit reſeruationem, prout in propoſito,
cum ſententia fuerit lata per Ordinarium contra literas
Apoſtolicas impetrationis dd. Canonicatus, & præben-
dæ vti de reſeruatis, tàm ex aſſecutione alterius Cano-
nicatus per dictum Sanchez, quam etiam per obitum
Diaz in menſe reſeruato, vt ex illa clauſula, *ſeu quouis*
alio modo Rot. deciſ. 52. *de conceſſ. præben. in antiq. Caſ-*
ſad. deciſ. 5. *in princ. de præben.* & ſic cum ſententia in-
cludat, non adeſſe reſeruationem, & tranſiuerit in iudi-
catum, non præſumitur Papam conceſſiſſe Breue, ſi ſibi
hoc narratum fuiſſet *Menoch.* vbi ſupra. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Rei iudicatæ mentio facienda eſt, aliàs gratia, vel reſcriptum impetratum eſt ſubrepeitium, Rota in *Abulen. Cappellaniæ* 1. *Iulij* 1602. *coram Cardinali Lancellotto iuniori*: Quia Princeps in dubio nunquam cenſetur velle rei iudicatæ præiudicare, vt plenè per *Aym conſil.* 172. *num.* 3. *&* 4. nec ſufficit narratiua litis, ſed facienda eſt expreſſa mentio rei iudicatæ, *Rot. deciſ.* 256. *ſub num.* 6. *part.* 2. *recent.* & ideo licèt per clauſulam, *Cuius litis ſtatum, &c.* cenſeatur facta ſufficiens mentio litis, non tamen rei iudicatæ, *Mart. de clauſul. part.* 1. *clauſul.* 174. *in fine Rot. in d. Abulen cappellaniæ* 21. *Aprilis, &* 1. *Iulij* 1602. *coram Cardinal. Lancellotto, cum alijs per Barboſ. de clauſul. vſu freq clauſ.* 172. *num.* 7. niſi res iudicata eſſet in controuerſiã deducta, quia tunc ſufficit, factam eſſe mentionem litis per clauſulam prædictam, *litis ſtatum, &c. Rot. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano deciſ.* 396 *in fine inter eius impreſſ. Beltramin. in annot. ad deciſ.* 2. *Gregor. XV. num.* 18.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Collen. Hæreditatis.

Veneris 10. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Statutum excluſiuum fœminarũ non excludit à bonis extra territorium ſtatuentium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, nec comprætendit foreſes: & ideo vt habeat locum, requiritur ſubiectio bonorum, & perſonarum; & quòd ſubiectio ſit in vno, & eodem ſtatuto. Incolatus non contrahitur ſinè animo perpetuò habitandi, & ex quibus talis animus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Soror de iure communi ſuccedit patruo vnà cum fratre.*
2 *Statutum fœminarum excluſiuum non ligat quo ad bona extra territorium ſita, & num.* 14.
3 *Statutum excluſiuum fœminarum non extenditur ad bona extra territorium ſita, ſiue in rem, ſiue in perſonam loquatur, & num.* 17. *etiam quòd expreſsè de bonis extra territorium ſitis diſponeret num.* 18.
4 *Statutum excluſiuum fœminarum non comprehendit forenſes, & num.* 19.
5 *Interpretatio ſtatuentium menti conformis amplecti debet.*
6 *Interpretatio fieri debet contra fundantem ſe in ſtatuto dubio.*
7 *Statutum excluſiuum fœminarum non comprehendit forenſes, licèt is, de cuius ſucceſsione agitur, ſit ſubiectus ſtatuto, & num.* 20.
Statutorum combinatio ad excludendas fœminas locum non habet, quando vtrumq; de per ſe eſt imperfectum, num. 21.
8 *Domicilium, et incolatus non contrahitur, niſi adſit animus perpetuò habitandi, & ex quibus eliciatur huiuſmodi animus, & num.* 11. 12. *&* 13.
9 *Incolatum contratrahendi animus non probatur ex verbis incidenter prolatis: nam debet eſſe firmus, & deliberatus.*
10 *Incolatus ad excludendum fœminas à ſucceſsione probari debet ante ſucceſsionem illis delatam.*

Sta-

15 *Statutum excluſiuum fœminarum eſt fauorabile.*
16 *Statutum excluſiuum fœminarum non comprehendit bona extra territorium, etiam quòd maior bonorum pars ſit in loco ſtatuti.*

DECISIO CLXXXVIII.

1 CVM Marietta probauerit ſe ex fratre neptem Marij defuncti, vt fuit reſolutum 26. Februarij præteriti, propoſita fuit ſecunda pars dubij, An ſit excluſa per Petrum Franciſcum eius fratrem à ſucceſſione dicti Marij ab inteſtato defuncti ex ſtatuto originis Ciuitatis Collis, vel Vrbis, vbi ſunt bona, de quibus agitur, vel ex vtroq; ſimul: & capta reſolutio, eam non eſſe excluſam, cum de iure communi ſuccedat patruo ſimul cum fratribus, *l. maximum vitium. C. de liber. præter. l. lege 12. tab. C. de legit hæred. & auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit.* Non ex dicto Statuto originis, quia
2 Rota ſequitur ſententiam *Bart. in l. 1. quæſt. 6. prin. num. 32. & 33. & Bald. ibid. num. 19. C. de ſumm. Trinit. &c.* quòd illud ex defectu poteſtatis non excludat à bonis extra territorium ſtatuentium, vt ſunt *deciſiones Put. 341. lib. 1. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, 304. num. 3. par. 1. diuerſ. Piſana de Roſſerminijs 17. Maij 1589. Peruſina Bonorum de Balleonibus 8. & 13. Iunij 1590. coram Reuerendiſs. Peruſino, Balneoregien. Bonorum 7. Iunij 1591. & 16. Maij 1594. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & Ciuitatis Caſtelli hæreditatis 10. Maij 1607. coram Reuerendiſſimo Bononien.* quam etiam ſententiam eſſe communem teſtatur eadem *Rota in d. Peruſin. de Balleonibus*, & antiquorum, & recentiorum *Oſaſc. conſ. 76. num. 19. Theſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 5. num. 4. & 5.* & alij per eos cumulati; & pro illa etiam ita iudicatum fuiſſe ſuper ſtatuto Florentino per Sereniſſimum Coſmum Primum Hetruriæ M. Ducem ad relationem ſapientium, teſtatur *Carol. Ant. Put.* olim Piſarum Archiepiſcopus poſt *conſ. Oddi conſ. vnic. num. 24.* & per Rotam Peruſinam, ſapientes Patauinos, & Senatum Mediolan. *Theſaur. d. quæſt. 5. num. 4. circa fin.* & per Cameram Imperialem *num. 8.* & per Senatum Pedemontanum *num. 11. in fin.* qui etiam *num. 10. in fin.* dicit, cõſuetudinem pariter Neapolitanã ſuper modo ſuccedendi ab inteſtato non habere locum in bonis
A extra territorium, A. Et procedit etiam iſta opinio,
3 ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, vt reiecta *Bart.* diſtinctione *poſt Cyn. in l. cunctos populos, col. fin. C. de ſumm. Trinit. &* tradunt relati *per Berrett. conſ. 119. & 123. num. 1. Surd. conſ. 343. num. 8. 9. & 10. lib. 3. & per Oſaſc. d. conſ. 76. nu. 19.* Et de communi teſtantur *Vegius conſ. 10. num. 4. & Plot.* qui etiam dicit veram, & indubitatam, *conſ. 10. nu. 6.* & tenent *Brun. ſuper ſtatuto, quòd ſtant. maſcul. &c. art. 8. num. 119. & 123. in fin. Honded. conſ. 5. num. 14. lib. 1.* & Rota, reprobata opinione contrarium tenentium, in allegatis *deciſſ. Putei, partis primæ diuerſ. & in alia 295. num. 11. ead. par. 1. in eadem Balneoregien. 11. Februarij 1594. coram Cardinali Pamphilio, & in Rom. de Saluia-*
B *tis 14. Martij 1603. coram bon. mem. Litta*, B. Non etiam excluſa eſt Marietta à ſucceſſione bonorum Vrbis ex illius Statuto *cap. 149. lib. 1.* Quia tàm Marius defunctus, quàm ipſa, & Petrus Franciſcus ſunt forenſes, ideoq. non gaudent ſtatuto, quod proſpexit ſolùm commoditatibus familiarum, & ciuium ſuorum, non
C autem exterorum, C. *Soccin. conſ. 138. num. 5. vol. 4. Brun.* vbi ſupra *art. 6. num. 3. verſ. ſiunt enim, Crot. in l. omnes populi, num. 244. in fin. verſ. ſed hæc ratio ff. de iuſt. & iur. Pariſ. conſ. 12. num. 25. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 80. num. 9. vol. 4. Honded. d. conſ. 5. num. 13. in princ. & conſ. 11. num. 22. eod. lib. 1. & Peregr. conſ. 90. num. 13. & 20. lib. 1.* & latiſſimè *Flamin. Rub. conſ. 2. per tot.* & præſertim *num. 18. 22. & 62.* qui ex pluribus comprobat huiuſmodi opinionem; & hanc eſſe mentem ſtatuti noſtri, *Put. deciſ. 31. num. 6. 7. & 9. lib. 2. in nouiſſim.* & hanc opinionem in terminis noſtris tenent *Bald. conſ. 460. lib. 1. Alexan. conſ. 41. lib. 7. Iaſ. conſ. 80. num. 2. verſ. ſed præmiſſis, vol. 3. Soccin. Iun. conſ. 49. num. 3. & 4. vol. 4.* vbi *num. 18.* dicit illam indubitatam, & de communi teſtantur *Rum. conſ. 195. num. 9. verſ. nec etiam, & num. 10. & conſ. 200. num. 12. vol. 2 & Marzar. conſ. 15.* & alios plures refert; & ſequitur *Honded. d. conſ. 5. num. 15. & 16.* qui in fine atteſtatur de magis communi, & contrariam communiter eſſe damnatam, & ita fuiſſe iudicatum in Rota Peruſina, ſæpius verò fuiſſe reſolutum in Rota dicitur *in deciſ. 673. num. 2. par. 1. diuerſ.* prout reſolutum fuit *in Camerinen. hæreditatis 29. Ianuarij 1588. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, & in alijs ſupra allegatis deciſionibus, videlicet 295. *num. 4. verſ. 3. caſus eſt, par. 1. diuerſ. Peruſin. de Balleonibus, Balneoregien. 7. Iunij 1591. & Ciuitatis Caſtelli Hæreditatis*, & in terminis huius hæreditatis in alia Collen. ad fauorem Portiæ ſororis Mariettæ 25. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſs. Attrebaten.* & firmat *Modern. Gloſſator ad dictum ſtatutum num. 40.* vbi refert, & ſequitur dictam deciſionem Ciuitatis Caſtelli relatam etiam per *Honded. d. conſ. 5. num. 15. & 16. & conſ. 11. num. 25. & conſ. 40. num. 23. & 26.* & cum hac ſententia Rotæ tranſiuiſſe Senatũ Pedemontanum *teſtatur Theſaur. d. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 4. num. 21.* vbi in indiuiduo quando vltra perſonã defuncti fœmina eſt forenſis (qui eſt caſus noſter) dicit, rem non pati dubitationem, & eam quoq; tenet *Purpurat. conſ. 321. num. 11.* nec diſſentit *Put. d. deciſ. 31.* licèt in caſu ſuo teneat contrarium, quia defunctus erat ſubiectus ſtatuto Vrbis (quam tamen opinionem Rota non ſequitur, vt infra dicetur) quam interpretationem
5 vti menti ſtatuentium conformem eſſe fauorabilem, & amplectendam, dicit *Soccin. d. conſ. 128. num. 5.* & per eam reduci ad ius commune, *Crot. in d. l. omnes populi,*
6 *num. 244.* eamq. faciendam eſſe contra Petrum Franciſcum fundantem ſe in ſtatuto dubio *Put. d. deciſ. 31. num. 7. Honded. d. conſ. 5. num. 60.* Ex quibus viſa fuerunt non obſtare deducta in cauſa hæreditatis bon. mem. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, quæ procedunt, quia
7 d. Cardinalis defunctus erat ratione incolatus ſubditus ſtatuto Vrbis, vbi ſita erant bona, & nihilominus in iſto etiam caſu Rota ſequuta eſt contrariam ſententiã, *vt in d. deciſ. 295. num. 9. & 10. & deciſ. 673. in fin. par. 1. diuerſ. & in dd. Camerinen. Hæreditatis Peruſin.*
D *de Balleonibus, & Balneoregien. Bonorum.* D, Quæ tamen inſpectio non eſt in propoſito neceſſaria, cum caſus ſit indubitabilis, ex quo ſunt forenſes, tàm defunctus, quàm contendentes de ſucceſſione, vt dictum eſt. Ideoq. ceſſat etiam combinatio ſtatutorum Collis, & Vrbis: cum enim neutrum de per ſe ſuffragetur, conſequenter nec ſimul iuncta, vt *dicitur in dicta Ciuitatis Ca-*
E *ſtelli.* E, Non obſtat prætẽſus incolatus Petri Franciſci in Vrbe, quia ad illum contrahendum requiritur ani-
F mus perpetuò habitandi F, *l. Ciues. C. de Incol. lib. 10. Bar. in l. Cornelia §. ſi tamen in fundum ff. de iniur. Rot. in dd. Camerinen. Ciuitatis Caſtelli, & Collen. Hæreditatis.* Expreſſus autem animus perpetuò habitandi Petri Franciſci non probatur per teſtes, quia ſolus primus in eius ſummario num. 4. deponit de quibuſdam illius
9 verbis obiter, & incidenter prolatis, ex quibus deſumi

non poteſt animus deliberatus, & firmus, & prout re-
quiri dictum fuit in eadem *Ciuitatis Caſtelli prima De-*
cembris 1606. Vltra quod eſt vnius teſtis, nec concludit
quòd dicta verba fuerint prolata ante obitum Marij,
20 prout requireretur ad hoc, vt potuiſſet auferre Ma-
riettæ ius ſucceſſionis, *Ancbar. conſ.* 169. *num.* 2. *verſ.*
& licèt, *& Rot. in d. Ciuitatis Caſtelli* 1. *Decembris* 1606.
21 Nec etiam deſumi poteſt animus ex habitatione in Vr-
be, quia de tempore dicti obitus neque erat elapſum
decennium habitationis, ex allegatis *per Menoch. de ar-*
bitr. lib. 2. *centur.* 1. *caſ.* 86. *num.* 15. *& tenuit Rota in d.*
Collen. neque aliud tempus, propter quod Rotæ viſum
fuerit poſſe arbitrari, contractum fuiſſe domicilium. Nec
probatur prætenſa translatio omnium, vel maioris par-
tis bonorum, & fortunarum ad Vrbem; & atteſtatio
Ciuitatis Collen. tanquam in forma ſimplicis fidei extra-
iudicialis non eſt attendenda, nec concludit, quòd dicta
bona fuerint tranſlata ad Vrbem, ſed tantum fuiſſe ven-
ditos effectus in dicta Ciuitate Collis. Primus verò
teſtis iux. 12. deponit, Petrum Franciſcum bis habitaſ-
22 ſe in domo D. Galganetti, & ſic non conducta, & iu-
xta 13. & 14. ſubdit, ſe credere, *che veniſſe a Roma come*
fanno gl'altri, per tentare ſua fortuna; & non sò, che veniſ-
ſe per negotio neſſuno, & dapoi trattenendoſi in Roma, per
poter meglio ſoſtentar'lo ſtato ſuo ſi meſſe a fare il Procu-
ratore de' poueri carcerati. Quæ videntur excludere ani-
mum firmum perpetuò habitandi, cum Petrus Fran-
ciſcus ſolùm penderet ab ipſa fortuna. Et conſidera-
23 bant etiam DD. quòd ille poſſidet communiter, & pro
indiuiſo cum fratribus domum hæreditariam paternam
in dicta Ciuitate Collis, vt in dicta atteſtatione, &
quòd ibi cum dictis fratribus adiuit hæreditatem Marij
& confecit inuentarium præuijs citationibus, & pro-
clamationibus ad exhibitionem fœminarum, iuxta di-
ſpoſitionem Statuti loci, prout pronunciari obtinuit;
Ex quibus colligitur, illius animum fuiſſe, vel non con-
trahendi incolatum in Vrbe, vel vagum, & indetermi-
natum, & propterea non poſſe dici conſtare de dicto
incolatu, qui non contrahitur, niſi cum animo fixo, &
deliberato ſemper habitandi, vt ex prædictis.

Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Statutum fœminarum excluſiuum quòd non extendatur
24 ad bona ſita extra territorium, latè *Menoch. conſil.* 875.
per tot. & conſil. 1021. *num.* 9. *&* 10. *vbi* 56. Doctores
hanc opinionem ſequentes recenſet. *Mareſcott. variarum*
reſolut. lib 1. *cap.* 9. *Gratian diſcept. forenſ cap.* 431. *num.*
27. *& cap.* 709. *num.* 15. *Beltramin in annot ad deciſ.* 225.
Gregor XV. num. 7. *& in annot. ad deciſ* 279. *num* 25.
Bellon. Iun. conſil. 74. *num.* 103. *Merlin. de legitim. lib.* 3.
tit. 1. *quæſt.* 18. *num* 20. *& pluribus ſeqq.* & vltra deciſio-
nes hic allegatas firmatum fuit per Rotā in *Romana ſup-*
plementi legitimæ 21. *Octobris* 1580. *coram Brauo, poſt d.*
tract. Merlin de legit. deciſ. 71. *num.* 1 *&* 2. *in Ciuitatis Ca-*
ſtelli ſupplementi legitimæ 11. *Decembris* 1617. *coram Re-*
uerendiſſ D. meo Patriarcha Pamphilio. poſt d. tract. Mer-
lin. de legit. deciſ 85. *num.* 4. *in Recanaten. hæreditatis* 10.
Martij 1623. *coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Veroſpio,*
& in eadem cauſa coram bon. mem. Dunozetto 15. *Ianua-*
rij 1624. *in Montis Faliſci fideicommiſſi* 9. *Iunij* 1623. *co-*
ram Reuerendiſſ D. meo Coccino Decano, in Romana ſeu
Bergomen. ſucceſſionis 11. *Maij* 1626. *coram R. P. D. meo*
Durano, & nuper in Narnien ſucceſſionis 22. *Maij* 1628.
coram R P. D meo Merlino, in quibus Rota hanc deci-
ſionem ſecuta eſt. Et hoc non quidem ex ratione addu-
cta per *Bart.* qui fuit auctor huius opinionis. *in l. cunctos*
populos, num. 32. *C. de Summ Trinit. & fid. Cathol* quòd
ſcilicet huiuſmodi ſtatutum ſit odioſum; quia ſequeretur,
25 extendi, ſi eſſet fauorabile: & tamen quòd non ſit odioſum,
ſed fauorabile, tradunt *Alexand conſil.* 141. *num.* 10. *lib.*
7. *Surd. conſil.* 553. *num.* 9. *Minad conſil.* 1. *num.* 46. *In-*
trigliol. de feud. artic. 51. *num* 14. *Theſaur. Iun quæſt fo-*
renſ lib. 2. *quæſt.* 5. *num.* 4. *Bellon. Iun. d. conſil.* 74. *num.*
105. *Antonin de Amat variar. reſolut.* 2. *num.* 61. *Mer-*
lin. de legit lib. 3. *tit.* 1. *quæſt* 2. *num.* 18. *Rot. deciſ.* 51. *num.*
11. *part.* 1. *recent & pluribus relatis in Bononien ſucceſſio-*
nis 9. *Decembris* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo*, imò quòd
huiuſmodi ſtatutum ſit conforme iuri diuino 12. tabula-
rum, & iuri prætorio, *Crauett. conſil.* 243. *num.* 5. *De-*
cian. conſil. 1. *num.* 318. *lib.* 1. *Rota in d. Narnien ſucceſſio-*
nis coram R. P. D. meo Merlino; ſed vera prædictæ con-
cluſionis ratio eſt, quia ſtatuentes nullam habent iuriſdi-
ctionem in res, quæ ſunt extra ſuum territorium, ita
Bellon Iun. d. conſil. 74. *num.* 106. *Rot. in d. Narnien ſuc-*
ceſſionis coram R. P. D. meo Merlino. Et prædicta con-
26 cluſio procedit, etiam quòd maior pars bonorum, vel
hæreditatis ſit in loco ſtatuti, quia non propterea illud ex-
tendetur ad bona alibi ſita, *Theſaur. Iun. d. quæſt.* 5. *num.*
14. *Mareſcott. variar reſolut lib* 1. *cap.* 9. *num.* 11. *&* 12.
Merlin. d. quæſt. 18. *num* 29 & reprobatis *Gabr. et alijs*
per eū relatis tit. de Statut. concl 8. *nu.* 32. contrariū tenen-
tibus fuit dictū in allegata *Narnien. ſucceſſionis coram R. P.*
D. meo Merlino poſt Rol. conſ 80. *nu.* 40. *et* 41. *lib* 4. *et Ro-*
ta in Balneoregien. bonorū 1. *Feb.* 1594. *corā Card Pamph.*
B *Gratian d. diſcept.* 431 *num.* 27. *& d. diſcept.* 709. *num.*
27 14. *Merlin de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 90. *Bel-*
tramin. ad d. deciſ 255. *Gregor. XV. num.* 7. *qui ſequuntur*
hanc deciſionem. Aldouin. conſil. 98 *num.* 3. *Peregrin conſil.*
7. *num.* 8. *lib.* 5. *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9.
num. 10. *Rota in d. Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ*
11. *Decembris* 1617. *coram Reuerendiſſ D. meo Patriarcha*
Pamphilio in d. Montis Faliſci fideicommiſſi 9. *Iunij* 1623.
coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, in d. Romana
ſeu Bergomen. ſucceſſionis 11 *Maij* 1626. *coram R. P. D.*
meo Durano, & optimè in d. Narnien ſucceſſionis 22.
Maij 1628. *coram R P. D. meo Merlino*, in qua redditur
ratio, quia non cortex verborum, ſed facultas ſtatuen-
tium, quidq. ipſi principaliter intelligant, attendi debet,
& verba indaganda eſſent, ſi quæſtio foret voluntatis, quæ
verbis declaratur, & extenditur; ſecus autem, dum quæ-
ſtio eſt poteſtatis, quæ cum ſit limitata territorio ſtatuen-
tium, non poteſt quibuſcunque verbis quoquo modo con-
ceptis vltra limites extendi; alioquin in cuiuslibet facul-
tate poſitum eſſet, ingenioſa verborum ſtructura alienam
ſupplantare, & illudere, ac propriam extendere iuriſdi-
28 ctionem vltra fines territorij. Et hæc ratio militat, etiam
quòd ſtatutum expreſsè de bonis in alieno territorio ſitis
diſponeret, *Rub. Alexand conſil.* 71. *num.* 10. *Roland con-*
ſil. 80. *num.* 29. *in fine, lib.* 4. *Menoch conſil.* 1021. *ſub num.*
10. *in fine, & num.* 11. *quos ſecuta eſt Rota in allegata*
Narnien. ſucceſſionis coram R P. D. meo Merlino.
C Quòd Statutum excluſiuum fœminarum non comprehen-
29 dat forenſes, præter hic adductos, *Mareſcott. variar. re-*
ſolut d. lib. 1 *cap.* 9. *num.* 1. 2. *&* 9. *Gratian. diſcept.* 709.
num. 13. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 40.
& ſequendo hanc deciſionem firmauit Rota *in Romana*
ſeu Ceſenaten hæreditatis 6. *Nouembris* 1619. *coram*
R. P. D. meo Pirouano poſt d. tract. Merlin. de legit. de-
ciſ. 24. *num.* 4. *in d. Recanaten. hæreditatis* 10. *Martij* 1623.
coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Veroſpio, & coram
eodem in Peruſina ſucceſſionis 13. *Maij* 1627. *in d. Montis*
Faliſci fideicommiſſi 9. *Iunij* 1623. *coram Reuerendiſſimo*
D. meo Coccino Decano, & in dicta Narnien. ſucceſſionis
22. *Maij* 1628. *coram R. P. D. meo Merlino, & infra co-*
ram

ram Domino meo deciſ. 262. num. 13. in qua agnati etant ciues, & ſubditi ſtatuto, fœminæ verò forenſes, & tamen ſ[illegible]tum fuit, illas per huiuſmodi ſtatutum excluſas non cenſeti.

D Quòd Statutum excluſiuum fœminarum non habeat lo-
20 cum, vbi qui ſuccedere debent ſunt forenſes, licet defunctus, & eius bona ſtatuto ſubiaceant, firmauit Rota *in dicta Peruſina ſucceſſionis* 13. *Maij* 1617. *coram Illuſtriſ. D. meo Cardinali Veroſpio, et coram eodem in dicta Recanaten. hæreditatis* 10. *Martij* 1623. *confirmata coram bon. mem. Dunozetto* 15. *Ianuarij* 1624.

E Quòd vbi vtrunque ſtatutum de per ſe eſt imperfectum,
21 & inutile, ſimul connecti, & coniungi non poſſint ad fœminarum excluſionem, firmauit *Rota in d. Narnien. ſucceſſionis* 22. *Maij* 1628. *coram R. P. D. meo Merlino. ſequuntur etiam Gratian. diſcept.* 431. *a num.* 16. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit* 1. *quæſt.* 18. *num* 61. *et* 62. quia vt huiuſmodi ſtatutum afficiat, requiritur, quòd eidem ſtatuto ſubiaceant bona, & perſonæ ſimul, nec ſufficit alterum; & hoc procedit, licèt vterque locus, & originis, & vbi defunctus bona poſſidet, eidem Principi ſubiaceat, & vtriuſq. loci ſtatuta eſſent ab eodem Principe confirmata, *Merlin. loco cit. num.* 67. *et firmauit Rota in dicta Narnien. ſucceſſionis coram R. P. D. meo Merlino, reprobatis Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 13. *Bellon. Iun conſ.* 74. *num.* 136. *& alijs contrarium tenentibus*. Verùm quando defunctus haberet bona in vtroque loco, & perſonæ ſuccedere debentes vtriuſque loci iuriſdictioni ſubiacerent: tunc locus eſſet combinationi, & coniunctioni ſtatutorum ad excludendas fœminas, prout ita procedere opinionem Doctorum dicentium, quòd ſint attendenda ſtatuta vtriuſque loci, *dixit Rota coram Gregor. XV. deciſ.* 155. *num* 4. *et in dicta Narnien. ſucceſſionis coram R. P. D. meo Merlino, ſequitur Gratian. d. diſcept.* 431. *num.* 28.

F De hac materia vide infra *deciſ.* 244.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeù Peruſina pecuniaria.

Lunæ 13. Iunij 1616.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Perſcriptio interrumpitur per mandatum executiuum.*
2 *Identitas debet probari per fundantem ſe in ea.*
3 *Ratificatio cum clauſula,* in omnibus, & per omnia, *refertur ad omnia contenta in præcedenti actu, qui ratificatur.*

DECISIO CLXXXIX.

IN *deciſ. ſub die* 10. *Iunij* 1613. ſteterunt DD. non obſtantibus nunc adductis pro Pantano, videlicet exceptionibus præſcriptionis, non tranſportati extractus huius cauſæ, & non implementi. Prima enim exceptio præſcri-
1 ptionis fuit plenè in dicta deciſione ſublata ex eo, quòd fuit interrupta per mandatum executiuum, relaxatum del 1589. per A. C. & deinde per R. P. D. Delphinum Iudicem deputatum: & ceſſat etiam motiuum, quòd fuerit relaxatum ad inſtantiam Rodomontis Marcellini carentis mandato; quia de tali mandato in eius perſonam facto per M. Antonium Taſcham 16. Septembris 1582. conſtat in ſummario de Taſchis nunc dato in reſpoſionibus *num.* 2. Secunda non tranſportationis, ſeù exhibitionis extractus huius cauſæ ſol. 614. habiti à Notario per Flaminium vnum ex dictis de Taſchis cum obligatione reportandi infra triduum, vt ex cedula (vt dicitur) eiuſdem Flaminij manu 30. Martij 1593. *in ſummario Pantani num.* 6. in quo prętenditur extare multa iura coram arbitris electis producta pro dicto Pãtano, præſertim ad verificãdũ eius creditum cum Taſchis, qood erat excompurãdum iuxta concordiam initam inter partes, non fuit DD. viſa releuans; quia non conſtat, extractum, de quo in dicta quietantia Flaminij, fuiſſe factum in hac cauſa: nulla enim fit mentio de aliqua cauſa cum Benedicto, nec Hieronymo, ſed potiùs videtur conſtare, illum eſſe factum in alia cauſa cum dd. de Taſchis contra Cuſanos, vt ex alia quietantia D. Odoardi Sanctarelli ſub die 15. Ianuarij eiuſdem anni 1593. in qua fatetur, habuiſſe extractum eiuſdem numeri ſoliorum 614. prout cantat ſupradicta quietantia Flaminij in cauſa Romana pecuniaria pro Taſchis, & litis conſortibus, contra Federicom Cuſanum, *vt in d. ſummario de Taſchis, dato in reſponſionibus num.* 1. Et identitas eſt probanda per eum,
2 qui ſundat intentionem ſuam in illa *Corn. conſ.* 144. *num.* 11. *verſ. ſed incumbit vol.* 4. *Aym. conſ.* 198. *num.* 4. *Rimin. Iun. conſ.* 59. *num.* 44. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 441. *num.*
A 1. *part.* 1. *diu.* A Tertia demum exceptio non implementi deducebatur ex eo, quia Flaminius, qui ſuo, & procuratorio nomine aliorum de Taſchis tranſegit cum Benedicto, vltra excomputationem declaran. per arbitros electos, promiſit etiã acceſſionẽ Federici Cuſani, & ſociorum infra duos menſes tunc proximos pro liberatione à cenſu ſcutorum mille, & ſocietate ſcutorum 700. in quibus cenſu, & ſocietate, acceſſerant dicti de Taſchis pro Benedicto, & moleſtias etiam paſſi fuerant, & tamen non conſtat de huiuſmodi acceſſione, quia illa, quæ datur, facta fuit per aſſertos procuratores Cuſani, de quorum mandato non conſtat, vt dicitur in dicta deciſione, & quia etiam fuit tantùm pro excomputatione, non autem pro liberatione à dicto cenſu, & ſocietate, vt requirebatur iuxta formam dictæ concordiæ. Vtrumq; tamen obiectum tollitur; tum quia hodie doctum eſt de mandato procuræ illorum, qui nomine Federici acceſſerunt, *vt in ſumma-*
3 *rio de Taſchis num.* 5. Tum etiam, quia dicta ratificatio, & acceſſio eſt in ſorma ampliſſima cum inſertione dictæ concordiæ, & ne dum pro dicta extinctione, ſed cum iſtis præciſis verbis, *prædictum inſtrumentum concordiæ factum inter DD. de Taſchis, et Benedictum Pantanum in omnibus, & per omnia ratificarunt, approbarunt, & emologarunt,* vt in d. ſummario de Taſchis *num.* 4. quæ verba, *in omnibus, & per omnia*, tollunt omnem difficultatem *ad not. in l.* 1. *ff. de leg.* 1.

Sed in omnem euentum dixerunt DD. poſſe prouideri indemnitati hæredum Benedicti per depoſitum facien. ſuper Sacro Monte Pietatis ad effectum extinguendi tam cenſus, quàm ſocietatem, quatenus non facta fuerit extinctio, vel aſſecuratio ad ſauorem Benedicti, prout etiam dixerunt in dicta deciſione.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Menoch. conſil.* 21. *num.* 34. *Surd. conſil.* 61. *num.* 14. *Gregor. XV. deciſ.* 195. *num.* 5. *Rota deciſ.* 684. *ſub num.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Vrbinaten. emphyteuſis.

Veneris 17. Iunij 1616.

A R G V M E N T V M.

Tranſactio inita per procuratorem, cum ſpeciali mandato per epiſtolam ad id conſtitutum, ligat principalem, nec eſt opus aliqua ratificatione.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum ſufficiens dicitur, quod per literas præcedit.*
2 *Literæ Epiſcopi ſigillatæ licèt non ſubſcriptæ probant contra ipſum ſcribentem.*
3 *Sigillum Epiſcopi eſt publicum.*
4 *Ratificationis promiſſio intelligitur quatenus opus ſit.*
5 *Procurator præſumitur certioraſſe ſuum principalem de geſtis per ipſum.*
6 *Promiſſio de ratificando operatur ratificationem ipſam.*
7 *Promiſſio de ratificando inducit ratificationem, quando ſola voluntas ſufficit, & de tempore promiſſionis nihil repugnat, quin contractus perficiatur.*
8 *Mandatum ſpeciale requiritur ad tranſigendum, necnon ad petendam abſolutionem à iuramento, & reſtitutionem in integrum: & quando mandatum dicatur ſpeciale ad prædictos effectus.*
9 *Mandatum indiuiduum requiritur, nec ſufficit ſpeciale, vt dominus ex facto procuratoris incidat in pœnam.*

D E C I S I O C X C.

RESOLVERVNT Domini primam tantùm partem dubij propoſiti, videlicet, concordiam aliàs initam nomine bon. mem. Archiepiſcopi Vrbini defuncti cum illis de Fidelibus fuiſſe per eundem Archiepiſcopum ratificatam. Nam quòd dicta concordia fuerit inita ſub die 10. Maij 1608. conſtat per publicum inſtrumentum, in quo Angelus vti procurator dicti D. Archiepiſcopi, & aſſerens, ad id habere idoneam facultatem ex eius literis miſſiuis, & pro eo nihilominus de rato promittens renouauit locationes bonorum, de quibus agitur, Dominico, & filijs Octauij eius fratris, & nepotibus quondam Lælij vltimi inueſtiti, recipiendo laudemium ſcutorum 149. & conceſſit reſtitutionẽ depoſiti iudicialis maioris ſummæ alias facti coram bon. mem. Penia pro dicta renouatione obtinenda: reliquam verò ſummam pro dicto laudemio petitam remiſit cum ſimili, & reciproca promiſſione facta per dictum Dominicum pro ſe, & dd de Fidelibus, & vti eorum reſpectiuè procuratorem tranſigentem; de qua tranſactione inter partes non controuertitur. De facultate autem per epiſtolam miſſiuã Archiepiſcopi in dicto inſtrumento memoratam, ſubſcriptione, ac ſigillo munitam, conſtat in ſummario de Fidelibus num. 9. quæ eſt
A particularis, & indiuidua ſuper modo tranſigendi, A ſolutione laudemij, & ordine illud erogandi in ſocieta-
1 tem officij; & ſic cum mandatum ſufficiens præcederet per literas. *ad l. 1. ff mandat; & §. 1. inſtituti, eodem*
B *titulo.* B Quæ literæ probant contra ſcribentem,
2 etiam non ſubſcriptæ, quando ſunt ſigillatæ, *Butr. in cap. poſt ceſſionem, num. 7. verſ. ſeptimus caſus, de probat.*
C *& ibi Felyn. num. 18. verſ. tertia concluſio;* C tanto magis
3 cum ſubſcriptione, & ſigillo, quia ſigillum Epiſcopi eſt publicum, *Bald. in l. ſi qua per calumniam, num. 1. C. de*
D *Epiſc. et Cleric. Oſtien. in d. cap. poſt ceſſionem,* D nec
4 erat opus aliqua ratificatione, & promiſſio facta intelligitur ad cautelam, & quatenus illa opus fuiſſet, *Aret. conſil. 150. num. 3. Gabriel conſil. 82. num. 23. lib. 2.*
5 Conſtat autem, Archiepiſcopum de dicta tranſactione certioratum fuiſſe à dicto eius procuratore, prout præſumitur ad *conſil. Rom. 481.* quod paſſim *Rot.* ſequitur, & in tranſactione *Put. deciſ. 100. in fine par. 2. in nouis,* & requiſitum fuiſſe de ratificatione, imò illam feciſſe etiam per inſtrumentum publicum Notarij, ex tribus eiuſdem Archiepiſcopi epiſtolis è Ciuitate Auenioni, vbi munere Vice Legationis fungebatur, dicto procuratori tranſmiſſis, videlicet 27. Iunij, 28. Auguſti, & 4. Septembris, de quibus in dicto ſummario num. 9. 10. & 11. in quarum vltima leguntur hæc verba. *Potrete dire al Signor Carlo Gabrielli per parte mia, che non dubiti punto, ch'io non ſia per approuare ciò, che hauete fatto: ma che per ogni modo per ſua ſodisfattione manderò la ratificatione dell'inſtrumento, che voi faceſte,* & ſubdit, ſe dediſſe ordinem, quòd fieret cum ſuis ſubſcriptionibus, & ſigillo. Accedit etiam declaratio procuratoris facta per publicum inſtrumentum in executionem ordinis ſupradictarum literarum, quòd ex dictis pecunijs receptis pro laudemio fecit duas ſocietates officij, nominando perſonas, ſummam cuiuſlibet, diem, menſem, annum, & Notarios *in dicto ſummario num. 13.*

Ex præmiſſis ceſſat obiectum, quòd Archiepiſcopus non ratificauerit, ſed ratificare promiſerit; quia vltra quòd non erat neceſſaria ratificatio, de ea conſtat, & Archiepiſcopus non promiſerit ratificationem, ſed tranſmiſſionem ſcripturæ, & rogitum Notarij, quæ inter ſe
6 differunt, & nihilominus quicquid ſit, an idem operetur promiſſio de ratificando, quod ratificatio iuxta vulgare, & notabile dictũ *Io. And. ad Spec. in tit. de oblig. et ſolut. col. 2. quod ſequuntur communiter DD. allegat. per Gabr. conſ. 58. num. 11. lib. 1. Menoch. de communi conſ. 92. num. 27. lib. 1. cum cumulatis per Mantic. de tacit. etc. lib. 3.*
E *tit. 15. num. 84.* E Hoc ſaltem videtur procedere ſinè
7 difficultate, quando ſola voluntas ſufficit, & de tempore promiſſionis nihil repugnat, quin contractus perficiatur, quia tunc inducitur contractus, prout *per Aret. per illum text. in l. 1. ff. de pignorat. act. Ruin. in addit. ad l. 4. §. Cato, de verb. obligat. Alciat. conſ. 10. num. 5. lib. 8. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 14.*

An autem modernus Archiepiſcopus teneatur ſtare d. trãſactioni, quod eſt ſecunda pars dubij, Domini reſeruarunt videre, &c.

A N N O T A T I O.

A Mandatum ſpeciale requiritur ad tranſigendum, vt di-
8 ctum eſt ſupra *deciſ. 54. num. 4. cum concordant. ibi adductis,* dicitur tamen ſpeciale eo ipſo, quòd datur poteſtas alicui tranſigendi, licèt non exprimatur res, ſuper qua tranſactio fieri debet, *ex doctrina Bart in l. filius familias num. 8. et ſeq. ff de donat. Alexand. conſil. 189. num 8. lib. 7.* qui loquitur in mandato ad alienandum, *Dec. conſil. 20. num 4. cum alijs per Crauett. conſil. 126. num. 6. quos refert & ſequitur Rota in Signina Caſtrorũ 9. Decemb. 1616. coram bon. mem. Remboldo;* ſicut ſpeciale dicitur mandatum ad petendam abſolutionem à iuramento, eo ipſo, quòd procurator eſt conſtitutus ad petendam abſolutionem à quocumque iuramento in quocumque inſtrumento præſtito, licèt inſtrumentum in ſpecie expreſſum non fuerit *Rota in d. Signina Caſtrorum coram bon. mem. Remboldo,* ſicut pariter ſpeciale dicitur mandatum ad petendam reſti-

Digitized by Google

reſtitutionem in integrum, licet non exprimatur actus, & cauſa, ſuper quibus reſtitutio peti debeat, *Crauett. alijs relatis d. conſil. 126. ſub d. num. 6. verſ. ſimiliter mandatum*, *Rota in d. Signina Caſtrorum coram Remboldo*: quia ſi cauſa exprimenda foret tunc mandatum diceretur ſingulare, ſeu in indiuiduo, non autem ſpeciale, vt inquit *Alexand. loco cit.* hoc tameo procedit quando agitur de fauore mandantis; ſecus tamen eſt, quando agitur de ipſius præiudicio, tunc enim debet exprimi cauſa, quæ requirit mandatum ſpeciale, nec ſufficit, illam comprehendi ſub genere expreſſo, vt declarat *Bart in d. l filius familiàs à num. 11. Rota in d. Signina Caſtrorum coram bon. mem.*
9 *Remboldo*; & ratio horum eſt, quia, vt ex facto procuratoris dominus incidat in pœnam, requiritur mandatum indiuiduum, nec ſufficit ſpeciale *Iaſ. in l. ſi procurator in princ num. 7. ff. de condict. indeb. Bald. conſil. 110. lib. 1. cum alijs per Menoch. conſil. 894. num. 18. & 19.*

B De materia, an, & quomodo mandatum per literas probari poſſit, videndus eſt *Maſcard. de probat. concluſ. 1009. per tot. Nicol. Gen. de ſcript priuat. lib. 3. quæſt. 14. per tot.*

B Vide *Gen. d. lib. 3. tit. de epiſt. per tot.* vbi latè an, & quando epiſtola probet contra ſcribentem, vel etiam ad ipſius, aut tertij fauorem, vel præiudicium, & in terminis literarum Epiſcopi, quòd probent contra ipſum ſcribentem infra *coram Domino meo deciſ. 266. num. 4.*

D *Caſtren. in l ſi procuratorem ſub num. 5. verſ. vel quòd habeat. ff. de procurat. Rot. deciſ. 1. ſub num. 1. de probat. in nou. Gen. de ſcript. priuat lib. 3. tit. de lit. Epiſc. num. 29. Franc. Marc. quæſt. 990. num. 1. & 2.*

E Infra *coram Domino meo deciſ. 721. num 6.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. pecuniaria.

Lunæ 20. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Vxor executionem ſuper bonis mobilibus pro debito mariti oppoſitione proprietaria impedire non poteſt, non probato illorum dominio, & poſſeſſione: maximè concurrentibus præſumptionibus, quòd mobilia ad maritum, non autem ad vxorem ſpectent.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſe opponens executioni mobilium pro debito mariti tenetur docere de dominio, & poſſeſſione.*
2 *Mobilium bonorum dominium præſumitur eſſe penes virum, licèt ipſis vtatur indifferenter cum vxore.*
3 *Mobilia exiſtentia in domo viri præſumuntur ipſius viri.*
4 *Mobilia, & ſuppellectilia nedum ad neceſſitatem, ſed etiã ad condecentiam iuxta morem loci habere præſumitur, qui habet propriam domum, & eſt publicus nummularius in aliquo loco.*
5 *Executoris pro relatione præſumitur, & num. 18. Admittuntur tamen probationes in contrarium, dummodo ſint plena, & concludentes, num. 19.*
6 *Bona reperta penes mulierem, matrimonio conſtante, præſumuntur viri.*
7 *Mobilia præſumuntur viri, quando vxor paſſa eſt, illa ſequeſtrari, ac inuentariari, ſinè aliqua contradictione, vel proteſtatione, quòd eſſent propria.*
8 *Mobilia reperta in domo dotali præſumuntur vxoris.*
9 *Maritus, conſtante matrimonio, non facta dotis reſtitutione eſt illius dominus.*
10 *Domus dominus præſumitur etiam dominus mobilium in ea exiſtentium.*
11 *Vxor præſumitur, quòd ex proprijs, non autem mariti bonis acquiſierit, quando maritus ad illius domum ſe tranſtulit.*
12 Habere, *verbum referri poteſt tàm ad dominium, quàm ad poſſeſſionem, & detentationem, necnon ad poſſeſſionem iure familiaritatis.*
13 Habere, *verbum eſt æquiuocum.*
14 *Aequiuoca, & dubia teſtium depoſitio nihil concludit.*
15 *Dubia teſtium depoſitio interpretari debet contra producentem.*
16 *Teſtis deponens ſuper dominio, debet rationem etiam non interrogatus adducere.*
17 *Identitas bonorum eſt neceſſariò probanda.*

DECISIO CXCI.

PROPOSITO dubio reſeruato in deciſione 11. Decembris præteriti, an
mandatum exequutiuum A.C. pro credito pecuniario Herculis poſſet exequi
in mobilibus, de quibus agitur, DD. reſponderunt affirmatiuè. Nam Con-
1 ſtantia vxor Cæſaris debitoris ſe op-
ponens exequutioni iuxta terminos *l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud.* quæ ideo eſt actrix, non docet de
poſſeſſione, nec de dominio: quod cum præſumatur
2 eſſe penes Cæſarem virum ratione præeminentiæ maritalis, quamuis ipſi indifferenter vtantur, & gaudeant
dictis mobilibus *Bald. in l. ob maritorum num. 6. verſ. ſed nonne, C. ne vxor pro marito, & ibi Salicet. num. 4. verſ. ſed pone*, onus probandi dominium ſpectat ipſi
Conſtantiæ, vt firmatum fuit pro ea circa ſtabilia *in d. deciſ. ex Bart. Caſtr. Alex. & Iaſon. in d. §. ſi ſuper rebus*, quæ tamen nihil probauit, imò in contrarium
plures vrgent præſumptiones, & præſertim infraſcriptæ videlicet. Prima præeminentiæ maritalis, quæ operatur, quòd dominium præſumatur viri, *vt per Bald. & Salicet.* vbi ſupra. Secunda, quia non ipſa induxit vi-
3 rum in domum propriam, ſed fuit traducta ad domum
viri, & eius patris, vſque à tempore contracti matrimonij de Ianno 1585. & ibi continuè cohabitarunt cum
bonis, & familia, vt probatur per duos teſtes eiuſdem Conſtantiæ: ideoque bona præſumuntur ipſius viri *Bald. & Salic. vbi ſupra, Alex. in l. qui iure num. 6. de acquirenda poſſeſſione Soccin. conſ. 128. num. 1. & conſ. 131.*
4 *num. 6. vol. 1.* Tertia, quia veriſimile eſt, dictos Cæ-
ſarem, & patrem, qui erant publici numularij Bononiæ, & habebant domum propriam, habuiſſe etiam mobilia, & ſuppellectilia, nedum ad neceſſitatem, ſed ad condecentiam iuxta morem Ciuitatis; & tamen non conſtat, aliqua mobilia fuiſſe vnquam ablata per creditores, vel eis conſignata. Quarta reſultat ex relatione nuncij, ſeù executoris, qui in vim mandati A. C. de ſequeſtrando bona Cæſaris retulit, ſe dicta mobilia
5 vti talia ſequeſtraſſe, pro qua relatione præſumitur
Bald. in l. 1. num. 2. C. de priuileg. fiſc. Put. deciſ. 187. lib. 3. Alciat. reg. 5. præſump. 14. à num. 1. ad 6. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num. 921. & num. 924. verſ. tertius eſt caſus, & in terminis noſtris. *Salicet. in d. l. ob ma-*
A *ritorum num. 2. verſ. dic, & num. 3. verſ. reſpondeo.* A
Quinta, quia dicta mobilia fuerunt reperta in domo habitationis D. Cæſaris, tàm per d. nuncium de tempore ſequeſtri, quam per Notarium, qui de mandato Iudicis acceſſit ad d. domum pro deſcriptione facienda, prout facta fuit per rogitum publici Notarij coram
teſti-

6 teſtibus; & ideo vbi etiam fuiſſent penes Conſtantiam
præſumuntur viri, matrimonio durante, *Aret. conſ.* 31.
num. 5. *Didac. in cap.* 1. *num.* 6. *de teſt.un. Menoch. præ-
ſumpt.* 51. *num.* 22. *lib.* 3. Sexta demum, quia eadem
7 Conſtantia non ſolùm paſſa fuit, dicta bona Bononiæ de-
ſcribi, & inuentariari ſinè aliqua contradictione, vel pro-
teſtatione, quòd eſſent propria *iuxta notat. in d. §. ſi ſu-
per rebus, & notat Bald. in d. l. ob maritorum num.* 2. *&
num.* 4. ſed illa recepit in ſequeſtrum penes ſe, vt ex
relatione eiuſdem nuncij.

Non obſtant adducta pro Conſtantia, & primò, quòd do-
8 mus ruralis Villæ Anzolæ ſit fundus dotalis, ideoque
mobilia in ea reperta ſint propria *iux. notata in d. l. ob
maritorum*; quia maritus nihilominus, conſtante matri-
9 monio non facta dotis reſtitutione, de qua hic non con-
ſtat, eſt dominus dotis, *l. doce ancillam C. de rei vendic.*
& conſequenter non ceſſat præſumptio *d. l. ob marito-
rum* oriens ex præeminentia maritali; maxime quia
in inſtrumento dotali, in quo fuit aſſignatum prædium
Anaolæ certi numeri tornaturarum, & pro portiona-
bili rata domus magnæ, & ædificiorum, nulla fuit facta
mentio mobilium, vel ſuppellectilium, prout veriſimili-
ter facta fuiſſet, & a ſolitis; & vt prouideretur indem-
nitati Conſtantiæ circa illorum reſtitutionem, de qua
expreſsè diſponitur in Statuto Bononiæ *ſub rub. de doti-
bus reſtituen. in §. decernimus etiam.* Secundò, non obſtat,
medietatem domus Bononiæ emptam fuiſſe per Con-
ſtantiam à Virginia ſorore mariti de anno 1604. vt fuit
firmatum in alia deciſione ad fauorem eiuſdem Con-
10 ſtantiæ, ideo ipſa ratione dominij domus præſumatur
etiam domina mobilium in ea exiſtentium; nam omiſſo,
quòd emptio fuit facta, habita fide maioris partis pre-
tij, & domus erat hæreditaria M. Antonij patris d.
Cæſaris, & ad eam fuit traducta D. Conſtantia, & con-
tinuò inhabitauit, ex dominio domus poſt matrimonium
acquiſito non poteſt inferri ad dominium mobilium,
11 nec intrat præſumptio prò vxore, niſi quando maritus
ſe tranſtulit ad domum illius, *vt in d. l. ob maritorum
notat Salicet. num.* 4. *verſ. quæro quid ſi domus, Socc. d. conſ.*
128. *num.* 2. *Gabr. de præſumpt. concl.* 15. *num.* 23. *Me-
noch. præſump.* 51. *num.* 40. *lib.* 3. Tertiò non obſtant
deſcriptiones, & æſtimationes mobilium, tàm Bono-
niæ, quam ruri factæ ad inſtantiam (vt dicitur) Vin-
centij patris Conſtantiæ in domo dicti Cæſaris, & in
domo rurali dicti prædij dotalis, & quòd ideo omnia
dicta mobilia fuerint Vincentij, & ſic ſpectauerint Cõ-
ſtantiæ eius vnicæ filiæ, & hæredi ex teſtamento. Nàm
vtraque ex dictis deſcriptionibus, & æſtimationibus fuit
facta del 1592. & ſic poſt decoctionem Cæſaris ſequu-
tam de anno 1591. non vocatis creditoribus Cæſaris;
nec etiam conſtat de ordine, & mandato dicti Vincen-
tij ad faciendũ dictas deſcripriones, & ęſtimationes, imò
ſecunda mobilium domus ruralis eſt ſinè ſubſcriptio-
ne Cipriani prætenſi æſtimatoris: & quatenus etiam
factæ fuiſſent ex ordine d. Vincentij, nulla exinde re-
ſultat probatio, vel præſumptio, quòd d. mobilia ſpe-
ctarent Vincentio, qui ſic eſſet teſtis in cauſa propria:
& æſtimatio mobilium ruralium alios patitur defectus;
quia Ludouicus gener Cipriani, & vtì peritus in ea
ſubſcriptus deponit, illam feciſſe cum d. Cipriano ad re-
quiſitionem Cæſaris, & quòd fuit aſſociatus à quodam
Factore dicti Cæſaris ex Ciuitate Bononiæ ad Villam,
vbi erant mobilia, & quòd æſtimatio fuit facta cum
interuentu tantùm dicti Factoris, & inuentarium re-
manſit penes Ocellos, videlicet in domo Cæſaris: & ipſe
in ſubſcriptione aſſerit, ſe æſtimaſſe nomine Vincentij
ad inſtantiam vxoris Cæſaris, de cuius iuſſu fuit voca-
tus, & quòd neſciebat, cuius eſſent dicta mobilia, imò
dicit, quòd inuentarium per eum recognitum non eſt il-
lud, quod fuerat confectum in d. Villa, & quòd Cipria-
nus eius ſocer illud ſecum detulit, & fecit exemplari per
decem menſes poſt æſtimationem: & quòd non eſt ſub-
ſcriptum ab eius ſocero, & quòd ſubſcriptio ipſius te-
ſtis fuit facta in domo dicti Cæſaris; & ideo dicta de-
ſcriptio, & æſtimatio ex depoſitione eiuſdem teſtis red-
ditur valde ſuſpecta, quæ tamen in omnem euentum
nihil probaret contra Cæſarem, tanto minus contra
creditores, quòd dicta mobilia ſpectarent eidem Con-
ſtantiæ. Nec obſtant teſtes deponentes de mobilibus,
& ſuppellectilibus, quæ habebat Vincentius tàm in do-
mo vrbana, quàm rurali; quia (vt dictum eſt) tota
domus Bononiæ erat Cæſaris, & ruralis pro maiori
parte, cum eſſet illi data in dotem, & teſtes omnes de-
ponunt per hæc verba, *Vincentio bauerua*, quæ poſſunt
12 referri tàm ad dominium, quam ad poſſeſſionem, & de-
tentationem, *l. ſtipulatio iſta* 38 *§. hac quoque ff. de verb.
oblig. & ibi Bar. num.* 1. *Iaſ. in ſumm. & Caſtr. in §. hi
qui num.* 2. *Rebuf. in l. id apud ſe* 143. *col.* 2. *verſ. ſecun-
dò quis dicitur, & verſ. & ſic verbum, ff. de verb. ſignif.
Alciat. in l. habere* 188. *in princ. ff. eod. & Honded. conſ.*
69. *num.* 32. *& ſeqq. vol.* 1. poſſuntque intelligi, quòd
habebat dicta mobilia ad vſum, & gaudimentum in do-
mo Cæſaris iure familiaritatis, *Rebuff. in d. l. id apud ſe
13 col.* 4. *verſ. duodecimò,* ideoque ſunt æquiuoca, *vt dicit Ca-
ſtr. in dicta l. ſtipulatio iſta, §. hi qui, num.* 2. *in fin. de
verb. oblig.* Et conſequenter illorum depoſitio vti dubia,
14 & æquiuoca nihil concludit *cap. in præſentia, de probat.
Angel. in l. in ambigua num.* 1. *ff. de legib. cum pluribus
per Farinac. de oppoſ. contra dicta teſt. quæſt.* 68. *num.* 1. 2.
& ſeqq. Et in dubio eſt interpretanda contra produ-
15 centem teſtes *gloſ. in d. cap. in præſentia in verb. verbum
dubium, verſ. & eſt notabile Bart. in l. inter ſtipulantem §.*
1. *num.* 6. *ff. de verb. oblig. cum alijs per Farinac. d. quæſt.*
68. *num.* 60. Vltra quòd in propoſito dicta verba non
poſſunt referri ad Dominum, cum teſtes nullam aſſi-
16 gnent rationem, prout etiam non interrogati reddere
tenentur de illo deponentes *Innoc. & DD. in cap. cũ cau-
ſam de teſtibus cum alijs per Aym. conſ.* 61. *num* 5. *& Fa-
rinac. vbi ſupra quæſt.* 70. *num.* 40. *& ſeq.*

Nec probatur, quòd dicta mobilia eſſent illamet, quæ de
dicto anno 1614. & ſic poſt annos 21. fuerunt ſeque-
17 ſtrata, prout neceſſariò probandum erat *Rot. deciſ.* 441.
num. 1. *part.* 1. *diuerſ. Card. Seraph. deciſ.* 1137. *num.* 1.

Et ideo ex prædictis reſolutum fuit, mobilia ſpectare ad
dictum Cæſarem, &c.

ANNOTATIO.

A *Gregor. XV. deciſ* 402. *num.* 2. *&* ſequendo hanc deciſio-
nem dixit *Rota in Ferrarien. de Taſſonis* 20. *Decembris*
1619. *coram bon. mem. Vbaldo, & in Ariminen. fideicom-
miſſi* 12 *Februarij, &* 31. *Maij* 1624. *coram R. P. D. meo
Merlino, & infra coram Domino meo deciſ.* 196. *num.* 1.
19 *et deciſ* 425. *num.* 2. *et deciſ* 675. *num.* 3. admittuntur
tamen probationes in contrarium ex traditis per *Alexand.
conſil.* 114. *num.* 9. *lib.* 4. *Crauett conſil.* 171. *num.* 8. *et* in
his terminis *Tiraquell. alijs adductis, de retract. lignager.
§.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 6. *et infra coram Domino meo deciſ.* 237.
num. 8. dummodo ſint plenæ, & concludentes, nam non
ſufficerent ſemiplenæ, & præſumptiuæ, *Gratian. diſcept.
forenſ. cap.* 697. *num.* 20. *et* 23.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Co-

Colimbrien. matrimonij.

Lunæ 20. Iulij 1616.

ARGVMENTVM.

Matrimonium,& ſponſalia ex quibus probētur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur per teſtes deponentes de viſu, & in loco, & tempore concordantes, & ex alijs, de quibus num.* 12.

2 *Sponſalia coram teſtibus ſecretis contracta clandeſtina ſunt.*

3 *Teſtes familiares, & domeſtici probant actum occultè nō publicè factum, quando quis non fuit in culpa adhibendi idoneos.*

4 *Teſtium numerus ſupplet defectum, etiam ſi omnes defectum patiantur, & remittitur Iudicis arbitrio, an ſufficiat numerus trium ad hoc, vt defectus ex eo ſuppleatur.*

5 *Teſtis de facto proprio, & abſque intereſſe deponens facit pluſquam ſemiplenam probationem.*

6 *Epiſtola amatoria probant matrimonium contrahendum.*

7 *Epiſtola ſinè nomine, & cognomine, ac ſubſcriptione nō probant contra ſcribentem.*

8 *Incerta non dicitur diſpoſitio ratione generalitatis, quando in vno tantum verificari poteſt.*

9 *Incerta non dicitur diſpoſitio generalis, quæ ex pluribus demonſtrationibus, et coniecturis declarari poteſt.*

10 *Solemnitas iuris non attenditur, quando de conſuetudine non obſeruatur.*

11 *Epiſtola amatoria licèt ſinè nomine, cognomine, et ſubſcriptione, coadiuuata ex facti circumſtantijs faciunt aliquē gradum probationis contra ſcribentem.*

DECISIO CXCII.

PLACVIT Dominis reſolutio facta
14. Decembris præteriti, videlicet,
eſſe probata ſpōſalia inter DD. Emanuelem,
& Blancham. Nam ſubſiſtit
primum fundamentū ſuper tribus cōteſtibus
de viſu, & intereſſentia, & de
eiſdem loco, tempore, verbis, modo
& alijs circumſtantijs deponentibus, qui etiam ad pro-
1 bationem matrimonij ſufficerent, vt per *Rebuff. in addit. ad eius conſil.* 117. *num.* 1. Et exceptio familiarita-
tis, & domeſticitatis fuit plenè in deciſione ſublata, ex
eo potiſsimùm, quia dicta ſponſalia coram dictis te-
2 ſtibus ſecretis contracta, ſunt clandeſtina, *Bald. conſ.*
148. *num.* 13. *verſ. & intelliguntur, vol.* 1. nec ſinè cau-
ſa ita occultè, non autem publicè fuerunt celebrata,
videlicet, propter opinatum per ipſos periculum, vel
quòd amitterentur penſiones Eccleſiaſticæ, quas Ema-
nuel obtinebat: vel quòd redderetur difficilior impe-
tratio emptionis Militiarum Lauretanarum; & ſic nihil
3 imputari poteſt Blanchæ, quòd teſtes magis idoneos
non adhibuerit, quæ eſt præcipua ratio repellendi te-
ſtes domeſticos, vt vltra *Alex. conſ.* 152. *nu.* 12. *vol.* 5.
in deciſione allegatum, notat *Aret. in cap. cum à nobis,*
num. 42. *verſic. circa ſecundum, de teſtib.* quorum etiam
4 defectus ſuppletur ex numero, licèt omnes ſint dome-
ſtici, vt per *Rebuff. vbi ſupra num.* 4. & numerū trium
in propoſito ſufficientem eſſe, tot alijs concurrentibus,
cenſuerunt Domini, quorum arbitrio remittitur, an
talis numerus ſufficiat ad hoc, vt defectus ex eo ſup-
pleatur, vt aliàs dictum eſt. Alia verò exceptio, quod
dicti teſtes fuerint mediatores commercij inter partes,
non verificatur ex teſtibus nūc datis *in ſumm. Emanuelis*
num. 1. nec alibi. Secundò, vigent adhuc cōiecturæ, præ-
ſumptiones, & veriſimilitudines in d. deciſione pondera-
tæ, & dicta teſtium de confeſsionibus extraiudicialibus
Emanuelis, quibus nihil ſaltem releuans fuit reſponſum.
Ac denique literæ amatoriæ eiuſdem Emanuelis in di-
cta deciſione conſideratæ, eius ſigillo munitæ, & benè
recognitæ per teſtes eius manum notam habentes, &
aliquæ per duos deponentes de intereſſentia, & viſu,
quando per Emanuelem ſcriptæ fuerunt, & illas per eos
ſæpius eius nomine fuiſſe præſentatas eidem Blanchæ:
5 qui vti de facto proprio, & ſinè eorum intereſſe depo-
nentes, pluſquam ſemiplenè probant *Rota deciſ.* 521.
num. 6. *part.* 1. *diuerſ.* cum alijs *in Amerina Bonorum*
A 16. *Aprilis præteriti coram me.* A, Quas epiſtolas pro-
6 bare matrimonium, contrahendum; *Verall. deciſ.* 212.
num. 10. *par.* 2. *Viu. deciſ.* 241. *num.* 10. *lib.* 2. & nouiſ-
ſimè *Nicol. Genua in tract. de ſcript. priuat. lib.* 3. *in tit.*
de literis amatorijs, num. 7. *pag. mihi* 164. & ſponſalia
l. fin. & ibi *Alberic.* & *Bald. ff. de ſponſal.* & latè *Genua*
in d. tract. d. lib. 3. *quæſt.* 30. *pag. mihi* 139.

Nec obſtare viſus fuit defectus nominis, & cognominis,
7 & ſubſcriptionis Emanuelis in dictis epiſtolis, *ad not.*
per Alberic. & Bald. in procœmio digeſtorum, & Menoch.
de arbitr. lib. 2. *caſ.* 94. *num.* 15. *&* 21. Nam cùm per
teſtes de viſu, & intereſſentia conſtet, aliquas ex eis
fuiſſe per ipſum ſcriptas, & deſtinatas Blanchæ, & ad
illam miſſas, eique præſentatas nomine eiuſdem Ema-
nuelis, & per eam receptas, & duæ contineant nomen
appellatiuum mariti, vni ſoli conueniens; conſequen-
ter videtur tolli defectus nominis: nec videtur negari
poſſe, quin Emanuel habuerit illas pro perfectis, & ab-
8 ſolutis, & quin perinde ſit, ac ſi nomen proprium ap-
poſuiſſet, *ad text. in l.* 2. vbi *Bart.* & alij *ff. de liber. &*
poſthum. Aym. conſ. 121. *num.* 6. *in fine, & conſ.* 162.
num. 4. & facit *deciſio Cardin. Seraphin.* 1088. *num.* 7.
9 *& ſeqq.* Nec incerta dici poteſt illius perſona ex tot
circumſtantijs ex tenore dictarum epiſtolarum reſul-
tantibus certificata, *Soccin. in l. quem hæredi, in* 2. *not.*
ff. de reb. dub. Aym. dicto conſ. 162. *num.* 3. *verſ.* 3. *&*
num. 6. *verſ. non obſtant.* Vltra quòd ea, quæ dicuntur
de nomine apponendo in epiſtolis, non videntur pro-
cedere in amatorijs: iſtæ enim ſecretò fieri ſolent, &
ſinè nomine, vt eſt notiſſimum, & prout etiam ſemper
factæ fuerunt per ipſum Emanuelem; ſolemnitas autem
10 iuris non attenditur, quando de conſuetudine non ob-
ſeruatur, vt in ſpecie literarum ſinè nomine, *Aymon.*
dicto conſ. 121. *num.* 9. Ideoque ſtantibus prædictis, &
attenta etiam difficultate probationis dictæ epiſtolæ
faciunt ſaltem aliquem gradum probationis contra ip-
ſum ſcribentem, prout in ſimili de quodam folio ſinè
11 die, & cauſa, & ſic in forma ſimplicis memorialis coa-
diuuati tamen ex facti circumſtantijs, eſt *deciſ. Cardinal.*
Seraphin. 373 *num.* 3. *et ſequentibus.* Ex omnibus verò
12 ſupradictis, videlicet, teſtibus, coniecturis, præſum-
ptionibus, veriſimilitudinibus, ac demum iſtis epi-
ſtolis ſimul iunctis, viſum fuit, probationem impleri,
ſi quæ deficiat, vt in terminis fuit tentum *in Vlixbo-*
nen. matrimonij 2. *Maij præteriti coram R. P. D. meo Pi-*
rouano.

Et ideo Domini ſteterunt in deciſis.

A De quo vide ſupra *ad deciſ.* 111. *ſub lit. D.* vbi etiam an, & quando plenè probet.

Piſto-

Piſtorien. Prioriæ.

Mercurij 22. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Dignitas de nouo erecta an, & quando potiatur diſtributionibus, emolumentis, & iuribus, quibus gaudent alij Canonici. Item de quibus participet dignitas de nouo ex bonis patrimonialibus erecta ante illorum incorporationem, ſiuè ammaſſationem, quando in erectione conceſſa ſunt omnia ſpiritualia, non autem merè temporalia, niſi poſtquam incorporata fuerint: & quid ſtante clauſula, *ſinè præiudicio*.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, In omnibus, & per omnia, *operatur, vt nihil ſit exceptum*.

2 Quomodolibet, *dictio quid importet*.

3 *Prior efficitur de Capitulo per aſsignationem ſtalli in Choro, ac vocis in Capitulo, cum poſſeſsione ſubſecuta, & conſequitur omnia iura Capitularia in Choro, & in Capitulo num. 4.*

5 *Teſtibus benè informatis maior, quàm alijs, fides adhibenda eſt.*

6 *Teſtibus contra ſeipſos deponentibus maior fides, quàm alijs debetur.*

7 *Canonicus de nouo creatus licèt, non completa maſſa bonorum patrimonialium, non participet de bonis temporalibus, participat tamen de ſpiritualibus.*

8 Non autem, *dictio præcedentibus aduerſatur*.

9 *Diſtributiones quotidianæ quid ſint.*

10 *Spirituale largo modo dicitur ius percipiendi oblationes, quæ ex menſa ſacriſtiæ in feſtiuitatibus deuotionum, et anniuerſarijs defunctorum diſtribuuntur.*

11 *Vox actiua, et paſsiua in electionibus, et præſentationibus ad Capitulum ſpectantibus, dicitur res ſpiritualis conſecutiuè.*

12 *Spirituale concomitanter dicitur celebratio miſſæ ſolemnis.*

13 *Sacriſtiæ præexiſtentia dicitur ſpirituale participatiuè.*

14 *Vaſa ſacra, veſtimenta ſacerdotalia, et reliqua ad altaria, et ſacrificia deputata dicuntur non ſolùm ſpiritualia participatiuè, ſed etiam ſacra.*

15 *Spirituali annexa iudicari debent æquè, ac ipſa ſpiritualia.*

16 Merè, *dictio ſignificat puritatem, et totalem abſtractionem à ſubſtantia cuiuſlibet alterius entis, et nullam admittit diuerſæ qualitatis mixturam.*

17 *Diſtributiones quotidianæ debentur intereſſentibus celebrationi diuinorum.*

18 *Diſtributiones quotidianæ debentur ob ſeruitium perſonale, non autem reſpectu tituli, nec dantur tanquam Canonicis, ſed tanquam inſeruientibus diuinis.*

19 *Conſuetudo, quòd diſtributiones quotidianæ dentur alijs, quàm intereſſentibus diuinis, tanquam iniqua reprobatur.*

20 *Diſtributiones relicta Capitulo, et toti Clero competunt etiam futuris Canonicis, et Clericis.*

21 *Clauſula*, ſinè præiudicio, *intelligitur præter quàm quod expreſſa.*

22 *Vtilitas publica omitti non debet propter priuatam.*

23 *Canonicatuum nouæ erectiones intelligi debet cum omnibus prærogatiuis, quæ de iure, et conſuetudine alijs Canonicis fuerunt conceſſæ.*

24 *Regula*, de iure quæſito non tollendo, *derogatio non requiritur in Gratia de ſui natura præiudiciali.*

DECISIO CXCIII.

RESOLVTVM fuit 9. Decembris
preteriti corã R.P.D. meo Veroſpio,
& diffinitiuè poſtea pronunciatum, D.
Bartholomæo Panciatico, qui ex gratia Sanctiſſimi erexit pro ſeptima dignitate in Cathedrali Piſtorien. Prioriam, quàm obtinuit, ea omnia deberi, quæ habent alij Canonici, & dignitates non participes maſſæ groſſæ. Quæ reſolutio, cauſa in gradu appellationis mihi commiſſa, fuit per Dominos confirmata. Nam verba erectionis optimè in d. deciſione ponderata magis ampla eſſe non poſſent, & præſertim dum Sanctiſſimus dictæ Prioriæ conceſſit pariformiter, ac æquè principaliter, & abſque vlla prorſus differentia omnia, & ſingula, quæ competunt, & competere poſſunt alijs ſex dignitatibus de iure, vſu, conſuetudine,
1 aut priuilegio, cum clauſula, *In omnibus, & per om-*
A *nia*, quæ omnia iura, nullo excepto, communicat A; *ad not. in l. 1. de leg. 1. Rot. deciſ. 8. num. 5. 6. & 7. part.*
2 *2. diuerſ.* Et cum verbis vniuerſalibus, *vel alias quo-*
B *modolibet* B, comprehendentibus quicquid alijs quocunque modo conceſſum fuit, *Put. deciſ. 215. lib. 1. ſe-*
3 *cundum nou. impr.* & per aſſignationem ſtalli in Choro, loci, ac vocis in Capitulo, cum poſſeſſione legitimè ſubſequuta Prior effectus fuit de Capitulo, *Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 5. verſ. nam cum per hoc, & ibi Card. num. 6. verſ. cum enim Bellam. num. 9. verſ. probatur, de conſtit. Federic. de Sen. conſ. 290. col. 3. ſub verſ. ſequitur modò, & Card. Seraph. deciſ. 98. num. 2.* Exiu-
4 deque conſequutus fuit omnia iura Capitularia, in Choro, & in Capitulo *Innoc. in d. cap. cum M. Ferrarienſis num. 4.* quem ibi ſequuntur *Bàtr. Abb. antiq. Panormit. Compoſtell. Card. Anchar. & Imol. Feder. de Sen. vbi ſupra verſ. breuiter dicunt, & Rota in Iacen. Archidiaconatus 1. Iulij* 1599. *coram Illuſtriſs. D. Cardinali Lancellotto*, Prioria enim fuit creata vltra numerum per modum augmenti, & non ſupranumeraria, vt in ſimili cauſa conſideratum fuit in dicta *Iacen. Archidiaconatus 1. Iulij* 1599. *coram Illuſtriſs. D. Cardinali Lancellotto*. Pro quibus etiam concurrit obſeruantia dictæ Eccleſiæ, de qua duo teſtes de viſu, & ſcientia benè deponunt, quorum etiam primus explicitè declarat iuxta 11. ibi, *& queſto s'intende quanto alle voci in Capitolo, ſopraintendenze, autorita, diſtributioni quotidiane, & anniuerſarij*. Et
5 imò tanquam optimè informati, ex quo vnus eſt caput Capituli, alius verò per multum tempus dictæ Eccleſiæ inſeruiuit, maiorem fidem merētur *Gabr. de teſtibus concluſ. 4. num. 64.* & alij *per Farinac. de oppoſit. contra dicta teſt. quæſt. 63. num. 165. & 166.* & præſertim
6 ſecundus, quia cum ſit vnus ex canonicis videtur contra ſe ipſum depoſuiſſe *Aym. conſ. 6. num. 62. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 99. num. 36.* cum alijs per eundem *Farinac. de oppoſ. contra perſon. teſt. quæſt. 54. num. 79.* Nec obſtat, Priorem non poſſe participare prout alij, cum
7 nondum fuerit completa incorporatio, ſeu (vt dicunt) amaſſatio bonorum patrimonialium ſufficiens iuxta Sacr. Conc. Tridentinum, & formam dictæ erectionis; Quia non ideo interim excluditur, niſi à merè temporalibus, vt colligitur ex literalibus verbis dictæ erectionis, in qua poſt ſpecificam plurium conceſſionem, ſubiunguntur illa verba, *atque ad omnia ſpiritualia, non autem merè temporalia, niſi poſtquam incorporata fuerint, &c.* Et ſic priùs ſpiritualia omnia ſunt purè &ab-

& abſolutè conceſſa, deinde verò merè temporalia ſub
8 conditione faciẽdi dictam ammaſſationem; quod oſten-
C dit dictio, non autem, quæ præcedentibus aduerſatur C
Bart. in l. hoc amplius §. de his autem num. 1. in princ. ff.
de damn. infect. in l. mariti §. final. num. 1. ad l. Iul. de
adult. & in l. transſigere num. 6. ff. de tranſact. & Aret.
conſ. 160. num. 8. verſ. ex quibus patet. Pro merè autem
temporalibus intelligi hìc non poſſunt niſi diſtributio-
nes prouenientes ex menſa Capitulari; tùm quia illæ
tantùm conceduntur poſt dictam ammaſſationem; tùm
9 etiam, quia cum illæ (vt notiſſimum eſt) ſint fructus, qui
à ſingulis dignitatibus, & Canonicis ex poſſeſſionibus,
& annuis redditibus ipſius Capituli quotannis perci-
piuntur, Pariſ. conſil. 32. num. 7. verſ. & vlterius; &
num. 8. volum. 4. ideo verè, & propriè temporales di-
cuntur ſecundùm Azor. inſtit. moral. lib. 6. cap. 1. quæſt.
3. part. 2. Talia verò dici non poſſunt petita per dictũ
Panciaticum, qui propterea de illis debet participare;
omnia enim ſunt ſpiritualia, vel largo modo, vt ius per-
10 cipiendi oblationes, quæ ex menſa Sacriſtiæ diſtri-
buuntur in quibuſdam feſtiuitatibus Sanctorum, quos
vocant deuotionum, & in anniuerſarijs defunctorum,
Archid. in can. piæ mentis, num. 2. verſ. in ampliſſima verò
17. q. 7. & Mandoſ. ſuper gloſ. facult. Regent. in §. nos qui,
in verb. ſpiritualis, verſ. latiſſimè verò. Vel conſequutiuè,
11 vt vox actiua, & paſſiua in electionibus, & præſenta-
tionibus ſpectantibus ad Capitulum, cap. meſſana, &
cap. cumana, de elect. Butr. & Abb. in cap. quanto, num
5. verſ. ius ergo eligendi, de iudic. Bero. in rubr. de reb. ec-
cleſ. non alien. num. 16. verſ. tertiò num. 17. verſ. ius ergo
eligendi, & Io. Crot. in rubr. de iur. patr. ſub num. 8.
Vel concomitanter, vt celebratio Miſſæ ſolemnis in
ſuo turno Redoan. de ſimon. part. 1. cap. 4. num. 13. Quæ
12 dicitur miniſterium ſpirituale Abb. in d. cap. cum M.
Ferrarienſis num. 26. Bellam. in cap. ſuper num. 21. verſ.
& quia habet, de renunc. Caſ. de Graſſ. deciſ. 13. num. 6. de
praben. Vel participatiuè, vt præexiſtentia Sacriſtiæ;
13 quæ verſatur circa cuſtodiam ſacrorum vaſorum, veſti-
mentorum ſacerdotalium, luminarium, theſauri Ec-
cleſiæ, & aliorum ad altaria, & ſacrificia deputatorum,
cap. vnic. de offic. ſacriſt. & cap. 1. de off. cuſtod. quæ non ſo-
14 lum dicuntur participatiuè ſpiritualia, Archid. in d. can.
piæ mentis 17. q. 7. ſub num. 5. Butr. Abb. Imol. Alex. de
Neuo. Barbat. & Henrich. Boich. in d. cap. quanto Bero. in
d. rubr. de reb. Eccleſ. non alien. verſ. primò participatiuè,
& in rubr. de iudic. num. 43. verſ. participatiuè, ſed etiam
ſacra, quia directè, & immediatè ſunt dedicata ad vſum,
& cultum diuinum, ſeu ſeruitium Dei, Gloſ. in §. ſacræ
res Inſtit. de rer. diuiſ. in verb. & donaria, & ibi Aret. nu. 4.
in gloſ. dedicata ſunt Myſing. num. 3. & Oynotom. num. 2.
Ideoque non niſi ſacratis hominibus competunt cap. ve-
ſtimenta, & cap. in ſancta de conſecr. diſt. 1. Vel ſaltem
negari non poteſt, omnia prædicta eſſe aliquo modo an
15 nexa ſpiritualibus, & propterea cenſentur eiuſdem na-
turæ, & de illis iudicari debet, ac de ipſis ſpiritualibus,
ad not. in d. cap. quanto, & ſunt diſſimilia temporalibus,
vt per dictum cap. quanto, & cap. 2. de iur. patr. not. Io.
Crot. in repet. rubr. eiuſdem tit. num. 10. Et conſequen-
ter nullo modo dici poſſunt merè temporalia, propter
16 virtutem dictionis, merè, quæ denotat puritatem, Gloſ.
in §. Pretoria in verb. a mero Inſt. de diuiſ ſtipul. Alberic. in
l. imperium num. 9. in princ. ff. de iuriſd. omn. iudic. &
ibi Odofred. num. 6. & Valaſc. num. 58. verſ. nam quod
gracè, Angel. in l. ſtipulationum 5. in princ. & Roman.
num. 2. verſ. in text. ibi ff. de verb. oblig. Et totalem ab-
ſtractionem à ſubſtantia cuiuſlibet alterius entis, Soccin.
in d. l. imperium num. 9. Angel. in d. l. ſtipulationum
num. 1. & Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. li-
mit. 2. num. 2. adeò vt nullam admittat diuerſæ quali-
tatis mixturam, Dec. in d. l. imperium ſub num. 2. & Aret.
conſ. 20. num. 3. in princ. Ruin. conſ. 157. num. 21. l. 5.
& Contard vbi ſupra num. 4. Et dictæ diſtributiones fe-
ſtiuitatum, & anniuerſariorum debentur Priori non
ſolùm, quia non ſunt de merè temporalibus, vt ex præ-
dictis, ſed etiam quia in neceſſariam conſequentiam ve-
17 niunt ſub expreſſa conceſſione intereſſentiæ, dum cele-
brantur prædicta Calder. conſ. 6. de relig. domib. poſt princ.
verſ. de oblationibus, cuius tamen ratione debentur ob
18 ſeruitium perſonale, non autem reſpectu tituli, nec dan-
tur tamquam Canonico, ſed tamquam inſeruienti diui-
nis cap. cum in Eccleſia de praben. in 6. Rip. in d. cap. cum
M. Ferrarienſis num. 130. verſ. ſecundò, Put. deciſ. 113.
num. 4. lib. 1. ſecundùm vlt. impreſſionem Rot. in Burgen.
diſtributionum 8. Nouembris 1610. coram bon. mem. Penia
& Gratian diſcep. 399. num. 21. & 22. Itaut etiam
19 contraria conſuetudo, vel diſpoſitio tamquam iniqua
reprobetur Gloſ in cap. vnic. in verb. idem, de cleric. non
reſid. in 6. & ibi Prob. ad Monach. num. 76. verſ. & atten-
de, Lap. alleg. 42. num. 1. verſ. concludit. & Milis in ver-
D bo, conſuetudo non valet, quòd diſtributiones. D Et cum
20 fuerint relictæ (vt dicunt dicti teſtes) Capitulo, & to-
ti Clero, competunt etiam futuris Clericis, & Cano-
nicis ad l. peculium, de leg. 2. l. grege, de leg. 1. & ff. de pign.
Et conſiderabant etiam DD. quod valde abſurdum, inur-
banumq. videretur, ſi Priori, poſt alias Dignitates, &
ante omnes Canonicos reſidere debenti, denegarentur
iſtæ diſtributiones, quæ dari ſolent, tàm in dicta, quàm
in omnibus alijs Eccleſijs, nedum omnibus Dignitati-
bus, & Canonicis præſentibus, ſed etiam minimis Cle-
ricis. Nec ex eo, quòd ipſe non eſt ad reſidentiam obliga-
tus, reſultare viſum fuit allegatũ inconueniens, quòd nõ
accederet ad Chorũ, niſi quando illas foret lucraturus,
nam ſemper dum celebrantur dictæ feſtiuitates, & anni-
uerſaria, etiã miniſtris Clericis dantur dd. diſtributiones,
& nullus tenetur præcisè interuenire. Ideoq. idem etiam
de omnibus alijs dici poteſt, quia nec ipſi quoque ad
huiuſmodi officia accedent, niſi pro dictis diſtributio-
nibus percipiendis. Dum verò celebrantur officia cur-
rentis feriæ, pro quibus dantur diſtributiones menſæ
Capitularis, & quæ nunquam omittuntur, & quando
occurrunt dictæ feſtiuitates, & anniuerſaria: & tunc
Prior poterit ad Chorum ſe conferre ſi volet, ſed nihil
tamen percipiet ante completam ammaſſationem, vt ſu-
pra: ſi autem non accedet, nullum tamen poterit re-
ſultare inconueniens, vt patet. Non obſtat clauſula,
21 ſine præiudicio alicuius, etc. in dicta erectione appoſita,
E quia intelligitur præterquam quoad expreſſa, E vt op-
timè reſponſum fuit in deciſione R. P. D. mei Veroſpij.
Et quamuis per expreſſa inferatur alijs Canonicis ali-
quod præiudicium: ob priuatam tamen eorum vtilita-
22 tem omitti non debet vtilitas publica, & honor, & de-
cus Eccleſiæ, quæ conſiſtunt in augmento Canonico-
rum, vt per Caſtren. in puncto conſil. 170. col. 2. verſic.
23 nam propter vtilitatem, volum. 1. quorum propterea
erectiones intelligi debent non ſtrictè, ſed cum omni-
bus prærogatiuis, quæ de iure, & conſuetudine alijs
fuerunt conceſſæ, ad Rot. deciſ. vnic. num. 2. verſic. item
etiam erectio, de ſepultur. in antiq. Nec opus fuit dero-
24 gari Regulæ de iure quæſito, &c. cum hoc non requi-
ratur in gratia de ſui natura præiudiciali, vt ſunt no-
uæ erectiones, vniones, exemptiones, & ſimiles, Card.
Seraph. deciſ. 762. num. 3. et 1445. num. 5. & latè fuit
dictum in Cæſarauguſtana iuriſdictionis 5. Februar. 1609.
coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno, in Albanen. benefi-
ciorum 27. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, &
in alijs paſſim.

Er

Et ideo ex his deciſum fuit pro confirmatione deciſionis, & ſententiæ Rotalis, ſolo dicto Panciarico informante, parte tamen pluries citata, & expectata, &c.

ANNOTATIO.

A *Surd, conſ.* 412. *num.* 29. *Barboſ de clauſul. vſu freq clauſul.* 67. *num* 4. *Rot. in Cæſarauguſtana præeminentiarum* 10. *Nouemb.* 1623. *coram Reuerendiſſ. D meo Decano*.

B De dict. *Quomodolibet*, quòd idem importet, quod quocunque modo, tradunt *Pariſ conſ* 58. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 142. *num.* 6. *vol.* 4. *Gozadin. conſ.* 14. *num.* 22. *Rolan. conſ.* 2. *num.* 23. *vol.* 4. & quòd ſit vniuerſalis, & omnes caſus comprehendat *Ruin. conſ.* 15. *num.* 36. *&* 37. *vol* 1. *Menoch. remed.* 6. *recuper. num.* 15. *Cened, ſing.* 95, *num.* 4. *Auguſt. Barboſ. de diction vſu freq. dict.* 330, *num.* 1. ac omnem penitus modum includat. *Pariſ de reſignat. lib.* 9 *quæſt.* 25. *num* 4. *Mandoſ. in reg.* 18. *Cancel. quæſt.* 14. *num.* 5. *& in gloſ facult.* §. *et in ipſa in verbo quomodolibet Cened. d ſing.* 95. *num.* 1.

C Dictio *autem* quòd ſit præcedentium aduerſatiua vltra citatos *in deciſ. firmant Cened. ſing.* 7. *num.* 5. *et plures citati à Barboſ. de dictionib vſu freq. dict.* 47. *num.* 2.

D *Couarruu. variar. reſolut, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. *Monet. de diſtribut. part.* 2. *quæſt.* 12. *num* 37. valet tamen conſuetudo, vt abſentes lucrentur diſtributiones quotidianas in nonnullis caſibus, quos recenſet idem *Monet. ead. quæſt.* 12. *à num.* 42. *infra*.

E *Gratian. diſceptat.* 578. *num.* 3. *&* 4. *& diſceptat.* 867, *num.* 19. *Caſ Argel. de contradict, legit. quæſt.* 12. *num.* 9. *Cened. ſingul.* 110. *num.* 3. & alij plures citati à *Barboſ. de clauſulis vſu freq. clauſ.* 157. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Peruſina bonorum.

Lunæ 27, Iunij 1616.

ARGVMENTVM

Immiſſo in poſſeſſionẽ ex primo decreto ex ſola detentatione competit manutẽtio Iudicis officio, quæ datur etiam detentori, & prædoni, ac iniuſto poſſeſſori.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur creditori ex primo decreto immiſſo, ſi fuit immiſſus vt faciat fructus ſuos.*
2 *Indemnitatis præſtatio importat ſortem cum vſuris, damnis, & intereſſe.*
3 *Manutentio non impeditur per exceptiones iniuſtitiæ ſententiæ, & num.* 6.
4 *Detentori iudicis officium competit pro manutentione.*
5 *Manutentio datur detentori bonorum, & in ſtatu, in quo quis reperitur.*
7 *Manutentio non retardatur, donec diſputetur de exceptionibus requirentibus altiorem indaginem.*
8 *Sententia ſine actis de ſtylo Rotæ non attenditur.*
9 *Manutentio datur etiam prædoni, & iniuſto poſſeſſori.*

DECISIO CXCIV.

NON receſſerunt Domini à reſolutis
19. *Ianuarij* 1609. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* Venturinos manutenendos eſſe in poſſeſſione prædij, de quo agitur; quia ipſi fuerunt immiſſi in vim ſententiæ latæ, per quam Lupatelli fuerunt condemnati ad ſuſceptionem, & defenſionem litis motæ ſuper bonis emptis, & ad conſeruandum indemnem Venturinum emptorem, & bona à moleſtijs illatis liberandũ, & ad expẽſas, damna, & intereſſe in præteritum, & in futurum; & ideo competit eis manutentio ex interdicto *Vtì poſſidetis*,
1 quod datur etiam creditori immiſſo ex primo decreto,
quando fuit immiſſus, vt faciat fructus ſuos, quaſi tunc
fuerit effectus verus poſſeſſor, *Bald. in l. contentionem num,* 30. *verſic. item fortè, C. quomodo, & quando Iud. Dec. conſil.* 400. *num.* 8. *circa med. verſ. non obſtat, & Menoch. cum alleg. remed.* 3. *retinen. num.* 177. Cum
2 præſtatio indemnitatis importet præſtationem ſortis
cum vſuris, damnis, & intereſſe, *l. quæro, & ibi Odofred. in princip. verſ. quemadmodum, Bart. num.* 5. *Bald. in fin. & Caſtr. num.* 1. *&* 2. *ff. locat. Ruin. conſil.* 187, *num.* 3. *lib.* 1. *Honded. conſil.* 25. *num.* 1. *volum.* 2. Et licèt pro parte illorum de Lupatellis prætendatur, ſententiam eſſe notoriè iniuſtam tanquam latã contra tenorem inſtrumenti, ex quo ipſi in caſu euictionis ab alio,
3 quàm à Fauſtina, teneri videntur ad ſolam pretij reſtitu-
tionem; tamen hoc non tollit factum conceſſæ immiſſionis, etiam pro damno, & intereſſe, & ſic non impedit manutentionem, præſertim in ſummariſſimo, & de iuſtitia ſententiæ aliàs erit videndũ. Vlteriùs dicebatur,
4 quòd etiam ſi ex dicta immiſſione Venturinis quæſita
fuiſſet ſola detentio, haberent nihilominus Iudicis officium pro manutentione, *Gloſ. in l.* 3. §. *creditores, in verb. non poſſe,* C. *vtì poſſidetis, Caſtr. in l. Aquil. Regul. num.* 5. *ff. de donat, cum alijs* in puncto poſſeſſionis ex primo decreto allegatis in *Anconitana bonorum* 9. *Iunij* 1614. *& in Bononien. bonorum* 18. *Decembris* 1615. *&*
A 18. *Maij præteriti coram me*. A Præterea agebatur de
5 manutentione, non in poſſeſſione prædij, ſed in quaſi
poſſeſsione percipiendi ex eo quantitatẽ fructum correſpondentem fructibus prædij euicti, quæ datur etiam detentori, & in ſtatu, in quo quis reperitur, *Put. deciſ.* 12. *in fin. lib.* 1. *in nouis, & fuit tentum in Maceraten. bonorum* 4. *Iulij* 1590. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, et in Mediolanen. bonorum* 1. *Iulij* 1595. *coram bon. mem. Cardinali Platto relat. per Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 113. *num.* 9. Et in hoc ſummariſſimo inqui-
6 rendum non eſt, nec de iuſtitia, nec iniuſtitia poſſeſ-
ſionis, ſeu detentionis, *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 582. *num.* 5. *et fuit dictum in Romana Palatij* 16. *Decembris* 1588. *et in Romana pretij Fiani* 9. *Februarij* 1602. *co-*
B *ram bon. mem. Penia*. B neque an eorum creditum
7 ſit extinctum, quia fructus hactenus percepti in ſor-
tem veniant imputandi, & illorum etiam qualitas non ſit liquidata; ſed cum hæc requirant altiorem indaginem, vt colligitur ex prædictis, & alijs deductis per informantes, donec de eis diſputetur, cõcedenda eſt manutentio, *Couarr. practic, quæſt. cap.* 17. *num.* 5. *et Rota deciſ.* 50. *num.* 28. *et* 29. *par.* 2. *diuerſ.* Nec obſtare viſa fuit ſententia A. C, quòd fructus imputentur in ſor-
8 tem, tùm quia cum ſit ſinè actis non eſt attendenda iu-
xta ſtylum Rotæ, *vt fuit dictum in Veneta donationis* 2. *Nouembris* 1614. *coram me*; tùm etiam, quia cum ab ea fuerit appellatum, & de illius iuſtitia, & præten-
9 ſo eiuſdem tranſitu in iudicatum hodie non conſtat, non

eſt

eſt interim retardanda manutentio, quæ datur etiam
C prædoni, C & iniuſto poſſeſſori, *Rota deciſ.* 641. *num.*
8. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 50. *num.* 9. *par.* 2. *& in dicta*
Maceraten. hæreditatis coram bon. mem. Cardinali Pam-
philio, & in alijs.
Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Rota in eiſdem terminis poſſidentis ex primo decreto, *in Peruſina bonorum de Alphanis* 5. *Iulij* 1621. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, in qua hæc deciſio allegatur.

B In iudicio manutentionis non eſt quærendum de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis, ſed ſufficit ſola detentio, *Surd. conſil.* 93. *num.* 11. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 598. *num.* 5. *& deciſ.* 620. *ſub num.* 6. *& fuit dictum in Recanaten. hæreditatis* 10. *Nouembris* 1617. *coram bon mem. Vbaldo. & in Tiburtina parochialis* 2. *Decembris* 1619. *coram R P.D. meo Pirouano*, & in alijs pluribus.

C Manutentio licèt detur etiam prædoni, hoc tamen non procedit, quando ex eiſdem actis apparet, talem eſſe prædonem, tunc enim illi denegatur manutentio, *Abb in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 26. *& ibi etiam Innoc de cauſ. poſſeſſ. et propriet. Aym conſil.* 248. *num.* 6. *verſ nec obſtat, et conſil.* 392. *num.* 6. *Franciſc Marc deciſ* 273. *in fin. part.* 1. *cum alijs per Menoch. de recuper. remed.* 1. *num.* 113. *vſque ad* 128. *Gratian diſcept.* 899 *num.* 21.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Calaguritana dimidiæ quartæ portionis.

Lunæ 27. Iunij 1616.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Optandi conſuetudo eſt rationabilis, & à iure approbata.*
2 *Optio ſemper competit antiquiori.*
3 *Optandi ius competit etiam prouiſo Apoſtolico, quando ex conſuetudine in optione antiquoritas ſolùm requiritur, nulla habita ratione, à quo volentes optare prouiſi fuerint.*

DECISIO CXCV.

DIXERVNT DD. Dominico prouiſo Apoſtolico dandam eſſe optionem ab vna quarta minori, ſeù (vt vocant) quarta dimidia ad quartam dimiſſam per Matthæum, qui tanquam antiquior quartus Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Mariæ, & Sancti Michaelis aſcendit ad dimidiam portionem euſdem Eccleſiæ, quæ per obitum Ioannis Calderon vacauit de menſe Ianuarij 1615. Nam eius intentio fundata eſt ſuper iure optandi, & aſcendendi ad pinguiores vacantes, vel dimiſſas, tàm iuxta antiquam conſuetudinem totius Diœceſis, de qua conſtat ex relatione Capituli, ſeu Congregationis dictæ
Eccleſiæ de mandato Epiſcopi iudicialiter facta, quæ
1 conſuetudo eſt rationabilis, & à iure approbata *cap. fin.*
& ibi *Gloſ.* 3. *Gemin. col.* 6. *verſ.* 3. *not. et Franch. col.* 3.
verſ. in eadem gloſ. de conſuet. in 6. *Rot. deciſ.* 6. *in prin.*
A *eod. tit. in nou.* A, quàm etiam iuxta motum proprium
fel. rec. Clementis VIII. Quæ illum ſinè dubio comprehendunt, quia eſt antiquior dimidius quartus, ſiuè quartus minor, vt patet tàm ex dicta relatione Capituli, quàm ex teſtibus in Rota examinatis, qui benè, & concludenter deponunt, quòd eſt antiquior, & quòd ad eum vti talem ſpectat optio, & aſcenſus; quod eſt etiam
2 iuxta naturam ipſius optionis, ſecundùm quam ſucceſ-
ſiuè vnus poſt alium admittitur, & ſemper antiquior
præfertur *d. cap. fin. de conſuet.* & ibi *Gloſ. in verb. gradatim Rot. d. deciſ.* 6. *eodem tit. in nou. et deciſ.* 411. *num.*
1. *part.* 1. *diuerſ. Gonzal. ad reg.* 8. *gloſſ.* 34. *num.* 13. *et*
B *ſeqq.* B Nec obſtare viſum fuit, quòd Dominicus ſit
3 prouiſus Apoſtolicus; quia dicta conſuetudo, & con-
ſtitutio Clementis Octaui requirunt ſolùm antiquioritatem, nulla habita ratione, à quo volentes optare fuerint prouiſi; ideoque dixerunt Domini, tale ius optandi competere etiam prouiſis Apoſtolicis, vt fuit quoque reſolutum in alia *Calaguritana beneficij de Narbaxa* 23. *Martij* 1612. *coram R. P. D. meo Pamphilio.*
Et ideo ita deciſum ſolo Dominico informante, &c.

ANNOTATIO.

A Vide *Monet. de option. cap.* 2. *per. tot.*

B *Cardinal. Caualer. deciſ.* 119. *num.* 3. *Monet. d. tract. cap.* 4. *num.* 1. 15. *et per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Lucana, ſeù Feſulana Abbatiæ.

Lunæ 27. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Exequutio præſumitur facta in bonis debitoris, & aſſerenti, eſſe factam in bonis proprijs, incumbit onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Executoris relationi creditur in dubio.*
2 *Executionem nullam aſſerenti, ex eo, quòd facta fuerit ſuper proprijs bonis, non debitoris, incumbit onus probandi proprietatem, præſertim ſi de ea in executione proteſtatus non fuerit, num.* 3.
4 *Vniuerſitatis pro debito capi poſſunt in executionem bona ad ipſam ſpectantia.*
5 *Congregationis pro debito ſingulis Monaſterijs collecta imponenda eſt, niſi habeat burſam, vel res communes.*

DECISIO CXCVI.

FVIT (vt dicitur) executum mandatum Rotale pro expenſis taxatis in ſcutis 153. auri de Camera, ſuper quibuſdam animalibus (vt ſupponitur) ſpectantibus Monaſterio ſancti Pauli de Razzolo, ſeù de Ronata Venerab. Congregationis Vallis Vmbroſæ; & quia pro parte dicti Monaſterij, & illius Abbatis prætendebatur nullitas, & iniuſtitia huiuſmodi executionis, cum non dictum Monaſterium, ſed vniuerſa Congregatio fuiſſet in dictis expenſis condemnata per ſententiam Rotalem ad fauorem D. Coſmi de Orlandis, latam ſuper diſſolutione incorporationis factæ eidem Congregationi de Eccleſia ſancti Bartholomæi à Cappiano. Dubitaui, an conſtaret de legitima executione:
1 & DD. reſponderunt affirmatiuè; quia cum non con-
ſtet, dicta animalia fuiſſe particularia dicti Monaſterij
ſancti Pauli, ſeù ab illo poſſeſſa, vel detenta, præſu-

muntur dictæ Cōgregationis condemnatæ, & debitricis,
& ſic pro executore, & executione, vt ex *Gl. in l. 1. C. de*
priuileg. Fiſci tradunt ibi *Butrig. in princ. & Bald. num. 2.*
Alex. in l. a Diuo Pio §. ſi ſuper rebus num. 15. ff. de re
iud. Dec. in cap. cum parati num. 46. de appellat. Salic.
in l. ob maritorum num. 2. C. ne vxor pro marit. Aſin. in
prax. iudic. §. 9. cap. 5. pag. mihi 196. Menoch. de adipiſc.
remed. 4. num. 924. verſ. 3. eſt caſus, & fuit dictum *in*
A *Bonon. pecuniaria die 20. præſentis menſis coram me*, A.
2 Et eidem Monaſterio incumbit onus probādi, dicta animalia
fuiſſe propria iuxta *not. per Bellapert. in dicta l. 1.*
C. de priuil. Fiſc. & per Cin. in d. l. ob maritorum, verſ. ſolue
dicunt quidam, & ibi Bart. in dicto §. ſi ſuper rebus num.
5. verſ. ſed pone, & ibi Caſtren. num. 8. verſ. in gloſ. 2.
Imol. num. 15. Iaſ. num. 8. & 9. Angel. num. 1. & Her-
3 *culan. num. 41. in fin.* Præſertim cum ante dictam executionem
nulla præceſſerit proteſtatio dd. Abbatis, &
Monaſterij, quòd erant propria, non autem Congregationis,
prout inſtruunt *Angel. Imol. & Alex. in dicto §.*
ſi ſuper rebus relati ibi per Iaſ. dicto num. 9. verſ. ex iſta
Gloſ. & Hercul. num. 8. & ſeqq. & DD. in d. l. ob maritorum,
& fuit tentum *in dicta Bononien. pecuniaria coram me.*
Nec obſtat fides depoſitarij Florentiæ, quòd
die 23. Martij præteriti recepit quatuor paria bouū ab
Abbate d. Monaſterij grauato per nūcium Archiepiſcopatus,
ad inſtantiam dicti Coſmi; nam vltra quòd eſt
priuata, extraiudicialis, & ſinè citatione, & iuramento,
non concludit, quòd exequutio facta fuit per d. nuncium,
ſed ſolùm quòd Abbas eidem dedit dd. boues,
occaſione grauaminis facti; & ita firma remanet dicta
præſumptio pro executore, & executione. Et ceſſat
etiam quietantia eiuſdem nuncij librarum 52. pro
mercede grauaminis; & ideo non eſt neceſſaria inſpectio,
an dictum Monaſterium grauari potuerit inſoli-
4 dum pro debito totius Congregationis, ſatis enim eſt,
dicta animalia ad illam ſpectare (prout præſumitur)
ad hoc, vt potuerint pro eius debito capi in executionem
iuxta l. 1. §. quòd ſi nemo ff. quod cuiuſq; vniuerſ.
nom. Bald. in l. etiam num. 12. verſ. aut loquimur, C. de
execut. rei iud. Roman. in l. 4. num. 26. ff. de re iud. &
ibi Hercul. num. 31. verſ. hæc ſunt. Nec fuit opus im-
5 ponere collectam ſingulis Monaſterijs pro rata *iuxta*
doctr. Bart. in dicta l. 4. ipſe enim ibi *num. 1.* præſupponit,
quòd ſi Vniuerſitas habeat burſam communem, vel
res communes, debeat de illis ſatisfieri, abſq; eo, quòd
fiat collecta, vt etiam declarant ibidem *Caſtr. num. 3.*
verſ. vlt. Bart. Angel. in ſummario Alex. num. 12. Iaſ.
num. 20. & Hercul. dicto num. 31. Gloſ. in dicta l. 1. §.
quòd ſi nemo, in verb. Proconſul. verſ. ſed quid ſi nihil,
& ibi Alber. num. 14. Bart. num. 2. Bald. num. 4. verſ.
quærit hic Gloſ. & Caſtr. num. 3. ff. quod cuiuſq; vniuerſ.
nom. etc. Gloſ. fin. in cap. cum dilecta 22. verſ. ſicut ſi Collegium,
& ibi *Butr. num. 26. verſ. dat ſimile Abb. num.*
14. & Felin. num. 20. extra de reſcript.

Et ideo fuit vt ſupra deciſum, &c.

A Concordantes vide ſupra *ad deciſ. 191. lit. A.*

Romana domus.

Veneris 1. Iunij 1616.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus ſeruatur in quocunque Tribunali, etiam in Rota, & num. 3.*
2 *Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiā Capitulum.*
4 *Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiā clericos, & Prælatos, necnon Collegia, & Conuentus Religioſorum.*

DECISIO CXCVII.

LATÆ fuerunt duæ ſententiæ in omnibus conformes, de quarum nullitate,
vel iniuſtitia nihil fuit oppoſitum; prima videlicet per R. P. D. Locumten.
Illuſtriſſimi D. Cardinalis Vicarij Vrbis; ſecunda verò Rotalis fauorabiles
RR. Canonicis, & Capitulo S. Mariæ
Rotundæ contra Geneuram ſuper immiſſione in poſſeſſionem,
& dimiſſione domus, de qua agitur: ideo Domini
cenſuerunt, eſſe locum Statuto Vrbis *cap. 178. lib. 1.*
illaſque facere rem iudicatam, & habere vim trium,
cum ſint latæ inter ciues, & incolas, & dictum ſta-
1 tutum in omnibus Curijs, etiam in Rota ſeruari de-
A beat, A. vt fuit ſæpiſſimè deciſum, & ſignanter in *Roman.*
medietatis domus 2. Februarij 1571. coram Binarino
in Romana de Comitibus 21. Iunij 1577. coram fel. record.
Clemente VIII. inter impreſſ. diuerſ. 452. par. 1. in Roman.
ſeparationis thori 2. Decembris 1605. & 16. Ianuarij
1606. coram Reuerendiſſimo Lugdunen. & nouiſſimè
in Romana pecuniaria 23. Iunij 1611. coram R. P. D.
2 *meo Vbaldo*, & in alijs allegatis per informantes. Et comprehendit
etiam Capitulum tanquam ciuem, *Bart. in*
l. 1. num. 12. verſ. quæro etiam, ff. ad municip. Felin. in
cap. eam te num. 16. verſ. non inſiſto de reſcript. & tenuit
Rota in Nepeſina cenſus coram Cardinali Seraphino, quæ
eſt in impreſſ. 1311. in Roman. cenſus 12. Maij 1606.
coram bon. mem. Litta, & nouiſſimè in Romana Saluiani
10. Februarij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, cum
quibus pro nunc DD. tranſierunt, licèt aliàs fuiſſent diſcordes
in Romana Secretariatus 20. Nouembris 1592.
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino. Et hodie pendet
indeciſus ſimilis articulus *coram R. P. D. meo Vbaldo*
ſuper Statuto Vrbis *de præſcript. cap. 158. lib. 1.* An
comprehendat Hoſpitale S. Io. Colauitæ, & Dominicum
de Melioribus.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Statutum Vrbis de duabus conformibus habet locum inter
ciues, incolas, & diſtrictuales, & in omnibus Curijs,
etiam in Rota, vt firmatur in hac deciſione, *& infra deciſ.*
153. & vtrobique adductis addi poteſt Rota *apud Pacif.*
deciſ. 237. num. 1. iuxta vlt. impreſſ. coram Cardinal Caualer.
deciſ. 616. num. 1. & in Rom. locorum Montium 25.
Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana hæreditatis
de Arigonijs 23. Ianuarij 1627. coram R. P. D. meo
4 *Virili*, & comprehendit etiam Clericos, & Prælatos,
Seraph deciſ. 794. num. 21. in hic allegata deciſ. 452. num. 2.
part. 1. diuerſ & deciſ. 380. part 1. recent & in d. Romana
locorum montium coram bon. mem. Vbaldo, & in d. Romana
hæreditatis de Arigonijs coram R. P. D. Virili. & latè
infra d. deciſ. 253. vbi quòd comprehendat etiam Collegia,
& Conuentus Religioſorum.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ro-

Romana Laudi.

Veneris 1. Iulij 1616.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Liber ſocialis inter ſocios plenè probat.*

DECISIO CXCVIII.

PER vltimam voluntatem Sanctiſſimi ad inſtantiam vtriuſque partis impetratam, expreſsè mandatur, vt Doni cogantur ad ſoluendum Albetico integram ratam prætenſi maioris precij, quo ſuit venditum granum affictus Montis Marciani, durante ſocietate.
Dubitaui igitur, an cõſtet, pro quo precio illud vẽditum fuerit; & DD. reſponderunt, venditum ſuiſſe in totum precio ſcutorum 12389. 50. prout ſuit adnotatum, & deſcriptum in partitis aptatis ſuper libro Banchi *Anni* 1611. *in extract. A.C. fol.* 327. *&* 328. ſub computo dicti affictus datis *in ſummario num.* 3. Quæ vti ſcriptæ in li-
1 bris ſocialibus inter ipſos ſocios plenè probant *Alex conſ.* 186. *num.* 1. *lib.* 2. *& fuit dictum in hac cauſa ſub*
A *die* 15. *Decembris* 1614. A, Ex quo precio DD. habuerunt pro indubitato, deberi ſuam ratam Alberico, cum etiam ipſe participaret in dicto affictu Mõtis Marciani, quam ratam ex prædictis cenſuerunt eſſe calculan. iuxta precium in dictis partitis contentum, non autem ioxta illud, quod ſuit declaratum in laudo, quod ſupponitur eſſe minus duorum ſcutorum pro ſingulo rubro, quàm contineatur in dictis partitis.
Et ita reſolutum pro Alberico informante, Donis pluries antea citatis, & expectatis, &c.

A Concordantes vide ſupra *ad deciſ.* 85. *lit. B.*

Romana dotis.

Veneris 1. Iulij 1616.

ARGVMENTVM.

Solutio an, & quando probetur ex libris mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba,* portò lui contanti *appoſita in libris mercatorum, ex ſtylo important veram numerationem.*
2 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium, niſi iunctis adminiculis, præſertim contra abſentem, cum quo negotium geſtum non fuit num.* 3.
4 *Dicere aliquid non ſufficit, niſi etiam probetur, illud, quod dictum eſt, factum fuiſſe.*
5 *Verba futurum tempus reſpicientia nihil ponunt in eſſe.* Volo, *verbum iunctum infinito in actibus inter viuos diſpoſitionem non importat. ibid.*
6 *Debitoris aſſertioni in præiudicium creditoris abſentis non creditur.*
7 *Adminicula nihil operantur, quando ceſſat probatio præſuppoſita.*
8 *Solutionem approbare videtur proteſtans nolle facere bonam, niſi talem partitam.*
9 *Confeſſio qualificata non poteſt diuidi, & num.* 13. *limita vt num.* 14.
10 *Fides extraiuditialis abſque iuramento non admittitur in Rota.*
11 *Teſtis, qui tractat de ſe exonerando non probat, & num.* 15.
12 *Solutio contra habentem creditum liquidum ex publico inſtrumento eſt concludenter probanda.*

DECISIO CXCIX.

PHILIPPO petenti ſcuta 500. pro reſiduo ſcutorum 6000. monetæ ſibi pro dote per quondam Mauritium ſocerũ per inſtrumentum iuratum, & Camerali obligatione vallatum promiſſorum, opponunt dicti Mauritij filij, & hæredes de integra ſolutione iuſtificata (vt dicunt) ex partitis librorum Mazzinghi, & Ticci mercatorum per Philippum admiſſis, vna tantùm excepta dictæ ſummæ ſcutorum 500. ſub die 26. Auguſti 1612. ſuper Quaderno Capſæ dicti Mazzinghi adnotata in computo, & ad debitum Mauritij, cum iſtis verbis. *Diſſe per pagare al Signor Gio. Paolo, vadi à conto della dote.* Quam partitam dixerunt DD. non obeſſe Philippo; Quia non ſolùm non concludit, dicta ſcuta 500. ſuiſſe ſoluta per Banchum Ioanni Paulo in ea nominato de ordine Mauritij, ſed totum cootrarium, videlicet ſolutionem factam ipſi
1 Mauritio, quod exprimunt illa verba, *Portò lui contanti,*
quæ ſecundùm illorum vim, & nototium ſtylum mercatorum, important actualem, & realem numerationem factam Mauritio, & quòd ipſe pecunias receptas extra Banchum aſportauit. Non obſtant alia verba, *diſſe per pagare, &c.* Nam quicquid ſit inter Mauritium, & Banchum ſuper ſolutione dictarum pecuniarum facta eidem Mauritio, quæ non controuertitur: & quicquid
2 etiam ſit de fide libris mercatorũ pro tertio contra tertium adhibenda, in quo Rota ſinè adminiculis tenet negatiuam, vt teſtatur *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 450.
3 *num.* 4. præſertim contra abſentem, cum quo negocium geſtum non fuit, iuxta *doctrin. Aym. de antiq. temp.* 6. *partic. prima part. num.* 71. *verſ.* 4. *& Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 91. *num.* 25. quatenus verò ex dictis libris probaretur, verba huiuſmodi ſuiſſe per Mauritiũ prolata, non tamen (vt notiſſimum eſt) exinde ſequitur, quòd ipſe, vel tuoc, vel poſtea verè ſoluerit;
4 non enim ſufficit aliquid dicere, niſi etiam probetur, illud, quod dictum eſt, factum ſuiſſe, *ad Gloſ. in l.* 1. *§.* 1. *in verb. dicentur ff. de dol. mal. & in l.* 1. *in verb. dicetur ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dic. l.* 1. *C. de probat. l. aſſecuratio C. de non num. pec.* illa enim ſunt verba futuri temporis,
5 quæ nihil diſponunt: prout ſi dixiſſet, ſe velle ſoluere, quod demonſtraret actum in futurum faciendum, *Gloſ. in l. ſerui electione, in princip. in verb. poſſumus, & ibi Bald. & Alex. de leg.* 1. *idem Bald. in l.* 1. *num.* 11. *verſ. quæro pone, C. de confeſſ. & in l. in vendentis num.* 25. *&* 26. *& ibi Salic. num.* 10. vbi quòd communiter tranſeunt DD. *C. de contrah. empt. Dec. conſ.* 159. *num.* 7. *& Card. Seraphin. deciſ.* 1079. *num.* 3. Imò licèt partita contineret,
6 Mauritium dixiſſe, quòd ex dictis pecunijs ſoluerat Ioãni Paulo, nulla tamen reſultaret probatio, quia eſſet nuda Mauritij debitoris aſſertio, quæ nihil penitus faceret *ex vulgar. & facit text. in dicta l.* 1. *C. de probat.*
7 *& in dicta l. aſſecuratio.* Vndè cum dicta partita nullum faciat probationis gradum, ceſſant prætenſa adminicula, vt fuit dictum in *Virdunen. Abbatiæ* 27. *Nouemb. præteriti corã me.* Nec poteſt fieri fundamẽtum à ſolitis, quòd partitæ deſcriberentur ad debitum Mauritij, ſolutiones

verò ex eius ordine fierent re vera Philippo. Quia ce-
teræ partitæ (vnica excepta ſub die 21. Februarij 1613.
de qua infra) vel continent ſolutiones factas de ordine,
& mandato Mauritij, cum quietantia Philippi, & ſic
ſunt diuerſo modo deſcriptæ: vel verificantur ex alijs
partitis dictorum mercatorum, in quibus eadem die
fuit datum creditum Philippo, & debitum Mauritio.
8 Nec obſtat, dictam partitam iuſtificari ex alia prædicta
ſimilis tenoris ſub dicta die 21. Februarij 1613. quam
Philippus declarando (prout fecit) nolle facere bo-
nam, niſi ſolummodo eam, de qua agitur, videtur ad-
mittere ad *not. per ſcriben. in cap. nonne, de præſumpt.*
quia quatenus ex dicta declaratione reſultaret tacita
approbatio aliarum partitarum, illa eſſet qualificata
9 cum reprobatione iſtius, & ideo confeſſio non poſſet di-
uidi, iuxta *vulgat. doctr. Bart. in l. Aurelius, §. item quæ-
ſiit. ff. de liber. leg. & Abb. in cap. bonæ il ſecondo num. 29.
de poſtul. Præl.* quos ſequuta eſt *Rota, vt per Card. Sera-
phin. deciſ. 197. num. 2. in Romana pecuniaria* 10. *Decem-
bris* 1578. *& in Romana incurſus Alexandrinæ* 10. *No-
uembris* 1581. *coram bon. mem. Card. Blanchetto in Bri-
xien. confidentiæ* 5. *Iulij* 1591. *coram bon. mem. Penia*, &
A in alijs paſſim A. imò qualitas iuſtificatur per eandem
met partitam, quæ controuertitur, dum cantat, *à buon
conto*; ſi enim ſcuta 500. de quibus in ea, fuiſſent ſoluta
Philippo, dicta ſubſequens partita de menſe Februarij
compleret totam ſummam dd. ſcutorum 6000. & ſic
diceret pro reſiduo, & non ad bonum computum. De-
10 mum fides Capſerij ſub die 16. Maij 1614. & atteſtatio
miniſtrorum Banchi, tanquam extraiudiciales, & ſinè
iuramento non attenduntur in Rota: tantoq. magis,
quia dicta fides eſt relatiua ad aliam, nec ex ea colligi-
tur, cui fuerit facta ſolutio, & eſt contraria partitis li-
brorum, & alteri fidei eiuſdem Capſerij ſub die 4. Se-
ptembris 1615, in qua dicit, ſe huiuſmodi ſummam ſol-
11 uiſſe Mauritio; & quod tollit omnem difficultatem,
B quia dictus Capſerius tractat de ſe exonerando, B.
dum aſſerit, ſe oretenus habuiſſe ordinem à Mauritio de
ſoluendo Philippo, & illud executum fuiſſe; & dicta atte-
ſtatio miniſtrorum non concludit ſolitum, cum dicat,
il più delle volte; & reſpectu dotis eſt relatiua ad qua-
dernum capſæ, cuius partitæ dicunt, Mauritium aſpor-
12 taſſe in contanti vt ſupra, & ideo cum Philippus ex pu-
blico inſtrumento habeat pro ſe plenam crediti proba-
tionem, allegata ſolutio eſt concludenter probanda,
*Bart. in l. admonendi, de iureiur. quem communiter Doct.
ſequuntur, & Card. Seraphin. deciſ. 372. in fin.*
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Surd. conſil.* 258. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 167. *num.* 17. *part.* 1,
13 *recent. & deciſ.* 158. *num.* 5. *deciſ.* 170. *num.* 6. *deciſ.* 518.
num. 4. *& deciſ.* 699. *ſub num.* 2 *part.* 2. *recent.* hoc tamen
14 eſt intelligendum, niſi illa qualitas habeat contra ſe iuris
præſumptionem, tunc enim acceptari poteſt confeſſio, re-
iecta qualitate iuxta doctrinã eiuſdẽ *Bart. in l. Aurelius, §.
idẽ quæſiit, n.* 2. *ff. de liber legat.* quam ſequuntur *Menoch.
de arbitr. caſu* 93. *num.* 36. *&* 37. *Surd. deciſ.* 258. *num.* 6.
Peregrin conſil 71. *num.* 15. *volum.* 2. *Mareſcott. variar.
reſolut. lib.* 2. *cap.* 43. *Bellon. Iun latè conſ.* 81. *à num.* 8. *in-
fra.* vbi quod idẽ procedat in dictis teſtium. & ſequuta eſt
Rota *deciſ.* 802. *num.* 3. *par* 1. *diuerſ. deciſ.* 525. *num.* 2.
par 2 *recent & coram Gregor. XV. deciſ* 92. *num.* 8. *&
ibi Adden. alias refert, num.* 10 *in Placentina Præpoſituræ*
4. *Decembris* 1628. *coram R. P. D. meo Pirouano, & co-
ram Domino meo ſupra deciſ.* 143. *num.* 32. *& in alijs.*
B Teſtis, qui tractat de ſui exoneratione, non probat,
15 *Bart. in l deferre num.* 2. *ff de iur Fiſc. Aym. conſil.* 99.
num. 2. *Rota Ianuen. deciſ* 94. *num* 1. *quas refert, et ſequi-
tur Rota in Aſculana ſocietatis* 28. *Iunij* 1628. *coram R.P.
D meo Varilio Gregor XV. deciſ.* 475. *num* 9 *Farinac. de
oppoſit. contra perſon teſt. quæſt.* 60. *num.* 18.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana domorum de Roncionibus.

Veneris 1. Iulij 1616.

ARGVMENTVM.

Extremum primum in ſpolio probatur ex con-
feſſione partis, maximè ſi ſit geminata, contra
quam non admittitur erroris probatio, niſi ſit
concludentiſſima.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſuperat omnes alias probationes.*
2 *Confeſſio geminata licèt erroris probationem non excludat,
magis tamen probat.*
3 *Confeſſio geminata vt erronea detegatur, eſt neceſſaria
concludentiſſima erroris probatio.*
4 *Extremum primum in ſpolio ex quibus probetur.*
5 *Locatio cum perceptione fructuum non probat poſſeſſio-
nem in præiudicium anterioris poſſeſſoris.*
6 *Confeſſiones de recepto, & per ſimplicem apocham ſinè
teſtibus nihil probant.*
7 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 189. ſeù 191. *prohibens,
dari de nullitate poſt annum, non impedit, quòd poſſit
opponi nullitas habens admixtum ſpolium.*
8 *Sequentia declarant præcedentia.*
9 *Confeſſio facta ad alium finem non nocet.*
10 *Exceptio de iure tertij non excluſiua ipſo iure intentionis
agentis dari non poteſt.*

DECISIO CC.

STETERVNT Domini in deciſ. 4.
Martij præteriti pro reintegratione
D. Ducis ad anteriorem illius poſſeſ-
ſionem bonorum, de quibus agitur,
quam dixerunt non poſſe hodie con-
trouerti per Ronciones, qui de anno
1610. direxerunt contra eum iudiciũ
coram A. C. in actione hypothecaria pro reſtitutione
dotis maternæ ſuper dictis bonis ad auocandam illorum
poſſeſſionem, & reportarunt duas ſententias conformes
fauorabiles ſuper immiſſione in poſſeſſionem, per quas
D. Dux fuit condemnatus ad bona dimittendum, & re-
laxandum, & in fructibus perceptis, quarum vltima
fuit Rotalis, & poſtea mandatum Rotale de immit-
tendo cum clauſula de expellendo D. Ducem, & alios
detentores; & deinde vigore illius cœperunt poſſeſſio-
nem; & in quatuor commiſſionibus Apoſtolicis per eos
impetratis, & quibus vſi fuerunt, ſemper faſſi ſunt, &
nominarunt dictum D. Ducem detentorem, & poſſeſ-
ſorem, videlicet, in prima commiſſione cauſæ directa
A. C. in ſecunda bo. mem. Littæ ſuper moderatione eius
inhibitionis, & in tertia directa Reuerẽdiſſimo Atteba-
ten. (qui tulerat vltimam ſententiam) pro obtinenda
adiudicatione in ſolutum, & in quarta eidem Reueren-
diſſimo Attebraten. in qua dixerunt, quòd pendente lite
ab ipſis mota in hypothecaria contra D. Ducem, qui-
dam de Paulis ſe intruſerunt in poſſeſſionem forſè per
col-

1 colluſionem cum D. Duce, quæ confeſſiones ſuperant
omnes alias probationes ex vulgat. & tanquam multi-
plicatæ ſi non excludunt probationem erroris, ſaltem
2 magis operantur *Bart. in l. cum ſcimus in fine* C. *de agric. & cenſit. lib.* 11. *Felin. in cap. ſi cautio num.* 39. *de fid. inſtrum. Decian. conſ.* 14. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 5. & contra
3 eas requiritur concludentiſſima erroris probatio, vt
poſt *Seriben. in cap. vlt. de confeſſ. in l non fatetur ff. eodem, & in l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iud. Siluan. conſ.* 57. *num.* 27. *& num.* 28. *Decian. d. reſponſ.* 14.
num. 35. & hæc vltra inſtrumentum poſſeſſionis captæ
authore prætore per dictum D. Ducem de anno 1590.
4 de ſingulis corporibus, locationem, & receptionem
pēſionis domus ad Catinarios, & expreſſionem eiuſdem
poſſeſſionis, quæ fit per felic. recor. Clemen. VIII. in
derogatione fideicommiſſi conceſſa 30. Martij 1598. ex
quibus viſa fuit Dominis probatio huius primi extremi
indubitata, ex latè deductis in alia deciſione.

Non obſtat poſſeſſio capta per Ronciones mortuo Octa-
uio eorum patre del 1594. in vim fideicommiſſi auiti, &
quòd fuerit continuata non obſtante, quòd D. Dux non
fuerit citatus. Nam reſpectu domus Inpponariorum
non probatur effectus per ſolutiones factas ab inquilino
4. Nouembris 1596. & 5. Martij 1604. Nec etiam re-
ſpectu domus Reclanſtri Hebræorum per quietantias
factas Iſaac vti inquilino 12. Nouembris 1604. & 20.
5 Maij 1605. Quia per locationem, & ſolutionem merce-
dis non probatur poſſeſſio ad præiudicium anterioris
poſſeſſoris, *Afflict. deciſ.* 325. *num.* 2. *Menoch. remed.* 3.
de retinen. num. 567. *Rot. deciſ.* 506. *num.* 4 *part.* 1. *diuerſ.* Vltra quòd quietantiæ factæ d. Iſaac ſunt puræ
6 confeſſiones de recepto, & per ſimplicem apocham
ſinè teſtibus, quæ nihil probant, ex vulgaribus; locatio
verò lapidis piſcium facta per Lactantium 25. Octobris
1605. nihil releuat cum ſit facta poſt poſſeſſionem ca-
ptam in vim dicti mandati Rotalis de menſe Iulij 1605.

Non obſtat etiam, quòd non poſſit dari de nullitate poſ-
7 ſeſſionis captæ per Ronciones poſt annum ex ſtatuto
Vrbis *lib.* 1. *cap.* 189. Tum quia non procedit quando
nullitas habet (vt hic) admixtum ſpolium *Caſ. de Graſſ.*
A *deciſ.* 1. *num.* 2. *& ſeq. de conſtitut.* A. tum quia non eſt
opus D. Duci dare de nullitate dictæ poſſeſſionis, cum
ſatis illi ſit pro reintegratione, docere de ſatisfactione
Roncionum, & de ſua poſſeſſione tempore litis motæ in
hypothecaria, quæ ex prædictis, & deductis in alia de-
ciſione non poteſt controuerti. Minus obſtat, quòd in
gratia dictæ derogationis fideicommiſſi factæ D. Duci
per fel. record. Clementem VIII. dicatur, filios Octa-
uij eſſe poſſeſſores lapidis, & Domorum ſpecificata-
rum. Nam illa non ſunt verba Ducis, ſed Summi Pon-
tificis, qui non intellexit, eos fuiſſe tunc poſſeſſores, ſed
benè de tempore immiſſionis factæ ad fauorem D. Du-
cis: quia poſt narratam facti ſeriem, quòd Dux obtinue-
rat contra bona hæreditaria Octauij pro eius credito
ſcutorum decem, vel duodecim millium mandatum
executiuum, & ſe immitti in poſſeſſionem domorum
ſpecificatarum, easque deliberatas fuiſſe precio ſcuto-
rum 3100 ſubdit, per filias Octauij poſſeſſores allega-
tum fuiſſe, ſupradictas domos eſſe ſubiectas fideicom-
miſſo, & dotibus: & ſic manifeſtè colligitur, quòd dum
eas vocauit poſſeſſores, intellexit de poſſeſſione ante
immiſſionem Ducis, & deliberationem, & ita præceden-
8 tia, & ſequentia inter ſe conueniunt *ad l. quoties in fin. C. fam. erciſc. Gemin. in cap. priuilegia, circa fin. de priuileg. in* 6. *cū alijs per Decian, reſp.* 102. *num.* 19. *lib.* 3. & quatenus
etiam exinde reſultaret cōfeſſio Ducis, nō noceret, tan-
9 quam ad alium finē obtinendę ſcilicet derogationis facta
Alber. in 2. *part. ſtat. quæſt.* 148. *& alij per Tiraq. in*
tract. res inter alios acta num. 24. *&* 25. *& Surd. deciſ.* 250. *num.* 6. *& conſ.* 371. *num.* 62. & in omnem caſum
dicta verba in commiſſione de anno 1598. non percu-
tiunt annum 1691. de quo fuit mota lis in hypothecaria,
& annum 1605. de quo fuerunt latæ ſententiæ, vt
dictum eſt, de quibus temporibus pleniſſimè probatur
poſſeſſio D. Ducis ex ſupra deductis, quod ſufficit.

Demum non obſtat poſſeſſio domus ad Catinarios capta
12. Iulij 1602. per illos de Paulis Veliternos in vim ſal-
uiani pro credito ſcutorum 230. cum Roncionibus;
quia iſta intruſio poſt litem motam per Ronciones cō-
tra D. Ducem tanquam poſſeſſorem non excludit pro-
bationem primi extremi, & anterioris poſſeſſionis il-
lius de tempore motæ litis, ſed potiùs illam confirmat,
ex quo dicti de Paulis citarunt eundem Ducem tan-
quam poſſeſſorem. Itaut cum iſta intruſio illorum de
Paulis non ſufficiat probationi primi extremi, non poſ-
ſint de ea dare Ronciones, quaſi ſit exceptio de iure
10 tertij non excluſiuo ipſo iure intentionis agentis *l. loci corpus §. competit ff. ſi ſeru. vend. DD. in l.* 2. *ff. de execut. rei iud. & præſertim Soccin. num.* 11. *Seraph. deciſ.* 421. *num.* 7. *& deciſ* 649. *num.* 2. Quòd autem Ron-
cionibus fuerit ſatisfactum, apparet calculando penſio-
nes iuxta inſtrumenta locationum, & reſponſiones
eorundem poſitionibus datis pro D. Duce anno 1608.
& ex calculo nunc dato pro parte eiuſdem D. Ducis,
cui nihil fuit exaduerſo reſponſum.

Alia viſa fuerunt Dominis ſublata ex deductis in alia deci-
ſione, & per informantes, cum quibus tranſierunt, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot deciſ.* 225. *num.* 4. *&* 5. *part.* 1. *diuerſ. in Elboren. ſpolij* 8. *Februarij* 1610. *coram Penia in Romana ſocietatis, ſeù ſpolij* 25. *Iunij* 1610. *coram Ortembergo, et in Romana ſylua* 15. *Maij* 1628. *corā R. P. D. meo Veroſpio.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Bononien. pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1616.

ARGVMENTVM.

Agitur de immiſſione danda hæredi ſcripto in
bona teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ſcripto competit remedium* l. vlt. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *non ſolum vt in poſſeſſionem bonorum teſtatoris inducatur, ſed etiam, vt in poſſeſſione iam apprehenſa confirmetur.*
2 *Statuta Bononiæ ſunt confirmata in forma ſpecifica.*
3 *Filiatio probatur ex aſſertione facta in teſtamento, in quo quis filius appellatur.*
4 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat.*

DECISIO CCI.

1 DOMINI dixerunt, Dominis Fabio
Carandino celebri in Vrbe Aduocato
& fratribus de Carādinis filijs q. Clau-
diæ de Ferrarijs de menſe Martij præ-
teriti in terra Centi defunctæ com-
petere remedium tam *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* vti hæredibus in te-

 ſta-

ſtamento d. Claudiæ ſcriptis, quatenus immiſſi non eſſent, vel ſi immiſſi, pro confirmatione immiſſionis, iuxta *doctr. Alber. in d. l. fin num. 16. in fin. verſ. iter quæritur, Dec. qui plures alleg at. num. 44. & Zucard. num 218, verſ. competit tamen. & num ſeqq. & præſertim num. 219. verſ quibus non obſtan. vbi dicit communem Guid. pap. quæſt. 132. num. 4. & quæſt. 219. in princ. Bero. conſil. 16. num. 2. & Menoch. de adipiſcen. remed.* A *4. num. 348. & ſeqq. vbi dicit receptiſſimam* A. quam Statuti Bononiæ *lib. 2. ſub rubr. Quòd nullus occupet poſſeſſionem rei hæreditariæ*, expreſſe diſponentis, nulli ante apprehenſam hæreditatem, ſeu etiam ea apprehenſa, licere præuenire hæredem in capiendo poſſeſſionem bonorum, per defunctum tempore vitæ, & mortis poſſeſſorum, ſeu detentorum, niſi legitimis citationibus, ſecundùm formam ſtatutorum dictę Ciuitatis, præmiſſis: & quòd contradictor, vel reſiſtens puniatur, vt in dicto ſtatuto, & hæres immittatur, & immiſſus manuteneatur, & defendatur, & alius quicunque, qui in poſſeſſione fuerit, expellatur, inuaſione, ingreſſu, vel occupatione, vel quocunque iure competente ipſi occupanti, & inuadenti, vel ab eo cauſam habenti non
2 obſtan. De cuius ſtatuti validitate dubitari non poteſt, cum Statuta Bononiæ habeant confirmationes Apoſtolicas; & præcipuè Iulij Secundi in forma ſpecifica, de qua meminit *Gozzad. conſil. 108. num. 2. & 8. Maluaſ. conſil. 3. num. 29. & 30. Gloſſator ad Bullam dictæ confirmationis in calce dd. ſtatutorum, in verb. contractus circa fin.* & eiſdem Statutis vtitur terra Centi, vbi nupta erat dicta Claudia Domino Comiti Aloyſio de Pepulis, & vbi deceſsit, quamuis hodie ſit ſub Legatione Ferrariæ, vt eſt notiſsimum. De filiatione
3 autem DD. Fabij, & fratrum conſtat ex lectura eiuſdem teſtamenti Claudiæ, in quo ipſos hæredes inſtituit vti eius filios ex quondam Paulo Carandino primo viro, quod ſolum ſufficit ſecundùm communem *ex l. quidam cum filium, ff. de verb. obligat. Rum. conſil. 93. num. 6. lib. 5. cum alijs per Menoch. præſumpt. 53. num. 39. lib. 6. Card. Seraphin. deciſ. 1331. num. 8.* & ex confeſſione d. Comitis Aloyſij reſpectu d. Fabij in epiſtola ad eum tranſmiſſa, in qua illum certiorem reddidit de mor-
4 te dictæ eius matris, quæ cum ſit recognita, contra ipſum ſcribentem plene probat, *l. publico, ff. depoſit. Abb. & omnes in cap. 2. de fid. inſtrum Couarr. pract. quæſt. cap. 22. num. 7.*

Et ita reſolutum fuit, vna tantùm parte informante.

A *Roland. conſil. 98. num. 7. lib. 3. Mantic. deciſ. 33. ſub num. 12. et dixi ſupra ad deciſ. 115. num. 14*

Lucana iuriſpatronatus.

Venetis 1. Iulij 1616.

ARGVMENTVM.

Appellatio non dicitur legitimè interpoſita per dimiſſionem cedulæ apud notarium tantùm, quia interponi debet coram Iudice; niſi conſtet, illius præſentiam haberi non potuiſſe; de quo etiam proteſtandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit in iudicatum.*
2 *Appellatio interponi debet coram Iudice à quo, & num. 5.*
3 *Appellatio interpoſita in abſentia Iudicis non valet, niſi conſtet, illius præſentiam haberi non potuiſſe, de quo etiã debet proteſtari.*
4 *Appellari debet in ſcriptis à diffinitiua, quando non appellatur incontinenti, tunc enim fieri poteſt viua voce.*

DECISIO CCII.

1 SENTENTIA Rotalis declarans, quòd Laurentius præſentatus ad Eccleſiam, de qua agitur, tanquam de iure patronatus laicorum ſit inſtituẽdus; & condemnans in fructibus, & expenſis Felicẽ prouiſum ab Ordinario, tranſiuit iudicatum ob nõ interpoſitam appellationem *l. bi qui ad ciuilia, vbi not. omnes C. de appellat. Gloſ. in cap. in præſentia in verbo ſtandum, cir-*
2 *ca mediũ, de renunc.* Nec obſtat repetitio facta pro parte Felicis in termino citationis ad ſententiam cedulæ appellationis datæ Notario in termino alterius citationis ad ſententiam circumductæ. Quia non fuit facta coram Iudice, prout requirebatur *l. omnem honorem C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. cap. vt debitus 59. de appell.* & indiſtinctè tenendum eſſe dicit *Gloſ. in cap. appellatio 9. in verb.*
A *Iudici, & ibi Apoſtill. de appellat. in 6.* A, & appellatio
3 interpoſita in abſentia Iudicis non valet, niſi conſtet illius præſentiam haberi non potuiſſe, de quo debet fieri proteſtatio *iuxta t ext. in d. cap. vt debitus, & in cap. fin. de appellat Soccin. conſ. 45. num. 1. lib. 1. Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 3. num. 27. & ibi Adden. ad eum, & fuit in ſpecie noſtra deciſum coram R. P. D. meo Dunozet. in Salernitana contributionis 12. Maij, & 14. Nouembris 1614. ad qua latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 10. lib. 1. & cap.*
4 *260. num. 27. & 28. lib. 2.* Nec per repetitionem cedulæ dicitur interpoſita appellatio in ſcriptis, prout interponi debet à diffinitiua, quando non appellatur incontinenti viua voce, *Aegid. deciſ. 121. quæ eſt eadem cum deciſ. 30. de appellat. in antiq. & Veſtr. vbi ſupra.* Neque dubitarunt DD. de validitate ſententiæ, cum ſit lata per Iudicem ſpecialiter delegatum, & fuerint legitimatæ perſonæ hinc inde interuenientium, & ſeruati termini ſubſtantiales, parte ad ſingulos actus, & præſertim ad ſententiam legitimè citata. Minùſque de iuſtitia, quæ DD. viſa fuit notoria ex tribus deciſionibus R. P. D. mei Manzanedi tàm ſuper dicto iurepatronatus, quàm ſuper eo, quòd Laurentius fuit à veris patronis, & intra legitima tempora præſentatus. Et propterea fuit concluſum, conſtare de re iudicata, quæ venit exequenda, ſolo Laurentio informante, Felice tamen prius pluries citato, &c.

ANNOTATIO.

A Appellatio coram Iudice à quo interponi debet, & ideo
5 non dicitur legitimè appellatum per dimiſſionem cedulæ apud notarium, *Rota deciſ. 396 num. 3. & deciſ 594. num. 2. part 2 recent. Cardinal Caualer. deciſ 495. num 2. & fuit dictum in Neapolitana ſeparationis thori 5. Maij 1625. coram R. P D meo Pirouano. latè Scacc. de appellat lib 3. cap. 2. quæſt. 6. per tot.* niſi Iudicis præſentia haberi non poſſit, vt ſirmatur in deciſione, *& tradit Scacc. d. quæſt. 6. num 18.* vbi quòd hoc caſu appellari poteſt coram Iudice, ad quem, vel etiam coram honeſtis viris, *& num. 8. & ſeq.* quòd idem procedat, quando condemnatus habet iuſtum, vel probabilem metum Iudicis à quo; & ſuper hoc videndus eſt etiam *Gratian. hic citat diſcept. 10.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Co-

Colimbrien. ſponſalium.

Mercurij 26. Octobris 1616.

ARGVMENTVM

Gratia an præſumatur impetrata ad inſtantiam oratoris in ea nominati. Inualida ſunt ſponſalia inter conſanguineos in gradibus prohibitis contracta, quamuis ſub conditione futuræ diſpenſationis: & illa obtenta, requiritur nouus conſenſus expreſſus, vel ſaltem tacitus.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non præſumitur impetrata ad inſtantiam, vel de mandato illius, qui in ea nominatus eſt, etiam quòd eſſet præſens in Curia, niſi concurrant adminicula, & num. 10. præſertim cum de aliquo eius fauore non tractatur. num. 2.*

3 *Sponſalium concluſio inferri non poteſt ex præcedenti tractatu matrimonij.*

4 *Ad ſponſalia contrahenda requiritur mutua promiſſio.*

5 *Sponſalia contracta in gradibus prohibitis inualida ſunt, etiam ſi ſint contracta ſub conditione futuræ diſpenſationis. num. 6.*

7 *Conſenſus nouus requiritur poſt obtentam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium, vel ſaltem aliquis actus tacitum conſenſum ſignificans, num. 8.*

9 *Liti, & cauſæ in actis cedens videtur fateri, ſe nullum ius fouere.*

DECISIO CCIII.

PRO D. Leonarda informante reſponderunt DD. non conſtare de ſponſalibus cum Petro Laurentio, vt ipſe prætendebat contractis, quia nullo modo fuerunt per ipſum probata, nec coram Iudicibus de partibus, nec in Curia, & hæc negatiua reſultat ex inſpectione actorum, ideoque eſt locus abſolutoriæ, ex vulgatis.

Nec aliqua reſultare poteſt probatio ex diſpēſatione à Sā-
1 ctiſſimo obtenta, & ſub nomine Leonardę de contrahendo inter eos matrimonio, nō obſtante inter eos conſanguinitate in gradibus in ea expreſſis; tùm quia non fuit impetrata ad eius inſtantiam, vel de illius mandato, quod non præſumeretur, niſi concurrentibus admiculis, etiam ſi Leonarda fuiſſet præſens in Curia, multo minus cum fuerit abſens, vt ita ſecundùm Rotæ obſeruantiam procedere opinionem *Oldrad. in conſ.* 136. *num* 5. *verſ. non obſtat*, declarat *Card. Seraph. deciſ.* 560. *num.* 1. & 2. &
2 præſertim cum de aliquo eius fauore non tractaretur *Put. deciſ.* 267. *num.* 6. *verſ. ſecundò quia, & deciſ.* 29. *ſub num.* 1. *verſ. & tractabatur lib.* 3. *ſecundùm nouiſſimam impreſſionem, & fuit dictum in Burgen. Abbatiæ de Salas* 20. *Nouembris* 1613. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, tùm etiam quia eſt impetrata non ſolo eiuſ nomine, quo caſu (concurrentibus tamen adminiculis, vt ſupra) intrare poſſet d. præſumptio; ſed etiam ſub nomine Petri Laurentij, imò ipſe eſt primo loco in ea nominatus.

Sed tollit omnem difficultatem, quia in dicta diſpenſatione nō dicitur fuiſſe narrata Sanctiſſimo aliqua ſponſalia, ſed ſolum tractatum de matrimonio ſimul contrahendo, ex
3 quo non poteſt inferri ad concluſionem dd. ſponſalium, cum multa tractentur, quæ non concluduntur *Bald. in l. multum intereſt, ſub num.* 5. *C. ſi quis alteri, vel ſibi, & in ſpecie fuit dictum in Taurinen. ſponſalium* 2. *Decembris* 1594. *coram bon. mem. Giptio.* & in ſponſalibus præſer-
4 tim ſit neceſſaria concluſio, non autem ſufficiat ſimplex tractatus, cum in eis contrahendis mutua promiſſio requiratur *l.* 1. *ff. de ſponſ. Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſput.* 5. *num.* 1. & videtur indubitatum, quia ſi illa fuiſſent vere contracta, eſſent veriſimiliter narrata Sanctiſſimo, vt faciliùs induceretur ad concedendam diſpenſationē. Et quamuis ex his ceſſet inſpectio ſecundæ partis dubij, an ea ſint obligatoria, cū nō entis nullæ ſint qualitates: tamen pro negatiua conſiderabant Domini, quòd cum conſtet de conſanguinitate inter eos in ſecundo, & tertio ex vno latere, & in tertio, & quarto ex alio per propriam D. Laurentij confeſſionem reſultantem, nedum ex precibus porrectis pro d. diſpenſatione, ſed etiā ex productione eiuſdem diſpēſationis, ex vulgaribus: ſe-
5 quitur, illa fuiſſe inualida vti contracta in gradibus inter coniunctos prohibitis *Card. Seraph. deciſ.* 1156. *num.* 3. *& fuit dictum in allegat. Taurinen. coram Giptio in S. Seuerini ſponſaliū* 11. *Maij* 1609. *coram Illuſtriſs. D. Card. Ludouiſio & in Vlixbonen. matrim.* 21. *Iunij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*. Etiam quòd fuiſſent
6 contracta ſub conditione, ſi d. diſpenſatio obtineretur; nam reprobata communi opinione Canoniſtarū, & aliorum tenentiū, illa valere, de qua latiſſimè *Guttier. Canon. queſt. lib.* 1. *cap.* 22. *à num.* 2. *vſq; ad* 14. *& num.* 21. *&* 22. ſaltem reuocabiliter, vt ex relatis per *Sanch. de matrim. lib.* 5. *diſp.* 5. *num.* 11. *& Gut. idē tenente vbi ſupra num.* 18. *&* 19. contrariorum ſententiam, quòd imò non valeāt, quæ eſt communis inter Theologos, teſte *Gut. d. num.* 2. *&* 22. tenuerunt quamplures allegati per *Sanch. vbi ſupra num.* 5. *verſ. hanc ſententiam, & per Gut. num.* 16. *& Rot. in Abulen. matrim.* 28. *Maij* 1595. *coram bon. mem. Card. Blanchetto & in dd. deciſionibus Card. Seraph. & Ludouiſ.* & ſupradicta opinio affirmatiua Canoniſtarū poſſet procedere in conditione (quæ tamen ſit licita) appoſita in promiſſione valida, & inter perſonas non prohibitas: ſecus verò in inualida, prout hic ratione cōſanguinitatis, vt ex deductis per *Gut. d. num.* 22. *ſub verſ. quæ communis Theologorum ſententia, & per Card. Seraph. d. deciſ.* 1156. *num.* 5. *verſ. & illa opinio.*

Quæ ſinè difficultate procedunt, ex quo diſpenſatio nō fuit expedita per Officialem executorem, cum tamen etiam
7 poſt expeditionem fuiſſet neceſſarius nouus conſenſus, vt ex *Abb. in cap. ſuper eo in fin. & Card. num.* 2. *verſ. quòd ſi dicit, de condit. appoſ. Aret. conſ.* 142. *num.* 3. 4. *& ſeqq. & alijs per Gutier d. num.* 16. *tenuit Rota deciſ.* 605. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & indd. deciſſ. Card. Blanchet. Seraph. & Ludouiſ. & bon. mem. Giptij & latè conſulit Surd. conſil.* 364.
8 *num.* 44. 45. *lib.* 3. vel aliquis actus ſaltem tacitum cōſenſum ſignificans, vt in *d. deciſ. Giptij*; Papa enim diſpenſando non habet ratum quod geſtum fuit, ſed tantùm contrahendi licentiam impartitur, vt dicitur in *deciſ. Giptij, & Card. Blanchet. & Ludouiſ.* In propoſito verò nedum non conſtat de nouo cōſenſu, ſed de expreſſo diſſenſu Leonardæ ex declaratione per eam facta, & cum iuramento in d. Eccleſia S. Dominici Oppidi de Aueiro, abſentibus parentibus, coram Notario, teſtibus, Archipresbytero loci, & Priore Conuentuali, & ante altare Sanctiſſimi Sacramenti, quòd ipſa nunquam dd. ſponſalia contraxit, nec dedit aliquod verbum d. Petro Laurentio de illis contrahendis. Quæ omnia manifeſta red-
9 duntur ex ceſſione vltimò facta in actis liti, & cauſæ per d. Petrum Laurentium mediante ſpeciali procuratore, ex qua in neceſſarium antecedens, agnoſcendo veritatem, & bona fidem tacitè fateri videtur, ſe nullum ius

fo-

ſouere iux. notata per *Bald. in l. poſtquam liti num. 11. verſ. ego dico, Curt. Iun. num. 27. & Sebard. num. 22. C. de pactis.*

Ideoque fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictum in *Anconitana bonorum 28. Aprilis 1589. coram bon mem Cardinali Pamphilio, & coram*
10 *eodem in Bononien ſpolij 14 Iunij* 1602. cenſetur tamen ſufficiens coniectura ad hunc effectum impenſa facta in ipſa expeditione, quæ facit, vt gratia præſumatur expedita de ordine illius, qui pro oratore nominatur, *Felin. in cap nonnulli. ſ ſunt & alij ſub num. 7. verſic ad iſtud poteſt dici. & verſ tertiò videtur obſtare, de reſcript Caſſador deciſ 3. num. 4. de procurator. Dec. in cap 1. num. 7. de iudic Caputaquen deciſ 267. num. 4. par. 3. Rot. in Melit. n. Abbatiæ 27. Nouembris 1592. coram Gyptio apud Marcheſ de commiſſ. part. 1. pag. 140. num. 4. & deciſ. 407. ſub num. 6. part 1. recent.* dummodo impenſa non ſit modica, ſed conſiderabilis. *Dec in d. cap. 1. num. 8 de iudic Sarnen de annal. quæſt. 42. col. penult. & de triennal. quæſt. 38 ante fin. Put deciſ 24. num. 1. lib. 1. in nou* dicitur autem conſiderabilis in perſona priuata impenſa vnius ducati, *Put deciſ 320. num. 3. lib. 2. in nou. Rot. in his terminis in d. deciſ. 407. ſub d. num. 6. parte prima recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Lunæ 7. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quem facta eſt alienatio lite pendente, quādo non apparet facta in fraudem paratæ executionis, præſertim ſi fuit actū perſonali actione.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi non poteſt contra tertium, in quem lite pendente eſt facta alienatio, præſertim ſi fuit actum perſonali actione.*

2 *Actio perſonalis non facit rem litigioſam, & ideo non impedit alienationem lite pendente.*

3 *Pignus iudiciale vt captum dicatur in corporalibus, quid requiratur.*

DECISIO CCIV.

1 NON receſſerunt Domni à concluſione, quòd cōtra tertium poſſeſſorem procedi non poſſit via executiua, etiam ſi lite pendente in eum facta fuerit alienatio, præſertim quando actum fuit actione perſonali; & eò magis quando non ad rem alienatam, ſed pro credito pecuniario, tunc enim non eſt impedita alienatio facta etiam pendente lite: ex quo dici non poteſt, rem alienatā
2 fuiſſe effectam litigioſam, vt per *Rot. deciſ. 3. alias 56. verſ. reſpondeo, vt lit. pend. in nou. & de communis Roman. conſ. 270. verſ. ſecundò videtur, Lancell. de attent. in præfat. num. 481. & ſeqq. & cap. 12. de attent. lit. pend. limit. 32. in fin. Card. Seraph. deciſ. 1134. num. 4. &* firmatum fuit in deciſione facta 16. Nouembris anni præteriti, in qua DD. perſtiterunt, recedendo ab vltima facta 15. Aprilis præſentis anni, quæ fuit fundata in limitatione, quando alienatio facta eſt in fraudem paratæ executionis, quæ licèt vera ſit, caſui tamen noſtro non applicatur: quia ad hoc neceſſe eſt, quòd vltra ſcientiam illius, in quem facta eſt alienatio, de pendentia litis, & executione facta, ipſa executio facta fuerit in re alienata de tempore alienationis, vt ex allegatis in dicta vltima deciſione, quod hic non verificatur. Nam ceſſio locorum Montis fidei, ſeù illorum fructuum, de quibus agitur, eſt facta ad fauorem Lucretiæ del 1609. per Mariam eius, & q. Rodulphi filiam, & hæredem reſpectiuè, mandatum verò exequutiuum, in cuius fraudem ſupponitur facta, eſt relaxatum ad fauorem Antonij del 1612. pro ſcutis 2800. & ſic impoſſibile eſt dicere (vt de ſe patet) ceſſionem factam in fraudem executionis, quæ non ſolùm non erat facta, ſed nec etiam petita de dicto tempore. Non obſtat, quòd eſſent expedita duo alia mandata executiua ab A. C. vnum ſcutorum 900 del 1601. & aliud ſcutorum 1200. del 1605. pro quibus etiam de dd. annis fuerunt executa duo ſequeſtra, quæ videbantur ſtare loco executionis, vt dictum fuit in vltima deciſione. Quia (omiſſo, quòd non
3 tractatur de executione alicuius ex dd. mandatis, ſed ſolum præſenti del 1612. ſcutorum 2800.) non fuit citata parte declaratum à Iudice, quòd Dominicus auctor Antonij, qui obtinuerat dd. mandata, haberet in pignus cenſus, & loca Montium, quorum fructus ſequeſtrati fuerūt, prout in incorporalibus requiritur ad hoc, vt dicatur captum pignus iudiciale, & ſic parata executio *Gloſ. in l. 1. verb. decernere, & ibi DD. C. de prætor. pignor. & in l. a Diuo Pio, ſ. ſic quoque, vbi Bart. & Ang. num. 3 Alex. num. 11. verſ. Bart. & alij, Iaſon. num. 3. verſ. intellige quando vocato, & Hercul. num. 14. ff. de re iudic. & Coller. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 8. num. 4. verſ. eſt & alia forma.*

Vltra quòd reſpectu ſequeſtri del 1601. ceſſat difficultas, quia fuit factum penes Guicciardinum, ſeu eius rationem banchariam occaſione fideiuſſionis factæ de ſoluēdis fructibus cenſus ſcutorum 16. mill. in ſorte venditi per ſanct. mem. Leonem XI. dum erat Cardinalis d. q. Rodulpho: & ſic capiebat ſolùm fructus ſoluendos per fideiuſſorem, non autem veram ſortem, & precium cenſus, de quibus non fuerat factum ſequeſtrum, nec inhibitio penes venditorem dicti cenſus, quòd in caſum redemptionis illa penes ſe retineret; ideoque extincto cenſu del 1605. ſoluta fuit obligatio fideiuſſoria Guicciardini, ſeu eius rationis banchariæ de ſoluendis fructibus, & euanuit ſequeſtrum penes eum factū, & ſic ſublata fuit prætenſa executio per quadriennium ante dictam ceſſionem factam Lucretiæ del 1609. Et inde etiam ſequitur, non poſſe dici, quòd dictum ſequeſtrum remaneret ſuper fructibus locorum Montis fidei emptorum ex precio dicti cenſus, & in omnem euentum poſt emptionem dictorum locorum opus fuiſſet nouo ſequeſtro ſuper illorum fructibus penes Ceulos dicti Montis depoſitarios: cum mutatæ eſſent, non ſolùm res, ſed etiam perſonæ ſoluere debentes; quod tamen factum non fuit pro dd. ſcutis 900. Et nihil facit, quòd dd. loca, iuxta cōuentiones, loco dicti cenſus fuerint ſubrogata: quia id factum fuit ad fauorem DD. de Aldobrandinis pro defenſione, & euictione Status Medulæ per eos empti à dicto Rodulpho, qui partem precij erogauit in dicto cenſu, & poſtea illius precium in dd. locis Montis fidei: & nihilominus ſemper fuiſſet opus nouo ſequeſtro pro dd. ſcutis 900. ſuper fructibus dd. locorum, vt dictum eſt, quæ propterea illo non facto

non

non poſſunt dici capta in executionem, etiam quòd dictum ſequeſtrum illius vim habuiſſet. Sed tollitur omne dubium, quia eadem ſumma ſcutorum 900. comprehenſa fuit in dicto mandato ſcutorum 2800. poſtea per Antonium obtento del 1612. quod clarè oſtendit, non fuiſſe factam aliquam executionem, ſaltem conſiderabilem vigore dicti ſequeſtri pro dicta ſumma, quæ ideo venit detrahenda ex eredito Antonij; & ſic ipſe potiùs remanebat debitor, quam creditor de tempore dictæ ceſſionis, & conſequenter illa non poteſt diei facta in fraudem alicuius paratæ executionis. Aliud verò ſequeſtrum del 1605. ſcutorum 1200. ſuper fructibus dictorum locorum penes Ceulos eorum depoſitarios reſtrictum, donec Dominico auctori Antonij eſſet ſatisfactum de dicta ſumma, ſatis conſtat, fuiſſe ſublatum ante dictam eeſſionem del 1606. per ſubſecutas ſolutiones, vt ex partitis, de quibus in ealculo, & relatione periti deputati, benè per Dominos conſideratis, demptis præſertim vt ſupra dd. ſcutis 900.

Ex quibus vt ſupra decisum, vtraque parte informante, &c.

Tullen. nullitatis profeſſionis.

Lunæ 7. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Profeſſio ex quibus dicatur violenter, & meticuloſè emiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſionem violenter, & meticuloſè emiſſam fuiſſe, ex quibus conieEturis elieiatur.*
2 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad animi probationem.*
3 *Animus magis ex facto, quàm ex verbis probatur.*
4 *Metus probatur ex magna animi auerſione, & repugnantia circa actum geſtum.*
5 *Metus mortis reſultat ex denegatione victus, & domus.*
6 *Metus inducitur ex nimia ſæuitia patris erga filium.*
7 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandam ſæuitiam.*
8 *Metus inducitur ex minis illatis de exhæredatione.*
9 *Metus exhæredationis dicitur cadens in virum conſtantem, & æquiparatur metui mortis.*
10 *Metus mortis, vel corporis cruciatuum dicitur iuſtus.*
11 *Minæ paternæ per teſtes ſingulares probantur.*
12 *Metus iuſtus cauſatur ex minis illatis ab eo, qui illas exequi poteſt.*
13 *Metum iuſtum incutiunt minæ illatæ ab eo, cui reuerentia debetur.*
14 *Metus probatur ex lamentationibus, lachrimis, & afflictione.*
15 *Metum licèt non probent proteſtationes actum præcedentes, & ſubſequentes, multum tamen coadiuuant, & operantur, vt meliùs probetur, & num. 16.*
17 *Metus probatur ex teſtibus ſingularibus: & ex vnico teſte de viſu cum alijs de auditu, nec non ex indicijs, & coniecturis num. 32.*
18 *Metum ad probandum plurimum operatur publica vox, & fama.*
19 *Metus leuior ſufficit in patre illum inferente.*
20 *Aetas minor benè probatur ex teſtibus familiaribus informatis, & deponentibus de tempore natiuitatis, & baptiſmi.*
21 *Metus minor exigitur in minore ad actum annullandum.*
22 *Profeſſio minis, & metu emiſſa nulla eſt.*
23 *Conſenſus, & libera voluntas deficiunt, ſtante metu.*
24 *Conſenſus, & libera voluntas ſunt de ſubſtantia profeſſionis.*
25 *Matrimonium metu contractum eſt nullum.*
26 *Profeſſio æquiparatur matrimonio, & dicitur matrimonium ſpirituale.*
27 *Profeſſionem ad annullandam ſufficiunt minæ iunctæ cum reuerentia paterna.*
28 *Profeſſio in Religione Hieroſolymitana emiſſa ante annum 16. eſt nulla.*
29 *Metus durare præſumitur, eadem cauſa metus durante. Amplia, vt num. 35.*
30 *Quinquennium non currit, durante adhuc cauſa nullitatis profeſſionis.*
31 *Reſtitutio in integrum aduerſùs lapſum quinquennij competit nedum minori, ſed etiam maiori, quando adeſt impedimentum ad reclamandam.*
33 *Metus reuerentialis dicitur grauis, & ſufficiens ad contractus reſcindendos, ſi accedant minæ.*
34 *Profeſſio, in dubio, an metus ſit grauis, & ſufficiens ad illam irritandam, valida iudicanda eſt.*

DECISIO CCV.

Ex teſtibus pro Renato examinatis Dominis viſum fuit clariſſimè conſtare, illius profeſſionem in ſacra Religione Hieroſolymitana fuiſſe violentam, atq; meticuloſam; optimè enim deponunt primus, ſecundus, tertius, quartus, & nonus, ſuper ſecundo in ſummario num. 2. de contraria voluntate eiuſdem Renati, ac totali auerſione à profitendo, quam dicunt eum ſemper habuiſſe, & non ſolùm expreſsè continuò declaraſſe verbis, mæſtitia, afflictione, lamentationibus, lachrimis, ac reclamationibus, & proteſtationibus tàm ante, quàm poſt dictam profeſſionem, de quibus infra, iuxta dicta *in Hiſpalen. matrimonij de Alcala* 23. *Iunij* 1608. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, & in Meten. profeſſionis* 18. *Aprilis* 1614. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, ſed etiam facto ipſo apertiùs oſtendiſſe; dum prima vice miſſus à patre ad inſulam Meleuitanam, vt in in illa Religione profiteretur, cum pecunijs, & alijs ad hunc finem neceſſarijs, illis conſumptis per diuerſas Italiæ partes vagando ad patriam redijt, abſque habitus ſuſceptione: vt in ſpecie dicunt ijdem primus, tertius, & nonus ſuper eodem *in ſummario dicto num.* 2. qui pariter licèt
2 ſingulares ſufficiunt ad animi probationem, *Aym. conſ.* 73. *num.* 33. *Farinac. de oppoſ. cont. dicta teſtium quæſt.* 64. *num.* 290. *Card. Seraph. dec.* 559. *num.* 13. *& fuit*
3 *dictum in d. Meten. profeſſionis*, quæ magis ex facto, quàm ex verbis reſultat, vt ex cumulat. per *Rotam deciſ.* 811. *num.* 19. 20. *&* 21. *par.* 1. *diuerſ.* Quæ auerſio, & repu-
4 gnantia Renati multùm confert ad metum probandum, vt in terminis matrimonij conſiderant *Ronin. Iun. conſ.* 77. *num.* 24. *inter matrimonialia, Rota in Hiſpalen. matrimonij* 18. *Iunij* 1607. *coram eodem Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, & in Colimbrien. matrimonij* 19. *Decembris* 1614. *coram me*. Secundò de maxima diſplicentia patris ob reditum Renati ſinè ſuſceptione habitus, omnibus familiaribus ſeuero, & iracundo animo declarata, precisè iubendo, ne illum in Caſtro reciperent, ſed eijcerent: vt dicunt primus, tertius, quartus, & nonus, ſuper ſecundo, *in ſummario dicto num.* 2. de quo etiam teſtantur, obnixè rogaſſe amicos ad hoc, vt omni auxilio derelictus habitum ſuſcipere cogeretur, vt præſertim explicat quartus ſuper eodem ſecundo articulo; vndè Renatus ad effugiendã iram, & furorẽ paternum, clam, & furtiuè permanſit per aliquot dies in quibuſdam caſis,

ſis, & tuguriolis hortorum Caſtri, vbi à nonullis famu-
lis pietatis cauſa alitus fuit, vt dicunt ſecundus, tertius,
5 & nonus ſuper eodem, dicto num. 2. ex qua denegatio-
ne victus, & domus reſultat, vel metus etiam mortis
ad l. necare ff. de liber. agnoſc. cap. paſce 86. diſtinct. &
conſiderauit Rota etiam in Toletana nullitatis profeſſionis
19. Nouembris 1614. coram eodem R. P. D. Vbaldo. vel
6 ſaltem nimia ſæuitia patris erga filium, quæ qualitas
præcipuè in perſona, cui debetur reuerentia, eſt mul-
tùm conſiderabilis, Alb. conſ. 77. num. 19. cum alijs in
dictis Hiſpalen. 18. Iunij 1607. & Toletana 19. Nouembris
7 1614. & ad eius probationem ſimiliter ſufficiunt te-
ſtes etiam ſingulares, vt latè per Aldobr. conſ. 71. num.
30. & 38. cum ſeqq. & Bertaz. conſ. 273. num. 9. lib. 2.
crim. & Rot. in Anconitana ſeparationis thori 9. Iunij
1600. coram Illuſtriſs. D. Card. Lancellotto. Tertiò, de
vehementibus minis eiuſdem patris, tàm ante diſceſ-
ſum, quàm poſt reditum Renati, videlicet vt arceretur
ab eius conſpectu, niſi profeſſionem emitteret, aliàs
eum in totum exhæredaret, vt dicunt ſecundus, & ter-
tius ſuper ſecundo in ſummario d. num. 2. & illi inter-
diceret aditum ſuæ domus, vt dicit quartus ſuper eo-
8 dem: quæ iuſtum metũ inducunt, vt de amiſſione bono-
rum, vel maioris partis eſt tex. in cap. abbas de his, quæ vi,
&c. Natta conſil. 50. num. 10. lib. 1. Menoch. de arbitr.
lib. 2. caſu 135. num. 9. Odd. de reſtit. in integ. par. 1. q. 7.
& 9. num. 79. & 80. & Rota in d. Hiſpalen. 18. Iun. 1607.
9 Qui dicitur cadens in conſtantem virum, Couarr. in epit.
de ſponſ. 1. par. cap. 3. §. 4. num. 18. & metui mortis
æquiparatur Bart. in l. ſi ob turpem, num. 6. ff. de condit.
ob. turp. cauſ. Grammat. deciſ. 18. num. 11. Rot. in d.
Hiſpalen. 18. Iun. 1607. & pugione interimeret, vt dicũt
primus, ſecundus, tertius, & nonus ſuper eodem di-
10 cto num. 2. quod ſimiliter metum mortis, vel corporis
cruciatus inducit, qui ſine dubio dicitur iuſtus, l. in-
terpoſitas, verſ. nec tamen, & ibi Bart. & Bald. num. 2.
C. de tranſact. Natt. vbi ſupra Ang. conſ. 215. num. 4.
Menoch. dicto caſu 135. num. 9. verſ. caſus tamen, Odd.
11 vbi ſupra num. 75. Hæ autem minæ pariter per teſtes
ſingulares probantur Grammat. deciſ. 5. num. 14. verſ.
quò verò ad probat. Gabr. de teſtib. concluſ. 3. num. 56. An-
ton. a Petr. in tractatu de fideicom. quæſt. 12. num. 542.
Farinac. de oppoſ. contra dict. teſt. q. 64. num. 275. & Ro-
ta in dicta Hiſpalen. 22. Iuny 1608. Et tanquam venien-
12 tes ab eo, qui illas exequi poterat, meritò timendæ
fuerunt l. quæſitum ff. ad Turpill. l. niſi, §. ſi legatarius, ff.
ſi cui plus, quàm per leg. Falcid. Alber. in l. metum num. 2.
verſ. ſi autem fiunt, C. de his, quæ vi, &c. Grammat.
13 dicta deciſ. 5. num. 4. Et iunctæ cum reuerentia debita,
minanti metũ iuſtum dicuntur incutere, vt dixit Rota
14 in dicta Hiſpalen. 23. Iunij 1608. Quartò, de modeſtia
afflictione, lamentationibus, lachrimis, & ſuſpirijs Re-
nati, tam ante, quàm poſt profeſſionem, de quibus de-
ponunt ſecundus, & tertius ſuper tertio, & primus, ſe-
xtus, & nonus ſuper tertio, & quarto in ſummario num.
3. quæ ſimiliter ipſum metum valde iuſtificant Ayn. cõſ.
461. num. 12. Rebuff. conſ. 69. num. 10. verſ. quod etiam
factis Menoch. præſumpt. 4. num. 11. & præſumpt. 126.
num. 17. lib. 3. Honded. dicto conſ. 29. num. 39. lib. 1. &
Rota in dicta Hiſpalen. 18. Iunij 1607. & 23. Iunij 1608.
15 Quintò de proteſtationibus non ſolùm præcedentibus
ipſam profeſſionem, quòd non intendebat illam emitte-
re, niſi per vim, & metum, & quòd dum eſſet in libér-
tate, dicturus erat de nullitate, vt quartus, ſextus, &
nonus ſuper tertio & quarto in ſummario dicto num. 3.
quæ licèt metum non probent, l. metum, C. quod metu
cauſ. multùm tamen coadiuuant, & operantur, vt me-
liùs probetur, vt ex allegatis per Rot. in dictis Hiſpa-
len. 8. Iunij 1607. & 23. Iunij 1608. & in dicta Toleta-
16 na. Sed etiam ſubſequentibus, vt ijdem quartus, ſextus,
& nonus, ſuper ijſdem dicto num. 3. quæ ſimiliter ad
metus probationẽ multùm deſeruiũt, vt in dictis Hiſpa-
len. & Colimbrien. Sextò expreſsè, & concludenter de-
ponunt de vi, & metu, & præſertim primus ſuper ſe-
cundo in ſummario dicto num. 2. explicitè dicens, opti-
mè cognouiſſe, Renatum profeſſionem emiſiſſe per vim
ſibi à patre illatam, cum quo conueniunt primus, ter-
tius, & nonus ſuper eodem dicto num. 2. quibus in
17 propoſito fides eſt adhibenda, etiam ſi eſſent ſingulares,
Crot. conſ. 106. num. 13. verſ. cum ergo metus, lib. 1.
Surd. conſ. 395. num. 26. lib. 3. & Rot. in dictis Hiſpalen.
A 18. Iunij 1607. & Toletana 19. Nouembris 1614. A,
Septimò demum omnes in ſummario num. 2. & 3.
dicunt, de omnibus prædictis fuiſſe, & eſſe publicam
18 vocem, & famam, quæ ad metum probandum eſt pa-
riter multùm conſiderabilis, Cepoll. conſ. ciuil. 2. num.
3. & 8. Menoch. dicta præſumpt. 4. num. 21. & dicta præ-
ſumpt. 126. num. 22. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 859. num.
6. Quamuis autem huiuſmodi probationes Dominis
fuerint viſæ exuberantes ad probandum etiam metum
in conſtantem virum cadentem: dixerunt tamen, in pro-
poſito non fuiſſe neceſſarium huiuſmodi metum, ſed
19 leuiorem ſufficere attẽta qualitate patris illum inferẽ-
tis, tàm ob reuerentiam illi debitam Franc. Marc. deciſ.
1190. num. 1. par. 1. & Rot. in dictis Hiſpalen. 18. Iunij
1607. & 23. Iunij 1608. & Toletana 19. Nouemb. 1614.
quàm ex eo, quòd minas exequi poterat, prout exe-
quutum fuiſſe patet ex ſupradictis; ſed etiam filij me-
tum paſſi, qui de tempore profeſſionis non attingebat
annum 15. vt concludunt primus, ſecundus, tertius,
ſeptimus, & nonus ſuper primo in ſummario num. 4.
20 qui tanquam familiares, & optimè informati, ac ex-
plicitè deponentes de tempore natiuitatis, & baptiſmi,
benè probant l. omnes, C. de his qui ven. ætat. Bart. in l.
de ætate num. 7. ff. de minor. Oad. de reſtit. quæſt. 37.
21 num. 35. & num. 65. propter quam teneram eius æta-
tem minor metus exigitur Caſtren. conſ. 174. poſt num.
3. lib. 1. cum alijs in dicta Hiſpalen. 18. Iunij 1607. & Se-
raphin. deciſ. 771. num. 4. & Menoch. de arbitr. dicto ca-
ſu 135. num. 5. Vndè cum ex prædictis clariſſimè appa-
22 reat profeſſionem fuiſſe ſolùm per vim, & metum
emiſſam, Domini vnanimiter concluſerunt, eam fuiſſe
nullam, iuxta text. in cap. 1. & cap. perlatum de his, quæ vi,
cap. eos in fin. 30. quæſt. 3. Nauarr. conſ. 5. num. 2. eo-
23 dem tit. vbi enim adeſt metus, deficiunt conſenſus, &
24 libera voluntas, quæ tamen ſunt de ſubſtantia profeſ-
ſionis, vt in puncto, Pariſ. conſ. 65. num. 13. vol. 4. &
in matrimonio, Rota in dicta Hiſpalen. 26. Ianuarij 1609.
25 & ſicut matrimonium metu factum non valet, ita nec
26 profeſſio, quæ illi æquiparatur, & eſt quoddam matri-
moniũ ſpirituale Gloſſ. & Doct. in d. c. Abbas de his, quæ vi,
met. cauſ. Rebuff. conſ. 68. num. 9. in fine, Pariſ. d. conſ. 65.
27 num. 11. in fine: imò ad illam annullandam ſufficiunt
etiam minæ iunctæ cum reuerentia paterna iuxta do-
ctrinam Abb. in cap. cum virum num. 8. de regul. quem
ſequuntur Felin. in cap. cauſam matrimonij num. 5. de
offic. deleg. & ibi Dec. num. 24. Couar. de ſponſal. 2. par.
cap. 3. §. 6. num. 8. & tenet etiam Apoſt. ad Gloſſam in
cap. præſens 20. quæſt. 3. Azor. inſtit. moral. lib. 12.
B cap. 5. quæſt. 4. verſ. ſi roges, par. 1. B, Et aliqui etiã
28 ex Dominis dicebant, profeſſionem fuiſſe quoq; nullam
vtì factam ante annum 16. & ſic contra ſtabilimen-
tum dictæ Religionis tit. 2. del riceuere li fratelli cap. 15.
fol. 16. ex quo etiam ita cenſuiſſe Congregationem S.
Conc. Tridentini interpretum teſtatur Sanchez de ſpõ-
ſal. lib. 7. diſput. 44. ſub num. 8. verſ. licèt poſtea. Nec
viſum

Digitized by Google

29 viſum fuit obſtare lapſum quinquennij poſt profeſſio-
nem, quia cum adhuc ſuperuiuat pater Renati, & ſic
durauerit, & duret eadem cauſa metus adnutata *per*
Doctores in l. penult. ff. de condit. ob turp. cauſ. Menoch.
dicta præſumpt. 226. *num.* 26. *lib.* 3. *cum alijs in dicta To-*
C *letana* 25. *Maij* 1615. C vel dictum quinquennium non
30 cucurrit, vel ſaltem adeſt iuſta cauſa reſtitutionis in
integrum aduersùs illius lapſum, quæ competit nedum
31 minori, ſed maiori, quando adeſt impedimentum ad
reclaman. *Nauar. conſ.* 6. *num.* 2. *de his, quæ vi, &c.*
lib. 1. *Azor. inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 4. *quæſt. vltim. ad*
fin. par. 1. *Sanchez. de matr lib.* 7. *diſput.* 37. *num.* 22.
qui pluribus comprobat rationibus. Tanto magis cum
illa fuerit mihi in Rota commiſſa per ſpeciale reſcriptũ
Sanctiſſimi, vt per Rotam in dicta *Toletana nullitatis*
profeſſionis 25. *Maij* 1625.

Et ita deciſum ſolo Renato informante, &c.

ANNOTATIO.

A Et ſufficit etiam vnus teſtis de viſu, cum alijs de auditu
32 *Ioſeph. de Seſſe deciſ. Aragon.* 60. *num.* 8. *Fontanell. de*
pact. nuptial. clauſul. 7. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *num.* 82. imò cum
ſit difficilis probationis, ſufficere coniecturas, & indicia,
dictum fuit ſupra *deciſ.* 86. *num.* 25. *&* 26.

B *Soto de iuſt. lib.* 7. *quæſt.* 2. *art.* 1. *Henriq. in ſumma lib.*
11. *de matrim. cap.* 6. *num.* 5. *Suarez de relig. tom.* 3. *lib.*
6. *cap.* 4. *num.* 17. *Sanchez in Decalog. lib.* 4. *cap.* 3. *num.*
26. quia metus reuerentialis accedentibus minis dicitur
metus grauis, & ſufficiens ad contractus reſcindendos, ex
traditis *per Sanch. de matimon. lib.* 4. *diſput.* 6 *nu.* 7. & plu-
ribus allegatis latè probat *Gaſp. Anton Theſaur. quæſt. forẽſ.*
lib. 1. *quæſt.* 51. *num.* 5. ſolum autem metum reuerentia-
lem abſque minis non dici metum iuſtum, nec ſufficere
ad contractus retractandos, tradunt *Bart in l.* 1. *ſ. quæ*
onerandæ, in fin. & ibi *Doct. ff quar. rer. act. non dat.* cum
alijs latè congeſtis *per Sanch. d. diſp.* 7. *num.* 6. *verſ. ſextò.*
Theſaur. d. quæſt. 51. *à num.* 1. *Tiraquell. de legib. connu-*
bial. gloſſ. 5. *num.* 39. *Rota diuerſ. deciſ.* 341. *num.* 2. *part.*
2. *Verall. deciſ.* 223. *num. vlt. part.* 2. Verùm in dubio
34 an metus ſit grauis nec ne, & ſufficiens ad profeſſionem
irritandam, iudicandum eſt pro illius validitate; in dubio
enim profeſſio præſumitur valida, niſi contrarium pro-
betur, *Sanch. in Decalog. d. lib.* 4. *cap.* 3. *num vlt. Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 413. *num.* 17. *Seraphin. deciſ.* 1361. *in*
fine, & fuit dictum in Romana profeſſionis 23. *Iunij* 1623.
coram bon. mem. Remboldo.

C Metus durare præſumitur, durante illius cauſa, quod am-
35 pliatur procedere, etiam ſtante iuramento, quia non
ideò præſumetur libera voluntas, durante eadem cauſa
metus. *Natt. conſil.* 451. *num.* 3. *Couar. in epitom.* 4. *de-*
cretal. part. 2. *cap.* 3. *ſ.* 5. *num.* 1. *Boer. deciſ.* 100. *num.*
14. *Roland conſil.* 2. *num.* 76. *lib.* 1. *quos ſecuta eſt Rot. co-*
ram Cardin. Seraph. deciſ. 771. *in fin. num.* 9. Secundò
amplia, vt procedat, etiam ſi fiant aliqui actus, qui videan-
tur ſpontanei, quia adhuc dicuntur metu facti, ſi duret ea-
dem cauſa metus, *Ruin. conſil.* 122. *num.* 3. *lib.* 4. *Roland.*
conſil. 2. *num.* 86. *lib.* 1. *Natt. conſil.* 50. *num.* 18. *Parif. con-*
ſil. 60. *num* 34. *lib.* 4. *Rimin. Iun. conſil.* 362. *num* 93. *Grat.*
conſil. 38. *num.* 18. *lib.* 1. *Seraphin. d. deciſ.* 771. *num.* 10.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis.

Lunæ 14. Nouembris 1656.

ARGVMENTVM.

Fœminæ an ſuccedant in feudo conceſſo pro ſe, & filijs maſculis deſcendentibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque.

SVMMARIVM.

1 *Res ſubrogata in locum feudi venditi ſortitur eius naturam.*

2 *Fœminæ non ſuccedunt in feudo, niſi ſpecialiter dictum ſit; & procedit etiam in feudo Eccleſiaſtico.*

3 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ in materia differenti.*

4 Maſculus, *dictio, fœminas excludit, illiſque prorſus reſiſtit in quacunque materia.*

5 *Feudo conceſſo pro deſcendentibus quibuſcunque fœminæ ſuccedunt.*

6 *Inueſtitura facta pro ſe, filijs, deſcendentibus, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque intelligitur ſubordinatè, vt hæredes, & ſucceſſores vocentur poſt filiorum defectum.*

7 Filius, *verbum comprehendit omnes deſcendentes maſculos vſque in infinitum.*

8 *Inueſtitura facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque reddit feudum omnino hæreditarium. Intellige, vt num.* 27

9 *Deſcendentium appellatione in materia feudali maſculi ſolum comprehenduntur.*

10 Deſcendentes, *verbum quando reſoluatur in adiectiuum.*

11 *Adiectiuum ſeparari non poteſt à ſuo ſubſtantiuo.*

12 Deſcendentes, *verbum reſtringitur ex præſumpta mente diſponentis.*

13 *Superflua non dicuntur verba, quæ ſtare poſſunt ad maiorem declarationem.*

14 *Superfluitas toleranda eſt, ne ſequatur contrarietas, & abſurdum.*

15 *Superflua verba magis toleranda ſunt, quàm iuri communi contraria.*

16 *Fœminæ ſuccedunt in feudo conceſſo ad certum ſeruitium, quod honeſtè per eas præſtari poteſt, & num.* 28.

17 *Fœminæ non ſuccedunt in feudo dignitatis, & iuriſdictionis.*

18 *Poſterorum appellatione veniunt fœminæ.*

19 *Poſterorum appellatione non veniunt fœminæ in materia differenti.*

20 *Diſpoſitiua attendenda eſt.*

21 *Hæres confeſſionem teſtatoris impugnare non poteſt.*

22 *Obſeruantia plurimum attendi ſolet pro interpretatione inueſtiturarum, præſertim feudalium.*

23 *Alienatio feudi prohibita, abſque conſenſu Principis, cenſetur permiſſa cum eius conſenſu.*

24 *Cameralis obligationis executio non retardatur exceptione dubia.*

25 *Cameralis obligationis executio non retardatur, quando tertius ſe opponit, prætendens bona, in quibus fit executio ad ſe, non ad debitorem ſpectare, niſi clarè, & incontinenti doceat de iure ſuo.*

26 *Feudi hæreditarij fructus exequi poſſunt pro obligatione perſonali defuncti.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCVI.

QVIA Antonius de Domo habens mãdatum exequutiuum A. C. contra bona, & iura hæreditaria Rodulphi Pij de Sabaodia, pro certis ratis annuæ perpetuæ præſtationis ſcutor. 300.auri in auro, aliàs q. Dominico eius fratri, & aothori per d. Rodulphum donatæ, prætendebat illud exequi ſuper cenſibus, & locis Montium emptis ex precio Status feudalis Medulæ venditi Excellentiſs. DD. de Aldobrandinis, & loco dicti Status ſubrogatis, ſeu ſuper illorum fructibus; contra verò ſe opponebat D. Maria filia, & hæres d. Rodulphi, allegando, bona empta ex d. precio ad ſe ſpectare alio iure, quàm hæreditario. Ideo dubitaui ſuper huiuſmodi exceptione,& DD. contra Mariam reſponderunt. Si-
1 cut enim ad eam d. Status alio iure, quàm hæreditario non ſpectaſſet, ita nec ſubrogata in eius locum tanquam empta ex eius precio. *Afflict. in cap. 1. num. 19. verſ. ſed in rem ſtabilem de feudis non hab. prop. nat. Menoch. conſ. 202. num. 112. Schrader. de feud. par. 2. cap. 3. num. 58. Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 36. & Guttier. pract. quaſt. lib. 5. quaſt. 87. num. 12. & 13.* Quòd autẽ d. Status ad Mariam alio iure, quàm hæreditario ſpectare non poſſet, Dominis clariſſimum viſum fuit nedum
2 ex natura feodorum, in quibus, niſi ſpecialiter dictum ſit, fœminæ non ſuccedunt *cap. 1. §. hoc autem de his, qui feud. dar. poſſ. & cap. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud. cum pluribus per Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. Intrigl. in eod. tract. quaſt. 7. num. 15. & quaſt. 9. num. 234.* Et eſt communis regula *Clar. in §. feudum, quaſt. 73. in princ.*
A & traditio, *Peregr. conſ 22. num. 2. lib. 1.* A, & procedit etiam in feudo Eccleſiaſtico *cap. 1. §. quin etiam, tit. Epiſcopum, vel Abbatem, & not. Abb. in cap. ex parte, num. 1. de feud. Schrader. vbi ſupra num. 10. cum alijs per Peregr. d. num. 2. & Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 14. num. 22.* Sed etiam ex inueſtituris fe. rec. Leonis X. & Clementis VII. Alberto, & Leonello authoribus d. Rodulphi cum illis verbis, *tibi, filijſque tuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, &c.* fœminæ enim
3 excluduntur, tam ex verbo *filijs*, quorum nomine illæ non veniunt in materia differenti, vt ex latè allegatis *in Romana menſa nummularia 30. Iulij 1614. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, quàm etiam ex verbo *maſculis*, quod eas expreſsè excludit, illisque prorſus reſi-
4 ſtit in quacunque materia, vt notiſſimum eſt, & notat *Bart. in l. cum auus, num. 5.* & ibi *Soc. num. 76. ff. de cond. & demon. cum cumulatis per Peregr. de fideicom. art. 25. num. 11.* & in ſpecie noſtra *Bald. conſ. 330. in princ. lib. 3. Dec. conſ. 193. col. 1. Pariſ. conſ. 72. num. 21. lib. 4. & Peregr. d. conſ. 22. num. 6. in fine.*
Nec obſtare dixerunt, quod dicebatur, in dd. inueſtituris ſub vnica verborum ſtructura videri factas tres conceſſiones; primam videlicet pro Alberto, & Leonello, & eorum filijs, & deſcendentibus maſculis. Secundam
5 in iſtorum defectum pro deſcendentibus quibuſcunque, & ſic etiam pro fœminis, *Crot. in l. 1. §. nunciatio, num. 55. ff. de nou. oper. nunc. Rol. conſ. 79. in fin. vol. 2. & Card. Mantic. d. lib. 23. tit. 15. num. 59.* Et tertiam demum in defectum deſcendentium maſculorum, & feminarum pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq.
6 Et quòd iſtæ conceſſiones debeant intelligi ita ſubordinate, tàm ad euitandam contrarietatem, & perplexitatem inueſtiturum: quia aliàs eſſent eodem tempore ex pacto, & prouidentia, dum vocantur filij, & deſcendentes: & hæreditariæ tanquam factæ etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vt in ſimilibus terminis pro euitanda contrarietate inueſtituræ, conſiderant, *Riminald. Sen. conſil. 437. num. 8. & 9. Rub. Alexand. conſil. 110. num. 11. verſic. item poterit, Veg. conſil. 28. num. 1. lib. 1. cum alijs per Caldas de nomin. emphyt. lib. 2. quaſt. 24. num. 8.* quàm etiam ad euitandam ſuperfluitatem, quæ oriretur, ex verbo, *deſcendentibus*, niſi fœminas comprehenderet, ex quo omnes deſcen-
7 dentes maſculi vſq; in infinitum erant comprehenſi ſub verbo *filijs*, *Alciat. in l. liberorum 220. num. 11. ff. de verb. ſignif. cum relatis per Roſental. de feud. concluſ. 15. num. 8. cap. 7. & ibi Apoſtill. Schrader. dicta par. 8. cap. 4. num. 44. & cap. 5. num. 3. Intrigl. quaſt. 47. num. 22. & Surd. deciſ. 73. num. 16.* Nam omiſſo, quòd (vt aliqui ex DD. dicebant) clauſula illa, *ac pro hæredibus, &*
8 *ſucceſſoribus quibuſcunque*, (quæ efficit feudum omnino hæreditarium, *cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. & cap. primo, §. fin. ſi de feud. defunct. ſit contr. & vbique ſcribentes cum latè alleg. in Romana legitima 22. Iunij 1615.*
B *coram R.P.D. meo Veroſpio*, B.) referri poſſet, nedum ab Albertum, & Leonellum, ſed etiam ad filios, & deſcendentes: ſuper quo non videtur opus modo inſiſtere. Reſponſum fuit, quòd ceſſat contrarietas, & perplexi-
9 tas, quia in hac materia feudali verbum, *deſcendentibus* ſolùm maſculos comprehendit, *Corn. conſil. 16. num. 6. lib. 1. Pariſ. d. conſil. 72. num. 6. lib. 4. Menoch. conſil. 204. num. 10. & 11. & conſil. 331. num. 30. & 31. in fin. & num. 32. & Card. Mantic. d. lib. 23. tit. 14. num. 16.* Nec poteſt extendi etiam ad fœminas propter di-
10 ctionem, *quibuſcunque*, quamuis enim de ſui natura ſit ſubſtantiuum, cum tamen appoſitum fuerit ſinè aliqua dictione, vel ſigno diſiunctiuis in eadem oratione, in qua adeſt aliud ſubſtantiuum, videlicet, *filijs*, quod idem importare videtur, ideo reſoluitur in adiectiuum eiuſdem verbi *filijs*, vt declarant *Gloſſ. in rubr. C. de agric. & cenſit. lib. 11. verſ. vel tertiò, & ibi Bart. & Ioann. de Platea, verſ. tertiò quòd aliud, idem Bart. in l. 1. num. 2. ff. de pact. & in l. 1. num. 1. verſic. quia ſint duo, ff. de tutel. & ibi Bald. num. 1. verſic & ſic dico.* Quaſi dictum fuerit de filijs deſcendentibus, ad differentiam illorum, qui non ſunt deſcendentes, & conſequenter verbum, *deſcendentibus*, recipit intellectum, & qualitatem non à ſubſequẽti dictione, *quibuſcunque*, in ſeparata oratione appoſita, ſed tàm à dicto verbo, *filijs*, quàm à nomine illo generico *maſculis*, quibus reperitur adiectum, vt latè *Riminald. Sen. conſil. 179. à num. 4. lib. 1. Curt. Iun. conſil 321. num. 24. & 31. lib. 3. Cephal. conſil. 11. num. 21. & 22. Laderch. conſil. 9. num. 10. Rot. Lucen. apud Ioſeph. Ludouic. deciſ. 29. num. 1. & apud Magon. deciſ. 7. num. 7. & ſequentib. cum alijs in dicta Romana menſæ nummularia, ſub verſic. præterea placuit DD.* Im-
11 poſſibile enim eſt, adiectiuum à ſuo ſubſtantiuo ſeparari, *Rot. deciſ. 368. num. 6. par. 1. diuerſ.* Imò etiam ſi ſtaret ſubſtantiuè, intelligi pariter deberet cũ eadem qualitate maſculinitatis, ratione ſubiectæ materiæ, ſecundùm quam (vt dictum eſt) fœminæ ſunt incapaces, vt latè *Alexand. Rauden. de analog. cap. 16. num. 11. 12. & 13.*
12 A ſubiecta enim materia regulatur, & deſumitur præſumpta mens diſponentis, quæ d. verbum *deſcendentibus*, reſtringit, *Butr. conſil. 9. in primo dub. Socc. in. Iun. conſ. 168. num. 69. lib. 2. cum alijs per Magon. d. deciſ. 7. num. 31. & Cephal. conſil. 312. num. 107.* Superfluitas
13 verò ceſſat, cum verbum, *deſcendentibus* ſtare poſſit ad maiorem declarationem, *Pranch. in cap. licèt canon, num. 2. de elect. in ſexto, & Cardinal. Mantic. de tacit. libro 2.*
14 *tit. 12. num. 18. & 31.* Et magis toleranda eſſet ſuperfluitas, quàm quòd fœminæ comprehendantur, ne aliàs ſequatur contrarietas incontinenti: ex quo ſolùm

de

Digitized by Google

de maſculis proximè dictum fuerat Rim. Sen. conſ. 79.
num. 25. & Mantic. d. lib. 2. tit. 11. num. 33. & abſur-
dum: quia aliàs fœminæ remotiores eſſent prædilectæ fi-
liabus primi gradus, vt conſiderant Cephal. d. conſ. 11.
num. 18. & 19. Menoch. d. conſ. 331. num. 34. & Rota
in d. Romana menſa nummularia ſub d. verſ. præterea, ibi,
15 maximè quia ſi aliter. Et tanto magis, quia tolerantur
potiùs verba ſuperflua, quam ea, quæ ſunt iuri commu-
ni contraria, l. 1. & ibi Bald. C. de pact. pign. Rim. Sen.
d. conſ. 79. d. num. 25. Mant. vbi ſupra num. 21. vel cō-
tra naturam actus, l. ſi vno, ff. locati, Roſental. de feud.
cap. 6. concluſ. 42. in gloſ. H. verſ. accedit, & Mant. vbi
ſupra num. 25. in fin.
Non etiam viſum fuit obſtare, quòd non ſimus in feudo
16 conceſſo ad certum ſeruitium, quod per fœminam ho-
neſtè præſtari non poſſit, ſed conditionato, & ſub an-
nua præſtatione vnius crateris argenti: & ita quòd ſub
verbis communibus etiam fœminæ includantur Clar. in
d. §. feudum quæſt. 63. num. 8. Decian. reſp. 58. num. 39.
lib. 2. Menoch. dicto conſ. 443. num. 17. cum pluribus,
C per Mant. d. lib. 21. tit. 15. num. 40. C. Nam (vltra
quòd hic non ſumus in verbis communibus, ſed in ver-
bis expreſsè maſculinitatem denotantibus, quia ver-
ba filijs, & deſcendentibus, quæ alioquin eſſent, tàm
maſculis, quàm fœminis communia, in hac materia ſo-
lùm de maſculis intelliguntur, vt ex prædictis), dictum
17 fuit, quòd hic ſumus in feudo dignitatis, & iuriſdi-
ctionis, videlicet Comitatus, à quo fœminæ penitus re-
pelluntur, Abb. in cap. dilecti, ſub num. 11. de arbitr. Pa-
riſ. d. conſ 72. num. 71. & num. 76. Roſental. de feud.
cap. 7. concluſ. 31. num. 1. & ſeq. Mantic. d. tit. 14. num.
18 27. & 28. Minùs obſtare viſum fuit, quòd ex prooe-
mio primæ inueſtituræ conceſſio videatur facta con-
templatione poſterorū, & ſic etiam pro fœminis. l. quod
is, 81. §. 1. cum ibi not. ff. de leg. 3. cum alijs per Peregr.
de fideic. ar. 22. num. 37. Vltra quòd enim in materia
19 differenti illæ non veniunt ſub nomine poſterorum, Ti-
raq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 9. num. 240. & Rot. in d.
Romana menſa nummulariæ verſ. non obſtant verba prooe-
mij, ex ſupradictis clarè patet, quòd Pontifex in di-
ſpoſitiua voluit tantùm de poſteris maſculis intelligere,
20 quæ diſpoſitiua eſt attenden. Bart. in l. Aurelius. §. Sticho
ff. de liber. legat. cum alijs in d. deciſione, in d. verſ. non ob-
ſtante. Sed tandem res viſa fuit extra difficultatem, quia
feudum d. Status fuit ſemper habitum pro hæreditario,
tàm per d. Rodulphum, quàm per ipſam Mariam. Ro-
dulphus enim id expreſſit non ſolùm in ſupplicatione
per eum ad cautelam Sanctiſs. porrecta pro licentia il-
lud alienandi, ibi, & licèt abſque dubio ipſe Rodulphus
crederet, & credat, ex tenore inueſtiturarum Status, &c.
ſibi de iure permiſſam eſſe alienationem, &c. ſed etiam in
ipſo inſtrumento venditionis, dum promiſit d. Statum,
& alia bona vendita eſſe libera immunia, & penitus exem-
pta ab omni fideicommiſſo, ſeu qualibet alia ſimili, vel diſ-
ſimili prohibitione, & diſpoſitione, &c. Imò, & facto ipſo
apertiùs declarauit, dum ex pretio, quod fuit ſcutorū
147. mill. propria debita perſoluit; & tantummodo re-
inueſtita fuerunt in cenſibus, & locis Montium, ſcuta
21 65. mill. quæ confeſſiones non poſſunt hodie per Mariā
eius filiam, & hæredem impugnari ex vulgaribus. Ipſa
verò Maria dd. cenſus, & loca Montium empta ex pre-
tio d. Status poſt obitum patris vti eius hæres poſſedit,
ſeu quaſi, tanquam hæreditaria, percipiendo fructus,
& redditus eorumdem, extinguendo cenſus, & rein-
ueſtiendo pretium in emptionem locorum Montium,
faciendo ſe vti hæredem deſcribi ſuper libris Secreta-
riorum, exigendo, & recipiendo fructus dd. locorum,
& aſſignando Lucretiæ eius matri pro prætenſis alimē-
tis ſuæ dotis, donec de illa ſibi ſatisfieret, fructus loco-
rum 210. Montis Fidei ex locis 222. in fauorem d. Ma-
riæ, & bon. mem. Rodulphi eius patris emptis, & ex-
tantibus, & poſtea dando D. Duci Fhiani eius viro pro
ſua dote omnes, & ſingulas prætenſiones, quas ipſa
habet vti hæres d. Rodulphi, & inter alia exprimit cre-
ditum ſcutor. 65. mill. quod ipſa habet in Vrbe pro re-
ſiduo pretij Status Meldulæ, conſiſten. in, & ſuper cen-
ſibus, & locis Montium; & demum patiendo exequi ſe-
queſtra, & mandata exequutiua ad fauorem Dominici
authoris Antonij ſuper fructibus dictorum locorum ſi-
militer vti hæreditariorum Rodulphi. Ex quibus clarè
videtur conſtare de vltimo ſtatu d. pretij in locum feu-
22 di ſubrogati, & de continua obſeruantia, quæ plurimū
attendi ſolet pro interpretatione inueſtiturarum, præ-
ſertim feudalium, Pariſ. conſ. 23. num. 23. vol. 1. De-
cian. reſp. 224. num. 7. & ſeq. lib. 3. Menoch. conſ 331.
num. 21. Roſental. de feud. cap. 12. concluſ. 14. num. 39.
40. & 41. & ponderauit etiam Rota in d. Romana men-
ſa nummularia propè fin. verſ. & pro huiuſmodi inter-
pretatione. Nec viſum fuit obſtare, quòd in inueſtitu-
ra fuerit prohibita alienatio, & ideo feudum, quouſque
extarent deſcendentes, non poſſit eſſe hereditarium. Nā
(vltra quòd obſeruantia prædicta contrarium declara-
23 uit) alienatio fuit ſolùm prohibita, ſi fieret ſinè conſen-
ſu Principis: ideoque cum eius conſenſu cenſetur per-
miſſa, per argumentum à contrario ſenſu c. quamquam;
& ibi DD. de cenſibus. Vndè ex his clarè reſultat, d. feu-
dum non potuiſſe ad Mariam ſpectare alio, iure quàm
hæreditario, vel ſaltem ipſa prætendens contrarium il-
lud deberet clarè, & concludenter probare; interim
verò non eſt retardanda exequutio Cameralis obliga-
24 tionis per eius exceptionem, quæ tanquam dubia al-
tiorem indaginem videtur requirere Card. Seraph. deciſ.
25 1455. num. 2. ſicuti non retardatur, quando tertiùs ſe
opponit, prætendens, bona, in quibus fit exequutio, ad
ſe ſpectare, non autem ad debitorem, niſi clarè, & in-
continenti doceat de iure ſuo ad not. in l. à diuo Pio.
§. ſi ſuper rebus, ff. de re iud. Et clarum eſt, quòd pro
26 obligatione perſonali ipſius defuncti fieri poteſt exe-
quutio in fructibus feudi hæreditarij, Afflict. deciſ. 140.
ſub num. 10.
Et ita vtraque patre informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Surd. conſil. 241. num. 16. & conſil. 384. num. 17. Cardi-
nal. Caualer. deciſ. 557. num. 1. & de materia latè Roſen-
tal. de feud. cap. 7. concluſ. 31. & ſeqq vſque ad 56.
B Surd. conſil. 108. num. 1. & 19. Mantic. de tacit. lib. 23.
27 tit. 3. num 34. hoc tamen eſt intelligendum, vt in eo non
poſſit ſuccedere, niſi qui ſit hæres, non autem vt ſit tran-
ſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, Clar.
in §. feudum quæſt. 9. col. penult. verſ. nunc proſequendo,
vbi de communi, & quæſt. 83. verſ ſed quid, vbi etiam
de communi, Magon. deciſ. Florent. 54. num. 16.
C Roſental. d. tract. cap. 7. concluſ. 33. num. 1. & 2. & fuit
28 dictum in Brixien. feudi 16. Maij 1583. coram Bubalo,
& in alia Brixien. feudi 4. Iulij 1592. coram bon. mem.
Cardinal. Pamphilio; & ad hunc effectum non eſt neceſ-
ſarium, quòd in inueſtitura dicatur, nullum ſeruitium
perſonale eſſe præſtandum, ſed ſatis eſt, quòd aliqua ſer-
uitia non reperiantur impoſita; quia ſi non eſt facta reſer-
uatio, omne ſeruitium dicitur remiſſum, vt poſt Iſern.
tradit Afflict. in cap 1. ex quibus cauſ. feud. amitt. Pariſ.
conſil. 23. num 32. lib. 1. Rota in d. Brixien. feudi coram
Cardinali Pamphilio. Verùm vbi præſtandum eſſet iura-
mentum fidelitatis, diceretur adeſſe ſeruitium, Dec conſil.

239. ad fin. Pariſ. conſil. 16. num. 11. lib. 4. & d. conſil. 23. num. 33. lib. 1. vbi *poſt Soccin conſil. 261. vol. 2.* hoc vltimum dictum limitat in feudo improprio, quòd ad illius ſucceſſionem fœminæ admittantur, non obſtante fidelitatis iuramento præſtando.

D Poſterorum appellatione fœminæ quando veniãt, & quando non, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 330. a num 5 infra.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana hæreditatis, & paragij dotis.

Mercurij 16. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Hæreditas ex quibus adita cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Aditionem hæreditatis allegans tenetur plenè, & concludenter, & per probationes explicitas, & neceſſarias probare.*

2 *Aditio induci ſolet ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum.*

3 *Aditio non inducitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum, ex quibus competit vſusfuctus, & num. 6.*

4 *Aditio non inducitur ex actu, qui fieri potuit citra ius, et nomen hæredis, et num. 16. et non eſt probandum, quòd actus ex alia cauſa, quam hæreditaria facti fuerint, ſed ſatis eſt, aliam cauſam ſubeſſe, num. 17. et ſtatur declarationi poſſidentis, quòd bona alio iure, quàm hæreditario poſſideat, num. 18.*

5 *Aditio non probatur præſumptionibus, licèt hæreditas eſſet opulenta.*

7 *Aditio an inducatur ex locatione bonorum hæreditariorum.*

8 *Vſuſfructuarius locare poteſt.*

9 *Vſuſfructuarius dicitur dominus, et appellatione domini continetur.*

10 *Pater vltra vſumfructum in bonis aduentitijs filiorum, habet etiam legitimam illorum adminiſtrationem.*

11 *Pater per tranſitum ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum, in qua filij primi matrimonij ſucceſſerat.*

12 *Aditio non probatur ex verbis ſcriptis per notarium in broliardo,* pro tali hærede q. talis, comparuit idem citra, &c. *& num. 19. maximè ſi præceſſit declaratio in contrarium, à qua receſiſſe non præſumitur, num. 15.*

13 *Soluens per manus ſuas nomine debitoris nudum tantum miniſterium præbet.*

14 *Actus præſumendus eſt talis, qui rei geſtæ magis conueniat.*

DECISIO CCVII.

RESOLVTVM fuit, non conſtare, Antonium adiuiſſe hæreditatem per mortem duorum eius filiorum, qui fuerant hæredes Orjnthiæ matris, ſibi, & Fauſtinæ filiæ delatam iuxta terminos *auth. defuncto C. ad Tertull.* & conſequenter non conſtare de tali illius ſucceſſione, propter quam amiſerie vſumfructum antea in bonis maternis dd. filiorum ſibi quæſitum. Cum enim Fauſtina ad fundandam eius intẽtionẽ ſuper amiſſione dicti vſusfructus, aſſerat, Antonium adiuiſſe dictam hæreditatẽ, tenebatur hoc ipſum probare ple-
1 nè, & concludenter, & per probationes explicitas, & neceſſarias *l. 2. & 3. ff. de interrog. act. Aym. conſil. 33. num. 2. & conſil. 37. num. 4. verſic. ideo ſi Carolus, Dec. conſ. 442. num. 15. 16. & 17. Roman. conſ. 154. num. 2. in fin.* cum alijs per *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. [illegible]num. 3. cum. ſeqq. & Menoch. præſumpt. 99. num. 2. & 3. lib. 4.* Probationes autem, & actus per eam adducti non fuerunt viſi Dominis ſuffi-
2 cientes. Nam primus, quòd Antonius poſsideret bona dd. filiorum, etiam poſt illorum mortem, licèt ſoleat inducere aditionem *Bar. in l. gerit num. 3. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 32. num. 1. verſ. & etiam poſsidendo*
3 *lib. 3. Mantic. de coniect dicto lib. 12. tit. 12. num. 28.* in propoſito tamen nõ eſt neceſſarius, ſed æquiuocus: quia potuit continuare poſſeſsionem, quæ ſibi ratione vſusfructus compebat in dd. bonis; & ſic ex tali poſleſsione non reſultat aditio, *Marant. in l. ſi poteſt num. 98. verſic. prædictam tamen. ff. de acquir. hæred Roman. conſ. 154. num. 1. & 2. Corn. conſ. 1. num. 8. lib. 2. & fuit dictum in terminis in Romana dotis 8. Martij 1610. coram Il-*
A *luſtriſ. Cardinali Ludouiſio,* A. Quæ non dicitur probata,
4 quãdo actus fieri potuit citra ius, & nomen hęredis, *l. pro hærede §. 1. & §. Papinianus in fin. ff. de acq. hæred. Dec. conſ 445. num. 54. verſ. & ſic non videtur, Mantic. vbi ſupra num. 6. cum alijs in dicta Romana dotis.* Nec obſtat, quòd Antonio eſſet magis expediens, habere proprietatem mediante ſucceſsione, quàm retinere ſim-
5 plicem vſumfructum. Tum quia ad probandam aditionẽ non ſufficit præſumptio etiam hæreditatis opulentæ *Vinc. de Franch. deciſ. 60. num. 22. & Menoch. d. præſumpt. 99. num. 3. verſ. & hæc quidem.* Tum etiam, quia
6 potuit exiſtimare, ſibi magis conducere, gaudere ſolùm integro vſufructu, durante eius vita, quàm ſola medietate proprietatis in concurſu cum Fauſtina filia; Homines namque, vt plurimum, ſperant diutius ſuperuiuere, & ſic multoties pluris æſtimant vſumfructũ, quàm ipſam proprietatem, vt in ſimilibus terminis conſiderauit *Soccin. conſ. 34. num. 10. verſ. præterea poſito, lib. 1.* Quod hic præſertim dici poſſe videtur; quia non conſtat, Antonium fuiſſe talis ætatis, quòd iure non potuerit habere huiuſmodi opinionem: imò contrarium apparet, ex quo in inſtrumento renunciationis ſibi factæ per Fauſtinam declarauit, ſe velle ducere ſecũdam vxorem, prout poſtea duxit, ac inſuper ex ea filios ſuſcepit.
7 Secundus etiam actus locationum dd. bonorum factarũ per eundem Antonium quamuis inducat aditionem hæreditatis *Bart. in d. l. gerit. num. 21. Iaſ. conſ. 112. num. 2. verſ. nam dictus Ioannes vol. 4. Alex. conſ. 32. ſub num. 1. verſ. & ſimiliter locando, Mantic. dicto titulo 12. numero 10. & Rota in Romana cenſus de Carduccijs 27. Octobris 1600. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, in Romana hæreditatis 10. Martij 1603. coram eodem, & in Bonon. de Guidalottis 3. Iunij, & 9. Decem-*
8 *bris 1613. coram R. P. D meo Verospio,* eſt pariter æquiuocus, cum etiam vſusfructuarius poſſit locare *l. arboribus, §. vſufructuarius, & ibi Odofr. & Alber. ff. de vſufr. §. 1. in fin. Inſt. de vſu, & habit.* Non obſtat, quòd fecerit aliquam ex dictis locationibus tanquam domi-
9 nus; quia etiam vſufructuarius dicitur dominus, & appellatione domini continetur *l. in venditione ff. de bon. auth. Iud. poſſid. Gloſ. in rubr. C. de vſufruct. & in l. proprietatis C. de probat. cum latè allegatis per Caſtil. de vſufr. cap. 32. num. 16.* ſaltem habitu reſpectu ad ipſum ius vſusfructus, ſeù ius percipiendi fructus, quod habet in re, vt ex *Guliel. de Cun. declarant. Bart. in d. rubr. C. de probat. num. 1. verſ. potes ſaluare, & ibi Bald num. 1. verſ reſpondeo quòd Gloſ. Angel. in princip. verſ. & eſt verum, Caſtr. in fin. verſ. & not. hic Gloſ. Salic. num. 1. in fin. & Sichard. num. 6. verſ. ad quod eſt ſciendum, Soccin. in l. qui vſumfructum num. 2. verſ. ſi autem quæris ff. de verb. oblig. & repetentes in l. naturaliter, §. nihil*

com-

commune, ff. de acquir. poſſ. & Caſtil. vbi ſupra dicto num. 16. *verſ. & ad hac reduci debent.* Quòd ſi dicitur de quocunque vſuſructuario, multo magis dicendum erit de
10 patre, qui vltra vſumfructum in bonis aduentitijs filiorum, habet etiam illorum legitimam adminiſtrationem, vt benè explicat *Pinell. in l.* 1. *par.* 2. *ſub num.* 17. *verſ. & hinc infero*, C. *de bon. matern. & Garz. de Vec. penſ. & melior. cap.* 10. *num.* 1. *in fin. verſic. vt eſt in patre tom.* 17. *tract. ſol.* 289. Et tanto magis in caſu illo, quia locationes ſunt poſt tranſitum Antonij ad ſecundas nuptias, quo tempore ipſe noo poterat vllo modo vocare ſe dominum, reſpectu pro-
11 prietatis, quam etiam ſi mediante ſucceſſione acquiſiuiſſet, per tranſitum ad ſecunda vota perdidiſſet iuxta *text. in l. fœmina*, C. *de ſecund. nupt. vt firmatum fuit in hac cauſa* 1. *Decembris* 1614. *coram me*. Et quatenus etiam illam non amiſiſſet, adhuc tamen non poterat abſolutè vocare ſe dominum, cum illam haberet pro indiuiſo cum Fauſtina: ſicuti facere poterat reſpectu vſusfructus, qoem integrum habebat, & cum
12 oullo alio communem. Tertius actus proteſtationis Antonij factæ in reſponſione ad inhibitionem ſibi factam pro parte Oeconomi fabricæ Sancti Petri, ſuper ſolutione qoorundam legatorum per dictum Antonium faciendorum vti hæredem ſucceſſiuè q. Io. Baptiſtæ de Gualteronibus, in qua proteſtatione leguotur ſcripta in Broliardo Notarij huiuſmodi verba, *Pro Antonio Caloro hærede q. Io. Baptiſta Gualteroni, &c. Idem citra, &c.* vndè inſerebatur, ipſum fateri ſe hæredem dicti Io. Baptiſtæ, cuius tamen hæres eſſe noo potuit, niſi mediantibus filijs hæredibus Orinthiæ eorum matris, quæ ſucceſſerat dicto Io. Baptiſtæ fratri, & conſequenter etiam ſe fateri hæredem dd. filiorum; viſus fuit DD. non obſtare, quia, omiſſo quòd verba illa *pro Antonio hærede, &c. et idem citra*, &c. poſſunt eſſe verba notarij, qui (vt fieri ſolet) poſt delatam ſibi dictam citationem ab Antooio cum adootatione ſubſtantiæ dictæ proteſtationis à tergo factam per illius procuratorem poſt diſceſſum dicti Antonij ab officio, ita illom in Broliardo hæredem deſcripſerit, ſicuti tanquam talis fuerat citatus: quo caſu dicta verba non poſſunt aditionem in-
C ducere; C. tollitur difficultas, quia Antonius in eius cōparitiooe produxit ſolutiones legatorū, factas per obitum filiorum ab ipſo, non vti hærede, ſed vti hæredum miniſtro, vt ex fide quietantiæ cuiuſdam legatariæ tunc per eum producta, ibi *confeſſa fuit recepiſſe ab hæredibus dicti q. Io. Baptiſtæ, & pro eis per manus dicti Antonij*, ex
13 quibus patet, quòd Antonius expreſsè diſtioxit eius perſonam à perſona hæredum, & ſic quòd non comparuerit tanquam hæres *Bertr. conſ.* 282. *num.* 2. *lib.* 2. *& Rot. in Roman. pecuniaria* 14. *Decembris* 1612. *coram R. P. D. meo Pamphilio* inoeriſimile eſt enim, qoòd dixerit ſe hæredem in eo actu, in quo voluit docere de ſolotionibus contrario nomine factis; & dicendo, quòd verba illa fuerint per notariom ex ſe deſcripta, actus
14 comparitionis magis conuenit rei geſtæ, ideoque ita dici debet, *Aym. conſ.* 836. *num.* 3. *lib.* 5. *Menoch. præſumpt.* 10. *num.* 8. *lib.* 6. & præſertim quia Antonios ex
15 dictis ſolutionibus factis nomine dd. hæredum declarauit animum, & voluntatem non adeundi, vndè ab iſta declaratione non præſumitur receſſiſſe per dicta verba enunciatiua, *Corn. conſil.* 310. *num.* 4. *libro* 3. Quartus demum actus ſolutionum canonum factarum ab eodem Antonio pro domibus hæreditarijs dicti Ioan. Baptiſtæ, nihil facit; quia etiam iſtæ ſolutiones fuerunt per eum factæ, non vti hæredem, ſed vti hæredum miniſtrum, ptout ſolutiones dd. legatorum, vt patet ex quietantijs datis *in ſummario Franciſci num.* 3. quæ omnes ferè ſunt ſub eiſdem vetbis conceptæ, & ſic excludunt aditionem.

Et ideo vtraque patte informante, fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd poſſeſſio bonorum hæreditariorum aditioois con-
16 iecturam ooo inducat, quando fieri potuit alio iure, quàm hæreditario, hanc deciſionem ſequendo *Gratian. diſceptat.* 707. *num.* 34. *&* 35 *&* 36. *et infra deciſ.* 523. *num.* 1.
17 & non eſt probandum, quòd actus ex alia cauſa, quàm hæreditaria facti fuerint; ſed ſatis eſt, quòd ſubſit alia cauſa, *Caſtren conſil.* 351. *libro primo*, *Dec. conſilio* 445. *ſub numero* 54. *Aymon. conſilio* 33. *ſub numero* 11. *et* 14. *Maſcard. de probat. concluſ.* 45. *ſub num.* 31. & quan-
18 do actus ſunt dubij ſtatur declarationi poſſidentis, quòd bona per eum alio titulo, quàm hæreditario poſſideantur, *Aym conſil* 197. *num.* 4. *in fine*, *Menoch præſumpt.* 101 *num.* 25. *in fin. lib.* 4. *cum alijs per Maſcard. dicta concluſ.* 45. *numero* 32. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 452. *ſub num* 1.

B *Rota coram Cardinal Caualerio d. deciſ.* 431. *numero* 3. *& dicta deciſ.* 452. *numero* 1. in qua ſequitur hanc deciſionem, *et Gratian d. cap.* 707. *num.* 39. *et d. cap.* 752. *num* 23.

C Sequitur *Gratian. diſceptat.* 694. *num.* 30. *et diſceptat.* 711.
19 *num.* 67. & quòd per verba enunciatiua à notario prolata, in quibus aliquem hæredem appellat, hæreditatis aditio non probetur, *Ruin conſil.* 113. *num.* 6. *et ſeq. lib.* 3. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 11. *in fine*, niſi appareat dicta verba per notarium prolata fuiſſe parte præſente, *Ruin d. conſil.* 113. *d. num.* 7. *cum alijs per Gratian. d. cap.* 711. *num.* 68.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana exceſſus legati.

Mercurij 16. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Legatario via executiua non competit, maximè vbi cœpit agere via ordinaria. Appellatio an, & quando detur in cauſa alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium, in quo declaratur, quem teneri, & obligatum eſſe ad aliquod ſoluendum, non eſt executiuum, ſed ordinarium, & appellabile, etiam in obligatione Camerali.*

2 *Executiua via renunciatum cenſetur, electa ordinaria, & num.* 9. *Limita vt num.* 10.

3 *Legato via executiua non competit de ſtylo Rotæ, ſecus de ſtylo Tribunalis A. C. num.* 12.

4 *Appellatio ſaltem ſuſpenſiua non admittitur in cauſa alimentorum.*

5 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum datur quando agitur de alimentis decurſis antè litem motam, quia dicuntur præterita.*

6 *Appellatio ſuſpenſiua admittitur in cauſa alimentorum, quæ petuntur iure actionis, & non Iudicis officio, nec propter inopiam; etiam ſi actum fuiſſet pro alimentis principaliter, num.* 9.

7 *Appellatio ſuſpenſiua in cauſa alimentorum vt excludatur, qualitas paupertatis neceſſario requiritur.*

8 *Paupertatem alleganti ad effectum, vt ſibi alimenta præſtentur, incumbit onus, illam præcisè probandi.*

11 *Monitorium in cauſa executiua non facit, quin dicatur actum executiuè.*

DECISIO CCVIII.

A Sententia A. C. lata ad fauorem Azeuedi legatarij alimentorum bon. mem. Cardinalis Dezæ ſuper augmēto æſtimationis coquinæ, & habitationis ſibi in Vrbe, dum in ea moram traxerit, per Dominos hæredes præſtan. ab obitu dicti Cardinalis, fuit ex parte dd. hæredum appellatum, cauſaque in Rota commiſſa cum clauſula, *ſi quid exequen. &c.* Dubitaui, an dicta ſententia eſſet exequenda; & negatiuè Domini reſponderunt, illa enim eſt appellabilis, quia fuit via ordina-
1 ria monitorij, & ſeruatis ſeruandis terminis ſubſtantialibus peritum, & declaratum, dictos hæredes teneri, & obligatos eſſe ad ſolutionem dictæ annuæ præſtationis; quæ verba non faciunt iudicium executiuum, ſed ordinarium, & appellabile etiam in obligatione Camerali, vt declarauit Rota *in Caeſenaten. de Cacciaguerris*
2 *9. Maij 1598. coram Peregrino*, ideoque videtur renunciatum viæ executiuæ, quatenus illa competijſſet ad *text in cap. vt quis duas, de elect. in ſexto, Coller. plures allegans de proceſſ. execut. par. 3. cap. 4. num. 35. & ſeqq. Rota deciſ. 551. num. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ. in Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio in Romana pecuniaria 28. Iunij 1593. coram bon. mem. Litta, & in Peruſina pecuniaria 28. Nouem-*
A *bris 1612. coram R. P. D. Manzanedo.* A Et ſic etiam ceſſat diſputatio, an pro legato competat via executiua,
3 in qua tamen Rota tenet negatiuam contra *Angel. in §. illud, Auth. de hæred. & Falcid. vt in Vrbeuetana Legati 6. Martij 1595. coram bon. memor. Cardinali Blanchetto in Romana Legati 5. Maij 1599. coram Corduba, & in Romana ſpolij 9. Iunij 1606. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Lancellotto, & comprobat Menoch. de adi-*
B *piſcen. remed. 4. num. 64.* B

Nec obſtat, quòd dicta ſententia lata fuerit pro alimenta-
4 rio, ideoque non detur appellatio ſaltem ſuſpenſiua ex priuilegio alimentorum, vt latè poſt alios *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 5.* Quia imò contrarium
5 eſt verius in propoſito, tàm reſpectu decurſorum à die mortis dicti Cardinalis, vſque ad litem motam, quia dicuntur præterita, *Alberic. qui dicit communem in l. ſi Iudex num. 4. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Iaſ. in l. de alimentis num. 5. in fin. C. de tranſact.* & ibi *Dec. num. 10. verſic. & pari ratione, Aretin. conſil. 97. num. 3. Pontan. de aliment. cap. 19. numero 3. latè Surd. dicto priuileg. 60. numero 15. Caputaquen. deciſ. 24. num. 2. par. 1. Rot. deciſ. 765. num. 1. part. 1. diuerſ. & in Anconitana alimentorum 4. Decembris 1585. coram bon. mem. Orano*, quàm etiam reſpectu decurſorum, & decurren. à die litis conteſtatæ, quia fuerunt petita
6 iure actionis, & non iudicis officio, nec propter inopiam, vt tenent *Gugliel. de Cun. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Speculat. in tit. de appellat. §. in quibus autem, num. 11. verſ. tu dic, & ibi Ioann. Andreas in verb. aliorum, Bart. in l. fin. num. 1. ff. de appellat. recipien. Aret. dicto conſil. 97. num. 3. verſic. ſecunda ratio. Lancellott. de attent. cap. 28. num. 67. Contard. ad l. vnicam, C. ſi de moment. poſſeſſ. ampliat. 141. Surd. vbi ſupra num. 22. & 23. Caputaquen. deciſ. 39. par. 1. Rota dicta deciſ. 764. num. 1. & 2. par. 1. in dicta Anconitana alimentorum coram Orano, & in Peruſina legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Gyptio, & latè Barz. deciſ. Bononiæ 69. num. 17. verſ. certè illa opinio, & num. 18. 19. 20. & 32.* qui etiam *à num. 22. vſque ad 33.* ſingillatim ad omnia contraria reſpondet. Et tanto magis, quia non conſtat de inopia legatarij, & quòd non habeat vndè ſe alat, imò ex deductis videtur de contrario apparere. Nam ipſe à die obitus dicti Cardinalis, vſque in præſens ex dicto eius teſtamento conſecutus fuit menſtruam prouiſionem ſcutorum nouem, nec oſtendit, illam non ſufficere pro ſuis alimentis, quod tamen cum
7 ſit fundamentum ſuæ intentionis ad excludendam appellationem ſuſpēſiuam, ad quod iſta qualitas paupertatis neceſſariò requiritur, *Bart. in d. l. fin. num. 1. ff. de appell. recip. Bald. nouell. in l. 1. num. 485. verſ. circa primum tamen ff. ſolut. matrim. Surd. vbi ſupra, & Coller.*
8 *de alim lib. 3. cap. 15. num. 3.* ei incumberet onus præcisè probandi, *Gloſ. in l. ſi verò §. qui pro rei, in verb. dubitetur verſ. aut vult excuſari, ff. qui ſatiſda. cog. cumulat. per Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 2. & Menoch. præſumpt 25. num. 14. lib. 6.* & faciunt tradita *per Rotam deciſ. 48. num. 3. & 4. par. 2. diuerſ. & in Romana grani 11. Aprilis 1614. coram me*, & in terminis, quòd in hoc caſu onus probandi paupertatem ſpectet ad alimentarium *Barz. d. deciſ. 69. num. 21. 34. 35. & 36.* Ideoque benè intrat appellatio ſuſpenſiua, etiam ſi actum
9 fuiſſet pro alimentis principaliter *Surd d. priuileg. 60. num. 24. verſ. ſed hac ſententia*, & conſequenter non eſt locus executioni.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Cancer. variar reſolut. cap. 17. num. 34. Gonzal. ad regul.*
9 *8. cancellar. gloſſ. 6. num 192 Caſ. de Graſſ deciſ. 2. num 2. & 3. de ſent. excommunicat. Guttier. latè practic quæſt. lib. 3. quæſt. 39. num. 5. Giurb. qui plures refert deciſ. Sicil. 55. num. 18. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 76. num. 9. verſ & quidem videtur*, [illegible] dictum *in Leodien Abbatiæ Cinacen. 6. Nouembris 162*[illegible] *mem. Cardinali Sacrato.* hæc
10 tamen concluſi[illegible] quando actor, qui priùs via ordinaria egit, eidem re[illegible]ciat, & ab ea deſiſtit, vt limitat *Guttier. loco cit. num.* [illegible] *et Rot. in Romana pecuniaria coram Litta, quæ allegatur in deciſione, et eſt deciſ 68. poſt Zacch. de obligat. Cameral. et 260. poſt Cinc. de cenſib.* in qua reſpondendo alteri deciſioni coram Oradino, fuit dictum, quòd, lite ordinaria pendente ſuper contrauentione alicuius inſtrumenti, non prohibetur actor vigore eiuſdem inſtrumenti executiuè ad illius obſeruantiā agere, ea ratione, quia agendo ad illius obſeruantiam contrauentioni intentatæ renunciare cenſetur; alias limitationes vide apud *Guttier. et Scacc. locis citatis.* Notandum autem,
11 quòd licèt, vbi iudicium cœptum eſt per viam monitorij, videatur intentata via ordinaria, non autem executiua; tamen quando illud emanauit in cauſa executiua reſoluitur in ſimplicem citationem, & non facit, quin dicatur actum executiuè, *Gregor. XV. deciſ. 307. num. 18.* & fuit dictum *in Nicien. parochialis 20. Maij 1624. coram bon. mem. Vbaldo.*

B Idem, hac deciſione allegata, firmauit Rota *in Romana*
12 *legatorum de Columna 12. Iunij 1620. coram bon. mem. Vbaldo, & in Rom. dotis, & legati 15. Iunij eiuſdem anni coram bon. memor. Patriarcha Manzanedo*, in qua Rota noluit executiuè procedere in legato, de quo agebatur, licèt cauſa fuiſſet ei commiſſa cum facultatibus A. C. in cuius Tribunali attenditur opinio *Angeli in Auth. de hæred. & Falcid. §. illud num. 13.* & aliorum illum ſequentium, & datur via executiua legatario, de quo ſtylo teſtatur *Saluſt. in prax lib. 2. cap. 6. ſub num. 4. et Rot. in d.*

Ro-

Romanæ dotis, et legati coram Manzanedo, et coram eodẽ in Romana reſtitutionis in integrum 18. Aprilis 1625.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Mindonien. Canonicatus.

Sabbati 26. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando non intret pro retardanda executione gratioſæ ſubrogationis, quæ non dicitur ſubreptitia impetrata abſque mentione ſententiæ nullæ, & intruſionis alterius in beneficio. Regula de triennali non iuuat, vbi poſſeſſio non eſt pacifica, vel eſt capta per procuratorem carentem ſpeciali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Subrogationis gratioſa executio non retardatur ad fauorem prouiſi, qui docuit de ipſius clericatu, & poſſeſſione defuncti, ac illius obitu in menſe reſeruato.*

2 *Subrogatio gratioſa impetrata, non facta mentione ſententiæ latæ, eſt ſubreptitia, niſi ſententia ſit nulla, num. 3.*

4 *Literas Apoſtolicas executioni demandare non poteſt Ordinarius, quando illarum executionẽ Papa alijs commiſit.*

5 *Executoribus pluribus inſolidum deputatis in literis Apoſtolicis, ſi vnus fuerit aditus, non poſſunt alij niſi ex cauſa ſe intromittere.*

6 *Intruſus dicitur prouiſus ab Ordinario de beneficio reſeruato.*

7 *Gratia non redditur ſubreptitia, ſi in ea non fuerit facta mentio intruſionis alterius in beneficio.*

8 *Sententia manifeſtè erronea redditur ipſo iure nulla.*

9 *Regula de triennali iuuat, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio, dummodo poſſeſſio ſit pacifica, num. 10.*

11 *Mandatum non probatur per illius enunciationem à notario factam in aliquo inſtrumento, & num. 15. Limita vt num. 16. et ſeqq. Declara, vt num. 20.*

12 *Mandatum ſpeciale requiritur ad capiendam poſſeſſionem beneficij.*

13 *Poſſeſſio beneficij capta per procuratorem carentem ſpeciali mandato non ſuffragatur ad effectum regulæ de triennali.*

14 *Mandatum ſpeciale requiritur ad collationem beneficij, ſeu inſtitutionem acceptandam.*

DECISIO CCIX.

DOMINI recedendo à deciſis 6. Iunij
præteriti dixerunt, non intrare arbi-
trium ad effectum retardandi exe-
quutionem gratioſę ſubrogationis Al-
1 phonſi. Nam clauſula *conſtito*, &c.
appoſita in Breui de capienda poſſeſ-
ſione aliàs expedito ad fauorem Pe-
tri, in cuius locum dictus Alphonſus eſt ſubrogatus, eſt
benè iuſtificata: cum apud partes ſit in confeſſo, cano-
nicatum, & præbendam, de quibus agitur, vacaſſe per
obitum Galindi de menſe Iulij reſeruato, ex quo tàm
Franciſcus prouiſus ab Ordinario, quã dictus q. Petrus
à Sanctiſſimo impetrarunt ex eadem vacatione, expri-
mendo, dictum Galindum fuiſſe vltimum poſſeſſorem: &
ideò non poteſt retardari exequutio dictę gratioſæ ſub-
rogationis ad fauorem Alphonſi, qui docuit de eius cle-
ricatu, & de obitu dicti Galindi in poſſeſſione *Put. deciſ.
495. num. 1. lib. 2. ſecundùm nouiſſimam impreſſionem,
Caputaq. deciſ. 346. num. 1. part. 2. Seraph. deciſ. 1426.
num. 1* & fuit dictum in pluribus deciſionibus relatis
per *Gonzal. ad reg. 8. §. 7. proœm. num. 212.*
Nec Breue dici poteſt ſubreptitium ex eo, quòd in ſubro-
gatione nõ ſit facta mentio ſententiæ Ordinarij Mindõ-
2 nien. ſuper denegata exequutione literarum Apoſtoli-
carum *ad Gloſ. in cap. ſuper literis in verb. literas, de re-
ſcript. & Rot. in Nouarien. Canonicatus 12. Februarij*
1592. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, & dictum
fuit in alia deciſione. Quia non erat facienda mentio
3 ſententiæ nullæ, vt declarat *Abb. in cap. per veſtras.
num. 11. de donat. inter. vir. & vxor. Felin. in cap. ſuper
literis, num.* 15. & ibi *Dec. num.* 36. *verſ. primò quando
ſententia, & in cap. ex tenore num. 2. de reſcriptis, idem
Dec. in cap. oblata num. 12. & ſeq. de appell. Alex. conſ. 95.
in fine lib. 2. Rum. conſ. 8. num. 2. lib. 4. Caſſan. conſ. 7.
num. 68. Afflict. deciſ. 366. num. 9. & ſeqq. Gabr. de
iudic. concluſ. 4. num. 32. & 33. Lancell de attent. cap. 4.
limit. 3. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu
202. num. 52. Rota deciſ. 807. num. 7. part. 1. diuerſ. &
in Cremonen. penſionis 16. Martij 1609. coram Reuerendiſſimo
Attrebaten. & in Piſtorien. beneficij 10. Ianuarij,
& 23. Iunij 1614. & 23. Ianuarij 1615. coram R. P. D.
meo Caualerio, & in eadem 23. Ianuarij 1616. coram
A R.P.D. meo Manzanedo*, A. Nullitas ſententiæ eſt eui-
4 dens, tùm ex defectu iuriſdictionis; in literis enim tres
fuerunt dati exequutores, & ideo Ordinarius non po-
tuit ad illarum exequutionem procedere, cum non eſſet
ad id deputatus *Bald. in cap. 1. §. ſi facta num. 6. ſi de
feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. vaſſall. Felin.
in cap. fin. num. 38. de præſumpt. cum alijs per Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 62. num.* 39. & nouiſſimè tenuit Rota in
*Veliterna beneficij 1. Iulij præteriti coram R. P. D. meo
Pamphilio*. Imò nec potuiſſet, etiam ſi fuiſſet vnus ex
5 deputatis: quia cum omnibus conceſſa eſſet iuriſdictio
inſolidum per clauſulam *quatenus vos, vel duo, aut vnus
veſtrum, &c.* Et vnus ex illis iuriſdictionem præoccu-
pauerit tanquã aditus per Alphonsũ, alij nõ niſi ex cauſa
poterant ſe ampliùs intromittere *cap. cũ plures, §. porrò de
offic. deleg. in 6.* & ibi *not. Gloſ. Archidiac. in princ. Franch.
et Anchar. num. 2.* Tum etiam quia dicta ſententia non
percutit reſeruationem, ſed eſt fundata ſuper eo, quòd in
gratia Alphonſi non fuerit facta mentio poſſeſſionis
Franciſci, nec illius qualitatis, *vt in ſummario dicti Al-
6 phonſi num.* 4. & tamen cum beneficium eſſet reſerua-
tum, & Franciſcus fuiſſet prouiſus ab Ordinario, illius
poſſeſſio erat potiùs mera intruſio, de qua non debet
7 fieri mentio *Card. Seraph. deciſ.* 1060. *num.* 3. & ideo
tanquam fundata ſuper cauſa in iure conſiſten. manife-
8 ſtè erronea, redditur ipſo iure nulla *l. 2.* & ibi *Gloſ. in
verbo palam, Bart. & alij, C. quando prouoc. non eſt neceſ-
ſe, Dec. conſ. 475. num.* 14. cum pluribus de communi
per Gabriel. de ſent. concluſ. 7. num. 1. & fuit tentum *in
dicta Piſtorien. beneficij* 10. *Ianuarij* 1614. *coram R. P.
B D. meo Caualerio*, B. Nec obſtat regula de triennali, quę
9 iuuat, tàm in petitorio, quàm etiam in poſſeſſorio, *Caſſad.
deciſ. 5. num. 5. de reſtit. ſpoliat. Rebuff. in tract. de pa-
cific. poſſeſ. num. 25. verſ. ex his infertur, et in praxi be-
nefic. ſuper 3. part. Signat. in verb. ac regula de annali
verſ. ſed ſi quis impetrauerit*. Nam vltra quòd Petrus
fuit prouiſus à Sede Apoſtolica de menſe Septembris
1608. & obtinuit Breue de capienda poſſeſſione nomine
Cameræ de menſe Maij 1610. & de eodem anno 8. No-
uembris inita fuit concordia inter eum, & Franciſcum

Digitized by Google

ſub beneplacito Apoſtolico, in qua fit mentio litis, &
Franciſcus promiſit ſoluere expenſas, & ſic poſſeſſio
10 eiuſdem Franciſci non videtur pacifica, prout requirit
prædicta regula, vt patet ex ipſius tenore, & tradit *Pa-
riſ. conſ.* 81. *num.* 3. *verſ. regula prædicta vol* 4. Et fuit
ſæpè deciſum. Ceſſat difficultas, quia poſſeſſio non
fuit capta per Franciſcum, ſed per quendam Petrum
Ruiz vti aſſertum eius procuratorem, *vt in veteri ſum-
mario Alphonſi num.* 5. *in fine, et dicti Franciſci num.* 1.
De cuius mandato non conſtat, nec illud probatur per
11 enunciationem Notarij in inſtrumento captæ poſſeſ-
C ſionis, C. ad notata *in authen. ſi quis in aliquo*, C. *de eden, cũ
allegatis per Dec. conſ.* 522. *num.* 3. 4. *et* 5. fuit dictum
in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 30. *Ianuarij* 1589. *co-
ram Reuerendiſſimo Peruſino*. Et tamen requirebatur
12 ſpeciale ad acquiren. poſſeſſionem beneficij, vt in termi-
nis *Aym. conſ.* 104. *num.* 15. *Cappell. Tholoſ. quæſt.* 486.
verſ. ſi autem quæratur, cum relatis per Couarr. (qui ta-
men contrarium tenet in poſſeſſione, quæ poſt acce-
ptionem beneficij pertinet ad ſolum factum) *var. reſo-
13 lut. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. & ideò dicto Franciſco non
ſuffragatur, vt in terminis dictæ regulæ de triennali
fuit reſolutum in dicta Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ.
Imò nec etiam conſtat de titulo colorato, quia inſtitutio
non fuit facta dicto Franciſco, ſed alteri eius aſſerto
procuratori, de cuius pariter mandato non conſtat, nec
de aliqua ſubſequuta ratificatione: & ſic nullum ei fuit
14 ius acquiſitum; quia etiam ad acceptan. collationem
beneficij, ſeù inſtitutionem requiritur ſpeciale manda-
tum, *Gloſ. in cap. ſi tibi abſenti, in verb. habueris, de præben.
in* 6. *et in clem. vnic. in verb. præſenti, de conceſſ. præben.
Rota deciſ.* 68. *num.* 3. *de reſcript. et deciſ.* 27. *de procur.
in antiquis*, quam ſequitur *Butr. in cap. accedens num.* 7.
verſ. vnum ſentit, & Abb. num. 5. *de conceſſ. præben. Sta-
phil. de lit. gratiæ ſub titulo de vi, & effectu clauſularum.
in rubr. de iuram. præſt. num.* 4. *pagina mihi* 202. *Co-
uarr. latè dicto cap.* 16. *num.* 4. *et eadem Rota deciſ.* 14.
num. 4.
Et ideò fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Concordat infra *deciſ* 892. *num.* 5.
B Concordat infra *deciſ* 700. *num.* 1.
C *Surd qui alios citat deciſ.* 231. *ſub num* 2. *& ſeqq. Maſcard.
15 de probat. concluſ.* 1006. *num.* 6. 7. *& ſequentib. Rot in
Vigleuanen locationis* 31. *Ianuarij* 1605. *coram Corduba*;
quod procedit, etiam ſi notarius dicat, *vt conſtat ex
inſtrumento per me rogato, Surd. poſt alios d. deciſ.* 231.
num. 3. *Maſcard. d concluſ* 1006. *num.* 10. *Innocent. in
cap. quoniam contra, de probat. Dec conſil* 5. *num.* 5. *Af-
flict. deciſ.* 48. *num.* 2. *Rot. in Romana officij* 31. *Ianuarij*
1628. *coram R. P. D. meo Pirouano*.
Limitatur tamen prædicta concluſio, primò, quando man
16 datum fuit enunciatum in aliquo inſtrumento, præſente,
& conſentiente domino, vel non contradicente, *per tex.
in l. ne ſatiſdatio ff rem rat haber. Roman conſil.* 63 *num.*
1. *Purpurat. conſil.* 51. *num.* 5. *Felin. in cap. cum in iure,
num.* 14. *de offic. deleg quos refert, & ſequitur Rota in dicta
Romana officij* 31. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. meo
Pirouano*.
Limitatur ſecundò, vbi inſtrumentum, in quo mandatum
17 enunciatur, eſſet ab ipſo domino productum in iudicio;
nam per talem productionem probatur mandatum non
ſecus, ac ſi ipſemet enunciaſſet, aliquem eſſe ſuum procu-
ratorem, etiam in caſu requirente mandatum ſpeciale,
Gratian. diſcept. 505. *num.* 1. 2. *&* 3.
Limitatur tertiò, vbi mandatum enunciatur in inſtrumento
18 antiquo, quia tunc ſatis pro eo præſumetur, *vt infra de-
ciſ* 550. *num.* 4.
Quartò, quia licèt enunciatiua notarij in inſtrumento pro-
19 lata mandatum non probet, multum tamen operatur
ad illud præſumendum, *Gabriel de procurator. dicta con-
cluſ.* 1. *num.* 9. *Menoch. præſumpt.* 33 *num.* 25. *lib.* 2. *Rot.
deciſ.* 440. *num.* 5. *in fine par.* 2. *recent. & in dicta Roma-
na officij coram R P. D. meo Pirouano, in Vaſionen Cap-
pellaniæ* 23. *Maij* 1625. *coram bon mem. Vbaldo*, maximè
concurrentibus alijs coniecturis, & adminiculis, *Rot. de-
ciſ.* 183. *num* 1. *part.* 1. *diuerſ Greg. XV. deciſ* 111. *num* 2.
Alias limitationes vide apud *Maſcard. d. concl.* 1006. *per tot.*
Supradicta procedunt, quando de mandato principali-
20 ter dubitari contingit; ſecus ſi incidenter, tunc enim
ſatis probatur etiam ex enunciatiua notarij aſſerentis,
rogatum fuiſſe à tali notario, & à ſe lectum, vt fuit di-
ctum *ſupra deciſ* 13. *num* 3. *quam diſtinctionem tradit
etiam Gratian. diſcept.* 737. *num.* 20 *& ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ferrarien. affictus.

Sabati 26. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Conductori molendini inſolito fluminis impe-
tu deſtructi, remittitur penſio: & quando
ruina euenit ex caſu inſolito, non tenetur ad
molendini manutentionem, licèt ſe ad id iu-
ramento obligauerit, & quamuis fuerit di-
ctum de caſu cogitato, & non cogitato.

SVMMARIVM.

1 *Conductori, qui vti non potuit re locata ad vſum deſtinatũ
etiam ſinè facto locatoris, fit penſionis remiſſio, & tanto
magis, ſi id caſu fortuito accidit, num.* 2.
3 *Conductori fit penſionis remiſſio, ſi prædium conductum
ita vi fluminis occupetur, vt coli non poſſit.*
4 *Conductori fit remiſſio, quando molendinum ob incur-
ſum aquarum redditum eſt inutile, necnon quando de-
ſtructa, vel perempta eſt illius ſubſtantia num.* 5.
6 *Molendini deſtructio fluminis impetu ex quibus probetur.*
7 *Caſus fortuitus non venit ſub promiſſione.*
8 *Fluminis inundatio dicitur caſus inſolitus, & ideo de ea
non videtur cogitatum.*
9 *Caſus inſolitus non comprehenditur, etiam quòd quis ſu-
ſcipiat in ſe periculum caſuum ſortuitorum, etiam acce-
dente iuramento, necnon etiam ſi fuerit dictum de caſu
cogitato, & non cogitato, num.* 10.
11 *Impenſa, quæ reſpicit vtilitatem perpetuam, & vltra tem-
pus conductionis duraturam, ſpectat ad locatorem, &
dominum, non autem ad conductorem.*

DECISIO CCX.

COMMVNITAS Bagnacaballi cõuenta ab Illuſtriſſ. D. Cardinali Eſtenſe ad præſtationes annuatim decurſas corbiarum 900. frumenti pro mercede duorum molendinorum, aliàs per eam à Sereniſſimo D. Duce Mutinæ d. Illuſtriſſimi D. Cardinalis fratre, & authore ad quinquennium 1. Martij 1597. inchoan. conductorum, oppoſuit inter alia de deſtructione Chiſæ

il-

illorum intra primum annum affictus, ob inſolitam flu-
minis inundationem, & rupturam: & ſic molendina
remanſiſſe inutilia toto tempore locationis; cauſaque
in Rota commiſſa, fuit dubitatum, an conſtaret de tali-
bus impedimentis, ſeù exceptionibus ita vt ſit, vel non
ſit locus executioni mandati per A. C. ad fauorem D.
Cardinalis relaxati; & DD. reſoluerunt d. exceptio-
nem deſtructionis Chiſæ obſtare, cum ſit releuans, &
probata. Releuans, quia remiſſio ſit conductori, qui
1 vti non potuit re locata ad vſum deſtinatum, etiam ſinè
facto locatoris *Bart. in l. cum in plures. ff. locat. verſ. in
contrarium, et verſ. aut fuit facta locatio*, & ibi *Caſtr.
num. 3. et ſeqq. Aret. conſ. 52 num. 2. Boſſ. in tit. de re-
miſſ. merced. conduct. num.* 40. cum alijs per *Surd. conſ.*
400. *num.* 33. *et conſ.* 563. *num.* 14. Et tanto magis ſi
2 hoc contigit caſu fortuito *l. ſi quis domum* 9. *§. fin.* &
ibi *Odofr. verſ. ſed pro eo tempore l. ſi quis fundum* 10. *§.
Imperator, l. item quæritur* 14. *§. exercitu l. ex conducto*
16. *§. fin. l. ſi fundus* 36. *et l. ſeq. ff. locat.* Vt de impe-
3 tu fluminis eſt text. *in d. l. ex conducto, §. ſi vis tempeſta-
tis*, & ibi *Odofr. Bald. et Salicet. Rub. Alexandr. conſ.* 153.
num. 3. *Cephal. conſ.* 257. *num.* 11. *et* 12. *Sebaſt. Medic.
in tract. de fortuit. caſ. part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 39. *Surd.
deciſ.* 326. *num.* 60. *Caball. conſil. deciſiu.* 102. *num.* 12.
par. 2. In ſpecie autem noſtra eſſe faciendam remiſſio-
4 nem, quando molendinum ob incurſum aquarum reddi-
tum eſt inutile, tradunt *Bald. conſil.* 119. *circa med. verſ. in
contrarium videtur, vſque ad fin. lib.* 1. *Fulgoſ. conſil.* 193.
verſic. in oppoſitam partem, vſque ad fin. quem in terminis
ſequuntur *Ripa in tractatu de peſte, tit. de priuileg. contr.
num.* 97. *in fin. Natt. conſil.* 256. *num.* 5. *& conſil.* 449.
num. 16. *Boſſ. vbi ſupra num.* 58. *Hippol. Rimin. conſil.*
637. *num.* 1. *& ſequentib. & num.* 39. *Eugen. conſil.* 50.
5 *num.* 46. *lib.* 1. Sicuti ſit, quando deſtructa eſt, vel per-
empta illius ſubſtantia, *Bald. in l. licet* 8 *num.* 7. *C. lo-
cat. quem ſequuntur Petr. de Vbald. de duobus fratrib. par.*
8. *num.* 35. *Boſſ. vbi ſupra num.* 61. *Surd. dicta deciſ.* 326.
num. 45. *& num.* 54. *in fin. & num.* 55. *& conſil.* 297.
num. 16. *verſic. ſed quando, & num.* 18. *Gratian. diſcept.*
195. *num.* 3. *&* 6. Prout hic contigiſſe videtur ex de-
ſtructione dictæ Chiſæ, cum illa videatur pars ſubſtan-
tialis molendinorum, quia ſinè ea molere, & exerceri
non poſſunt, vt notiſſimum eſt. Caſus autem iſtius de-
6 ſtructionis ex valdè inſolito, & inaudito fluminis impe-
tu concludenter probatur per quinque teſtes, qui non
ſunt de Communitate, videlicet ſecundum *in proceſſu
folio* 69. *à tergo, et fol.* 90. quintum *fol.* 127. *et* 128. ſe-
xtum *fol.* 137. *à tergo*, ſeptimum *fol.* 143. *à tergo*, & octa-
uum *fol.* 150. *à tergo, et* 153. *à tergo*, qui deponunt de
viſu, & ſcientia, & tanquam vicini ſunt optimè infor-
mati, & validas rationes adducunt, & dicunt etiam
de deſolatione, & ruptura Chiſarum quorundam mo-
lēdinorum vicinorum ob magnum diluuium aquarum,
& quòd caſus fuit inſolitus, & inauditus. Quod eſt
etiam veriſimile, quia notiſſimæ ſunt ingentes dicti an-
ni 1596. in diuerſis Italiæ partibus imbrium, & aqua-
rum inundationes, de quibus etiam meminit *Gratian.
d. diſcept.* 195. *num.* 21. Et verificatur quoque ex con-
trouerſia tunc orta inter dictam Communitatem Ba-
gnacaballi volentem reficere, ſeu reſtaurare dictam
Chiſam, ex vna; & Communitatem Lughi impedientem
ex altera; vt ex pluribus epiſtolis, tàm Vicelegati Fer-
rariæ, quàm Gubernatoris Lughi, *vt in ſummario Com-
munitatis num.* 3. 4. 5. *&* 6.

Non obſtat, quòd Communitas teneretur manutenere
Chiſam, tàm de iure, quàm ex forma pacti. Quia
cum illa eſſet totaliter deſtructa (vt prædicti teſtes de-
ponunt) non tenebatur ad refectionem, etiam ſtante
7 pacto. Tum quia prædictus caſus fuit non ſolùm for-
tuitus, qui non venit ſub dicta promiſſione, *Bald. d. con-
ſil.* 145. *verſ. ſecundò quia, & verſ.* 7. *quem ſequuta eſt
Rota in Meliten. conſerua* 3. *Iunij* 1613. *coram me con-
8 firmata* 28. *Nouembris* 1614. Sed inſolitus, cum ſit ex
A ijs, qui rariſſimè ſolent cōtingere; A. vt de inundatione
fluminis Arni in Ciuitate Florentiæ del 1557. *trad. Se-
baſt. Medic. de fortuit. caſ. par.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 10. de
quo non videtur cogitatum *Bart. in l. ſed ſi quis, §. quæ-
ſitum, num.* 3. *in fin. & ibi Scrib. ff. ſi quis caut.* cuius opi-
nionem communem dicunt *Ripa in dicto tractatu de peſt.
vbi ſupra num.* 97. *in princip. & num.* 107. *in fin. Hip-
pol Rimin. d. conſil.* 637. *num.* 40. *&* 42. *lib.* 6. *& Me-
noch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 80. *num.* 2. Et in terminis
tradit *Bald. d. conſil.* 119. *verſ. in contrarium, in princip.
quem ſequuntur Soccin. conſ.* 123. *num.* 10. *volum.* 4.
Natt. dicto conſ. 440. *num.* 17. *Sebaſt. Medic. dicto tract.
par.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 5. *& quæſt.* 16. *num.* 15. *Caputa-
quen. deciſ.* 96. *par.* 1. *Surd. dicto conſ.* 297. *num.* 8. *&
Rot. in Lucan. molendini* 22. *Martij* 1613. *coram R. P. D.
9 meo Veroſpio.* Nec comprehenditur, etiam quòd quis
ſuſcipiat in ſe periculum caſuum fortuitorum, *l. fiſtulas,
§. frumenta, ff. de contrahen. empt. Bart. in l. Seio* 10. *§.
medico num.* 4. *ff. de ann. leg. Bald. d. conſ.* 119. *& dicto
conſil.* 145. *num.* 1. *verſ. tertiò quia, lib.* 2. *& de commu-
ni Boſſ. vbi ſupra num.* 58. *&* 59. *verſ. tamen non ad ca-
ſum, Rub. Alex. dicto conſ.* 153. *num.* 2. *Aym. conſ.* 95.
num. 2. *& conſ.* 294. *poſt princip. verſ. in quibus locis,
Surd. dicto conſ.* 326. *num.* 52. vbi circa fin. refert atte-
10 ſtantes hanc eſſe communem, etiam accedente iura-
mento, ac etiam ſi fuerit dictum de caſu cogitato, &
incogitato, quem ſequuntur *Gratian. dicta diſceptat.* 195.
num. 8. *&* 9. qui loquitur in terminis inundationis di-
cti anni 1598. & allegat deciſionem Illuſtriſſimi Domi-
ni Cardinalis Millini in *Romana remiſſionis affictus* 15.
Decembris 1591. *& alij per Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuention. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 3. *&* 4. Et ſic ceſ-
ſat pactum, quòd locator non teneatur ad remiſſionem,
niſi in quatuor caſibus expreſſis. Tum etiam, quia ex-
11 penſa fuiſſet magna, & reſpiciebat vtilitatem perpe-
tuam, & vltra tempus conductionis duraturam, quæ
ſpectat ad locatorem, & dominum, non autem ad con-
ductorem, vt in terminis molendini deſtructi, *Bart. in
l. cotem ferro, §. qui maximos, num.* 13. *verſic. & certè,
ff. de publican. & vectigal. Bald. dicto conſil.* 119. *prope fin.
verſ. ſed caſus noſter, Natt. d. conſ.* 449. *num.* 14. *& ſequē-
tib Roland. conſ.* 83. *n.* 5. *& ſequentib. libro* 4. *Menoch. de
arbitr. caſu* 215. *num.* 5. *in fin. cum ſeq.* Aliæ autem
exceptiones videlicet impedimenti illati per milites de
tempore recuperationis Status Ferrariæ, & quòd con-
tractus affictus initus cum D. Duce per procuratorem
Communitatis fuerit per eam metu reuerentiali ratifi-
catus, viſæ fuerunt DD. non obſtare.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Caſus inſolitus, qui dicatur ad hunc effectum iudicis ar-
bitrio relinqui, tradit *Menoch. de arbitr. caſu* 80. *num.* 8.
poſt Rip. in tractatu de peſt. tit. de priuileg. contract. num.
103.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Pe-

Peruſina hæreditatis.

Lunæ 28. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Immiſſio hæredi ſcripto ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.* non retardatur per exceptiones altiorem indaginem requirentes, & plura alia circa hanc materiam, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ſcripto poſt probationem incumbentium competit remedium* legis fin. C. de edict. diu. Adr. toll.

2 *Immiſſio hæredi ſcripto non retardatur exceptione dementiæ teſtatoris tanquam continente vitium inuiſibile, niſi incontinenti probari poſſit, nec alia qualibet exceptione altiorem indaginem requirente, & num. 32.*

3 *Altiorem indaginem requirere dicitur probatio facienda per teſtes mediante remiſſoria.*

4 *Incontinenti quando dicatur probari exceptio ad impediendam hæredi immiſſionem ex remedio* l. fin. *Iudicis arbitrio remittitur.*

5 *Remiſſoria non conceditur ad impediendam immiſſionem hæredi ex remedio* l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. *& num. 36.*

6 *Sanæ mentis quiſque præſumitur, maximè ſi talis in teſtamento à notario aſſeratur, num. 7.*

8 *Præſumptio, quòd quis ſit ſanæ mentis, excludit leues probationes contrarias.*

9 *Religioſis confeſſarijs plurimum defertur in probanda ſana mente alicuius.*

10 *Remiſſoria denegatur, quando fumus contrarijs præſumptionibus euaneſcit.*

11 *Immiſſio ex remedio* l. fin. *non datur ex ſola productione exempli teſtamenti, etiam ſi eſſet manu eiuſdem notarij rogati, ſed exhibendum eſt originale. Intellige vt num. 12. & 13.*

14 *Statutum mandans, actum confici debere aliter, quàm diſponitur à iure communi, cenſetur inducere formalem ſolemnitatem.*

15 *Adiectum dicitur pars principalis diſpoſitionis, cui adijcitur, & in eo cenſetur repetita pœna in diſpoſitione appoſita, num. 16.*

17 *Notarius de iure communi non tenetur cognoſcere contrahentes, vel diſponentes.*

18 *Statutum ſi poteſt in pluribus correctionem iuris communis inducere interpretatur, vt in vno tantùm corrigat.*

19 *Negatiuam alleganti ad teſtamẽtum inualidandum incumbit onus probandi.*

20 *Teſtamentum, iuxta Statutum Peruſinum* volum. 2. rubr. 42. *debet inſinuari citato hærede ab inteſtato, & facto proclamate generali.*

21 *Statutum vbi requirit certas ſolemnitates illis nõ adhibitis, ſiue annullet actum, ſiue non, adhuc remanet nullus.*

22 *Statutum Peruſinum annullans teſtamenta, & alias vltimas voluntates non inſinuatas infra ſex menſes à Kalend. Maij, vſque ad Kalend. Nouembris, intelligitur, ſi præceſſerit bannimentum de ordine Prætoris faciendum.*

23 *Inſinuatio vltimarum voluntatum iuxta Statutum Peruſinum non requirit citationem. Limita, & intellige vt num. 24. & 25.*

26 *Statutum requirens in aliquo actu inſinuationem, ſub pœna nullitatis immediatè adſcripta, & vlterius alias ſolemnitates, intelligitur vbi nullitas fuerit commiſſa ob defectum inſinuationis, non autem aliarum ſolemnitatũ.*

27 *Statutum iuris communis correctorium in dubio interpretari debet, ne actum infringat.*

28 *Procuratorum atteſtationi multum defertur circa obſeruantiam Statuti illius loci.*

29 *Statutum Peruſinum annullans inſtrumenta vltimarum voluntatum infra ſex menſes à Kalend. Maij vſq; ad Kalend. Nouembris non inſinuata, intelligitur quatenus pars intra illud tempus inſtrumentum nullum declarari fecerit.*

30 *Immiſſus ſemel non poteſt ampliùs pro immiſſione experiri. Intellige, & limita vt num. 31.*

33 *Immiſſio hæredi ſcripto non impeditur exceptione incapacitatis.*

34 *Immiſſio hæredi ſcripto non impeditur vitio præteritionis incontinenti non probatæ.*

35 *Præteritio quando dicatur incontinenti probata ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto.*

37 *Remiſſoria denegatur in cauſis executiuis, vel conceditur ſinè retardatione executionis.*

DECISIO CCXI.

1 CVM Io. Paulus hæres ſcriptus in te-
ſtamento q. Margaritæ eius materte-
ræ non abolito, nec in aliqua parte
ſuſpecto ſibi incumbentia probauerit
eſt immittendus in poſſeſſionem bo-
norum dictæ teſtatricis ex *remed. l. fin.*
C. de edict. Diu. Adr. toll. Nec obſtant
exceptiones Ioãnis Bernardini dictæ Margaritæ ex fra-
tre nepotis poſſeſſoris, & ſucceſſionem ab inteſtato
2 prætendentis. Prima enim, quòd Margarita tanquam
demens, eſſet inteſtabilis, vti continens vitium inuiſi-
bile non impedit immiſſionem, niſi ſit incontinenti pro-
A bata, vel probanda, A. *Alberic. in l. fin. num. 5. verſ. item
oppono, Bart. in l. 2. ante numerum primum, Bald. in
princ. verſ. et illud eſt verum, & Salicet. in princ. C. eodem,
Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 830. & Rota in Au-
ximana hæreditatis de Ruffinis 6. Martij 1606. coram Il-
luſtriſſ. D. Card. Lancell.* & de exceptione dementiæ
teſtatricis *Angel. conſ. 135. num. 2. Boer. deciſ. 23. num. 103.
in fin. Simon de Pratis de interpret. vlt. vol. lib. 2. fol. mihi*
84. *num. 27. &* inteſtabilitatis *Menoch. d. remed. 4. num.
745. & ſeq. cum cumulatis per Peregr. de fideicom. art. 48.
num. 28. & 30.* & de omnibus exceptionibus altiorem
indaginem requirentibus *not. communiter. per DD. in
3 d. ll. 2. & fin.* Probatio autem per teſtes à Io. Bernar-
dino oblata, mediante remiſſoria, non dicitur inconti-
nenti, ſed altiorem requirit indaginem *ad not. in d. l.
2. Neuizan. conſ. 56. per tot. & præſertim in fin. verſ. ex
quibus concludo, & Menoch. de arbitr. caſu 12. num. 4.
4 verſ. ſi enim exceptio.* Et quamuis hoc ſit arbitrarium
*Gloſ. in l. 3. verb. hodie, ff. vt in poſſeſſ. leg. Bald. in d. l. 2.
num. 1. in fin. & ibi Salicet. num. 4. in fin. & Iacobin.
num. 7. cum alijs per Menoch. de arb. d. caſ. 12. num. 4. &
d. remed. 4. adipiſc. ſub num. 730.* Rota tamen tenet, non
probari incontinenti per teſtes examinandos in parti-
5 bus cum remiſſoria, quam propterea non concedit ad
impediendam immiſſionem, *Ioan. Paul. deciſ. 287. in ma-
nuſcript. Card. Seraph. deciſ. 1364. num. 1. & fuit ten-
B tum in d. Auximan. & in alijs,* B. Vndè nihil faciunt te-
ſtes Io. Bernardini in partibus ſinè citatione examinati:
quia vbi etiam dare poſſent fumum dementiæ, non in-
de reſultat, quin probatio altiorem requirat indagi-
6 nem. Et ſtat præſumptio, quòd teſtatrix fuerit ſanæ
men-

mentis l. nec codicillum, & ibi Gloſ. & DD. C. de codicill.
cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Corn. conſ. 216. num. 13. verſ.
imò ſtatur vol. 3. Pariſ. conſ. 88. num. 18. vol. 3. Rot. de-
ciſ. 577. num. 7. par. 1. diuerſ. cum cumulatis per Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. num. 2 & ſeq. Menoch.
præſumpt. 45. num. 19. & 20. lib. 6. & Surd. conſ. 89.
7 num. 3. quæ præſumptio, iuncta aſſertione notarij de
dicta ſanitate mentis, plurimum operatur, Bald. & alij in
l. ſanum, C. de tranſact. Corn. d. conſ 216. num. 14. Pa-
riſ. d. conſ. 88. num. 21. Bero. d. conſ. 56. num. 10. in fin.
& Surd. d. conſ. 89. num. 7. & excludit leues probatio-
8 nes contrarias Dec. in l. ſenium num. 9. C. qui teſtam.
fac. poſſ. Monterent. ad Statut. Bonon. ſub rubr. de teſtam.
in §. qui ſacerdos, in verbo ſana mentis. Tanto magis
9 concurrente etiam atteſtatione (quamuis extraiudi-
ciali) de dicta mentis ſanitate, & prudentia teſtatricis
trium Religioſorũ, qui fuerunt illius confeſſarij, eiq. ad-
miniſtrarunt ſanctiſſima Sacramẽta, quibus in hac mate-
ria fides non leuis adhiberi ſolet, Soarez alleg. 1. num.
13. & Rot. deciſ. 107. num. 7. verſ. & eodem modo, par.
10 2. diuerſ. & ſic fumus contrarius euaneſcit, quod ſuf-
ficit pro denegatione remiſſoriæ, vt fuit dictum in To-
letana Parochialis 29. Martij 1593. coram bon. mem. Litta,
& in Giennen. Portionis 4. Decembris 1613. coram me.
11 Secunda verò exceptio, quòd pro immiſſione obtinẽ-
da non ſufficiat ſimplex ſumptum teſtamenti, etiam ſi
eſſet manu eiuſdẽ notarij rogati, ſed ſit exhibendum ori-
ginale l. 1. §. ſi quis in duobus, in fin. vbi Bart. num. 1.
& 2. ff. de bon. poſſ. ſecundùm tabul. & Rot. in Romana
ſeu Tiburtina caſtrorum 4. Iulij 1607. coram Reuerend.
Lugdunen. cum alijs allegatis, viſa fuit non obſtare: quia
12 hoc procedit in mero, & ſimplici exemplo, vel ſumpto,
non autem in authentico, & redacto in publicam for-
mam cum ſolemnitatibus requiſitis per eundem nota-
rium rogatum, vt ita Bart. declarat Dec in auth. ſi quis
in aliquo, num. 15. C. de eden. quem in terminis ſequuntur
Zuccard. in d. l. fin. num. 92. verſ. nec obſtat, & Perſo-
nal. de adipiſc. poſſeſſ. num. 150. verſ. nec prædictæ opinioni.
13 Tunc enim exemplum ſufficit ad immiſſionem in hoc
remedio Iaſ. in d. l. fin. num. 4. verſ. ſed intellige, et ibi
Zuccard. d. num. 92. verſ. ſed nihilominus, Sapia num.
14. et 15. et Mantua in prima lectura num. 58. Perſonal.
d. num. 160. in princ. Menoch. d. remed. 4. num. 635. &
tenet etiam, & ſeruat Rot. teſte Verall. deciſ. 351. par.
2. & nouiſsimè tradit Gratian. diſcept. 187. num. 13. 14.
C & 16. C. Tertia exceptio nullitatis teſtamẽti ob nõ ſer-
14 uatum ſtatutum Peruſinum ſub rub. 41. vol. 3. mandans,
quòd notarius debeat cognoſcere contrahentes, vel
diſponentes vnum, vel plures, & quòd ſic videtur in-
ducere ſolemnitatem formalem, cum iſtud à iure com-
muni non requiratur Iaſ. conſ. 97. num. 2. verſ. item cum
tale, vol. 4. Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. in 9. ſigno
de reſcript. & Surd. deciſ. 268. num. 10. tollebatur,
quia ſtatutum nihil aliud facie, niſi quòd imponit ean-
dem pœnam mutanti nomen patris, aut aui, vel alte-
rius cuiuſcunq; quam impoſuerat principale ſtatutum
15 mutanti nomen proprium: quod expreſsè patet, quia
poſt finem d. ſtatuti principalis per viam adiectionis
ad illud ſubditur. Addens, quòd eandem pœnam in-
currant malitioſè mutantes nomen, vnum vel plures,
vel alterius cuiuſcunque, &c. Et ſic cenſetur pars eiuſ-
dem principalis ſtatuti, Cardinal. in clemen. ſtatutum,
num. 5. verſic. et eſt ratio, de electíon. Abb. in cap. de
multa, num. 18. in ſecundo notab. de præbend. & illa
16 clauſula, quam ſubijcit ſtatutùm videlicet, & No-
tarius debeat cognoſcere contrahentes, vel diſponentes, non
vlteriùs operatur, quàm pœnæ repetitionem notario
non cognoſcenti, Gloſſ. in d. cap. de multa, in verb. in
eadem verſ. & pœna præmiſſa, & ibi Abb. dicto notab
2. Lap. in clem. ſtatutum num. 2. & ibi Card. d. num. 5,
verſ. ex hac ſolutione, & Felin. in cap. ſuper quæſtionum
num. 2. in primo not. de off. deleg. & ſatis eſt, ſtatutum
17 iuris communis correctorium hoc operari, cum de iure
communi non ſit neceſſe, notarium notos habere con-
trahentes, vel diſponentes, vt poſt Nicol. de Matarel.
tradunt Io. And. in add. ad Specul. in rub. de inſtr. edit.
col. mihi 7. verſ. ſed non quid perſonis, Bald. in rub. C. de
fid. inſtr. num. 21. Ruin. conſ. 189. num. 17. vol. 1. Ber-
tazol. clauſ. 2. gloſ. 2. num. 9. & in teſtamentis Monte-
rent. in d. §. qui ſacerdos, in verb. cognoſcere, verſ. ſed
quod habeant, & Rot. deciſ 434. num. 1. part. 1. diuerſ.
18 Quando enim ſtatutum poteſt in pluribus inducere
correctionem iuris communis, interpretatur, vt in vno
tantùm corrigat ad not. per Abb. in cap. cum dilectus num.
21, de conſuetud. cum cumulatis per Honded. conſ. 1. num.
33. vol. 1. Vltra quòd ſtatutum non dicit, quòd nota-
rius ſcribat, ſe habuiſſe huiuſmodi cognitionem, & præ-
ſumptio eſt, quòd illam habuerit, cum eſſet Peruſinus,
& in Collegio notariorum d. Ciuitatis deſcriptus, &
teſtatrix eſſe nobilis eiuſdem Ciuitatis, & idem nota-
rius eam aſſeruerit nedum talem, ſed etiam ſanam men-
te, & ſenſu, & in bona conſcientia conſtitutam: & fun-
19 danti ſe in negatiua ad inualidandum teſtamentum in-
cumbit onus probandi Bart. in l. in illa 8. num. 5. & ibi
Iaſ. num. 14. ff. de verb. oblig. cum latè allegatis per Gabr.
de probat. concl. 6. per tot. Quarta exceptio, quòd in-
20 ſtrumentum dicti teſtamenti non fuerit inſinuatum,
citato nominatim Io. Bernardino hærede ab inteſtato,
nec facto proclamate generali, vt expreſsè diſponitur
in alio ſtatuto Peruſino vol. 2. ſub rubr. 42. de quo in
ſpecie meminit Eugen. conſ. 25. num. 27. & 28. & pro
cuius validitate conſuluit Bald. conſ. 184. per tot. vol. 5.
21 & ideo non valeat, ſiue intelligatur, quòd d. ſtatu-
tum annullet ipſo iure, vt in illius ſpecie dixit Angel.
conſ. 36. col. 3. in prin. ſiue non ipſo iure, ſed teſtamen-
tum careat effectu, quia inſinuatio ab eo poſt factum
requiritur iux. doctr. gloſ. Bart. & Bald. in l vniuerſa, C.
de precib imper. offeren. & in eodem ſtatuto idem Bald. conſ.
144. num 4 vol. 5. Corn. conſ 30. num. 3. & 7. vol. 3. &
in ſimili ſtatuto Decian. reſponſ 60. num. 6. & 7. vol 4.
viſa fuit Dominis non obſtare; quia dictum ſtatutum
22 in vna parte diſponit, facien. eſſe aſſignationem, ſeù
præſentationem teſtamenti, vel inſtrumenti alterius
vltimæ voluntatis infra ſex menſes à Kal. Maij vſque ad
Kal. Nouembris per habentem penes ſe aliquod ex dd.
inſtrumentis, aliàs vult, quòd inſtrumentum ſit nùl-
lum; & ex hoc capite Io. Bernardinus non prætendit,
nec prætendere poteſt nullitatem teſtamenti. Tum
quia ſtatutum annullat teſtamentum, vel aliud inſtru-
mentum non præſentatum, ſolùm quando præcedit ban-
num, quod mandat fieri per Prætorem qualibet die Sa-
bathi à dd. Kal. Maij vſque ad Kal. Nouembris de fa-
cien. præſtationes per habentes penes ſe huiuſmodi te-
ſtamenta, vel inſtrumenta, vt in §. & poteſtas. Vndè
niſi probetur, publicatum fuiſſe huiuſmodi bannum, non
poteſt intrare diſpoſitio d. ſtatuti, illa enim non habet
locum, niſi ſeruata forma ſtatuti, & verificato præſup-
poſito, ſub quo loquitur ipſum ſtatutum ex vulgar. Tùm
etiam, quia Io. Paulus præſentauit d. teſtamentum infra
dd. ſex menſes, & Iudex mandauit, illud tanquam non
abolitum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum regiſtrari,
& inſinuari in actis, & libris Peruſij, vt in ſummario d.
23 Io. Pauli num. 4. Ad hanc verò præſentationem nulla
erat neceſſaria citatio, quia nedum hoc non cauetur
in d. ſtatuto, imò in eo expreſsè dicitur, quòd etiam ſinè
illa ſufficit ſola aſſignatio ad effectum, vt peti non poſſit
caſ-

caſſatio teſtamenti, quod etiam ponderauit *Rot. in alia*
Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis 7. *Februarij* 1605.
coram bon. mem. Litta. In alia verò parte d. ſtatutum
24 diſponit de inſinuatione facien. & in hac caſui noſtro
applicari non poteſt, quia loquitur quando is, qui aſ-
ſignauit, ſeù præſentauit teſtamentum, vel aliud inſtru-
mentum vltimæ voluntatis, vult etiam, & petit illud
inſinuari, ad hoc ne ampliùs intentari poſsit illius caſſa-
tio: & tunc ſolùm ſtatutum mandat citari nominatim
partem intereſſe habentem, & publicari proclama, &
dicit etiam, quomodo ſit procedendum parte compa-
rente, & contradicente, vel non, verba autem ſunt
clariſsima, ibi; *Et facta productione alicuius ex eis per*
aliquem, &c. tunc iudex ad petitionem producentis, &
aſsignantis citari faciat nominatim, &c. ad opponendum
contra inſtrumentum, & contra petitionem ſuper inſinua-
tione, vel caſſatione; cum itaque non doceatur fuiſſe fa-
ctam per Ioannem Paulum huiuſmodi petitionem, ap-
plicari conſequenter non poteſt diſpoſitio d. ſtatuti,
vt ex prædictis.
Nec obſtat, quòd Io. Paulus petierit, & iudex decreuerit, d.
25 teſtamentum inſinuari iuxta formam ſtatutorum. Nam
cum petitio, & decretum loquantur de receptione, ad-
miſsione, deſcriptione, regiſtratione, & inſinuatione in
actis, & libris publicis Communis Peruſij, & nihil aliud
reperiatur factum, niſi regiſtratio teſtamenti in dd. actis,
& libris, vt in fine decreti ibi, *Prout inſinuatum fuit,*
&c. clarè patet, actum ſolummodo fuiſſe de dicta regi-
ſtratione, & illa verba, *deſcribi, regiſtrari, & inſinua-*
ri, eſſe ſynonima, & ita non fuiſſe intellectum de illa in-
ſinuatione facien. ad finem, vt non poſsit peti caſſatio,
de qua loquitur d. ſtatutum: quia non fuiſſet dictum
in decreto, *prout inſinuatum fuit, &c.* cum talis inſi-
nuatio non perficiatur per ſimplicem regiſtrationem in
actis, ſed ſeruata forma dicti ſtatuti. Et nihilominus
26 etiam ex omiſsione citationis, & proclamatis ſtatu-
tum non annullat teſtamentum, vel aliud inſtrumen-
tum, quia clauſula annullatiua eſt immediatè appoſita
poſt diſpoſitionem factam in caſu, quo teſtamentum,
vel aliud inſtrumentum præſentatum non fuerit, vt cla-
riſsimè colligitur ex lectura ſtatuti: & propterea ad
hunc tantùm caſum, non autem ad omnes eſt referenda
l. filium ff. quando dies leg. ced. l. fin cum ibi not. ff. de
reb. dub cum alijs per Gabr. de clauſul concl. 9. *num.* 11. &
27 vbi hoc dubium eſſet, non debet fieri talis relatio ad an-
nullandum teſtamentum ex defectu inſinuationis, & ſic
ad correctionem iuris communis, *Abb. in cap. Eccleſia*
veſtra, il 2. *num.* 5. *de elect. Iaſ. in l. talis ſcriptura, num.*
39. *ff. de leg.* 1. *cum alijs per Gabr. d. concl.* 9. *num.* 5. *&*
Menoch. præſumpt. 183. *num.* 10. de quo non eſt neceſ-
ſaria inſinuatio vltimarum volontatum ad *not. per omnes*
in l fin. C. de donat. cauſ mort. Et tollitur difficultas, quia
(quicquid dicat ſtatutum) inſinuationes prædictæ ſem-
per ab immemorabili tempore fuerunt factæ ſinè ali-
qua citatione, vt declarauit Collegium Cauſidicorum
Ciuitatis Peruſij per eius decretum ſub die 18. Martij
28 1594. *in ſummario Io. Paul. num.* 5. cui aliàs detulit *Rot.*
in d Peruſin. de Bigazzinis circa ſolitum Legatorum con-
cedendi licentias inſinuandi poſt tempus à ſtatuto præ-
fixum. Et in omnem caſum ſtatutum ante factam inſi-
29 nuationem, & petitam caſſationem non tollit, nec ſu-
ſpendit fidem inſtrumenti quandocunque, non obſtan.
quòd lapſum fuerit tempus à ſtatuto præfixum, cum in-
fra iſtud tempus pars nō petierit caſſationem, vt expreſ-
sè in illo cauetur, *in* §. *ſed ſi non fuerit, & conſiderauit*
Rot. in d. Peruſina de Bigazzin. & ideo caſus remanet in
diſpoſitione iuris communis, & teſtamentum meretur
executionem *ex d. l. fin.* Quinta demum, & vltima ex-
30 ceptio, quòd Io. Paulo ſemel immiſſo ampliùs non com-
petat remedium d. l. fin. §. *ſequens, Inſt. de interdict. Spe-*
culat. in tit. de teſtam. §. *ſequitur num.* 32. *Menoch. d. re-*
med. 4. *num.* 506. *& Card. Seraph. deciſ.* 126. *num.* 4. ni-
31 hil facit, quia immiſſio fuit per Rotam habita pro nulla,
ex quo non fuerat citatus Io. Bernardinus, qui in ca-
pienda poſſeſſione præuenerat, & ideo Io. Paulus non
videtur immiſſus *l. non videtur vbi Odoffr. Alber. Angel.*
Caſtr. Alex. & Imol. ff. de acq. poſſeſſ. Io. Fab in d. §. *ſequens,*
num. 3. *Inſtit. de interdict.* & illi competit remedium *d. l.*
fin. ac ſi nunquam fuiſſet immiſſus *Neuizan. d. conſ.* 56.
num. 12. *& tenuit Rota in Forolinien. de Monſignanis* 26.
D *Febr.* 1603 *coram bon. mem. Penia*, D & eſt clariſſimum.
Ex quibus vtraque parte informante fuit ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Immiſſio hæredi ſcripto ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu.*
Adrian. tollen. non impeditur vitio inuiſibili, quando il-
32 lud incontinenti probari non poteſt, vt præter hic alle-
gatos, *Gratian. diſcept.* 702. *à num.* 42. *vſque ad* 52. &
de qualibet exceptione altiorem indaginem requirente,
Oſaſch. deciſ. 26. *num.* 15. *Gregor. XV. deciſ.* 194 *num.* 22.
33 & fuit dictum *in Romana de Cincijs* 19. *Ianuarij* 1628.
coram R. P. D meo Pirouano, & in alijs infra coram Do-
mino meo, & de exceptione incapacitatis, *Caputaq. deciſ.*
342. *part* 2. *Rot deciſ.* 387. *num.* 5. *&* 6. *part.* 1. *recent.*
& in Ferrarien. de Taſſonis 27. *Iunij* 1614. *coram Reue-*
rendiſſimo Patriarcha Pamphilio, in Bononien de Malue-
34 *tijs* 27. *Martij* 1624. *coram R P. D. meo Pirouano*; & de
vitio præteritionis eadem *Rot. deciſ* 526. *num.* 1. *part.* 1.
recent. & in Romana hæreditatis de Agazzarijs 5. *Iulij*
1621. *coram bon. mem. Remboldo*, niſi incontinenti pro-
bari poſſit, *Rota poſt alios d. deciſ.* 526. *num.* 7. *part.* 1.
35 *recent.* dicitur autem hæc exceptio incontinenti probari,
quando talis probatio reſultat ex ipſomet teſtamento, vt
quia pater in vna parte teſtamenti de filio mentionem fe-
cit, & deinde illum non inſtituit, ſed exhæredauit, quo caſu
dicitur præteritus *Menoch. de adipiſcen. remed.* 4. *num.* 729.
ſecus autem, quando præteritio ex alio extrinſeco deſu-
mitur, quia ſcilicet ſit probanda filiatio aliunde ad effectum,
vt tanquam talis dicatur præteritus, tunc enim exceptio
præteritionis immiſſionem non impedit, *Dec. in d. l. fin.*
num. 43. *verſ. non omitto. Menoch d. remed.* 4. *num.* 731.
Rota in d. Romana hæreditatis coram Remboldo.
B Remiſſoria non conceditur ad impediendam immiſſionem
36 ex remedio *l fin C. de edict. diu. Adr. tollen.* vt præter hic
allegatos *Rot. deciſ* 1039. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ Gregor.*
XV. deciſ. 367. *num* 1. & ibi *Adden. num.* 5. vbi meminit
huius deciſionis, *Rot. deciſ* 212. *num.* 7. *part.* 1. *recent.*
Cardinal Caualer. deciſ. 208. *num.* 3. & fuit dictum *in Ari-*
minen bonorum 31 *Ianuarij* 1620. *coram bon mem. Vbal-*
do, & regulariter in iudicijs poſſeſſorijs. & executiuis, vel
37 remiſſoria denegatur, vel conceditur ſinè retardatione
executionis, *vt per Rot. deciſ* 625. *in fine part.* 3. *lib.* 3.
diuerſ Seraphin. deciſ 294. *num.* 1. *&* 2. *Cardinal. Caua-*
ler. deciſ. 610. *num.* 2. *Rota in Neapolitana literarum cam-*
bij 13. *Nouembris* 1620. *coram bon. mem. Dunozetto*, in
qua denegata fuit remiſſoria ad retardandam executionem
literarum cambij.
C Sequitur *Rota in Romana hæreditatis de Arigonijs* 23. *Ia-*
nuarij 1627. *coram R. P. D meo Virili*.
D Immiſſus nulliter poteſt denuo agere pro immiſſione,
vt præter hic allegatos *Rot. in Caſenaten. de Aldinis* 24.
Ianuarij 1611. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino*
Decano poſt tractat. Merlin de legit. deciſ 25. *& infra deciſ.*
262. *num.* 9.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bur-

Burgi Sancti Donini Præpoſituræ.

Lunæ 28. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt geſta pendente termino ad appellandum, etiam cauſa commiſſa appellatione poſtpoſita, quando executor literarum Apoſtolicarum ſummariè, & non ordinariè proceſſit contra habentem parem titulum; & quando ſententia continet mixturam:

SVMMARIVM.

1 *Ordinariè, & per tres ſententias, non autem executiuè procedi debet inter habentes parem titulum.*

2 *Sententia canonizans iuſpatronatus, & concedens immiſſionem dicitur mixturam continere, & ideo redditur in totum appellabilis, etiam ſi vna ex illius partibus ab alia ſeparari poſſit, num. 3.*

4 *Contradictor legitimus ad impediendam immiſſionem proviſo Apoſtolico, cum clauſula*, Dummodo de tempore datæ, &c. *efficitur quis per productionem præſentationis patronorum ad ſui fauorem.*

5 *Attentata opponi non poſſunt ab eo, qui declinauit iuriſdictionem Iudicis attentantis, intellige vt num. 6.*

7 *Appellatio extraiudicialis dici non poteſt interpoſita ab executore, qui recepit probationes, & citari fecit partes ad ſententiam.*

8 *Appellatio extraiudicialis cauſat attentata reſpectu eius, quod fit contra appellationem.*

9 Clauſula, contradictores appellatione poſtpoſita, &c. *intelligitur quoad contradictores de facto, non autem de iure.*

10 Clauſula, contradictores appellatione poſtpoſita, &c. *operatur quando Iudex ritè proceſſit, neminem grauando.*

11 *Arbitrium non intrat pro attentatorum reiectione, quando attentata ſunt clara.*

12 *Arbitrium non intrat pro attentatorum reiectione, quando de bono iure non conſtat ex partis confeſſione, vel re iudicata.*

DECISIO CCXII.

1 ATTENTATA viſa fuerũt DD. clariſsima, ſententia enim Vicarij executoris erat euidenter quoad vtrumq; effectum appellabilis. Tum quia cum ageretur inter duos habentes parem titulum præſentationis à patrono, & prouiſionis à Sede Apoſtolica, non erat ſummariè, & executiuè, ſed ordinariè, & per tres ſententias procedendum, *vt per doctr. Bart. communiter receptã in l. fin. num. 31. verſ. aut comparet aliquis, C. de edict. diu. Adrian. & c. Caputaq. deciſ. 329. num. 2. par. 1. Put. deciſ. 294. num. 1. & deciſ. 408. ante num. 1. lib. 1. & deciſ. 131. lib. 2. inter nouiſſ. impreſſ.* & fuit dictum *in Mediolanen. beneficij 20. Iunij 1612. coram R. P. D. meo Caualerio* cũ alijs nouiſſimè allegatis *per D. Argel. in tract. de legitim. contradict. quæſt. 2. art. 1. num. 45.* vbi dicit, hanc eſſe praxim in Rota receptiſſimam, *& num. ſeqq.* pluribus comprobat rationibus. Tum etiam quia cum d. Vicarius (receptis nonnullis probationi-
2 bus ex parte D. Alphonſi Caſalis, & Mareſcotti per eum præſentati, quæ etiam fuerunt coram ipſo producta abſq; aliqua citatione procuratorum Dominorum Marchionum de Pallauicinis, & Dominici per ipſos mediante legitimo procuratore præſentati) declarauerit per d. ſententiam, Præpoſituram, de qua agitur, eſſe de iure patronatus d. D. Alphonſi ex fundatione, & dotatione, illumq. eſſe verum, & legitimum patronum, & Mareſcottum ab eo præſentatum eſſe immittendum in poſſeſſionem; clarè patet, eum exceſſiſſe fines man-
2 dati, & aggreſſum fuiſſe petitorium: conſequenter ſententiam ratione mixturæ fuiſſe appellabilem, etiam in totum *Bald. conſ. 141. num. 7. lib. 1. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 28. num. 101. verſ. maximè quia, Put. deciſ. 7. de Aegidian. Rot. deciſ. 356. num. 6. par. 1. diuerſ. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 321. Contard. de manuent.*
A *poſſ. limit. 24. num. 1. & 2.* A. Et etiam ſi vna ex illius
3 partibus poſſet ab alia ſeparari, *Rot. deciſ. 356. num. 6. par. 1. diuerſ. Contard.* vbi ſupra, *num. 20. & Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 6. num. 1. & 27.* Cum igitur ſequenti die immediatè poſt d. ſententiam d. Vicarius expediuerit mandatum de immittendo, & illinc poſt octo dies Mareſcottus fuerit immiſſus in poſſeſſionem Præpoſituræ, & ſic executio fuerit facta pendente tempore ad appellan. & poſt interpoſitam appellationem, omnia fuerunt abſque dubio attentata, vt eſt notiſſimum. Nec obſtat, quòd poſſeſſio eſſet vacans, & quòd Dominicus non exhibuerat titulum ſuæ prouiſionis Apoſtolicæ. Quia ſola præſentatio patronorum per eum
4 producta illum effecit legitimum contradictorem ad effectum, de quo agitur, ſtante clauſula in gratia Mareſcotti, *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, Rot. deciſ. 17. de præb. in nou. Creſc. deciſ. 7. de iur. patr. & in Baren. beneficij 1. Iulij 1611. coram bon. mem. Penia, & in Vrbinaten.* Cappellæ 13. *Iunij 1614. coram Reuer. P. D. meo Manzanedo.* Mi-
5 nùs obſtat, quòd DD. Pallauicini non poſſint dare de attentatis, cum declinauerint iuriſdictionem d. executoris, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 18.* Quia iſtud procederet, ſi per eos daretur de attentatis ex ca-
6 pite pendentiæ litis, in qua fuiſſent contumaces; ita enim procedunt allegata per Lancellot. vbi ſupra; verùm ipſi dant de attentatis pendente termino ad appellandum, & appellatione, & vlteriùs non fuerunt contumaces. Nec etiam ſubſiſtit, quòd appellatio ſit ex-
7 traiudicialis, quia imò fuit iudicialis; cum d. executor receperit probationes, & citari fecerit partes ad ſententiã, *Franch. in cap. bonæ ſub num. 16. verſ. in Gloſ. in fin. de appell. in 6. Lancellott. de attent. cap. 12. limit. 3. num. 2. & Scacc. de appellat. cap. 2. ſub num. 38.* Et qua-
8 tenus etiam poſſet dici extraiudicialis, nihilominus poſſeſſio eſſet attentata, quia contra appellationem *Achill. deciſ. 32. num. 1. & 2. & deciſ. 34. eiſdem numeris, de appellat. Lancellott. d. limit. 3. num. 9. Card. Seraph. deciſ. 397. num. 1. verſ. & niſi, & num. 3. & Scacc. vbi ſupra num. 36. & 37.* Prout nihil quoq; facit clauſu-
9 la, *appellatione poſtpoſita*, &c. quia intelligitur quoad contradictores de facto, non autem de iure, quales ſunt DD. Pallauicini, & præſentatus ab eis, *Cardin. in Clemen. 2. §. contradictores, de relig. dom. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 9. num. 41. Card. Seraphin. deciſ. 1176. num. 5.* & fuit dictum *in Celſonen. Præceptoriæ 4. Februarij*
B 1605. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, B & in alijs
10 ſæpiſſimè, & quando Iudex ritè proceſſit neminem grauando, *cap. paſtoralis, & ibi DD. de appellat.* & declarauit *Rot. in Mediolanen. beneficij coram R. P. D. meo Ca-*
C *ualerio 20. Iunij 1612.* C. Cum itaq; ex prædictis clariſſimè conſtet de attentatis; ideo DD. dixerunt, non
11 intrare arbitrium pro illorum reiectione, vt alias cenſuerunt *in Cæſarauguſtana diſmembrationis 23. Ianuarij 1610. coram Reuerendiſs. D. meo Damaſceno, in Ferrarien.*

Digitized by Google

D *rarien. dotis* 13. *Maij præteriti coram me*, D. & in alijs
32 paſsim. Nec viſum fuit conſtare de bono iure d. Caſalis, & præſentati ab eo ad effectum reijciendi huiuſmodi attentata, cum non adſit confeſsio partis, vel res iudicata, prout ad hoc requiri, etiam ſtante clauſula *ar-*
E *bitrio*, latè fuit dictum in allegaca *Ferrarien. dotis*, E. Et ideo fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Cardinal. Caualer. deciſ.* 499. *num.* 2. *et deciſ.* 510 *num.* 1. *et deciſ.* 599. *num.* 3. quando autem ſententia mixturam continere dicatur, tradit latè *Scacc. de appellat. quaſt.* 16. *limit.* 6. *membr.* 9. *à num.* 8. *infra, et aliqua Beltramus in annot. ad deciſ* 232. *num* 6.

B *Cardinal.* Caualer. *deciſ.* 253. *num.* 1. *Barboſ poſt alios de clauſul. vſu frequent. clauſul.* 33. *num.* 2. *iux Lugdunen impreſſ.* & allegata hac deciſione, fuit dictum *in Parmen parochialis* 22. *Iunij* 1619. *et in Leodien. Abbatiæ Ciracen.* 6. *Nouembris eiuſdem anni coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

C *Gregor. XV. deciſ.* 91. *num.* 10.

D Concordantes adduxi ſupra *deciſ.* 177. *lit. B.* quibus adde *Rot. in Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo. & in Leodien. dominij de Hollonia* 8. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*, in quibus hæc deciſio allegatur.

E *Rot. in d. Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. matrimonij.

Veneris 2. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum eſt nullum, & quando dicatur metu contractum.

SVMMARIVM.

1 *Metum iuſtum mortis, vel corporis cruciatus, inducit armorum terror.*

2 *Metus incuſſus ex armorum terrore non ceſſat ex illorum non vſu, imò neque ex depoſitione, quando de facili reaſſumi poſſunt.*

3 *Metus incuſſus ex armorum terrore plurimum operatur ad matrimonium annullandum.*

4 *Metum iuſtum mortis, vel corporis cruciatus inducit deprehenſio in adulterio.*

5 *Metus iuſtam cauſam habet, qui iniuriam, aut offenſam, fecit illis, à quibus nunc videt ſe offendi poſſe.*

6 *Metus quando dici poſſit cadens in conſtantem virum, Iudicis arbitrio relinquitur.*

7 *Matrimonium contractum poſt ſponſalia de futuro ſpontanea, & iurata dicitur voluntarium.*

8 *Matrimonium metu contractum remanet nullum, licèt ſponſalia voluntaria præceſſerint, etiam ſi metus ex propria culpa interuenerit.*

9 *Matrimonium non dicitur metu contractum, quando Iudex remedijs iuris cogit adimplere ſponſalia præcedentia; ſecus quando pars ad illa adimplenda incuteret metum cadentem in virum conſtantem.*

DECISIO CCXIII.

EXISTIMARVNT Domini, ſtandū eſſe in deciſis 19. Decembris 1614. matrimoniū videlicet reſpectu D. Emanuelis fuiſſe meticuloſum, & ſic nullum. Placuerūt enim fundamēta deciſionis. Primò aſsiſtentiā Philippi generi D. Blanchæ de tempore contracti matrimonij, & ante, & poſt armati enſe, & archibuſio; nā
1 ſolus terror armorum inducit iuſtum mortis, vel cruciatus corporis metum *l.* 3. *§. qui armati, & ibi Gloſ. in verb. armorum, & Bart. in §. armis in primo notabili ff. de vi, & vi arm. Gloſ. magna in l.* 1. *verſ. item numquid C. vnde vi*, quam vidiſſe indiſtinctè ſeruari dicit ibi *Alber. num.* 14. & cum ea tranſire communiter *Doct.* *teſtantur Salic. num.* 5. *verſ. item dubitari poteſt, & latè Hipp. Rim. in l. vt cum, num.* 61. 83. 86. *&* 201. *& ibi Bolog. num.* 27. *ff. de iuſt. & iur.* qui metus non ceſſat
2 ex non vſu armorum, imò nec ex illorum depoſitione, quando poſſunt de facili reaſſumi, & exerceri, *Gloſ. in dicto §. qui armati, in ver. ſi deiecerint, verſ. aut conueniſſent, & ibi Odofr. & Ang. in princ. & num.* 3. *Bart. in dicto §. armis in ſecundo notab. Monter. deciſ. Aragon.* 45. *num.* 19. & in ſpecie noſtra *Corn. conſil.* 41. *num.* 11. *lib.* 2. *Alexand. conſil.* 48. *num.* 3. *verſ. et hoc procedit lib.* 3. *et conſ.* 21. *num.* 3. *inter matrimonialia, Grat. conſ.* 38. *num.* 10. *in fin. et conſ.* 43. *num.* 12. *et* 13. *lib.* 2. *Io. Franc. de Ponte conſ.* 44. *num.* 18. *verſic. tametſi, latè Ferret. conſ.* 311. *num.* 11. *et pluribus ſeqq.* Et ideo hu-
3 iuſmodi armorum terrorem ad annullandū matrimoniū inter cetera præcipuè conſiderant *Alex. d. conſ.* 98. *num.* 3. *et conſ.* 156. *num.* 4. *et* 5. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 60. *num.* 15. *verſ. ex quo enim, vol.* 4. *Corn. dicto conſ.* 41. *num.* 11. *et ſeqq. Ferrett. d. conſ.* 311. *ſub num.* 6. *verſ. ex quibus applicatis, Grat. d. conſ.* 43. *num.* 12. *Io. Franc. de Ponte d. conſ.* 44. *num.* 8. *et* 18. *in princ. et Rot. in Hiſpalen. matrimonij* 18. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſsimo D. Cardin. Ludouiſio, cum pluribus per Sanchez. de matrimonio lib.* 4. *diſp.* 5. *num.* 5. *et per Menoch. præſumpt.* 4. *num.* 8. *lib.* 3. Et in propoſito viſus fuit Dominis tāto magis conſiderabilis, cum vltra Philippum, vt ſupra armatum, aſtiterint etiam duo filij Blanchæ, & multi famuli, & ancillæ licèt inermes: Emanoel verò eſſet ſolus, inermis, & nudus in lecto, nec alio vllo modo propriæ ſaluti poſſet conſulere, quàm matrimonium contrahen. prout tunc fuerat requiſitus; Secundò deprehenſio Emanuelis in lecto iacentis cum Blancha à dictis eius filijs, & Philippo genero, de quorum honore age-
4 batur; nam hæc pariter inducit iuſtum mortis, vel cruciatus corporis metum, etiam ſi iure quis non poſſit occidi; *l. nec timorem* 7. *§. proinde, ff. quod metus cauſa, et ibi Gloſ. in verb. non iure, et Bald. in addit. verſ. non occidi iure, et Ang. in princ. et num.* 1. *Azo in rubr. C. de his quæ vi, etc. num.* 5. *verſ. nam ſi adulter, Odofr. in l.* 3. *num.* 2. *verſ. ſed ſi aliquis deprehenditur, ff. quod metus cauſa, Monter. dicta deciſ.* 45. *num.* 18. & illam in ſpecie ad annullandum matrimonium inter alia ponderat *Alex. d. conſ.* 98. *num.* 4. *Alex. de Neuo poſt d. conſ. Alex. num.* 2. *lib.* 3. *Cepoll. conſ.* 2. *in ſecunda coniect. ſundo num.* 18. *verſ. ſecunda etiā coniectura*, vbi nititur, hoc fundamentum in facto vitare, *Pariſ. d. conſ.* 60. *num.* 19. *Io. Fran. de Pont. dicto conſ.* 44. *num.* 9. 10. *et* 11. *et Menoch. d. præ-*
5 *ſumpt.* 4. *num.* 7. iuſta enim cauſa timendi eſt, quando quis iniuriam, vel offenſam illis feciſſet, à quibus nunc videt ſe poſſe offendi, vt in puncto, *Alex. d. conſ.* 98. *num.* 5. *verſ. et iuſta cauſa, et verſ. nam D. Hieronymus et Pariſ. conſ.* 58. *num.* 65. *verſ. addens etiam, lib.* 4. Sed

quam-

quamuis etiam prædicta neceſſariò non concluderent metum probabilem, & in conſtantem virum cadentem; nihilominus in omnem caſum retenta illa concluſione,
6 quòd committatur arbitrio Iudicis, quando ille dici poſſit cadens in conſtantem virum, de qua *per Gloſ. Innoc. et Doct. in cap. cum dilectus, quod metus cauſa. Nauar. de communi in Manual. cap. 22. num. 51. verſ. quod verò, et alios in d. Hiſpalen 23 Iunij 1608. coram eodẽ Illuſtriſſimo D. Card. Ludouiſio*, Domini arbitrati ſunt, de illo etiam conſtare ex coniecturis præſumptionibus, veriſimilitudinibus, & alijs facti circumſtantijs cumulatis in deciſ. videlicet inimicitia filiorum Blanchæ, & Philippi eiuſdem generi cum Emanuele, tractatus eorundem de ipſum compellendo ad matrimonium contrahendum, verbaque per eos ante illud contractum prolata: & quia fuit celebratum in villa à Ciuitate diſtante, in domo, cubiculo, & lecto ipſius Blanchæ de media nocte, & ſic hora valde intempeſtiua: Parochus verò vocatus fuit ſub falſo prætextu infirmitatis eiuſdem D. Blanchæ, poſteaq. coactè retentus, & Philippus armatus; vt ſupra imperioſè dixit Emanueli, quòd ibi coram Parocho D. Blancham duceret in vxorem; & demum Emanuel; quamprimum potuit, de lecto receſſit, vt de his omnibus, vltra alios teſtes, benè deponit idem Parochus tunc inde examinatus; & poſtea cum ſummo mane diſceſſiſſet etiam de d. domo, ſtatim ægro animo cum ſuis amicis, & Epiſcopo Colimbrien. & poſtmodum iudicialiter coram Iudice oppidi de Formoſelche, conqueſtus fuit de matrimonio per metum contracto, vt deponũt quam plures teſtes *in veteri ſummario Emanuelis num. 14. & in nouo num.* 10. Nec obſtare viſum
7 fuit, quòd matrimonium dici debeat voluntarium tanquam contractum poſt ſponſalia de futuro ſpontanea, & iurata, per duas deciſiones firmata iuxta *doctr. Butr. in cap. requiſiuit num. 3. & Prapoſiti num. 2. verſ. ſoluit D. Ant. de ſponſal.* Quia cum conſtet, metum in illo in-
8 teruenisse, ſponſalia voluntaria præcedentia nihil operantur, ſed matrimonium remanet nullum, vt in dicto *cap. requiſiuit* declarant *Abb. num. 2. verſ. per hoc inſero, & Alex. de Neuo num. 2. Iaſ. in l. Titia num. 5. verſ. tertiò amplia, ff. de verb. oblig. Fortun. Garz. in repet. cap. 1. num. 121. verſ. vnum a ratione de pact. Ferret. conſ. 171. num. 6. & per totum, Couar. in epit. lib. 4. decretal. in princip. par. 1. cap. 4. num. 5. Gabriel conſ. 186. num. 12. lib. 2.* Card. *Mant. de tacit. & amb. lib. 3. tit. 17. num. 9.* & fuit etiam dictum in alia deciſione in fine; quod procedit, etiam ſi metus ex propria culpa interuenerit *text. in d. cap. veniens, il ſecondo, & ibi eadem Gloſ. fin. verſ. & eſt hic, de ſponſal. & Iaſ. in d. l. Titia, num. 5. verſ. notabiliter, Monter. d. deciſ. 45. num. 21.*
9 *verſ. nec obſtat*; alij verò, qui in contrarium adduci ſolent, procedunt quando Iudex remedijs iuris communis cogeret adimplere ſponſalia, non autem quando pars de facto (prout hic) incuteret metum, qui cadere poſſet in conſtantem virum, vt per *text. in d. cap. veniens il ſecondo*, & poſt *Oſt.* & alios ibidem declarat *Sanchez vbi ſupra lib. 4. diſput. 13. num. 9. verſ. ad primum.*

Cetera, quæ pro D. Blancha deducebantur, viſa fuerunt, vel reſponſione non indigere, vel eſſe ſublata in alia deciſione, à qua ideo Domini non receſſerunt, &c.

Barchinonen. [illegible]

Veneris 7. Decemb[illegible]

ARGVMENTVM.

Concurſus non exigitur in Paro[illegible] quarum cura habitualis penes [illegible] neficij, cui facta eſt vnio, actua[illegible] Vicarium reſidet: & an aliquid [illegible] retur obſeruantia in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus non exigitur in Vicarijs perpetuis, ſed deputantur ad nominationem illorum, in quorum Eccleſijs [illegible] tis ponuntur, præuio examine, & approbatione Ordinarij.*
2 *Concurſus exigitur in parochialibus vnitis, quando in Vicarium non nudum exercitium, ſed cura totalis, & habitualis transfertur.*
3 *Vnio acceſſoriè facta operatur, vt cura beneficij vniti ſemper reſideat habitu penes Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum exercitium curæ remaneat penes Vicarium, qui in Eccleſia, vel beneficio vnito deputatur.*
4 *Vicario vbi certa portio, ſeu congrua aſſignatur, cura beneficij vniti dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum nudum exercitium remanet penes Vicarium.*
5 Habere *verbum plenum ius denotat.*
6 *Vicarius habens curæ exercitium dicitur curam habere, licèt actu tantùm.*
7 *Sententia delegati Apoſtolici circa ius præſentandi multum defertur.*
8 *Concurſus in Vicarijs vnitis, & prouiſiones illius vigore, tanquàm non factæ iuxta conſtitutionem Pij V. nullæ ſunt, & ideo ex illis obſeruantia ad probandum ſtatum beneficij deſumi non poteſt.*

DECISIO CCXIV.

VACANTE perpetua Vicaria Beatæ Mariæ de Mari vnita Archidiaconatui erecto ſub eadem inuocatione in Cathedrali Barchinonen. cum Epiſcopus d. Eccleſiæ prætenderet, eſſe locum concurſui, Archidiaconus verò nominationem Vicarij abſque alio concurſu ad ſe ſpectare; dubitaui, an dicta nominatio ſpectaret ad Epiſcopum, vel Archidiaconum; & Domini pro Archidiacono reſponderunt, tum ex verbis vnionis, per quæ expreſsè reſeruatur dicta nominatio Archidiacono, & inſtitutio Epiſcopo, ibi, *Vicario ad præſentationem illius, qui eſt, vel pro tempore erit in illa dignitate, cui vnita eſt ipſa Eccleſia, &c. per nos præfatum Epi-*
1 *ſcopum, ſeù ſucceſſores noſtros inſtituendo.* Tum ex Bulla *fel. record. Pij V. de Vicar.* ex qua huiuſmodi Vicarij perpetui, non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſijs vnitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeù eorum Vicariorum præuio examine, & approbatione deputẽtur. Et ita etiam eſſe procedendũ ſine concurſu, ſæpius cenſuit Sacra Concilij Tridentini Congregatio, vt refert *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 3 num. 54. & tenuit Rota in Tiraſonen. iuris præſentandi 23 Maij 1583. coram bon. mem. Bubalo, & in Tiraſonen. Vicariæ 13.*

Octobris 1595. *coram bon. mem. Litta, confirmata* 4. *De-*
A *cembris ſubſequentis coram eodem*, A. Nec obſtare vi-
2 ſum fuit, quòd non ſit locus concurſui, quando Vica-
ria ita ſpectat ad Eccleſiam, cui eſt annexa, vt cura ha-
bitu penes ipſam Eccleſiam reſideat; ſecus verò quan-
do non nudum exercitium, ſed cura totalis, & habitua-
lis in Vicarium transfertur, vt declarauit eadem Sacra
Congregatio, *& Rota in Vlixbonen. iuris conferendi* 2.
Decembris 1605. *coram bon. mem. Litta, &* 13. *Iunij*
1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, & in*
Vlixbonen. concurſus 1. *Iulij* 1613. *coram Reuerendiſſi-*
mo D. meo Decano. Quia in propoſito prima, non au-
tem ſecunda pars diſtinctionis applicatur; quando enim
3 Eccleſia, vel beneficium acceſſorie vnitur, ſiuè alte-
ri Eccleſiæ, ſiuè Monaſterio, ſiuè beneficio ſeculari,
cura illius ſemper reſidet habitu penes Rectorem Ec-
cleſia, vel beneficij, cui fit vnio, & ſolum exercitium
curæ remanet penes Vicarium, qui in Eccleſia, vel be-
neficio vnito deputatur, *cap. ſuper eo*, & ibi *Gloſ. in*
verb. annexæ, & DD. de præben. in 6. *de communis Rota*
deciſ. 2. *de offic. Vicar. in antiq. Abb in cap. extirpanda,*
§. qui verò in repet. num. 15. *verſ. dicunt quidam, de*
præben. Felin. in cap. poſtulaſti, num. 1. *verſ. & nota quid*
licet, de reſcript. & fuit dictum *in Vlixbonen. concurſus* 1.
Iunij 1615. *coram R. P D. meo Remboldo*. Quod præ-
4 ſertim procedit, quando (prout hic) omnes redditus,
& prouentus Eccleſiæ vnitæ aſſignantur Eccleſiæ, Mo-
naſterio, vel dignitati, cui fit vnio, reſeruata ſolùm
certa portione, ſeu congrua pro Vicario: tunc enim
cura dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, vel bene-
ficij, cui fit vnio, & ſolum nudum illius exercitium
remanet penes Vicarium, *Oſt. Io. And. & alij in cap.*
expoſuiſti, de præbend. Abb. in repet. d. §. qui verò, ſub
dicto num. 15. *verſ. ſi autem perceptio, Felin in dicto cap.*
poſtulaſti num. 1. *verſ. ſed Abbas, Rebuff. de congr. poſt*
num. 117. Caput. *deciſ.* 339 *num.* 2. *verſ. ratio eſt, part.*
3. *Aufrer, ad deciſ* 109. Cappell. *Tholoſ. verſ. ſi autē per-*
ceptio, & fuit dictum in præcitata Vlixbonen. iuris confe-
rendi coram Litta, & in d. Vlixbonen. concurſus coram
B *Domino meo Remboldo*. B. Minùs obſtare viſa fuerunt
verba illa vnionis (*curam habeat, & exerceat animarum*)
quaſi per illa videatur reſeruari Vicario, non ſolùm
5 exercitium, ſed etiam cura habitualis, ne verbum *ha-*
beat de ſui natura plenum ius denotans, *l. fideicom-*
miſſum 11. *§. filio ff de leg.* 3. ſtante ſubſequenti ver-
bo, *& exerceat*, remaneat ſuperfluum, & ſinè effectu
operandi. Quia reſpondebatur, quòd (attenta vnione,
cum aſſignatione omnium fructuum, per quam dicitur
abſque dubio tranſlata cura in Archidiaconum, cuius
Archidiaconatui facta eſt vnio ex præallegatis) verba
illa, *habeat, & exerceat*, intelliguntur prout de iure,
vt ſcilicet habeat curā tanquam Vicarius actu, & quoad
6 exercitium; cum etiam Vicarius habens curæ exerci-
C tium, dicatur curam habere, quamuis actu tantùm C,
Gloſ. in dicto cap. ſuper eo, in verb. annexa, verſ. Vicarius
enim, & ibi Gemin num. 4. *poſt med. verſ. & quòd Vica-*
rius, Franch. num. 2. *circa med. verſ vndè ipſe Vicarius,*
de præben. in 6. *Faſtol. dub.* 25. *num.* 2. *in princ.* Neque
denique viſum fuit, in contrarium facere prætenſam ob-
ſeruantiam faciendi concurſum; tū quia oſtenditur etiā
obſeruantia inſtituendi ad præſentationem Archidiaco-
ni, quæ magis eſſet attendenda tanquam magis confor-
mis vnioni, ſtante præſertim ſententia Epiſcopi Bar-
chinonen. vti delegati Benedicti Papæ XIII. lata del
1413. per quam fuit expreſsè declaratū dictum ius no-
minandi, & præſentandi ad fauorem Archidiaconi, cui
7 eſt plurimum deferendum, *Rot. deciſ.* 11. *num.* 1. *in fin.*
de iur. patr. in nou. & in Florentina canonicatus 11. *De-*
cembris 1615. *coram me*, & aliàs paſſim; vel ſaltem iſtæ
obſeruantiæ inuicem ſe confringerent. Tū etiam, quia
8 contraria non releuat, ex quo prouiſiones ad eam pro-
bandā allegatæ non factæ ſunt iuxta ſupradictā conſtitu-
tionem Pij V. quæ vti continens decretum irritans in-
ficit titulum, & poſſeſſionem; ideoque ex dd. prouiſio-
nibus non poteſt deſumi talis obſeruantia, quæ veritati
rei poſſit præiudicare, vt fuit dictum in allegata *Vlixbo-*
D *nen. coram R. P. D. meo Remboldo*. D
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Garz. de benefic. part.* 9. *cap* 2. *num.* 292. *Lotter. de re be-*
nefic. lib. 2. *quæſt.* 31. *num.* 21. vbi meminit huius deciſio-
nis, quam etiam ſecuta eſt *Rota coram Cardinali Caualer.*
deciſ. 595. *num.* 4. *& deciſ.* 599. *num.* 1. *in Dertuſen Vi-*
caria 28. *Nouembris* 1616. *coram bon mem Vbaldo. &*
in Barchinonen. Vicariæ 17. *Maij* 1624. *coram R. P. D.*
meo Merlino in qua plures huius deciſionis concluſiones
firmantur, & infra *deciſ.* 303. *num.* 10. *& deciſ.* 931.
num. 1. *&* 2.
B *Cardinal. Caualer. d. deciſ.* 595. *num.* 2. *Rot. in d. Dertuſen.*
Vicariæ coram bon mem. Vbaldo, & in d. Barchinonen. Vi-
cariæ coram R. P. D. meo Merlino.
C Ita etiam de ſimilibus verbis reſpondit *Rota in d. Barchi-*
nonen. Vicariæ coram R. P. D. meo Merlino.
D *Cardinal* Caualer. *d deciſ* 595. *num.* 5. & fuit dictum
in *Dertuſen Vicariæ* 22. *Aprilis* 1624. *coram R. P. D. meo*
Merlino.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romanā de Marganis.

Veneris 9. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Dos quando ſuccedit loco legitimæ, nullo one-
re à patre grauari poteſt, licèt ſtatuto caueatur,
fœminas dote ſibi tradita, vel relicta,
contentas eſſe debere: & an, & quando dos
legitimæ loco ſuccedat.

SVMMARIVM.

1 *Dos grauari non poteſt, licèt ſtatutum verbis valdè ge-*
neralibus prohibeat, fœminas impugnare dotationem, ſed
velit, illas eſſe tacitas, & contentas.
2 Sed, *dictio eſt aduerſatiua, & facit, vt dicantur repetiti*
termini præcedentis diſpoſitionis.
3 *Termini ſuperius expreſſi repetiti cenſentur, vbi ſermo*
eſt continuatus.
4 *Filius præteritus habet viam dicendi teſtamentum nullum,*
vel inofficioſum, & contratabulandi, & quando dicatur
præteritus.
5 *Dotata non dicitur mulier, cui dos libera relicta non fuit.*
6 *Verba intelligenda ſunt cum effectu.*
7 *Filia, ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas, habere*
debet dotem abſq; onere.
8 *Statutum iuris communis correctorium interpretari debet,*
vt quominus fieri poſſit, illud corrigat.
9 *Statutum vbi contra ius commune duos effectus operari po-*
teſt, intelligendum eſt, vt vnum tantùm operetur.
10 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum priùs man-*
dat dotari fœminas, & poſtea excludit, ſecus ſi econtra.

Dos

11 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum prohibet, filiam dotatam aliquid petere ratione ſupplementi legitimæ.*
12 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando eius ſolutio differtur in tempus nuptiarum.*

DECISIO CCXV.

CORAM bon. mem. Robuſterio fuerat primo loco reſolutum 18. Maij 1581. Flaminiam non potuiſſe de ſua dote diſponere etiam vſque ad legitimam ad fauorem Ven. Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annuntiatæ, ſtante ſubſtitutione illi facta à Iacobo eius patre in eius vltimo teſtamento ad fauorem filiorũ maſculorum, & diſpoſitione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 82. *in antiquis, nunc in nouis* 141. *eod. lib. deinde die* 9. *Martij* 1583. *coram eodem*, Domini pro maiori parte à dicta reſolutione receſſerunt, in qua ſecunda reſolutione hodie vtraq; parte informante vnanimiter ſteterunt, exiſtimantes, verba dicti ſtatuti, à quibus pendet tota
1 difficultas, non eſſe adeo prægnantia, vt derogent, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* per quam reijcitur à legitima quodcunque onus. Statutum enim videtur habere duas partes. In prima diſponitur, fœminas à patre, vel ab auo dotatas debere eſſe cõtẽtas dotibus, inter viuos datis, ſiuè in vltima voluntate relictis, nec vltra datum, vel relictam quicquam ratione ſupplementi legitimæ petere poſſe, per quam diſpoſitionem dicitur tantùm derogatum, *l. omni modo C. eodem* diſponenti circa quantitatem, non autem dictæ *l. quoniam in prioribus* reijcienti quodcunq; onus, iuxta doctrinam *Butrig. in d. l. quoniam*, quem ſequuntur *Bald. ibidem num.* 7. *Salicet. in fin. Caſtr. num.* 2. *Iaſ. num.* 1. *Roderic. ampliat.* 1. *num.* 2. *Imol. in l. vlt. in fin. ff. de condict. inſtit. Alex. conſ.* 55. *num.* 6. 7. *&* 8. *lib* 2. *Angel. conſ.* 53. *num.* 1. *in fin. Pariſ. conſ.* 36. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 3. *Dec. conſ.* 106. *col.* 2. *poſt med. verſ. nunc vſq. de ſucceſſ. creat.* §. 10. *in repet. dictæ l. quoniam num.* 209. *vbi de communi, Stacb. de adiect. par.* 3. *num.* 50. *&* 51. *Gomez. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 11. *num* 29. *Craſſ. in* §. *legitima quæſt.*
A 40. *num.* 2. *Honded. conſ.* 53 *num.* 29. *vol.* 2. A. Secunda verò incipiens *verſ. ſed ſemper, &c.* quamuis ſit concepta per infraſcripta verba, videlicet, *ſed ſemper teſtamentum, & vltima voluntas patris, & aui robor habeat, nec poſſit per ipſas filias, & neptes, ſeu ipſarum hæredes per quamcunque viam, ſeu alio modo impugnari, non obſtante*, &c. quæ videntur prægnantia; tamen viſa fuit ſtare continuato ſermone ad dictam primam partem, & intelligenda retentis terminis caſus præcedentis diſpoſitionis, videlicet, quando eſt relictum minus
2 legitima: idque virtute aduerſatiuæ, *Sed*, quæ facit, vt dicantur repetiti termini ſupra expreſſi *Gloſ. & Bart. in l. marito* 29. §. *fin. in fin. ff. ad l. Iul. de adult. Cyn. in auth. ſacramenta puberum, num.* 1. *verſ. ſed hoc non placet, C. ſi aduerſ. vend. Iaſ. in repet. l. quo minus num.* 12. *ff. de flum. Dec. conſ.* 336. *num.* 3. *Soccin. in l.* 1. §. *adipiſcimur, num.* 7. *verſ. præterea, ff. de acquir. poſſeſſ. Aym. conſ.* 208. *num.* 5. *Riminald Iun. conſ.* 29. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 1. & in terminis ſtatuti excluſiui fœminarum propter maſculos, *Bald. in l. omnes populi, n.* 72. *ff. de iuſt. & iure, Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta num.* 309. *de conſtit. Alex. in l. filius à patre, num.* 6. *in princ. ff. de liber. & poſthum. & conſ.* 9. *num.* 4. *lib.* 7. *Rum. conſ.* 32 *num.* 6. *lib.* 3. *Soccin. Iun. conſ.* 83. *num.* 7. *cum ſequent. lib.* 1. *qui num.* 10. *alios refert, Natt. conſ.* 570. *num.* 8.
3 *&* 9. & eſt generale, quòd ratione continuati ſermonis intelligantur repetiti termini ſupra expreſſi, *Gloſ. in* §. *item lapilli, Inſt. de rer. diuiſ. Aym. d. conſ.* 108. *num.* 6.
4 Nec ſubſiſtit, quòd ſecundùm hunc ſenſum remanerent ſuperflua verba illa, *per quamcunque viam, ſeu alio modo, &c.* Quia cum ſupra eſſet expreſſus vnicus modus, ſcilicet petitionis ſupplementi legitimæ, & filia in teſtamento præterita (qualis eſt, cui vel nihil relinquitur in teſtamento, vel ſi quid non iure inſtitutionis §. *aliud quoq; capitulum, & ibi Gloſ. in verb. præterire, Auth. vt cũ de appell. cognoſ.*) habeat etiam vim dicendi teſtamentum nullum, *Inſt. de exhær. lib. in princ.* vel inofficioſum, *Inſtit. de inoffic. teſtam. in princip* & contratabulandi, §. *ſunt autem, Inſt. de bon. poſſeſſ vbi Gloſ in verb. contra tabulas* ponit vtramq; viam, quæ omnes viæ, & modi remanent ſublati per dicta verba ſtatuti. Ex quibus tolluntur deducta in prima decisione bon. mem. Robuſterij circa dicta verba, aliaq. vniuerſalia, & prægnantia Statuti, quia procederent, ſi ſtarent de per ſe, & abſolutè, ſed non applicantur quandò acceſſoriè, & continuatiuè ad præcedentem diſpoſitionem, ac retentis eiſdem terminis, ac themate, prout in caſu noſtro ex ſupradictis. Quæ confirmantur tum ex eo, quòd ſtatutum ipsũ requirit, fœminas eſſe dotatas, & habere dotes, quibus
5 vult eſſe contentas; dotatæ autem non eſſent, niſi haberent dotem liberam, nec vlli reſtitutioni ſubiectam, *Iac. de Aren. in l. vxorem*, §. *pater naturalis, ff. de leg.* 3. *Bald. conſ.* 49. *lib.* 2. *& conſ.* 150. *num.* 13. *lib.* 5. *Caſtr. in l. Titio centum*, §. *Titio genero, num.* 8 *in fin.* ibi, *quia immò relictum eſt purum, alias non diceretur dotata, ff. de condit. & demonſtr. Cephal. conſ.* 56. *num.* 3. *in*
6 *fin.* facit regula volgaris, quòd verbà cum effectu ſunt intelligenda *cap. relatum, de cler. non reſid. cum concord.* Præſertim quia ſi donatio, de qua in ſtatuto, non intelligeretur cum effectu, ſeu liberè, & abſque onere, per illud ſtatutum retraherentur homines à ducendis vxoribus contra publicam vtilitatem, de qua *in l.* 1. *& ibi not. ff. ſol. matr.* & contra mentem eorundem ſtatuentium, qui in alio ſtatuto *cap.* 77. *lib.* 1. *in antiq. in nouis* 131. *&* 132. *eod. lib.* diſpoſuerunt, maritum lucrari totam dotem liberis extantibus, quam eiſdem reſeruare teneretur, & ipſis non extantibus quartam partem: & quòd
7 ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas debeant habere dotem abſque onere reſtituendi, adeò, vt hæredes patris teneantur illud remittere *tradit Iac. de Aren. in d. l. vxorem*, §. *pater. Alber. in l.* 1. §. *videamus, num.* 25 *C. de rei vx. act. Bald in l. fin. num.* 5. *verſ. ſed pone quòd ſtatutum, C. de dot. promiſſ. Roman. in l. poſt dotem num.* 68. *& ibi Iaſ. num.* 89. *ff. ſolut matr. Dec. conſ* 106. *num.* 1. *verſ. ſecundò dato, Cagnol. in l. fin. num.* 101. *C. de pact. Gabr. de legitim.* qui de magis communi *concl.* 1. *num.* 63. *&* 64. *Monterent. ad ſtat. Bonon. de dot. reſtituen. in* §. *item dicimus, quòd mulier, in verb. ſtipula-*
8 *tus, in fin.* tum etiam, quia cum ſtatutum ſit correctorium iuris communis, debet interpretari, vt quo minus fieri poteſt illud corrigat *cap. cum dilectus iuncta gloſ. in verb. nec iuri, de conſuetudine, & ibi Abb. num.* 21. *l. pen. vbi Bart. C. de inoffic. lib. act.* ideoque cum verba illius operentur correctionem *d. l. omni modo*, non debent operari correctionem *d. l. quoniam in prioribus*, quia vbi ſtatu-
9 tum contra ius poſt vnum effectum operari, non debet ita intelligi, vt duos operetur præſertim iuri contrarios *Roman. conſ.* 199. *num.* 6. *Grat. conſ.* 16. *num.* 8. *lib* 1. *& conſ.* 13. *num.* 43. *lib.* 2. *Oſaſc. decſ.* 167. *num.* 22. *Rot. deciſ.* 432. *num.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* & in terminis ita arguunt, *Butrig & alij in d. l. quoniam ſupra relati*, & hunc ſenſum videtur habuiſſe Rota ſequuta deciſ. ſecundam in hac cauſa factam coram Rubuſterio, *in Romana bonorum de Ceulis* 28. *Iunij* 1587. *coram bon. mem. Penia.* Non obſtat *Bart. in d. l. Titio centum*, §. *Titio genero num.* 5.

Digitized by Google

& 6. ff. de cond. et demonſt. volens in terminis ſtatuti, quòd filia dotata à patre non ſuccedat, nec aliquid dicere poſſit contra teſtamentũ, relictum pro dote eſſe conditionale, & tranſmiſſibile, quem ſequuntur nonnulli relati in prima deciſione. Primò, quia Bartolus loquitur cum præſuppoſito, quòd dos in caſu dicti ſtatuti nõ ſuccedat loco legitimæ: quod procedit, quando ſtatutum
10 excludit filiam ſimpliciter, & mandat dotari, ſecus autem vbi (prout in caſu noſtro) diſponit, quòd filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, tunc enim
B relictum cẽſetur loco legitimæ B, & ideo purum, & ab eo reijcitur onus conditionis, vt diſtinguit *Caſtr. ibidem num. 8. verſ. ego pluries contra Bart. ibiq. Addentes ad eum in verb. non ſuccedat, Alex. conſ. 13. num. 12. lib. 3. Suarez. in d.l. quoniam amplius 5. num. 4. verſ. ex quo infertur, Pariſ. conſ. 36. num. 4. allegatus in 1. deciſ. Robuſterij* (licèt dicat, ſtatutum Vrbis excludere etiam indotatas, fortè æquiuocando de ſtatuto 145. *in nouis, de ſucceſſ. ab inteſt.* ad ſtatutum, de quo agitur *de ſucceſſ. ex teſtamento*) *Dec. d. conſ. 106. num. 3. verſ. ſecundò reſpondetur, Capic. deciſ. 176. num. 8. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 1. num. 39. Peregr. de fideicom. art. 38. num. 23. Craſſ. in §. legatum quæſt. 48. num. 10. verſ. tertia igitur, Rot. deciſ. 540. num. 1. verſ. diſtinctio autem, par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 815. num. 1. & 2. Rota in Callien. dotis 12. Decembris & 21. Maij 1598. coram Orano, in Peruſina dotis 10. Maij 1602. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino, & in Peruſina de Alphanis 15. Iunij 1612. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio.* Quod faci-
11 lius procedit in caſu noſtro, quia ſtatutum prohibet, aliquid peti ratione ſupplementi legitimæ, ex quo apparet, dotem datam ſuccedere loco ipſius legitimæ, *Riminal. Sen. conſ. 257. num. 13. verſ. ex quibus, vol. 2. Soccin. conſ. 30. num. 3. in fin. verſ. tum etiam, lib. 1. Capr. conſ. 72. num. 4. & ſeq. Pariſ. d. conſ. 36 num. 8. lib. 3. Honded. d. conſ. 53. num. 10. vol. 2.* & in terminis huius ſtatuti, de quo agitur Rota *deciſ. 266. num. 3. & 4. par. 1. diuerſ.* Secundò quia *Bart.* loquitur quando eſt
12 appoſita dilatio ſolutionis dotis in tempus nuptiarum, qui caſus longè differt à noſtro, vbi apponitur onus illam reſtituendi, *Aret. conſ. 43. num. 2. Dec. d. conſ. 106. ſub num. 3. verſ. nec obſtat. ſi dicatur.* ad quod onus reijciendum dos ſuccedit loco legitimæ, *Rot. in Romana dotis de Creſcentijs coram Robuſterio, incip. fuit reſolutum quòd ſtatutum lib. 1. cap. 185.* Card. *Seraph. deciſ. 815. num. 1. & 3.* & ſentit *Rota deciſ. 540. in princ. par. 1. diuerſ.* Tertiò denique, quia hodie diſputatur ſuppoſitis terminis habilibus, & ſic quòd applicari poſſit diſpoſitio dictæ *l. quoniam in prioribus*, & dos ſuccedat loco legitimæ. Ex quibus patet reſponſio ad *conſ. Gabr. 140. lib. 2.* in hac cauſa, quia ipſe nititur oſtendere, dotem non ſuccedere loco legitimæ, cuius tamen contrarium videtur ex prædictis, & ſupponitur in hac diſputatione. Non obſtat conſideratio, de qua in dicta prima deciſione, quòd cum ſtatutum, de quo agitur, ſit relatiuum ad ſtatutum *cap. 145. de ſucceſſ. ab inteſtato*, in quo excluditur filia etiam indotata, & mandatur dotari, & cum relatum ſit in referente, dos non dicatur ſuccedere loco legitimæ, etiam attenta diſtinctione Caſtren. Quia ſtatutum, de quo agitur, in ſua diſpoſitione nõ eſt aliquo modo relatiuum ad dictum cap. 145. ſed eſt tantùm præſeruatiuum diſpoſitionis circa ſucceſſionem ab inteſtato, vt patet ex eius lectura in fine.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A *Fuſar. de ſubſtit quæſt. 297. num. 22. Merlin de legit. lib. 3. tit. 1 quæſt. 8. num 4. & quæſt. 9. num. 2.* quando autem dos à patre fideicommiſſo, vel alio onere grauari poſſit, latè *Fuſar. d. quæſt. 297. per tot. Merlin. d. quæſt. 9. per tot. Mareſcott variar. reſolut. lib. 1. cap. 28. licèt num. 11. & 12.* in terminis Statuti Vrbis, de quo in hac deciſione, aſſerat, filiam à patre dotatam cum onere fideicommiſſi, non poſſe illud onus reijcere, etſi dos ipſa legitimæ loco ſuccederet, ſequendo deciſionem coram Robuſterio in Romana de Marganis 18. Maij 1582. à qua poſtea Rota receſſit, vt in hac deciſione.

B In hac materia, an dos filiæ per ſtatutum excluſæ ſuccedat loco legitimæ, Doctores communiter ſequuntur diſtinctionem traditam per *Paul. de Caſtr. in l. Titio centum §. Titio genero, num. 8. ff. de condit. & demonſtrat.* qui diſtinguit duos caſus, Primus eſt, quando ſtatutum decernit, vt ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat, ſed debeat dotari; & hoc caſu dos non ſit loco legitimæ; quia fœmina ab inteſtato cum fratre ſuccedere non poteſt. Secundus eſt, quando ſtatutum mandat, vt exiſtentibus maſculis filia dotata non ſuccedat; & tunc ait, illam excludi propter dotem quaſi ſi dotata non eſſet, non excluderetur, & propterea dotem ſuccedere loco legitimæ, quam diſtinctionẽ, præter hic allegatos, ſequuntur *Mart. not. 47. Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 26. num. 58. Beltramin. qui alios adducit in annot. ad deciſ. 565. Gregor. XV. num. 11. Mareſcot variar. reſolut. lib. 1. cap. 20. num. 12.* vbi quòd prædictam *Caſtren.* diſtinctionem ſæpius Rota canonizauit, *& d. cap. 28. num. 5. Merlin. qui plures congeſſit d. quæſt. 8 num 9. Gratian. diſceptat. 689. num. 44. 700. num. 30. & 797. num. 9.* vbi meminit huius deciſionis. & *Rota in Firmana legitimæ 30. Octobris 1617. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Spoletana bonorum.

Lunæ 12. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Reintegratio in ſpolio concedenda non eſt, primo extremo plenè, & concludenter non probato, & quando cenſeatur ad hunc effectum minùs ſufficienter probatum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit ſpoliato ſua poſſeſſione per ſententiam notoriè iniuſtam, niſi ille ſe pro ſpoliato habuerit.*
2 *Extremum primum in ſpolio requirit clariſſimas, & euidentiſſimas probationes.*
3 *Poſſeſſio iure familiaritatis non eſt manutenibilis.*
4 *Filia renuncians cum iuramento omnibus ſucceſſionibus ex teſtamento, & ab inteſtato, debet renunciationẽ ex capite enormiſſimæ læſionis reſcindere antequam aliquid petat.*
5 *Poſsidens abſque titulo, præſumitur poſsidere iure familiaritatis.*
6 *Primogenituræ bona à ſecundo genito poſſeſſa præſumuntur iure familiaritatis.*
7 *Poſsidere nemo præſumitur ex titulo iniuſto.*
8 *Poſsidere quis præſumitur titulo hæreditario, quando hæreditas ei delata fuit.*
9 *Poſſeſſio ex probatione æquiuoca, & dubia non probatur, nec releuat ad obtinendum in ſpolio.*

Senten-

10 *Sententia, per quam quis reintegratur ad totalem poſſeſſionem rei cum alio communis, tanquam executiua dicitur notoriè iniuſta.*

11 *Poſſeſſio bonorum in praiudicium hæredis ſcripti capi non poteſt abſque licentia Iudicis in ſcriptis ex diſpoſitione Statuti Spoleti.*

12 *Melioramentis non refectis poſſeſſor titulatus eijci nõ poteſt.*

13 *Examen teſtium abſque citatione ad videndum illos iurare, & commiſsione receptionis iuramentorum nullum eſt.*

DECISIO CCXVI.

STETERVNT DD. in deciſis 22.
1 Aprilis videlicet Franciſco dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum, de quibus agitur. Subſiſtit enim fundamentum reſolutionis ſuper notoria iniuſtitia ſententię de partibus reintegratorię Doralicis ad poſſeſſionem dictorum bonorum, quæ ideo non priuauit poſſeſſione dictum Franciſcum non habentem ſe pro ſpoliato. Iniuſtitia autem euidenter reſultat, ex quo Doralix, quæ ſpolium intentauit, non probauit concludenter anteriorem eius poſſeſsionem, &
2 ſic primum extremum requirens clariſsimas, & euidentiſsimas probationes, *Gloſſ. magna communiter recepta in l. 1. C. quor. bonorum*, præſertim ex ſtylo Rotæ, vt ex deciſionibus cumulatis in *Verdunen. Abbatia 27. Nouembris anni præteriti coram me*. Illius enim poſſeſ-
3 ſio, vel fuit iure ſamiliaritatis, & ſic non manutenibilis, vt comprobatum fuit in deciſione: quia dici non poteſt, illam iure proprio poſſediſſe, ex quo nullum habebat titulum, cum non poſſet vllo modo ſuccedere eius patri. Tum quia ipſe in duobus eius vltimis teſtamentis hæredem inſtituerat ſolum Innocentium filiũ legitimatum, eique decedenti ſinè filijs legitimis, & naturalibus ipſam D. Doralicem ſubſtituit, cum prohibitione in vltimo teſtamento, quòd ipſa non poſſet Innocentium moleſtare, ſub pœna priuationis hæreditatis.
4 Tum etiam, quia vtrique ſucceſsioni ex teſtamento ſcilicet, & ab inteſtato per eam ſuerat ſolemniter renunciatum in ampliſsima ſorma, cum iuramento in manibus patris ſtipulantis etiam vice, & nomine dicti Innocentij, quæ renunciatio indigebat priùs reſciſsione ex capite enormiſsimæ læſionis, iuxta notata communiter *in cap. quamuis, de pact. in 6. Rot. deciſ. 102. par. 2. di-*
5 *uerſ.* & ſic ſolus Innocentius haberet titulum ex dictis teſtamentis, & renunciatione: & conſequenter prætenſa poſſeſsio Doralicis non poteſt dici niſi iure ſamiliaritatis, vel ſaltem incumbit ei onus probandi, quòd ſuerit iure proprio, vt de ſecundo genito poſsidenti bona
6 primogenituræ, dicunt *Caſtren. in l. qui iure, num. 2. ff. de acquiren. poſſeſſ. & conſil. 79. col. 3. num 4. verſ. item non obſtat, lib. 1. Ruin. conſil. 34. num. 12. volum. 1. Tiraquell. de iur. primogen. quæſt. 25. num. 2. Cephal conſil. 4. num.* 40. Quod non ſolùm ipſa non probat, ſed etiam clarum videtur, quòd ita eſſe non potuerit, ſtantibus dictis teſtamentis, & renunciatione, quia aliàs videre-
7 tur eam voluiſſe ex iniuſto titulo poſsidere, quod non præſumitur, *Corn. conſil. 261 num. 7. lib 3. Bero. conſil. 69. num. 7. volum. 3. et Menoch. præſumpt. 67. num. 14. lib. 6.* Vnde etiam ceſſant ea, quæ dicuntur de titulo
8 putatiuo hæreditatis, cui præſumptioni locus eſſe poſſet, ſi Doralici delata fuiſſet hæreditas, *Alciat. præſump. 23. reg. 2 Menoch. dicta præſumpt. 67. num. 6.* Vel dicta poſſeſſio Doralicis non fuit inſolidum, & priuatiua quoad alios, ſed vel ſimul cum Innocentio, vt deponunt ſecundus, & quartus teſtes eiuſdem Doralicis, licèt fortè per errorem ſcribentis primus teſtis allegatus fuerit loco ſecundi; vel (vt omnes explicitè dicunt) cum Cæcilia vxore teſtatoris, quæ quidem Cæcilia poſsidere poterat, vel ratione ſuarum dotium, vt deponit primus ex dictis teſtibus iuxta 15. vel tutorio, ſeu curatorio nomine dicti Innocentij, vel ſimul cum eo, vt probari videtur per inſtrumentum venditionis per eos factum Franciſco, in quo vterque nomine dicti Franciſci ſe conſtituit poſſidere. Ex præmiſsis autem ſequi-
9 tur, quòd dicta poſſeſsio, vel non eſt probata, vel probatio eſt æquiuoca, & dubia, & conſequenter non concludit dictam poſſeſsionem, vt dictum fuit in *Imolen. cenſus 10. Iunij 1615. coram me*; nec releuat ad obtinendum in ſpolio vt fuit dictum in *Rom. Vineæ de Fabijs 2. Maij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo*; vel non erat
10 totalis, & in ſolidum: & propterea ſententiam vti exceſsiuam (cum reintegrauerit ad totalem poſſeſsionem dictorum bonorum) eſſe notoriè iniuſtam ex allegatis in deciſione. Quibus etiam addebant DD. illam iure
11 proprio præſumi non poſſe, quia ſic ſuiſſet nulla, ex quo Doralix tanquam non inſtituta hæres, non poterat eam capere in præiudicium Innocentij inſtituti, ſinè licentia Iudicis in ſcriptis, iuxta Statutũ Spoleti ſub rubrica *Qualiter poſsit capi tenuta bonorum, cap.* 15. datum in alijs poſitionibus in *ſummario Franciſci num.* 14. quod in hoc caſu, nedum poſſeſsionem annullat, ſed etiam imponit pœnam amiſsionis cuiuſcunque iuris prætenſi in bonis, & hæreditate deſuncti. Subſiſtere etiam vi-
12 ſum fuit aliud fundamentum iniuſtitiæ eiuſdem ſententiæ; quia ſcilicet Franciſcus, qui erat titulatus poſſeſſor ex cauſa emptionis, eiectus ſuit, non refectis melio-
A ramentis vtilibus. & neceſſarijs A, quorum nulla ſuit habita ratio, nec factum verbum in dicta ſententia.
13 Prout pariter fundamentum nullitatis examinis teſtium, præſertim ex defectu citationis ad vidẽdum illos
B iurare B. Et nihil faciunt duo decreta nouiter allegata, cum non contineant commiſsionem receptionis iuramentorum dictorum teſtium, vt benè per informantes pro Franciſco.

Ideoque DD. vtraque parte informante ſteterunt in deciſis.

ANNOTATIO.

A Melioramenta vtilia, & neceſſaria quæ dicantur. & quando deducenda ſint, latè *Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 109. & 110. per tot.*

B De quo dixi ſupra *ad deciſ. 118. lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Piſtorien. Beneficij.

Veneris 13. Iannarij 1617.

ARGVMENTVM.

Acta habentur pro integrè tranſportatis ex productione illorum verbali, de ſtylo fori Eccleſiaſtici Florentini. Item ex quibus productio præſumatur realis:

SVMMARIVM.

1 *Productio actorum verbalis, & generalis ſufficit, & habetur pro reali de ſtylo in foro Eccleſiaſtico Florentino.*

2 *Stylus attendendus eſt in ordinatorijs iudicij.*

4 *Stylus in ordinatorijs ſufficienter probatur per atteſtationes*

nes extraiudiciales Curialium, & Notariorum.
4 *Stylus ceſſat, vbi non concurrunt requiſita per ſtylum ipſum.*
5 *Inſtantia prima licèt ſit diuerſa à ſecunda, cauſa tamen ſemper eſt eadem ratione identitatis perſonarum, rei, & actionis.*
6 *Productio actorum præſumitur realis ex curſu biennij.*
7 *Productio præſumitur realis, ſtantibus verbis in proœmio ſententiæ*, Viſis omnibus actis.
8 *Iudicis aſſertioni, quòd viderit proceſſum, creditur, quando eſt veriſimilis, & adminiculata; & de adminiculis, num. 9.*
10 *Iudex poteſt, abſque nullitatis vitio, pronunciare ſuper iuribus ab vna tantum parte productis, ſtante negligentia alterius partis in producendo ſua iura.*

DECISIO CCXVII.

CVM Gabriel ex vna, & Rodulphus ex
alia præſentati eſſent ad Cappellaniã,
de qua agitur, à diuerſis prætendenti-
bus iuſpatronatus laicale ad ſe ſpe-
ctare, & latæ fuiſſent in partibus tres
ſententiæ conformes ad fauorem Ga-
brielis; commiſſa ad preces Rodulphi
in Rota cauſa nullitatis dd. ſententiarum, & reſtitutio-
nis in integrum, dubitaui, an vltima ſententia per Ar-
chidiaconum Florentinum lata eſſet nulla; & nullitas
deducebatur, tàm ex defectu tranſportationis actorum,
quàm ex eo, quòd dictæ ſententiæ ſuper pertinentia iu-
riſpatronatus non eſſent ex actis verificatæ. DD. ta-
men pro validitate ſententiæ reſponderunt. Nec ob-
ſtare viſus fuit defectus trãſportationis actorum; de illa
1 enim conſtat per dd. actorum productionem, quæ licèt
verbalis, & generalis, ſufficit tamen, & habetur pro
reali abſque alia adnotatione tranſportationis, ex an-
tiquo, & inueterato ſtylo fori Eccleſiaſtici Florentini,
ita fouentis huiuſmodi productiones, ſeu reproductio-
nes actorum aliarum inſtantiarum, qui eſt attendendus
2 in ordinatorijs iudicij ex vulg. vt de ſimili ſtylo dixit
Rota *in Meliten. penſionis* 21. *Maij* 1602. *& in Mediola-
nen. prætenſa illegitimitatis* 4. *Iulij* 1608. *corã bon. mem.
Penia.* Et in ſpecie de huiuſmodi ſtylo Florentinæ Cu-
riæ Eccleſiaſticæ *in Florentina iuriſpatronatus* 3. *Decem-
bris* 1607. *coram Illuſtriſsimo Cardinali Lancellotto.* Et
de ſtylo loci iudicij in ordinatorijs attendendo dictum
fuit in hac cauſa 22. Aprilis præteriti. De dicto autem
ſtylo ſatis conſtat ex atteſtationibus Cancellarij, actua-
riorum, & Cauſidicorum dicti fori *in ſummario num.*
3 3. quæ licèt extraiudiciales ſufficiunt ad illum proban-
dum in ordinatorijs *l.* 3. *§. ſed & diui, vbi Florian. &
Iacob. ff. de teſtib. Alex. in l. dies cautioni, §. hoc autem,
num.* 26. *ff de damn. infect.* & fuit deciſum in dicta *Flo-
rẽtina iuriſpatronatus*; qui etiam non fuit per Rodulphũ
controuerſus, imò in memorialibus per eum datis
admiſſus, & acceptatus, & cauſa cum illius præſuppo-
ſito diſputata. Et licèt opponeretur, quòd ſtylus non
applicabatur, cum requirat adnotationem productio-
nis omnium, & ſingulorum actorum, & iurium alia-
rum inſtantiarum, & quòd originalia dimittantur pe-
nes notarium per alteram partem videnda, quæ dice-
4 bantur ceſſare in præſenti caſu, & per cõſequens etiam
ſtylus, *Bertrand. conſ.* 143. *num.* 3. *vol.* 2. *par.* 1. *Creſcent.
deciſ.* 4. *in fin. de procuratoribus, Seraph. deciſ.* 688. *num.*
2. Nihilominus ſatis viſum fuit eſſe factam dictam ad-
notationem per illa verba, *omnia, & ſingula acta, &
actitata hactenus in huiuſmodi cauſa facta, & geſta per
vtramque partem*, quæ cum ſint ita ampla, & vniuer-
ſalia comprehendunt ſinè dubio acta præcedentium in-
5 ſtantiarum; licèt enim inſtantiæ ſint diuerſæ, cauſa ta-
men ſemper eſt eadem ratione identitatis perſonarum,
& rei, *Gloſſ. in rubr. C. ne lic. tert. prouoc.* & quantùm
ad proprietatem, & effectum, licèt ſecus quoad ordi-
nem, & iuſtitiam, *Alberic. ex mente Iacob. de Beluiſ. in
l. ita demum, num.* 3. *in fine*, C. *de procurat. & ibi Ale-
xand. num* 18. *&* 19. *Caſſador. deciſ.* 4. *de reſcript. Me-*
A *noch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 202. *numero* 67. A.
Tantò magis cum ex ſtylo non præſcribatur forma præ-
ciſa adnotandi, & deſcribendi adnotationem, quæ ver-
bis expreſſis, & diſtinctè contineat productionem cu-
iuslibet proceſſus aliarum inſtantiarum præcedentium;
dimiſſio autem originalium penes Notarium viſa fuit
ſatis iuſtificata, & potiſſimùm ex atteſtatione eiuſdem
Notarij, de qua infra. Sed vlteriùs pro parte Gabrie-
lis plura etiam deducebantur, ex quibus videbatur con-
ſtare, productionem, & tranſportationem fuiſſe rea-
6 lem: & præſertim diuturnitas temporis duorum ferè
annorum, quo cauſa coram Domino Archidiacono pe-
7 pendit. Item verba proœmialia ſententiæ, *viſis omni-
bus actis, & actitatis per procuratorem Gabrielis exhibi-*
B *tis*, B. licèt enim tali aſſertioni Iudicis regulariter
8 non credatur *ad notata communiter per DD. in cap. quo-
niam contra, de probat.* & alios allegatos per *Decian. re-
ſponſ.* 18. *num.* 201. *volum.* 1. Creditur tamen, quando
illa eſt veriſimilis, prout hic ex ſupradictis, & infra di-
cendis, *Anchar. conſil.* 277. *in fin. verſic. non obſtat, Ay-
mon. de antiquit. tempor. part.* 2. *num.* 22. *& conſil.* 54.
num. 15. *Decian d. reſponſ.* 18. *num.* 203. *Cephal. conſil.*
474. *num.* 11. *Menoch. de arbitr. quaſt.* 76. *num.* 21. *li-
bro* 1. Et ferè in ſpecie noſtra *conſil.* 100. *num.* 230. 31.
32. & quando eſt adminiculata, *Decian. d. reſponſ.* 18.
num. 204. *verſic. & ſecundum ea.* Adminicula autem
9 erant motiua dicti Archidiaconi, & eius aſſeſſoris, ex
quibus apparebat, acta ipſa fuiſſe coram eo, etiam actua-
liter producta, ac per eum lecta, vt fuit in ſimili conſi-
deratum in *Oriolen. beneficiorum* 12. *Ianuarij* 1596. *co-
ram bon. mem. Litta*: plura eius decreta, quòd acta ſibi
exhiberentur, & dicto aſſeſſori, cum cuius voto decla-
rauit, velle cauſam expedire; & denique atteſtatio no-
tarij actuarij cauſæ de reali exhibitione proceſſuum
penes ſe facta, & de illorum conſignatione Gabrieli ad
effectum deferendi aſſeſſori, vt *in dicto ſummario num.*
6. *vt fuit dictum in Pientina Cappella* 7. *Iunij* 1596. *co-
ram eodem Litta.* Et aliæ atteſtationes plurium perſo-
narum, quæ viderunt dd. proceſſus penes dictũ aſſeſſo-
rem, qui illis incumbebat, vt daret votum pro ſententiæ
prolatione; & propterea ex prædictis huiuſmodi ſtylo
ſufficienter ſatisfactum fuiſſe videtur. Minùs etiam
viſa fuit obſtare atteſtatio aſſeſſoris, quòd non viderit
iura pro parte illorum de Landis, ſed ſolummodo pro
parte Gabrielis. Quia cum conſtet, dd. de Landis fuiſ-
ſe legitimè citatos, & à Iudice monitos ad informan-
dum, & ſuas probationes deducendum, potuit Iudex,
10 ſtante illorum negligentia abſque vitio nullitatis pro-
nunciare ſuper iuribus tantùm pro alia parte produ-
ctis, *Felyn. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 18. *ver-
ſiculo limita igitur primò, de conſtit. Alexand. in l.* 2. *nu-
mero* 9. *circa med. verſic. ſecus ſi ſit lata*, C. *de edend. Ce-
phal. conſil.* 89. *num.* 24. 25. *&* 26. *parte prima, & fuit
dictum in Maioricen. canonicatus* 4. *&* 18. *Februarij*
1591. *coram bon. memor. Gypſio.* Alia nullitas concer-
nens caput iniuſtitiæ viſa fuit alterius inſpectionis.
Et interim fuit vt ſupra deciſum.

AN-

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione allegata, dictum fuit *in Ferrarien. bonorum de Zaualijs 14. Decembris* 1618. *coram bon. mem. Vbaldo*.

B Sequitur *Beltramin. in annot. ad deciſ. 59. Gregor. XV. ſub lit. B. num.* 14. vbi de alijs caſibus, in quibus productio iurium realis præſumitur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana prætenſi cenſus.

Lunæ 16. Ianuarij 1617.

Argumento, nec ſummario indiget.

DECISIO CCXVIII.

IOANNES Paulus de Guidottis, eiuſq. filij ex Margarita Perſetta coniuge prætendentes ſe vti hæredes quondam Ioannis Bargini mediante dicta Margarita eſſe creditores quondam Cæſaris de Amannis in certa pecuniarum ſumma (vt ſupponitur) ſcutorum 433. pro ſorte principali, & vlteriùs pro fructibus, & expēſis liquidandis occaſione trium ſocietatum officiorum, vnius videlicet ſcutorum 30n. ad fauorem quondam Sebaſtiani Vari, alterius ſcutorum 150. ad fauorem quondam Victoriæ Baroucellæ, & alterius ſcutorum 200. ad fauorem quondam Herculis Arcatorij aliàs per quondam Hieronymum Galcanum contractarum ſub fideiuſſione in ſolidum dictorum quondam Cæſaris, & Bargini, egerunt vigore monitorij actione hypothecaria coram A.C. contra Liuiã, & Iuliam ſorores de Amannis filias dicti Cæſaris vti poſſidentes vnam domum ad Puteum album, quam dicunt ad ſe pertinere vigore fideicommiſſi quōdam Stephani ſenioris de Amannis earum ani paterni, & ſententiam fauorabilem reportarunt pro ſumma ſcutorum 300. & fructibus, & expenſis liquidan. Ab hac ſententia appellarunt dictę ſorores, & cauſa vnà cum toto negotio principali commiſſa R. P. D. meo Coccino nūc Decano, Rota omiſſa tunc cognitione ſuper meritis, & quãtitate crediti, & prætextu, quòd prædicti de Guidottis vigore mandatorum aliàs relaxatorũ contra dictum quondam Cæſarem eſſent in quaſi poſſeſſione exigendi ſcuta 28. quolibet anno pro rata ad eum ſpectante, dum viueret, ſuper canone, ſeu cenſibus d. domus ad Puteũ albũ: dixit, eoſdem de Guidottis eſſe reſtituendos ad ſtatũ exigendi dicta ſcuta 28. annua, & vlteriùs contra bona dictarum ſororum mandatum relaxauit pro ſolutione aliquorum cenſuum ex dicta domo per ipſas retentorum, & ſpectantium ad dictum Cæſarem. Huius mandati vigore dd. de Guidottis, ſeù Barginis aſſequuti fuerunt (vt ſupponitur) plures penſiones dictæ domus, quæ per earum inquilinum deponebantur, & antea per procuratorem dictarum ſororum ſinè præiudicio earum iurium ad fauorem creditorum dicti Cæſaris; ſed cũ vellent procedere ad vlteriorem exactionē dictarum penſionum pro dictis cenſibus: contra verò filiæ dicti Cæſaris dicerent, eos exigiſſe plus quàm eſſet prætenſum eorum creditum; ideo dubitaui, an conſtaret de ſolutione prætenſi crediti dictorum de Barginis, ſeu Guidottis, ita vt mandatum ſub die 4. Iulij 1608. relaxatum ſit reuocandum cum omnibus inde ſequutis. Et Domini, informantibus ſolùm dictis ſororibus, reſoluerunt, de dicta ſolutione conſtare, quia ex calculo periti pro earum parte electi exhibito apparet, prætenſum creditum dictorum de Guidottis aſcendere ad ſummam ſcutorum 243. b. 45. ſolutiones verò eiſdem factas ad ſcuta 252. b. 20. & ſic illos potiùs remanere debitores in ſcutis 8. b. 75. & licèt ſupponatur, adeſſe in actis ad fauorem dictorum de Guidottis aliam relationem eorum periti à prædicto calculo diſcordantem in maxima ſumma; Domini tamen pro nunc cenſuerunt, calculum dictarum ſororum eſſe iuſtificatum ex datis in ſummario, præſertim quia pars relationem dicti ſui periti nunquam exhibuit, & ſæpiſsimè citata nunquam informare curauit.

Et ita deciſum, &c.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 16. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio in iuriſdictione conceditur, probata quaſi poſſeſſione illius exercitij, etiam per teſtes ſingulares.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio probatur per teſtes etiam ſingulares, & ſufficit, eos eſſe conteſtes in quadam generalitate, num.* 2.
3 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio inducitur ex cauſarum cognitione.*
4 *In ſummariſſimo poſſeſſorio exacta probatio nō requiritur.*
5 *Aſſiſtentia iuris communis, quando eſt turbida, non ſuffragatur Epiſcopo ad obtinendam manutentionem in iuriſdictionalibus.*

DECISIO CCXIX.

ARCHIPRESBYTERO terræ Saponarię Domini dixerunt dandũ eſſe mandatũ de manutenendo in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis quo ad cauſas ciuiles, & mixtas; de illius enim exercitio dictæ iuriſdictionis viſum fuit potiſſimùm conſtare ex duobus teſtibus in Curia Marſicen. pro parte Epiſcopi (vt conſtare videtur ex eorum lectura) examinatis, qui deponunt de cognitinne huiuſmodi cauſarum coram dicto Archipresbytero, & quòd in gradu appellationis deuoluebantur ad Epiſcopum; prout etiam narratur in instrumento concordiæ initæ de anno 1604. inter ipſum Fpiſcopum, & Capitulum, & dictum Archiptesbyte-
1 rum; prædicti autem teſtes, licèt ſingulares iuriſdictionem probant, *Innocent. in cap. qualiter, & quando, colum. 1. de accuſat. Alberic. in l. ob carmen, num 8. verſic. ſi enim ſuppoſito initio, & ibi Iacobin. de Sancto Georgio num. 21. verſic. ſed reperio, & num. 22. verſic. eodem modo, ff. de teſtibus, Dec. in cap. licèt cauſam, num. 69. de probation. Gabriel de teſtibus concluſ. 2. num. 22. Rimin. Iun. conſ. 7. num. 35. cum ſeqq. Farinac. de te-*
2 *ſtib. quæſt. 64. num.* 182. & ſufficit eos eſſe conteſtes in quadam generalitate *iux. deciſ. Verall. 269. num. 2. par. 3.* Valde autem adminiculantur, tàm ex concordia inter Pariſium Epiſcopum Marſicen. & Capitulum facta, in qua idem Epiſcopus recognouit, eundem Archibresbyterum exercuiſſe iuriſdictionem harum cauſarum ciuilium, & mixtarum, præſertim, quia hæc confeſſio emanauit à Prælato informato; quia ipſemet dum eſſet Vica-

D rarien. dotis 13. *Maij præteriti coram me*, D. & in alijs
22 paſsim. Nec viſum fuit conſtare de bono iure d. Caſalis, & præſentati ab eo ad effectum reijciendi huiuſmodi attentata, cum non adſit confeſsio partis, vel res iudicata, prout ad hoc requiri, etiam ſtante clauſula *ar-*
E *bitrio*, latè fuit dictum in allegata *Ferrarien. dotis*, E.
Et ideo fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Cardinal. Caualer. deciſ. 499. num. 2. et deciſ. 510 num. 1. et deciſ. 599. num.* 3. quando autem ſententia mixturam continere dicatur, tradit latè *Scacc. de appellat. quæſt. 16. limit. 6. membr. 9. à num.* 8. *infra, et aliqua Beltramus in annot. ad deciſ. 232. num 6.*

B *Cardinal.* Caualer. *deciſ* 253. *num.* 1. *Barboſ poſt alios de clauſul vſu frequent. clauſul.* 33. *num* 2. *iux Lugdunen impreſſ.* & allegata hac deciſione, fuit dictum *in Parmen parochialis* 22. *Iunij* 1619. *et in Leodien. Abbatiæ Ciracen.* 6. *Nouembris eiuſdem anni coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

C *Gregor. XV. deciſ.* 91. *num.* 10.

D Concordantes adduxi ſupra *deciſ.* 177. *lit. B.* quibus adde *Rot. in Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*, *& in Leodien. dominij de Hollonia* 8. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*, in quibus hæc deciſio allegatur.

E *Rot. in d. Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. matrimonij.

Veneris 2. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Matrimonium metu contractum eſt nullum, & quando dicatur metu contractum.

SVMMARIVM.

1 *Metum iuſtum mortis, vel corporis cruciatus, inducit armorum terror.*
2 *Metus incuſſus ex armorum terrore non ceſſat ex illorum non vſu, imò neque ex depoſitione, quando de facili reaſſumi poſſunt.*
3 *Metus incuſſus ex armorum terrore plurimum operatur ad matrimonium annullandum.*
4 *Metum iuſtum mortis, vel corporis cruciatus inducit deprehenſio in adulterio.*
5 *Metus iuſtam cauſam habet, qui iniuriam, aut offenſam, fecit illis, à quibus nunc videt ſe offendi poſſe.*
6 *Metus quando dici poſſit cadens in conſtantem virum, Iudicis arbitrio relinquitur.*
7 *Matrimonium contractum poſt ſponſalia de futuro ſpontanea, & iurata dicitur voluntarium.*
8 *Matrimonium metu contractum remanet nullum, licèt ſponſalia voluntaria præceſſerint, etiam ſi metus ex propria culpa interuenerit.*
9 *Matrimonium non dicitur metu contractum, quando Iudex remedijs iuris cogit adimplere ſponſalia præcedentia; ſecus quando pars ad illa adimplenda incuteret metum cadentem in virum conſtantem.*

DECISIO CCXIII.

EXISTIMARVNT Domini, ſtandū eſſe in deciſis 19. Decembris 1614. matrimoniū videlicet reſpectu D. Emanuelis fuiſſe meticuloſum, & ſic nullum. Placuerūt enim fundamēta deciſionis. Primò aſsiſtentià Philippi generi D. Blanchæ de tempore contracti matrimonij, & antè, & poſt armati enſe, & archibuſio; nā
1 ſolus terror armorum inducit iuſtum mortis, vel cruciatus corporis metum *l. 3. §. qui armati*, & *ibi Gloſ. in verb. armorum*, & *Bart. in §. armis in primo notabili ff. de vi, & vi arm. Gloſ. magna in l. 1. verſ. item numquid C. vnde vi*, quam vidiſſe indiſtinctè ſeruari dicit ibi *Alber. num.* 14. & cum ea tranſire cōmuniter *Doct. teſtantur Salic. num. 5. verſ. item dubitari poteſt*, & *latè Hipp. Rim. in l. vt eum, num.* 61. 83. 86. & 201. & *ibi Bolog. num. 27. ff. de iuſt. & iur.* qui metus non ceſſat
2 ex non vſu armorum, imò nec ex illorum depoſitione, quando poſſunt de facili reaſſumi, & exerceri, *Gloſ. in dicto §. qui armati, in ver. ſi deieceerint, verſ. aut conueniſſent*, & *ibi Odofr. & Ang. in princ. & num. 3. Bart. in dicto §. armis in ſecundo notab. Monter. deciſ. Aragon.* 45. *num.* 19. & in ſpecie noſtra *Corn. conſil. 41. num. 11. lib. 2. Alexand. conſil. 48. num. 3. verſ. et hoc procedit lib. 3. et conſ. 21. num. 3. inter matrimonialia, Grat. conſ. 38. num. 10. in fin. et conſ. 43. num. 12. et 13. lib. 2. Io. Franc. de Ponte conſ. 44. num. 18. verſic. tametſi*, latè *Ferret. conſ. 311. num. 21. et pluribus ſeqq.* Et ideo hu-
3 iuſmodi armorum terrorem ad annullandū matrimoniū inter cetera præcipuè conſiderant *Alex. d. conſ. 98. num. 3. et conſ. 156. num. 4. et 5. lib. 5. Pariſ. conſ. 60. num. 15. verſ. ex quo enim, vol. 4. Corn. dicto conſ. 41. num. 11. et ſeqq. Ferrett. d. conſ. 311. ſub num. 6. verſ. ex quibus applicatis, Grat. d. conſ. 43. num. 12. Io. Franc. de Ponte d. conſ. 44. num. 8. et 18. in princ. et Rot. in Hiſpalen. matrimonij* 18. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardin. Ludouiſio, cum pluribus per Sanchez. de matrimonio lib. 4. diſp. 5. num. 5. et per Menoch. præſumpt. 4. num. 8. lib.* 3. Et in propoſito viſus fuit Dominis tāto magis conſiderabilis, cum vltra Philippum, vt ſupra armatum, aſtiterint etiam duo filij Blanchæ, & multi famuli, & ancillæ licèt inermes: Emanuel verò eſſet ſolus, inermis, & nudus in lecto, nec alio vllo modo propriæ ſaluti poſſet conſulere, quàm matrimonium contrahen. prout tunc fuerat requiſitus. Secundò deprehenſio Emanuelis in lecto iacentis cum Blancha à dictis eius filijs, & Philippo genero, de quorum honore age-
4 batur; nam hæc pariter inducit iuſtum mortis, vel cruciatus corporis metum, etiam ſi iure quis non poſſit occidi, *l. nec timorem 7. §. proinde, ff. quod metus cauſa, et ibi Gloſ. in verb. non iure, et Bald. in addit. verſ. non occidi iure, et Ang. in princ. et num. 1. Azo in rubr. C. de his quæ vi, etc. num. 5. verſ. nam ſi adulter, Odofr. in l. 3. num. 2. verſ. ſed ſi aliquis deprehenditur, ff. quod metus cauſa, Monter. dicta deciſ. 45. num.* 18. & illam in ſpecie ad annullandum matrimonium inter alia ponderat *Alex. d. conſ. 98. num. 4. Alex. de Neuo poſt d. conſ. Alex. num. 2. lib. 3. Cepoll. conſ. 2. in ſecunda coniect. iuncto num. 18. verſ. ſecunda etiā coniectura*, vbi nititur, hoc fundamentum in facto vitare, *Pariſ. d. conſ. 60. num. 19. Io. Fran. de Pont. dicto conſ. 44. num. 9. 10. et 11. et Menoch. d. præ-*
5 *ſumpt. 4. num.* 7. iuſta enim cauſa timendi eſt, quando quis iniuriam, vel offenſam illis feciſſet, à quibus nunc videt ſe poſſe offendi, vt in puncto, *Alex. d. conſ. 98. num. 5. verſ. et iuſta cauſa, et verſ. nam D. Hieronymus, et Pariſ. conſ. 58. num. 65. verſ. addens etiam, lib.* 4. Sed

quam-

quamuis etiam prædicta neceſſariò non concluderent metum probabilem, & in conſtantem virum cadentem; nihilominus in omnem caſum retenta illa concluſione,
6 quòd committatur arbitrio Iudicis, quando ille dici poſſit cadens in conſtantem virum, de qua *per Gloſ. Innoc. et Doct. in cap. cum dilectus, quod metus cauſa, Nauar. de commune in Manual. cap. 22. num. 51. verſ. quod vero, et alios in d. Hiſpalen 23 Iunij 1608. coram eodē Illuſtriſſimo D. Card. Ludouiſio*, Domini arbitrati ſunt, de illo etiam conſtare ex coniecturis præſumptionibus, veriſimilitudinibus, & alijs facti circumſtantijs cumulatis in deciſ. videlicet inimicitia filiorum Blanchæ, & Philippi eiuſdem generi cum Emanuele, tractatus eorundem de ipſum compellendo ad matrimonium contrahendum, verbaque per eos ante illud contractum prolata: & quia fuit celebratum in villa à Ciuitate diſtante, in domo, cubiculo, & lecto ipſius Blanchæ de media nocte, & ſic hora valde intempeſtiua: Parochus verò vocatus fuit ſub falſo prætextu infirmitatis eiuſdem D. Blanchæ, poſteaq. coactè retentus, & Philippus armatus, vt ſupra imperioſè dixit Emanueli, quòd ibi coram Parocho D. Blancham duceret in vxorem; & demum Emanuel; quamprimum potuit, de lecto receſſit, vt de his omnibus, vltra alios teſtes, benè deponit idem Parochus tunc inde examinatus; & poſtea cum ſummo mane diſceſsiſſet etiam de d. domo, ſtatim ægro animo cum ſuis amicis, & Epiſcopo Colimbrien. & poſtmodum iudicialiter coram Iudice oppidi de Formoſelche conqueſtus fuit de matrimonio per metum contracto, vt deponūt quam plures teſtes *in veteri ſummario Emanuelis num. 14. & in nouo num.* 10. Nec obſtare viſum
7 fuit, quòd matrimonium dici debeat voluntarium tanquam contractum poſt ſponſalia de futuro ſpontanea, & iurata, per duas deciſiones firmata iuxta *doctr. Butr. in cap. requiſiuit num. 3. & Præpoſiti num. 2. verſ. ſoluit D. Ant. de ſponſal.* Quia cum conſtet, metum in illo in-
8 teruenisse, ſponſalia voluntaria præcedentia nihil operantur, ſed matrimonium remanet nullum, vt in dicto *cap. requiſiuit* declarant *Abb. num. 2. verſ. per hoc inſero, & Alex. de Neuo num. 2. Iaſ. in l. Titia num. 5. verſ. tertiò amplia, ff. de verb. oblig. Fortun. Garz. in repet. cap. 1. num. 121. verſ. vnum a ratione de pact. Ferret. conſ. 171. num. 6. & per totum, Couar. in epit. lib. 4. decretal. in princip. par. 1. cap. 4. num. 5. Gabriel conſ. 186. num. 12. lib. 2. Card. Mant. de tacit. & amb. lib. 3. tit. 17. num. 9.* Et fuit etiam dictum in alia deciſione in fine; quod procedit, etiam ſi metus ex propria culpa interuenerit *text. in d. cap. veniens, il ſecondo, & ibi eadem Gloſ. fin. verſ. & eſt hic, de ſponſal. & Iaſ. in d. l. Titia num. 5. verſ. notabiliter, Monter. d. deciſ. 45. num. 21.*
9 *verſ. nec obſtat*; alij verò, qui in contrarium adduci ſolent, procedunt quando Iudex remedijs iuris communis cogeret adimplere ſponſalia, non autem quando pars de facto (prout hic) incuteret metum, qui cadere poſſet in conſtantem virum, vt per *text. in d. cap. veniens il ſecondo, & poſt Oſt.* & alios ibidem declarat *Sanchez vbi ſupra lib. 4. diſput. 13. num. 9. verſ. ad primum.*

Cetera, quæ pro D. Blancha deducebantur, viſa fuerunt, vel reſponſione non indigere, vel eſſe ſublata in alia deciſione, à qua ideo Domini non receſſerunt, &c.

Barchinonen. Vicariæ.

Veneris 7. Decembris 1616.

ARGVMENTVM

Concurſus non exigitur in Parochialibus vnitis, quarum cura habitualis penes Rectorem beneficij, cui facta eſt vnio, actualis verò penes Vicarium reſidet: & an aliquid circa hoc operetur obſeruantia in contrarium.

SVMMARIVM.

1. *Concurſus non exigitur in Vicarijs perpetuis, ſed deputantur ad nominationem illorum, in quorum Eccleſijs vnitis ponuntur, præuio examine, & approbatione Ordinarij.*
2. *Concurſus exigitur in parochialibus vnitis, quando in Vicarium non nudum exercitium, ſed cura totalis, & habitualis transfertur.*
3. *Vnio acceſſoriè facta operatur, vt cura beneficij vniti ſemper reſideat habitu penes Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum exercitium curæ remaneat penes Vicarium, qui in Eccleſia, vel beneficio vnito deputatur.*
4. *Vicario vbi certa portio, ſeu congrua aſſignatur, cura beneficij vniti dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum nudum exercitium remanet penes Vicarium.*
5. Habere *verbum plenum ius denotat.*
6. *Vicarius habens curæ exercitium dicitur curam habere, licèt actu tantùm.*
7. *Sententia delegati Apoſtolici circa ius præſentandi multum defertur.*
8. *Concurſus in Vicarijs vnitis, & prouiſiones illius vigore, tanquàm non factæ iuxta conſtitutionem Pij V. nullæ ſunt, & ideo ex illis obſeruantia ad probandum ſtatum beneficij deſumi non poteſt.*

DECISIO CCXIV.

VACANTE perpetua Vicaria Beatæ Mariæ de Mari vnita Archidiaconatui erecto ſub eadem inuocatione in Cathedrali Barchinonen. cum Epiſcopus d. Eccleſiæ prætenderet, eſſe locum concurſui, Archidiaconus verò nominationem Vicarij abſque alio concurſu ad ſe ſpectare; dubitaui, an dicta nominatio ſpectaret ad Epiſcopum, vel Archidiaconum; & Domini pro Archidiacono reſponderunt, tum ex verbis vnionis, per quæ expreſsè reſeruatur dicta nominatio Archidiacono, & inſtitutio Epiſcopo, ibi, *Vicario ad præſentationem illius, qui eſt, vel pro tempore erit in illa dignitate, cui vnita eſt ipſa Eccleſia, &c. per nos præfatum Epi-*
1 *ſcopum, ſeu ſucceſſores noſtros inſtituendo.* Tum ex Bulla *fel. record. Pij V. de Vicar.* ex qua huiuſmodi Vicarij perpetui, non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſijs vnitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum præuio examine, & approbatione deputētur. Et ita etiam eſſe procedendū ſine concurſu, ſæpius cenſuit Sacra Concilij Tridentini Congregatio, vt refert *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 3 num. 54. & tenuit Rota in Tiraſonen. iuris præſentandi 23 Maij 1583. coram bon. mem. Bubalo, & in Tiraſonen. Vicariæ 13.*

 Octo-

Octobris 1595. *coram bon. mem. Litta, confirmata* 4. *De-*
A *cembris ſubſequentis coram eodem*. A. Nec obſtare vi-
2 ſum fuit, quòd non ſit locus concurſui, quando Vica-
ria ita ſpectat ad Eccleſiam, cui eſt annexa, vt cura ha-
bitu penes ipſam Eccleſiam reſideat; ſecus verò quan-
do non nudum exercitium, ſed cura totalis, & habitua-
lis in Vicarium transfertur, vt declarauit eadem Sacra
Congregatio, *& Rota in Vlixbonen. iuris conferendi* 2.
Decembris 1605. *coram bon. mem. Litta, &* 13. *Iunij*
1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, & in
Vlixbonen. concurſus* 1. *Iulij* 1613. *coram Reuerendiſſi-
mo D. meo Decano*. Quia in propoſito prima, non au-
tem ſecunda pars diſtinctionis applicatur; quando enim
3 Eccleſia, vel beneficium acceſſoriè vnitur, ſiuè alte-
ri Eccleſiæ, ſiuè Monaſterio, ſiuè beneficio ſeculari,
cura illius ſemper reſidet habitu penes Rectorem Ec-
cleſiæ, vel beneficij, cui ſit vnio, & ſolum exercitium
curæ remanet penes Vicarium, qui in Eccleſia, vel be-
neficio vnito deputatur, *cap. ſuper eo*, & ibi *Gloſ. in
verb. annexa, & DD. de preben. in* 6. *de commun. Rota
deciſ.* 2. *de offic. Vicar. in antiq. Abb in cap. extirpanda,
§. qui verò in repet. num.* 15. *verſ. dicunt quidam, de
preben. Felin. in cap. poſtulaſti, num.* 1. *verſ. & nota quòd
licèt, de reſcript.* & fuit dictum *in Vlixbonen. concurſus* 1.
Iunij 1615. *coram R. P D. meo Remboldo*. Quod præ-
4 ſertim procedit, quando (prout hic) omnes redditus,
& prouentus Eccleſiæ vnitæ aſſignantur Eccleſiæ, Mo-
naſterio, vel dignitati, cui fit vnio, reſeruata ſolùm
certa portione, ſeù congrua pro Vicario; tunc enim
cura dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, vel bene-
ficij, cui fit vnio, & ſolum nudum illius exercitium
remanet penes Vicarium, *Oſt. Io. And. & alij in cap.
expoſuiſti, de prebend. Abb. in repet. d. §. qui verò, ſub
dicto num.* 15. *verſ. ſi autem perceptio, Felin in dicto cap.
poſtulaſti num.* 1. *verſ. ſed Abbas, Rebuff. de congr. poſt
num.* 117. *Caput. deciſ.* 339 *num.* 2. *verſ. ratio eſt, part.*
3. *Aufrer. ad deciſ* 109. *Cappell. Tholoſ. verſ. ſi autē per-
ceptio, & fuit dictum in præcitata Vlixbonen. iuris confe-
rendi coram Litta, & in d. Vlixbonen. concurſus coram
B Domino meo Remboldo*. B. Minùs obſtare viſa fuerunt
verba illa vnionis (*curam habeat, & exerceat animarum*)
quaſi per illa videatur reſeruari Vicario, non ſolùm
5 exercitium, ſed etiam cura habitualis, ne verbum *ha-
beat* de ſui natura plenum ius denotans, *l. fideicom-
miſſum* 11. *§. ſilio ff de leg.* 3. ſtante ſubſequenti ver-
bo, *& exerceat*, remaneat ſuperfluum, & ſinè effectu
operandi, Quia reſpondebatur, quòd (attenta vnione,
cum aſſignatione omnium fructuum, per quam dicitur
abſque dubio tranſlata cura in Archidiaconum, cuius
Archidiaconatui facta eſt vnio ex præallegatis) verba
illa, *habeat, & exerceat*, intelliguntur prout de iure,
vt ſcilicet habeat curā tanquam Vicarius actu, & quoad
6 exercitium; cum etiam Vicarius habens curæ exerci-
C tium, dicatur curam habere, quamuis actu tantùm C,
*Gloſ. in dicto cap. ſuper eo, in verb. annexa, verſ. Vicarius
enim, & ibi Gemin. num.* 4. *poſt med. verſ. & quòd Vica-
rius, Franch. num.* 2. *circa med. verſ vndè ipſe Vicarius,
de preben. in* 6. *Faſtol. dub.* 25. *num.* 2. *in princ.* Neque
denique viſum fuit, in contrarium facere prætenſam ob-
ſeruantiam faciendi concurſum; tū quia oſtenditur etiā
obſeruantia inſtituendi ad præſentationem Archidiaco-
ni, quæ magis eſſet attendenda tanquam magis confor-
mis vnioni, ſtante præſertim ſententia Epiſcopi Bar-
chinonen. vti delegati Benedicti Papæ XIII. lata del
1413. per quam fuit expreſsè declaratū dictum ius no-
minandi, & præſentandi ad fauorem Archidiaconi, cui
7 eſt plurimum deferendum, *Rot. deciſ.* 11. *num.* 1. *in fin.
de iur. patr. in nou. & in Florentina canonicatus* 11. *De-
cembris* 1615. *coram me*, & aliàs paſſim; vel ſaltem iſtæ
obſeruantiæ inuicem ſe confringerent. Tū etiam, quia
8 contraria non releuat, ex quo prouiſiones ad eam pro-
bandā allegatæ non factæ ſunt iuxta ſupradictā conſtitu-
tionem Pij V. quæ vti continens decretum irritans in-
ficit titulum, & poſſeſſionem; ideoque ex dd. prouiſio-
nibus non poteſt deſumi talis obſeruantia, quæ veritati
rei poſſit præiudicare, vt fuit dictum in allegata *Vlixbo-
D nen. coram R. P. D. meo Remboldo*. D
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Garz. de benefic. part.* 9. *cap* 2. *num.* 292. *Lotter. de re be-
nefic. lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 21. vbi meminit huius deciſio-
nis, quam etiam ſecuta eſt *Rota coram Cardinali Caualer.
deciſ.* 595. *num.* 4. *& deciſ.* 599. *num.* 1. *in Dertuſen Vi-
caria* 28. *Nouembris* 1616. *coram bon mem Vbaldo. &
in Barchinonen. Vicaria* 17. *Maij* 1624. *coram R. P. D.
meo Merlino* in qua plures huius deciſionis concluſiones
firmantur, & infra *deciſ.* 303. *num.* 10. *& deciſ.* 931.
num. 1. *&* 2.

B *Cardinal. Caualer. d. deciſ.* 595. *num* 2. *Rot. in d. Dertuſen.
Vicariæ coram bon mem. Vbaldo, & in d. Barchinonen. Vi-
caria coram R. P. D. meo Merlino*.

C Ita etiam de ſimilibus verbis reſpondit *Rota in d. Barchi-
nonen. Vicaria coram R. P. D. meo Merlino*.

D *Cardinal Caualer. d. deciſ* 595. *num.* 5. & fuit dictum
in *Dertuſen Vicaria* 22. *Aprilis* 1624. *coram R. P. D. meo
Merlino*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romanā de Marganis.

Veneris 9. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Dos quando ſuccedit loco legitimæ, nullo one-
re à patre grauari poteſt, licèt ſtatuto caueа-
tur, fœminas dote ſibi tradita, vel relicta
contentas eſſe debere: & an, & quando dos
legitimæ loco ſuccedat.

SVMMARIVM.

1 *Dos grauari non poteſt, licèt ſtatutum verbis valdè ge-
neralibus prohibeat, fœminas impugnare dotationem, ſed
velit, illas eſſe tacitas, & contentas*.
2 Sed, *dictio eſt aduerſatiua, & facit, vt dicantur repetiti
termini præcedentis diſpoſitionis*.
3 *Termini ſuperius expreſſi repetiti cenſentur, vbi ſermo
eſt continuatus*.
4 *Filius præteritus habet viam dicendi teſtamentum nullum,
vel inofficioſum, & contratabulandi, & quando dicatur
præteritus*.
5 *Dotata non dicitur mulier, cui dos libera relicta non fuit*.
6 *Verba intelligenda ſunt cum effectu*.
7 *Filia, ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas, habere
debet dotem abſq. onere*.
8 *Statutum iuris communis correctorium interpretari debet,
vt quominus fieri poſſit, illud corrigat*.
9 *Statutum vbi contra ius commune duos effectus operari po-
teſt, intelligendum eſt, vt vnum tantùm operetur*.
10 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum priùs man-
dat dotari fœminas, & poſtea excludit, ſecus ſi econtra*.

Dos

11 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum prohibet, filiam dotatam aliquid petere ratione ſupplementi legitimæ.*
12 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando eius ſolutio differtur in tempus nuptiarum.*

DECISIO CCXV.

CORAM bon. mem. Robuſterio fuerat primo loco reſolutum 18. Maij 1582. Flaminiam non potuiſſe de ſua dote diſponere etiam vſque ad legitimam ad fauorem Ven. Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annuntiatæ, ſtante ſubſtitutione illi facta à Iacobo eius patre in eius vltimo teſtamento ad fauorem filioru͂ maſculorum, & diſpoſitione Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 82. in antiquis, nunc in nouis 141. eod. lib. deinde die 9. Martij 1583. coram eodem*, Domini pro maiori parte à dicta reſolutione receſſerunt, in qua ſecunda reſolutione hodie vtraq; parte informante vnanimiter ſteterunt, exiſtimantes, verba dicti ſtatuti, à quibus pendet tota
1 difficultas, non eſſe adeo prægnantia, vt derogent, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* per quam reijcitur à legitima quodcunque onus. Statutum enim videtur habere duas partes. In prima diſponitur, fœminas à patre, vel ab auo dotatas debere eſſe co͂te͂tas dotibus; inter viuos datis, ſiuè in vltima voluntate relictis, nec vltra datum, vel relictum quicquam ratione ſupplemẽti legitimæ petere poſſe, per quam diſpoſitionem dicitur tantùm derogatum, *l. omni modo C. eodem* diſponenti circa quantitatem, non autem dictæ *l. quoniam in prioribus* reijcienti quodcunq; onus, iuxta doctrinam *Butrig. in d. l. quoniam*, quem ſequuntur *Bald. ibidem num. 7. Salicet. in fin. Caſtr. num. 2. Iaſ. num. 1. Roderic. ampliat. 1. num. 2. Imol. in l. vlt. in fin. ff. de condict. inſtit. Alex. conſ. 55. num. 6. 7. & 8. lib 2. Angel. conſ. 53. num. 1. in fin. Pariſ. conſ. 36. num. 5. & 6. vol. 3. Dec. conſ. 106. col. 2. poſt med. verſ. nunc, Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. in repet. dictæ l. quoniam num. 209. vbi de communi, Stacb. de adiect. par. 3. num. 50. & 51. Gomez. lib. 1. variar. reſol. cap. 11. num. 29. Craſſ. in §. legitima quæſt.*
A 40. *num. 2. Honded. conſ. 53 num. 29. vol. 2.* A. Secunda verò incipiens *verſ. ſed ſemper, &c.* quamuis ſit concepta per infraſcripta verba, videlicet, *ſed ſemper teſtamentum, & vltima voluntas patris, & aui robur habeat, nec poſsit per ipſas filias, & neptes, ſeù ipſarum hæredes per quamcunque viam, ſeu alio modo impugnari, non obſtante*, &c. quæ videntur prægnantia; tamen viſa fuit ſtare continuato ſermone ad dictam primam partem, & intelligenda retentis terminis caſus præcedentis diſpoſitionis, videlicet, quando eſt relictum minus
2 legitima, idque virtute aduerſatiuæ, *Sed*, quæ facit, vt dicantur repetiri termini ſupra expreſſi *Gloſ. & Bart. in l. marito 29. §. fin. in fin. ff. ad l. Iul. de adult. Cyn. in auth. ſacramenta puberum, num. 1. verſ. ſed hoc non placet, C. ſi aduerſ. vend. Iaſ. in repet. l. quo minus num. 12. ff. de flum. Dec. conſ. 336. num. 3. Soccin. in l. 1. §. adipiſcimur, num. 7. verſ. præterea, ff. de acquir. poſſeſſ. Aym. conſ. 208. num. 5. Rimonald. Iun. conſ. 29. num. 25. & 26. lib. 1.* & in terminis ſtatuti excluſiui fœminarum propter maſculos, *Bald. in l. omnes populi, n. 72. ff. de iuſt. & iure, Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta num. 309. de conſtit. Alex. in l. filius à patre, num. 6. in princ. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 9. num. 4. lib. 7. Rum. conſ. 35. num. 6. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 83. num. 7. cum ſequenti lib. 1. qui num. 10. alios refert, Natt. conſ. 570. num. 8.*
3 *& 9.* & eſt generale, quòd ratione continuati ſermonis intelligantur repetiti termini ſupra expreſſi, *Gloſ. in §. item lapilli, Inſt. de rer. diuiſ. Aym. d. conſ. 208. num. 6.*
4 Nec ſubſiſtit, quòd ſecundùm hunc ſenſum remanerent ſuperflua verba illa, *per quamcunque viam, ſeu alio modo, &c.* Quia cum ſupra eſſet expreſſus vnicus modus, ſcilicet petitionis ſupplementi legitimæ, & filia in teſtamento prætérita (qualis eſt, cui vel nihil relinquitur in teſtamento, vel ſi quid non iure inſtitutionis *§. aliud quoq; capitulum, & ibi Gloſ. in verb. præterire, Auth. vt cu͂ de appell. cognoſ.*) habeat etiam vim dicendi teſtamentum nullum, *Inſt. de exhær. lib. in princ.* vel inofficioſum, *Inſtit. de inoffic. teſtam. in princip* & contratabulandi, *§. ſunt autem, Inſt. de bon. poſſeſſ. vbi Gloſ. in verb. contra tabulas* ponit vtramq; viam, quæ omnes viæ, & modi remanent ſublati per dicta verba ſtatuti. Ex quibus tolluntur deducta in prima deciſione bon. mem. Robuſterij circa dicta verba, aliaq. vniuerſalia, & prægnantia Statuti, quia procederent, ſi ſtarent de per ſe, & abſolutè, ſed non applicantur quando acceſſoriè, & continuatiuè ad præcedentem diſpoſitionem, ac retentis eiſdem terminis, ac themate, prout in caſu noſtro ex ſupradictis. Quæ confirmantur tum ex eo, quòd ſtatutum ipſu͂ requirit, fœminas eſſe dotatas, & habere dotes, quibus
5 vult eſſe contentas; dotatæ autem non eſſent, niſi haberent dotem liberam, nec vlli reſtitutioni ſubiectam, *Iac. de Aren. in l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de leg. 3. Bald. conſ. 49. lib. 2. & conſ. 150. num. 13. lib. 5. Caſtr. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 8 in fin.* ibi, *quia non relictum eſt purum, alias non diceretur dotata, ff. de condit. & demonſtr. Cephal. conſ. 56. num. 3. in*
6 *fin.* facit regula vulgaris, quòd verba cum effectu ſunt intelligenda *cap. relatum, de cler. non reſid. cum concord.* Præſertim quia ſi donatio, de qua in ſtatuto, non intelligeretur cum effectu, ſeu liberè, & abſque onere, per illud ſtatutum retraherentur homines à ducendis vxoribus contra publicam vtilitatem, de qua *in l. 1. & ibi not. ff. ſol. matr.* & contra mentem eorundem ſtatuentium, qui in alio ſtatuto *cap. 77. lib. 1. in antiq. in nouis 131. & 132. eod. lib.* diſpoſuerunt, maritum lucrari totam dotem liberis extantibus, quam eiſdem reſeruare teneretur, & ipſis non extantibus quartam partem: & quòd
7 ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas debeant habere dotem abſque onere reſtituendi, adeò, vt hæredes patris teneantur illud remittere *tradit Iac. de Aren. in d. l. vxorem, §. pater, Alber. in l. 1. §. videamus, num. 25 C. de rei vx. act. Bald in l. fin. num. 5. verſ. ſed pone quòd ſtatutum, C. de dot. promiſſ. Roman. in l. poſt dotem num. 68. & ibi Iaſ. num. 89. ff. ſolut matr. Dec. conſ 106. num. 1. verſ. ſecundò dato, Cagnol. in l. fin. num. 101. C. de pact. Gabr. de legitim.* qui de magis communi *concl. 1. num. 63. & 64. Monterent. ad ſtat. Bonon. de dot. reſtituen. in §. item dicimus, quòd mulier, in verb. ſtipula-*
8 *tus, in fin.* tum etiam, quia cum ſtatutum ſit correctorium iuris communis, debet interpretari, vt quo minus fieri poteſt illud corrigat *cap. cum dilectus in uncta gloſ. in verb. nec iuri, de conſuetudine, & ibi Abb. num. 21. l. 2. vbi Bart. C. de noxalib. act.* ideoque cum verba illius operentur correctionem *d. l. omni modo*, non debent operari correctionem *d. l. quoniam in prioribus*, quia vbi ſtatu-
9 tum contra ius poſt vnum effectum operari, non debet ita intelligi, vt duos operetur præſertim iuri contrarios *Roman. conſ. 199. num. 6. Grat. conſ. 16. num. 8. lib. 4. & conſ. 13. num. 43. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 167. num. 22. Rot. deciſ. 432. num. 10. par. 1. diuerſ.* & in terminis ita arguunt, *Butrig & alij in d. l. quoniam ſupra relati*, & hunc ſenſum videtur habuiſſe Rota ſequuta deciſ. ſecundam in hac cauſa factam coram Rubuſterio, *in Romana bonorum de Ceulis 28. Iunij 1587. coram bon. mem. Penia.* Non obſtat *Bart. in d. l. Titio centum, §. Titio genero num. 5.*

& 6. ff. de cond. et demonſt. volens in terminis ſtatuti, quòd filia dotata à patre non ſuccedat, nec aliquid dicere poſſit contra teſtamentū, relictum pro dote eſſe conditionale, & tranſmiſſibile, quem ſequuntur nonnulli relati in prima deciſione. Primò, quia Bartolus loquitur cum præſuppoſito, quòd dos in caſu dicti ſtatuti nō ſuccedat loco legitimæ: quod procedit, quando ſtatutum
10 excludit filiam ſimpliciter, & mandat dotari, ſecus autem vbi (prout in caſu noſtro) diſponit, quòd filia dotata non ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, tunc enim
B relictum cēſetur loco legitimæ B, & ideo purum, & ab eo reijcitur onus conditionis, vt diſtinguit *Caſtr. ibidem num. 8. verſ. ego pluries contra Bart. ibiq. Addentes ad eum in verb. non ſuccedat, Alex. conſ. 13. num. 12. lib. 3. Suarez. in d.l. quoniam amplius 5. num. 4. verſ. ex quo inſertur, Pariſ. conſ. 36. num. 4. allegatus in 1. deciſ. Robuſterij* (licèt dicat, ſtatutum Vrbis excludere etiam indotatas, fortè æquiuocando de ſtatuto 145. *in nouis, de ſucceſſ. ab inteſt.* ad ſtatutum, de quo agitur *de ſucceſſ. ex teſtamento*) *Dec. d. conſ. 106. num. 3. verſ. ſecundò reſpondetur, Capic. deciſ. 176. num. 8. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 1. num. 39. Peregr. de fideicom. art. 38. num. 23. Craſſ. in §. legatum quæſt. 48. num. 10. verſ. tertia igitur, Rot. deciſ. 540. num. 1. verſ. diſtinctio autem, par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 815. num. 1. & 2. Rota in Callien. dotis 12. Decembris & 21. Maij 1598. coram Orano, in Peruſina dotis 10. Maij 1602. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino, & in Peruſina de Alphanis 15. Iunij 1612. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio.* Quod faci-
11 lius procedit in caſu noſtro, quia ſtatutum prohibet, aliquid peti ratione ſupplementi legitimæ, ex quo apparet, dotem datam ſuccedere loco ipſius legitimæ, *Riminal. Sen. conſ. 257. num. 13. verſ. ex quibus, vol. 2. Soccin. conſ. 30. num. 3. in fin. verſ. tum etiam, lib. 1. Capr. conſ. 72. num. 4. & ſeq. Pariſ. d. conſ. 36 num. 8. lib. 3. Honded. d. conſ. 53. num. 10. vol. 2.* & in terminis huius ſtatuti, de quo agitur Rota *deciſ. 266. num. 3. & 4. par. 1. diuerſ.* Secundò quia *Bart.* loquitur quando eſt
12 appoſita dilatio ſolutionis dotis in tempus nuptiarum, qui caſus longè differt à noſtro, vbi apponitur onus illam reſtituendi, *Aret. conſ. 43. num. 2. Dec. d. conſ. 106. ſub num. 3. verſ. nec obſtat. ſi dicatur.* ad quod onus reijciendum dos ſuccedit loco legitimæ, *Rot. in Romana dotis de Creſcentijs coram Robuſterio, incip. fuit reſolutum quòd ſtatutum lib. 1. cap. 185. Card. Seraph. deciſ. 815. num. 1. & 3.* & ſentit *Rota deciſ. 540. in princ. par. 1. diuerſ.* Tertiò denique, quia hodie diſputatur ſuppoſitis terminis habilibus, & ſic quòd applicari poſſit diſpoſitio dictæ *l. quoniam in prioribus*, & dos ſuccedat loco legitimæ. Ex quibus patet reſponſio ad *conſ. Gabr. 140. lib. 2.* in hac cauſa, quia ipſe nititur oſtendere, dotem non ſuccedere loco legitimæ, cuius tamen contrarium videtur ex prædictis, & ſupponitur in hac diſputatione. Non obſtat conſideratio, de qua in dicta prima deciſione, quòd cum ſtatutum, de quo agitur, ſit relatiuum ad ſtatutum *cap. 145. de ſucceſſ. ab inteſtato*, in quo excluditur filia etiam indotata, & mandatur dotari, & cum relatum ſit in referente, dos non dicatur ſuccedere loco legitimę, etiam attenta diſtinctione Caſtren. Quia ſtatutum, de quo agitur, in ſua diſpoſitione nō eſt aliquo modo relatiuum ad dictum cap. 145. ſed eſt tantùm præſeruatiuum diſpoſitionis circa ſucceſſionem ab inteſtato, vt patet ex eius lectura in fine.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A *Fuſar. de ſubſtit quæſt. 297. num. 22. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. num 4. & quæſt. 9. num. 2.* quando autem dos à patre fideicommiſſo, vel alio onere grauari poſſit, latè *Fuſar. d. quæſt. 297. per tot. Merlin. d. quæſt. 9. per tot. Mareſcott variar. reſolut. lib. 1. cap. 28. licèt num. 11. & 12.* In terminis Statuti Vrbis, de quo in hac deciſione, afferat, filiam à patre dotatam cum onere fideicommiſſi, non poſſe illud onus reijcere, etſi dos ipſa legitimæ loco ſuccederet, ſequendo deciſionem coram Robuſterio in Romana de Marganis 18. Maij 1582. à qua poſtea Rota receſſit, vt in hac deciſione.

B In hac materia, an dos filiæ per ſtatutum excluſæ ſuccedat loco legitimæ, Doctores communiter ſequuntur diſtinctionem traditam per *Paul. de Caſtr. in l. Titio centum §. Titio genero, num. 8. ff. de condit. & demonſtrat.* qui diſtinguit duos caſus, Primus eſt, quando ſtatutum decernit, vt ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat, ſed debeat dotari; & hoc caſu dos non ſit loco legitimæ; quia fœmina ab inteſtato cum fratre ſuccedere non poteſt. Secundus eſt, quando ſtatutum mandat, vt exiſtentibus maſculis filia dotata non ſuccedat; & tunc ait, illam excludi propter dotem quaſi ſi dotata non eſſet, non excluderetur, & propterea dotem ſuccedere loco legitimæ, quam diſtinctionē, præter hic allegatos, ſequuntur *Mart. not. 47. Ioſeph. de Seſſe deciſ. Aragon. 26. num. 58. Beltramin. qui alios adducit in annot. ad deciſ. 565. Gregor. XV. num. 11. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 10. num. 12.* vbi quòd prædictam *Caſtren.* diſtinctionem ſæpius Rota canonizauit, *& d. cap. 28. num. 5. Merlin. qui plures congeſſit d. quæſt. 8. num 9. Gratian. diſceptat. 689. num. 44. 700. num. 30. & 797. num. 9.* vbi meminit huius deciſionis, & Rota *in Firmana legitimæ 30. Octobris 1617. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana bonorum.

Lunæ 12. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Reintegratio in ſpolio concedenda non eſt, primo extremo plenè, & concludenter non probato, & quando cenſeatur ad hunc effectum minùs ſufficienter probatum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit ſpoliato ſua poſſeſſione per ſententiam notoriè iniuſtam, niſi ille ſe pro ſpoliato habuerit.*
2 *Extremum primum in ſpolio requirit clariſſimas, & euidentiſſimas probationes.*
3 *Poſſeſſio iure familiaritatis non eſt manutenibilis.*
4 *Filia renuncians cum iuramento omnibus ſucceſſionibus ex teſtamento, & ab inteſtato, debet renunciationē ex capite enormiſſimæ læſionis reſcindere antequam aliquid petat.*
5 *Poſſidens abſque titulo, præſumitur poſſidere iure familiaritatis.*
6 *Primogenituræ bona à ſecundo genito poſſeſſa præſumuntur iure familiaritatis.*
7 *Poſſidere nemo præſumitur ex titulo iniuſto.*
8 *Poſſidere quis præſumitur titulo hæreditario, quando hæreditas ei delata fuit.*
9 *Poſſeſſio ex probatione æquiuoca, & dubia non probatur, nec releuat ad obtinendum in ſpolio.*

Senten-

10 *Sententia, per quam quis reintegratur ad totalem poſſeſſio-
nem rei cum alio communis, tanquam executiua dicitur
notoriè iniuſta.*
11 *Poſſeſſio bonorum in præiudicium hæredis ſcripti capi non
poteſt abſque licentia Iudicis in ſcriptis ex diſpoſitione
Statuti Spoleti.*
12 *Melioramentis non refectis poſſeſſor titulatus eijci nõ poteſt.*
13 *Examen teſtium abſque citatione ad videndum illos iurare,
& commiſſione receptionis iuramentorum nullum eſt.*

DECISIO CCXVI.

STETERVNT DD. in deciſis 22.
1 Aprilis videlicet Franciſco dandum
eſſe mandatum de manutenendo in
poſſeſſione bonorum, de quibus agi-
tur. Subſiſtit enim fundamentum re-
ſolutionis ſuper notoria iniuſtitia ſen-
tentię de partibus reintegratorię Do-
ralicis ad poſſeſſionem dictorum bonorum, quæ ideo
non priuauit poſſeſſione dictum Franciſcum non haben-
tem ſe pro ſpoliato. Iniuſtitia autem euidenter reſul-
tat, ex quo Doralix, quæ ſpolium intentauit, non pro-
bauit concludenter anteriorem eius poſſeſsionem, &
2 ſic primum extremum requirens clariſsimas, & eui-
dentiſsimas probationes, *Gloſſ. magna communiter re-
cepta in l. 1. C. quor. bonorum*, præſertim ex ſtylo Rotæ,
vt ex deciſionibus cumulatis in *Virdunen. Abbatiæ 27.
Nouembris anni præteriti coram me.* Illius enim poſſeſ-
3 ſio, vel fuit iure familiaritatis, & ſic non manutenibi-
lis, vt comprobatum fuit in deciſione: quia dici non
poteſt, illam iure proprio poſſediſſe, ex quo nullum ha-
bebat titulum, cum non poſſet vllo modo ſuccedere
eius patri. Tum quia ipſe in duobus eius vltimis te-
ſtamentis hæredem inſtituerat ſolum Innocentium filiũ
legitimatum, eique decedenti ſinè filijs legitimis, & na-
turalibus ipſam D. Doralicem ſubſtituit, cum prohibi-
tione in vltimo teſtamento, quòd ipſa non poſſet Inno-
centium moleſtare, ſub pœna priuationis hæreditatis.
4 Tum etiam, quia vtrique ſucceſsioni ex teſtamento ſci-
licet, & ab inteſtato per eam fuerat ſolemniter renun-
ciatum in ampliſsima forma, cum iuramento in mani-
bus patris ſtipulantis etiam vice, & nomine dicti In-
nocentij, quæ renunciatio indigebat priùs reſciſsione
ex capite enormiſsimæ læſionis, iuxta notata communi-
ter *in cap. quamuis, de pact. in 6. Rot. deciſ. 102. par. 2. di-
5 uerſ.* & ſic ſolus Innocentius haberet titulum ex dictis
teſtamentis, & renunciatione: & conſequenter præten-
ſa poſſeſsio Doralicis non poteſt dici niſi iure familiari-
tatis, vel ſaltem incumbit ei onus probandi, quòd fue-
rit iure proprio, vt de ſecundo genito poſsidenti bona
6 primogenituræ, dicunt *Caſtren. in l. qui iure, num. 2.
ff. de acquiren. poſſeſſ. & conſil. 79. col. 3. num. 4. verſ. item
non obſtat, lib. 1. Ruin. conſil. 34. num. 12. volum. 1. Ti-
raquell. de iur. primogen. quæſt. 25. num. 2. Cephal conſil.
4. num. 40.* Quod non ſolùm ipſa non probat, ſed etiam
clarum videtur, quòd ita eſſe non potuerit, ſtantibus
dictis teſtamentis, & renunciatione, quia aliàs videre-
7 tur eam voluiſſe ex iniuſto titulo poſsidere, quod non
præſumitur, *Corn. conſil. 261 num. 7. lib 3. Bero. conſil.
69. num. 7. volum. 3. et Menoch. præſumpt. 67. num. 14.
lib. 6.* Vnde etiam ceſſant ea, quæ dicuntur de titulo
8 putatiuo hæreditatis, cui præſumptioni locus eſſe poſ-
ſet, ſi Doralici delata fuiſſet hæreditas, *Alciat. præſump.
23. reg. 2 Menoch. dicta præſumpt. 67. num. 6.* Vel di-
cta poſſeſſio Doralicis non fuit inſolidum, & priuatiua
quoad alios, ſed vel ſimul cum Innocentio, vt deponunt
ſecundus, & quattus teſtes eiuſdem Doralicis, licèt for-
tè per errorem ſcribentis primus teſtis allegatus fuerit
loco ſecundi; vel (vt omnes explicitè dicunt) cum
Cæcilia vxore teſtatoris, quæ quidem Cæcilia poſside-
re poterat, vel ratione ſuarum dotium, vt deponit pri-
mus ex dictis teſtibus iuxta 15. vel tutorio, ſeu cura-
torio nomine dicti Innocentij, vel ſimul cum eo, vt
probari videtur per inſtrumentum venditionis per eos
factum Franciſco, in quo vterque nomine dicti Franci-
ſci ſe conſtituit poſſidere. Ex præmiſsis autem ſequi-
9 tur, quòd dicta poſſeſsio, vel non eſt probata, vel pro-
batio eſt æquiuoca, & dubia, & conſequenter non con-
cludit dictam poſſeſsionem, vt dictum fuit in *Imolen.
cenſus 10. Iunij 1615. coram me*; nec releuat ad obtinen-
dum in ſpolio vt fuit dictum in *Rom. Vineæ de Fabijs 2.
Maij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo*; vel non erat
10 totalis, & in ſolidum: & propterea ſententiam vti ex-
ceſsiuam (cum reintegrauerit ad totalem poſſeſsionem
dictorum bonorum) eſſe notoriè iniuſtam ex allegatis
in deciſione. Quibus etiam addebant DD. illam iure
11 proprio præſumi non poſſe, quia ſic fuiſſet nulla, ex quo
Doralix tanquam non inſtituta hæres, non poterat eam
capere in præiudicium Innocentij inſtituti, ſinè licen-
tia Iudicis in ſcriptis, iuxta Statutũ Spoleti ſub rubrica
Qualiter poſsit capi tenuta bonorum, cap. 15. datum in
alijs poſitionibus in *ſummario Franciſci num. 14.* quod
in hoc caſu, nedum poſſeſsionem annullat, ſed etiam
imponit pœnam amiſsionis cuiuſcunque iuris præten-
ſi in bonis, & hæreditate defuncti. Subſiſtere etiam vi-
12 ſum fuit aliud fundamentum iniuſtitiæ eiuſdem ſenten-
tiæ; quia ſcilicet Franciſcus, qui erat titulatus poſſeſ-
ſor ex cauſa emptionis, eiectus fuit, non refectis melio-
A ramentis vtilibus, & neceſſarijs A, quorum nulla fuit
habita ratio, nec factum verbum in dicta ſententia.
13 Prout pariter fundamentum nullitatis examinis te-
ſtium, præſertim ex defectu citationis ad vidẽdum illos
B iurare B. Et nihil faciunt duo decreta nouiter allega-
ta, cum non contineant commiſsionem receptionis iu-
ramentorum dictotum teſtium, vt benè per informan-
tes pro Franciſco.
Ideoque DD. vtraque parte informante ſteterunt in de-
ciſis.

ANNOTATIO.

A Melioramenta vtilia, & neceſſaria quæ dicantur, & quan-
do deducenda ſint, latè *Mareſcott. variar. reſolut lib. 2.
cap. 109. & 110. per tot.*
B De quo dixi ſupra *ad deciſ. 118. lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Piſtorien. Beneficij.

Veneris 13. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Acta habentur pro integrè tranſportatis ex pro-
ductione illorum verbali, de ſtylo fori Ec-
cleſiaſtici Florentini. Item ex quibus pro-
ductio præſumatur realis:

SVMMARIVM.

1 *Productio actorum verbalis, & generalis ſufficit, & ha-
betur pro reali de ſtylo in foro Eccleſiaſtico Florentino.*
2 *Stylus attendendus eſt in ordinatorijs iudicij.*
4 *Stylus in ordinatorijs ſufficienter probatur per atteſtatio-*

nes extraiudiciales Curialium, & Notariorum.
4 *Stylus ceſſat, vbi non concurrunt requiſita per ſtylum ipſum.*
5 *Inſtantia prima licèt ſit diuerſa à ſecunda, cauſa tamen ſemper eſt eadem ratione identitatis perſonarum, rei, & actionis.*
6 *Productio actorum præſumitur realis ex curſu biennij.*
7 *Productio præſumitur realis, ſtantibus verbis in proœmio ſententiæ*, Viſis omnibus actis.
8 *Iudicis aſſertioni, quòd viderit proceſſum, creditur, quando eſt veriſimilis, & adminiculata; & de adminiculis, num. 9.*
10 *Iudex poteſt, abſque nullitatis vitio, pronunciare ſuper iuribus ab vna tantùm parte productis, ſtante negligentia alterius partis in producendo ſua iura.*

DECISIO CCXVII.

CVM Gabriel ex vna, & Rodulphus ex
alia præſentati eſſent ad Cappellaniã,
de qua agitur, à diuerſis prætendenti-
bus iuſpatronatus laicale ad ſe ſpe-
ctare, & latæ fuiſſent in partibus tres
ſententiæ conformes ad fauorem Ga-
brielis; commiſſa ad preces Rodulphi
in Rota cauſa nullitatis dd. ſententiarum, & reſtitutio-
nis in integrum, dubitaui, an vltima ſententia per Ar-
chidiaconum Florentinum lata eſſet nulla; & nullitas
deducebatur, tàm ex defectu tranſportationis actorum,
quàm ex eo, quòd dictæ ſententiæ ſuper pertinentia iu-
riſpatronatus non eſſent ex actis verificatæ. DD. ta-
men pro validitate ſententiæ reſponderunt. Nec ob-
ſtare viſus fuit defectus trãſportationis actorum; de illa
1 enim conſtat per dd. actorum productionem, quæ licèt
verbalis, & generalis, ſufficit tamen, & habetur pro
reali abſque alia adnotatione tranſportationis, ex an-
tiquo, & inueterato ſtylo fori Eccleſiaſtici Florentini,
ita fouentis huiuſmodi productiones, ſeu reproductio-
nes actorum aliarum inſtantiarum, qui eſt attendendus
2 in ordinatorijs iudicij ex vulg. vt de ſimili ſtylo dixit
Rota *in Meliten. penſionis* 21. *Maij* 1602. *& in Mediola-
nen. prætenſæ illegitimitatis* 4. *Iulij* 1608. *corã bon. mem.
Pena*. Et in ſpecie de huiuſmodi ſtylo Florentinæ Cu-
riæ Eccleſiaſticæ *in Florentina iuriſpatronatus* 3. *Decem-
bris* 1607. *coram Illuſtriſsimo Cardinali Lancellotto*. Et
de ſtylo loci iudicij in ordinatorijs attendendo dictum
fuit in hac cauſa 22. Aprilis præteriti. De dicto autem
ſtylo ſatis conſtat ex atteſtationibus Cancellarij, actua-
riorum, & Cauſidicorum dicti fori *in ſummario num.*
3 3. quæ licèt extraiudiciales ſufficiunt ad illum proban-
dum in ordinatorijs *l. 3. §. ſed & diui, vbi Florian. &
Iacob. ff. de teſtib. Alex. in l. dies cautioni, §. hoc autem,
num.* 26. *ff. de damn. infect.* & fuit deciſum in dicta *Flo-
rẽtina iuriſpatronatus*; qui etiam non fuit per Rodulphũ
controuerſus, imò in memorialibus per eum datis
admiſſus, & acceptatus, & cauſa cum illius præſuppo-
ſito diſputata. Et licèt opponeretur, quòd ſtylus non
applicabatur, cum requirat adnotationem productio-
nis omnium, & ſingulorum actorum, & iurium alia-
rum inſtantiarum, & quòd originalia dimittantur pe-
nes notarium per alteram partem videnda, quæ dice-
4 bantur ceſſare in præſenti caſu, & per cõſequens etiam
ſtylus, *Bertrand. conſ.* 143. *num.* 3. *vol.* 2. *par.* 1. *Creſcent.
deciſ.* 4. *in fin. de procuratoribus, Seraph. deciſ.* 688. *num.*
2. Nihilominus ſatis viſum fuit eſſe factam dictam ad-
notationem per illa verba, *omnia, & ſingula acta, &
actitata hactenus in huiuſmodi cauſa facta, & geſta per
vtramque partem*, quæ cum ſint ita ampla, & vniuer-
ſalia comprehendunt ſinè dubio acta præcedentium in-
5 ſtantiarum; licèt enim inſtantiæ ſint diuerſæ, cauſa ta-
men ſemper eſt eadem ratione identitatis perſonarum,
& rei, *Gloſſ. in rubr. C. ne lic. tert. prouoc.* & quantùm
ad proprietatem, & effectum, licèt ſecus quoad ordi-
nem, & iuſtitiam, *Alberic. ex mente Iacob. de Beluiſ. in
l. ita demum, num. 3. in fine, C. de procurat. & ibi Ale-
xand. num* 18. *&* 19. *Caſſador. deciſ.* 4. *de reſcript. Me-
A nocb. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 202. *numero* 67. A.
Tantò magis cum ex ſtylo non præſcribatur forma præ-
ciſa adnotandi, & deſcribendi adnotationem, quæ ver-
bis expreſſis, & diſtinctè contineat productionem cu-
iuslibet proceſſus aliarum inſtantiarum præcedentium;
dimiſſio autem originalium penes Notarium viſa fuit
ſatis iuſtificata, & potiſſimùm ex atteſtatione eiuſdem
Notarij, de qua infra. Sed vlteriùs pro parte Gabrie-
lis plura etiam deducebantur, ex quibus videbatur con-
ſtare, productionem, & tranſportationem fuiſſe rea-
6 lem; & præſertim diuturnitas temporis duorum ferè
annorum, quo cauſa coram Domino Archidiacono pe-
7 pendit. Item verba proœmialia ſententiæ, *viſis omni-
bus actis, & actitatis per procuratorem Gabrielis exhibi-
B tis*, B. licèt enim tali aſſertioni Iudicis regulariter
8 non credatur *ad notata communiter per DD. in cap. quo-
niam contra, de probat.* & alios allegatos per *Decian. re-
ſponſ.* 18. *num.* 201. *volum.* 1. Creditur tamen, quando
illa eſt veriſimilis, prout hic ex ſupradictis, & infra di-
cendis, *Anchar. conſil.* 277. *in fin. verſic. non obſtat, Ay-
mon. de antiquit. tempor. part.* 2. *num.* 22. *& conſil.* 54.
num. 15. *Decian d. reſponſ.* 18. *num.* 203. *Cephal. conſil.*
474. *num.* 11. *Menocb. de arbitr. quæſt.* 76. *num.* 21. *li-
bro* 1. Et ferè in ſpecie noſtra *conſil.* 100. *num.* 230. 31.
32. & quando eſt adminiculata, *Decian. d. reſponſ.* 18.
num. 204. *verſic. & ſecundùm ea*. Adminicula autem
9 erant motiua dicti Archidiaconi, & eius aſſeſſoris, ex
quibus apparebat, acta ipſa fuiſſe coram eo, etiam actua-
liter producta, ac per eum lecta, vt fuit in ſimili conſi-
deratum in *Oriolen. beneficiorum* 12. *Ianuarij* 1596. *co-
ram bon. mem. Litta*: plura eius decreta, quòd acta ſibi
exhiberentur, & dicto aſſeſſori, cum cuius voto decla-
rauit, velle cauſam expedire; & denique atteſtatio no-
tarij actuarij cauſæ de reali exhibitione proceſſuum
penes ſe facta, & de illorum conſignatione Gabrieli ad
effectum deferendi aſſeſſori, vt *in dicto ſummario num.*
6. *vt fuit dictum in Pientina* Cappella 7. *Iunij* 1596. *co-
ram eodem Litta*. Et aliæ atteſtationes plurium perſo-
narum, quæ viderunt dd. proceſſus penes dictũ aſſeſſo-
rem, qui illis incumbebat, vt daret votum pro ſententiæ
prolatione; & propterea ex prædictis huiuſmodi ſtylo
ſufficienter ſatisfactum fuiſſe videtur. Minùs etiam
viſa fuit obſtare atteſtatio aſſeſſoris, quòd non viderit
iura pro parte illorum de Landis, ſed ſolummodo pro
parte Gabrielis. Quia cum conſtet, dd. de Landis fuiſ-
ſe legitimè citatos, & à Iudice monitos ad informan-
dum, & ſuas probationes deducendum, potuit Iudex,
10 ſtante illorum negligentia abſque vitio nullitatis pro-
nunciare ſuper iuribus tantùm pro alia parte produ-
ctis, *Felyn. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 18. *ver-
ſiculo limita igitur primò, de conſtit. Alexand. in l.* 2. *nu-
mero* 9. *circa med. verſic. ſecus ſi ſit lata, C. de edend. Ce-
phal. conſil.* 89. *num.* 24. 25. *&* 26. *parte prima, & fuit
dictum in Maioricen. canonicatus* 4. *&* 18. *Februarij*
1591. *coram bon. memor. Gipſio*. Alia nullitas concer-
nens caput iniuſtitiæ viſa fuit alterius inſpectionis.
Et interim fuit vt ſupra deciſum.

AN-

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione allegata, dictum fuit *in Ferrarien. bonorum de Zaualijs 14. Decembris 1618. coram bon. mem. Vbaldo*.

B Sequitur *Beltramin. in annot. ad deciſ. 59. Gregor. XV. ſub lit. B. num.* 14. vbi de alijs caſibus, in quibus productio iurium realis præſumitur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana prætenſi cenſus.

Lunæ 16. Ianuarij 1617.

Argumento, nec ſummario indiget.

DECISIO CCXVIII.

IOANNES Paulus de Guidottis, eiuſq, filij ex Margarita Perſetta coniuge prætendentes ſe vti hæredes quondam Ioannis Bargini mediante dicta Margarita eſſe creditores quondam Cæſaris de Amannis in certa pecuniarum ſumma (vt ſupponitur) ſcutorum 433. pro ſorte principali, & vlteriùs pro fructibus, & expēſis liquidandis occaſione trium ſocietatum officiorum, vnius videlicet ſcutorum 300. ad fauorem quondam Sebaſtiani Vari, alterius ſeutorum 150. ad fauorem quondam Victoriæ Baroncellæ, & alterius ſeutorum 200. ad fauorem quondam Herculis Areatorij aliàs per quondam Hieronymum Galeanum contractarum ſub fideiuſſione in ſolidum dictorum quondam Cæſaris, & Bargini, egerunt vigore monitorij actione hypothecaria coram A.C. contra Liuiā, & Iuliam ſorores de Amannis filias dicti Cæſaris vti poſſidentes vnam domum ad Puteum album, quam dicunt ad ſe pertinere vigore fideicommiſſi quōdam Stephani ſenioris de Amannis earum aui paterni, & ſententiam fauorabilem reportarunt pro ſumma ſcutorum 300. & fructibus, & expenſis liquidan. Ab hac ſententia appellarunt dictę ſorores, & cauſa vnà cum toto negotio principali commiſſa R. P. D. meo Coccino nūc Decano, Rota omiſſa tunc cognitione ſuper meritis, & quātitate crediti, & prætextu, quòd prædicti de Guidottis vigore mandatorum aliàs relaxatorū contra dictum quondam Cæſarem eſſent in quaſi poſſeſſione exigendi ſeuta 28. quolibet anno pro rata ad eum ſpectante, dum viueret, ſuper canone, ſeu cenſibus d. domus ad Puteū albū: dixit, eoſdem de Guidottis eſſe reſtituendos ad ſtatū exigendi dicta ſeuta 28. annua, & vlteriùs contra bona dictarum ſororum mandatum relaxanit pro ſolutione aliquotum cenſuum ex dicta domo per ipſas retentorum, & ſpectantium ad dictum Cæſarem. Huius mandati vigore dd. de Guidottis, ſeù Barginis aſſequuti fuerunt (vt ſupponitur) plures penſiones dictæ domus, quæ per earum inquilinum deponebantur, & antea per procuratorem dictarum ſororum ſinè præiudicio earum iurium ad fauorem creditorum dicti Cæſaris; ſed cū vellent procedere ad vlteriorem exactionē dictarum penſionum pro dictis cenſibus: contra verò filiæ dicti Cæſaris dicerent, eos exigiſſe plus quàm eſſet prætenſum eorum creditum; ideo dubitaui, an conſtaret de ſolutione prætenſi crediti dictorum de Barginis, ſeu Guidottis, ita vt mandatum ſub die 4. Iulij 1608. relaxatum ſit renocandum cum omnibus inde ſequutis. Et Domini, informantibus ſolùm dictis ſororibus, reſoluerunt, de dicta ſolutione conſtare, quia ex calculo periti pro earum parte electi exhibito apparet, prætenſum creditum dictorum de Guidottis aſcendere ad ſummam ſcutorum 243. ƀ. 45. ſolutiones verò eiſdem ſactas ad ſeuta 252. ƀ. 20. & ſic illos potiùs remanere debitores in ſeutis 8. ƀ. 75. & licèt ſupponatur, adeſſe in actis ad fauorem dictorum de Guidottis aliam relationem eorum periti à prædicto calculo diſcordantem in maxima ſumma; Domini tamen pro nunc cenſuerunt, calculum dictarum ſororum eſſe iuſtificatum ex datis in ſummario, præſertim quia pars relationem dicti ſui periti nunqnam exhibuit, & ſæpiſsimè citata nunquam informare curauit.

Et ita deciſum, &c.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 16. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio in iuriſdictione conceditur, probata quaſi poſſeſſione illius exercitij, etiam per teſtes ſingulares.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio probatur per teſtes etiam ſingulares, & ſufficit, eos eſſe conteſtes in quadam generalitate, num. 2.*
3 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio inducitur ex cauſarum cognitione.*
4 *In ſummariſſimo poſſeſſorio exacta probatio nō requiritur.*
5 *Aſsiſtentia iuris communis, quando eſt turbida, non ſuffragatur Epiſcopo ad obtinendam manutentionem in iuriſdictionalibus.*

DECISIO CCXIX.

ARCHIPRESBYTERO terræ Saponariç Domini dixerunt dandū eſſe mandatū de manutenendo in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis quo ad cauſas ciuiles, & mixtas; de illius enim exercitio dictæ iuriſdictionis viſum fuit potiſſimùm conſtare ex duobus teſtibus in Curia Marſicen. pro parte Epiſcopi (vt conſtare videtur ex eorum lectura) examinatis, qui deponunt de cognitione huiuſmodi cauſarum coram dicto Archipresbytero, & quòd in gradu appellationis deuoluebantur ad Epiſcopum: prout etiam narratur in inſtrumento concordiæ initæ de anno 1604. inter ipſum Fpiſcopum, & Capitulum, & dictum Archipresbyterum;
1 prædicti autem teſtes, licèt ſingulares iuriſdictionem probant, *Innocent. in cap. qualiter, & quando, colum. 1. de accuſat. Alberic. in l. ob carmen, num 8. verſic. ſi enim ſuppoſito initio, & ibi Iacobin. de Sancto Georgio num. 21. verſic. ſed reperio, & num. 22. verſic. eodem modo, ff. de teſtibus, Dec. in cap. licèt cauſam, num. 69. de probation. Gabriel de teſtibus concluſ. 2. num. 22. Rimin. Iun. conſ. 7. num. 35. cum ſeqq. Farinac. de te-*
2 *ſtib. quæſt. 64. num.* 182. & ſufficit eos eſſe conteſtes in quadam generalitate *iux. deciſ. Verall. 269. num. 2. par. 3.* Valde autem adminiculantur, tàm ex concordia inter Pariſium Epiſcopum Marſicen. & Capitulum facta, in qua idem Epiſcopus recognouit, eundem Archibresbyterum exercuiſſe iuriſdictionem harum cauſarum ciuilium, & mixtarum, præſertim, quia hæc confeſſio emanauit à Prælato informato; quia ipſemet dum eſſet Vica-

carius Epiſcopi ſui prædeceſſoris, per eius diffinitiuam
ſententiam cognitionem earundem cauſarum eidem
Archipresbytero adiudicauerat; quàm etiam ex ſum-
mario quodam iurium penès procuratorem Epiſcopi
reperto, in quo adnotati ſunt vigintiduo proceſſus in
Curia Archipresbyteri agitati ab anno 1490. vſq; ad
annum 1577. in Curia Epiſcopali Marſicen. producti,
& depoſitiones vigintiquatuor teſtium, quòd Archi-
presbyter à fundatione Eccleſiæ ſemper cognouit de
cauſis ciuilibus, & mixtis, quòdq. redditus Archipre-
sbyteratus proueniunt ab emolumentis iuriſdictionis:
de quibus proceſſibus, & teſtibus meminit etiam bon.
mem. Oranus in eius voto ad fauorem Archipresbyte-
ri, & teſtantur nonnulli pro reuelatione dd. iurium,
ad inſtantiam Archipresbyteri examinati, & fit men-
tio in epiſtola eiuſdem Epiſcopi prædeceſſoris tranſmiſ-
ſa ad dictum procuratorem huc in Curiam, in qua il-
lum admonet, vt ſibi tranſmittat proceſſum, ſeu co-
piam proceſſus fabricati in Curia Epiſcopali Marſicen.
de anno 1572. ſubiungens, *doue furno eſſaminati molti
teſtimonij ſopra l'immemorabile*, & demum faſſus eſt ip-
ſemet procurator in eius conſtituto, *vt in ſummario*
3 *Archipresbyteri num.* 13. Ex ea itaque cognitione quæ-
ſita fuit Archipresbytero quaſi poſſeſſio iuriſdictionis
in omnibus prædictis cauſis, *Innocent. in cap. dilectus,
& ibi Butr. Anchar. Io. de Anan. & alij de Cappell. Mo-
nach. Papien. in praxi in form. libell. in act. confeſſ. in
gloſ. plenam, num.* 10. in qua etiam poſſeſſione idem
Archipresbyter de anno 1590. manutentionem obti-
nuit ab A. C. vt in mandato in eius *ſummario num.* 2.
& licèt poſtea Epiſcopus quoque in Tribunali Rotæ
mandatum de manutenendo obtinuerit à R. P. D. meo
Manzanedo, illud tamen quoad cauſas, de quibus agi-
tur, non fuit illi conceſſum priuatiuè, ſed cumulatiuè.
4 Quæ omnia ſimul ſufficere viſa fuerunt in hoc præſer-
tim ſummariſſimo iudicio, in quo exacta probatio
non requiritur, *Alexand. conſil.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. *Dec.
conſil.* 56. *num.* 1. *verſic. & ideo, Menoch. de retinen. re-
med. vlt. num.* 34. *Caputaquen. deciſ.* 200. *par.* 2. & fuit
dictum in *Aquilegien. penſionis* 21. *Maij* 1610. *coram
dicto D. meo Manzanedo*. Et ex præmiſſis iuncta etiam
5 ſententia Pariſij Vicarij Marſicen. de anno 1578. ad fa-
uorem Archipresbyteri quo ad præſentes cauſas lata,
A iuris aſſiſtentia pro dicto Epiſcopo A, *iux text. in cap.
cum perſona, de priuileg. in ſexto* offuſcatur, & maxi-
mè turbida redditur, ideoque illi non ſuffragatur, *Sera-
phin. deciſ.* 1278. *num.* 5. *fuit dictum in Montis Regalis
iuriſdictionis* 4. *Nouembris* 1588. *coram bon. memor. Pe-
nia, & reſolutum in hac cauſa* 18. *Maij* 1607. *coram
B eodem D. meo Manzanedo*. B. Neque obſtant actus iu-
riſdictionales dati pro parte ipſius Epiſcopi de anno
1537. & 1584. *in eius ſumm. num.* 6. quia illos vt non in
forma probanti exhibitos Rota iam reiecit dicta die 18.
Maij 1607. *vt in deciſione eodem ſummario Epiſcopi nu.* 1.
Ex quibus DD. concluſerunt, Archipresbyterum manu-
tenendum eſſe quoad ſupradictas cauſas ciuiles, & mix-
tas, non tamen aperuerũt, quòd priuatiuè quoad Epiſco-
pum, ſuper quo (ſi opus erit) poterunt iterum conſuli.
Quo verò ad cauſas criminales, & matrimoniales reſer-
uarunt videre, an ex ſupradicta ſententia Pariſij conſtet
de re iudicata, &c.

ANNOTATIO.

A Manutentio datur ex ſola iuris communis aſſiſtentia nulla
concurrente poſſeſſionis probatione, vt ſæpiùs reſoluit
Rota; hoc tamen procedit in iuriſdictionalibus. In alijs
enim cauſis non iuriſdictionalibus, licèt Rota antiqua
manutentionem conceſſerit, *vt in deciſ.* 1497. *Seraphin.* in
qua datum fuit parocho mandatum de manutenendo in
exactione decimarum, ex ſola iuris communis aſſiſtentia:
quam etiam opinionem tenet *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1.
cap. 11. *num.* 14. tamen Rota moderna illam nunquam
concedere ſoluit, & à dictis deciſionibus receſſit *in vna
Reatina decimarum* 4. *Decembris* 1606. *coram Iuſto, & in
Mediolanen. decimarum* 9. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo
Pirouano, impreſſ in* 2. *volum conſil Farinac. deciſ* 291.
num. 13. *&* 14. *& coram eodem in eadem cauſa* 26. *No-
uembris* 1613. *& in* Ciuitaten. *decimarũ* 26. *Martij* 1618.
coram Illuſtriſsimo D. meo Cardinali *Veroſpio in Elboren.
decimarum* 20. *Maij* 1616. *coram bon. mem.* Cardinali *Sa-
crato, & in Mediolanen. quarta funeralium* 14. *Martij*
1622. *coram R. P. D. meo Merlino* Verùm licèt non con-
cedatur manutentio ex ſola iuris aſſiſtentia in alijs cauſis,
quàm iuriſdictionalibus: faciliùs tamen datur illis, qui-
bus ius aſſiſtit, quàm alijs, cum probationes ex hoc red-
dantur veriſimiliores, facilè enim præſumitur eſſe factum
id, quod de iure fieri debet *Cephal conſil.* 9. *num.* 16. *vol.* 1.
Crauett. conſil. 149. *num* 12. *Maſcard. de probat. concluſ.*
734. *num.* 1. & ita fuit dictum in allegata *Elboren. decima-
rum coram bon. mem.* Cardinali *Sacrato*.

B Iuris communis aſſiſtentia quando eſt turbida non ſuffra-
gatur ad obtinendam manutentionem in exercitio iuriſ-
dictionis: *Beltramin. in annot. ad deciſ.* 312. *Gregor. XV.
ſub lit. A.* vbi meminit huius deciſionis *Mareſcott. variar.
reſolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 12. *& Rota in Ianuen. paro-
chialis* 13. *Martij* 1626. *coram R. P. D. meo Durano
ad fin.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. pecuniaria.

Lunæ 23. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur immiſſo à Iudice nulli-
ter, & attentatè. Poſſeſſio vigore conſtituti
quando ſit manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio denegatur non poſsidenti de tempore motæ
litis.*
2 *Manutenibilis non eſt poſſeſsio capta in vim decreti nulli.*
3 *Curiales, & Aduocati in Vrbe gaudent beneficio fori vi-
gore Eugeniana.*
4 *Poſſeſsio capta appellatione pendente eſt attentata.*
5 *Statutum Bononiæ deſert appellationi quoad vtrumq; effe-
ctum, etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio.*
6 *Poſſeſsio non acquiritur de re incerta ratione loci, & quo-
ta, & num.* 12.
7 *Conſtitutum operatur quando res incerta tempore conſtituti
poſtea certificatur.*
8 *Conſtitutum non operatur, quando conſtituens non
poſsidet.*
9 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis, vt poſſeſ-
ſionis tranſlationem operari poſsit, requiritur clauſula,*
Ex nunc protunc.
10 *Conſtitutum appoſitum in contractu nullo nihil operatur,
& num.* 13.
11 *Dos conſtante matrimonio augeri nequit, quando à princi-
pio congrua aſsignata fuit.*
14 *Conſtitutum appoſitum in contractu nullo, non probat pri-
mum extremum in ſpolio.*

Con-

15 *Conſtituti vigore non datur immiſſio, quando mota eſt lis*
ſuper nullitate contractus, in quo eſt appoſitum. Declara
vt num. 16.

DECISIO CCXX.

DICTVM fuit, mandatum de manu-
1 tenendo eſſe denegandũ D. Comiti A-
loyſio, quia non docuit de eius poſ-
ſeſſione de tempore motæ litis. Auc
enim eam fundat ſuper immiſſione
ſibi conceſſa per Gubernatorem Cen-
2 ti, & illa non ſolùm non eſt manute-
nibilis, ex quo decretum dicti Gubernatoris fuit nul-
lum ex defectu, tàm iuriſdictionis reſpectu D. Fabij gau-
3 dentis priuilegio fori in vim Eugenianæ tanquam Cu-
rialis, & Aduocati in Vrbe, de quo fuerat in ſpecie
oppoſitum: quàm legitimæ citationis eiuſdem D. Fa-
bij; imò fuit quoque notoriè iniuſtum vti fundatum
ſuper clauſulis conſtituti, & precarij, quæ in propoſi-
to nihil operantur, vt infra dicetur. Sed etiam eſt
4 attentata vti capta, pendente appellatione Dominorum
de Carandinis à dicto decreto, quod licèt in ſummariſ-
ſimo poſſeſſorio, erat tamen quoad vtrumque effectum
5 appellabile ex Statuto Bononiæ, in cuius agro ſita ſunt
bona, de quibus agitur, de quo poſt relatos meminé-
runt, *Contard. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. quæſt.* 7.
& Menoch. de adipiſcen. remed. 4. *num.* 833. *& ſeqq:* &
quod pluries fuit in Rota ſeruatum, & præſertim in
Bonon. de Poetis 28. *Nouembris* 1594 *coram bon. mem.*
Orano, & in Bononien. Portoni 17. *Decembris* 1607: *&*
29. *Februarij* 1608. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen:* &
quod etiam ſupponitur eſſe idem cum Statuto Terræ
Centi, quæ eſt locus originis quondam D. Claudiæ,
de cuius bonis tractatur, & incolatus D. Comitis, &
fratrum D. Fabij. Aut verò D. Comes ſe fundat in
clauſula *conſtituti, vel precarij*, de qua in eius inſtru-
mento dotali, & cum pro dote ſcutorum 5000. & eius
lucro per dictam Claudiam eius vxorem facta fuerit
obligatio eius bonorum immobilium ad dicti D. Co-
6 mitis electionem, ipſe verò viuente dicta Claudia non
elegerit: conſequenter poſſeſſionem non acquiſiuit ra-
tione incertitudinis loci, & quotæ, vt in terminis *l.* 3.
§. interdum, ff. de acquir. poſſ. dicit ibi *Bart. num.* 2. *verſ.*
& per hoc, quem ſequuntur ibidem *Angel. in verſ. qui er-*
go, Alex. num. 6. *Hercul. num.* 8. *verſ. extra gloſ. Ruin.*
num. 2. & cum quo tenent omnes indifferenter, vt ibi
per *Iaſ. num.* 2. *verſ. & cum Bart. idem Bart. conſ.* 94.
num. 2. *verſ. nec poteſt dici, Bero. conſil.* 159. *num.*
29. *verſ. præmiſſa etiam lib.* 1. *& Surd. conſ.* 225. *num.*
A 12. A. Nec dicatur, electionem fuiſſe factã poſt mor-
7 tem Claudiæ, & ideo conſtitutum operari cum bona
ſint certificata, *Ruin. conſ.* 127. *num.* 16. *verſ. præterea*
incertitudo, vol. 9. *Tiraq. de conſtit. limit.* 19. *num.* 4.
Nam (quicquid ſit an hæc certificatio ſubſequuta ſuf-
ficiat) adhuc conſtitutum, & precarium nihil poſſunt
operari, cum expreſsè cantent poſt mortem Claudiæ
ante Comitem Aloyſium abſque liberis communibus,
8 & ſic de tempori, quo ipſa Claudia cõſtituens poſſidere
non poterat *Angel. in l. quamuis §.* 2. *num.* 1. *verſ. &*
ex hoc dico, & alij ff. de acq. poſſ. Dec. conſ. 247. *num.* 6.
verſ. vlterius etiam, & num. 7. *cum alijs per Tiraq. vbi*
ſupra limit. 2. *num.* 4. *Gabr. conſ.* 141. *num.* 6. *vol.* 1. *&*
B *Honded. conſ.* 181 *num.* 56. *lib.* 2. B, & in conſtituto
adiecto in inſtrumento dotali, *Surd. d. conſ.* 225. *num.*
14. *Rot. deciſ.* 320. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* tanto
minus, quia in inſtrumento non legitur clauſula, *Ex nũc*
9 *prout ex tunc*, quæ requiritur ad hoc, vt conſtitutum
collatum poſt mortem conſtituentis operari poſſit trã-
ſlationem poſſeſſionis, vt fuit dictum *in Romana de In-*
coronatis 29. *Aprilis præteriti coram D. meo Vbaldo, & in*
alia Bonon. bonorum 18. *Maij præteriti coram me*, & in
terminis de dote aſſignata in tot immobilibus, vt in
caſu noſtro *Hyppol. Rimin. conſ.* 254. *num.* 66. Aliqui
etiam ex Dominis dicebant, conſtitutum nihil quoque
10 operari ſtante nullitate contractus, in quo fuit appoſi-
C tum C, vt per *Alberic. in l. pupillus, verſ. & per hanc*
literam, ff. de acquir. rer. dom. cum allegatis per Tiraq. in
dicto tract. conſtit. par. 3. *limit.* 7. *num.* 1. *& Card. Man-*
tic. de tacit. & ambig. lib. 1. *tit.* 13. *num.* 27. *& Rot. in*
Sutrina bonorum 18. *Iunij* 1595. *coram bon. mem. Cardi-*
nali Pamphilio, & in terminis conſtituti in contractu in-
ter perſonas prohibitas, vt inter virum, & vxorem,
Caſtr. in l. 1. *§. ſi vir vxori, num.* 5. *& ibi Alex. num.*
8. *verſ. item habetis Socin. Sen. num.* 12. *& Iaſ. num.*
16. *ff. de acquir. poſſ. Tiraq. dicta limit.* 7. *num.* 14. *&*
11 *limit.* 25. contractus autem dicebatur nullus, quia con-
tinet augmentum dotis factum conſtante matrimonio,
quod fieri non poterat, cum dos congrua eſſet ab initio
conſtituta, *Bald. Nouell. in tract. de dot. part.* 7. *priuileg.*
8. *num.* 2. *ad fin. verſ. quatenus verò, & Card. Mantic. de*
tacit. &c. lib. 20. *tit.* 2. *num.* 19.
Ex quibus fuit vt ſupra deciſum &c.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio per conſtitutum non transfertur, nec domi-
12 niũ acquiritur, quando res eſt incerta ratione loci, & quo-
tæ, vt præter hic allegatos, *Oſaſch. deciſ.* 34. *num.* 23.
Tiraquell. de iur. conſtitut part 3 *limit.* 19. *num* 1. *Gra-*
tian. diſcept. 519. *num.* 72. *Rota in Romana pecuniaria*
14. *Ianuarij* 1628. *coram R P. D meo Pirouano* prædictã
concluſionem declara, & limita pluribus modis, vt per
Adrian. Neguſant. reſponſ. 398. *à num.* 7. *infra.*
B Late *Anton. Gomez ad l.* 45. *Taur. num.* 98. *verſ. ſextò,*
& ſingularem, prout illum cum alijs refert, & ſequitur
Rota in Florentina ſubdecanatus 27. *Ianuarij* 1627. *co-*
ram R. P. D. meo Durano, & coram eodem in Ariminen.
bonorum 26. *Maij eiuſdem anni, & deciſ* 149. *num* 1. *in*
fine par. 1. *diuerſ* vbi an conſtitutum in teſtamento appoſi-
tum cenſeatur poſt mortem collatum, & ſuos operetur
effectus.
C Conſtitutum appoſitum in contractu nullo nihil opera-
13 tur, vt præter hic allegatos, *Honded. conſil.* 23. *num.* 25.
lib. 1 *Gratian. qui alios refert diſcept.* 483. *num* 2. *Adrian.*
Neguſant. d. reſponſ. 398. *num.* 4. *&* 6. *Rot deciſ.* 694.
14 *num.* 9 *part.* 1. *recent* & quòd non probet primum ex-
tremum in ſpolio *Rot. deciſ.* 224. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ.*
15 *Cardinal. Cauaoler. deciſ.* 473. *num.* 3. Et quando nullitas
contractus eſt in controuerſiam deducta, pendente lite,
quòd non detur immiſſio vigore conſtituti, quia eius
virtus interim eſt ſuſpenſa, *Soccin. conſil.* 78. *num* 7 *lib* 3.
Dec conſil. 400. *ſub num.* 9. *verſ quartò reſpondetur* quem
ſequitur Rota in vna *Placentina Caſtri coram Illuſtriſſimo*
D Cardinali Millino, quæ eſt deciſ 868 *num.* 4. *part* 6.
diuerſ & poſt Paceſic. de Salutan deciſ 92. *num* 6. *in vlt.*
16 *impreſſ* Verùm hæc doctrina intelligenda videtur, vt ha-
beat locum, quando exceptio nullitatis in controuerſiam
deducta eſt talis, quæ iam ampliùs non requirat altiorem
indaginem, ſed ſit probata, & de ea Iudici conſtet, ſecus
quando eſt probanda, quia tunc cum requirat altiorem in-
daginem, non poteſt retardare effectum immiſſionis, vel
alterius iudicij ſummarij, ad cuius retardationem non ad-
mittitur exceptio incontinenti non probata, ſed reijcitur
ad petitorium, *Oſaſch. deciſ* 26 *per tot Rota in Bononien.*
de Maluetijs 11. *Decembris* 1624. *coram R. P. D. meo Pi-*
ro-

rouano. & in alijs quas adduxi ſupra in *annot. ad deciſ.* 211. *ſub lit. A.* & alibi ſæpiſſimè; aliter enim ſemper poſſum eſſet in poteſtate conſtituentis, eluſoria reddere inſtrumenta, & pacta executiua, præueniendo executionem, & per ſimplex monitorium introducendo litem ſuper illorum nullitate, quod vtique magnum eſſet abſurdum; Et ideo ita d. concluſionem declarare videtur idem *Soccin. d. conſil. 78. num. 4. verſ quibus præmiſsis, & dixit Rota in Mediolanen. bonorum de Porris 4. Iunij 1611. coram Reuerendiſsimo D. meo Patriarcha Pamphilio*, & ſenſit etiam in *Narnien. bonorum 1. Decembris* 1628. *coram R. P. D. meo Pirouano*. Ex quibus patet, nihil referre, an ſuper nullitate mota ſit controuerſia, nec ne, dummodo incontinenti probari poſſit, nec altiori indagine opus ſit ad effectum retardandi immiſſionem, aut alia remedia poſſeſſoria competentia vigore conſtituti.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Boianen. beneficij.

Veneris 27. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè datur immiſſio vigore ceſſionis illius, in cuius locum ſubrogatus eſt, & ſufficit probare poſſeſſionem ipſius cedentis, abſque alia narratorum iuſtificatione.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè conceditur immiſſio.*
2 *Subrogato gratiosè datur immiſſio abſque iuſtificatione narratorum, conſtito de poſſeſſione eius, in cuius locum ſubrogatus eſt, præſertim vbi nemo eſt in poſſeſsione num.* 3.
4 *Subrogato gratiosè datur immiſsio, non autem manutentio, nec reintegratio, & quare.*
5 *Subrogatus gratiosè non percipit fructus ante apprehenſam poſſeſsionem.*
6 *Subrogato gratiosè quando detur manutentio.*
7 *Poſſeſsio probatur ex mandato de manutenendo.*

DECISIO CCXXI.

CONCVRRENTIBVS ad beneficium, de quo agitur, quod vacauit per obitum Caroli del 1612. Paulo prouiſo ab Ordinario, D. Lælio Veterano nunc Epiſcopo, vti prouiſo Apoſtolico tanquam de reſeruato, ac Anibale præſentato à prætenſo patrono: cauſaq. in Rota commiſſa, ac expedito, præuijs duabus deciſionibus, mandato de manutenendo ad fauorem dicti Pauli, factaq. reſolutione, quòd ad eius fauorem eſſet danda declaratoria, contra dictum Anibalem, niſi infra certum terminum pareret dicto mandato; interim ex cauſa concordiæ Paulus ceſſit d. Veterano iura ſua ſuper dicto beneficio, etiam quoad poſſeſſionem, cum reſeruatione annuæ pēſionis ſcutorum 30. cuius ceſſionis vigore idem Veteranus obtinuit ſubrogationem gratioſam, tàm in iuribus dicti Pauli, quàm etiam ex eo, quòd dictum beneficium eſſet litigioſum, viuente dicto Carolo vltimo titulari; & propoſito dubio, an dicto D. Veterano eſſet danda immiſio, fuit affirmatiuè reſolutum, ex capite tamen
1 ceſſionis dicti Pauli. Quia illa cōceditur taliter ſubroga-
A to A, *Rebuff. in prax. benef. tit. de ſubrogat. num.* 27. *& Menoch. de adipiſc. remed.* 6. *num.* 39. & ſtante dicta
2 ceſſione ſufficit ſinè aliqua iuſtificatione narratorum, quòd Paulus de illius tempore eſſet in poſſeſsione pro-
B pter mandatum de manutenendo illi conceſſum B, vt ſupra, vt in terminis noſtris *Put. deciſ.* 484. *lib.* 2. *ſecundum nouiſsimã impreſsionẽ*, *Mobed. deciſ.* 11. *num.* 1. *vt lit. pend. Card. Seraph. deciſ.* 596. *num.* 3. & fuit dictũ in *Lucan. Maiuſculatus* 13. *Octobris* 1586. *coram Orano in Barchinon. Canonicatus* 9. *Martij* 1598. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino, & in Sancti Marci penſionis* 30. *Ianuarij* 1612. *coram Reuerendiſsimo D. meo Damaſceno, cum pluribus per Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 4. præ-
3 ſertim, quia Anibalis, qui non eſt in poſſeſsione, non intereſt, an beneficiũ magis à D. Veterano, quàm à Paulo poſsideatur, vt conſiderauit *Rota in dicta Barchinonen.* Nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur, poſſeſsionem Pauli fuiſſe attentatam: quia hoc eſt extrà dubium cum iam fuerit reſolutum, eundem Paulum eſſe manutenendum per binas deciſiones, quæ in præſenti diſputatione veniunt ſupponendæ. Aliqui etiam ex DD. inclinabant, quòd D. Veterano ſuffragari poſsit etiam ſubrogatio in iuribus, & poſſeſsione dicti Caroli defuncti, & vltimi huius beneficij poſſeſſoris, qui aliàs, cum idem beneficium vacaſſet per obitum Io. Franciſci orificij Epiſcopi, fuit præſentatus à Barone Baranellæ de perſona Landulphi de Aquino, qui appellauit, & cauſam appellationis, & nullitatis coram Metropolitano introduxit, prout in literis Apoſtolicis pro parte d. D. Veterani productis, in quibus etiam fuit facta derogatio iuriſpatronatus, interim tamen dixerunt Domini, D. Veterano ſufficere d. ceſsionem Pauli, & ſubrogationem in eius iuribus.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Subrogato gratiosè datur immiſſio, non autem manu-
4 tentio, vel reintegratio, quia ſubrogatus ad poſſeſſionem cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem iuris non facti, quæ requirit apprehenſionem. Ita *Mohedan. deciſ.* 21. *in fin. de reſtit. ſpoliat. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. §.* 3. *proœm. num.* 93. *&* 94. *& gloſſ.* 34. *num.* 110. & fuit dictum in *Foroliuien. beneficij* 10. *Martij* 1623. *coram bon. mem. Vbaldo*
5 & ideo ſubrogatus nō poterit habere fructus vigore literarum, niſi poſt apprehenſam poſſeſſionem, alias fictio fictionem pateret, ſi ficta poſſeſſio traheretur etiam ad fructus; poſt illius autem apprehenſionem, cum cenſeatur potiùs continuata, quàm de nouo acquiſita, *Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 70. *&* 74. *& ſeq. Rota coram Reuerendiſsimo D. meo Coccino Decano deciſ.* 72. *num.* 5. *inter eius impreſſ.* ſubrogato debentur fructus à die obitus, vel ceſſionis illius, in cuius ius, & poſſeſſionem ſubrogatus fuit, vt dixit *Rota in allegata Foroliuien. beneficij coram*
6 *bon. mem. Vbaldo.* Datur autem manutentio gratiosè ſubrogato quando reperitur in poſſeſsione vigore alterius tituli licèt inualidi, quia ſi tunc poſſeſſio eſt vacans, poteſt ex ſuperuenentia noui tituli mutare ſibi cauſam poſſidendi abſque alia declaratione, quod permittitur ſecundùm opinionem, quam ſeruat Rota, & ita obtinendum. *Rota d. deciſ.* 72. *coram Reuerendiſsimo D. meo Decano num.* 4. *& in Aretina plebania* 27. *Martij* 1620. *coram bon. mem. Dunozetto.*

B Poſſeſſio probatur ex mandato de manutenendo *Pariſ. con-*
7 *ſil.* 104. *num.* 88. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 506. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. Cardinal. Cauaier. deciſ.* 217. *num.* 12. *& deciſ.* 701. *num.* 1. & fuit dictum in *Hiſpalen. ſeu Corduben. præſtimoniorum* 16. *Iunij* 1590. *coram Gypſio.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rea-

Reatina Barchæ.

Lunæ 23. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM

Manutentio priuatiuè quoad omnes datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione retinendi ſcapham in flumine per longum tempus, & alijs prohibendi, quoties caſus euenit, cum acquieſcientia ſubſecuta: etiam non docto de titulo, quando non agitur contra Superiorem, ſed contra priuatos.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio priuatiua acquiritur in facultatiuis ex prohibitione cum acquieſcentia prohibiti.*
2 *Licentia præſupponit implicitam prohibitionem.*
3 *Licentia competit domino, & poſſeſſori.*
4 *Manutentionis in iudicio teſtis etiam vnicus ſufficit, etiam ſi ſit minùs idoneus, num. 14.*
5 *Probationes leuiores ſufficiunt in iudicio manutentionis.*
6 *Scientia præſumitur ex curſu longiſſimi temporis, maximè attenta loci vicinitate, actuum multiplicitate, ac qualitate, num. 7.*
8 *Manutenendus eſt exiſtens in poſſeſſione habendi nauim, & alijs prohibendi per longiſſimum tempus, etiam ſi non doceat de titulo, quando non agitur contra Superiorem, ſed contra priuatum num. 9.*
10 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio quoad omnes acquiritur, quando ſemper euenienté caſu quis illa vſus eſt; maximè ſi agatur de quaſi poſſeſſione reſpectu loci num. 11.*
12 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio quoad aliquos inducit quaſi poſſeſſionem quoad omnes, quando non conſtat de alterius quaſi poſſeſſione.*
13 *Altiorem indaginem requirentia reijciuntur in ſummariſſimo.*

DECISIO CCXXII.

RESOLVERVNT Domini, dãdum eſſe Nauijs mandatum de manutenẽdo in poſſeſſione retinẽdi barcham, ſeu ſcapham ſuper flumine Velino à canali de Tremulis, vſque ad Grumulum, aliàs Turrionem, ad effectum portizandi, & de vna ripa ad aliam tranſue-
2 hendi, etiam priuatiuè ad Illuſtriſſimum D Abbatem S. Paſtoris. Nam (omiſſis his, quæ pro parte dd. Nauiorum ad docendum de titulo, & bono iure deducta fuere) clarum eſt, & non videtur controuerti, dictos de Nauijs à 40. annis citra ſemper, & vltra fuiſſe in pa-
3 cifica quaſi poſſeſſione retinendi dictam barcham funi alligatam, paliſque in ripa defixis, cum portu, & ædificio pro nauta, ac ad illius vſum, ad effectum portizandi, & exigendi naulum à quibuſcunque tranſeuntibus, pro animalibus etiam, ac rebus; quod probant omnes teſtes pro illis examinati, primus iuxta 13. & ſuper primo, & quarto articulis *in eorum ſummario num.* 4. ſecundus iuxta 13. & ſuper primo, ſecundo, & tertio *in ſumm. num.* 5. tertius iuxta 13. & ſuper primo, ſecundo, & nono, *ſumm. num.* 6. quartus iuxta 13. & ſuper primo, & nono *num.* 7. quintus iuxta 12. & 13. & ſuper primo, & ſecundo *num.* 8. ſextus ſuper ſecundo, & nono *eodem ſummario num.* 9. ſeptimus iuxta 11. & 14 & 22. & ſuper primo *num.* 10. octauus iuxta 14. & ſuper primo, quinto, & ſexto *num.* 11. qui duo vltimi deponunt tantùm de tempore motæ litis. & ante per triẽnium. Quinimò deponunt de tranſitu, & ſolutionibus factis etiam à Colonis, ſeù laboratoribus Abbatiæ, primus iuxta 25. & ſuper quarto, & quinto *in ſummario prædicto num.* 24. ſecundus iuxta 25. *num.* 25. tertius iuxta 25. & ſuper quinto *num.* 26. quartus, iuxta 25. & ſuper quinto *num.* 27. quintus iuxta 25. & ſuper quarto *num.* 28. ſextus ſuper quinto, & ſexto *num.* 29. ſeptimus iuxta 25. & ſuper nono, & decimo *num.* 3. & octauus ſuper quinto, & ſexto *num.* 11. quorum tres, quintus, ſextus, & octauus probant ſolutiones. Et ante appoſitionẽ barchæ factam ab affictuarijs Illuſtriſſimi D. Abbatis de anno 1610. à dicto tempore citra non probatur, quòd vlla adfuerit intra terminos prædictos alia barcha, niſi ad modicum tempus, & de licẽtia Nauiorum, excepta illa Equitis Canalis, ſuper cuius appoſitione lis pendere dicitur, quod teſtes probare videntur. Ex quo cum alijs fuerit prohibitum per Na-
1 uios inibi habere barchas, qui acquieuerunt, ipſis quaſi poſſeſſio priuatiuè fuit quæſita *l. iniuriarum, & l. ſeq. ff. de iniur. l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 5 de cauſ. poſſ. & propr. Rebuff. ad conſt. Reg. Gall. in tit. de mater. poſſeſſ. in præfat. num. 158. cum ſeq. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. materia iſta, num. 82. cum ſeq. Rot. deciſ. 33.*
A *num. 3. par. 1. diuerſ.* A, Fuit autem facta prohibitio (vt teſtes Nauiorum probant) Societati ſanctiſs. Sacramenti, quæ cum nauem, ſeù barcham appoſuiſſet in dicto loco, fuit coacta illam amouere ad inſtantiam Nauiorũ; quintus iuxta 12. & 24. *in ſummario num.* 21. qui deponit de intereſſentia amotioni factæ per Priorem dictæ Societatis afferẽtem, coactè feciſſe amotionem ad inſtãtiam Pauli de Naue; tertius iuxta 18. & 24. *ſummario num.* 19. qui concludit per ſenſum viſus retentionem barchæ, & amotionem, & dicit amotã ad inſtãtiam eiuſdem Pauli; ſextus ſuper octauo, *ſummario num.* 22. probat amotionem de viſu, & quòd fuit facta ad inſtãtiam eiuſdem Pauli de auditu ab eius patre. Probantur etiam aliæ prohibitiones diuerſis perſonis factæ tranſuehendi de ripa ad ripam homines, ſalmas, iumenta, & res alias expreſsè ſub pœnis ex inſtrumẽto anni 1560. in eodem *ſummario num.* 12. & inſtrumento anni 1563. ibidem *num.* 13. in quibus vltra licentias conceſſas ſub ſolita mercede retinendi barchas, amouendas tamen ad omne beneplacitum Nauiorum, reperiũtur etiam factæ tales prohibitiones pœnales. Ex licentijs item conceſ-
2 ſis probatur, Nauijs poſſeſſionem quæſitam fuiſſe, conuenta præſertim, ac recepta mercede, quæ etiam implicitam habere dicuntur prohibitionem *l. 2. §. fin. cũ l. ſeq. & l. & habet, ff. de precar. Bald. in l. 2. C de ſeruit. & aqua. Rip. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num. 61. Rot. d. deciſ. 33. ibid.* talis namque actus eſt appropriatus, cũ
3 à domino, & poſſeſſore licentia petenda ſit, & illius conceſſio ad illos competat, *Iacob. de Aren. in l. littora ff. ne quid in loc. public. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 8. tit. vnic. num 19. Io. Anton. Lanar. conſ. 39. num. 4. Surd. conſ. 482. num. 3. par. 4.* Primò autem de anno 1560. pluribus perſonis conceſſa fuit licentia, retinendi quandam barcham à pede fluminis ad beneplacitum dictorum de Naui pro ipſorum vſu, ſub annua præſtatione frumẽti, milij, & canapis, & cum ſolutione ſcutorum duorum, &c. & cum expreſſa prohibitione pœnali, quòd in dicta nauicula, ſeù barcha non poſſent tranſportare, ſeù tranſuehere aliquam perſonam, frumentum, vel res, &c. vt in inſtrumento *de quo in ſummario num.* 12. Secundò de anno 1565. 13. Ianuarij fuit conceſſa Petro

Ga-

Galoni ad effectum tranſuehendi eius paleam, & cum
expreſſa prohibitione, ne alios, vel alia poſſet transfre-
tare, vel tranſuehere ſub pœna, &c. & cum mercedis ſo-
lutione, vt in alio inſtrumento *in ſummario num.* 13.
Tertiò Capitaneo Ioan. Baptiſtæ de Nobilibus de anno
1588. vt deponit quartus teſtis iuxta 12. *in ſummario*
num. 19. qui de ſcientia, de appoſitione, & amotione,
naniculæ deponit ad vſum tranſuehendæ calcis pro di-
cto Capitaneo, & de licentia ex dicto eiuſdem Capitanei
affirmantis inſuper, in dicta parte fluminis nullum aliũ
habere poſſe nauẽ, niſi prædictos de Nauijs: & idẽ depo-
nit tertius iux. 12. & 24. de auditu *in ſummario num.* 19.
Probantur quoque aliæ licentiæ, & prohibitiones, vel per
teſtes ſingulares, videlicet, primum iuxta 24. *in ſum-*
mario num. 18. deponentem de prohibitione, & licen-
tia facta, & conceſſa cuidam Gregorio Mancino à Pau-
4 lo Nauio 45. ab hinc annis, qui in hoc iudicio videtur
ſufficiens, *Bart. in l.* 1. *C. quor. bon. Mathesilan. not.* 3.
Dec. conſ. 56. *num.* 1. *Neuizan. conſ.* 80. *num.* 11. *Me-*
noch. de retinen. remed. vlt. num. 34. quorum dicta ſe-
quuta eſt Rota *in Sorana beneficiorum* 26. *Iunij* 1606.
coram Orano, in Aquilana beneficiorum 26. *Iunij eiuſdem*
B *anni coram R. P. D. meo Manzanedo* B, & ſæpius in alijs;
vel per inſtrumenta, & iura minus ſolemnia: & primò
ex apocha, quæ datur *in ſummario num.* 14. in qua cõ-
tinetur, de anno 1587. 11. Nouembris fuiſſe datam li-
centiam Petro Thomei de Conſigliano à Paulo Nauio
apponẽdi barcham pro vſu tranſportandi panẽ ad Por-
carium, cum promiſſione ſoluendi ſolitum. Secundò ex
fide Archiuiſtæ facta vigore apochæ in Archiuio exiſten.
ex qua probatur data licentia cuidam Valentio Berardi
retinẽdi barchettam ſuper d. flumine, cum ſolutione ſo-
litæ mercedis, & promiſſione amouendi, *vt in ſumma-*
rio num. 15. quæ fides coadiuuatur ex decreto, & inſtã-
tia illi præcedenti *in ſumm. num.* 15. in quibus habetur,
quòd D Gubernator de anno 1598. relaxauit executionẽ
contra Io. Franciſcũ de Caſtro Cerchiariæ, nomine cu-
ius dicitur fuiſſe retentam barchettam per D. Valentiũ
Berardi per triennium, pro quo erat debitor pro merce-
5 de; leuiores namque probationes, & ſemiplenæ in hoc
iudicio ſufficiunt *Alex. conſ.* 103. *ante finẽ vol.* 7. *Menoch.*
& alij prædicti, Rot. in d. Sorana beneficiorum, & in Bene-
uentan. Parochialis 17. *Martij* 1606. *coram Illuſtriſſimo*
D. Card. Ludouiſio. Maximè quia ex prædictis coadiuuã-
tur, & fulciuntur. Vndè cũ non poſſit dubitari, quin Na-
uij exiſtant in d. priuatiua quaſi poſſeſſione habendi ſca-
6 pham, ſeù nauem, & alijs prohibendi: ac propter tem-
poris longiſſimi lapſum, quin DD. Abbates Sancti Pa-
ſtoris pro tempore de ea notitiam habuerint, *Salicet.*
in l. authoritate, C. vnde vi, Rot. deciſ. 28. *num.* 7. *&* 179.
7 *in fin. par.* 1. *diuerſ.* idq. maximè procedere videatur
attenta loci vicinitate, actuum multiplicitate, ac qua-
litate, *Innoc. in cap. bonæ il ſecondo col.* 1. *de poſtul. Præ-*
lat. Abb in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 25. *de cauſ.*
poſſ. & propr. cum alijs per Rot. in Nullius, ſeù Squillacen.
iuriſdictionis 4. *Martij anni præteriti coram R. P. D. meo*
8 *Andrea*: ideò vtili Vti poſſidetis interdicto in ea ſunt
conſeruandi, & manutenendi, vt ad terminos noſtros
eſt *tex. in l. ſanè ſi maris* 14. *ff. de iniur. Aret. in §. æque*
ſi agatur num. 22. *Inſtit. de action. Iaſ. in l. quominus* 2.
num. 10. *ff. de flumin. Rot. d. deciſ.* 33. *num.* 4. *& ſeq.*
par. 1. *& deciſ.* 41. *par.* 2. *diuerſ. Peregr. de iur. Fiſc. lib.*
9 8. *cap. vnic. num.* 41. etiam ſi dici poſſet de titulo non
fuiſſe doctum, cum nunc non agatur de regalijs cum
Principe, ſed ſuper poſſeſsione inter priuatos *Abb. in*
cap. 1. *num.* 4. *vt lit. pend. Achill. deciſ.* 5. *de reſtit. ſpol.*
Seraphin. deciſ. 970. *num.* 5. *&* 1047. *num.* 10. & fuit
reſolutum in cauſa *Rauennaten.* Collegij 1. *Iulij* 1615. *co-*
C *ram me.* C, Non obſtat, quòd Illuſtriſsimus D. Abbas
nunquam fuerit prohibitus, & ideò prohibitiones con-
tra aliquos factæ non conſtituerint Nauios in quaſi poſ-
ſeſsione quo ad eum. Quia reſponſum fuit, ſufficere
Nauios omnibus appoſitonem, ac retentionem barchæ
10 prohibuiſſe, quotieſcunque appoſitionis, vel retentio-
nis caſus euenit, vt quaſi poſſeſsionem vniuerſaliter
prohibendi acquiſiuiſſe dicantur, *Cyn. in l.* 1. *num.* 2.
in fin. verſ. ſecũdo caſu, Alber. num. 5. *verſ. quicquid dicant,*
& Salicet. num. 3. *verſ. ſoluit plenè, C. de emancipat. liber.*
D *Surd.* qui de communi, *conſ.* 323. *n.* 44. *&* 45. D, Maximè
11 quia agitur de quaſi poſſeſsione reſpectu loci, *Io. And.*
in cap. dilectus num. 17. *verſ. ſi autem, & Anchar. num.*
17. *&* 18. *de Cappell. Monach. & Card. loquens de Eccleſia*
conſ. 38. *num.* 3. *verſ. in contrarium, & num.* 5. *verſ. ad*
ſecundum, Papien in forma libelli in actione conſeſſoria in
verb. plenam, num. 10. *circa med. verſ. puto item*, & de
quaſi poſſeſsione, in qua non apparet alium extitiſſe,
12 quo caſu vniuerſaliter acquiritur, etiam quoad perſo-
nas, cum quibus quis vſus non fuit, & quaſi poſſeſsio
tunc reſtringitur, quando alius eſt in vniuerſali quaſi
poſſeſsione in loco, de quo agitur, ita tenuit *Innoc. in*
cap. ſuper literis, num. 8. *in fin. de reſcript. Anchar. in d.*
cap. dilectus num 19. *de Cappell. Monach. Soccin. Sen. conſ.*
111. *num.* 4. *vol.* 1. Cetera non egent reſponſione, quia
ab hoc ſummariſsimo reijciuntur, vt fuit reſolutum in
13 *Callien. fructuum* 28. *Aprilis* 1603. *coram Illuſtriſsimo*
D. Cardinali Ludouiſio, & in Tudertina aſsignæ 18. *Iunij*
1606. *coram Reuerendiſsimo D. meo Decano.*
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio vt acquiratur in actibus facultatiuis, eſt neceſ-
ſaria prohibitio cum acquieſcentia ſubſecuta, vt fuit
etiam dictum ſupra *deciſ.* 38. *num.* 4. *&* 5. & ibi adductis
addi poſſunt *Franch. in cap. ſignificante, num.* 3. *de appell.*
Seraphin. deciſ. 1086. *num* 1 *Rota in Calaguritana de Li-*
quetio 30. *Aprilis* 1593. *coram Gipſio. & in Dertuſen. Vi-*
cariæ 22. *Aprilis* 1624 *coram R. P. D meo Merlino*, in
qua hæc deciſio allegatur; & *Beltramin in annot. ad deciſ.*
162. *Gregor. XV. ſub lit.* C: vbi an, & quando materia
ſit facultatiua.
B *Seraphin. deciſ.* 392. *& deciſ* 561. *in princ Rot deciſ.* 214.
ſub num. 3. *part* 1. *recent Gregor deciſ* 438. *num* 2. *Car-*
dinal Caualer. deciſ 44. *num* 3. *& deciſ.* 379. *num. etiam* 3.
& fuit dictum in *Tullen iuriſdictionis* 3. *Iulij* 1528. *coram*
R. P. D. meo Virili, & infra deciſ. 289. *num* 3. & ſufficie
14 vnicus teſtis etiam minùs idoneus. *Rot deciſ.* 323 *ſub num.*
2. *in* 2. *vol conſil. Farinac. Card Caualer d deciſ* 44. *num.*
4. vbi quod ſufficiat dictũ vnius Monachi pro monaſterio.
C *Mareſcott.* qui alios refert *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 11.
num 58.
D Sequitur *Rota in Cracouien. iuris legendi* 18. *Decembris*
1626. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.*
Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domus, & melioramentorum.

Lunæ 30. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Creditor in re empta ex proprijs pecunijs cum
reſeruatione ſpeciali hypothecæ præfertur
alijs creditoribus anterioribus, etiam ex cau-
ſa dotis, & cum expreſſa hypotheca.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditor, ex cuius pecunia res empta fuit cum reſeruatione ſpecialis hypotheca, præfertur alijs creditoribus etiam anterioribus.*

2 *Creditor, ex cuius pecunia res empta fuit cum reſeruatione ſpecialis hypotheca, an præferatur creditoribus anterioribus ex cauſa dotis cũ ſpeciali hypotheca, & num. 3. et 16.*

4 *Alienationis prohibitio cum reſeruatione ſpecialis hypotheca impedit acquiſitionem dominij, & hypotheca.*

5 *Hypotheca à pari procedit cum dominio.*

6 *Actus agentium nullam pariunt actionem ex circumſcripto conſenſu.*

7 *Hypothecari prohibita non veniunt ſub generali obligatione bonorum.*

8 *Pacta quæcunque, & conditiones adijcere licet domino in traditione rei ſua.*

9 *Filiofamilias aliquid relinquens prohibere poteſt, ne vſuſfructus patri acquiratur: quod procedit, etiam ſi talis prohibitio facta fuerit in contractu.*

10 *Filius, ſeruus, & Monachus, tutor, & ſimiles adminiſtratores poſſunt in ipſo actu cõtrahẽdi apponere pacta in præiudicium eorũ, quibus ex ipſorum contractibus acquiritur.*

11 *Pactum retrouendendi apponi poteſt in limine contractus emptionis facta per tutorem ad fauorem pupilli.*

12 *Pactum reſolutiuum incontinenti appoſitum in contractu cum Eccleſia celebrato valet.*

13 *Patronus in limine fundationis apponere poteſt pacta, & conditiones, quas vult, etiam contra ius commune, accedente tamen Ordinarij aſſenſu.*

14 *Pactum prohibitiuum acquiſitionis hypotheca pro dote validum eſt.*

15 *Ius non acquiritur ex contractu modificato, & coarctato, niſi cum modificatione, & coarctatione.*

17 *Dotis priuilegia non ſunt inducta pro lucro mulierum, ſed ne damnum patiantur.*

DECISIO CCXXIII.

CVM R. P. D. Damaſcenus de anno 1614. emerit à Coſmo Saxetto quatuor cenſus ſuper quodam Caſaletto cum vinea, ac duabus eius domibus in Vrbe impoſitos pretio ſcutorum 1200. numerat. quod incontinenti fuit per eumdem Coſmum depoſitum penes bancum S. Spiritus ad effectum illud conuertendi in vniendis dictis duabus domibus, & ſic illis ampliandis & meliorãdis cum expreſſa ſpeciali hypotheca, ac pacto prælationis pro dictis cenſibus ſuper dictis melioramẽtis, vt infra. Fuit coram Iudicibus diſcuſſionis bonorum d. Coſmi interim decocti dubitatum, an conſtaret de melioramentis, in quibus dictus D. Damaſcenus eſſet preferẽdus: dubioq. in Rota propoſito, DD. ſecundã partem amplexi, illum eſſe præferendum omnibus creditoribus anterioribus, etiam ex cauſa dotis cenſuerunt. Nam quo ad creditores extra cauſam dotis etiam anteriores, & cum hypothecis expreſſis clariſſima eſt di-
1 ſpoſitio, *l. licèt, C. qui pot. in pign. &c.* quòd is omnibus alijs creditoribus præferatur, ex cuius pecunijs empta fuit res debitoris, & cui illa fuit ſpecialiter obligata, quæ eſt fundata in æquitate, quia ſcilicet ſinè illis pecunijs res non fuiſſet in bonis debitoris, vt per omnes ſcribentes ibidem, & *Franch. deciſ. Neapolitana* 97. *& tenuit Rota coram Cardinali Seraphino deciſ.* 661. *& coram Orano in Romana pecuniaria* 4. *Maij* 1597. *& coram me*
A *in Romana domus* 16. *Iunij* 1614. A Quò verò ad do-
2 tes anteriores cum expreſſa hypotheca Domini dixerunt, idem etiam eſſe ſtatutum, ſiuè ſequamur opinionem minùs receptam, quòd diſpoſitio *d. l. licèt*, procedat etiam quo ad dotes anteriores, ſecundùm quam de plano procedit, quamq. tenuerunt *Bald. Nouell. de dot. part.* 10. *num.* 3. *verſ. & ſic, Cepoll cautel.* 124. *num* 1. *verſ item aduerte, Neguſ. de pignor part* 5. *membr.* 2. *num.* 17 *verſ. ſed eſt dubium, Rebuff. ad l. Gallicas tom.* 2. *tit. de conſtit. reddit. art.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 27 *Greg. Lopez par.* 5. *tit.* 13. *l.* 32. *in gloſ. in verb. el poſtrimero, & l.* 33. *in gloſ. in verb. emonce Matienz lib.* 5 *nou. compilat. tit.* 16. *lib.* 7. *gloſ.* 5. *num.* 8. dicens, ſibi videri æquiorem, *Gaſpar. Roder de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 2?. *num.* 7. vbi teſtatur, quòd ſecundùm hanc ſententiam ſæpius iudicauit Regius Senatus Pincianus, quam etiam probabilem dixit *Alciat. in l* 1. *num.* 21. *ff. ſolut. matr* & ſecundùm quam *text. in* §. *bis conſequens. Auth. de æqualit. dot.* intelligitur, vt concedatur doti priuilegium contra tacitam hypothecam, etiam in caſibus, in quibus tacita præfertur anteriori expreſſæ, non autem vt dos etiam anterior præferatur expreſſæ hypothecæ poſteriori in caſibus, in quibus ipſa hypotheca expreſſa poſterior præfertur nedum tacitæ, ſed expreſsæ anteriori, & ſicut etiam in dote incorrecta remaneat diſpoſitio *d.*
3 *l. licèt*. Siue ſequamur contrariam, quòd diſpoſitio *d. l. licet*, quoad dotes anteriores ſit correcta per *d.* §. *bis conſequens, quæ fuit Gloſ. in d.* §. *in verbo poſterior, Specul. in tit. de oblig. & ſolut num.* 45. *verſ. dic quòd, Bart. in l. interdum, num.* 5. *verſ. niſi ſit mulier, ff. qui pot. in pign. &c.* & ibi *Salicet num.* 3. *in fin. Cyn Bellap. Alber. & Cuiac. in l. aſsiduis C. eod. Rip. in l. priuilegia num.* 32. *in fin. & num* 35. *ff. de priuileg. credit.* & quam eſſe communem poſt *Soccin. Couar. & alios refert Cardinal. Mantic. de tacit. &c. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 17. *&* 18. *& Barboſ. in l.* 1. *part* 6. *num.* 4. *ff. ſolut. matr.* & quam etiam tenent *Cephal. conſ* 131. *num.* 3. *&* 4. *Gayll. obſer.* 12. *num.* 4. *lib.* 2. *et nouiſsimè Gratian. diſcept.* 257. *num.* 33. Quia viſa fuit non applicari propoſito caſui, in quo d. R. P. D. Damaſcenus non ſolùm ſibi proſpexit de ſpeciali, & expreſſa hypotheca ſuper dictis melioramentis, cum ſpeciali prohibitione, quod ex qualibet cauſa alimentorum, vel alia quantùmuis pia, fauorabili, & priuilegiata, & hic non expreſſa, & de iure exprimenda aliquod ius, vel actio acquiri poſſit in præiudicium d. emptoris, & ſuorum, &c. ſicut enim prohibitio alienationis cum reſeruatione ſpecialis hypothecæ impedit
4 acquiſitionem dominij, *l. ſi creditor* §. *fin. ff. de diſtr pign. Bart. in l. qui abſentis* §. 1. *in fin. ff. de acquir. poſſ. & in l. filius familias,* §. *dici num.* 14. *de leg.* 1. quem refert *Ruin. ibidem num.* 102. dicens, quòd cum eo ibi tranſeunt communiter alij, & ibi etiam, *Iaſ. in* 1. *lect. num.* 91. *& ſeq. Papien. in form. libell. in act. real gloſ. in verb. veris, num.* 29. *verſ. vel aliter, &* 2. *& Card. Seraph. deciſ.* 374. *num.* 6. ita, & d. prohibitio acquiſitionis iuris cum eadem reſeruatione ſpecialis hypothecæ de-
5 bet impedire acquiſitionem hypothecæ, quę à pari procedit cũ ipſo dominio *l. final. C. de reb. alien. nõ alien. Socc. conſ* 75. *nu.* 10. *vol.* 4. inſpicienda eſt enim mens, & voluntas eiuſdem D. Damaſceni, quòd non fuiſſet aliter empturus prædictos cenſus, ſi melioramenta facienda ex proprio pretio per eundem numerato venire debuiſſent, ſub hypothecis anteriorum creditorum, & ideo
6 ius acquiri non potuit. etiam ad fauorẽ dotis *vt poſt Iacob. de Aren. & Cyn. tradit Bald. in l. aſsia num.* 23. 24. *&* 25. *C. de iur. dot.* & dicta melioramenta tanquam alteri hypothecari prohibita non potuerunt venire ſub
7 generali obligatione, *Bald. in l.* 1. *in princ. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & in l. voluntas num.* 14. *C. de fideicommiſſ. Alex. conſ.* 41. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 6. *Soccin. d. conſ.*

75. *num.* 4. *cum alijs per Card. Mantic. de tacit. &c. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 17. *verſ. & ſimiliter*. Nec dubitari poteſt, quin licuerit in traditione dd. pecuniarum huiuſmodi cautelam, & pactum apponere: cum liceat do-
8 mino in traditione rei ſuæ adijcere quæcumq; pacta, & conditiones *l. traditionibus, ff. de pact. l. legem C. eod.* & ſic relinquens aliquid filio familiàs validè prohibet,
9 quòd vſusfructus patri non acquiratur, vt ex *tex. in authe. excipitur, & in auth item ſi hereditas, & ibi gloſ. in verb. forſan, C. de bonis quæ lib. & in l. ſi vſusfructus, §. ſi ita, ff. quand. dies leg. ced. Soccin. d. conſ.* 75. *num.* 2. *verſ.* 2. *iſta concluſio. Mantua ſingul.* 55. *in* 2. *limit, Aſcan. Amerin. de patr. poteſt effect.* 2. *num.* 41. quod etiam procedit, ſi talis prohibitio facta fuerit in contractu, vt explicant *Bal. & Caſtr. in d. auth. excipitur, in princ.* & filius, ſeruus, & Monachus poſſunt in ipſo
10 actu contrahendi, (quicquid ſit ex interuallo) apponere pacta in præiudicium eorum, quibus ex illorum contractibus acquiritur, *vt per text. ibi not. DD. in l.* 3. *C. de pact. Socc. d. conſ.* 75. *num.* 5. ſicut etiam poſſunt tutor, procurator, & Prælatus, & ſimiles adminiſtratores *vt not. comm. Doct. per illum text. in l. ſi autem* 32. *ff de pact. & trad. Socc. d. conſ.* 75. *d. num.* 5. prout de pacto
11 retrouendendi appoſito in limine contractus emptionis factę per tutor ni ad fauorem pupilli notant Scribẽtes *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. & præſertim*
12 *Cagnol. num.* 148. & de pacto reſolutiuo incontinenti appoſito in contractu cum Eccleſia celebrato *per text. in cap. verum de condit. appoſit. Mantic. de tacit. &c. lib.* 4. *tit.* 28 *num.* 41. *verſ. ſed diuerſa ſententia, & num.* 43. & ſic denique patronus in limine fundationis appo-
13 nere poteſt pacta, & conditiones, quas vult etiam con-
B tra ius commune, B dummodo tamen Epiſcopi conſenſus accedat, vt fuit tentum coram me in *Fauentina beneficij* 20. *Nouembris* 1613. confirmata 13. *Iunij* 1614.
14 in ſpecie autem noſtra pro validitate pacti prohibitiui acquiſitionis hypothecæ pro dote plures cumulat concluſiones *Soccin. d. conſ.* 75. *col.* 1. qui licet teneat contrarium in caſu ſuo, nititur tamen fundamento, quòd ibi partes noluerunt facere huiuſmodi prohibitionem. Ex contractu autem modificato, & coarctato non po-
15 teſt acquiri ius, niſi cum modificatione, & coarctatione *l.* 2. *ff. de reb. eor. d. l. ſi autem*, & ibi *omnes præſertim Bald. & Iacobin ff. de pact idem Bald. & Salicet. in d. l.* 3. *C. eod. idem Soccin. conſ.* 121. *num.* 2. *verſ pro certo, & num.* 3. *Gabr. conſ.* 65. *num.* 7. *vol.* 1. Et ideo cũ conuentum fuerit, ius ſuper dictis melioramẽtis acquiri non poſſe, etiam ex cauſa dotis, alimentorum, vel pia ex perſona dicti Coſmi, qui ita conuenit in limine contractus, ſequitur, nullum ius, ſeu hypothecam acquiri potuiſſe in præiudicium d. D. Damaſceni. Ex præmiſ-
16 ſis clarè reſultat reſponſio ad *tex. in d. §. bis conſequens* qui loquitur, & ſecundùm communem intellectum procedit, quando hypotheca poſterioris creditoris, qui de illa expreſsè ſibi proſpexit, concurrit, & concurrere poteſt cum hypotheca dotis anteriori, ſiue tacita, ſiue expreſſa, vt denotant expreſſa verba *text.* & præſupponunt omnes Scribentes, hanc quæſtionẽ tractantes dum volunt dotem præferri, quod, vt notiſſimum eſt, non fit niſi in concurſu, qui hic non datur, nec dari poteſt ſtante dicto pacto acquiſitionis iuris impeditiuo; & ſic hypothecæ etiam fauore dotis, & conſequenter non
17 intrant aliqua dotis priuilegia, quæ non ſunt inducta pro lucro mulierum, ſed ne damnum patiantur *d. l. aſſiduis, in fin verſ. non enim, C. qui pot. in pign.* & ideo non applicatur diſpoſitio *d. §. bis conſequens*, nec communis opinio, de qua ſupra. Dixerunt tamen Domini, dicta procedere, quatenus domus ex dictis duabus conſtructa ſit facta pretioſior, & ex pecunijs eiuſdem R. P. D. Damaſceni, prout neceſſe eſt, & an de hoc conſtet, videatur.

Et interim fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Gratian qui meminit huius deciſionis diſcept.* 964. *num* 23. *& infra deciſ* 721 *num.* 5.

B Quia patronus poſſit in fundatione apponere quaſcumq;
18 conditiones etiam contra ius firmatum fuit ſupra *deciſ* 21. *num.* 3. *& deciſ* 61 *num.* 2. & in alijs, hoc tamen procedit, dummodo conditiones non ſint natura impoſſibiles, ſeu turpes, vel contra ſubſtantiam iuriſpatronatus, & beneficiorum, vel alias a iure improbatæ de qua re eſt lata deciſio in *Romana iuriſpatronatus* 31. *Maij* 1613. *coram bon mem Card. Sacrato*, & dummodo Ordinarij aſſenſus interueniat, vt ibi, & *d deciſ* 21 *ſub num.* 3. tenetur tamen conſentire Ordinarius, ſi conditiones non ſint natura impoſſibiles, vel patiantur alios defectus proximè relatos, *Lambertin de iur patr lib* 1. *part.* 1. *art.* 1. *quæſt.* 9 *num* 82 *&* 83. *Rota in d. Romana iuriſpatronatus corã Cardinali Sacrato*, in qua redditur ratio, quia conſenſus Ordinarij in hoc non videtur requiſitus pro libito eius voluntatis, ſed tanquam iudicis, vt ſcilicet videre poſſit, an conditiones ſint de improbatis a iure; & propterea ſi non ſunt tales, ex neceſſitate tenetur illas approbare, *ad tex in auth ſtatuimus, vbi Bald num.* 2. *C. de Epiſcop. & cleric. Alexand conſil* 11. *num.* 5. *lib* 1. *Bober. deciſ* 326. *num* 2. ex interuallo tamen, & poſt erectionem nec de Ordinarij conſenſu poſſunt in beneficio nouæ conditiones contra ius apponi, vt per *Felin. in cap ſignificauit, ſub num* 2 *de teſtib Roch de iure patr. in verb pro eo, quæſt* 28 *circa fin Lambert d quæſt* 9. *num* 11. *&* 90. *& part* 2 *quæſt.* 4. *art.* 4 *num.* 2. *Mantic deciſ* 50. *num.* 9. *Rota in Toletana Cappellaniæ* 15. *Februarij* 1591. *coram Cardinali Pamphilio apud Garz. de benefic part.* 11. *cap.* 5. *num.* 224. *& in Hiſpalen portionis de Oſſuna* 10 *Februarij* 1623. *corã Patriarcha Manzanedo. & ſupra d deciſ.* 61 *num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Auriacen. iuris nominandi.

Lunæ 30. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Permutatio cappellaniæ, quæ eſt temporalis tantùm adminiſtratio, facta in manibus Ordinarij vtì de beneficio Eccleſiaſtico, & prouiſio inde ſecuta, contra fundatoris diſpoſitionẽ, non ſubſtinentur in præiudicium patronorum, nec ſtatus aliquis ex eis deduci poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Cappella quando non dicatur beneficium Eccleſiaſticum, ſed temporalis tantùm adminiſtratio in laicos cadens.*
2 *Beneficium Eccleſiaſticum ſeculare Ordinarij auctoritate, fundari debet.*
3 *Beneficium Eccleſiaſticum cõferri nequit à laico, ſed à perſona Eccleſiaſtica, Epiſcopo, vel Prælato.*
4 *Beneficium Eccleſiaſticum non ad tempus, ſed in perpetuũ conferri debet.*
5 *Beneficium non faciunt Eccleſiaſticum onus celebrandi miſſas, vel denominatio Cappellaniæ, non concurrentibus alijs*

bus alijs qualitatibus ad illud conſtituendum requiſitis.
6 *Permutatio beneficij coram Ordinario, & illius prouiſio cõ-
tra expreſſam teſtatoris voluntatem non ſuſtinetur.*
7 *Status firmari non poteſt in beneficio non collatiuo.*
8 *Gratiæ Apoſtolicæ non mutant ſtatum iuriſpatronatus,
maximè quando non conſtat de voluntate Papæ conferen-
tis tollendi ſtatum antiquum, & nouum inducendi.*
9 *Patronus permutationi iuriſpatronatus conſentire nequit
contra voluntatem fundatoris in præiudicium aliorum
vocatorum.*

DECISIO CCXXIV.

POSTQVAM per duas deciſiones
fuit reſolutum, teſtamentum Andreæ
fuiſſe effectuatum ad effectum iuris no
minandi ad cappellaniam, ſeu bonorum
adminiſtrationem, pro certa celebra-
tione miſſarum in ea inſtitutam: fuit
ſucceſſiuè ſubſcriptum dubium, An ius
nominandi ſpectaret ad Andream Bellonum prætenden-
tem ſe poſt finitam lineam Faiſſatorum in dicto teſta-
mento vocatum, cumque Bellonus inſtaret pro diſpu-
tatione, Tondutus aduerſarius oppoſuit, viden. eſſe de
validitate permutationis ad eius fauorem factæ, præté-
dens illam validam, etiam vbi ad Bellonum ſpectaret
ius nominandi, de quo habito cum DD. verbo dubita-
ui cum ſuppoſito exiſtentiæ iuris nominandi non tamen
pro nunc pertinente ad Bellonum, de quo poſtea erit
viden. an dicta permutatio eſſet valida, & DD. reſol-
uerunt eſſe nullam. Fundamentum fuit, quia ex lectu-
ra dicti teſtamenti apparet, teſtatorem nõ erexiſſe bene-
1 ficium dandum in titulum, ſed ſimplicem bonorum ad-
miniſtrationem ad effectum alendi ex eius fructibus ſa-
cerdotem eligendum per patronum ad id deputatum,
qui ad Altare, de quo agitur, quatuor miſſas in ſingulo
menſe celebraret quandiu placuerit eidem Patrono, ac
inſuper ſpecialiter prohibuit, ne aliquis Epiſcopus, Vi-
carius, officialis, aut aliqua perſona cuiuſuis gradus,
generis, & conditionis valeant adminiſtrationem dictæ
hæreditatis, & celebrationem dictarum miſſarum con-
ferre, nec presbyterum ad id eligere, vel electum re-
mouere, aut in aliquo ſe intromittere, ſed ad patronum
duntaxat id voluit pertinere; quæ quidem denotant, di-
ctam adminiſtrationem bonorum non eſſe beneficium
Eccleſiaſticum, ſed tantùm temporalem in laicos cadẽ-
tem, vt declarauit Rota in *Vlixbonen. adminiſtratio-
nis Cappellæ* 16. *Ianuarij* 1591. *coram bon. mem. Penia*,
& non conueniunt beneficio Eccleſiaſtico ſeculari, quod
2 inter cetera de ſui natura requirit, quòd ſit authoritate
Ordinarij fundatum. *Gloſ. in clem.* 2. *in verb. ſi beneficio-
rum in fin.* & ibi communiter *Doct. de decim. Nauar. conſ.*
5. *&* 6. *num.* 1. *de praeben. cum pluribus per Gonzal. ad
reg.* 8. *gloſſ.* 5. *num.* 7. *& Rot. in Monopolitan. hebdoma-
dæ* 1. *Iulij* 1613. *coram R. P. D. meo Manzanedo, &*
3 quòd non poſſit conferri à laico, ſed à perſona Eccleſia-
ſtica, Epiſcopo, vel Prælato *cap. ſi quis deinceps, & ibi
Gloſſ.* 16. *quæſt.* 7. *Abb. conſ.* 47. *num.* 1. *verſ. primum
attenditur par.* 2. *& alij per Gonzal. vbi ſupra num.* 10.
Azor. inſt. moral. par. 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *in princ.*
4 *verſ.* 1. *ex eo*, quòdque non ad tempus, ſed in perpetuum
conferatur *cap. ſanctorum* 70. *diſt. cap. penult. de cler.
ægrot. Abb. d. conſ.* 47. *num* 1. *verſ. item quia, Nauarr.
d. conſ.* 5. *num.* 1. *in fin. & conſ.* 6. *num.* 1. *in princ. de
praeben. & conſ.* 43. *num.* 8. *de ſimon Caſſad. deciſ.* 4.
num. 2. *& deciſ.* 12. *num.* 9. *de praeben. Caſ. de Graſſ. deciſ.*
13. *num.* 7. *eodem titulo latè Gonzal. vbi ſupra num.* 11.
12. *&* 13. *& Azor. d. quæſt.* 3. *verſ. quarto quando*, &
fuit etiam in hac cauſa firmatum in prima *deciſ.* 10.
A *Maij* 1613. A, Nec illud onus ſpirituale celebrandi
5 miſſas, nec denominatio Cappellaniæ faciunt beneficiũ
Eccleſiaſticum, non concurren. alijs qualitatibus ad il-
lud conſtituen. requiſitis, vt dictum fuit in allegata
Vlixbonen. adminiſtrationis Cappellæ, in qua aliæ ci-
6 tantur. Vndè permutatio dictæ Cappellaniæ tanquam
facta in manibus Ordinarij vti de beneficio Eccleſiaſti-
co in perpetuum, & ad vitam Tonduti, cui etiam fuit
collata in titulum contra expreſſam fundatoris diſpoſi-
tionem, non poteſt in præiudicium patronorum ſubſti-
neri, vt aliàs tenuit *Rota in Salernitan. oratorij* 13. *Mar-
tij* 1559. *coram Chiroga regiſtrata per Garz. de beneficijs
par.* 1. *cap.* 2. *num.* 106. Non obſtat prætenſus vltimus
ſtatus, quia cum non verſemur (vt firmatum eſt) in
beneficio Eccleſiaſtico collatiuo iuxta terminos *cap.
7 quærelam de elect. & cap. conſultationibus de iur. patr.* ſi nõ
adeſt, quòd poſſit cõferri, nõ poteſt ſuper eo ſtatus firma
ri, vt dixit *Rot. in Maurianen. vnionis* 12. *Iunij* 1615.
*coram Domino meo Decano, & in dicta Monopolitana
hebdomada* 11. *Decembris* 1615. *&* 22. *Aprilis præteriti
coram R. P. D. meo Veroſpio.* Vltra quod nec verifica-
tur ſtatus à Tonduto deductus; quia prætenſa reſigna-
tio facta de anno 1549. per Guglielmum Gherardi cum
Guglielmo de Fortis nullum habuit effectum, prout nec
docetur de expeditione literarum, ſed ſola duntaxat
ſupplicatio exhibetur, minùſque probatur, quòd Boni-
facius de Fortis, qui dicitur prouiſus per obitum dicti
Guglielmi de Fortis, retinuerit Cappellaniam in titulũ,
quia ſolùm exhibetur inſtrumentum poſſeſſionis captæ
de anno 1560. in vim literarum Apoſtolicarum, adeo,
vt ex iſtis nullus potuerit ſtatus induci. Præcipuè verò
8 cum ſint prouiſiones Apoſtolicæ, quæ non mutant ſta-
B tum iuriſpatronatus B, vt fuit dictum in alia deciſio-
ne huius cauſæ 8 *Februarij anni præteriti*, maximè quan-
do non conſtat de voluntate Papæ conferentis, tollen.
ſtatum antiquum, & nouum inducen. *Franc. in cap. cum de
beneficio, & ibi alij, de praeben. in ſexto, & Rota in dicta
Monopolitan. coram R. P. D. meo Veroſpio.* Minus ob-
ſtat, quòd Arnaldus Fayſſatus tunc patronus dictæ per-
9 mutationi conſenſerit, quia non potuit contra volun-
tatem fundatoris conſentire in præiudicium aliorum
vocatorum; ſicuti non potuiſſet hæres grauatus, *Peregr.
qui alios cumulat. de fideicom. art.* 40. *num.* 33.
Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot deciſ.* 254. *num* 3. *part.* 2 *recent & coram Cardina-
li Caualer. deciſ.* 639. *num.* 39. *Sanch in Decalog lib.* 7. *cap.*
29. *num.* 106.
B De qua re dixi ſupra ad *deciſ.* 153. *ſub lit A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. Canonicatus.

Lunæ 13. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Papa quando dicatur præueniſſe voluiſſe in col-
latione beneficij. Contemptus an augeat nu-
merum, ſi poſtea electioni conſentiat; & alia
de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Papa dicitur præueniſſe in gratia quando fuit narrata vacatio in menſe Ordinarij, & quòd adhuc ille non contulerat.*

2 *Maiorem vocum partem habere non dicitur, qui non habet vltra medietatem.*

3 *Contemptus dicitur, qui fuit vocatus, & non admiſſus.*

4 *Vota data extra Capitulum non ſuffragantur, debent enim dari vt ab vniuerſis, non vt a ſingulis.*

5 *Contemptus ſi poſtea conſenſit non auget numerum.*

6 *Contradictor legitimus non eſt non poſſidens, nec docens incontinenti de iure ſuo.*

7 *Contradictor legitimus non eſt, qui non habet parem titulum.*

8 *Collatio facta de præbenda, quæ eſt ſimultaneæ collationis ſi fiat ab vno tantùm, nulla eſt. Intellige vt num. 9.*

DECISIO CCXXV.

PRO debita executione ſecundæ gra-
tiæ Apoſtolicæ dixerunt DD. Ioan-
nem, qui illa nititur, immittendum
eſſe in poſſeſſionem Canonicatus, &
Præbendæ, de quibus agitur. Quia
eſt benè iuſtificata quo ad omnia nar-
rata, videlicet quo ad Clericatum, &
familiaritatem Ioannis cum Illuſtriſſimo D. Cardinali
Zapata, vacationem dd. Canonicatus, & Præbendæ
per obitum Gaſparis vltimi poſſeſſoris de menſe Se-
ptembris, valorem eorum, & penſionem ſuper illis re-
ſeruatam, ac etiam valorem obtentorum, ex datis in
ſummario eiuſdem Ioannis: ac etiam quo ad alia, in
quibus tota vis ex aduerſo fiebat; ſiuè gratia ſit præ-
uentiua, prout dici poteſt; quia cum narratum fuerit,
vacationem contigiſſe in menſe Ordinario, & de tem-
pore dictæ gratiæ nullam fuiſſe factam collationem,
cui poſſet præiudicari, & ad effectum vt de hoc con-
ſtaret, fuerit narrata diſcordia inter Archiepiſcopum,
& Capitulum, & Papa contulerit; vtique in neceſſa-
1 rium antecedens arguitur, quòd voluerit præuenire
in euentum, quòd alia prouiſio anterior facta non eſſet,
vt per *tex. in cap. dudum, & cap. quamuis, il 2. de præ-
bend. in 6. & Rotam deciſ. 17. eod. tit. in nou.* fuit in ter-
minis ad ſubſtinendam gratiam conſideratum in alia
Hiſpalen portionis 14. Aprilis 1595. *coram bon. mem.
Cardinali Blanchetto, & tradit Gonzal ad reg. 8. §. 4.
procem. num. 70. cum pluribus ſeqq & Card Seraph.
deciſ. 1144. num. 2.* Siuè fuerit fundata ſuper dicta di-
ſcordia inter Archiepiſcopum, & Capitulum ſimulta-
neos collatores in ea narrata. Illa enim eſt plenè pro-
bata ex actibus Capitularibus, & quicquid ſit de primo
23. Decembris 1615. ex vltimis duobus 8. & 21. Ia-
nuarij 1616. in quibus Capitulum, & Canonici pro ma-
iori parte diſcordarunt à nominatione Archiepiſcopi,
& de communi conſenſu remiſerunt collationem ad
Sanctiſſimum tanquam diſcordatam, *vt in d. ſummario
Ioannis num. 7. & 8.* huiuſmodi enim acta Capitularia
concludenter probant, vt notiſſimum eſt.

Non obſtat, quòd conſtet de concordia; quia Antonius fuit
nominatus ab Archiepiſcopo, *& in d. ſcrutinio 23. De-
cembris* 1615. habuit 12. Vota ex 24. Quoniam certum
2 eſt, quòd quis non dicitur habere maiorem partem,
niſi excedat medietatem, *Gloſ in cap. vnic. in verb. aſ-
ſenſu. verſ ſcire debes, ne Sed. vacan. lib. 6. Abb. in cap.
poſtulaſtis num. 14. in fin. verſ. ex quo infertur, de conceſſ.
præbend. & poſt eum Sylu. de beneſ. part. 2. quaſt. 17.
num. 11.* Minùs obſtat, quòd tria vota extrà Capitu-
lum data augeant numerum ad eius fauorem, & con-
ſequenter quòd habeat maiorem partem, præſertim quia
illi, qui dederunt prædicta vota, fuerant eiecti, vel impe-
diti votare in Capitulo, & ideò debent haberi pro præ-
ſentibus. Non enim ſubſiſtit in facto, quòd fuerint eie-
cti, vel impediti, imò ipſi in exhibitione votorum,
de qua in ſummario Antonij num. 7. dicant, ſe non fuiſſe
3 vocatos: & nihilominus ſiuè non fuerint vocati, ſiuè
non admiſſi (quod idem videtur *ad not. per Card. in cap.
in geneſi num. 3. not. 17. & col. 4. in 6. oppoſit. verſ. vndè
etiam, de elect.*) Vota data extrà Capitulum non ſuffra-
gantur, ex quo debent dari vti ab vniuerſis, non vti à
4 ſingulis, *Innoc. in d. cap. in geneſi num. 7. ad fin. verſ. hoc
non placet*, & *Butr. num. 28. verſ. dum tamen, & alij*.
Imò etiam ſi admittendi fuiſſent, licèt intra legitimum
tempus dare potuiſſent de ipſorum contemptu, & de
nullitate electionis, non tamen id facere potuerunt,
5 nec vota augere ad fauorem Antonij, poſtquam votan-
do extra Capitulum videntur prædictæ electioni con-
ſenſiſſe *Gloſ in cap. Eccleſia veſtra, il ſecundo, verb. adij-
cere circa med. verſ. non credo, & verb. valebat in fin. de
elect & poſt Innoc. Oſt. Io. And. & Bald. ibidem Butr,
num. 23. Card. col. 2. in 5. oppoſit. & col. 4. quaſt. 4.
Imol num 8. propè fin. Abb. num. 10.* vbi de communi,
*& Anan. num. 2. verſ. nota quòd vox, idem Oſt. & cæte-
ri omnes in d. cap. in geneſi, & Petr. de Botſio in direct.
elect. part. 3. cap 7. num. 3. & ſeq.* Ex præmiſſis autem
infertur, non poſſe dubitari de prouiſione Apoſtolica,
6 & ſic de titulo Ioannis, & conſequenter Antonium non
eſſe legitimum contradictorem, nedum quia non poſſi-
det, nec docet incontinenti de iure ſuo, vt fuit tentum
*in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris præteriti coram
R. P. D. meo Manzanedo.* Et quia non ſolùm non ha-
7 bet parem titulum, prout requiritur ad hoc vt quis eſ-
ſe poſſit legitimus contradictor, vt ex nouiſſimè cumu-
latis *per Argel. in tract de legitim. contradict. quaſt. 15.
art. 6. num. 202.* Sed etiam quia non habet aliquem
titulum; prætenſa enim eius collatio eſt nulla, tùm
8 quia eſt facta per ſolum Prouiſorem Archiepiſcopi, &
tamen dd. Canonicatus, & præbenda ſunt ſimultaneæ
A collationis A, *Io. Andr. in cap. à collatione num. 3.* &
ibi *Franch. num 1. verſ. eo tamen caſu, de appellat. in 6.
Feder de Sen. conſ. 1. num. 10. verſ. ſolutio, Sylu. de beneſ.
part. 3. quaſt. 71. & latè Rebuff verſ. 60. num. 12. cum
pluribus ſeqq.* Tùm etiam quia eſt contra formam man-
dati D. Archiepiſcopi dati 24. Septembris 1615. *in di-
cto ſummario Antonij num. 1.* ad concurrendum ſimul-
taneè cum Capitulo, & faciendum inſtitutionem di-
ctorũ Canonicatus, & præbendæ in perſonam dicti An-
tonij, obſeruando illa, quæ de iure, & conſuetudine de-
bent ſeruari.

Et ex his fuit vt ſupra vtraque parte informante reſolu-
tum, &c.

ANNOTATIO.

A Intellige, ſi alter infra ſemeſtre contradicat, aliàs enim ſi
beneficium ſimultaneæ collationis ab vno tantùm confe-
ratur, altero non contradicente, valet collatio; & ex ea
ſtatim acquiritur ius prouiſo, *Achill. deciſ 4. num 9. &
19. de præbend. Seraphin deciſ 980. num. 16* cum alijs
*per Garz. de beneſic. part 5. cap. 4. num. 42. & ſeq. Rot.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano deciſ.
212 num. 4 inter eius impreſſ & in Tarraconen. ſacriſtiæ
19. Martij 1602. coram Iuſto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cluſina poſtæ puteoli.

Lunæ 13. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Commiſſio cauſæ appellationis expedita ante prolationem ſententiæ an, & quando ſuffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non eſt deſerta, quando cauſa fuit commiſſa infra terminum decem dierum datum pro reſponſione de apoſtolis reuerentialibus.*

2 *Commiſſio expedita ante prolationem ſententia, non ſuffragatur, & num.* 19. *Limita, vt num.* 21.

3 *Sententia tranſit in iudicatum, quando pars non proſequitur appellationem infra terminum a Iudice præfixum.*

4 *Commiſſionis præſentatio, & non impetratio attendenda eſt.*

5 *Clauſula*, quam, & quas, &c. *comprehendit cauſam appellationis*

6 *Clauſula*, quam, & quas, &c. *comprehendit etiam cauſas mouendas, & futuras circa idem negotium, itaut impetrans ſpecificare poſſit cauſas, quas vult.*

7 *Verba*, habere poteſt, *comprehendunt etiam ius de futuro.*

8 Quomodolibet, *dictio quid importet.*

9 *Reſcripta delegatoria in dubio fauore ſupplicantis interpretationem recipiunt.*

10 *Commiſſio ſuper futura cauſa valet, quando conſtat de voluntate Papa concedentis.*

11 *Mandatum extenditur ad lites, & cauſas etiam futuras, quando conſtat de mente conſtituentis, vt ſi dicat*, ad omnes, & quaſcunque lites.

12 *Clauſula*, quam, & quas, &c. *operatur, vt procedi poſſit, prout in prima, non autem, vt in cauſa appellationis. Declara vt ibi.*

13 *Subreptio non vitiat reſcriptum ipſo iure, ſed per exceptionem.*

14 *Subreptionis exceptio tanquam dilatiua opponi, & probari debet ante litem conteſtatam, & incontinenti.*

15 *Subreptionis exceptio vbi oppoſita non fuit ante litem conteſtatam, ſententia ſubſecuta valida eſt.*

16 *Reſcripta ad cauſas appellationis non ſunt odioſa, nec requirunt illam ſubtilitatem circa expreſſionem, vel ſuppreſſionem veritatis, quæ in alijs deſideratur.*

17 *Rota in dubio ſemper tenet pro non deſertione cauſæ, & num.* 22.

18 *Deſertione non obſtante, Rota appellantem audire conſueuit, attenta qualitate, & grauitate cauſæ.*

20 *Commiſſio ſi fuit expedita eadem die, qua fuit appellatum, præſumitur, appellationem præceſſiſſe.*

DECISIO CCXXVI.

1 NON conſtare de re iudicata Domini reſponderunt. Nam ex parte Excellentiſs. Domini Ducis Sfortiæ fuit appellatum à ſententia Rotali diffinitiua, & appellabili, & commiſſio cauſæ appellationis producta parte citata infra terminum decem dierum datum pro reſponſione de apoſtolis reuerentialibus iuxta ſtylum, de quo per *Caſſador. decis.* 4. *in princ. de appell. Caputaq. decis.* 31. *par.* 1. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *in præfat. num.* 59. *Veſtr. in prax. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. *& lib.* 7. *cap. vlt. num.* 6. Nec viſum fuit obſtare fundamentum Excellentiſſimi Domini Marchionis à Cornea ap-
2 pellati, quòd commiſſio fuerit expedita per duos dies ante prolationem ſententiæ, & ſic non potuerit comprehendere cauſam appellationis nondum interpoſitæ, *Bellam. decis.* 28. *Caſ. de Graſ. decis.* 2. *de reſcript. Lancel.*
A *de attent. cap.* 2. *par.* 2. *num.* 1. A *cum alleg.* ideoq. ex ca-
3 pite non proſequutæ appellationis intra terminum à Iudice præfixum tranſiuerit in iudicatum *cap. perſonas, & c. cum ſit Romana, & ibi omnes de appellat. cum ſupra allegat.* Quia, omiſſo an probetur expeditio commiſſio-
4 nis ante appellationem ex ſola annotatione diei à tergo dictæ commiſſionis C. vt dicitur, manu magiſtri Curſorum facta, & quæ fides in hoc ſit adhibenda dictæ annotationi, præſertim cum agatur de inducen. deſertione, ex quo in commiſſionibus appellationum in Curia interpoſitarum non apponitur data, & ideo præſentatio, (quæ cum hic facta fuerit eadem die interpoſitæ appellationis, præſumitur præceſſiſſe) & non impetratio illarum attenditur *Rot decis.* 2. *num.* 4. *de except in nou.* Reſpondebatur, commiſſionem habere clauſulam
5 *ac. quam, & quas orator contra aduerſarium quomodolibet habet, & mouet, habereque & mouere vult & intendit*, quæ non ſolùm de per ſe comprehendit cauſam appellationis Rota *decis.* 34. *alias* 493. *de reſcr. & decis.* 11. *alias* 343. *de offic. deleg. in nou. Mandoſ. de commiſſ. forma prima in verb. quam, & quas*, & *Card. Seraphin. de-*
6 *cis.* 644. *in fin.* & vti concepta per verba futuri temporis etiam cauſas mouendas, *Mandoſ vbi ſupra, & Caſ. de Graſſ. decis.* 2. *num.* 4. & 5. *de reſcr.* & futuras circa idē negotium, Rota *decis.* 18. *in addit. num.* 2. *de reſcr. in nou. & in* Calaguritana *beneficij de Arola* 17. *Iunij* 1594. *coram bon. mem. Giptio*, ita vt impe-
7 trans ſpecificare poſſit cauſas, quas vult *Achil. decis.* 22. *num.* 2. *de appellat.* prout ſimilia verba *habere poteſt* comprehendunt etiam ius de futuro *Bart. in l. qui Roma, §. duo fratres num.* 19. *verſ. ad ſolutionem*, & ibi *Alexand. de commum num.* 56. *ff. de verb. oblig. Bero. conſ.* 130. *num.* 24. *vol.* 2. *Peregr. de fideic art.* 52. *ſub num.*
8 32. ponderata præſertim dictione illa vniuerſali *quomodolibet*, quam in ſimili conſiderant *Bero. ſub d. num.* 24. *verſic. ſed in caſu noſtro, & Peregr. vbi ſupra num.* 33. quod tanto magis videtur dicendum, quia in dubio reſcripta delegatoria fauore ſupplicantis interpretatio-
9 nem recipiunt *Caſſad decis.* 6. *num.* 4. *de reſcript. Honded. conſ.* 94. *num.* 66. *vol.* 1. Nec dubitari poteſt, quin valeat commiſſio ſuper futura cauſa, quando conſtat de
10 voluntate Papæ concedentis *Ioann. Andr. ad Speculator. tit. de reſcr. præſentatione §. fin. lit. D.* vbi de commiſſione cauſarum contra debitores præſentes, & futuros *Butr. in cap. fin. num.* 21. *de reſcr.* & ibi *Cardinalis num.* 67. *in* 6. *oppoſ. Imol. col.* 3. *num.* 8. *Barbat. num.* 38. *Adden. ad Rot. decis* 18. *alias* 148. *eodem tit. in nou. Innoc. in cap. cum olim in princ. verſ. nec abſurdum de offic. deleg.* ſicuti quando conſtat de mente conſtituen-
11 tis procuratorem, mandatum extenditur ad lites, & cauſas etiam futuras, dummodo non requirant ſpeciale mandatum, vt ſi dixerit ad omnes, & quaſcunque lites, & cauſas *Rot. decis.* 1. *num.* 1. *verſ hoc verum de procur. in nou. Grauat. ad Veſtr. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 38. De tali autem mente Sanctiſſimi clarè hic videtur conſtare, tum ex præfatis, tum etiam quia dicta clauſula, *quam, & quas*, non videtur poſſe referri ad appellationem interpoſitam cum de illa ſupra facta eſſet expreſſa mentio in commiſſione, ideoque ad euitan. ſuperfluitatem intelligenda eſt de appellatione interponenda.
Non obſtat, quòd in vim dictæ clauſulæ procedi poſſit vt
12 in prima, non autem vt in cauſa appellationis; Doctores enim ad hoc allegati loquuntur, vbi non conſtat de

appellatione, vel illa eſt deſerta, non autem negant, pro-
cedi poſſe in cauſa appellationis vigore commiſſionis
præcedentis cum dicta clauſula, *quam, & quas*, appel-
latione deinde intra decem dies interpoſita, vt in hoc
caſu. Præterea dicebatur, quòd vbi etiam commiſſio
fuiſſet ſubreptitia, ex quo fuit impetrata ante appel-
lationem, tamen tribuebat iuriſdictionem etiam reſpe-
13 ctu cauſæ futuræ: quia ſubreptio non vitiat reſcri-
B ptum ipſo iure B, *Card. in d. cap. fin. de reſcr. num.* 4.
ſed per exceptionem, *vt not. omnes in cap. ceterum eod.
tit.* & præſertim de cõmuni *Butr. num.* 4. *& Dec. num.*
24. *&* 33. *Rot. deciſ* 13. *alias* 362. *num.* 2. *de offic. deleg.
in nou. Menoch. de arbitr. caſ.* 201. *num.* 3. *&* 4. *& Card.
Seraphin. deciſ.* 313. *num.* 7. & in commiſſione cauſæ ap-
pellationis *Innoc. in d. cap. ceterum, Gemin. in cap. ab eo
num.* 4. *verſic. ego crederem, de appellation. in* 6. *Pariſ.
conſ.* 124. *num.* 19. 20. *&* 22. *vol.* 4. exceptio autem
14 ſubreptionis tanquam dilatiua opponi, & probari de-
bet ante litem conteſtatam, *Abb. in cap. ad audientiam
il ſecondo, num.* 15. *verſ. quædam eſt, de reſcr. Aym conſ.*
79. *num.* 9. & incontinenti, *Gloſ. in cap. ex parte in verb.
tacitè, in fin de teſtibus Lap. allegat.* 112. *num.* 2. *Oldrad.
conſ.* 320. *num.* 2. *verſ. ſed ſi quis*; quod tamen hic factum
non fuit pro parte dicti Marchionis citati ad dicendũ
15 contra commiſsionem: & ideo ſi eſſet ſubſecuta ſen-
tentia, illa fuiſſet valida, *vt in d. cap. fin. de reſcr. not. In-
noc. ante num.* 1. *Oſt. col.* 3. *in princ verſ. valet tamen,
Collect num.* 4 *verſ. ſed quid ſi fiet, Card. num.* 4. *circa
princ. Anchar. num.* 2. *in* 3. *not. & Imol. num.* 16. maxi-
16 mè quia reſcripta ad cauſas appellationis non ſunt
odioſa, cum impetrentur ad defendendum, nec requirant
illam ſubtilitatem circa expreſsionem, vel ſuppreſsio-
nem veritatis, quæ in alijs requiritur, *Io. Andr. in cap.
ex literis col.* 2. *in princ. verſ. ſi verò, de offic. deleg. Felin.
in d. cap. ceterum in fin. verſ. reſtringitur de reſcr.* Quæ
17 tanto magis DD. placuerunt attenta obſeruantia Rotæ,
quæ in dubio ſemper tenet pro non deſertione, *Caſſad.
deciſ.* 4. *in fin. & deciſ.* 9. *de appellat. Veſtr. lib.* 3. *cap.* 5.
num. 4 *circa fin* & qualitate, & grauitate cauſæ, ob
18 quam Rotam ſolitam eſſe audire appellantem non ob-
ſtante deſertione, refert *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.*
13. *in præfat num.* 74.
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Marcheſ de commiſſ part.* 1. *de commiſſ appellat. diuerſ* §.
19 2 *num.* 3. *pag* 1319 *Scacc de appellat. quæſt.* 3. *num.* 3.
& ideo licet in dubio in Rotalis ſiue iuſta ſiue iniuſta emẽda
ſit, tamen inhibitionẽ vigore talis commiſſionis obtentam
ſperni poſſe, nec cauſare attentata, fuit dictum in Roma-
na pecuniaria de Rufoolis 20. Maij 1589. *coram Cardina-
le Platto apud Marcheſ d part.* 1. *pag.* 1217. *num.* 2 *&
part.* 3. *pag.* 43. contrarium tamen tenuit Rota in Ro-
mana Sa... interdicti 4. Decembris 1598. *coram Card.
Lancell. Iuniori quæ eſt deciſ* 762. *par.* 4. *diuerſ* reprobatis
20 alijs contrarium aſſerentibus, & dixi ſupra ad *deciſ* 177 *ſub
lit. A.* Verum ... commiſſio reperiatur expedita eadem die,
qua fuit appellatũ, præſumitur appellationem præceſſiſſe &
ſic pro validitate commiſſionis, & parti appellatæ contra-
rium aſſerenti incumbit onus probandi *Marcheſan. d* §. 2.
21 *num.* 5. *Scacc. d. quæſt.* 3. *num.* 4. limitatur tamen prin-
cipalis concluſio, quando in commiſſione adeſt clauſula,
quam, & quas, cuius enim vigore ſuſtinetur commiſſio,
licet expedita, appellatione non interpoſita, vel inter-
poſita a ſententia nondum lata, vt firmatur in hac deciſio-
ne, & tradunt *Marcheſ d part.* 1. *cap.* 5. *de appellat. in
Rom. Cur. num.* 68. *pag.* 201. *Scacc. d. quæſt.* 3. *num.* 5.
& 9. *Mareſcott variar. reſolut lib* 1. *cap.* 20. *num.* 6. *&*
8. *Rota d. deciſ.* 762. *num* 2 *part.* 4. *diuerſ* & hoc præcipuè
procedit in Rota, de cuius ſtylo ſtante d. clauſula *quam,
& quas*, poteſt Auditor cognoſcere negotium principa-
le, licèt non adſit appellatio, vel ſit nulla, *Honded. alijs
relatis conſil* 27. *num.* 63 *lib.* 1. *Cardinal Caualer. deciſ.*
202. *num.* 3.

B Reſcripta ad lites non ſunt ipſo iure nulla, ſed ope exce-
ptionis annullanda, vt fuit etiam dictum infra *deciſ.* 405.
num. 8. & dixi ſupra ad *deciſ.* 74 *lit. A.*

C Quod in dubio ſit pronunciandum, appellationem non eſſe
deſertam, tradunt *Caſtren. in l.* 1. *num.* 3. *in fin. ff. ſi quis
caution. Tiraquell.* qui alios citat *in tract. le mort. ſaiſit
part.* 6. *num.* 10. *in fin. Scacc. de appellat. q* 17. *limit.* 2.
num. 18. *Rot. diuerſ deciſ* 32. *num.* 3 *part.* 2. & fuit di-
ctum *in Rom.* dotis 27. *Februarij* 1617. *coram bon mem.
Vbaldo*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Palatij.

Veneris 17. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Emens mediante ſubhaſtatione iudicis auctoritate facta, tanquàm bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nec tenetur ad illorum reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus veniunt in iudicio ordinario, tanquam damna, & intereſſe.*
2 *Bona fides regulariter præſumitur.*
3 *Bona fide poſſidere dicitur, qui emit publicè mediante ſubhaſtatione iudicis auctoritate facta*
4 *Bona fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nec tenetur illos reſtituere.*
Bona fidei poſſeſſor æquiparatur domino quoad fructuum perceptionem num. 4.
5 *Bona fides neceſſaria non eſt, ſed ſufficit abeſſe malam, vt poſſeſſor fructus reſtituere non teneatur.*

DECISIO CCXXVII.

DIXERVNT Domini, primum ter-
minum penſionis Palatij, de quo agi-
tur, exactum per Magalottum non eſſe
reſtituendum Reuerendiſſimo D. Ar-
chiepiſcopo. Nam licèt illi fuerit data
manutentio in poſſeſſione dicti Palatij
ex capite nullitatis deliberationis il-
lius factæ ad inſtantiam illorũ de Doris, vt *in deciſ.* 19.
Ianuarij 1615. Et propterea in iudicio ordinario ve-
1 niant fructus tanquam damna, & intereſſe *l.* 3. §. *fin.
ff. vti poſſid. Bart. in l.* 1. §. *interdictum num.* 5. *ff. eodem
Put. deciſ.* 61. *lib.* 3. *in nouis, Card Seraph. deciſ.* 835. *ſub
num.* 3. cum allegatis in alia deciſione huius cauſæ 30.
Maij anni præteriti. tamen cum Magalottus vigore mã-
dati de deliberan. adeptus fuerit poſſeſſionem dicti Pa-
latij 22. *Martij* 1614. *vt in eius ſummario dato dicta die*
30. *Maij num.* 2 & 10. Septembris ſubſequentis exege-
rit primum terminum penſionis decurſæ tempore di-
ctæ ſuæ pacificæ poſſeſſionis, *vt in ſummario Archiepi-
ſcopi dato ſub dicta die num.* 15. lis verò ſuper manuten-
tione non fuerit mota niſi de menſe Octobris ſubſequẽ-
tis,

tis, *vt in dicto ſummario Archiepiſcopi num.* 2. inde ſe-
quitur, Magalottum fuiſſe in buna fide, quæ regulariter
2 præſumitur *l. pen. C. de euict. cum ſimilibus*. Et reſultat
3 ex eo, quòd emit publicè, mediate ſubhaſtatione Iudicis
authoritate facta, vt ex allegatis in dicta deciſione 30.
Maij, & in terminis *Menoch. conſ.* 1173. *num.* 2. *&* 3. &
4 conſequenter fecit fructus ſuos, nec tenetur illos reſti-
tuere: cum bonæ fidei poſſeſſor æquiparetur domi-
no quo ad fructuum perceptionem *l. qui ſe ſcit.* 25 §.
1. *per tot. & verſ. porrò bonæ fidei poſſeſſor. ff. de vſur. l.
bonæ fidei* 48. *ff. de acqu. rer. dom.* latè *Menoch. de recuper.*
5 *remed.* 15. *num.* 578. *& pluribus ſeqq.* imò non eſt neceſ-
ſaria bona fides, ſed ſufficit malam abeſſe *l. ſed ſi lege*
28. §. *ſcire in fine ff. de petit. hæred.* & ibi omnes *Oſaſch.
deciſ.* 160. *num.* 7. *&* 8. & latè fuit dictum in *Auximan.
ſpolij 3. Decembris* 1610. *&* 4. *Martij* 1611. *coram R. P.
D. meo Pirouano in Bonon. de Gudalottis* 14. *Martij*
1614. *coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in hac cauſa ſub
A die 30. Maij anni præteriti. A,

Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

A Vide ſupra *deciſ.* 184.

Auenionen. Archidiaconatus.

Veneris 17. Februarij 1617.

ARGVMENTVM

Familiaritas Cardinalis ad effectum reſeruationis ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas vt contrahatur, requiritur mens, & dens.*
2 *Declaratio gerentis actus attenditur in æquiuocis.*
3 *Veriſimilitudo operatur, vt ſtetur declarationi, cui aliàs non ſtaretur.*
4 *Confeſſiones extraiudiciales probantur per teſtes etiam ſingulares concurrentibus adminiculis.*
5 *Confeſſio extraiudicialis de iure Canonico plenè probat.*
6 *Ex receptione ſeruitij, & præſtatione victus cenſetur quis deputatus ad tale ſeruitium.*
7 *Cardinalis, vel alterius magnatis depoſitioni plurimum defertur.*
8 *Cardinalis atteſtationi non ſtatur ad proban. familiaritatem ad effectum reſeruationis in præiudicium tertij.*
9 *Mens alicuius ex propria declaratione probatur.*
10 *Familiaritas Cardinalis vt contrahatur, requiritur mens Cardinalis, & familiaris, prout in ſocietate mens vtriuſque ſocij.*
11 *Deſcriptio in Rotulo, & libro familiarum de per ſe non ſufficit ad probationem familiaritatis, illam tamen multum coadiuuat.*
12 *Familiaritatem ad probandam multum confert partis receptio.*
13 *Familiaritas dicitur probata ex ſeruitijs præſtitis Cardinali, & receptione victus, & habitationis ab eo, præſertim concurrentibus adminiculis num.* 14.
15 *Fama, vox publica, & communis reputatio plurimum faciunt ad probationem familiaritatis.*
16 *Familiaritas ad effectum reſeruationis contrahitur ex deputatione ad ſeruitium generale, quando non agitur de conſanguineis, ſed de extraneis.*
17 *Familiaris Cardinalis, vt quis dici poſſit, ſatis eſt probare, quòd ſteterit ſub illius imperio, & illi inſeruierit prout alij familiares.*
19 *Familiaritatem cum Cardinali contrahere velle non præſumitur habēs beneficium requirens reſidentiam, niſi clarè conſtet de animo, & voluntate illam contrahendi num.* 19.
20 *Summarium teſtium in Curia operatur, quòd teſtificata non dicantur deducta.*
21 *Curialitatem amittendi animus non arguitur ex acquiſitione domicilij in Vrbe.*
22 *Actus vnus alterum non euellit, data illorū compatibilitate.*
23 *Teſtes vlterius recipere non licet atteſtationibus publicatis, & quando procedat.*

DECISIO CCXXVIII.

DEDI dubium, an conſtaret de familia-
ritate q. Ioan. de Laurentijs cum bon.
mem. Card. de Ioioſa poſt obtentum
Archidiaconatum ad effectum reſerua-
tionis, de quo agitur, & DD. in ſecuda
illius propoſitione affirmatiuè reſpon-
derunt. Concurrere enim viſa fuerunt duo illa requiſi-
1 ta mentis, & dentis, de quibus per DD. *in cap. fin. de
verb. ſignif. in 6. Sarn. in reg. de impetr. per obit. fam.
quæſt.* 13. *in princ. verſ. nam illa, & Rotam in Salaman-
tin. & Abulen. beneficij* 9. *Iunij* 1599. *coram bon. mem.
Penia, & in Hiſpalen. portionis* 2. *Maij* 1614. *coram
R. P. D. meo Andrea*. Mens deducitur primò ex ſerui-
tute eiuſdem Ioannis, quæ optimè probatur ex teſtibus
primo, & ſecundo loco in Curia examinatis, qui om-
nes pariter fuerunt familiares eiuſdem Cardinalis, &
deponunt præſertim de infraſcriptis. Primò, quòd in
vltimo trimeſtri anni 1593. dum Cardinalis ex Gallia
veniret ad Vrbem, Ioannes è Ciuitate Auenionis con-
tulit ſe ad Ciuitatem Lugduni, vbi tunc aderat Cardi-
nalis, ibique dixit quarto teſti de hoc deponenti in vlti-
mo examine, iuxta 19. Interrogatorium *in ſummario
concordato D. Gaucerij num.* 1. *Che veniua à Roma al
ſeruitio di detto Signor Cardinale*, ſtatimque ſuſcepit cu-
ram tranſuehendi ſuppellectilia Cardinalis ad Vrbem,
& dum Cardinalis eſſet in itinere verſùs Italiam, idem
Ioannes illum aſſequutus fuit, vt ei nunciaret, dicta ſup-
pellectilia fuiſſe detenta per Dohanerios in Ciuitate
Alexandriæ della Paglia, fuitque per dictum Cardina-
lem tranſmiſſus ad deputatos dictæ Ciuitatis cum no-
uo ordine, ſeu, vt dicitur, Paſſaporto, cuius vigore
ſublata fuerunt omnia impedimenta, vt deponit ſecun-
dus primo loco examinatus iuxta quintum *dicto ſumma-
rio num.* 1. qui etiam iuxta 18. *num.* 4. deponit de fa-
miliaritate eiuſdem Ioannis in partibus Galliæ. Quæ
etiam comprobantur ex fide pro parte Syluestruccij
producta, de qua *in eius ſummario num.* 2. in qua dici-
tur, Ioannem defeciſſe ab eius reſidentia in ſuo Archi-
diaconatu à die 10. Nouembris 1593. vſque ad 26. Maij
1595. vndè benè poteſt verificari depoſitio ſupradicto-
rum teſtium, quòd ipſe in fine anni 1593. fuerit in Ci-
uitate Lugduni, & venerit cum Cardinali ad Vrbem.
Secundò, quòd Ioannes eidem Cardinali inſeruiuit
poſt eius aduentum è Gallia ad Vrbem, dum habitauit
in Palatijs Burgi, & Plateæ Nicoſiæ, & ſic de anno
1594. & 1595. ferè iuxta tempus Rebenedictionis glo-
rioſæ mem. Henrici IV. Regis Franciæ, quæ fuit 15.
Septembris dicti anni 1595. vt notiſſimum eſt; depo-
nunt omnes teſtes *in d. ſummario concordato num.* 4. *&* 5.
quorum tertius ſecundo loco examinatus iuxta 10. di-
cit, ſe illum cognouiſſe in Palatio Burgi per annum,
ante dictam Rebenedictionem, & ſic de anno 1594. Et
omnes ſpecificant quamplures actus particulares ob-
ſequij, & ſeruitutis Ioannis erga Cardinalem, & præ-
ſertim, quòd illum comitatus fuerit ad Conſiſtoria

Cap-

Cappellas, & Congregationes, reſederit in Anticame-
ris, aſtiterit menſæ prout alij familiares, & quandoque
impedito Caudatario, functus fuerit illius officio, & iue-
rit cum Cardinali ad Ciuitatem Ianuæ, & cum eodem
reuerſus fuerit ad Vrbem, obedinerit iuſsionibus, &
exequutus fuerit mandata Cardinalis, qui (vt dicunt
dicti teſtes) *li commetteua dell'imbaſciate, gl'ordinaua,*
che commandaſſe alli palafrenieri; illumque oīs in Galliam
tranſmiſit ſuis expenſis, & cum ſuis literis, & pro ſuis
negocijs, & etiam occaſione ligæ, vt dicit tertius ſecũdo
loco examinatus iuxta 13. *in dicto ſummario num.* 5.
Aliqui verò in genere concludunt, quòd Ioannes facie-
bat omnia ſeruitia, functiones, & obſequia, quæ fie-
bant ab alijs nobilibus familiæ dicti Cardinalis. Qui
quidem actus vbi etiam familiaritatem neceſſariò non
concluderent, multùm tamen illam coadiuuant ſtante
illorum multiplicatione, & declaratione eiuſdem Ioan-
nis, dum in Ciuitate Lugduni dixit, *Che veniua à Roma*
al ſeruitio del Cardinale, vt dictum eſt; in actibus enim
2 non neceſſarijs, & æquiuocis ſtatur declarationi geren-
tis *Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis num.* 6. *ff de*
legat. 3. *Bald. ex mente Innoc. in l.* 2. *num.* 20. *verſ. &*
tunc per iſtos, C. de ſeruit. & aq. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. *gloſ.* 14. *num.* 55. *verſ. omnia autem*. Maximè iun-
cta illorum frequentia, *Bald. d. num.* 20. *in fin.* & ve-
riſimilitudine, quòd ſimiles actus vt plurimùm fieri non
ſolent, niſi animo contrahendi familiaritatem: quæ ve-
riſimilitudo operatur, vt ſtetur tali declarationi, etiam-
3 ſi aliàs illi non ſtaretur, *Dec conſ.* 96. *num.* 3. *verſ. nec*
obſtat, quòd talis confeſſio, cum alijs per Aym. conſ. 202.
num. 48. Secundò, de mente conſtare quoque viſum
fuit, primò ex parte Ioannis, tùm quia ipſemet dixit
(vt dictum eſt) in Ciuitate Lugduni, quòd veniebat Ro-
mam *al ſeruitio del Cardinale*, tum etiam ex pluribus
alijs confeſsionibus extraiudicialibus eiuſdem Ioannis,
de quibus deponunt tres teſtes *in d. ſummario num.* 7.
4 quæ probantur per teſtes etiam ſingulares concurren-
tibus adminiculis, prout hic *Rota deciſ.* 91. *num.* 4. *verſ.*
vltra quod, part. 1. *diuerſ. & Card. Seraph. deciſ.* 1029.
5 *num.* 11. *verſ. non obſtat deciſio*, & fidem faciunt de
æquitate Canonica, *Put. deciſ.* 12. *num.* 2. *lib.* 2. *in nouiſſ.*
vbi quòd Rota ſemper ſequuta fuit huiuſmodi opinio-
nem. Secundò, ex parte Cardinalis tam ex eius rece-
ptione ſeruitiorum, & præſtatione victus, ex quibus
6 cenſetur deputaſſe ad dicta ſeruitia *l.* 1. *§. magiſtrum,*
il ſecondo, ff. de exercit. act. Bart. in l. 1. *§. familia, in*
fin. quem ceteri ſequuntur ff. de public. & vectig. Bero.
quæſt. 39. *ſub num* 2. ex eius atteſtatione *in d. ſumma-*
rio num 8. quæ percutit etiam tempus poſt Archidia-
conatum obtentum, cui Domini dixerunt eſſe pluri-
7 mum deferendum, nedum propter amplisſimam Car-
dinalatus dignitatem, *vt ex Innoc. notat Archid. in*
cap. nobiliſſimus in fin. diſt. 97. *Fulgoſ. conſ.* 148. *in*
fin. verſ. concludendum eſt, Rot. deciſ. 5. *num.* 2. *de prob.*
in antiq. Grammat. deciſ. 65. ſed etiam propter eximiam
eius generis, & perſonæ nobilitatem cum eſſet ex Ma-
gnatibus, & principibus Galliæ *ad text. in d. cap. nobi-*
liſsimus, Luc. de Pen. in l. mulieres col. 5. *verſ.* 10. *gene-*
raliter C. de dignit. lib. 12. cum alijs *per Tiraq. de nobi-*
lit. cap. 20 *num.* 39. Præſertim cum ſit ex tot alijs ad-
miniculis coadiuuata.

Nec obſtat, quòd talis atteſtatio Cardinalium non probet
8 familiaritatem ad effectum reſeruationis in præiudiciũ
prouiſi ab Ordinario, & ſic tertij, *Sarn. de beneſ. vacan.*
per obit. fam. d. quæſt. 13. *num.* 6. *Simonet. d. quæſt.* 36.
num. 11. *&* 12. Quia hoc procedit, quando fundamen-
tum principaliter fit ſuper ſola ſimili atteſtatione ad
probandam reſeruationem, quod hic non accidit, quia
plura alia deducuntur, & dicta atteſtatio adducitur ſo-
lùm ad proban. mentem ipſius Cardinalis, in cuius pro-
9 batione ſtatur propriæ aſſertioni *Soc. conſ.* 97. *num.* 22.
lib. 4. *Aym. conſ* 5. *num.* 16. *verſ quia in his*, cum alijs
per *Menoch. de arbitr. caſ.* 86. *num.* 6. & ſic ex prædictis
reſultat manifeſta probatio mentis vtriuſque, Cardina-
10 lis ſcilicet, & Ioannis, prout requiritur ad contrahen-
dam familiaritatem, ſicuti ad contrahendam ſocietatẽ
Sarnen. dicta quæſt. 13. *num.* 10. *verſ. nec obſtat, Rota*
in Hiſpalen. Archidiaconatus 20. *Februarij* 1606. *coram*
bon. mem. Iuſto, ad cuius inſtar ſe habet familiaritas, *Ge-*
min. in cap. fin. num. 9. *de verb. ſignif. in* 6. *& ibi Anchar.*
num. 3. *verſ. contrahitur hac ergo, & Franch. num.* 14.
verſ. & contrahitur, Simonet. de reſeruat. d. quæſt. 35.
num. 5. *& Rota in d. Hiſpalen. corã R. P. D. meo Andrea.*
De dente verò, ſeu quòd Ioannes habuerit partem à
Cardinali. Primò, in Gallia deponit ſecundus iuxta 18.
d. num. 4. qui dicit, quòd ibi vti Prothonotarius di-
ſcumbebat ad menſam Cardinalis (quod eſſe ſolitum in
illis partibus in familiaribus nobilibus atteſtatus fuit
R. P. D. meus Dunozet) & ſubdit etiam, quòd erat de-
ſcriptus in rotulo, & libro, prout alij familiares, quæ
deſcriptio licèt de per ſe non ſufficiat ad probationem
11 familiaritatis, *Mohed. dec.* 2. *alias* 90. *num.* 5. *de probat.*
Illa tamen multùm coadiuuat, *Simonet. de reſeruat. quæſt.*
36. *num.* 15. *Put. deciſ.* 401. *lib.* 1. *in nouis*, & fuit dictum
in Comen. beneficij 18. *Martij* 1596. *coram bon. mem.*
Cardinali Pamphilio, & in d. Hiſpalen. portionis coram
R. P. D. meo Andrea. Et inſuper dicit, quòd ipſe teſtis ſi-
mul cum dicto Ioanne pluries fuit, *dall' Argentiero per*
pigliare la loro portione, che conſiſteua in danari, ſecon-
do li tempi. Deinde in Vrbe deponunt omnes *d. num.*
4. dicentes, quòd vltra habitationem in Palatio Car-
dinalis dictus Ioannes habuit dictam partem, quandoq.
12 in Tinello, & quandoq. in pecunia. Quod ſimiliter
multùm confert ad familiaritatem proban. *Rot. deciſ.*
54. *part.* 3. *lib.* 1. *diuerſ. Simonet. d. quæſt.* 36. *ſub num.*
16. *verſ. item illam*. ex eo igitur, quòd teſtes probant,
Ioannem pręſtitiſſe ſeruitia Cardinali, & ab eo recepiſſe
victum, & habitationem, dicitur probata familiaritas
13 *Sarnen. in reg. de impetr. per obit. fam. quæſt.* 13. *num.*
9. *in fin. & num.* 10. *verſ. ex habitu igitur Simonet. vbi*
ſupra quæſt. 35. *num.* 3. *& ſeq. & Bero. quæſt.* 35. *num.* 3.
Præſertim concurrentibus adminiculis illam ſuadenti-
bus, de quibus infra, vt fuit dictum in *Comen. beneficij*
18. *Martij* 1596. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio,*
& in Hiſpalen. beneficij de Gibraleon 7. *Maij* 1604. *coram*
14 *Illuſtriſſ. D. Cardinali Ludouiſio.* Prædicta autem omnia
comprobantur ex communi reputatione, tàm in Aula
Cardinalis, quàm extra, & ex publica voce, & fama,
de quibus benè deponunt ijdem teſtes *in dicto ſumma-*
rio num. 6. quæ pariter multum faciunt ad probationem
15 familiaritatis, *Put. d. deciſ.* 134. *lib.* 3. *Simonet. d. quæſt.*
36. *num.* 16. *in fin. & Rota dicta deciſ.* 54. *par.* 3. *lib.* 1.

Non obſtat, quòd ad effectum reſeruationis non ſufficiat
ſeruitium generale, ſed probari debeat deſtinatio ad
certum ſeruitium particulare, *vt in d. Salamantina, &*
16 *Abulen. coram Penia, & Hiſpalen. Archidiaconatus co-*
coram Iuſto. Quia in caſu dd. deciſionum agebatur de
perſona conſanguinei, quem præſumi poterat. feciſſe
actus ſeruitutis ratione conſanguinitatis; quod ſecus
videtur in extraneo, (qualis erat Ioannes) in quo Rota
non requirit deputationem ad certum officium; ſatis
enim videtur, ſi inſeruiat pro nobili, & (vt dicitur) *per*
gentil'huomo da ſpalliera, prout faciebat Ioannes, qui
etiam (vt dicunt teſtes) omnia ſeruitia faciebat, iuxta
occurrentias; familiares enim alij ſunt ad certum ſer-
uitium deputati, alij ſunt ſine ſeruitio, vt videtur ſen-
tire

Digitized by Google

tire *Rota apud Achill. decis.* 13. *num.* 5. *verſ. vel quia ibi erat, de praben.* & comprobat quotidiana obſeruantia in aulis Magnatum, & Cardinalium, præſertim Principum, qualis erat Cardinalis Ioioſa, in quibus multi reperiuntur viri nobiles, qui non ſunt, nec dicuntur officiales, ſed illorum miniſterium ſeruatur ſolùm circa perſonã, & cultum Dominorum, aſſiſtendo, videlicet, in Anticameris, & cum Domini ſunt in menſa, & illos aſſociando ad functiones publicas: & hos etiam eſſe propriè familiares, quando recipiunt partem, & habitationem, notiſſimum eſt, & ex *l quæreretur*, *§. 1. de leg. 3. & alijs ſentit Caſtr. conſ.* 340. *num.* 2. *lib.* 1. Et ideo ad hoc vt
17 Ioannes dici poſſit familiaris dicti Cardinalis ſatis eſt fuiſſe probatum, quòd ſteterit ſub illius imperio, *vt ex l. pronunciatio, ff. familia verſ. pater autẽ familias*, & alijs *dicit Mandoſ. ad reg.* 3. *quaſt.* 17. *num.* 4. & quòd illi inſeruierit, prout alij familiares, *vt per text. in l. fin. in princ. C. de proxim ſacr. ſcrin. lib.* 12. *Bart in d. l.* 1. *ff. familia num.* 5. *ff. de public. Bero. dicta quaſt.* 39. *num.* 2. Non obſtat etiam, quòd cum Archidiaconatus requireret reſidentiam, inueriſimile ſit, Ioannem voluiſſe contrahere familiaritatem iuxta deciſionem in *Parmen. Canonicatus* 26. *Iunij* 1586. *coram bon. mem. Gipſio*. Quia
18 hoc non procedit, quando clarè conſtat de animo, & voluntate illam contrahendi, vt fuit tentum *in Papien. præpoſituræ* 10. *Decembris* 1610. *coram Reuerendiſſimo*
A *Attrebaten.* A, prout hic conſtare videtur ex tot actibus multiplicatis, declarationibus, & confeſſionibus eiuſdem Ioannis, de quibus ſupra; licet enim inueriſimile
19 ſit, obtinentẽ beneficium reſidentiam requirẽs velle familiaritatem contrahere, non tamen illam contrahere prohibetur. Minùs obſtare viſum fuit, teſtes ſecundo loco in Curia examinatos eſſe examinatos poſt didicita
B teſtificata, & ſic non probare. B Quia receptio ſumma-
20 rij, quæ hic tantùm adeſt, id non operatur in Curia, *Cæſar de Graſſ. decis.* 1. *de teſtib. Rota decis.* 136. *lib.* 2. *par.* 3.
C C & quotidie ſeruatur. Quæ dicebantur ad redarguendum ſupradictos teſtes de mendacio, ſatis leuia fuerunt viſa, & benè ſublata per informantes. Alia verò, quæ vltra prædicta deducebantur ad oſtendendam inueriſimilitudinem contrahen. familiaritatem, ceſſare viſa fuerunt ex ſupradictis, & præſertim ex confeſſionibus, & declarationibus eiuſdem Ioannis.

Et ex his ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Idem in ſimili dixit Rota *in Romana beneficiatus Sancti Petri* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P D. meo Pirouano*, in qua fuit dictum, ex eo quòd quis acquiſiuit domi-
21 cilium in Vrbe, non rectè inferri, quòd habuerit animum deſerendi Curiam, cum vna qualitas alteri non repugnet,
22 & data actuum compatibilitate, vnus non euellit alterũ. *Bald in l fin in princ. C. de nouat. Dec. conſil.* 564. *num.* 15. *Alexand conſil.* 192. *num* 3 *vol* 6. *Bero conſil* 205. *num.* 13 *vol.* 3. *cum alijs per Menoch præſumpt.* 134. *num.* 39 *lib* 3. *quos ſecuta eſt Rota in d. Romana beneficiatus Sancti Petri coram R. P D. Pirouano*.

B Publicatis atteſtationibus non licet vlterius teſtes recipe-
23 re, *cap. fraternitatis, & cap. intimauit, de teſtib. Clem. fin. eod tit. auth at qui ſemel C de probat. latè Surd conſil.* 176. *num.* 3. *& ſeqq latiſſimè Farinac. de teſtib. quaſt.* 75. *num* 68. & hoc procedit etiam ſi pars, quæ vult nouos teſtes examinari, teſtificata non didicerit, vbi ea petente, & volente facta eſt atteſtationum publicatio; tunc enim non impeditur nouos teſtes producere, quando ea abſente, vel inuita fit publicatio, iuxta diſtinctionem *Bart. in d auth. at qui ſemel, num.* 17. *C. de probat.* latè comprobat *Surd. d, conſil* 176 *num* 4. *& ſequen.* dicens *ſub num* 8. quòd ex publicatione oritur præſumptio, partem atteſtationes didiciſſe, & quod ideò iura canonica ponderant ſolum publicationem, non autem percontationem; & hanc diſtinctionem probauit *Rota in Albanen. cõfinium* 22. *Aprilis* 1622 *coram R P D meo Pirouano*. & prædicta procedunt, licèt pars petens publicari depoſitiones teſtium proteſtetur in ipſa publicatione, nolle pro nunc teſtificata didicere: quia huiuſmodi proteſtatio, tanquàm facto contraria non releuat; petendo enim publicationem fateri videtur ſe habere notas depoſitiones, & ſcire teſtificata. *Surd. d conſil.* 176. *ſub d num* 4. *ad med. Rota in d Albanen. confinium coram R. P. D Pirouano*: plures alias ampliationes, & limitationes ad hanc regulam vide apud *Farinac. d quaſt* 75. *a d num* 68 *infra*.

C *Rota in Hieracen iuriſpatronatus* 5. *Iunij* 1617. *coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Veroſpio*, in qua aliæ allegantur, *& Beltramin ad deciſ* 497. *Gregor ſub num.* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Amerina bonorum.

Lunæ 27. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Bona fuiſſe teſtatoris, probatur ex inſtrumento diuiſionis factæ tanquam de bonis teſtatoris: & confeſſio inde reſultans probat contra diuidentem, & eius hæredes, etiam ſi ſit minoris, & abſque ſolemnitatibus ſtatuti, quando eſt veriſimilis, & adminiculata.

SVMMARIVM.

1 *Bona quòd fuerint hæreditaria, benè probatur ex confeſſione facta per hæredes in diuiſione, tam contra ipſos diuidentes, quam contra ſucceſſores.*
2 *Confeſſio in contractu inualido ex ſtatuto non nocet.*
3 *Statuta Ciuitatum Apoſtolicæ Sedi ſubiectarum confirmatione indigent, & num.* 12.
4 *Statutum tollens iuramentum fieri non poteſt per laicos.*
5 *Confeſſio minoris ſine ſolemnitatibus ſtatuti valet, ſi ſit veriſimilis, ſeu adminiculata.*
6 *Inſtrumentum approbaſſe dicitur, qui illo vſus eſt.*
7 *Obſeruantia actus nullitatem excludit.*
8 *Teſtis vnicus de certa ſcientia deponens ſemiplenam facit probationem.*
9 *Res empta ex bonis fideicomiſſo ſuppoſitis eidem fideicommiſſo ſubiacet, maximè ſi in inſtrumento emptionis id expreſsè declaratum ſit.*
10 *Confeſſio grauato um, quòd extet fideicommiſſum, nocet quibuſcunque ſucceſſoribus.*
11 *Declaratio non poteſt per hæredem declarantis retractari.*

DECISIO CCXXIX.

QVIA firmatum fuit, fideicommiſſum q. Nannis fuiſſe per mortem Sfortiæ purificatum ad fauorem D. Prioris Ioannis Coſmi, & illi nõ fuiſſe renunciatum per diuiſionem inter eum, & dictum q. Sfortiam de bonis hæreditarijs dicti Nannis ſubſequutam: & viſum hodie fuit DD. probari, infraſcripta fuiſſe bona hæreditaria Nannis; ideo tenuerunt, eundem Ioannem Coſmum haberi

Digitized by Google

beri ſuper illis Intentionẽ fundatam tanquam fideicom-
miſſo dicti q. Nannis ſuppoſitis. Quo ad ſcuta 1036.
illa fuiſſe hæreditaria Nannis, clarè oſtenditur ex diui-
ſione facta inter dictos Sfortiam, & Io. Coſmum ad di-
ctum fideicommiſſum vocatos 15. Iunij 1596. in qua
1 Sfortia faſſus eſt, ſe illa vti talia recepiſſe, quæ benè id
probat tàm inter ipſos diuidentes, vt poſt alios *Mar-
zar. de fideicom. quæſt.* 58. *Decian. reſp.* 76. *num.* 9. *&*
10. *lib.* 3. *Peregr. de fideicom. art.* 44. *num.* 5. *Card. Se-
raph. deciſ.* 553. *num.* 1. *&* 2. & fuit dictum *in Bononien.
fideicommiſſi de Rubeis* 3. *Martij* 1602. *coram Illuſtriſſi-*
A *mo D. Cardinali Lancellotto* A, & in alijs paſſim, quàm
contra Strumeriã dicti Sfortiæ ſororem, & hæredem, vt
poſt plures per eum relatos *Peregr. vbi ſupra d. num.* 5.
*& num.*6. Nec obſtare viſum fuit, Sfortiam tempore di-
ctæ diuiſionis fuiſſe minorem, vt ex fide baptiſmali exhi-
bita, de qua *in ſummario Strumeriæ num.* 1. ideoque ſtan-
te ſtatuto Ameriæ annullante contractus minorum 20.
annis ſinè certis ſolemnitatibus celebratos, dictam eius
2 confeſſionem illi non præiudicaſſe ex *Put. deciſ* 7. *num.*
1. *&* 6. *& deciſ* 8. *n.* 1. *lib.* 3. *ſecundùm nouiſſimam im-*
3 *preſſionem*. Omiſſo enim, quòd dictum ſtatutum non
fuit in actis productum, nec conſtat de illius confirma-
tione requiſita in ſtatutis Ciuitatis Apoſtolicę Sedi ſub-
iectæ, *Bald in l. omnes populi num.* 14. *verſ. & hæc opinio,
ff. de iuſt. & iur. Rot. deciſ* 536. *& deciſ.* 780. *num.* 1.
par 1. *diuerſ. & in Feretrana bonorum* 2. *Iunij* 1613. *coram*
B *me* B Reſponſum fuit primò, quòd dictum ſtatutum
non comprehendit inſtrumenta iurata, quale eſt illud
dictæ diuiſionis, & dum directè tollit iuramentum non
C valet, tanquam ſtatutum laicorum C. *Bart. in dicta l.
omnes populi, num.* 24. *in fin.* & de communi *Aret. conſ.*
22 *num.* 8. *verſ. vbi verò ſtatutum, Curt iun. conſ.* 118.
num. 3. *par.* 1. cũ alijs per *Rolan. conſ* 99. *num.* 11. *& ſeq.
& præſertim num.* 14. vbi de magis communi *lib.* 3. Se-
cundò, quòd dictum ſtatutum non procedit in confeſ-
ſione veriſimili, ſeu adminiculata, *Arbill. deciſ.* 1 *de con-
feſſ. Gabr. conſ.* 69. *num.* 9. *verſ. id non procedit lib.* 1.
Card. Seraph. deciſ. 617. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 177 *par.* 2.
diuerſ. & in Florentin pecuniaria 9. *Iunij præteriti coram
R. P. D. meo Pirouano*. Plura autem hic adminicula
concurrunt pro veritate dictæ confeſſionis. Et primò,
quia Sfortia maior factus videtur dictam diuiſionem
ratificaſſe, cum de illa mentionem fecerit in inſtrumen-
to ſecundæ diuiſionis factæ del 1590. Secundò, quia
ipſamet Strumeria aduerſaria vtendo dicto inſtrumento
diuiſionis ad docen. de renunciatione fideicommiſſo-
6 rum, illud dicitur approbaſſe, *Angel. in l.* 1. *§. editiones
num.* 12. *ff. de eden. Dec conſ.* 463. *num.* 19. *Surd. conſ.*
157. *num.* 23. *& conſ* 128 *num.* 18. *& deciſ* 199. *num.*
7. Tertiò, concurrit obſeruantia dictæ diuiſionis (vtra-
que enim pars poſſedit bona ſibi per illam obuenta)
7 quæ obſeruantia actus nullitatem excludit *l.* 1. *&* 2. *&
l ſi veritas* 14. *C. de tranſact. Rot. deciſ.* 636. *num.* 2.
part. 1. *diuerſ & in Foroliuien cenſus* 14. *Iunij* 1613. *co-
ram me*. Quartò, demum comprobatur ex teſte depo-
nente, quòd in hæreditate Nannis reperta fuerunt in
quadam archa ſcuta 3000. in circa, & quòd fuerunt di-
uiſa inter dd. Io. Coſmum, & Sfortiam, qui teſtis tan-
8 quam de certa ſcientia deponens ſemiplenam facit pro-
bationem, *Gloſſ. in d. l. admonendi, in verbo exacto, verſ.
vel per vnum. ff de iur. iuran.* cum alijs per *Farinac. de
oppoſ. contra perſ. teſt quæſt.* 63 *num.* 52. Quoad cenſus,
illos pariter fuiſſe in bonis Nannis, conſtabat ex alia ſi-
mili diuiſione de eis inter eoſdem facta del 1598. quæ
non videtur habere difficultatem, quia Sfortia tũc tem-
poris erat maior. Quo ad bona ſtabilia empta 27.
Septembris 1603. per dictos Ioannem Coſmum, & Sfor-
tiam, de quibus *in ſummario Io. Coſmi num.* 5. viſum
fuit, illa etiam ſubiacere fideicommiſſo dicti Nannis, ex
9 quo empta fuerunt ex cenſibus eidem fideicõmiſſo ſup-
poſitis ad *l. ſi rem, & pretium §. fin. ff. de pet. hered. l. Impe-
rator, §. fin. cum duab. ll. ſeqq. de leg.* 2. *Iaſ. conſ.* 231.
num. 1. *verſ. item ſuccedit, vol* 2. *cum alijs per Surd. de-
ciſ.* 208. *num.* 3. *& Peregr. de fideicomm. art.* 44. *num.*
28. *verſ. aut ſumus in dubio*. Quod eſt extra omnem
difficultatem: cum dicti Io. Coſmus, & Sfortia in inſtru-
mento emptionis expreſsè declarauerint, illa ſubiacere
debere dicto fideicommiſſo loco dictorũ cenſuum iuxta
formam teſtamenti dicti Nannis, *Bart. in d. l. Imperator,
§. cum autem num.* 2. *Surd. d. deciſ.* 208. *num.* 12. *Me-
noch. conſ.* 213. *num.* 41. *verſ. quod procedit*, cum alijs per
10 *Peregr. dict. num.* 28. *verſ. quorum opinio*, quæ quidem
declaratio nocet quibuſcunque ſucceſſoribus *Bart. conſ.*
11 194. *Decian. reſp.* 1. *num.* 31. *vol.* 1. & ideo retractari
non poteſt per Strumeriam hæredem dicti Sfortiæ, *Ca-
rif. conſ.* 11. *num.* 39. *&* 40. *lib* 3. Quoad loca deni-
que Montium conſtat pariter, illa fuiſſe hæreditaria
Nannis, & eius fideicommiſſo ſuppoſita ex dicta diui-
ſione del 1598. exceptis tamen duobus cum dimidio,
quæ in ea aſſeruntur liberè ad dictum Sfortiam pertine-
re: licèt pro Io. Coſmo prętendatur contrarium colligi
ex patentibus datis in reſponſionibus, ſuper quo, ſi opus
erit, poterunt DD. iterum conſuli, &c.
Ex quibus fuit vt ſupra deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Maſcard. de probat concluſ* 778. *num.* 21. *Barz. deciſ. Bo-
non.* 1. *num.* 15. *Fuſar. de ſubſtit quæſt.* 618. *num.* 11. *&
infra deciſ* 276. *num* 7.
B Concordantes adduxi ſupra *deciſ.* 6. *lit. A.* quibus addo
12 Rotam in *Bononien ſucceſſionis* 9. *Decembris* 1622. *co-
ram bon. mem. Vbaldo*. vbi etiam quod requiratur confir-
matio ſpecifica, nec ſufficiat in forma communi; & quod
Ciuitates & loca Superiorem recognoſcentia non poſſint
ſtatuta condere, *Bart. in l omnes populi num.* 3. *ff. de iuſt.
& iur. Petr de Ancharan conſil.* 12 *in princ Bald conſil.*
143. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſil.* 292. *in princ lib.* 2. *Roman.
conſil.* 218. quos retulit & ſecuta eſt *Rota in Anconita-
na, ſeu Auximana florum* 20. *Iunij* 1616. *coram bon.
mem.* Cardinali *Sacrato*.
C Vide *Mareſcott. variar. reſolut lib* 1. *cap.* 62 *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tudertina nullitatis obligationum.

Lunæ 27. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Minor enormiſſimè læſus reſtituitur aduerſus obligationes pro patre factas, etiam ſi à ſtatuto ad contrahendum ſit habilitatus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio competit minori aduerſus obligationes pro patre factas, quando eſt enormiſſimè læſus, & quia præſumitur metu ſe obligaſſe.*
2 *Statutum ſi requirat certam ſolemnitatem in contractu minoris* 20. *annis, an maior* 20. *cenſeatur habilitatus ad contrahendum contra ius commune.*
3 *Minor habilitatus à ſtatuto ad contrahendum non excluditur à reſtitutione in integrum.*

Ro-

4 *Reſtitutio in integrum vt dicatur ſublata per ſtatutum quid requiratur, & num. 5.*

DECISIO CCXXX.

AVDITIS iterum Creditoribus D. Antini ſuper articulo, an illi eſſet danda reſtitutio in integrum aduerſus obligationes pro Patre factas, qui fuit 10. Iulij 1614. & 1. Iunij 1615. affirmatiuè reſolutus, Domini perſtiterunt in deciſis. Placuerunt enim fundamenta primæ deciſionis, quòd intraret enormiſſima læſio, & obligationes præſumerentur metu con-
1 tractæ, & propterea non obſtante iuramento, D. Antimo tunc minori competeret reſtitutio; quæ comprobantur ex plenè deductis in deciſione Bononien. 36. in nouiſſimè ad interpretationem ſtatutorum recollectis, quæ in cauſa omnino ſimili emanauit. Quia verò informantes pro creditoribus inſiſtebant ſuper ſtatuto Tudertino, & dicebant, reſponſionem datam in ſecunda deciſione, nempe quòd non tenet conſequentia, ſtatutum
2 requirit certam ſolemnitatem in minori 20. ergo maior 20. dicitur habilitatus ad contrahendum contra ius commune ex *Bald.* alijſque in ea citatis, procedere quando ſtatutũ in minore 20. requireret ſolemnitatem aliquam de iure communi non requiſitam; ſecus quando eandem ſolemnitatem puta conſenſum ſui curatoris (prout ſtatutum Tudertinum) ex *Caſtr. conſ.* 106. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. & vlteriùs examinari curàrunt teſtes ſuper obſeruantia, quòd minores 25. maiores 20. contraherent abſque ſolemnitatibus tanquam maiores. DD. dixerunt, opus non eſſe inſiſtere circa veritatem, & applicationem d. limitationis *Caſtr.* Quia ex ea infertur ſolùm ad validitatem obligationum ſine ſolemnitatibus, ſed non excluderetur beneficium reſtitutionis in integrum, de quo nunc agitur, vt ſenſit Rota in hac cauſa 1. Iunij 1615. in fine, cum receptiſſima ſit conclu-
3 ſio, minorem habilitatum à ſtatuto ad contrahen. non excludi à reſtitutione in integrum, *Gloſ. in l. vnic. in verb. reformationum, verſ. ſed his ſpretis, & verſ. nec obſtat. C. ſi de mom. poſſ. vbi Bald num.* 12. *verſ. in contrarium, Salyc. num.* 4. *in* 3. *quæſt. verſ. ad quæſtionem, & Contard. limitat.* 8. *ratione reſtitutionis in integr. num.* 14. *idem Bald. in auth. ſi captiui num.* 4 *C. de Epiſc. & Cler. & in l vlt. ſub num.* 6. *vbi & Caſtr. num.* 4. *C. qui legit. perſ. Curt. Iun. in auth. ſacramenta puberum, num.* 125. *C. ſi aduerſ. vend. Rom. conſ.* 90. *num.* 3. *Boer. deciſ.* 141. *num.* 2. *verſ. quia licèt, Couarr. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 5. *num.* 8. *Cephal. conſ.* 215. *num.* 28. vbi quando ſtatutum diſponeret, maiorem 18. poſſe contrahere, *Odd. de communi de reſt. in integr. par.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 75. *verſ. ſed contra.* Ad effectum enim, vt dicatur ſub-
4 lata reſtitutio in integrum per ſtatutum, vel requiri-
A tur expreſſio A, vel diſpoſitio, quòd habeatur pro maiore in omnibus, & per omnia, quæ ceſſat in huiuſmodi ſtatuto ſimpliciter diſponente, contractus, & diſtractus cum minore 20. abſque ſui patris, vel curatoris auctoritate eſſe nullos ipſo iure: ex quo proinde ad plus deduci poſſet, factos cum maiore 20. eſſe validos abſque dictis ſolemnitatibus, vt dictum eſt. Obſeruantia eodem modo faceret reſpectu validitatis, non autem ad excluſionem reſtitutionis in integrum, vltra quod teſtes non videbantur illam concludere.

Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Reſtitutio in integrum numquam cenſetur per ſtatutum
5 ſublata, niſi in eodem ſtatuto id expreſsè caueatur. *Bald in l ſi non plures in fine C. de ſacroſ. Eccleſ. Dec latè conſil.* 156. *num* 8. *Odd alijs relatis de reſtit. in integr. quæſt.* 15. *num.* 44. & *quæſt* 42. *num* 26. *Honded conſil.* 18. *num.* 83. *vol.* 1. & *conſil.* 27. *num.* 26 *vol* 2. *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 6. *Giurb deciſ Sicil.* 67. *ſub num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta donationis,

Lunæ 6. Martij 1617.

Excutio ſententiæ latæ contra debitorem in actione perſonali fieri non poteſt contra tertium poſſeſſorem, in quem facta eſt alienatio lite pendente, vel aliàs quandocunque ante executionem,

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non impeditur, quando alienatio facta eſt in fraudem paratæ executionis.*

2 *Clauſula*, ſi quid exequendum, *ſuſpendit executionem, & num* 6.

3 *Sententia lata contra debitorem exequi non poteſt contra tertium poſſeſſorem, in quem facta fuit alienatio, lite pendente, vel alias quandocunque ante executionem quando actione perſonali non ad rem certam actum fuit, ſed ad quantitatem.*

4 Baldi opinio in l. ob maritorum num. 4. C. ne vxor pro marito, *quando procedat,*

5 *Fraus fieri dici nequit executioni, quæ ignoratur, nec quando remanet, vbi illa perfici, & impleri poſſit.*

7 *Clauſula*, ſi quid exequendum, *ſi de iure eſt locus executioni, præſeruat viam executiuam, & impedit effectum ſuſpenſiuum appellationis.*

8 *Clauſulæ*, ſi quid exequendum, *vigore executionem petens, tenetur illam iuſtificare ex eiſdem actis. Limita vt num.* 9.

DECISIO CCXXXI.

ITERVM propoſui dubium bis ad fauorem D. Lucretiæ reſolutum ſuper reuocatione ſequeſtri fructuum locorum Montis fidei, & DD. ſteterunt in eiſdem reſolutionibus. Non enim controuertitur ex parte Antonij q. poſſeſſio Lucretiæ exigendi fructus dictorum locorum; quæ etiam firmata fuit in omnibus alijs deciſionibus, & quòd propterea regulariter contra eam executiuè procedi non poſſit, ſed inſiſtebatur, quòd ceſſio dd. locorum fuerat eidem Lucretiæ facta in fraudem paratæ executionis; & ideo intraret limitatio, quòd via executiua non impediretur, ex adductis in deciſione pro Antonio facta 15. Aprilis anni præteriti. Quam tamen limitationem DD. dixerunt non applicari. Tria enim mandata executiua fuerunt relaxata, duo ad fauorem Dominici fratris, & auctoris Antonij, vnum videlicet de anno 1601. ſcutorum auri 900. Alterum de anno 1605. pro ſcutis 1200. Tertium verò pro ſcutis 2800. ad fauorem Antonij del 1612. deinde moderatum

Digitized by Google

deratum ad ſcuta 1800. monetæ, cuius vigore Antonius
obtinuit ſequeſtrari penes depoſitarium dicti Montis
fructus dd. locorum pro dicta ſumma ſcutorum 1800.
& de hoc mandato, & ſequeſtro tantùm in hac cauſa
agitur. Vndè ceſſio facta Lucretiæ de anno 1609. non
poteſt dici in fraudem paratæ executionis, cum non ſo-
lùm non eſſet factum ſequeſtrum (etiam ſi illud ſecun-
dùm informantes pro Antonio ſuccederet loco execu-
tionis) quod fuit tantùm commiſſum, ſed nec prolatum
decretum relaxationis mandati, quod eſt ſententiæ loco,
& quod emanauit de anno 1612. imò nec pro ratis ſcu-
torum 1800. de quibus agitur, lis eſſet cœpta: meritò nec
executioni fraus fieri potuit, quod ſolũ ſufficit pro reſo-
lutione. Et nihilominus Dominis viſum fuit idem dicen-
dum etiam reſpectu aliorum duorum mandatorum.
Namquo ad illud ſcutorum 900. de anno 1601 pro quo
duo fuerunt executa ſequeſtra, vnum videlicet de dicto
anno 1601. & aliud de anno 1606. illud de anno 1601.
executum contra Guicciardinum fideiuſſorem fru-
ctuum cenſus venditi per ſanctæ memoriæ Leonem XI.
tunc Cardinalem, Rodulpho patri Mariæ, quem emit
ex parte pretij Status Meldulæ venditi Excellentiſſimis
DD. Aldobrandinis, fuit reſolutum, cum d. cenſus fuerit
poſtea redemptus. Alteri autem ſequeſtro executo
contra depoſitarium dicti Muntis de anno 1606. non
poteſt dici facta aliquo modo fraus, cum cauſa appella-
tionis à dicto mandato ſcutorum 900. relaxato de dicto
2 anno 1601. fuerit commiſſa bon. mem. Peniæ cum clau-
A ſula *ſi quid exequendum*, & ſic executionis ſuſpenſiua, A
nec vnquam factum fuerit decretum de exequendo,
licèt ſub die 9. Nouembris 1605. reſolutio præceſſerit,
& die 14. Decembris eiuſdem anni inſtantia facta fue-
rit; quinimo illius executio fuit facta pendente dicta
cauſa in Rota vt ſupra, quæ hodie deuoluta eſt ad R. P.
D. meum Caualerium, & ſic non ſolùm poteſt deſeruire
pro executione, & captione pignoris iudicialis, ſed im-
pugnatur tanquam attentata, quod tamen erit coram
eodem D. meo cognoſcen. Præterea, vel erit dicen-
dum, dictum mandatum fuiſſe conſumptum, & Domi-
nico ſatisfactum de dicta ſumma mediantibus executio-
nibus factis per Antonium eius procuratorem vigore
ſequeſtri obtenti pro ſcutis 10248. & b. 23. in vim
mandati relaxati per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Mil-
linum in vna, & pro ſcutis auri 900. in vim eiuſdem
mandati de anno 1601. in alia ſummis; nam cum vltra
d. ſcuta 10248. appareat, Antoniũ exegiſſe ſcuta 1232.
vt in calculo periti fol. 3. *& in ſummario Lucretiæ num.*
3. quæ prætenduntur cedere debere in extinctionem di-
cti mandati ſcutorum 900. pro quibus inſimul cum di-
ctis ſcutis 10248. fuerat factum ſequeſtrum, licèt con-
trarium prætendat Antonius; vel ſaltem excluditur fra-
us, cum pro ea ſumma idem Dominicus, ſeu Antonius
illius procurator haberet penes ſe cautum, ex quo Lu-
cretia, & hæres Rodulphi probabiliter videre potue-
rint de dicta ſumma fuiſſe ſatisfactum, vel ſatisfieri po-
tuiſſe. Quò vero ad mandatum per contradictas ab
A. C. relaxatum de anno 1605. pro ſcutis 1200. (omiſ-
ſis multis, quæ contra illud opponuntur, quæ videntur
Dominis conſiderabilia) videtur conſtare, illud fuiſſe ſi
non in totum, ſaltem pro maiori parte conſumptum.
Nam ſub die 4. Februarij 1606. fuit expeditum manda-
tum de conſignando ſcuta 556. & b. 25. ad inſtan-
tiam Dominici vti creditoris hæreditatis Rodulphi in
ſcutis 843. pro reſiduo dictorum ſcutorum 1200. de
quo in *ſummario Lucretiæ num.* 3. & poſt illud fuerunt
exactæ tres partitæ conſtituentes ſummam ſcutorum
755. b. 84. & ſic maior pars dd. ſcutorum 843. &
aliæ etiam ſummæ per Antonium exactæ adducuntur
per peritum reſeruatæ, vt ex calculo periti in prima
facie & in reſtrictu Lucretiæ. Ex quibus patet, negari nõ
poſſe quin res reddita ſit valde turbida, an dicta duo
mandata fuerint conſumpta, & ideo excluditur fraus
3 & firma remanet concluſio, quòd ſententia lata con-
tra debitorem exequi non poteſt directè contra tertium
poſſeſſorem, in quem fuit facta alienatio lite pendente,
vel aliàs quandocunque ante executionẽ, quando actio-
ne perſonali, non ad rem certam actum fuit, ſed ad
quantitatem, de qua per *Bart. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper
rebus, num. 7. ff. de re iudic. Ruin. qui de communi,
conſil. 87. num. 1. vol. 4. Oſaſc. deciſ. 6. num. 4. circa
fin. verſ. & opinionem Bart.* & quam indiſtinctè ſe-
quitur Rota, & præſertim in *Romana computorum
18. Maij 1598 coram Illuſtriſſimo* [illegible] *illino & in Rom.
nullitatis execution. 25. Iun.* 1607. *coram Illuſtriſſ. Ludo-
uiſio*, & ſic videtur neceſſaria captio pignoris in cau-
ſam iudicati iuxta diſtinctionem *Rip. in l. 1. §. ſi hæ-
res, num. 21. ff. ad Trebell.* Sed etiam ſi ſequamur opi-
4 nionem *Baldi in l. ob maritorum, num. 4. C. ne vxor pro
marito, & in l. executorem num. 27. C. de execut. rei iudic.*
& aliorum ſequacium, adhuc nulla fraus facta dici po-
teſt, cum mandatum non ſolùm non fuerit relaxatum,
ſed lis mota ante alienationem, vt fuit oſtenſum; vltra
quod nec defuerunt grauiſſimi Authores, qui Baldum,
& illi aſſentientes intelligunt, non loqui quando agitur
actione perſonali ad quantitatem, ſed quando agitur
actione reali, *Alexand. in d. l. à diuo Pio, §. ſi ſuper re-
bus, num. 10. verſ. nec obſtat d. l. chirographis, Socin.
ſen. conſ. 13. num. 1. verſ. præterea opinio Bald. vol. 4.
Imol. conſ. 112. num. 3. in fin. quem ſequitur Rip. in d.
§. ſi hæres num. 21. verſic. contrariam ſententiam.* Ex
præmiſſis autẽ reſultat, nullum ex ſupradictis mandatis,
& ſequeſtris eſſe tale, propter quod dici poſſet, quòd
immineret executio de tempore ceſſionis fructuum dd.
locorum factæ per Mariam filiam, & hæredem Rodul-
phi ad fauorem Lucretiæ eius matris; vltra quod etiam
non verificatur, quòd per dictam ceſſionem non remau-
ſerit aliquid in bonis dictæ Mariæ, ex quo poſſet ſa-
tisfieri Dominico, ſeu Antonio pro prætenſo credito
donationis, de qua agitur; imò in aſſignatione dotis
per eam facta D. Lucio Fiani eius viro ipſa reſeruauit
ſibi annuum redditum ſcutorum mille, & proprietatem
cum vſufructu eorum, quibus dictis Dominico, ſeu
Antonio eſſet conſultum. Et denique licèt ex indicijs, &
coniecturis, de quibus in deciſione ad fauorem Antonij,
probata fuerit aliqualis ſcientia Lucretię litis in genere,
non tamen probatur ſcientia in ſpecie ſupradictorum
mandatorum; & ſuper locis montium, de quibus agi-
tur. Et ideo ſine dubio omnis excluditur fraus, cum ea
5 non poſſit dici fieri executioni, quæ ignoratur, nec
quando remanet vbi illa poſſit perfici, & impleri, *Rip.
in d. §. ſi hæres num. 22. Couarr. pract. quæſt. cap. 15.
num. 7. ſub verſ. erit igitur ſatis, Surd. conſ.* 405. *num.
10. verſ. multo magis*, & fuit probatum in dicta deciſio-
ne ad fauorem Antonij, *verſ. dummodo tamen*.

Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Clauſula, *ſi quid exequendum* poſita in commiſſione exe-
cutionem ſuſpendit *Lancellott. de attent. part. 2. cap. 18.
num. 5. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2 cap.* 121. *num.* 17.
quia cum intelligatur prout de iure, *Rot. deciſ. 44. in fin.
part. 4 diuerſ.* antequam ad executionem procedatur, eſt
prius cognoſcendum de exceptionibus contra ipſam op-
poſitis *Rota deciſ. 487. ſub num. 7 lib. 3. par. 3 diuerſ.
Honded. conſil. 29. num. 14. lib. 2. Barboſ. de clauſul. vſu
freq.*

freq. clauſ 169. num. 6. ſecundum Lugdunen. impreſſ vndè
talis clauſula ſolùm ſuſpendit executionem, donec de iuſti-
tia ſententiæ cognoſcatur, *Mareſcott. d cap 121. num 19.*
Rota coram Reuerendiſsimo D meo Coccino Decano deciſ.
216 num. 3. inter eius impreſſ quòd ſi de iure eſt locus
7 executioni, victa clauſula præſeruat viam executiuam &
impedit effectum ſuſpenſiuum appellationis, & conſtito
de iuſtitia mandati proceditur ad vlteriorem illius execu-
tionem, *Rot deciſ. 12. num. 4. poſt Zacch. de oblig Came-
ral* & ideo cauſa executiua commiſſa cum dicta clauſula
non dicitur effecta appellabilis. *Rot. deciſ. 375. num. 2.
part. 4. diuerſ Gratian diſcept. Forenſ cap. 968. num 3.*
8 notandum tamen, quòd actor, qui vigore d. clauſulæ exe-
cutionem petit, tenetur illam iuſtificare ex eiſdem actis,
*Rota d deciſ 44. num. 5. part. 4 diuerſ & deciſ. 64 num.
1. & 5. in impreſſ poſt tract. Pacific de Saluian. in vlt.
edit. Cardinal. Caualer. deciſ 165. num. 4 deciſ 173. deciſ.
264 & deciſ 414. num. 1.* & fuit dictum in *Romana cen-
ſus de Vstilijs 15. Ianuarij 1624 coram R P. D. meo Pi-
rouano*. Reus verò, qui executionem impugnat, poteſt
deducere, non eſſe illi locum, non ſolùm ex eiſdem actis,
ſed etiam ex nouiter deducendis, *Rot. d deciſ 64. num 3.
& 6. poſt Pacific. d. tract & coram Reuerendiſsimo Do-
mino meo Coccino Decano deciſ 56. num. 5. Mareſcott. d.*
9 *cap. 121. num. 21.* & hoc caſu, quando reus ad impedien-
dam executionem aliquid noui deduxit, non impeditur
actor nouis etiam iuribus, & probationibus vti, ad eli-
dendum ea, quæ nouiter à reo excipiuntur, *Rot deciſ.
168. num. 11. poſt d. tract. Pacific de Saluian & coram
Cardinal Caualer. d. deciſ. 173 num.* 2. in qua aliæ alle-
gantur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana executionis.

Veneris 10. Martij 1617.

ARGVMENTVM.

Vſuræ dotis non ſolutæ an cenſeantur remiſſæ à genero ex receptione alimentorum in domo ſoceri.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras minores recipiens ſibi præiudicat in maioribus, ac eas remiſiſſe cenſetur.*

2 *Donationis, & remiſſionis pro excluſione interpretatio omnis recipitur.*

3 *Vſuræ dotis remiſſæ non cenſentur, quando aliquid in earum computum receptum fuit.*

4 *Vſuræ maiores remiſſæ cenſentur ex receptione minorum, quando ex actu poſitiuo conſtat, creditorem minores vſuras recepiſſe pro omnibus, ſecus ſi vt partem tantum recepit.*

5 *Præſūptio remiſſionis maioris vſuræ ex receptione minoris procedit in vſuris odioſis ſecus autem in non odioſis, vt in vſuris debitis marito pro ſuſtinendis oneribus matrimonij.*

6 *Vſuræ propriè non ſunt, quæ ſoluuntur marito pro oneribus matrimonij.*

7 *Fructus dotis debitæ in pecunia ſoluendi ſunt ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario in Vrbe.*

DECISIO CCXXXII.

IN deciſione ſub die 4. Martij anni
præteriti firmatum fuit, habendam eſ-
ſe ad fauorem filiorum, & hæredum
Simonis rationem fructuum dotis per
q. Flaminium promiſſæ, & conſtitu-
tæ Aureliæ eius filiæ, & dicti q. Simo-
nis vxori, necnon, & expenſarum
per dictum q. Flaminium factarum in pane, & obſonio
præſtitis dicto Simoni pro ſe, & familia, & in cultum
vinearum eiuſdem Simonis: & reſeruatum fuit parti-
culariter viden. quomodo prædictorum fructuum, &
expenſarum ratio habenda foret; dubio igitur reſerua-
to propoſito, fuit dictum. Primò habendam eſſe ratio-
1 nem fructuum dotalium, non obſtan. quòd ex parte
Aureliæ prætenderetur, ita habendam eſſe rationem fru-
ctuum, & expenſarum præfatarum, vt nihil ab vna
parte alteri deberetur, quaſi gener contentus fuerit
expenſis prædictis, quas à ſocero recipiebat loco fru-
ctuum dotalium, quamuis fortè maiorum, ſibique in
maioribus vſuris præiudicauerit, iuxta *text. in l. ad-
uerſus 8. C. de vſuris, Soccin. conſ. 126. num. 5. ante med.
verſ ſecundò quia, lib. 1. Peregr. conſ. 100. num. 31.
& ſeq. lib. 1.* Nam reſponſum fuit, Simonem per rece-
ptionem præfatarum expenſarum non ſibi præiudicaſſe,
nec remiſiſſe fructus dotales, vt firmatum fuit in dicta
deciſione 4. Martij; & pro excluſione donationis, ac
2 remiſſionis fit omnis interpretatio iuxta regulas vulga-
res, & in his terminis *Corn. conſ. 164. nu. 6. verſ. nec obſtat,*
A *lib. 3.* A, Circa quam remiſſionē videbatur eſſe aliqua diffi-
cultas ex memoria per Simonem adnotata ſuper eius
libro familiari receptorum à Flaminio ſcutorum 689.
pretij officij militis Lilij, *quali ſi doueranno far buoni in*
3 *conto di detta dote, & ſuoi frutti*: ex qua colligitur, no-
luiſſe fructus dotis remittere, vt in ſpecie *Corn. dicto
conſ. 164. in fine lib. 3.* Non obſtat *tex. in dicta l. aduer-
ſus, & d. l. quamuis;* quia omiſſo, quòd videtur procedere,
quando ex aliquo actu poſitiuo conſtat, creditorem re-
4 cepiſſe minores vſuras pro omnibus, ſecus verò, ſi vt
partem tantum recepit, quia tunc ſibi præiudicat in
reſiduo, vt declarat *Butrigar. in dicta l. aduerſus, verſ. di-*
5 *cit Hugolin.* Textus prædicti loquuntur in vſuris odioſis,
vt declarant in *dicta l. aduerſus Bellapert. in princ & verſ.
ſed dicendum, Bald. num. 1. Salic. num. 2. verſ. vel ſecun-
dum Baldum, Caſtren. in fine verſ. item propter odium,
& Sichard. ſub num. 3. verſ. Baldus autem,* benè *Alex.
conſ. 5. num. 17. & 21. lib. 5.* vndè non procedunt in
vſuris non odioſis, & ſic in debitis marito in recom-
penſationem onerum matrimonij, quæ non ſunt pro-
6 priæ vſuræ, *Corn. dicto conſ. 164. num. 5.* & in debitis
marito admittit ipſe *Peregr. dicto conſ. 100. num. 33. in
fine.* Ideoque non applicantur *Soccin. & idem Peregr.*
vbi ſupra, qui etiam loquuntur in vidua, quæ ex duobus
remedijs ſibi competentibus alterum elegit, quia tunc
ſibi præiudicauit. Secundò, quia pro dote fuerunt pro-
miſſa ſc. [illegible] mill. *da pagarſi in tante caſe in Roma, in gio-
ie, in danari contanti, & mobili ad arbitrio di detto Signor
Flaminio;* firmatum fuit, pro parte ſoluenda in pecunia
7 habendam eſſe rationem fructuum ad rationem ſeptem
cum dimidio pro centenario iuxta Statutum *Vrbis lib.
1. cap. 137.* de cuius validitate, & obſeruantia non po-
B teſt dubitari. B, Quo verò ad partem ſoluen. in domi-
bus mobilibus, & iocalibus, quia DD. diſſentiebant
fuit dictum, vt particulariter videretur. Tertiò, quia Si-
mon in memoria per eum adnotata deſcripſit expenſas
pro ipſo, & familia per ſocerum factas, & huiuſmodi
expenſæ pro concurrenti quantitate excomputandæ

ſunt ex fructibus dotis, vt firmatum fuit in alia deciſione, & ex parte hæredum Simeonis prætendebatur, ipſum quoque feciſſe aliquas expenſas pro ſocero, dixerunt DD. eligendum eſſe peritum pro expenſarum hinc inde factarum liquidatione.

Et ita fuit deciſum &c.

ANNOTATIO.

A *Surd.* in his terminis *conſil. 290. num. 53. & ſeq.* & fuit etiam dictum in *Romana fructuum dotis 16. Ianuarij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

B De quo dixi ſupra ad *deciſ. 65. lit. B.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſtoricen. Parochialis.

Veneris 10. Martij 1617.

ARGVMENTVM.

Beneficium primum vacat poſt duos mēſes à die adeptæ poſſeſſionis alterius incōpatibilis, vel à die, qua per prouiſum ſtat, quominus poſſeſſionem aſſequatur, & integros fructus percipiat. Decreto de dimittendo primum incompatibile, quando ſufficienter paritum cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionis adeptio probatur per teſtes deponentes de viſu, & intereſſentia.*

2 *Poſſeſſio Eccleſiæ probatur ex fructuum illius perceptione. Limita, v. num. 14.*

3 *Fructus percipere, & Eccleſiæ curam adminiſtrare præſumitur quis vigore tituli præambuli.*

4 *Poſſeſſione Eccleſiæ capta, cenſetur acquiſita poſſeſſio omnium bonorum ad illam ſpectantium.*

5 *Poſſeſſio beneficij incompatibilis ad inducendā vacationem, cenſetur capta ab ea die, qua fuit expeditum mandatum de immittendo.*

6 *Indefinita in teſtibus non æquipollet vniuerſali.*

7 *Beneficium primum incompatibile vacat, licèt quis omnes fructus ſecundi non habuerit, ſi per eum ſtetit, quominus omnes perceperit.*

8 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate Canonica probat.*

9 *Decreto de dimittendo primum incompatibile, vt ſatisfiat, requiritur dimiſſio poſſeſſionis, quæ irreuocabiliter ius abdicet à dimittente.*

10 *Dimiſſio poſſeſſionis beneficij irreuocabiliter à dimittente, non reſultat ex ſola ſupplicatione, non ſubſequuto conſenſu dimittentis in manibus notarij Cancellariæ, vel Cameræ.*

11 *Decreto de dimittendo primum incompatibile non ſatisfit per ſupplicationem porrectam à procuratore ſinè mandato, vel cum mandato conditionali.*

12 *Decreto de dimittendo beneficium primum incompatibile non ſatisfit per dimiſſionem verbalem.*

13 *Fructus ſecundi beneficij incompatibilis percipiens abſque dimiſſione primi excuſatur, ſi eos percepit ne perirent, ſecus ſi eos percepit, & adminiſtrauit tanquam Rector, & iure proprio.*

DECISIO CCXXXIII.

PLACVIT Dominis recedendo à deciſione facta 9. Maij præteriti ſtare in primo loco deciſis 12. Iunij 1615. ad fauorem Simeonis; quia ſatis viſa fuit iuſtificata narratiua ſubſtantialis eius gratiæ, quòd ſcilicet Ioannes non dimiſerit parochialem S. Martini infra bimeſtre, iuxta formam decreti; ſiue enim del 1612.
1 fuerit per eum quietè, & pacificè, & ſinè aliqua contradictione capta poſſeſſio parochialis S. Adriani per ipſum ſecundo loco obtentæ, prout deponit ſecundus teſtis ex primis ſuper ſecundo, licèt non dicat de menſe, & primus ex ſecundis iuxta ſextum, decimum, & vndecimum, & ſuper ſecundo, & quarto de menſe Octobris dicti anni, & ambo de viſu, & intereſſentia, & quòd Ioannes habebat mandatum prouiſoris Aſtoricen. de immitten. cuius vigore d. poſſeſſionem adeptus fuit. Qui adminiculantur ex ſecundo ex ſecundis iuxta ſextum deponente de poſſeſſione capta de menſe Octobris, ex quo tunc aſſociauit Blaſium reſignantem, & Ioannem euntes ad Eccleſiam S. Adriani, quamuis non fuerit in dicta Eccleſia præſens, quando fuit capta poſſeſſio per Ioannem, ſubdit tamen, *ſe bene loro mi diſſero, che haueuano preſo il poſſeſſo di detta Chieſa*; & vlteriùs deponit de perceptione fructuum dictæ Eccleſiæ de dicto menſe Octobris iuxta decimum, & vndecimum, & ſuper ſecundo, & tertio, quæ præſupponit, poſſeſſionem fuiſſe captam per Ioannem, quia alias licitè non potuiſ-
2 ſet illos percipere; imò ex illa probatur poſſeſſio, *l. Titia, ff. de ſolut. l. 2. & ibi Bart. num. 3. C. de acquir. poſſeſſ.*
A *& not. DD. in l. 3. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* A
Et coadiuuatur non ſolùm ex inſtitutione de dicta Eccleſia ad eius fauorem facta per dictum prouiſorem executorem Apoſtolicum, ſed etiam ex mandato de immittendo relaxato die 19. dicti menſis Octobris 1612. cum enim ex poſt fructus perceperit, & exercitium curæ
3 adminiſtrauerit, præſumitur feciſſe in vim iſtius tituli præambuli, *Gloſ. fin. verſ. ſed ſumitur in l. quædam mulier 76. & ibi DD. ff. de rei vendic.* Et conſequenter infertetur, etiam fuiſſe poſſeſſionem de dicto menſe Octobris, & ſic conſtaret de initio duorum menſium, infra quos erat facienda dimiſſio: ſufficit enim, fuiſſe captā
4 poſſeſſionem Eccleſiæ, quia ex ea cenſetur capta poſſeſſio omnium bonorum ad illam ſpectantium, *Ferret. conſil. 14. num. 5. lib. 1. Natt. conſ. 562. num. 13. Rota deciſ. 19. num. 7. par. 2. diuerſ. & Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 34. num. 109. verſ. & limitant, & fuit tentum in Beneuentana beneficiorum 14. Decembris 1601. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, in Sabinen. Syluæ 31. Ianuarij 1605. coram bon. mem. Pena, & in Foroliuien. Cap-*
B *pellæ 28 Nouembris 1614. coram me.* B
Siue autem non ſit concludenter probatum tempus præciſum dictæ poſſeſſionis, tamen ad effectum inducendā vacationem ſufficit, quòd Ioannes illam capere potuerit poſt diem 29. Octobris, qua fuit ſibi per d. proui-
5 ſorem decretum mandatum de immittendo, & ita quòd per eum ſteterit, quominus illam ceperit, vt ſunt expreſſa verba decreti in literis ſuæ prouiſionis, & in iſtis terminis fuit ſæpius reſolutum, & ſignanter in *Leodien. Canonicatus 9. Decembris 1589. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio in Corduben. Cappellaniæ 24. Maij 1596. coram Corduba, & in alijs.* Quòd autem ipſe intra duos menſes poſt d. diem 19. Octobris non dimiſerit, ſed vtramque parochialem retinuerit, & tàm bona temporalia, quàm exercitium curæ animarum habuerit, probatur reſpectu Eccleſiæ S. Martini per propriam con-

ſeſ-

ſeſſionem in ſupplicatione facta Sanctiſſimo ſub die 5.
Martij 1613. *in nouo ſummario Simonis num.* 1. in qua
narrat ſe adhuc exiſtere intra dd. duos menſes datos ad
dimitten. licèt eſſent elapſi quatuor menſes, & vltra
poſt dictum mandatum de immitten. ad eius fauorem
relaxatum: & ſic probatur, quòd antea non dimiſit.
Imò quòd detinuerit vſque ad diem 8. Aprilis dicti anni
1613. conſtat ex eius mandato facto dicta die ad dimit-
ten. in quo expreſsè dicit, ſe illam tenere, & poſſidere, vt
in d. ſummario num. 10. De retentione autem vteiuſq;
deponit primus ex ſecundis iuxta decimum, & vndeci-
mum concludens à dicto menſe Octobris 1612. per to-
tum annum 1613. & vſque ad menſem Iunij 1614. de
quo ab eius patria receſſiſſe dixit, iuxta nonum, & ſuper
primo, ſecundo, & tertio, & quarto, & ſecundus ex ſe-
cundis iuxta decimum, vndecimum, & ſuper tertio.
Nec obſtat, quòd non deponant de omnibus fructibus, vel
6 maiori parte illorum; & quòd indefinita in teſtibus non
7 æquipolleat vniuerſali. Tùm quia nihil videtur refer-
re ſi non percepit omnes fructus ſecundę Eccleſiæ poſt-
quam per eum ſtetit ex *Vtalin. in Clem. ſi plures, num.
26. & 27. de praebend. & ibi Card. num. 1. verſ. ſed dic,
Gambar. de auth. Legat. lib. 5. tit. an Legat. poſſ. plura bene-
ficia vni conferre num.* 212. & 213. Tùm etiam, quia
depoſitio teſtium declaratur ex dicta Ioannis confeſſio-
ne extraiudiciali in reſpondêdo citationi Rotali ſub die
8 30. Octobris 1614. quæ contra ipſum probat de æqui-
tate Canonica, *Put. deciſ. 12. num. 2. & deciſ. 53. num.
1. lib. 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Rot. deciſ. 4.
num. 1. par. 2. diuerſ. Gabr. de confeſſ. concluſ. 1. num. 46.*
& fuit dictum in *Pariſien. pecuniaria 16. Nouembris* 1612.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano. Ex præmiſſis au-
tem tollitur fundamentum prætenſæ dimiſſionis; nam
vltra quod eſt extra tempus decreti, quod currit (vt
dictum eſt) à die captæ poſſeſſionis, vel qua capi po-
tuit, reſponſum fuit non reſultare dimiſſionem, quæ ſa-
tisfaciat decreto, de quo agitur, ex ſupplicatione por-
9 recta die 5. Martij 1613. tùm quia requiritur dimiſſio,
qua irreuocabiliter ius abdicetur à dimittente, vt in
ſpecie fuit reſolutum in *Calaguritana Canonicatus, &
10 praebenda coram fel. record. Clemente Octauo 30. Martij*
1579. qualis non reſultat ex ſola ſupplicatione non
ſubſecuto conſenſu dimittentis in manibus Notarij Can-
cellariæ, vel Cameræ, *Mandoſ. regula de infirm. quaeſt.
8. num. 4. verſ. aduerten. tamen, & num. 5. Put. deciſ. 102.
lib. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Pariſ. de reſignat.
lib. 8. quaeſt. 6. num. 3. 14. 28. & 41.* Præſertim quia
fuit porrecta ſine mandato, & mandatum, quod poſt-
11 modum ſuperuenit, eſt conditionale, reſeruata penſione,
& non alias, & ſic non ſufficiens, vt fuit dictum in *Il-
lerden. Canonicatus 27. Nouembris* 1593. *coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio, & in Mediolanen. Praepoſitura 18.
Decembris* 1589. & 16. *Nouembris* 1590. *coram bon. me-
mor. Cardinali Latto, & trad. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ.
15. num. 125. & Garz. de beneſ. cap. 5. num. 59. par. 11.*
12 Tùm etiam quia dicta dimiſſio fuit tantùm verbalis
contra *Extrauag. execrabilis, §. ſtatuimus, & §. porrò,
& Gloſ. ibi in verb. & factis, & in verb. & ſine fraude,
Mandoſ. d. reg. de infirm. quaeſt. 13. num. 9. verſic. & de
dimiſſione*, & facit allegata *Illerden. Canonicatus coram
bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Vicen. fructuum
21. Iunij 1591. coram Reuerendiſſimo Comitulo*. Nec
13 viſum fuit, Ioannem excuſari poſſe, quia perceperit fru-
ctus ne perirent ad *conſ. Gemin.* 106. *num.* 10. *verſ. vel
dic*. Nam vltra quod loquitur in foro poli, cõſtat, quòd
percepit, & adminiſtrauit tanquam Rector, & iure
proprio, nedum ex teſtibus, ſed ex propria confeſſione,
quòd non dimiſit, quia dimittere non tenebatur, quod
facere non potuit, vt ferè in terminis fuit reſolutum
in *Mutinen. Canonicatus 13. Iunij 1614. coram R. P. D.
meo Vbaldo*.

Quò verò ad alia narrata in gratia Simonis DD. pari-
ter placuit prima deciſio, quam propterea in omnibus
confirman. cenſuerunt, &c.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio probatur ex fructuũ perceptione, *Menoch. de re-
14 tinen. remed. 3. num. 164. Caeſar de Graſſ. deciſ. 10. num. 3.
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 21. num. 3. de probat.
Card. Caualer. deciſ. 13. num. 1. & deciſ. 537. num. etiam*
1. hoc tamen procedit, niſi appareat, quòd iure fami-
liaritatis id actum fuiſſet; vt per *Soccin. conſil. 131. num.
2. in princip. lib. 1. Peregrin. conſil. 76. num. 5. lib. 2. Fab.
de Ann. conſ. 116. num. 2. Maſtrill. deciſ. 184. num. 12. cum
ſequent. par. 2.* vbi quòd hoc habeat locum in omnibus
perſonis, in quibus familiaritatis ratio conſiderari poteſt,
Gratian. diſcept. 450. num. 13. & 14.

B Limita vt procedat, quando Eccleſia reperiretur in poſ-
ſeſſione fructuum, ſecus ſi fructus eſſent ab alio occupati,
vt fuit dictum in *Romana beneficij de Cacabarijs 13. Nouem-
bris 1623. coram R. P. D. meo Nauarro*, & dixi ſupra ad
deciſ. 80. num. 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana executionis, ſeù ſocietatis.

Lunæ 13. Martij 1617.

ARGVMENTVM.

Socio, qui vltra capitale contulit etiam ſuas operas, an competat remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* & quid teneatur probare agens ex remedio *d. l. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Socij æquale capitale ponentes æqualiter lucrum diuidunt ex natura ſocietatis.*
2 *Societatis contractus eſt bonæ fidei.*
3 *In contractibus bonæ fidei locum habet remedium* l. 2. C. de reſcind. vend.
4 *Remediũ* l. 2. C. de reſcind. vendit. *intentans in libello, an debeat concludere alternatiuè petendo, vel ſupplementum iuſti pretij, vel rei reſtitutionem pretio reſtituto, & eodem modo Iudex pronunciare: vel ſufficiat concludere ad ſolam rei reſtitutionem.*
5 *Obligatus ad factum, ſi deſinit poſſe facere tenetur ad intereſſe.*
6 *Operæ præteritæ æſtimatio peti poteſt.*
7 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *non competit ſcienti valorem rei, ſuper qua contrahitur.*
8 *Inæqualitas eorum, quæ ſunt collata in ſocietate, quando non eſt ignota contrahentibus, qui plus contulit videtur donare voluiſſe.*
9 *Valorem rei ſuæ quiſque ſcire præſumitur.*
10 *Valor rei poſitæ in ſocietate probari debet de tempore initæ ſocietatis, vel paulò ante, vel poſt.*
11 *Operarum in locatione non habet locum* remed. l. 2. C. de reſcind vendit. *& quare.*
12 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *intentans, tenetur probare valorem rei, & eius æſtimationem de tempore contractus.*

DECISIO CCXXXIV.

INITA fuit del 1603. ſocietas pro triennio ad artem Copertarum, inter Alexandrum ex vna cum capitali eius operarum, & ſcut. 400. & Mutinm, & q. Io. Antonium ex alia, cum capitali ſcut. 800. pro quolibet, & conuentione de lucris æqualiter diuidendis; poſt cuius finem, & dictorum lucrorum diuiſionem iuxta conuenta latæ fuerunt inter partes diuerſæ ſententiæ, & tres (vt ſupponitur) conformes ad fauorem Alexandri ſuper reſciſſione inſtrumenti dictæ ſocietatis, tanquam læſiui, ex eo, quòd ſolæ illius operæ æquiualerent capitali per alios duos ſocios ſimul expoſito, & ipſe non habuerit niſi tertiam partem lucri: cum tamen ſtante æqualitate capitalis videretur, illi fuiſſe debitam medietatem iuxta
1 naturam ſocietatis *ad text. in l. ſi non fuerint, & l. quid enim, ff. pro ſocio*, & tradita per omnes Summiſtas *in verb. Societas, & in verb. Vſura*: & ideò dicti alij duo ſocij fuerunt condemnati ad ipſum r; integrandum; de quarum ſententiarum iuſtitia fuit dubitatum coram Iudice deputato, & dubio per me in Rota propoſito DD. reſponderunt, illas eſſe iniuſtas, ideoque minimè exequendas. Quia, vel remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* per Alexandrum expreſsè intentatum illi non competit: vel quatenus competeret, non fuerunt per ipſum probata incumbentia. Quòd autem non competat, viſum fuit; primò, quia licèt in omnibus contractibus bo-
2 næ fidei (prout eſt ſocietas, *§. actionum, Inſt. de action*)
3 locum habeat tale remedium, *Gloſ. in d. l. 2. in verb. Iudicis, verſ. illud autem, Cyn. in prima quaeſt. Odofr. num. 8. verſ. item quia nos, Alber. num. 7. Bart. Bald. Angel. Caſtr. Sichard. & Cagnol. ibidem, & alij per Gabr. de empt. & vendit. concluſ. 1. num. 19.* tamen ſiue ſequa-
4 mur opinionem, quòd actor debeat in libello concludere alternatiuè, petendo vel ſupplementum iuſti pretij, vel rei reſtitutionem pretio reſtituto, & eodem modo Iudex pronunciare, quam tenet *Odofr. in d. l. 2. num. 6. Alber. num. 13. verſ qualiter, Bart num. 17. verſ vel aliter, Angel. num. 8. Pant. de Crema num. 191. & 192. & Sichard. num. 16. in fin verſ. Bart. tamen & num. 17. Aym conſ. 12. num. 15. verſ. & ſi, & conſ. 161. num 1. verſ. ſed in ſupplicatione, & Gabr. dicta concluſ. 1 num. 3.* ſiue quòd ſufficiat concludere ad ſolam rei reſtitutionem, quam tenet *Gloſ. in dicta l. 2. Bald. num. 34. Salicet. qui dicit communem num. 22. verſ. ſed ſecundum, & Cagnol. num. 116. verſ. ſed non eſt receden.* Alexander nunquam agere poteſt ad dictam lucri reintegrationem; quia cum non præſtiterit niſi operas, reſtitutio eſt impoſſibilis, factum enim pro infecto haberi non poteſt. Nec
5 obſtat, quòd ſaltem earum reſtitutio fieri poſſit præſtando illarum æſtimationem tanquam intereſſe, prout fit quando petitur factum, & reus ad illud obligatus deſinit poſſe facere, *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur 63. num. 44. Alex. num. 32.* vbi quòd cum Bart. ibi tranſeunt omnes, *& Ruin. num. 75. ff. de verb. oblig. Aym. conſ. 12. num. 1. verſ ſed poſito, Rot. in Roman. palatij, ſeu cenſus 7. Maij 1590. coram Bubalo, Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 32. num. 8.* & in terminis quòd peti poſ-
6 ſit æſtimatio operæ præterita, *Gloſ. in l. ſi quando, ff. de oper lib. & in l. in ſtipulationibus, §. operarum ff. de verb. oblig. Alex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 32. verſ. tamen ſubſtinendo, & Ruin. nu. 75. verſ & licèt etiã.* Nam talis æſtimatio (vltra quod non fuit petita, nec ad eam ſequuta condemnatio) non fuit DD. viſa probata, nec liquidata, vt etiam infra dicetur. Secundò, quia
7 dictum remedium non competit ſcienti valorem rei, ſuper qua contrahitur, quia hic non poteſt dici deceptus, *Azo in rubr. C. de reſcind. vend. num. 3. in fin. verſ. nec etiam, Specul. in eadem rub. num. 12. & not. Bellapert. Odofr. Alber. Bart. Bald. Caſtr. Salicet. Pantal. de Crem. Sichard. & Cagnol. in d. l. 2. Dec. conſ. 583. num. 1. Gabriel dicta concl. 1. num. 81. & num. 98.* & hanc rationem quando inæqualitas eorum, quæ ſunt collata in ſocietatem non eſt ignota contrahentibus adhoc, vt decep-
8 tus dici non poſſit ille, qui plus contulit, ſed videatur voluiſſe donare, vt pactum de inæqualiter diuiden. ſubſtineatur, conſiderant *Corn. in l. ſi paſcenda num. 2. verſ. poſſet fortè dici, & conſ. 6. ante med. verſ. niſi ſaluando, Purpur. num. 30. & 31. Roman. conſ. 475. num. 4. & 6. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 4. num. 19. Azor. inſt. moral. par. 3. lib. 9. cap. 8. verſ. ſextò quaeritur.* In propoſitum autem Dominis viſum fuit non probari errorem, vel ignorantiam aliquam Alexandri.
9 Nam vltra quòd ſicuti regulariter quiſque in dubio non præſumitur ignarus valoris rei ſuæ, *Odofr. in dicta l. 2. num. 8. verſ. nam per hoc, Alberic. num. 12. verſ. ſed tunc, Salicet. num 17. verſ. & hoc verius, & num. 33. verſ. cum enim pretium, & Sichard. num. 18. verſ. quia in dubio*: ita tantò minus operarum; clariſſimè in propoſito videtur conſtare de ſcientia eiuſdem Alexandri, tùm quia vltra operas promiſit etiam capitale ſcutorum 400. tum etiam, quia ex inſtrumentis productis apparet, eum operam ſuam tanti æſtimaſſe, imò quandoque minus, tam ante, quàm poſt dictam ſocietatem. Quòd verò quatenus competeret remedium *dictæ l. 2.* Alexander non probauerit incumbentia, patet, quia teſtes deponentes de æquiualentia illius perſonæ capitali per alios duos expoſito non percutiunt tempus initæ ſocietatis, vel paulò ante, vel poſt, prout percutere de-
10 bent, vt not. ibi *Alber. num. 13. verſ. imò quòd de tempore contractus, & verſ. ſed cuius, Bart. ſub num. 17. & ſeqq. Bald. num. 55. verſ. tamen caue, & num. 56. verſ. ex hiis apparet, & in repet. num. 59. Angel. num. 7. verſ. ſed hoc non ſufficit, Salicet. num. 23. in fin. Pant. de Crem. nu. 292. verſ. ſed aliam moueo difficultatem. & Sichard. nu. 17. in fin. verſ. quia debet, & num. 19. verſ. ideo diximus* A. Sed quatenus etiam concluderent adhuc videtur, quòd huiuſmodi probatio non ſit ſufficiens, niſi etiam probaretur, Alexandrum de tempore initæ ſocietatis potuiſſe cum ſolo capitali operarũ contrahere ſocietatem cum alijs cum ſimili participatione; poterat enim illius perſona ſtare otioſa, & nihil locari; & inſpicien. eſt, quo modo alij cõmuniter voluiſſent operas ſuas conducere, vel æſtimare, vt de rebus notãt omnes *in d. l. 2.* & niſi etiam probatum fuiſſet, quòd in ſocietate præſtitæ fuerint huiuſmodi operæ, prout teſtes eas credunt valuiſſe: quia non ſufficit, quòd tanti valeant, niſi etiam conſtet, eas fuiſſe collatas eo modo, quo fuerunt per teſtes æſtimatæ, illæ enim non habent vniformem
11 valorem, cum poſſint vno, vel alio modo præſtari, & ideo in earum locatione non habet locum remedium *d. l. 2. vt tenuit Rot. in Nolana mercedis 23. Ianuarij 1591. coram bon. mem. Penna*. B. Ex quibus clarè reſultat, quod, vel huiuſmodi remedium non competit, vel probationes non releuant, aut ſunt adeo confuſæ, vel eliſæ, vt Alexander in illis defeciſſe videatur.

Et ideo fuit vt ſupra vtraq; parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd agens ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* de-
12 beat probare valorem rei, & eius æſtimationem de tempore contractus, vltra hic allegatos, tradunt *Pariſ conſil. 16. num. 83. vol. 2. Decian. conſil. 24. num. 56. vol. 2. Menoch.* [illegible]

ſing. centur. 4. *obſeruat.* 73. *num.* 6. *Cephal conſil.* 114 *num.* 24. *Honded conſil.* 31. *num.* 48. *vol* 1 *Surd. conſil.* 151. *num.* 71. *Mantic de tacit. lib.* 4. *tit.* 20 *num.* 51. *Cardinal. Seraphin deciſ* 665. *num.* 5. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 358 *num.* 4. admittitur tamen in ſtabilibus æſtimatio antea facta, ſi non interceſſit tantum temporis, quòd mutatio notabilis interuenerit, vt ſi ſit facta ante annum, *Surd. conſil.* 181. *num.* 21. vel etiam per duos annos *Cardinal. Caualer. d deciſ* 358. *d num.* 4.

B *Gratian diſcept. forenſ cap.* 185. *num.* 8. 9. *&* 10. & infra *deciſ.* 468. *num.* 6.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Elnen. Camerariæ.

Lunæ 13. Martij 1617.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis plenè probat ad effectum manutentionis, non conſtito de anteriori alterius poſſeſſione.*
2 *Poſſeſſio anterior non præſumitur, niſi de illa doceatur.*
3 *Manutentio non competit habenti ſe pro ſpoliato.*
4 *Poſſeſſio inſtrumẽtalis licèt poſterior ſuffragatur ad effectũ manutentionis, quando anterior eſt infecta, & nulla.*

DECISIO CCXXXV.

RESOLVTVM fuit, Laurentio informanti dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione Camerariæ, & beneficij, de quibus agitur. De poſſeſſione enim conſtat ex inſtrumento adeptionis illius, quod plenè, & concludenter probat, etiam ad effe-
1 ctum manutentionis, non conſtito de anteriori alterius
A poſſeſſione, A *l. prædia, & ibi Bart. & alij, ff. de acquir. poſſeſſ. Rota in Aurien. parochialis de Pao* 17. *Aprilis* 1600. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, in Baren. ſeu nullius Prioratus* 18. *Martij* 1603. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, & quotidie in alijs; quæ anterior poſ-
2 ſeſſio non præſumitur, niſi de illa doceatur, cum in facto conſiſtat, *Card. Seraph. deciſ.* 301. & fuit dictum *in Corduben. praſtimoniorum* 7. *Nouembris* 1601. *coram bon. mem. Luca*, & in alijs paſſim. Difficultatem tamen facit confeſſio Laurentij facta in commiſſione porrecta Sanctiſſimo, in qua narrauit, Abbatem Monaſterij de Arlos Ordinis Sancti Benedicti, cui dicitur vnitum Monaſterium Sancti Andreæ, in quo eſt ſupradicta Cameraria, eum ſpoliaſſe de facto ſua poſſeſſione, & ſe appellaſſe à priuatione, & ſpolio ad eundem Sanctiſſimum, & petijt cauſam, & cauſas huiuſmodi committi in Ro-
3 ta, & ſic videtur habuiſſe ſe pro ſpoliato: ideo ei non competeret manutentio ex vulg. ſuper quo (ſi opus erit) Domini erunt iterum conſulendi, quia proceditur per contradictas hac parte ſolùm informante, &c.

ANNOTATIO.

A Licèt poſſeſſio inſtrumentalis non ſuffragetur, data ante-
4 riori alterius poſſeſſione, hoc tamen non habet locum, quando poſſeſſio anterior eſt infecta, & nulla, vtpotè ſi illi reſiſtat decretum irritans: quia tunc habetur pro vacua, & ideo poſſeſſio inſtrumentalis licèt poſterior eſt manutenibilis; *Creſcent. deciſ.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* *Gonz. ad reg.* 8 *gloſ* 21 *nu* 8. *& gloſ* 67. *num.* 29. *Mantic. deciſ* 40. *nu.* 8. *nota in Aſculana penſionis* 7 *Feb* 1586 *corã. Card Pamph. in Brixien option.* 17. *Feb* 1620 *corã bo me. Manzanedo in Vlixbonen benefic.* *Decemb* 1621 *corã bon mem Vbaldo, coram Reuerendiſſimo D meo Coccino Decano deciſ* 51. *num* 2. *inter eius impreſſ & in Peruſina de Baptiſtis* 10. *Martij* 1625 *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Boronien. pecuniaria.

Veneris 7. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Executio pro debito mariti fieri non poteſt in bonis mobilibus ad vxorem ſpectantibus: & quando per illam poſſidentur, creditorum eſt probare, quòd ad virum pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia reperta in domo viri præſumuntur eſſe eiuſdem viri, non autem vxoris.*
2 Habere, *verbum ad dominium referri poteſt iuxta ſuam propriam ſignificationem.*
3 *Teſtium verba propriè ſunt interpretanda.*
4 Habere *verbum poteſt etiam ad poſſeſſionem referri.*
5 *Dominium regulariter ex poſſeſſione præſumitur.*
6 *Mandatum contra virum relaxatum exequi, non poteſt contra bona per vxorem poſſeſſa.*
7 *Creditor tenetur probare bona poſſeſſa vxorem, non eſſe ſua, ſed viri.*
8 *Præſumptiones per contrarias probationes tolluntur.*
9 *Confeſſio expreſſa licèt facta in alio iudicio præiudicat confitenti ſaltem præſumptiuè.*
10 *Executor ſi referat, aliquem, bona mobilia, vbi exequi poſſit, non habere, aſſerens contrarium probare tenetur.*
11 *Taciturnitas non nocet ei, qui ſcit ius ſuum ſaluum eſſe.*
12 *Dominium probatur ex poſſeſſione, necnon etiam præſumptionibus, & coniecturis, quãdo de eo incidenter agitur, ſecus ſi principaliter, & ad effectum deuolutionis, nu.* 13.
14 *Dominium probatur ex poſſeſſione, etiam quando de eo principaliter agitur, in odium violenti ſpoliatoris.*

DECISIO CCXXXVI.

ARESOLVTIONE facta 20. Iunij præteriti Lomini receſſerunt, & dixerunt, mobilia, de quibus agitur, non ſpectare Cæſari, ſed Conſtantiæ eius vxori, & ideo ſuper illis non poſſe exequi mandatum aliàs ad fauorem Herculis contra dictum Cæſarem eius debitorem relaxatum. Nam præſumptioni, quòd dicta mobilia ratione præeminentiæ maritalis
1 ſpectarent dicto Cæſari tanquam reperta in eius domo, iuxta *Bald. & Salic in l. ob maritorum, C. ne vxor. pro marit.* ceſſare vi a fuerunt ex probationibus factis pro Conſtantia, & præſertim ex teſtibus examinatis, de quibus *in eius ſummario num.* 6. deponentibus, quòd q. Vincentius eius pater per nonnullos annos ante eius obitum habitauit in eadem domo Cæſaris, & q. Marci Antonij eius patris in quodam appartamento inferiori ſeorſum à dd. Cæſare, & M. Antonio, & habebat in eo mobilia, & ſuppellectilia, & (vt dicunt teſtes) le-

Digitized by Google

ſtanze fornite di letti, biamberie, & vna caſa fornita da Gentilhuomo, ſpecificantem etiam prædictorum partem,
& præſertim vaſa vinaria, & quod idem Vincentius dicta mobilia, & ſuppellectilia tranſtulerat ex alia parte domus illorum de Romuntijs, quam prius inhabitabat, & quod ipſe obijt in dicta domo generi, & patris, quodque dicta mobilia, & ſuppellectilia remanſerunt dictæ Conſtantiæ eius vnicæ filiæ, & hæredi ex teſtamento, qui teſtes ſunt optimè informati, & concludenter deponunt de poſſeſſione, ſeu quaſi dicti q. Vincentij dictorum mobilium, & ſuppellectilium, prout etiam idem deponunt de mobilibus domus ruralis Anzolæ *in ſummario num.* 5. & quod erat dominus partis domus ſibi reſeruatæ in inſtrumento dotali dictæ Conſtantiæ, vt etiam fuit firmatum in alia deciſione in hac cauſa *ſub die* 11. *Decembris* 1615. Nec obſtat (prout in deciſione dictum fuit) teſtes deponere per illa verba, *Vincentio haueua, &c.* quæ ſunt æquiuoca, & poſſunt intelligi quo ad vſum, & gaudimentum in domo Cæſaris, & iure familiaritatis, & ſic eorum depoſitionem non concludere. Nam reſponſum fuit, quod dictum verbum, *haueua*, nullo modo poteſt importare gaudimentum, & vſum, quia Vincentius hæc eadem mobilia ha-
2 bebat in dicta domo illorum de Romantijs, & poſtea tranſtulit in domo dicti Cæſaris, & ideo referri poteſt, vel ad dominium prout ſecundum illius propriam ſignificationem refertur *l. habere, ff. de verb. ſignif. l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque verſ. habere cum ibi not. ff. de verb. oblig. Natt. conſ.* 676. *num.* 24. *& conſ.* 678. *num.* 16. *lib.*
3 4. *cum alijs per Honded. conſ.* 69. *num.* 1. *vol.* 1. & prout referendum videtur cum dicta teſtium ſint propriè interpretan. *Soccin in l. ſed & ſi lo, §. ſed circa, num.* 3. *ff. de reb. dub. Iaſ. in l.* 2. *§. voluntatem num.* 22. *ff. ſolut. matr. cum pluribus per Farinac. de teſtib. quæſt.* 68. *num.*
4 47. & hoc caſu res eſſet clara. Vel poteſt referri ad poſſeſſionem *Gloſ. in d. l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque, in verb. ſed deſinet, & ibi Alex. Iaſ. & alij de verb. oblig. cum alijs per Honded. dicto conſ.* 69. *num.* 35. Et hoc quo-
5 que caſu videretur res clara cum ex poſſeſſione regu-
A lariter præſumatur dominium A, *Bald. in d. l. ob maritorum num.* 6. *verſ. veniat in dubium, & ibi Salicet. num.*
6 1. *in fin. & num.* 3. & hæc ſola poſſeſſio ſufficeret ad hoc, vt mandatum relaxatum contra maritum exequi non poſſit contra vxorem iuxta *Gloſ. in l. a diuo pio §. ſi ſuper rebus, in verb. fiat*, cum qua tranſeunt communiter DD. vt teſtantur ibi *Alex. num.* 8. *Iaſ. num.* 9. *& Hereul. num.* 7. *ff. de re iudic.* & fuit tentum in *Veneta donationis* 16. *Nouembris* 1615. 7. *Nouembris*. 1616. *&* 6. *A. ertij praterits coram me.* Et ad hoc, vt Hercules
7 teneatur probare de iure dicti Cæſaris ſui debitoris ſuper dictis mobilibus, *Bart. in dicto §. ſi ſuper rebus, num.* 4. *& ibi Caſtr. num.* 8. Præſertim quia Vincentius pater Conſtantiæ habuit, & poſſedit dicta mobilia, & ſuppellectilia poſt decoctionem Cæſaris, quæ ſucceſſit de anno 1591. vſque ad ipſius Vincentij obitum de anno. Nec tenetur Conſtantia probare identitatem bonorum; ſed Hercules debet probare diuerſitatem. Conſiderabant etiam DD. quod ceſſant aliæ præſumptiones in dicta deciſione ponderatæ. Prima enim, quòd bona fuerint reperta in domo Cæſaris, & ideo illius præſumantur eſſe, cum conſtet patrem Conſtantiæ inhabitaſſe eandem domum, ibique habuiſſe, & retinuiſſe dicta mobilia, prout antea habebat in alia domo. Secunda, quòd Cæſar eſſet publicus nummularius, & ideo veriſimiliter haberet, domum fulcitam mobilibus tollitur, quia poſt eius decoctionem non conſtat eum proueniſſe ad pinguiorem fortunam; imò conſtat alia mobilia Villæ Orani fuiſſe ad inſtantiam creditorum capta, & executa, quòd veriſimile eſt, factum quoque fuiſſe de mobilibus domus Bononiæ ſtāte huiuſmodi decoctione.
8 Tertia deducta ex relatione executoris eſt debilis, & tollitur per contrarias probationes, *l. fin. in princip. ff. quod met. cauſ. l. nuptura in fin. ff. de iur. dot.* cum alijs per *Ayin. conſ.* 146. *num.* 7. *& conſ.* 258. *num.* 20. *in fin.* quarum plures adducuntur pro Conſtantia ad oſtendendum, quòd Cæſar poſt dictam eius decoctionem remanſerit ſine aliquibus mobilibus. Et præſertim confeſſio ipſius Herculis aduerſarij. Cum enim ante decoctionem D. Pompeius Peregrinus ad eius fauorem fideiuſsiſſet pro Cæſare, cum pacto, quòd non teneretur ad ſolutionem niſi præcedēte legitima executione contra dictum Cæſarem, *vt in ſummario Conſtantiæ num.* 1. cumq. poſt decoctionem Hercules conueniſſet D. Peregrinum, qui de dicta excuſſione oppoſuit, idem Hercules ad probandum non extare aliqua bona Cæſaris fecit poſitiones, in quibus dixit eum nulla habere bona, & reſpondēdo poſitionibus Peregrini negauit Cæſarem
9 habere mobilia, *vt in dicto ſummario num.* 2. quæ confeſsio licet facta in alio iudicio præiudicat confitenti, *Dec. in l.* 2. *num.* 62. *verſic. & prædicta diſtinctio, C. de eden. Abb. in cap. per inquiſitionem ſub num.* 12. *de elect. Rot. deciſ.* 6 *ſub num.* 11. *de teſtam. in antiq. Caputaq. deciſ.* 90. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. ſaltem præſumptiuè, vt per *Card. Seraphin deciſ.* 117. *num.* 2. Præſertim quia coadiuuatur ex relatione dictorum executorum excuſſionis factæ ad inſtantiam Herculis contra Cæſarem poſt eius decoctionē, qui retulerunt nulla extare bona Cæſaris, in quibus aliquod mandatum exequi poſſet, *vt in dicto ſummario num.* 3. ſtante enim huiuſmodi relatione, & excuſſione, qui vult dicere, quòd Cæſar
10 haberet mobilia, tenetur probare, vt in terminis tradit *Alexand. conſil.* 34. *n.* 4. *li.* 4. Præſumptio *l. Quintus Mutius* 51. *de don. inter vir. & vxor.* ceſſare viſa fuit ex prædictis, & ex ſupradicta reſolutione facta ſub die 11. Decembris 1615.

Demum viſa fuit non obſtare taciturnitas Conſtantiæ in captione pignoris, nec illi præiudicaſſe, quin poſsit ho-
11 die contradicere, quia ipſa ſciebat, ius ſuum durare, *Ripa in l. admonendi, num.* 44. *verſ. pro ſolutione, ff. de iure iuran. Surd. cum pluribus per eum allegatis deciſ.* 302. *num.* 13. *Card. Seraphin. deciſ.* 254. *num.* 11.

Ex quibus fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Dominium probatur ex poſſeſſione quando tamen de illo
12 a incidenter agitur, *Bart. in l. quidam in ſuo, num.* 4. *ff. de condit. inſtit. Alb. conſil.* 67. *num.* 5. *Menoch. de recuperand. remed.* 11. *num.* 2. *Vaſq. quæſt. illuſtr. cap.* 70. *num.* 19. cum alijs pluribus per *Maſcard. de probat. concluſ.* 540. *Rota deciſ.* 34. *num.* 20. *part.* 2. *diuerſ. Mantic. deciſ.* 356. *num.* 10. & fuit dictum *in Anconitana pecuniaria* 26. *Februarij* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano num.* 8. *&* 9. dummodo tamen poſſeſſio ſit pacifica, & non vitioſa, *Seraph. deciſ.* 832. *num.* 1. & quando de dominio incidenter quæritur, illud probatur etiam præſumptionibus & coniecturis *Bart. loco cit. Boer. deciſ.* 42. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 290. *num.* 9. *in fin. part.* 1. *recent. Cardinal. Caualer. deciſ.* 93. *num.* 2. in qua plures aliæ adducuntur. Secus eſt, vbi do-
13 minium principaliter deducitur, vt quando agitur ad rei vendicationem: tunc enim poſſeſſio non ſufficit, ſed requiruntur plenæ, & concludentes probationes, *Bart. loco cit. Crauett. conſil.* 112. *num.* 14. *Caputaq. deciſ.* 280. *part.* 1. *Maſcard. concluſ.* 540. *num.* 7. *Gratian. diſcept.* 537. *num.* 43. *&* 44. *Rota deciſ.* 723. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 250. *num.* 2. *part.* 3. *recent. in Romana vineæ* 18. *Iunij* 1601.

Digitized by Google

1601. & 14. *Ianuarij* 1602. *coram Cardinali Pamphilio, & in Leodien dominij* 12. *Iunij* 1620. *coram bon. mem.* Cardinali *Sacrato*. Probatur tamen dominium ex ſola
14 poſſeſſione, quando agitur contra violentum ſpoliatorem, *Boer. d deciſ.* 42. *num* 6. *cum alijs per Maſcard. concluſ.* 540. *num.* 32. & fuit dictum *in Meliten nauis* 20. *Iunij* 1625. *coram bon. mem Remboldo*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana legati.

Lunæ 10. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Alimenta legata, prout dabantur teſtatore viuente, quomodo præſtari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, quæ dabantur, *appoſita in legato alimentorum, referuntur ad portionem, quæ dari ſolita erat de tempore mortis teſtatoris.*
2 *Alimentorum præſtatio vltima attendi debet.*
3 *Legatum ambiguum obſeruantia interpretatur.*
4 *Copula*, &, *quo caſu reſoluatur in diſiunctiuam, & ſtet ampliatiuè.*
5 *Copula*, &, *poſita inter duo ſubſtantiua idem ſignificantia reſoluitur in expoſitiuam.*
6 *Copula*, &, *reſoluta in expoſitiuam nihil addit, nec diuerſam diſpoſitionem inducit.*
7 *Copula*, &, *quando eſt cum relatiuo inter duo tempora, quorum vtrumque idem importat, reſoluitur in expoſitiuam.*
8 *Superfluum non dicitur illud, per quod fuit expreſſum id, quod tacitè inerat.*
9 *Argumentum ſuperfluitatis eſt admodum leue, & tenue.*
10 *Abſenti pro ſeruitio teſtatoris, vel de illius licentia, & voluntate, alimenta debentur tanquam præſenti.*
11 *Teſtis intereſſatus nihil probat.*
12 *Promiſſio euaneſcit, quando eſt ſub conditione, quæ deficit.*
13 *Alimenta ſi legentur à teſtatore ſuis familiaribus, prout ipſe viuus præſtabat, an cenſeantur omnibus relicta, ſi tempore vitæ ipſius aliquibus tantùm, & non omnibus præſtabantur.*
14 *Relatiuum præcedentia non reſtringit, ſed refertur tantùm ad ſuum antecedens.*
15 *Relatiuum totum reſtringit, quando totum eſt ſuum antecedens.*

DECISIO CCXXXVII.

LATA fuit ſententia per A. C. condemnatoria hæredum bon. mem Cardinalis Deza ad ſoluen. R. P. D. Varellæ vni ex eius legatarijs ſcuta nouem quolibet menſe pro habitatione domus, & vſu coquinæ, ac fenilis tanquam debita pro ſupplemẽto portionis victus per dictum Cardinalem eius familiaribus Hiſpanis in Codicillis relictæ, ſed commiſſa cauſa appellationis dd. hæredum in Rota DD. dixerunt illam eſſe reforman. ad ſcuta duo tantum quolibet menſe pro vſu coquinæ. Cenſuerunt enim non deberi habitationem domus, nec fenile, ſeu penſionem pro eius. Nam Car-
1 dinalis in dd. Codicillis mandauit, quod omnibus ſuis familiaribus Hiſpanis detur, dum Romæ moram traxerint eadem portio victus poſt mortem ipſius codicillantis, quæ dabatur, & hodie datur ipſo D. Codicillante viuente verba autem illa, *quæ dabatur*, referuntur ad portionem quam D. Varella ſolitus erat habere de tempore mortis dicti Cardinalis, vt de ſimilibus verbis, *quæ viuus præſtabat*, *eſt text. in l. Mela* 14. §. *ſed ſi alimenta*, & ibi *not. Odofr. Alberic. & Goffr. ff. de aliment. & cibar. leg.* etiam ſi aliquo tempore in vita eiuſdem Cardinalis illa habuiſſet vltima enim præſtatio eſt attẽden-
2 da *d.* §. *ſed ſi alimenta in fin. & tradunt in eorum tractatibus de Aliment. Bart. num.* 18. *verſ. circa quod, Pontan. cap.* 17. *num.* 27. *Surd. tit.* 4 *quæſt.* 18. *num.* 3. *& quæſt.* 19. *num.* 10. *&* 11. *& Coller. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 25. *Alex. conſ.* 123. *num.* 4. *vol.* 2 *& conſ.* 5. *num* 7. *verſ. pro hoc etiam, & num.* 22. *verſ. non obſtat vol.* 5. *Menoch. conſ.* 329. *num.* 16. *&* 31. *& præſ.* 6. *num.* 38. *lib.* 3. *Simon. de Pret. de interpr. vltim. vol. lib.* 4. *fol. mihi* 399. *à tergo num.* 97. *in fin. & fol.* 427. *num.* 48. De tempore autem mortis Cardinalis, non probatur quod domum, & fenile habuerit, nam omiſſo quod licèt de fenile illius duo teſtes deponũt tamen primus nihil probat, vt infra dicetur ſecundus minus tanquam vnicus, & quo ad habitationem conſtat potius de contrario, quia nunquam habuit manſiones in palatio de anno 1585. (vt ſupponitur) per Cardinalem empto, & per eum vſque ad obitum inhabitato, vt deponunt eiuſdem teſtes, videlicet primus iuxta 13. ſecũdus ſuper primo *in eius ſũmario num.* 2. & ideo primus ſuper quarto, & ſecundus iuxta 13. *in dicto ſummario num.* 3. qui etiam ſecundus ibidem dicit D. Cardinalem retinuiſſe in dicto Palatio partem familiæ pro eius perſona neceſſariam, & pro alia parte conduxiſſe domum à Monte d'oro, & D. Varellam conduxiſſe illam in qua ſemper habitauit, & adhuc habitat, quod etiam clarè patet ex quictantijs penſionum dictæ domus ſibi factis ab anno 1587. vſque ad 1594. *in ſummario hæredum num.* 13. Et ſuadetur etiam, quia D. Varella ab obitu D. Cardinalis vt dictum del 1600. vſque ad 1614. abſque prædictorum prætenſionum recepit ſummam pecuniarum ſcutorum nouem taxatam ab executoribus teſtamentarijs pro eius victu, & alia ſcuta nouem pro Rheda quam obſeruantiam
3 deſeruire pro interpretatione dicti legati, quatenus ambiguum fuiſſet, tradunt DD. in *l.* 1. *C. de fideicomm. Aym. conſ.* 101. *ſub num.* 3. *Menoch, conſ.* 349. *num.* 15. *& tenuit Rota in hac cauſa pro eodem D. Varella contra dd. hæredes* 6. *Iunij* 1614. *coram R. P. D. meo Dunozet.* Non obſtat quòd dictus §. *ſed ſi alimenta*, loquatur quando verba legati ſunt relata ad vnicum tempus ibi (quæ viuus præſtabat) ideoque non videatur præſenti caſui applicari, in quo duplex tempus præteritum ſcilicet, & præſens fuit expreſſum; & propterea ad hoc, vt vtrunque verificetur, & vnum non remaneat ſuperfluum, dici debeat in legato comprehenſa non ſolum portio de tempore mortis Cardinalis, ſed etiam de illo tempore vitæ, quo D. Varella habebat habitatio-
4 nem, & fenile in eius Palatio, & ſic copula, *Et*, reſoluatur in diſiunctiuã, & ſtet ampliatiuè ex allegatis. Quia reſponſum fuit, quod ſicuti dicta copula, *Et*, ad euitandam ſuperfluitatẽ reſoluitur in expoſitiuam; ideſt quando ponitur inter duo ſubſtantiua idem ſignificantia *Abb. in cap.* 2. *num.* 6. *verſ. aut extrema, de reſcript. & ibi Rip. num.* 52. *Felin. num.* 22. *verſ. fallit* 2. *& Dec. plures allegans num.* 50. *Rot. deciſ.* 39. *num.* 7. *& ſeqq. par.* 3. *diuerſ. cum alijs latè per Petr. Cened. ſingular.* 50. *num.* 5. & tunc nihil addit, nec diuerſam diſpoſitionem inducit *Calder. conſ.* 2. *verſ. quod eſt verum, de verb. ſignif.* & hoc

modo

modo ſæpius vſurpari ſolet, etiam apud ſacram Scriptu-
ram, vt quàm plurimis exemplis comprobat Salmeron
*in Prolegomenis, & i braſibus eiuſdem ſacræ Scripturæ
Proleg.* 10. *pag. mihi* 408. & apud latinæ linguæ ſcriptores,
vt *per Theſaur. eiuſdem linguæ in litera, Et*, ita ea-
7 dem ratione videtur hoc modo reſoluenda, quando eſt
cum relatiuo inter duo tempora, quorum vtrumque
idem importat, prout in propoſito, vbi verba illa (*quæ
dabatur*) licèt præteriti temporis, de iure tamen reſerũ-
tur ad tẽpus mortis per d. *§. ſed alimenta*; ſicuti ſecun-
dùm eius proprium ſignificatũ ad illud referuntur alia
verba, *& quæ hodie datur*, quæ addita videntur per
Cardinalem ad tollen. omnem ambiguitatem, & ad cla-
riorem ſuæ mentis declarationem, quaſi dixerit, detur
portio, quæ in præteritum præſtabatur eo modo, quo
de præſenti præſtatur: & ſic non poſſunt dici ſuperflua,
8 cum ita fuerit expreſſum id, quod tacitè veniebat *Alex.
conſ.* 33. *num.* 5. *lib.* 1. *Rot. in Romana dotis* 11. *Februa-
rij* 1583. *coram bon. mem. Cantuccio cum latè cumulatis
per Surd. conſ.* 325. *nu.* 14. Vltra quod argumentũ ſuper-
9 fluitatis eſſe ad modum leue, & tenue, dixerũt *Alciat. in l.*
3. *num.* 3. *de leg.* 3. *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 8. *& lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 23. *& lib.* 12.
tit. 17. *num.* 39 *Peregr. de fideicom. art.* 14. *ſub num.* 21.
& Surd d. conſ. 325. *dicto num.* 14. *in fin.* Et quòd Car-
dinalis ita voluerit intelligere, ſuadetur adhuc, quia
cum etiam de tempore præterito D. Varella per decen-
nium ante obitum Cardinalis non habuerit domum in
eius Palatio, non poteſt certè, & determinatè argui,
quòd voluerit ſe potiùs ampliatiuè referri ad tempus
præteritum, de quo illa habuit, quàm ad illud, de quo non
habuit: imò dicendum eſt, quòd de hoc potiùs intellexe-
rit, tùm quia eſt conforme iuris diſpoſitioni *in d. §. ſed
alimenta*; tum etiam, quia aliàs incongruè locutus
fuiſſet, ponendo priùs illud tempus, de quo maior, quàm
illud, de quo minor præſtatio dabatur, & ſic priùs am-
pliationem, quàm ampliatum.
Minùs obſtare viſum fuit, quòd prædicta dicantur in lega-
to comprehenſa, quia D. Varella habitauit extra Pala-
tium Cardinalis ex accidenti propter illius anguſtiam,
& fabricam ad *tex. in l. teſtamento* 19 *ff. de alim. & cib. leg.*
Quia in hoc tex. certum erat, quid fuiſſet alijs relictum;
In caſo autem noſtro dubitatur, an habitatio relicta
fuerit omnibus familiaribus, de quibus loquitor lega-
tum, & præſertim illis, qui habitabant proprijs expen-
ſis extra Palatium. Vltra quod d. tex. loquitur quando
10 legatarius aberat, vel pro ſeruitio teſtatoris, vt in il-
lis verbis, *negotij ſui gratia*, & dicunt ibi *gloſ. magna
in princ. & in* 1. *notab.* vel de illius licentia, & volunta-
te, vt dicunt ibi *Odofr. & Alber.* in quibus caſibus pro
præſenti reputabatur, vt ibi per *Bart. verſic. videtur*.
Et ita non videtur poſſe applicari, quia non conſtat,
quòd D. Varella maneret extra d. Palatium pro ſerui-
tio Cardinalis, nec de illius volontate, ita quòd Car-
dinalis illum haberet pro præſenti, vt intelligunt DD.
Ibidem. Non obſtat, quòd primus teſtis ſuper quinto
in dicto ſummario num. 3. dicat, Cardinalem illi promi-
ſiſſe, quod ſtatim finita fabrica denuo ei dediſſet habi-
tationem in dicto Palatio. Quia nihil probat, cum ſit
11 vnicus, & de auditu, & intereſſatus, ex quo ipſe etiam
venit ad cauſam tanquam vnus ex legatarijs, & eadem
prætendit, vt patet ex monitorio *in ſummario heredum
num.* 14. ad not. *in l. nullus, ff. de teſtib. cum vulg.* & non
concludit de promiſſione, niſi finita fabrica: & ſic cum
non conſtet, eam fuiſſe completam ante obitum Cardi-
nalis, imò pro D. Varella ſupponatur, non fuiſſe finitam,
12 dicta promiſſio euanuiſſet tanquam facta ſub conditio-
ne, quæ non ſolùm non fuit purificata, ſed defecit, *ad
l. cum ita legatum, & l. qui heredi, §. fin. ff. de condit. &
13 demonſtrat.* Viſum etiam fuit, non obſtare, quòd ſi ali-
quibus ex comprehenſis in dicto legato dabatur habita-
tio, alijs verò non, tamen dici debeat, Cardinalem vo-
luiſſe eam omnibus pari modo relinquere, ex quo om-
nes in eadem oratione coniunxit *ad tex. in l. à filio* 15. *§.
fin. ff. de aliment. & cib. leg.* Quia in hoc §. verba illa,
quæ præſtabatur, non referebantur ad perſonas, & cer-
tum erat, quòd licèt teſtatrix inuita cibaria non præ-
ſtiterat, niſi tribus libertis: voluit tamen ea omnibus
indiſtinctè in teſtamento relinquere: ſed tantum relata
erant ad quantitatem, quam dictis tribus præſtabat: &
ideo non limitabant, nec reſtringebant niſi dictam
quantitatem, quæ erat antecedens, ad quod refere-
bantur, vt declarat ibi *gloſ. in verb. ab omnibus*, relati-
14 uum enim præcedentia non reſtringit, ſed refertur tan-
tùm ad ſuum antecedens, vt per *Odofred. Alberic. &
Bart.* ibidem; contrarium ergo dicendum eſſet, ſi omni-
bus libertis cibaria præſtita fuiſſent, tunc enim eo mo-
do, quo cuique præſtabantur, dicerentur relicta, vt ex
Bart. ibi verſic. veritas eſt, vbi dicit, quòd relatiuum
15 totum reſtringit, quando totum eſt ſuum antecedens,
quod non erat in caſu dicti §. *fin.* Cum itaq; in propoſi-
to omnibus in d. legato cõprehenſis daretur aliqua por-
tio, & ſic etiam D. Varellæ, ſequitur, quòd vnicuique
dicatur legata eo modo, quo ſibi dabatur de tempore
obitus Cardinalis. Demum viſum fuit, non obſtare
deciſionem bon. mem. Cardinalis Pamphilij in hac cau-
ſa 30. Octobris 1602. in qua fuit reſolutum, in dicto le-
gato comprehendi etiam habitationem: quia loquitur
tantùm de illis, qui ipſam habebant, vt dicitur ibi in
fine. Sed tollere videtur omnem difficultatem, quòd
D. Varella (vt ex eius monitorio apparet) non petijt
habitationem, nec ſenile, ſed ſolùm penſiones pro eis
à die obitus Cardinalis decurſas, & in poſterũ decurren.
Nuſlibi autem cõſtat, quòd Cardinalis vnquã huiuſmodi
penſiones pro illo perſoluerit, imò quòd eas perſoluere
noluerit, patet, quia dum non habuit commoditatem
eum retinendi in proprio Palatio, ipſe D. Varella con-
duxit domum proprijs expenſis, vt dictum eſt.
Et ita deciſum, circumſcriptis in hac diſputatione præten-
ſis nullitatibus dictæ ſententiæ pro parte hæredum, vi-
delicet ex defectu iuriſdictionis, & mandati, de quibus
in præſenti actum non fuit.

Veneta Donationis.

Veneris 14. Aprilis 1617.

Argumentum præbet ſummarium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſione priuari non debet quis, lite pendente.*
2 *Ab executione inchoandum non eſt contra tertium poſſeſ-
ſorem.*
3 *Monitoria de manutenendo, de ſtylo Rotæ, iuxta qualita-
tem cauſarum etiam in illarū relationibus expediri ſolent.*

DECISIO CCXXXVIII.

DOMINA Lucretia reportauit plu-
res reſolutiones fauorabiles ſuper re-
uocatione ſequeſtri penes Depoſita-
rium Montis fidei fructuum locorum
210. ad inſtantiam Antonij de Domo
facti vigore mãdati executiui pro ſcu-
tis 1800. monetæ ad eius fauorem re-
laxati

latati contra bona, & iura hæreditaria q. Rodulphi Pij, in quibus reſolutionibus firmatum fuit, dictam D. Lucretiam fuiſſe, & eſſe in quaſi poſſeſſione perceptionis fructuum dd. locorum, & vlteriùs in vltimis duabus ceſſionem illi factam per D. Mariam eius filiam non fuiſſe in fraudem paratæ executionis. Cumque fuiſſet ſubſcriptum dubium, an dicta D. Lucretia eſſet manutenenda in quaſi poſſeſſione percipiendi dd. fructus, & pro illius diſputatione ab ea inſtaretur, Antonius contradixit, petendo ſe ſecundo loco audiri ſuper reſolutione facta ſub die 7. Nouembris 1616. in qua fuit firmatum, quòd ceſſio non erat in fraudem paratæ executionis, & DD. meis placuit iterum illum audire, & ſic facta alia reſolutione ad fauorem dictæ D. Lucretiæ ſub die 6. Martij proximè præteriti, fuit pro ipſa de nouo pariter inſtatum pro manutentione, ſuper qua facto verbo in Rota intimato dicto Antonio, in relationibus cauſarum habui ordinem à Dominis meis de concedendo dictæ Lucretiæ mandatum de manutenendo in poſſeſſione, ſeu quaſi perceptionis dd. fructuum, cum conſtet de illius quaſi poſſeſſione in omnibus dd. relationibus firma-
1 ta, qua nō debet priuari lite pendēte, nec ab executione
2 contra eam tertiam poſſeditricem inchoari, vt dictum fuit *in 1. deciſ. 16. Nouembris* 1615. & ex vulgaribus, & ſublatę ſint omnes oppoſitiones factæ pro Antonio, & maximè quia DD. dixerunt, de ſtylo Rotæ ſolitum
3 eſſe, iuxta qualitatem cauſarum ſimilia mandata etiam in relationibus cauſarum per viam memorialis expediri, & hęc niſi quatenus pro Antonio aliquid releuans in dd. reſolutionibus non deductum proponatur.

Romana laudi, ſeu prætenſæ participationis.

Lunæ 17. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Confeſſio inſtitoris probat contra dominum. Item confeſſio curatoris probat contra pupillum concurrentibus adminiculis, de quibus nonnulla traduntur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio inſtitoris, & complementarij probat contra dominum.*
2 *Confeſſio curatoris teſtamentarij adminiculata probat contra pupillum.*
3 *Confeſſio Prælati adminiculata probat contra Eccleſiam.*
4 *Inſtitor obligat dominum etiam pupillum, ac ſi ipſemet contraxiſſet.*
5 *Socius tenetur ex facto ſocij quando talem diligentiam adhibuit, qualem in ſuis rebus adhibere ſolet.*
6 *Fraudis ſuſpicio ceſſat, vbi adeſt ſanguinis coniunctio.*
7 *Conſanguinei, magis quàm extranei, vtilitatem quis reſpicere præſumitur.*
8 *Filius factum patris impugnare non poteſt, præſertim ſi maior effectus illud approbauit.*
9 *Confeſſio facta in commiſſione plenè probat contra ſupplicantem.*
19 *Inſtitor, & curator debitam bonæ fidei recognitionem facere non prohibentur.*

Ll 3

DECISIO CCXXXIX.

IMPVGNABAT Nicolaus vnus ex Hæredibus q. Alexandri Doni reſolutionem factam ſub die 24. Februarij 1616. in qua, Alberico ſolùm informante, firmatum fuit, pro quibus rata, & tempore ipſe deberet participare de Appaltibus, de quibus agitur. Ipſo tamen 5. Decembris præteriti, & hodie particulariter audito, Domini ſteterunt in deciſis. Placuerunt enim rationes, de quibus in deciſione, quòd videlicet, Octauius, & Ricaſulus vti inſtitores, & Complementarij inſolidum rationis banchariæ potuerunt declarare dictam participationem Alberici, & illorum confeſſio
1 probat contra Nicolaum vnum ex dominis dictæ rationis, *ad tex. in l. fin. ff. de inſtitor. Roman. ſingul. 423. num. 1. Cephal. conſ. 623. num. 54. & dictum fuit in Romana domus inter eaſdem partes 7. Nouembris præteriti coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno.* Imò ſufficeret ſola confeſſio Ricaſoli vti curatoris teſtamentarij ipſius Nicolai, & procuratoris aliorum
2 concuratorum adminiculata (vt infra dicetur) qui etiam vti talis ſubſcripſit prædictam apocham, *vt per Natt. conſ. 543. num. 20. & Rot. deciſ. 117. num. 4. par.*
3 *2. diuerſ.* vt in ſimili confeſſio Prælati adminiculata probat contra Eccleſiam, *Bellapertic. Cyn. Odofred. Alberic. Bart. Bal. & Salyc. in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ruin conſ. 142. num. 4. vol. 2. Natt. d. conſ. 543. ſub d. num. 20. & Rota in Toletana 3. mill. 30. Iunij 1569. coram Oradino, Card. Seraph. deciſ. 436. num. 7. & deciſ. 442. num. 2. verſ. & hoc ſinè difficulta-*
4 *te.* Prout etiam ex obligatione eorundem Octauij, &
A Ricaſoli vti inſtitorum A, idem Nicolaus obligatus remanſit, *ad l. 1. in principio, & l. quicumque, §. non tamen, ff. de inſtitor. & l. ſi inſtitorem, cum ibi not. ff. ſi cert. pet. Card. Seraph. deciſ. 1139. num. 4. & 5.* etiam quòd tunc eſſet pupillus, *l. verum, & l. ſed ſi pupillus, ff. eodem.* Tanto magis, quia dicta ratio incepta fuit per Alexandrum eorundem Octauij, & Nicolai auctorem, & continuata iuxta diſpoſitionem per eum factam in teſtamento, vt conſideratum fuit in dicta Romana Domus. Imò remanſit obligatus ex obligatione ſolius Ricaſoli curatoris, & procuratoris concuratorum, vt ſupra, perinde ac ſi ipſemet contraxiſſet. *L. 4. ad Iulianum, §. pen. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. Surd. deciſ. 297 num. 5.* Adminicula autem, & veriſimilitudines, quibus dicta confeſſio adiuuatur, latè ponderantur in alia deciſione, & præ ceteris maximè vrgere viſum fuit, quòd facta eſt ab Octauio altero ex dictis hæredibus Alexandri, qui propterea, ſi dicta participatio non fuiſſet debita Alberico, conſequi debuiſſet lucra, ſeu vtilia vnius ex duobus ſolidis ad eius fauorē per ipſum-
5 met declaratis, & ſic in proprium præiudicium feciſſet talem declarationem, cui nec hodie etiam contradicit; ex quo fit, vt nullus rationis color ſuadere poſsit, quin debita eſſet dicta participatio *ad tex. in l. hæredes, §. non tantum, ff. famil. erciſc. §. fin. Inſtit. de ſociet. & ibi gl. ſ. in verb. ſolet, in fin. & benè Decian. reſp. 29. num. 25. vol. 2.* Sicuti etiam dicitur quando tutor geſsit negotium pupilli non ſecus, ac proprium, *per tex. in l. ſinè hærede, §. Lucius, & ibi Odofr. ff. de adminiſt. tutor. & in Bononien. redditionis rationis 29. Maij 1610. coram bon. mem. Penia, & in eadem 1. Iuly 1615. coram R. P. D. meo Veroſpio.* Et hinc etiam redditur admodum veriſimilis confeſſio Ricaſoli curatoris, qui videns, Octauium in ſui præiudicium facere dictā declarationem, iure potuit credere, illam fuiſſe debitā, cum non eſſet præ-

ſu-

ſumendum, quòd Octauius ſuum iactare voluerit, &
tanto magis eum dictus Octauius eſſet Complementa-
6 rius, Ricaſolus verò auunculus Nicolai: ex qua ſan-
guinis coniunctione omnem fraudis ſuſpicionem abeſſe
præſumitur, *l. non ſolum. in princip. ff. de rit. nupt. &*
l. pen. C. quod falſ. tutor. Menoch. præſumpt. 40. num. 17.
lib. 5. Et credendum eſt, ipſos magis reſpexiſſe ad vtili-
tatem Nicolai, quàm Alberici extranei, vt etiam reſpe-
7 ctu ſolius Octauij conſideratum fuit in alia deciſione
in hac cauſa 15. Decembris 1614. Et augetur veriſimi-
litudo, quia ipſi dicunt in dicta apocha, quòd Marius
pater Nicolai dum viueret, eiſdem fecerat fidem de
participatione Alberico data per Alexandrum, & de
apocha ſuper ea facta manu eiuſdem Alexandri, cuius
originale (vt dicunt) *ſi era ſmarrita*; quæ atteſtatio
Marij adeò valuit penes Octauium, quòd illam in pro-
prium incommodum obſeruauit faciendo dictam decla-
rationem. Non ſolùm autem dicta confeſſio, & de-
claratio eſt ex prædictis adminiculata, ſed etiam arbi-
ter iuxta illam laudauit, tam in debitum, quàm in cre-
ditum Alberici, quod laudum Nicolaus poſtea maior
effectus, ſub die 13. Iunij 1613. ratificauit, conſtituen-
do etiam Octauium procuratorem ad exigendum ſum-
mam in eo contentam, *vt in dicto ſummario num.* 13.
Imò ex ipſa quoque rei euidentia rectè iuſtificatur.
Dictis enim Octauio, & Ricaſolo benè conſtitit de la-
boribus, & induſtria Alberici, vt patet ex illis verbis
prædictæ apochæ: *Et hauendo conſiderate le fatiche da*
lui fatte, così auanti, che haueſſe il complimento, come do-
pò ancora, &c. Pro quibus ſinè dubio recognitio de-
bebatur. Vndè ipſi eam arbitrati fuerunt pro duobus
ſolidis in viginti de vtilibus factis à die prima Nouem-
bris 1596. vſque ad obitum Alexandri, *deſalcatone le*
perdite, & debitori cattiui, cum opera Alberici illis vi-
ſa fuerit non minùs pretioſa, & æſtimabilis opera alio-
rum miniſtrorum, & inſtitorum, quibus tàm in vita,
quàm poſt obitum Alexandri data fuit etiam maior
participatio, vt Palagio ſolidorum duorum cum dimi-
dio, vnà cum ſcut. 200. pro alimentis, *vt in dicto ſum-*
mario num. 3. Guiduccio, & Ricaſolo ſolidorum trium,
vt ibidem num. 6. Imò eidem Alberico in prima re-
nouatione rationis facta per Marium, & Octauium poſt
obitum Alexandri, de anno 1600. ſimiliter ſolidorum
trium, & in alia del 1605. ſolidorum duorum cum di-
8 midio, *vt in dicto ſummario num* 6. Demum vltra plu-
res actus poſitiuos geſtos per Marium, ex quibus ma-
gis apparet de veritate dictæ declarationis Octauij, &
Ricaſoli, ponderatos in alia deciſione, quos Nicolaus
tanquam illius filius, & hæres impugnare non poteſt,
ex traditis conſideratum fuit, conſtare etiam de appro-
batione ipſius Nicolai poſtquam fuit maior, itaut non
potuerit, nec poſſit amplius contradicere, *ad l. 1. &*
2. C. ſi maior. fact. & l. 3. §. 1. ff. de minor. & alijs o-
miſſis vltra ſupradictam laudi ratificationem, clariſſima
viſa fuit ratificatio per eum, & Octauium facta 28. Fe-
bruarij 1614. commiſſionis gratioſæ, in qua pro eo-
rum parte narratum fuerat. Alexandrum accepiſſe ad
eius ſeruitium in bancho Albericum, cum certa prouiſ-
ſione per aliquod tempus, & deinde de anno 1596. cum
participatione vtilium, &c. *vt in dicto ſummario num.*
9 14. Quæ narratiua, ſeu confeſſio in dicta commiſſione
facta plenè probat contra ipſos ſupplicantes *ad l. cum*
precum, & ibi *Bald. & Salycet. C. de liberal. cauſ.* acce-
dente præſertim obligatione eorundem de reſtituendo
pecunias, vnà cum cambijs, iuxta reſcriptum in dicta
commiſſione factum, *in dicto ſummario num.* 14. Ex
quibus ceſſat, quòd dicta declaratio fuerit fundata ſu-
per ſimplici confeſſione dictorum inſtitorum, & cura-
toris reſpectiuè, & quòd non potuerit fieri tanquam
ſapiens donationem: cum conſtet, quòd erat debita,
& quòd facta fuit pro recognitione bonæ fidei, quam
10 dicti complementarij, & curator facere non prohibe-
bantur; *l. quoties, §. item ſi in temporali, ff. de admini-*
ſtr. tut. & ibi *Alberic. in fin. & Odofr. ff. eod.* & fuit ten-
tum *in Romana tutela* 20. *Maij* 1596. *coram bon. mem.*
Cardinali Pamphilio, & in Romana de populis 5. *Iulij*
1599. *coram Litta.* Prout etiam ceſſat, quòd eandem
declarationem facere non potuerint, cum non eſſent
inſtitores dictæ rationis del 1596. ſed tantùm del 1608.
quia effectus rationis del 1596. fuerunt ex particulari
conuentione tranſlati in illam del 1600. & ſucceſſiuè de
illa in dictam del 1608. *vt in dicto ſummario num.* 6. &
in omnem caſum ſufficit, dictam declarationem fuiſſe
factam à curatore. Alia viſa fuerunt vel ſublata ex præ-
dictis, & deductis in alia deciſione, vel reſponſione
non indigere. Et ideo Domini perſtiterunt in reſolu-
tis, tanto magis, cum agatur inter mercatores, inter
quos bona fides debet exuberare, vt dictum fuit in alia
deciſione in hac cauſa 15. Decembris 1614.

ANNOTATIO.

A Inſtitor quis ſit, & quæ requirantur ad hoc, vt obliget præponentes, vide *Pariſ. conſil.* 93. *lib.* 1. & vide latiſſimam *deciſ. Ianuen.* 14. *per tot.* & adde quòd ea, quæ in iure dicũtur de inſtitoribus, trahũtur ad eos, quos hodiernis temporibus factores vocamus, & generaliter ad omnes adminiſtratores, vt pluribus citatis tradit *Mandell. conſil.* 104. *num.* 6.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Peruſina bonorum.

Lunæ 17. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Creditor detinens bona debitoris in ſolutum non habita, nec ſibi Iudicis auctoritate adiudicata, vel ex primo decreto, fructus eorum non facit ſuos, ſed tenetur illos in ſortem computare. Euictioni factus locus non dicitur per litem in Saluiano motam; & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione non proſequuta infra biennium, cauſa remanet deſerta.*
2 *Creditor poſſidens bona debitoris non ſibi adiudicata, nec in ſolutum data non facit fructus ſuos, ſed cedant in extinctionem debiti.*
4 *Poſſeſſio capta per nuncium, ſeu mandatarium abſque Iudicis commiſſione non ſuffragatur.*
3 *Commiſſio, quæ ex actis non apparet, de iure non præſumitur.*
5 *Sententia declarans quem obligatum ad ſuſcipien. in ſe litem, eſt in actione merè perſonali.*
6 *Poſſidere quis non dicitur ex primo decreto, ſi, capta poſſeſſione per baiulum de licentia Iudicis, in prædij poſſeſſionem non fuit immiſſus per dictum baiulum.*
7 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in actione perſonali non facit fructus ſuos, ſed tenetur excomputare in ſortem.*

8 *Poſsidere non dicitur, qui fuit immiſſus ex primo decreto.*
9 *Fructus recompenſatiui de æquitate euicto prædio debentur.*
10 *Euictio non dicitur ſequuta, niſi facta executione ſententiæ ſuper euictione lata.*
11 *Detentio ſola non autem poſſeſsio auocatur per Saluianũ.*
12 *De euictione agi non poteſt ex lite in Saluiano intentata.*
13 *Euictione realiter non ſequuta, de illa agi non poteſt*
14 *Fideiuſſor, qui promiſit pro re euicta ſoluere pretium tantum, non tenetur ad fructus recompenſatiuos.*
15 *Verbum*, ablatum, *importat inuito eo, cui fuit ablatum.*
16 *Mutatio tituli non præſumitur.*
17 *Factum vnius alteri nocere non debet.*
18 *Sententia ſecunda lata contra primam, illa non reuocata, eſt nulla.*
19 *Sententia intelligenda eſt, vt dicatur lata, prout de iure ferri debet.*
20 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

DECISIO CCXL.

LATA per A.C. de anno 1605. ſententia ad fauorem illorum de Lupatellis, contra Venturinos condemnatos ad imputandum in ſortem fructus perceptos ex prædio ſancti Martini, commiſſa cauſa appellationis dictorum de Venturinis in Rota, dubitaui, an conſtaret de re iudicata, & DD. affirmatiuè reſponderunt. Quia non docetur de proſequutione, nec terminatione appellationis nedum infra biennium, ſed nec
1 ſpatio annorum 12. & ſic cauſa remanſit deſerta, *auth. ei qui, C. de tempor. appellat. & c. cum ſit Romana, de appellat.* Nec contra eam opponitur aliqua nullitas, quæ poſſit impedire tranſitum in iudicatum. De illius autem iuſtitia nulla fuit penes Dominos dubitatio: mandat enim, fructus per Venturinos perceptos ex dicto prædio ſancti Martini hæreditario Raynaldi fideiuſſoris cedere in extinctionem crediti, quod habebant, ſeu habere prætendebant cum hæreditate dicti Raynaldi ratione prætenſæ euictionis prædij Montis Cornu venditi dictis de Venturinis per Ludouicum de Lupatellis, pro qua euictione Raynaldus acceſſerat; & ſic eo ip-
2 ſo iuſtificatur, quòd Venturini non oſtendunt dictum prædium ſibi in ſolutum datum, vel adiudicatum fuiſſe pro eorum prætenſo credito, *iux. not. per Gloſ. in l. a diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, verb. integris verſ. nam miſſus, & per DD. ibid. de re iudic.* & nihilominus dictum prædium ſancti Martini detinuerunt per multos annos, & illius fructus perceperunt, imò in Rota bis obtinuerunt reſolui pro eorum manutentione, & propterea dictos fructus ſuos minimè fecerunt, & conſequenter illi ceſſerunt in extinctionem eorum prætenſi crediti. Nec tenuta d. prædij capta per nuncium, ſeu ba-
3 lium publicum ad hunc effectum Venturinis ſuffragatur. Tum quia capta abſque Iudicis commiſsione, *Rum. conſ. 102. num. 7. in fin. verſ. nec tenuta, vol. 5. Honded. conſ. 92. num. 12. lib. 1.* ex quo commiſsio in actis non pro-
4 batur, nec de iure præſumitur, vt poſt *Bart. & alios, Alex. in l. ſciendum, num 45. & ſeq. ff. de verb. oblig. Rum. ibid. num. 8. & 11 verſ. & ſimiliter, & Honded. vbi ſupra num.* 13. imò ex iiſdem actis contrarium conuincitur ex quo balius in relatione captæ per eum tenutæ dicti prædij ſancti Martini, die 5. Februarij 1582. dicit, ſe illam adeptum fuiſſe virtute ſententiæ latæ Peruſij 17. Martij 1580. quæ declarat tantùm Fauſtinam auctricem dictorum de Lupatellis teneri, & obligatam eſſe ad ſuſcipien. in ſe iudicium, & litem contra Io. Antonium emptorem, & illius nepotes motam in Saluiano ſuper prædio Montis Cornu vendito dictis de Venturinis per Ludouicum, & ſic lata fuit in actio-
5 ne merè perſonali, *§. omnium verſ. namque, & §. appellamus, Inſtit. de action. Specul. cod. tit. §. ſequitur, num. 5.* non autem ſuper immiſsione, aut cum relaxatione mandati de capienda poſſeſsione. Tum etiam, quia,
6 etſi balius cum licentia Iudicis poſſeſsionem cœpiſſet, tamen quia in illam non induxit Venturinos, illi non poſſunt dici eſſe in poſſeſsione ex primo decreto, *Rum. d. conſ. 102. num. 11. poſt med. verſ. & quia nuntius, per tex. in l. is cui. §. immiſſus, ff. vt in poſſ. legat. & per Bart. in l. ſi finita, §. iulianus, num. 21. verſ. 2. quæro, ff. de dam. infect.* Et nihilominus licèt ex primo decreto in actione perſonali Venturini fuiſſent inducti in tenu-
7 tam dicti prædij, adhuc tamen niſi Iudex expreſsè dixiſſet, de quo non conſtat, non feciſſent fructus ſuos, ſed illos in ſortem imputare tenerentur, *Gloſ. 1. in l. fulcinius, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. & in d. l. ſi finita, §. ſi plures, in verb. prius prope fin. verſ. effectus primi decreti*, & ibi *Bart. in §. Iulianus, num. 50. ff. de damn. infect. Cyn. in l. eum in proponas. num. 17. verſ. tamen in hoc, C. de bon. auth. iud. poſsid. Papien. in forma reſponſionis rei conuenti num. 18. Aff. ſect. ſuper conſtit. regn. lib. 1. rub.*
A 97. *de pœna contumaciæ, §. contumacem, num. 3.* A,
8 quia non poſſent dici poſsidere, vt poſt plures relatos, *Menoch. de retin. remed. 3. num 178. cum pluribus ſequentibus.* Nec releuat, dictos fructus fuiſſe debitos vti
9 recompenſatiuos ratione fructuum amiſſorum ex dicto prædio Montis Cornu per Venturinos empto, & illis (vt dicitur) euicto ex æquitate, *l. curabit, C. de action.* Quia omiſſo, quòd non conſtat de prætenſa eui-
10 ctione, quæ non dicitur ſequuta niſi re ablata, & ſic facta executione ſententiæ latæ ſuper euictione, *l. 4. in princ.* cum ibi not. *ff. de act. empt. l. ſi ſeruus venditus, verſ. vndè Iulianus, & l. habere licere, ff. de euict. l. qui rem, C. eod. Gloſ. magna in l. at qui natura, §. cum me abſente,* & ibi etiam *Bart. num. 1. verſ. quia etiam, ff. de neg. geſt. Alex. conſ. 4. num. 1. vol. 3.* & tanto minus ſi lis fuiſſet
11 in Saluiano, quia cum per illud ſola detentio auocetur, *vt per tex. in l. ſi cum venditor, ff. de euiction. Caballin. in eod. tract. §. 3. quæſt. 17. num. 152. & §. 5. num. 44.*
B agi non poteſt de euictione. B, *Bart. in l. 3. num. 1.*
12 *ff. de act. emp. Socin conſ 99. num. 8. verſ. confirmatur hoc idem, vol 2. & Ceph conſ. 168. num. 5.* Quin potius ex dicta ſententia, cuius vigore per Balium fuit capta tenuta prædij ſancti Martini, apparet, nullam ſequutã fuiſſe euictionem, dum declaratur, Lupatellos teneri, & obligatos eſſe ad ſuſcipiendum in ſe litem motam contra
13 emptores, & ideo euictione realiter non ſequuta de illa agi non poteſt, *l. ſi plus, §. mota ff. de euict. l. qui rem, C. eodem, Card. Seraph. deciſ. 321. num 4. & deciſ. 723. num. 3.* Ceſſare viſa fuit difficultas, quia Raynaldus fideiuſſor author dictorum de Lupatellis in caſum euictionis, præterquam à Fauſtina eius ſorore, promiſit
14 tantum, quòd Ludouicus reſtitueret pecunias pro quãtitate euicta, & ideo non tenebatur ad fructus, *l. fideiuſſores magiſtratum, in princip. & in §. pro Aurelio, & in l. ſi in pignore, ff. de fideiuſſ.* & in puncto tenuit Rota *in Aſculana, ſeu Ripan. pecuniaria* 13. *Martij* 1606. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Nec obſtat prætenſa concordia ſuper fructibus recompenſatiuis, quia de aliqua non conſtat, quod ſufficit pro reſponſione. Et additur præterea, quòd Venturini ad probandam eorum poſſeſſionem dicti prædij, & titulum illius coram A. C. producentes ſupradictam ſententiam, & tenutam illius vigore captam, necnon locationes per ipſos factas de dicto prædio, cum aſſertione, quòd illud fuit abla-

ablatum à Fauſtina tanquam de bonis Raynaldi fideiuſ-
ſoris Ludouici, referendo ſe ad dictam ſententiam, *vt in*
15 *dicto ſummario Venturinorum num.* 3. *&* 4. Quod ver-
bum, *ablatum*, importat ipſa Fauſtina inuita, *l.* 3. *§. non*
ſolum, & ibi *gloſ. in verb. abſtulit, ff. de incend. ruin &*
naufr. l. vulgaris in princ. ff. de furt. ex hoc concluden-
ter fateri videntur, ſe non poſſediſſe titulo dationis in
16 recompenſam, nec præſumitur mutatio tituli *l. ſiue poſ-*
ſidetis, C. de probat. l. ſi certis annis, C. de pact. & vtrobi-
que Scribentes, nec aliqua nouatio, *l. vlt. C. de nouat.*
cum alijs per *Gabr. eodem tit. concluſ.* 1. *in princip. & Ro-*
ta deciſ. 456. *par.* 1. *& deciſ.* 30. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.*
Nec releuant teſtes *in ſummario de Venturinis* num. 5.
Quia & ſi probent, eos ſingulis annis percepiſſe ex di-
cto prædio tantam quantitatem fructuum, quantam
amittebant ex prædio ſibi euicto, non tamen probant,
dictos fructus datos fuiſſe in recompenſam, quin potiùs
illam excludunt, cum aſſerant, Venturinos illos perce-
piſſe propria auctoritate à colonis, quibus dictum
prædium ad laboritium locauerant. Quòd Ludouicus
dederit huiuſmodi fructus in recompenſam, non pro-
batur, & quatenus probaretur, non obſtaret Lupatel-
lis venientibus ex perſona Fauſtinæ, non Ludouici, cui
17 Fauſtinæ, vel eius ſucceſſoribus Ludouicus nocere non
potuit, *l. non debet, ff. de regul. iur. l. de pupillo, §. ſi plu-*
rium, ff. de nou. oper. nunciat. Tandem non obſtat, quòd
18 ſententia A.C. non reuocans primam ſententiam Pe-
ruſij fuerit nulla, *Caſſador. deciſ.* 1. *num.* 4. *de ſequeſtr.*
poſſ. & fruct. & fuit dictum *in Peruſina dotis* 9. *Aprilis*
1607 *coram bon. mem. Fenia, & in Boianen beneficij* 6.
Iunij 1614. *coram me.* Quia iſtæ ſententiæ in nullo
ſibi contrariantur, imò ad inuicem ſe compatiuntur;
illa enim, quæ lata fuit Peruſij, condemnat Ludouicum,
& Fauſtinam ad ſuſcipiendam litem, &c. & obſeruanda
omnia, & ſingula promiſſa in inſtrumento venditionis,
declarando, quòd terminato iudicio, & lite mota con-
tra Venturinos dictum inſtrumentum tanquam purum,
& liquidum ſit exequen. cum relaxatione mandati in
19 forma: quod eſt intelligendum, prout de iure, *l. miles.*
§. decem, ff. de re iudic. Alexand. conſil. 46. *num.* 3. *volum.*
5. *Aym. conſil.* 74. *num.* 9 *Rota deciſ.* 550. *num.* 5. *par.* 1.
diuerſ. Card. Seraphin. deciſ. 684. *num.* 3. & ſic quod ſe-
quuta euictione, & ſeruatis ſeruandis Ludouicus, vel
Fauſtina cogendi ſint reſtituere pretium fundi euicti;
ſententia verò A.C. præſupponens creditũ dd. de Ventu-
rinis contra Fauſtinam, & illius hæredes mandat in il-
lud imputari fructus ex dicto prædio perceptos poſt
20 ſententiam latam Peruſij, quæ compenſatio habet vim
ſolutionis, *l. ſi debitor, ff. qui pot. in pign. hab. Bart. in*
l. amplius non peti, num 8. *ff. rem rat. hab. Bald. in l.* 2.
num. 1. *C. de compenſat. Guid. pap. deciſ.* 567. *in princip.*
Afflict. deciſ. 121. *num.* 4. *Tiraquell. de retract. lign. §.* 3.
gloſ. 3 *num.* 2. *Rot. deciſ* 84. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 7.
num. 1. *par.* 2. *diuerſ.* & ſic vna ſententia non eſt con-
traria alteri, in quibus terminis loquuntur in contra-
rium allegata. Quo verò ad aliud caput ſententiæ A.C.
continens liquidationem fructuum, illa non impugna-
tur à Venturinis, & nihilominus optimè iuſtificatur;
quantitas enim, & qualitas dictorum fructuum depre-
henditur ex ſeptima poſitione Venturinorum, & depo-
ſitionibus teſtium ſuper illa, *vt in ſummario de Lupa-*
tellis num. 6. Nam ex pluribus quantitatibus fructuum,
quos dicunt Venturinos ex dicto prædio ſingulis annis
percepiſſe, ducto calculo, etiam ad rationem minoris
quantitatis expreſsè completur ſumma in dicta ſenten-
tia contenta.

Et ex his fuit ita deciſum.

ANNOTATIO.

A *Surd. conſil.* 194. *ſub num.* 10. *verſ atque adeo*, & alle-
gata hac deciſione fuit dictum in *Leodien dominij de Hollo-*
nia 24. *Maij* 1624 *coram R P. D. meo Merlino, & co-*
ram eodem in Ariminen. ſpolij 2. *Iunij* 1627.

B Quòd per ſolam immiſſionem vigore Saluiani non dicatur
factus locus euictioni, quia per Saluianum ſola detenta-
tio auocatur, non autem poſſeſſio, præter hic allegatos
Pacific. de Saluian inſpect 4 *cap.* 1. *num.* 146 & allegata
hac deciſione fuit dictum in *Bononien fideicommiſſi de*
Lambertinis 13. *Maij* 1623. *coram Illuſtriſſimo D. meo*
Cardinali Veroſpio. & in Romana ſpolij 10. *Decembris*
1627. *coram R P. D meo Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rauennaten. bonorum.

Lunæ 24. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Statutum Rauennæ *ſub rubr.* 11. *&* 13. excludit fœminas propter maſculos, etiam ab hæreditate alterius fœminæ. Sententia lata poſt deſertam appellationem quando ſit valida. Itẽ ſententia lata contra mortuum valet, ſi de morte in proceſſu non conſtet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum relatum eſt in referente, & vna illius pars per aliam declaratur.*

2 *Statutum per aliud declaratur, etiam quando prohibita eſt interpretatio, & ordinatum, vt ſtatuta intelligantur ad literam.*

3 *Statutum excludens fœminas redditur minùs odioſum, ſi ipſis aliquid reſeruet.*

4 *Poſſeſſor malæ fidei non excuſatur à reſtitutione fructuum poſt motam litem perceptorum.*

5 *Sententia lata poſt deſertam cauſam appellationis eſt nulla.*

6 *Clauſula*, quam, & quas, *operatur, vt ſententia ferri poſſit, prout in prima.*

7 *Clauſula*, Non ſolùm iſto, ſed etiam omni meliori modo, *ſaluat ſententiam eo modo, quo ferri potuit.*

8 *Sententia lata poſt mortem valet, quando in proceſſu non conſtat de morte, nec illa Iudici allegata fuit.*

9 *Lis, & inſtantia cum defuncto tranſit ad hæredes.*

10 *Mandatum non expirat morte mandantis, quando in eo adeſt clauſula*, releuans, &c. cum ſatiſdatione, &c. *adeo, quòd procurator pro hæredibus ſententiam obtinere poteſt.*

11 *Sententia lata contra defunctum quando ſuſtineatur.*

DECISIO CCXLI.

CENSVERVNT Domini confirman. eſſe ſententiam Rotalem, quæ quoad iuſtitiã nullam viſa fuit habere difficultatem Quòd enim fratres patrueles admittantur ad ſucceſſionem conſobrinæ ab inteſtato defunctæ excluſa eius ſorore, eſt expreſsè, & in verbis deciſum ex Statuto Ciuitatis Rauennæ ſub *rubr.* 11. *&* 13. & quicquid ſit an illud *ſub rubr.* 11. loquatur in ſucceſſione paſſiua fœminarum, tamen rubr.

13.

Digitized by Google

13. clariſſimè de illa diſponit, & in defectu aſcenden-
tium, & deſcendentium, de quibus in eo vocat proxi-
miores agnatos iuxta ſancita in dicto Statuto ſub *d.*
rubr. 51. in quo expreſsè legitur, excluſas eſſe ſorores,
vt alias fœminas tranſuerſales per agnatos vſque ad
quartum gradum; & ſic habemus caſum ſtatuti pro
agnatis, ſiuè per relationem ad præcedens, cum ſtatu-
1 tum relatum ſit in referente: ſiuè per combinationẽ vtri-
uſque ſtatuti, *cap. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſtat. Gloſ.*
in l. proſpexit, in verb. lex ſcripta, verſ. & hoc niſi alia lex,
ff. qui, & à quibus, latè Euerar. in loco à coniunctione, ſiuè
combinatione duarum legum; ſiue etiam ex eo, quòd vnum
2 per aliud declaratur, etiam quando prohibita eſt in-
terpretatio, & ordinatum, vt ſtatuta intelligantur ad
literam. *Alex. conſ.* 80 *viſo, & opportunè num.* 5. *verſ.*
confirmantur, lib. 5. *Dec. in l. fin. num.* 3. *verſ. & licet*
ſtatuta, C. de aden. Ancharan. conſ. 412. *ſub num.* 2.
verſ. nõ obſtat ſi dicatur, Oſaſch. deciſ. Pedemont. 167. *num.*
17. *verſ. nec enim eſt, & num.* 18. ſemper enim conſtat,
hoc ſecundum ſtatutum voluiſſe excludere fœminas à
ſucceſſione paſſiua, etiam fœminarum, extantibus agna-
tis proximioribus vſque ad quartum gradum, eo modo,
quo illas excluſerat in primo à ſucceſſione maſculorum,
& ſic tollere voluiſſe omnem ambiguitatem, ſi quæ oriri
potuiſſet ex primo, ſuper qua valde laborarunt infor-
mantes pro ſorore. Ex quibus ceſſat, quòd iſta ſit exten-
3 ſio, quæ non procedat ab excluſione matris, cui reſer-
uatur legitima, propter quam reſeruationem ſtatutum
redditur minus odioſum, *Bald. conſ.* 415. *num.* 2. *verſ.*
iſtud enim, lib. 2. ad excluſionem ſororis, cui nihil re-
ſeruatur; & quia caſus vti omiſſus remaneat in diſpo-
ſitione iuris communis, vt diſponunt dicta ſtatuta,
quæ etiam excludunt omnem interpretationem, & vo-
lunt, & debent intelligi literaliter. Qoia hic nulla ſit
extenſio, nec interpretatio, caſus enim oculis corpo-
reis legitur expreſsè; & literaliter in dicto Statuto 13.
deciſus ex ſupradictis; nec prohibetur interpretatio de-
ſumpta ex alio ſtatuto, ad ſuperius adducta, & ſtatutum
excludens matrem, cui in certis tantùm caſibus, vt pu-
ta extan. fratribus ex vtroque parente tantùm, exiſten.
vidua, reſeruat legitimam, eſt magis odioſum, quia ne-
dum hæreditatem, ſed etiam legitimam quoque auſert
debitam contra voluntatem defuncti; & ad corrobo-
rationem præmiſſorum placuerunt Dominis deciſiones
in hac eadem cauſa factæ 16. *Decembris* 1613. *&* 9. *Fe-*
bruarÿ 1615. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, quæ plenè
ſatisfecerunt. Non obſtat, quòd ſententia ſit notoriè in-
iuſta, quia condemnat ad fructus à die motæ litis, cum
tamen Iacoba eſſet immiſſa authore Prætore, & illi data
manutentio à Rota. Quia ex hoc non excuſatur à re-
ſtitutione fructuum poſt motam litem perceptorum,
cum fuerit in mala fide conſtituta, *l. certum, vbi Gloſ. in*
verb. vniuerſ. C. de rei vendic. Quò verò ad caput vali-
ditatis Dominis viſum fuit, non obſtare nullitates oppo-
ſitas. Nam prima, quòd ſententia fuerit lata poſt de-
5 ſertam cauſam appellationis, & ſic nulla, *Gabr. conſ.* 54.
num. 1. *lib.* 1. *Mobed. deciſ.* 9. *de appell.* tollitur; quia
fuit lata tanquam in prima, vt patet, qoia declarat, eſſe
6 factum locum ſtatuto, &c. prout ferri potuit propter
clauſulam, *quam, & quas, Cardinal. Seraph. deciſ.* 1241.
num. 2. *&* 1327. *num.* 2. *verſ. his tamen non obſtan.* &
fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 9. *Decembris*
1596. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, &* 14.
Decembris 1598. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*, &
aliàs ſæpe. Et licèt Iudex pronunciauerit benè appel-
latum, & malè iudicatum, tamen non ſe reſtrinxit ad
cauſam appellationis, vt ex ipſa ſententia, in cuius fi-
ne dicit, quòd pronunciat, non ſolùm modo prædicto, ſed
etiam omni alio meliori modo, quæ clauſula, ſaluat ſen-
7 tentiam eo modo, quo potuit ferri iuxta diſtinctionem
Rotæ, de qua per *Verall. deciſ.* 124. *per tot. par.* 1. *Put.*
deciſ 124. *num.* 2 *lib.* 2. *ſecundum nouiſſimam impreſ-*
ſionem, & fuit dictum in Romana penſionis 21. *Iunÿ*
1613. *coram me*. Secunda verò nullitas ex eo, quòd di-
8 citur, ſententiam latam fuiſſe poſt mortem Petri, ceſ-
ſat cum in proceſſu non conſtet de huiuſmodi morte,
nec illa fuerit Iudici allegata, ſecundùm *Gaud. pap. quæſt.*
86. *Procurator dominus ſub num.* 2. *verſic. ſi verò non*
conſtat, vbi ait, ſic ſeruari in Curia parlamenti, *Rebuff.*
in conſtit. tom. 3. *de ſenten. artic. vlt. Gloſ. vnica num.* 10.
verſ. etiam ſi vterque mortuus ſit, Becc. conſil 110. *ſenten-*
tia lata, per tot. & præcipuè ſub num. 1. *verſic. ſed præ-*
miſſis, & num. 2. *Coſta de facti ſcientia, & ignor. cent.*
2. *diſtinct.* 74. cum alijs per *Gail. pract. obſer. lib.* 1. *ob-*
ſeruat. 109. *num.* 4. *verſic. quia de morte*, & hanc opi-
nionem procedere in prophanis teſtatur *Put. deciſ.* 186.
in fin. par. 2. *cum alleg. per Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
A 18. *num.* 32. A qui in fortioribus loquuntur de lata
contra mortuum; & ceſſat difficultas, quia in ſententia
non eſt nominatus mortuus, ſed eſt ad fauorem Leonar-
di, & litis conſortium, ſub quibus verbis veniunt hære-
9 des, ad quos tranſit lis, & inſtantia, *l. ſi familia, & ibi*
Gloſ. in verb. hæredes, ff. famil. erciſc. Paul. de Caſtr. in l.
ſi deceſſerit, ſub num. 5. *verſ. & licet, ff. qui ſatiſd. cogan.*
Mobed. in fortioribus terminis de ſingulari poſſeſſore
deciſ. 41. *aliàs* 1. *de iudic.* & quorum erat procurator
Eques Leonardos propter clauſulam in mãdato procu-
ræ Petri, *releuans, &c. cum ſatiſdatione, &c.* quæ ope-
10 rantur, vt illud non finiatur morte, *l. ſi defunctus, in*
princip. vbi Bart. in ſolut. ad ſecundam oppoſitionem, ff.
de procur. Gabr. eodem tit. concluſ. 2. *num* 11. *verſ. pri-*
mò limita, & num. 13. &, vt pro hæredibus poſſit ob-
tinere ſententiam, *Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. &c.*
ſub num. 106. *verſic. vel Dominus, de iudic. ſolu*m*. & Becc.*
dicto conſ 110. *ſub num.* 3. *verſ. poſſet etiam dici*.
Et ex his fuit deciſum pro confirmatione ſententiæ.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictũ infra *deciſ.* 851. *num* 5. ſuſtinetur etiã ſen-
55 tentia lata contra defunctum, ſi concipitur contra procu-
ratorem dominum litis effectum, *Caſſad. deciſ vlt. vt lit.*
pend & deciſ. 2. *num.* 4. *de appellat. Mantic. deciſ* 213.
num. 4. *Saluſt in praxi lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 28 *Vant de nul-*
lit. ex defectu iuriſd ordin num. 106. *Gratian diſcept.* 18.
num 25. ſententia tamen formari debet non contra pro-
curatorem procuratorio nomine, ſed contra talem pro-
curatorem quond. talis defuncti tanquam dominum litis
effectum, ſecundùm practicam, quam tradunt *Surd conſil.*
99. *num* 22. *&* 24. *Saluſt. d. cap.* 13. *num.* 28. & prout
etiam ſeruatur in Curia licet contrarium adſtruere cone-
tur, *Bellon Iun. conſil* 65. *à num.* 59. infra videlicet ſuffi-
cere, ſi feratur contra procuratorem procuratorio nomi-
ne. Verùm prædicta non habent locum in beneficialibus in
quibus licèt ſit conteſtata lis, per mortem mandantis expi-
rat mandatum, & procurator reuocatur etiam ſi domi-
nus litis fuerit effectus, *Put. deciſ* 182. *in correct. Mantic.*
d. deciſ. 213. *num.* 5. Item ſuſtinetur ſententia lata contra
vnum viuum, & alterum mortuum, *Gabr conſil.* 56. *num.*
15. *lib.* 1. prout ſuſtinetur etiam, quando defunctus eſſet
citatus ad ſententiam ante mortem, *Gratian. d. cap.* 18.
num. 27.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Giennen. Canonicatus.

Veneris 28. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Canonicatus per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, an, & quando ſit reſeruatus. Prouiſus ab Ordinario & poſſidens eſt legitimus contradictor aduerſùs gratioſè ſubrogatum, ita vt agendum ſit ordinariè, non executiuè.

SVMMARIVM.

1 *Menſis Iunij ſemper eſt ordinarius, & fixus.*
3 *Canonicatus per aſſecutionem ſecundi incompatibilis regulariter non eſt reſeruatus.*
3 *Reſeruatus eſt Canonicatus vacans per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, quando collatio ſecundi facta fuit à Papa, ſecùs tamen ſi ab Ordinario.*
4 *Reſeruatio quo caſu intret in beneficijs vacantibus per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, & quando prouiſio facta fuit ab Ordinario, vel alio collatore.*
5 *Subrogatio gratioſa ceſſat, reſeruatione ceſſante.*
6 *Prouiſus ab Ordinario, & poſſidens eſt legitimus contradictor contra prouiſum Apoſtolicum gratioſè ſubrogatum, nec contra eum procedi poteſt executiuè, ſed agendum eſt ordinariè.*

DECISIO CCXLII.

CENSVERVNT Domini, Ioanni non
eſſe dandam immiſſionem in vim gratio-
ſæ ſubrogationis; Nam Canonicatus, de
quo agitur, non eſt reſeruatus ratione
menſis, cum vacauerit de menſe Iunij,
qui ſemper eſt ordinarius, & fixus: nec
1 ratione litis, vel alterius affectionis, minùſque ratione
incompatibilitatis, ex eo quòd Balthaſſar, qui illum ob-
tinebat in Eccleſia de Vbeda, fuerit de alio Canonicatu
Magiſtrali vacante prouiſus in Eccleſia Pacen. poſſeſ-
ſione ſubſequuta; quia extrauagans *execrabilis*, in qua ſe
fundat Ioannes, loquitur tantùm de dignitatibus, per-
ſonatibus, vel officijs, aut alijs beneficijs curatis, non
2 autem de Canonicatibus, vt patet ex §. *qui verò dein-
ceps*; & licèt per extrauagantem *ad regimen.* ſint reſerua-
ti etiam Canonicatus per aſſecutionem ſecundi incom-
patibilis, id tamen procedit quando ſecundus incom-
3 patibilis fuit collatus à Papa, vt expreſsè habetur in
dicta *extrauag. ad regimen, ante fin. verſic. necnon
etiam*, confirmata per Conſtitutionem S. D. N. editam
die 25. Februarij 1609. *in princ. ante verſ. & cui fide di-
gnorum*, vbi autem ſecundus collatus fuit ab Ordinario
in ſuo menſe (prout hic fuit Balthaſſari) tunc primus
ſub reſeruatione non cadit, vt declarat *Gonzal. ad reg.* 8.
gloſ. 15. §. 2. *nu.* 13. & 14. & *gloſ.* 51. *nu.* 36. Nec obſtat,
quòd intrat eadem reſeruatio, etiam quando prouiſio
4 facta eſt ab Ordinario, & quocunque alio collatore iuxta
dictam Conſtitutionem Sanctiſsimi *poſt d. verſ. & cui,
&c. & Rat. in Concben. decimarum* 9. *Februarij* 1611.
coram R. P. D. meo Vbaldo. Quia tàm conſtitutio,
quam deciſio prædictæ loquuntur in longè diuerſis ter-
minis, videlicet, quando prouiſus de aliquo beneficio
ante illius aſſecutionẽ aliud cum eo incompatibile per
ipſum tunc obtentum reſignauit in fraudem reſeruatio-
nis, ne ſcilicet vacaret per aſſecutionem ſecundi: in hoc
enim caſu S. D. N. decreuit, quòd nihilominus pri-
mum ſic reſignatum, ſiue in eius manibus, ſiue Lega-
torum, Nunciorum, Ordinariorum, vel aliorum collato-
rum nulliter dicatur reſignatum, & remaneat reſerua-
tum; in caſu autem noſtro ſimplicis aſſecutionis ſe-
cundi incompatibilis abſque alia fraudolenta dimiſſione
primi præcedente, Sanctiſſimus nihil innouauit, ſed in-
duxit eandem reſeruationem, de qua in dicta *extra-
uaganti, ad regimen*, vt patet in princip. veſtigijs fel.
rec. Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontifi-
cum prædeceſſorum ſuorum inhærendo. Et ideo ceſ-
ſante reſeruatione, ceſſat etiam virtus ſubrogationis
5 gratioſæ, vt in Rota ſeruatur; & Franciſcus prius proui-
ſus ab Ordinario, & poſſeſſor eſt legitimus contradi-
6 ctor, nec contra eum poteſt procedi executiuè, ſed eſt
agendum ordinariè, & ille obtinere debet, qui potiora
iura habere probauerit *iux. doctr. Bart. in l. fin. num.*
21. *verſ. ſi autem comparet aliquis, C. de edict. Diu. Adr.
&c.* & fuit dictum in *Elnen. præceptoria* 10. *Iunij* 1611.
*coram Reuerendiſsimo Domino Lugdunen. & in Paderbo-
nen. Canonicatus* 28. *Nouembris* 1608. *coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano*. Nec refert, quòd prouiſio Ordina-
rij ſit poſterior prouiſione Papæ, etiam ſi Papa voluiſ-
ſet præuenire, cum de hoc ſit agen. in iudicio ordinario,
vt dicitur *in dicta Paderbonen.*

Et ex his fuit vt ſupra deciſum vtraque parte infor-
mante, &c.

Beneuentana domus.

Veneris 28. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Tranſumptum non legitimè extractum plenè probat concurrentibus adminiculis, quorum plura hìc traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum non legitimè extractum ſolum, & de per ſe non plenè probat, ſed tantum indicium facit.*
2 *Exemplo non legitimè extracto, iunctis adminiculis, & præſumptionibus plena fides præſtari poteſt; & in quibus alijs caſibus probet ſimplex exemplum, vide num.* 11.
3 *Exemplum factum ab eo, qui ſcripſit originale, probat.*
4 *Notarius legatario petenti copiam teſtamenti non tenetur edere, niſi particulam legati, & inſtitutionis hæredum.*
5 *Res inter alios acta facit adminiculum ad coadiuuandum fidem tranſumpti.*
6 *Obſeruantia multam tribuit fidem tranſumpto, licèt non ſolemni.*
7 *Confeſſio auctoris per illius ſucceſſores impugnari non poteſt.*
8 *Sententia ex actis iuſtificari non debet, quando non agitur de illius executione.*
9 *Subſcriptio Notarij vbi eſt obſcura, ſufficit, ſi ſubſtantia, & veritas illius colligi poſſit.*
10 *Inſtrumentum ſi tempore productionis illius fuerit intelligibile, non nocet, ſi poſtea legi non poſſit.*

DE-

DECISIO CCXLIII.

D. perſiſten. in reſolutione facta coram R. P. D. meo Pamphilio 28. Iunij 1613. dixerunt, tranſumptum teſtamenti q. Ioannis Iacobi eſſe in forma probanti, conſequenter eſſe probatam ſubſtitutionem ad fauorem Eccleſiæ Sancti Spiritus vocatæ ad domum, & apothecam, de quibus agitur, cuius caſus euenit per mortem Deſiatæ legatariæ: qui eſt effectus dubij propoſiti; & in primis ſuppoſitum fuit, conſtare de exiſtentia teſtamenti d. q. Ioannis Iacobi, in quo hæredes inſtituit Antonium eius fratrem, & Ioannem Baptiſtam nepotem, & de pluribus legatis in eo factis, & illud per mortem dicti Io. Iacobi fuiſſe confirmatum, ac etiam hæredes ſucceſſiſſe: & de ſolutione, ac executione reſpectiuè plurium legatorum in eo contentorum, de quibus infra, quæ nec in dubium reuocari poſſunt, nec reuocari videntur ex parte illorum de Cariſſimis. Quo ſic firmato, quatenus dici poſſet (citra tamen veri præiudicium) exemplum teſtamẽti pro dicta Eccleſia exhibitũ non fuiſſe legitimè
1 extractum, & ideo ſolum, & de per ſe nõ plenè probare, ſed tantùm indicium facere, *Oſt. in cap. fin. de fid. inſtr. Bald. conſ.* 204. *num.* 7. *vol.* 3. poſt not. communiter per Scribentes *in authent ſi quis in aliquo, vbi Alex. num.* 6. *in fin.* & de communi *Bolog. num.* 25. *C. de aden. poſt Dec. num.* 21. *in fine, deciſ. Genuen.* 15. *num.* 14. Tamen iunctis adminiculis, & præſumptionibus plena poteſt præſtari fides, *Oſt. in d. cap.* 1. *in fin. Bald. conſ.* 300. *num.* 6 *verſ. preterea lib.* 4. *Verall. deciſ.* 234. *num.* 2. *par.* 1. *Io. Paul deciſ.* 69. *de fid. inſtrum. in manuſcr. Card. Seraph. deciſ.* 1191. *num.* 2. *dicta deciſ. Ianuen.* 15. *num.* 14. *Menoch. conſ.* 934. *num.* 35. *& Rota in Vratiſlauien. matrimonij* 27. *Nouembris* 1609. *coram R. P. D.*
A *meo Cauſerio*. A, In propoſito autem viſum fuit concurrere adminicula, coniecturaſque, & præſumptiones ſufficientes ad præſtan. fidem dicto tranſumpto, ex ſequentibus. Primò namque illud habet annum, menſem, diem, indictionem, Pontificatum, locum, & locum loci conditi teſtamenti, numerum teſtium requiſitum, hæredum inſtitutionem, cum ſubſcriptione Antonij Flori Notarij de eo rogati, & ſic omnia ſubſtantialia, ex quibus reſultat, illud fuiſſe extractum ex originali exhibito del 1593. coram Vicario Beneuentano eius iuſſu præcedenti ad inſtantiam vnius ex Canonicis dictæ Eccleſiæ per Franciſcum Arigonum cuſtodem rogituum dicti Antonij defuncti, & per duos teſtes optimè recognito, deponentes etiam de Notariatu, fide, & legalitate dicti Antonij: idemque tranſumptum concordat cum inſtrumento legatorũ factorum Menichellæ vxori, & Io. Franciſco nepoti teſtatoris per d. Antonium viuentem publicato, & dato extra, in quo inſerta eſt inſtitutio dictorũ Antonij, & Io. Baptiſtæ ſcriptum, & ſubſcriptum cum ſigno tabellionatus, & in iudicio productum, & ſuper quo ad fauorem dd. legatariorum fuit pronuncia-
3 tum, *vt in ſummario dicta Eccleſiæ num.* 1. Et de cuius fide dubitari non poteſt, vt in dicta *auth. ſi quis in aliquo, teſtantur, Alex. num.* 5. & de communi *Dec. num.* 15. *&* 16. *Iacobin. num. . . . Purpurat. & Bolognet. num.* 18. Nec quicquam facit, quòd in eo non contineantur legata aliarum perſonarum, & præſertim dictæ domus, & apothecæ; quia illud fuit factũ ad inſtantiã dictorum Menichellæ, & Io. Franciſci tãtùm, vt in eo expreſsè legitur, de quorũ medietate ante experti sũt in iudicio,
4 nec neceſſe habebant totum teſtamentum producere, imò Notarius nõ tenebatur ædere, niſi particulã legatorum, & inſtitutionis hæredum, *Bart. in l. ſecunda, §. fin. ff. quemadm. teſt. aper. & in l. argentarius §. edi, ff. de edendo, Caſtr. poſt Cyn. l. fin. nu.* 3. *C. de prec imper. off. r. & ibi Iaſ. num* 3. *Angel. in d. l. argentarius, §. ædi, & ibi Iacobin. num.* 4. *ff. de aden. not. ſcriben. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. & Alex. num* 37. *Bolognett num.* 144. *Dec. cap. exemplum, num.* 288. *extr. de probat.* præſertim ad euitandã maiorem impenſam mercedis notarij, ſi dediſſet totum teſtamentum authenticum, cum alijs legatis, vt eſt notiſſimum; imò in dicto inſtrumento idem notarius atteſtatur, dd. legata fuiſſe ſumpta ex illo teſtamento inter cetera legata in eo contenta. Secundum adminiculum reſultat ex inſtrumento reuocationis legatorum, de quibus in dicto teſtamento ad inſtantiam Lucæ mariti dictæ Deſiatæ, ac hæredum prædictorum, falsò (vt declaratum fuit) fabricato, & ex confeſſionibus dictæ falſitatis factis per dd. hæredes in cauſa criminali in tribunali Gubernatoris Beneuentani reiteratis in precibus porrectis pro obtinenda gratia ab huiuſmodi delicto, ad quam admiſſi fuerunt, cum compoſitione pecuniaria, & ex ſententia in d. tribunali lata ſuper dicta falſitate, de quibus omnibus *in dicto ſum-*
5 *mario num.* 6. 7. *&* 8. 9. 10. 11. quæ licèt inter alios, faciunt tamen aliquod adminiculum ad coadiuuandum fidem tranſumpti, *Put. deciſ.* 349. *num.* 5. *lib.* 2. *in nouiſſ.* Tertiò ex obſeruantia contentorum in dicto teſtamento iuxta tenorem tranſumpti in pluribus alijs partibus, præſertim ex aditione hæreditatis illius vigore facta per dictas hæredes ſcriptas, ex productione legatorum in iudicio per dictos Menichellam, & Ioannem Franciſcum pro illorum conſecutione, & pronuncia ad eorum fauorem ſecuta, & poſſeſſione capta, *vt in proceſſ. de part. fol.* 110. *&* 111. ex productione ſimili legati ſcutorum 45. dictæ Eccleſiæ Sancti Spiritus facti, illius ſolutione, & ſimiliter traditione domus, & apothecæ facta per dictas hæredes dictæ Deſiatæ legatariæ, de quibus omnibus *in ſummario dicta Eccleſia num.* 2. 6. 10. *&* 15. in dicto inſtrumento memorati in dicta concordia *in proceſſ. fol.* 120. *& ſeqq.* tandem ex quictantia facta inter dd. Antonium & Io. Baptiſtam hæredes ex d. teſtamento de omnibus bonis hæreditatis hinc inde pro æquali portione, de qua *in d. proceſſ. fol.* 91. *à tergo.* Obſeruantia autem huiuſmodi multam tribuit fidem dicto
6 tranſumpto, licèt non ſolemni, *Bald. conſ.* 400. *num.* 5. *lib.* 4. *Aym. conſ.* 40. *num.* 16. *&* 17. *& conſ.* 66. *num.* 10. *&* 11. *& conſ.* 150 *in princ. & in tract. de antiq temp. par.* 1. *in* 4. *limit. num.* 17. *&* 18. *Card. Seraph. d. deciſ.* 1192. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 598. *num.* 5. *& deciſ.* 375. *num.* 4. & latè cumulat *Nicol. Gen tract. de ſcript. priuat lib.*
B 1. *cap.* 4. *num.* 73. *& ſeq* B, & in ſpecie in teſtamento *in Amerina bonorum* 23. *Februar.* 1587. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, & de obſeruantia ex ſolutione legatorum *deciſ. Flor. Magon.* 58. *num.* 21. *&* 22. *Aym. vbi ſupra de antiquit. tempor. num.* 16. *verſic. vel producitur*, pro quibus facit *deciſ. Rotæ* 636. *num.* 2. *par.* 1. *in nouiſſ.* Quartò magis in ſpecie de legato domus, & apothecæ facto in d. teſtamento dictæ Deſiatæ ex eius confeſſione mediante Luca eius viro, & procuratore in inſtrumento concordiæ initæ cum hæredibus del 1569. *in dicto ſummario num.* 12. in quo expreſsè dicitur, fuiſſe factum relictum dictæ domus, & apothecæ in dicto teſtamento ad fauorem dictæ Deſiatæ, quinimò hæredes tradidiſſe in d. concordia ex alio inſtrumento ibi, memoriale celebrato delli 1567. 11. Octobris quod eſt regiſtratum in proceſſu primæ inſtantiæ *fol.* 120. *& ſeq.* in dicta concordia de nouo cedit ad cautelam liberè eiſdem Deſiatæ, & Lucæ, cum remiſſione ſcutorũ ſex annuorũ in dicto primo inſtrumento reſeruatorum dictis hæredibus; confeſſio autem dictæ De-

7 ſiatæ, & Lucæ eius viri non poteſt impugnari per dictos de Cariſſimis illius ſucceſſores titulo emptionis, *ad vulg. doctr. Bart. in l. ſi ſuperatus, ff. de pign. cum pluribus per Peregr. de fideicom. art. 53. num. 36.* quod eſt indubitatum, quia huiuſmodi confeſſio præcedit emptionem dd. de Cariſſimis, quæ fuit del . . . . . vſque ad quod tempus dd. domus fuerunt poſſeſſæ per d. Deſiatam legatariam, & Lucam coniuges: conſequenter talis confeſſio nocet Marcello ſucceſſori eorundem de Cariſſimis. Subſtitutio autem dictæ Eccleſiæ poſt mortem Deſiatæ in dicto teſtamento iuxta dictum tranſumptum probatur ex confeſſione Antonij vnius ex dd. hæredibus in dicta cauſa criminali, & ex dicta ſententia in eadem lata, per quam fuit declaratum, domum, & apothecam huiuſmodi ſpectare ad dictam Eccleſiam in vim dicti teſtamenti, poſt obitū tamen Deſiatę, quę ſententia fuit approbata per dictas hæredes, mediātibus precibus porrectis pro obtinenda gratia, ad quam admiſſi fuerunt cum pecuniaria compoſitione, & fuit etiam lata cum dd. de Cariſſimis, & Marcello eorum ſucceſſori,
8 vt ex eius lectura. Nec viſum fuit DD. opus eſſe illam iuſtificare ex actis: tum quia modò non agitur de illius executione, ſed de adminiculanda fide dicti tranſumpti, in quo legitur dicta ſubſtitutio ad fauorem Eccleſiæ; tum etiam, quia datur *in ſummario num.* 16. quædam receptio vnius ex Cariſſimis dicti proceſſus criminalis; & licèt præmiſſa fortè non ſufficerent de per ſe ad probandam dictam ſubſtitutionem: tamen longè ſuperant pro adminiculis, & præſumptione vehementi, ex quibus DD. induxerunt eorum animos ad pręſtandā fidem dicto tranſumpto. Non obſtat, quòd ſubſcriptio Cochiliæ Notarij, qui fecit tranſumptum, non ſit legibilis; quia licèt in omnibus perfectè legi non poſſit; attamen ſatis ex
9 verbis, quæ legi poſſunt, & ſigno appoſito ſubſcriptioni ſubſtantia, & veritas illius colligitur, licèt cum difficultate, quod ſufficit *ad Gloſ. in l. 1. §. ſi roſa, in verbo muribus, ff. de bon. poſſeſſ. ſecun tab. & Gloſ. in cap. fin. in verbo iuſtam cauſam, de fid. inſtrum. Bald. in l. 1. num. 4. C. eod.* & quamuis hodie non poſſit legi, ſufficit ta-
10 men, quòd eſſet intelligibilis tēpore productionis illius, *l. vnic. ff. ſi tab. teſtam. extab. & ibi gloſ. in verbo prolatas, Bart. num. 2. Felin. in cap. ex literis, num. 16. verſ. nota nonò, de fid. inſtr.* cum alleg. per informantes, prout verè talis erat, cum fuerit pro tali recognita à tribus teſtibus in Curia examinatis diebus 9. Nouembris, & 4. Decembris 1612. maximè cum ſignum prædictum ſit conforme alijs ſignis poſitis in inſtrumentis per Cochiliam publicatis.

ANNOTATIO.

A *Rota deciſ 268 num. 6 in impreſſ poſt Farinac. conſil tom. 2. Mareſcott. var. reſol lib. 1 cap 81. num. 5.* Probat etiam
51 tranſumptum ſimplex, quando fuit productū parte citata, quæ in termino ad dicendum contra nihil oppoſuit; quia tunc nō poteſt amplius illud impugnare, *Felin. in c. quoniam contra, num 52 de probat & in cap. 2. num. 31. in fine de teſtib Put deciſ 155 par. 1. in correct Mareſcott d. cap. 81. num 9 Verall deciſ 5. num 5 par. 3* & fuit dictum in *Mediolanen. decimarum 4. Iulij 1614. coram Andrea.* niſi tamen oppoſuerit generalia cōtra, per quam clauſulam præſeruatur ius excipiendi quandocunq; contra iura producta, *Verall deciſ 322. num 1. & 330 nu 4. par. 1. & deciſ 280. & 281 par 2 Veſtr. in praxi lib. 5. cap. vlt. num 10. Rot. deciſ 254. num 5 par. 1 diuerſ* cum alijs per *Mart. de clauſul par 1. clauſul 56. num. 6. Mareſcott d. cap. 81. num. 10.* Alium caſum, in quo exemplū repertum in Archiuio probat, vide apud eundem *Mareſcott. ibidem à num. 24. infra,* vbi declarat an & quando procedat. Quid autem ſit dicendum de exemplo exempli, vide infra *deciſ 290.*

B *Rota, hac deciſione allegata in Bononien bonorum 10 Iunij 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Vrbeuetana cenſuum 28 Iunij 1628. coram R P. D. meo Virili,* & auxilia ſupra *deciſ. 10. lit. F.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Collen. Hæreditatis.

Veneris 5. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Incolatus ex quibus contrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Domicilij mutatio regulariter non præſumitur.*
2 *Atteſtatio in forma ſimplicis fidei extraiudicialis, nec de iure, nec de ſtylo Rotæ attendenda eſt.*
3 *Domus retentio eſt præcipuum ſignum retentionis domicilij.*
4 *Incolatus vt contrahatur, requiritur animus perpetuò permanendi, & nunquam recedendi. Declara, vt num. 10.*
5 *Incolatus vt contrahatur, requiritur habitatio decennalis; & num. 11. & quando procedat, num. 12.*
6 *Incolatus non contrahitur ex decennali habitatione, quæ non ſit continua.*
7 *Mulier in Ciuitate ſui viri ſit ciuis ſolùm quoad domicilium habitationis.*
8 *Vxorem ducere an inducat ciuilitatem, & incolatum in loco vxoris.*
9 *Incola Vrbis dici nequit Curiam ſequens.*

DECISIO CCXLIV.

FVIT in hac cauſa primo loco ſub die 26. Februarij 1616. reſolutum conſtare, quod Marietta eſſet neptis ex fratre Marij defuncti, de cuius ſucceſſione agitur. Poſtea verò 10. Iunij eiuſdem anni, quòd non eſſet ab huiuſmodi ſucceſſione excluſa per Petrum Franciſcum eius fratrem, nec ex ſtatuto originis Ciuitatis Collen. nec Vrbis, vbi ſita ſunt bona, de quibus ſit controuerſia. Quam ſecundam reſolutionem Domini, præcedente etiam alia propoſitione ſub die 20. Februarij præteriti, hodie in omnibus confirmarunt. Et quo ad primam partem quòd non eſſet excluſa per dicta Statuta, placuerunt rationes, & authoritates in deciſione adductæ. Quo verò ad ſecundam partem prætenſi incolatus Petri Franciſci in Vrbe, ſuper qua tantùm partes videtur ſe hodie reſtrinxiſſe, cum
1 regulariter non præſumatur mutatio proprij domicilij, *ex allegatis per Menoch. præſumption. 42. num. 12. lib. 6.* Dominis vltra deducta in eadem deciſione, viſum fuit, dictum incolatum non fuiſſe probatum. Ad hoc enim vltra duos teſtes nulliter examinatos, & propterea non attendendos, adducuntur ſolùm depoſitiones aliorum duorum teſtium, & atteſtatio in ſcriptis Ciuitatis Collen. Atteſtatio autem, omiſſo, quòd tanquam in forma
2 ſimplicis fidei extraiudicialis nec de iure, nec de ſtylo Rotæ eſt attenden. præſertim cum nullam habeat ſubſcriptionem, nec ſigillum, nec etiam fuerit recognita, licèt dicatur facta ſub nomine Prioris, & Vexilliferi, nihil concludit de venditione ſtabilium, ex quo nulla

in

in ea ſpecificantur, & tamen plura ſunt relata per primum teſtem eiuſdem Petri Franciſci, iuxta 10. quinpotiùs in ea dicitur, illi remanſiſſe domum in dicta Ciuitate communem cum alijs fratribus, quam dictus teſtis vbi ſupra dicit eſſe *aſſai bona, e di valuta di mille fiorini in circa*. Domus autem retentio eſt præcipuum
3 ſignum retentionis domicilij, *Gloſ. in l. 2. in verb. conſtituerint*, C. *de incol. lib.* 10. *& poſt alios Menoch. conſ. 329. num. 36. verſ. & eſt tertia coniectura*. Et comprobatur, quia (vt conſideratum fuit in alia deciſione) idem Petrus Franciſcus, & fratres de anno 1603. (& ſic per quinquennium poſt eius diſceſſum è dicta Ciuitate, iuxta dicta atteſtationem) adiuerunt hæreditatem Marij, & illius inuentarium confecerunt, citatis etiam fœminis, & obtinuerunt, illas declarari excluſas vigore ſtatuti. Ex quibus clariſſimè conſtat de animo Petri Franciſci non deſerendi dictum domicilium originis, non autem perpetuò in Vrbe permanendi, & nunquam recedendi, qualis ad contrahen. incolatum requiri-
A tur, A *l. Ciues, & ibi Gloſ & Bart. C. de incol. lib.* 10. *Gloſ. in l.* 1. *in verb. incolam, C. de municip. eodem lib. Gabr.*
4 *conſ.* 189. *num* 20. *& pluribus ſeqq. lib.* 1. cum alijs in *Tudertina*, ſeu *Romana nullitatis obligationis 4. Iulij 1614. coram me*. Et quatenus huiuſmodi atteſtatio concluderet diſceſſum Petri Franciſci ex dicta Ciuitate decennio, & vltra elapſo, & venditionem bonorum, & non ſolutionem grauaminum ſolui ſolitorum per habitatores, quæ videri potuerunt per officiales, & alios dictæ Ciuitatis; non tamen poteſt concludere, fuiſſe contractum domicilium in Vrbe, vel alio loco, quod ab ijs videri non potuit, vt de ſe patet.

Nihil etiam faciunt prædicti teſtes, ex quibus prætenditur probari habitationem Petri Franciſci in Vrbe, & quòd non ſolùm verbis, ſed etiam factis declarauerit eius animum contrahendi in ea domicilium, & incolatum.
5 Nam habitatio non probatur ſaltem decennalis, prout
B requiritur B, *gloſ. in d. l. 2. in verb. conſtituerit, in fin. C. de incol. lib.* 10. *Odofr. in l. Ciues, in fin. verſ. ſimplex ergo, C. eodem, Menoch. d. conſ. 329. num. 34. & alij per eundem, de arbitr lib. 2. centur 1. caſ 86 num.* 15. & fuit dictum in deciſione facta ad fauorem Portiæ 25. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* Nullus enim ex eis recordatur de tempore, quo Petrus Franciſcus cœpit in Vrbe habitare, vt dicunt primus ſuper primo, ſecundo, & quarto, & iux. 12. & ſecundus iuxta 12. & ſuper primo, vltra quod primus ſuper primo deponit tantùm de auditu, *per publica voce, & fama tra li paeſani*: Et ſuper primo, & ſecundo, & iux. 12. dicit ſe veniſſe ad Vrbem de menſe Nouembris 1594. & Petrum Franciſcum poſt ipſum: & nihilominus Marius obijt del 1602. vt eſt in confeſſo apud partes, & ſic non poteſt dictam decennalem habitationem concludere, imò illa excluditur de tempore obitus d. Marij, de quo debeeet eſſe completa, ad hoc, vt Mariettæ auferri potuiſſet ius ſucceſſionis iam acquiſitum, ad ea, quæ dicta fuerunt in alia deciſione, *ſub. verſ. non obſtat prætenſus incolatus, in fin* Sed quatenus etiam habitatio per decennium probata eſſet, non tamen ſufficeret, cum non
6 probetur continua, prout deberet, *iuxta Gloſ. in d. l. 2. in verb. commeat. C. de incol. lib.* 10 *Cyn. in l. 2. verſ. quod verum credo, & in fin. verſ tamen iſta aſſidua conuerſatio, C. vbi Senat. vel Clariſſim. Angel. in l. lex Cornelia, num. 7. verſ. & attende, ff de iniur. & conſ. 27. num. 2. verſ. item non ex capite, Roland. conſ. 79. num. 52. verſ. dummodo tamen, lib. 3. Flamin. Rub. conſ. 7. num.* 36. Minùs ex dictis teſtibus probatur animus contrahendi dictum domicilium, & incolatum. Non ex verbis, quia ſecundus iux. 16. & 17. expreſsè deponit, Petrum Franciſcum ſibi nunquam dixiſſe, *di hauer animo di fermarſi in Roma, nè mi ha parlato mai di tal coſa*. Et ſolum primus iux. eadem dicit; *Ha moſtrato ſempre di ſtar molto volentieri in Roma, e mi ha detto, di voler ſtar ſempre a Roma*, ſed ſubdit, quòd non recordatur præcisè de temporibus; de quibus hæc dixit, & ſic non percutit tempus ante obitum Marij, prout deberet ex ſupradictis. Non etiam ex factis, quia dicti teſtes non deponunt; niſi quòd duxit vxorem in Vrbe, quæ coniectura (quidquid ſit in muliere, quæ etiam in Ciuitate ſui viri fit ciuis ſo-
7 lùm quo ad domicilium habitationis, *ut poſt allegatos, Honded. conſ. 6. num. 14. col.* 1.) in viro non concludit, vel ſaltem eſt ſatis obſcura, & controuerſa, & quòd
8 non inducat ciuilitatem, nec incolatum in loco vxoris, *tenent Abb. conſ.* 100. *propè fin. verſ. nec etiam obſt. par. 2. & Iaſ. conſ. 77. col. fin. prop. fin. verſ nam capere vxorem, col.* 3. Præſertim non concurrentibus alijs coniecturis, prout re vera hîc non concurrunt, & præcipuè tranſlatione bonorum Petri Franciſci ex Patria ad Vrbem, & emptione aliorum bonorum in Vrbe, quas potiſſimùm in propoſito conſiderant præcitati DD. & alij *per Menoch. præſumpt. 42. num. 14. lib. 6. & per Rotam in Romana Officij Scriptoriæ 21. Iunij 1591. coram Reuerendiſſimo Peruſino*. Dicit etiam primus, iux. decimum tertium, & decimum quartum, (vt conſideratum pariter fuit in alia deciſione,) *credo, che veniſſe à Roma come fanno gl'altri à tentar ſua fortuna, &c. e ſi meſſe à far il Procuratore de' poueri carcerati*. Ex hoc ta-
9 men ſolùm, quòd Curiam ſequutus fuerit, non videtur poſſe dici Incola Vrbis, vt de Aduocato ſequente Curiã Maceraten. *dixit Pariſ. conſ. 53. num. 89. lib.* 3. a quo non videtur diſſentire *Rota in d. Rom. Officij Scriptoriæ*.

Et ideo ex his DD. ſteterunt in reſolutis.

ANNOTATIO.

A Ad incolatum contrahendum requiritur animus perpetuò
10 permanendi, & nunquam recedendi, adeò quòd licet quis habitaret per quàmplurimos annos, nunquam contraheret domicilium, ſtante animo recedendi, *Roland. hic allegat. conſil 79. num. 51. lib. 3 Gratian poſt alios diſcept. 824. num* 38. hoc tamen procedit in perſonis, quæ animum, ſiue illius exercitium habere poſſunt; ſecus verò in his, quæ non habent, vt in pupillis; hi enim eo, quòd in aliquo loco habeant maiorem facultatum ſuarum partem, & ibi habitent, dicuntur re, & facto habere domicilium, vt optimè tradit *Bartol in l. placet num 3. ff ad municip & l. vnic num 1. & 2. C. vbi pet. curat. & tut.* vbi etiam *Bal. in vltimis verbis Soccin Iun in cap fin num. 15 & 18. de foro compet. Mandell conſil. 572 num.* 15. & fuit reſolutum in *Ariminen gabellæ* 10. *Decembris 1625. coram R. P D. meo Merlino*.

B Quòd ex decennali habitatione præſumatur animus per-
11 petuò habitandi, & ſic incolatus contrahatur, abſque alia declaratione, *Roland. d. conſil 79. num. 51. & 53. libro 3. Surd conſil. 371 num. 47. Rota coram Comitulo in Romana ſocietatis apud Marcheſ de commiſſ. par. 2. pag. 228. ſub*
12 *num. 1. Gratian. d. diſcept. 824 num.* 39. hoc tamen procedit in dubio; nam vbi quis declarat ſe velle in aliquo loco habitare, ſtatim domicilium contraxiſſe cenſetur, nec eſt expectandum aliud tempus, *Gaill pract. obſeruat. lib. 2. cap. 35. num. 7. verſ licèt autem, Menoch. alijs relatis de arbitr. caſu 86. num. 2. Rota diuerſ. deciſ 150 num 7. par. 2. & in recent. deciſ. 188 num 3. part* 2 & fuit dictum in *Toletana matrimonij* 10. *Decembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & coram eodem in ſuperiùs allegata Ariminen. Gabella*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana legati.

Mercurij 10. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Domus profeſſa Societatis Ieſu, licèt ſit verè mendicans, eſt tamen capax bonorum ſtabilium: non ad effectum illa retinendi, ſed vendendi, & ex eorum pretio proprijs neceſſitatibus prouidendi.

SVMMARIVM.

1 *Societas Ieſu, & illius Domus profeſſa eſt Mendicans, & paupertatis votum emittit.*
2 *Societas Ieſu inter Mendicantes à Pio V. relata eſt.*
3 *Mendicantes poſſunt extra vitium proprietatis, capere legatum bonorum immobilium, ad effectum vendendi, non autem retinendi.*
4 *Mendicantes ex Regula nequeunt legatum bonorum immobilium capere, etiam ad effectum vendendi, non autem retinendi; ſecus Mendicantes ex proprijs conſtitutionibus.*
5 *Societas Ieſu non militat ſub aliqua ex aliarum Regulis, ſed ſub propria ab eius Fundatore tradita.*
6 *Societatis Ieſu Domibus profeſſis ex Regula, & conſtitutionibus non prohibetur acquiſitio annuorum redituum, & ſtabilium, ſed tantùm poſſeſſio, & retentio in communi, & in particulari.*
7 Habere, *verbum ſiuè ad dominum, ſiuè ad poſſeſſionem referatur, ſemper intelligitur cum effectu.*
8 *Habuiſſe non dicitur, qui ſtatim reſtituit.*
9 *Res quando per aliquod tempus non remanet penes illum, cui datur, perinde eſt, ac ſi data non fuiſſet.*
10 *Retinere verbum præſupponit acquiſitionem.*
11 *Declarationes Regulæ, & conſtitutionum Societatis Ieſu eandem vim habent, quam ipſæmet Regula, & conſtitutiones.*
12 *Societatis Ieſu conſtitutiones tanquàm à Papa confirmatæ cenſentur Papales.*
13 *Alienatione conceſſa, videtur in neceſſarium antecedens permiſſa acquiſitio.*
14 *Priuatio præſupponit habitum.*
15 *Alienatio bonorum, quæ retineri non poſſunt, dicitur neceſſaria.*
16 *Societas Ieſu, & Domus illius profeſſa capax eſt acquiſitionis ſtabilium ad effectum illa vendendi, & ex eorum pretio proprijs neceſſitatibus prouidendi.*
17 *Societas Ieſu licèt renunciauerit diſpoſitioni.* Concil. Trident. Seſſ. 25. de regular. cap. 3. *tamen intelligitur, vt nequeat ſtabilia perpetuò poſſidere, non autem vt capiat ad tempus.*
18 *Legatum factum Religioni incapaci intelligitur eo modo, quo Religio illud capere poteſt.*
19 *Legatum factum cum clauſula,* Omni meliori modo, *intelligitur eo modo, quo valere poteſt.*

DECISIO CCXLV.

RESOLVTVM fuit per Dominos, legatum cenſus ſcutorum 1000. in forte à q. Clarice factum deberi Domui profeſſæ Ven. Societatis Ieſu legatariæ, non ad effectum retinendi, (quod nec ipſa prætendit) ſed conſequendi ex eius venditione æſtimationem in eius neceſſitates, & pios vſus
1 conuertendam. Quamuis enim ſit Mendicans, & votum paupertatis emittat, *Gabr. conſ. 28. vol. 1. Mandoſ. de priuileg. ad inſtar q. 10. gloſ. 11. num. 18. in fin. Moliuà de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 139. col. 2. verſ. iam profeſſi, Menoch conſ. 1014. num. 14. Azor. Inſtit. Moral. part. 1. cap. 23. quæſt. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 202. num. 44. Molpheſ. in comment. conſuetud. Neap tom. 2. part.*
A *4. de ſucceſſ ab inteſt quæſt* 64. A, & per ſan. mem. Pium V. fuerit talis declarata, & inter alios Mendicantium
2 Ordines connumerata: imò illius Regula principaliter executa in eius Bulla 7. Iulij 1571. de qua meminit *Menoch. d. conſ.* 1014 *num.* 14. & 15. Et quæ fuit confirmata per literas aliorum Summorum Pontificum, de quibus infra, & in ſpecie, quoad mendicitatem per fel. rec. Greg. XIII. in eius literis de vſu facultatum ſub die 3. Maij 1575. & in alijs de facultate alienandi 18. Decembris 1576. adeò vt etiam ex proprijs conſtitutionibus non poſſit aliqua bona ſtabilia, vel redditus priuatim, vel in communi habere. Tamen poteſt capere legatum etiam ſtabilium, non ad poſſidendum,
3 ſed ad venden. quia iſtud non infringit mendicitatem, nec votum paupertatis, *ad gloſ. vulg in cap.* 1. *in verb. domum, de relig. dom. in* 6. quam ſequuntur communiter *ſcriben. in l. Iulianus, §. conſtat de leg.* 2. *& in cap. filius de teſtam.* & eam eſſe communiter receptam teſtantur *Gabr. d. conſ.* 28. *num.* 3. *Nauar. in comment.* 2. *de regul. num.* 50. *verſ. ſi autem aliorum; & Menoch. præſ.* 120. *num.* 5. *lib.* 2. Qui etiam pluribus relatis dicit veram, & communem *d. conſ.* 1014. *num.* 14 & vltra allegatos per eum, illam quoque tenuerunt plures alij relati *per Azor. d. quæſt.* 11. *Gratian. d. cap.* 202. *num.* 42 *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap* 19. *dubit.* 5. *num.* 54. *verſ. octauò Fratres minores, Caball.* plures etiā de communi allegans *conſ. deciſ.* 16. *num.* 16. *part.* 2. & ſequuta eſt Rota apud *Chiſanen. deciſ.* 10. *& Gomeſ. deciſ.* 34. *in manuſcript. & ut. deciſ.* 279. *lib.* 1. *ſecundum nouiſſimam impreſſionem*, vbi dicit *gloſ. in d. cap.* 1. *de relig. dom. in* 6. eſſe communiter approbatam, & nouiſſimè *in Romana hæreditatis* 5. *Maij* 1593. *coram bon. mem. Mantica, idem Mantic. de tacit. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 58. Imò de conſuetudine communiter obſeruari teſtantur *Bald conſ.* 232. *col* 2. *verſ. nec obſtant verba lib.* 2. *Dec. conſ.* 559. *num.* 5. *verſ. & concluſio ſupradicta, Cuman. conſ* 169. *colum.* 2. *verſ. his tamen non obſtan. Put. Gomeſ. & Mantic. in deciſ. allegati, & Gabr. de*
4 *legat. concluſ.* 1. *num.* 34. Nec obſtat diſtinctio inter Mendicantes ex regula, & Mendicantes ex proprijs conſtitutionibus, vt primi nullo modo capere poſſint, ſecundi verò ad ſupradictum effectum, de qua *per Clar. in §. teſtamentum, quæſt.* 29. *Capr. conſ* 24. *num.* 12. *&* 13. *Gabr. d. concl.* 1. *num.* 34. *Craſſ. d quæſt.* 7. *& Emanuel. Roderic qq. Canonic. & Regul. tom.* 2. *quæſt.* 121. *art.* 1. *in princ. fol mihi* 350. Imò facit pro deciſione
5 cum prædicta Societas non militet ſub aliqua ex regulis aliorum Mendicantium, ſed ſub propria a ſuo Fundatore facta, & per eum latiùs in ſuis conſtitutionibus explicata, *vt ex Nauar. vbi ſupra, refert Menoch. d. conſ.* 1014. *ſub num.* 14. ex quibus regula, & conſtitutionibus (per quas demandatur mendicitas, & iuxta quas Societas fuit etiam verè Mendicans declarata per Pium V. vt expreſsè legitur in dd. eius literis *ſub dat.* 7. *Iulij* 1571.) non prohibetur acquiſitio annuorum redditiuum,
6 & ſtabilium, ſed tantùm poſſeſſio, & retentio in commu-
B ni, & in particulari B, vt legitur in formula inſtituti dictæ Societatis ſanctæ Sedi Apoſtolicæ Iulio Tertio oblata, vt in eius conſtitutionibus *part.* 6. *cap.* 2. *per tot.* vbi agitur de illius paupertate, & præſertim *num.*

5. le-

5. *liter. E.* vbi idem Fundator diſtam Regulam, & for-
mulam declarando ſtatuit, quòd quicquid ſtabile illis
donatum fuerit, teneatur eo quàm primùm ſe exuere, ac
vẽdere, pauperibus Societatis ſua in penuria ſubuenia-
tur. Quæ declaratio nõ repugnat verbis Regulæ, & cõ-
ſtitutionis annuos redditus, & poſſeſſiones habere pro-
7 hibẽtis, ſi attendamos illorum ſignificationem. Verbum
enim, *habere*, ſiue ad dominium iuxta eius proprietatem,
ſiuè ad poſſeſſionẽ referatur, ſemper intelligitur cum ef-
fectu, *l. habere* 188. *& l nomen* 164. *in fin. ff. de verb. ſignif.*
cum latè allegatis per *Hond. conſil.* 69. *num.* 1. *vol.* 1.
& in puncto ita intelligendas eſſe conſtitutiones, quæ
prohibent habere poſſeſſiones, tradit *Calderin. conſ.* 46.
in fin. de teſtam. & ita etiam dictum verbum, *habere*,
declaratur *in Clemen. exiui de paradiſo, de verb. ſignific.*
vt dicit *Corn. conſil.* 117. *num.* 8. *volum.* 2. & in propo-
ſito, ſic quoque explicant DD. ſequentes *Gloſſam in d.
cap.* 1. *de relig. domib. in* 6. ſupra allegati in principio.
8 Vndè etiam habuiſſe non dicitur, qui ſtatim reſtituit
Marſil. ſingul. 177. *num.* 2. *Bimius conſil.* 65. *num.* 11.
volum. 1. & facit, quòd vbi res non remanet aliquo tem-
9 pore penes eum, cui datur, perinde eſt, ac ſi data non
eſſet, *l. qui ſic, ff. de ſolut. l. fin. §. fin. C. de bonis, quæ
liber.* cum alijs per *Phanuc. de lucro dot. gloſ.* 8. *num.* 66.
qui loquitur in terminis legati, quod non eſt penes le-
gatarium permanſurum; & ita conſtitutio prædicta di-
citur tantùm reſiſtere retentioni, nõ autem acquiſitioni
ad dictum effectum. Et hoc modo ijdem DD. declarant
Regula Mẽdicantiũ, quibus prohibetur habere ſtabilia.
Et hæc confirmantur ex illis verbis, *nec ad illa bona ſta-
bilia retinenda ius aliquod ciuile acquirere*, poſitis in ſupra-
dicta formula inſtituti Iulio III. oblata, & ab eodẽ con-
10 firmata. Verbum namque, *retinere*, præſupponit ex
neceſſario antecedenti acquiſitionem. Voluit ergo fun-
dator in Regula, vt Societas poſſet annuos redditus, &
poſſeſſiones acquirere, ſed teneretur quàm primum da-
ta temporis opportunitate, illa vendere, vt expreſsit
in dicta declaratione. Declarationes autem eandẽ vim
11 habent, quam ipſamet Regula, & conſtitutiones. Tùm
quia ſunt factæ ab eodem fundatore, vt legitur in illarũ
procemio, & refert *Menoch. d. conſ.* 1014. *ſub d. num.*
18. Tùm quia fuerunt per Sedem Apoſtolicam confir-
matæ. Primò videlicet per Paulum III. in ſuis literis
5. Kalendas Octobris 1540 & pridie idus Martij 1543.
in quibus expreſsè conceditur auctoritas huiuſmodi
conſtitutiones condendi, & tàm factas, quàm faciendas
mutandi, alterandi, ſeu in totum caſſandi, & alias de
nouo condendi: quæ poſtquam factæ, alteratæ, & mu-
tatæ fuerint, de nouo confirmantur. Deinde per Iulium
III. 12. Kalen. Auguſti 1550. & 22. Octobris 1552.
Gregorium XIII. Kalen. Februarij 1582. & Kalen. Iu-
lij 1584. Gregoriũ XIV. 4. Kal. Iunij 1591. & per San-
ctiſsimum D. N. Paulum V. pridie nonas Septembris
1606. per quorum literas confirmantur inſtitutum, Cõ-
ſtitutiones, ac ſtatuta, & decreta facta, & facienda. Itaut
propterea dubitari non poſsit de validitate dictarum
12 conſtitutionum, debeantq. cenſeri Papales, *Rot. deciſ.*
452. *ſub num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. Card. Seraph. deciſ.* 1170.
num. 3. *in Balneoregien. bonorum* 30. *Octobris* 1589. *corã
bon. mem. Cardinalis Pamphilio, & in Romana ſeparatio-
nis thori* 2. *Decembris* 1605. *&* 16. *Ianuarij* 1606. *coram
Reuerendiſs. Lugdunen. & in alijs.* Tertiò dum Gregorius
XIII. 12. Decembris 1576. & Nonis Auguſti 1582. per
eius literas à ſupradictis ſucceſſoribus confirmatas cõ-
ceſsit Præpoſito Generali dictæ Societatis facultatem
alienandi ſub certis modo, & forma quæcunque bona
13 ſtabilia eiuſdem Societatis Domorum Profeſſarum, &
Collegiorum, ex hoc enim videtur in neceſſarium ante-
cedens acquiſitio ad effectum prædictum permiſſa, cum
14 priuatio præſupponat habitum, vt conſiderat in pro-
poſito *Menoch. vbi ſup. num.* 19. *in fin.* aliàs inepta, &
fruſtratoria fuiſſet relata dictarum literarum diſpoſitio,
quod nullo modo dicendum eſt; & licèt dictæ ſolemni-
tates requiſitæ non eſſent in alienatione bonorum So-
15 cietatis, & Domorum Profeſſarũ, quia cum retinere nõ
potuerit, alienatio dicitur neceſſaria, vt in terminis tra-
dit *Bald. in auth. ſi qua mulier, num* 15. *verſ. ſed ſi pona-
mus, & in authen. hoc ius porrectum num.* 14. *in fin. verſ.
adde poſt omnia, C. de ſacroſ. Eccl. Marſ. ſing.* 152. *Corn.
d. conſil.* 117. *num.* 13. *lib.* 3. *Redoan. de reb. Eccleſ. non
alien. in rubr. de caſibus, in quibus ſit alien rer. eccleſ. ſin. ſo-
lemnit. §. item bona Fratrum, fol. mihi* 243. *Mantic. de
tacit. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 57. Tamen ad tollendam om-
nem ambiguitatem, & venditionem facilitandam dictus
Summus Pontifex Gregor. XIII. id voluit expreſsè, &
plenius declarare, vt legitur in literis ſupradictis.
Ex quibus etiam patet, nullam vim fieri poſſe in prima
formula inſtituti Societatis Paulo III. oblata, & per
eum confirmata, in qua videbatur prohibita acquiſitio
ſtabilium, quia illa erat obſcura, & indiſtincta; Vndè
poſtea per eundem Fundatorem exactiùs, & diſtinctiùs
fuit explicata, & declarata, ac Iulio III. oblata, & per
eum confirmata, prout eſſet ab eodem Fondatore in
conſtitutionibus, & declarationibus ſupradictis, quæ ſo-
lùm attendendæ videntur *ad tex. in l. ſi de interpretatione,
ff. de legib.* & expreſsè legitur in proœmio Bullæ eiuſ-
dem Iulij III. ex quo cauſa finalis deſumitur, & in di-
cta formula inſtituti, in quibus additum fuit verbum
retinenda, itaut non videatur prohibita acquiſitio, ſed
tantùm retentio, vt dictum eſt ſupra. Et ideo in
ſpecie hanc Societatem, & Domum eſſe capacem acqui-
ſitionis ſtabilium ad effectum illa vendendi, & ex eo-
16 rum pretio proprijs neceſſitatibus prouidendi, vt
ſupra dictum eſt, tenuerunt *Nauar. Menoch. Gratian. in
locis ſupra citatis, & Rot in dicta Romana hæreditatis
coram Card. Mantic. in fin.* & nouiſſimè *Iulius Ne-
gronus in Comment. regularum contrariarum dictæ Societa-
tis in explicatione tituli part.* 3. *ſub num.* 7. *pag. mihi*
76. & ſentit *Gabr. d. conſ* 28. *in princ. & num.* 6. *&* 12.
& Mandoſ. de priuil ad inſtar gr. 11. *num.* 12. Et hanc
opinionem approbauit etiam obſeruantia ſubſecuta;
cum dicta Domus fuerit hactenus abſq; controuerſia
hoc modo admiſſa ad hæreditates, & relicta ſtabilium,
vt in Domo Profeſſa Mediolani teſtatur *Menoch. d. conſ.*
1014. *num.* 11. & in Domo profeſſa Vrbis, de qua agitur,
plura receſeri poſſent exempla, & præſertim hæredita-
tis q. Io. Baptiſtæ Mucarani, cuius partem in qua fuerat
inſtituta, lite acta in *Rota coram bon. mem. Litta*, conſe-
quuta fuit; iſtius autem obſeruantiæ vis eſt notiſſima,
17 & de ea latè *Menoch. ibidem num.* 28. Non obſtat re-
nunciatio facta per dictam Societatem diſpoſitioni *ſacr.
Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de regular.* per quam conce-
ditur Monaſterijs etiam Mendicantium licere immobi-
lia poſſidere, de qua per *Molin. vbi ſupra*, quia intelli-
gitur quoad hoc, vt poſſit habere, & perpetuò poſſi-
dere ſtabilia, non autem vt capiat ad venden. vt benè
declarat *Menoch. d. conſ.* 1014. *num.* 28. Quod com-
probatur ex conceſſionibus alienandi ſibi factis poſt
dictam renunciationem, quæ nihil operarentur, ſi
prohibita diceretur acquiſitio, vt fuit pariter ſupra
conſideratum. Nec facit, quòd legatum fuerit factum
18 ſimpliciter, non ad dictum effectum vendendi: quia eſt
interpretandum eo modo, quo Societati licitum eſt ca-
pere: ſicque ad dictum effectum vendendi, vt ſupra
*Gloſ. in d. clem. exiui de Paradiſo, de verb. ſignif. in verb.
proinde, col.* 5. *verſ. ſi autem modus, & Anchar. num.* 13.
verſ.

verſ quandoque Fratribus relinquitur, *Bart. in auth. excipitur*, *num.* 2. *verſ. juto autem*, *C. de bon. quæ liber. Abb. conſ.* 62. *num.* 8. *par.* 2. & ita etiam in ſimili relicto declarauit ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Sac. Conc. Trid. interpretum *ſuper dicta ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de regular.* & ſinè dubio attentis verbis teſtatricis, quæ reliquit cenſum, de quo agitur non ſolùm amore

19 Dei, ſed etiam cum clauſula, *omni meliori modo*, quæ facit actum valere eo modo, quo poteſt, ex vulgar. Quia tamen plures detractiones prætendebantur, reſeruatu fuit videre, an obſtent, & dictum, quòd interim firmetur ſtatus hæreditatis. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Latè *D. Ricciull. de iure perſon. &c. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 3. *& per tot.*

B *D. Ricciull. d. cap.* 9. *ſub num.* 22. *& ſeqq* & allegata hac deciſione fuit dictum *in Romana legati* 2. *Aprilis* 1618. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. donationis.

Mercurij 17. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Donatiò ob pacta non ſeruata reuocari poteſt, etiam per hæredes donatoris Remiſſoria conceditur vbi articuli ſunt releuantes, & ſufficit releuantia vnius; & quo caſu detur contra iuſtrumentum guarentigiatum, cum retardatione executionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio per inobſeruantiam, & contrauentionem conuentorum in ea reuocatur.*

2 *Donationem reuocandi ius ob pacta non ſeruata, tranſit ad hæredes, maximè vbi motum eſt iudicium per donatorem ſuper reuocatione donationis ex capite ingratitudinis num.* 3. *vel, quando hæres donatoris excipit, non autem agit, num.* 4.

5 *Pacta in donatione appoſita ſubſtinentur, etiam ſinè ſcriptura, & probari poſſunt etiam per teſtes num.* 6.

7 *Pacta cum vno conuenta alteri præiudicare non poſſunt.*

8 *Stipulans pro aliquo ſub certis pactis non quærit illi, pro quo ſtipulatur, niſi ſub prædictis pactis.*

9 *Acceptans donationem tenetur illam cum pactis in ea adiectis acceptare.*

10 *Remiſſoria vt concedatur, ſufficit releuantia vnius articuli.*

11 *Remiſſoria non datur contra inſtrumentum guarentigiatum, niſi cum clauſula,* ſinè retardatione, &c.

12 *Reo culpa, & facto actoris impedito ſuas facere probationes, vel dilatio non currit, vel eſt ad eam reintegrandus.*

DECISIO CCXLVI.

FVIT reſolutum, eſſe concedendam remiſſoriam Gabrieli hæredi Sebaſtiani, qui fecit donationem Paulo. Nam de releuantia materiæ articulatæ dubitari non poteſt; continet enim non ſolùm nō implementum conuētorum, & promiſſorū ex parte Pauli do-

1 natarij, ſed etiam inobſeruantiam, & contrauentionem,
quæ ſunt inter cauſas reuocan. donationem expreſſas *in*
l. fin. C. reuoc. donat. vbi etiam notant communiter
2 *omnes ſcriben* & tranſeunt in hæredes, & contra hære-
des, quicquid ſit de alijs, *vt in d. l. fin. not.* *yn. in* 3.
quæſt. Bellapertic. in princ. verſ. aũt hic, *Alberic. num.* 2.
verſ. ſed nunquid, *& num.* 6. *verſ. in caſu autem*, *Bald.*
num 2. *& Saucet. num.* 4. *& de communi Ripa num.*
207. *quæſt.* 13. licèt ipſe ibidem contrarium ſentiat
Hipp. Rimin. in §. 1. *Inſtit. de donat. nu.* 5. tantò magis in
propoſito, quia ſupponitur, iudicium reuocationis fuiſ-
3 ſe motum per donatorem, quo caſu ius reuocan. etiam
ex capite ingratitudinis tranſit ſinè dubio ad hæredes,
vt ibidem notat *Bellapert. verſ. & ſunt verba*, *& Ripa*
4 *num.* 208. & quia etiam hæres donatoris excipit, non
autem agit, vt per *Hipp. ibidem num.* 214. Non obſtat
quod huiuſmodi pacta non legan ur in inſtrumento do-
nationis, nec in alia ſcriptura: quia ſubſtinentur etiam
5 ſinè ſcriptura; vt videtur *text. in dicta l. fin.* ibi, *vel*
quaſdam conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſi-
tas, ſiuè ſinè ſcriptis habitas: & ideo probari poſſunt
6 etiam per teſtes, vt late *Hippol. Riminald. in §.* 1.
num. 41. *cum ſequentib. Inſtit. de donat. ſecundùm no-*
uiſſimam impreſſionem Non obſtat etiam, quòd dicta pa-
cta inita cum Franciſco non poſſint Paulo donatario
7 eius filio præiudicare *l. ſi vnus, §. item ſi experior, ff. de*
pact. l. 3. *in princ. & §. final. ff. de tranſact. cum alijs*
per Surd. deciſ. 132. *num.* 7. Nam ſiuè patris donatio-
nem (prout fuit articulatum) expreſsè renunciauerit,
tanquam quòd illa non indigeret, & ſic noluerit acqui-
rere, prout potuit, & donator potuit illam re integra
8 reuocare: ſinè illam acceptauerit, & non fuit ex ea ſibi
acquiſitum aliquod ius, niſi cum pactis, & modis per
patrem, qui eam pro illo ſtipulatus fuit, conuentis *l.* 2.
ff. de reb. eorum, *l. ſi autem*, & ibi omnes, præſertim
Bald. & Iacobin. ff. de pact. cum alijs *in Romana domus,*
& melioramentorum coram me 30. *Ianuarij præteriti*.
Acceptatio enim cēſetur facta cum omnibus dictis mo-
9 dis, & pactis, imò ſinè illis fieri non poteſt, vt in termi-
nis donationis, *Aym. conſ.* 245. *num.* 4. *Soccin. ſen. conſ.*
125. *num.* 2. *verſ. pro certo*, *& num.* 4. *vol.* 3. *Tiraq. de*
retr. conuent ad fin. tit. num. 9. *in fin.* Ex quibus reſul-
tat, quòd conſtat de pertinentia omnium, vel maioris
10 partis articulorum, & tamen pro remiſſoria ſufficit
pertinentia vnius, vt fuit dictum *in Papien. matrimonij*
27. *Febr.* 1595. *coram bon. mem. Cardinali Mantica, &*
A *apud bon. mem. Card. Seraph. deciſ.* 1364. *num.* 3. A, *&*
alias ſæpiſſimè. Non obſtat, quod agatur vigore inſtru-
mēti guarentigiati habentis executionem paratam, tàm
ex forma conuentionis, quàm ex Statuto, & quòd in
11 eo remiſſoria non eſt concedēda abſq; clauſula, *ſinè re-*
tardatione, *Rot. deciſ.* 1111. *&* 1115. *lib.* 3. *part.* 3. *di-*
B *uerſ.* B, Quia, prætermiſſis multis reſponſionibus ad-
ductis, viſa fuit ceſſare difficultas, ex quo Iudex de par-
tibus relaxauit mandatum ad fauorem donatarij, niſi
infra menſem, quē aſſignauit ad probandū dictas excep-
tiones oppoſitas, & cum pro parte dicti donatarij fue-
rit appellatum ab illa parte decreti de præſtando cau-
tionem in caſum ſuccumbentiæ, & cauſa introducta in
Curia; ideoque hæres donatoris fuerit culpa, & facto
actoris impeditus in probationibus in loco cœpti iudi-
cij, vel dicta dilatio non cucurrit, vel eſt ad eam rein-
12 tegrandus *ad not. per DD. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſ.*
tut. & in l. fin. C. de adult. Afflict. deciſ. 90. & in ſpe-
cie de remiſſoria latè *Grauat. ad Veſtr. in prax. Iudic.*
lib. 6. *cap. vlt. num.* 25. 26. *&* 27. Et ideò placuit Do-
minis illam concedere cum retardatione arbitrio.

Et ita deciſum, &c.

AN-

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ 677. num. 1. part. 1. & deciſ 661. num 4. in fin part 2. recent. Cardinal.* Caualer. *deciſ.* 289. *num* 2. & *deciſ* 610. *num. 1. Gregor. deciſ* 114. *num.* 3. & *deciſ.* 403. *num.* 7. & fuit dictum *in Vlixbonen matrimonij* 27. *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Pirouano, in Legionen. decimarum* 22. *Maij* 1615. *coram bon. mem Patriarcha Manzanedo, & coram eodem in Meten. ſemicanonicatus* 8. *Martij* 1619 & in alijs.

B Dixi ſupra *ad deciſ.* 211. *ſub lit. B.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Gerunden. beneficij.

Lunæ 22. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Arbitrium intrat ad ſuſpendendam, non autem retardandam executionem iam cœptam, etiam ſi nulliter facta eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat ad reuocandam exequutionem, ſed tantum ad illam impediendam; etiam ſi exequutio eſſet nulla, & appellatione pendente; tunc enim alia via reuocatur.* num. 2.

3 *Arbitrium executionem non perfectam, nec conſumatam retardat.*

DECISIO CCXLVII.

COMMISSA mihi pro parte Auguſtini cauſa appellationis à ſentẽtia Officialis Gerunden. executoris mandati de ſubrogan. pro parte Io. Baptiſtæ expediti, qua fuit pronunciatum in executionem dicti mandati de ſubrogan. ipſum immitten. in poſſeſſionem beneficij, de quo agitur, & mandatum de immittendo relaxatum adiecta in commiſſione clauſula, *Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum arbitrio Rotæ*: dubitaui iuxta formam reſcripti, An eſſet locus arbitrio; & quamuis per informantes pro Ioanne Baptiſta prætenderetur, executionem iam factam, & propterea
1 non intrare arbitrium, cui locus non eſt ad reuocan. executionem factam, ſed tantùm ad impedien. faciendam iuxta deciſiones *in Aquilan. beneficij* 28. *Maij* 1599. *coram bon. mem. Penia*, & in alijs per Gonz. *ſuper reg.* 8. *poſt gloſ* 9. *in annot. contr. nullit. num.* 296. & *in*
A *Compoſtellana beneficij* 2. *Decembris* 1615. *coram me.* A,
2 etiam ſi executio eſſet facta nulliter, & appellatione pendente; quia agendum eſſet de illius reuocatione alia via, quàm ex clauſula, *arbitrio*, dixit *Rota in Eluen. Beneficij Sancti Saluatoris* 30. *Octobris* 1602. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, & in alia Eluen. diſtributionum, ſeu tranſlationum* 21. *Februarij* 1614. *coram R. P. D. meo Caualerio*. Tamen quia ex aduerſo dicebatur, executionem non eſſe perfectam, nec conſumatam, & vlteriùs a ſententia dicti Officialis dari appellationem, tùm ex eo, quòd erat mixtus executor; tùm quia dicebantur non iuſtificatæ literæ mandati de ſubrogando: ideo placuit DD. arbitrium interponere ad effectum ſuperſedendi in vlteriori executione, donec meliùs de prædictis videatur: cum ex clauſula, *arbitrio*,
3 retardetur executio non perfecta, nec conſumata, vt fuit reſolutum *in Meliten. beneficij* 6. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiſsimo Lugdunen.*

Et propterea deciſum vtraque parte informante, intrare arbitrium ad effectum ſuperſedendi in vlteriori executione.

ANNOTATIO.

A Concordantes adduxi ſupra *deciſ.* 138. *lit. A.* quibus addo *Rot. in Mutinen canonicatus* 23. *Martij* 1612 *coram bon. mem Vbaldo, & coram eodem in Brixien. parochialis* 20. *Nouembris* 1617. in qua hæc deciſio allegatur, & *in Parmen ſeu Lunen Sarzanen ſeparationis thori* 18 *Ianuarij* 1618. *coram R. P. D. meo Ghiſlerio, & in Terracinen. molendini* 27. *Martij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Piruuano.*

Ioannes Franciſcus Perentilius.

Parmen. Canonicatus, & beneficij.

Lunæ 22. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium tanquam retentum per duos menſes poſt adeptionem ſecũdi incompatibilis, tenetur narratiuam plenè, & concludenter iuſtificare. Beneficium quando dicatur tenue.

SVMMARIVM.

1 *Reus abſoluendus eſt, actore non iuſtificante actionem.*

2 *Impetrans beneficium tanquam retentum per duos menſes poſt adeptionem alterius incompatibilis, huiuſmodi narratiuam concludenter probare tenetur.*

3 *Incompatibilitas non inducitur ex adeptione beneficij, ſed ex retentione.*

4 *Beneficij ſufficientia ad effectum inducendi incompatibilitatem alterius retenti abſque diſpenſatione probanda eſt habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, nobilitatem Eccleſiæ, & ciuitatis, & aliarum circumſtantiarum.*

DECISIO CCXLVIII.

PETRVS Martyr impetrauit à Sede Apoſtolica Canonicatum, de quo agitur, prætextu, quòd Camillus, qui fuerat de eo prouiſus ab Ordinario, poſt adeptã illius poſſeſſionem non dimiſerit alium Canonicatum, & Vicedominatum, quos ſimiliter obtinebat in Eccleſia Placentina, ſed omnes per duos menſes, & vltra abſque diſpenſatione Apoſtolica inſimul retinuerit contra, *cap. de multa, de preben. extrauag. execrabilis*; §. *qui verò, eodem tit. in 6. & Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 4 *de reformat.* Prout etiam impetrauit aliud beneficium ſimplex, de quo pariter agitur, eo, quòd d. Camillus illud abſque diſpenſatione Apoſtolica obtinuerit, cum tamen haberet dictum Canonicatum, & ſic congruum beneficium, contra formam eiuſdem Sacri Concilij *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reform.* Ante verò expeditionem literarum dictæ impetrationis idem Camillus obtinuit cauſam, & cauſas iactationis, & iactationum, cum clauſula, *quam, & quas*, in forma in Rota commit-

mitti, & deinde mihi dirigi dictas literas, eo procu-
1 rante expeditas; ſed cum Petrus vlterius iuſtificatio-
nem ſuæ gratiæ non proſequeretur, Camillus verò cu-
peret ſe ab huiuſmodi prætenſione liberari, dedi du-
bium, an ei eſſet danda abſolutoria, quod ſinè difficul-
tate fuit per DD. affirmatiuè reſolutum ex *vulg. reg. l.
qui accuſare, C. de eden.* Nam reſpectu Canonicatus Pe-
trus non iuſtificauit narratiuam fundamẽdalem gratiæ,
videlicet, quòd Camillus vtrumque Canonicatum, &
dictum Vicedominatum vltra duos menſes ſimul reti-
2 nuerit, quæ tamen erat plenè, & concludenter iuſti-
ficanda, iuxta doctrinam *Io. Andr.* communiter rece-
ptam *in cap. 1. vt lit. non conteſt in 6.* quam in ſpecie nar-
ratiuæ non dimiſſionis ſequuta eſt Rota *in Aſtoricen. Pa-
rochialis 9. Maij* 1616. *coram me*. Quò verò ad benefi-
cium ſimplex, vltrà quòd decretum Sac. Concilij *dicto
cap. 17. quòd vnum tantum beneficium ſingulis conferatur*
3 non inducit incompatibilitatem reſpectu adeptionis,
ſed retentionis tantùm, prout ita fuiſſe per ſacram Con-
gregationem Concilij declaratum, & in Rota reſolu-
tum teſtatur *Card. Seraph. deciſ. 774. num. 2.* & plures
declarationes, & deciſiones *refert Garc. de beneſic. part.
11. cap. 5. num. 270. & quam plurimis ſeqq.* Non pro-
batur, quòd Canonicatus Parmen. ſit ſufficiens pro ho-
neſta ſubſtentatione dicti Camilli, prout loquitur S. Con-
4 cilium *dicto cap. 17.* & talis ſufficientia probanda eſt in-
ſpecta qualitate perſonæ, nobilitate Eccleſiæ, & Ciuita-
tis, & illius conſuetudinis, & alijs ſimilibus circum-
ſtantijs, de quibus *per Gloſ. in cap. cum adeo. 17. in verb.
ſufficientem, de reſcript, & in cap. 1. 21. quæſt. 1. in
verb. neceſſitatem, verſ. dico hæc omnia, Sylua de beneſ. part.
1. quæſt. 5. num. 227. & ſeqq Rebuff. in tract. de congr.
portion. num. 80. verſ. & non poteſt, & latè Menoch. de
arbitr. caſ. 216. num. 12. & ſeqq. lib. 2. centur. 3.*
Et ideò fuit vt ſupra deciſum Camillo tantùm infor-
mante, &c.

Meliten. Canonicatus, & beneficiorum,

Mercurij 24. Maij 1617,

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Canonicatus ad effectum manutentio-
nis ex quibus iuſtificetur. Dementia ad infir-
mandam reſignationem furioſi, quomodo,
& de quo tempore probanda ſit, & alia in
materia poſſeſſionis de quibus in ſummario,

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt ei, de cuius poſſeſſione conſtat per inſtrumenta alio non exiſtente in poſſeſſione.*
2 *Canonicatus poſſeſſio ſufficienter capitur per aſſignationem ſtalli in Choro, & loci in Capitulo.*
3 *Canonicatus poſſeſſio optimè iuſtificatur per profeſſionem fidei per Canonicum emiſſam coram Capitulo, & Canonicis capitulariter congregatis.*
4 *Poſſeſſio ſemel capta præſumitur continuata vſque ad tempus litis.*
5 *Poſſeſſio ciuilis perditur per decennium,*
6 *Dementia non præſumitur.*
7 *Notarij aſſertioni in teſtamento, aliquem eſſe ſanæ mentis, ſtandum eſt ſaltem ad transferen. onus probandi in dicentem contrarium.*
8 *Pro Officiali Dataria præſumitur.*
9 *Dementia ad reſignationem infirmandam probari debet de tempore reſignationis.*
10 *Dementiam quando non probet datio curatoris; & latè num. 14.*
11 *In poſſeſſorio ſummariſſimo non quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia, ſed ſolum factum.*
12 *Poſſeſſio triennalis inducit præſumptionem tituli validi.*
13 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & ideo non eſt manutenibilis.*
15 *Curatoris datio teſtamenti factionem non impedit.*

DECISIO CCXLIX.

FVIT reſolutum, manutentionem in
poſſeſſione, ſeu quaſi Canonicatus, &
beneficiorum, de quibus agitur, eſſe cõ-
cedendam Ioanni; de illius enim poſſeſ-
ſione conſtat ex publicis inſtrumentis de
anno 1603. quæ ſufficiunt, non conſtito,
1 quòd alius tunc poſſideret, ex *doctr. Bart. in l. prædia, ff.
de acquir. poſſ.* quam indiſtinctè Rota ſequitur ad quem-
cumque effectum, etiam manutentionis, vt millies di-
ctum fuit, & nouiſſimè in *Elnen. Cameraria 13. Martij
præteriti coram me*, & in alijs. Poſſeſſio reſpectu Cano-
nicatus negari non poteſt, quin illi fuerit acquiſita: nam
vltra quod fuit capta hora miſſarum ſolemnium, cum
2 aſſignatione ſtalli in Choro, & loci in Capitulo, quæ ad
illius adeptionem ſufficiunt, *Butr. & Imol in cap. in lite-
ris, de reſtit. ſpol. Rom. conſ. 482. num. 2.* idem Io. vti mo-
dernus Canonicus in adeptione poſſeſſionis d. Canonica-
tus fecit profeſſionẽ fidei coram Capitulo, & Canonicis
3 capitulariter congregatis: & ſic conſtat de conſenſu, &
approbatione Capituli, quæ optimè dictam poſſeſſio-
nem iuſtificant *Innoc. in d. cap. in literis, Caſſad. deciſ. 8.
ſub num. 2. de cauſ poſſ. & propriet. & Pontan. de ſpol.
lib. 2. cap. 15. num. 156. verſ. nam propterea*, & reſpe-
ctu tam dicti Canonicatus, quàm etiam beneficiorum
4 præſumitur vſque ad tempus motæ litis continuata,
*Abb. in cap. cum ad ſedem, num. 16. de reſt. ſpol. Rot. de-
ciſ. 4. de probat. in nou. cum pluribus per Menoch. præſ. 64.
per tot. lib. 6. & remed. 3. retin num.* 557. Non obſtat,
quòd Marianus, qui reſignauit ad fauorem Ioannis, eſſet
mente captus de tempore reſignationis, & ſic non ami-
ſerit poſſeſſionem, & conſequenter illa non potuerit
acquiri eidem Ioanni. Quia quicquid ſit, an furioſus
poſsit animo perdere poſſeſsionem, tamen ſpatio an-
norum 14. in quibus non poſſedit, nec per ſe, nec
5 per alium, illam perdidit: cum longum tempus, ſeu
A decennium ad hunc effectum ſufficiat, A ſecundum
opinionem *Bart. in l. ſi is à quo, 27. ff. de acquir. poſſ.
num. 2. in fin. & ibi Angel. verſ. ſed licet, Caſtr. in fin.
contra Roman. Cuman. & Imol.* Et in omnem caſum
6 in propoſito nihil probatur de prætenſa dementia, quæ
non præſumitur *l. nec codicillos, C. de codicillis*, cum cumu-
latis per *Menoch. præſ. 45. num. 19. & 20. lib. 6.* præ-
ſertim cum in dicta reſignatione facta in Curia contra-
rium aſſeratur videlicet, *ſanus Dei gratia corpore, mente,
ſenſu, & intellectu. & in ſua forma, rectaque loquela per-
7 ſiſtens*: cui aſſertioni in dubio ſtandum eſt, ſaltem ad
transferendum onus probandi in dicentem contrarium,
vt de ſimili aſſertione notarij facta in teſtamento tra-
dunt *Alex. de Neu. conſ. 37. num. 2. & 3. Decian. conſ.
51. num. 41. vol. 4. Hond. conſ. 78. num. 58. lib. 2.* Præ-
8 ſertim quia præſumitur pro Officialibus Datariæ, *Man-
doſ. ad reg. 27. quæſt. 20. num. 9. & 10.* & facit *deciſ.
9 Achill. 412. alias vnic. ſuper regul. de mutat.* & probatio
fieri debet de tempore dictæ reſignationis, vt per *Pa-
riſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 8. num. 21.* Nec obſtat præ-
tenſa

B tenſa datio curatoris, B, de qua in ſummario Fran-
10 ciſci num. 1. Quia non ſubſiſtit tanquam facta ab inquiſitore abſque requiſitis. de quibus per *text. in l. fin. § ex inuentario, C. de curat. furioſ.* & non tanquam dementi, ſed quaſi dementi: & ſic dicto inquiſitori non conſtitit, illum verè fuiſſe furioſum, *ad l. id tempus, de vſucap. l. quaſi, C. de non numer. pec. cum ſimil.* Sed in omnem euentum exceptio huiuſmodi reſpicit petitorium, & altiorem requirit indaginem, & ideo non poteſt impedire, quin concedatur manutentio ad fauorem dicti Ioannis: in hoc enim ſummariſsimo attenditur ſolum fa-
11 ctum, nec quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis, *l. et. deciſ. 507. nu. 3. par. 1. diuerſ. in Rom. pretij Fiani 4. Februarij 1602. coram bon. mem. Penia*, & in alijs;
12 maximè quia ſtante poſſeſſione triennali Ioannis, intrat etiam præſumptio tituli validi, & ſufficientis, *iux. reg. de triennali, & latè alleg. per Gonzal. ad reg. 8. §. 7. proœm. num. 147.* Demum non obſtat prætenſa poſſeſſio Franciſci del 1610. tanquam prouiſi ab Ordinario per obitum dicti Mariani; quia, ſtante anteriori poſſeſſio-
13 ne Ioannis, præſumitur clandeſtina, & conſequenter non manutenibilis, *cap. licèt cauſam, de probat. Bart. in l. 1. §. quod ait, num. 1. ff. vti poſſid. Rot. deciſ. 363. num. 4. par. 1. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 1106. num. 2.*
Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A De quo vide quæ dicam infra *in annot. ad deciſ. 604. ſub lit. A.*

B Datio curatoris alicui tanquam furioſo, vel mente capto
14 maximam inducit dementiæ præſumptionem, & eſt indicium non leue ad illam probandam, *Dec. conſil. 86. poſt num. 7. verſ. & vlterius etiam accedit, & conſ. 448. num. 34. verſ. & pariter. Alex. conſ. 85. num. 9. lib. 2.* cum alijs per *Maſcard. de probat. concluſ. 826. num. 7. & ſeq. vol. 2. Honded. conſ. 78. num. 75. vol. 2. Surd. conſ. 89. num. 19. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 1. num. 15.* & fuit dictum *in Romana ſucceſſionis 19. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Durano, Card. Caualer. deciſ. 366. num. 8.* Verùm hæc præſumptiua probatio reſultat reſpectu temporis, quo fuit datus curator, non alterius præcedentis, ſeu ſubſequentis, *vt per Honded. loco cit. num. 76.* item ex datione curatoris inferri non poteſt, quòd ille, cui datus fuit curator, eſſet prorſus demens, atque omnino à mente alienatus (prout requiritur ad inualidandam diſpoſitionem furioſi, vt pluribus oſtendunt *Soccin. conſil. 42. lib. 2. Ferrett. conſil. 207. num. 3. lib. 1* cum alijs infra *deciſ. 256. num. 11* & in terminis reſignationis beneficij *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 8. num. 9.*) quia curator datur etiam habenti dilucida interualla, & tempore induciarum eius officium quieſcit, *l. cum alijs, C. de curat. furioſ.* nec non etiam fatuo, qui mente totaliter captus non eſt *l. 2. ff. de poſtulan.*

Et ideo ex ſola curatoris datione, alio impedimento
15 præſciſſo, teſtamenti factio non impeditur, *vt per Fabr. in §. præterea. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Iaſ., in l. furioſum ſub num. 2. verſ. tertiò ſingulariter limita, circa fin. C. qui teſt. fac. poſſ. Boer. deciſ. 23. in princ. num. 79. Magon. deciſ. Florent. 97. num. 17.* quos ſecuta eſt *Rota in Romana hæreditatis de Gracchis 1. Decembris 1618. coram bon. mem. Remboldo, & in dicta Romana ſucceſſionis 19. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Durano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Compoſtellana beneficij.

Mercurij 24. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Auditor Cameræ in partibus vltra duas dietas nullam habet iuriſdictionem exequendi literas Apoſtolicas, niſi in eis ſpecialiter deputatus fuerit, quo caſu poteſt citare, etiam vltra tres dietas.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, de cuius poſſeſſione anteriori conſtat.*
2 *Auditor Cameræ in partibus vltra duas dietas nullam habet iuriſdictionem exequendi literas Apoſtolicas, niſi in eis executor ſpecialiter deputatus fuerit.*
3 *Sententia lata per Iudicem incompetentem dicitur nulla ipſo iure.*
4 Cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. *habet locum etiam in exequutoribus Apoſtolicis, qui debent procedere parte citata, niſi fuerit ei derogatũ, vel partes conſenſerint num. 5.*
6 *Auditor Cameræ in cauſis, in quibus eſt nominatus executor poteſt vltra tres dietas citare.*
7 *Cauſa vbi committitur in Curia, non eſt neceſſaria derogatio*, cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.
8 *Manutentio competit poſſeſſori nulliter à iudice eiecto, qui nunquam ſe habuit pro ſpoliato.*

DECISIO CCL.

VISVM fuit Dominis prætermittere primam partem dubij tanquam non neceſſariam, videlicet, an eſſet recedendum à deciſis 2. Decembris 1615. & ſic an ad fauorem Petri per Ordinarium ad præſentationem (vt dicitur) Patronorum prouiſi de beneficio, de quo agitur, & immiſsi intraret arbitrium ad retardandam immiſſionem, Franciſco vti prouiſo Apoſtolico conceſſam, cum illa eſſet per apprehenſionem poſſeſſionis conſumpta; & ideò ſecundam amplexi cenſuerunt, manutentionem eſſe dandam eidem Petro, qui ab Ordinario
1 prouiſus, & immiſſus fuit, & de cuius anteriori poſſeſſione conſtat. Nec obſtare dixerunt immiſſionem datam per A. C. Franciſco interim defuncto, in cuius locum ſubrogatus dicitur Ludouicus: illa enim eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quia A. C. non erat ſpecialiter
2 deputatus executor in literis, & ideò non potuit procedere contra Petrum commorãtem in partibus Hiſpaniarum, & ſic vltra duas dietas iuxta reformationem fel. record. Pij V. innouatam per conſtitutionem Sanctiſſimi D. N. editam de anno 1612. *in §. literas Apoſtolicas*, vbi hoc tantùm ei permittitur, vt poſſit in executione literarum Apoſtolicarum partes vndecunque euocare, quando ipſe nominatim in literis executor præſcriptus fuit, & in iſtis terminis ita fuit reſolutum *in Vrgellen. beneficij 19. Decembris 1608. coram Reuerendiſ-*
A *ſimo Lugdunen.* A, ideò ſententia eſt nulla ipſo iure
3 *iuxta notat. in cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in 6. Card. conſ. 71. col. 1. verſ. ſed ſecundùm tempora hodierna.* Nàm diſpoſitio *d. cap. ſtatutum*, habet locum etiam
4 in executoribus Apoſtolicis, qui debent procedere parte citata, *vt not. ibi Archid. col. 9. in fin. verſ. hæc litera, & in d. §. in nullo, Anchar. num. 2. propè fin. & Franc. num.*

Digitized by Google

num. 6. verſ. aliquando executores, & tenuit Rota deciſ.
32. *aliàs* 303. *de reſcript. in antiquis*, niſi in literis exe-
5 quendis expreſsè fuerit derogatum diſpoſitioni de
duabus dietis, vt ſtatuitur in dicta Conſtitutione San-
ctiſſimi *in* §. *literas Apoſtolicas, verſ. niſi ipſis conſtet*,
vel niſi partes expreſsè conſenſerint: *vt per DD. in dicto*
cap. ſtatutum, Zabar. vbi ſupra, & Rot. d. deciſ. 32. *de*
reſcript. Non obſtat, quòd Franciſcus obtinuiſſet aliam
gratiam ſub eadē data in forma gratioſa, ex cuius clau-
ſulis fuit deſumpta gratioſa ſubrogatio: quia iſta non
fuit exhibita coram A. C. & ſic nihil operatur. Tan-
dem non obſtat reſolutio facta in Signatura Sanctiſſimi
de menſe Septembris præteriti in cauſa Cremonen. Can-
6 toriæ, quòd A. C. poſſet citare vltra tres dietas; quia
in dictis cauſis A. C. erat nominatus executor, & alij
in partibus, & ſolùm reſolutum fuit, clauſulam, *dummo-*
do non vltra tres dietas, intelligi appoſitam reſpectu alio-
rum executorum, non reſpectu A. C. quia quando cau-
7 ſa committitur in Curia, non eſt neceſſaria derogatio *d.*
cap. ſtatutum. Proinde cum Petrus non habuerit ſe pro
8 ſpoliato, competit ei manutentio ex vulg. concluſione,
quòd Iudex notoriè nulliter procedens, non ſpoliat,
nec priuat poſſeſſorem *l. fin. C. de momentanea poſſ. Ang.*
in l. qui vniuerſas, §. *item cum Prætor. in fin. ff. de ac-*
quir. poſſ quam etiam in executore Apoſtolico tenuit
Rota in Neapolitana Rectoriæ 13. *Februarij* 1598. *coram*
bon. mem. Pamphilio, & in Maioricen. beneficij 24. *No-*
uembris 1610. *coram R. P. D. meo Manzanedo*.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione allegata fuit dictum *in Cæſarauguſtana portionis* 16. *Aprilis* 1627. *coram R. P. D meo Merlino, & infra deciſ.* 909. *num.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Piſtorien. beneficij.

Mercurij 31. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, præſumitur valida, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Item ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis an, & quando dicatur nulla.

SVMMARIVM.

1 *Actori incumbit probare nullitatem ſententiæ principaliter intentatam.*

2 *Sententia vnica, quæ tranſiuit in iudicatum habet præſumptionem pro ſe, & multò magis tres conformes, præſertim ſubſecuta earum executione.*

3 *Sententia, quæ nō iuſtificatur ex actis dicitur notoriè iniuſta, & conſequenter nulla, etiam ſi ad acta ſe expreſsè non referat.*

4 *Acta integra exhiberi debent, vt probetur negatiua, quòd ſententia ex actis non iuſtificetur.*

5 *Sententia de iniuſtitia notoriè conſtare dici nequit, non firmato prius, quòd ſit iniuſta.*

6 *Sententia vt ſit nulla tanquam iniuſta, requiritur notoria iniuſtitia.*

7 *Sententia vt ſit nulla, requiritur iniuſtitia adeo notoria, quòd aliquo colore velari, & offuſcari nequeat.*

8 *Contra notorium admittitur exceptio ad elidendum actiones agentis, licèt non perimatur ſubſtantia veritatis.*

9 *Iniuſtitia notoria impedit exequutionem, etiam trium conformium, & rei iudicatæ.*

10 *Sententia poteſt iuſtificari ex antiquis, & nouis probationibus, imò ex noua cauſa. Limita, vt num.* 15.

11 *Sententia quæ ex actis non iuſtificatur, non habetur pro notoriè iniuſta, niſi quando nec etiam ex alijs iuſtificatur, vel quando amplius iuſtificari nequit, & num.* 14. *maximè vbi non agitur de illa exequenda, ſed ſuſtinenda num.* 12.

12 *Sententiæ de executione vbi agitur, maturius procedendum eſt.*

13 *Sententia expreſſis verbis, & per modum cauſæ diſpoſitiuæ ad acta ſe non referens, licèt ex illis non iuſtificetur, notoriè iniuſta dici non poteſt, ita vt reddatur nulla, vel pro nulla habeatur.*

DECISIO CCLI.

TENVERVNT Domini, non eſſe re-
uocandas ex capite nullitatis tres ſen-
tentias cōformes ad fauorem Gabrie-
lis in partibus latas, per quas fuit pro-
nunciatum, ipſum tanquam præſenta-
tum ad beneficium, de quo agitur, à ve-
ris, & indubitatis patronis, & in qua ſi
poſſeſſione præſentandi exiſtentibus eſſe inſtituendum:
præſentationes verò de alijs (inter quos Rodulphus)
& ab alijs factas reijciendas. Nam Rodulphus tan-
1 quam actor tenetur probare nullitatem per eum princi-
paliter propoſitā *ex vulg.* & in ſpecie in ſententia, *tex.*
in cap. in præſentia, de renunc. & in cap. cum ſuper, de
re iudic. Io. And. ad Specul. de exec. ſenten. §. *poſtremò, verſ.*
incip. §. *ſeq. Bart. in l.* 1. *num.* 16. *C. quand. prouoc. non*
eſt neceſ. cum pluribus per Vant. de nullit. tit. a quo, & qui-
bus, &c. num. 2. *&* 5. Maximè cum tendat ad dictas
2 ſententias, vnà cum executione ſubſequuta, reuocan-
das, & pro illis præſumatur; ſi enim vnica, quæ tran-
ſiuit in iudicatum, habet pro ſe præſumptionem, *cap.*
cum inter, & cap. ſicut de re iudic. Capic. deciſ. 16. *in princ.*
Rot. deciſ. 636. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. Menoch. lib.* 2. *præ-*
ſumpt. 67. *num.* 48. Multò magis tres conformes, ſub-
ſequuta præſertim earum exequutione *ad l.* 1. *cum ibi*
not. per Angel. in princ. C. ne lic. in vna, eademque cauſ.
&c. Clem. vt calumnijs, de re iudic. Put deciſ. 198. *num.*
1. *lib.* 1. *in nouiſſim. & facit deciſio in Barbaſtren. pecu-*
niaria 1. *Iulij* 1616, *coram R. P. D. meo Andrea*.

Nec obſtat, quòd dictæ ſententiæ vt ex actis non iuſtifica-
tæ ſint notoriè iniuſtæ, & conſequenter nullæ, etiam ſi
3 ad acta ſe expreſsè non referant, *Abb. in cap. inter ceteras,*
num. 10. *&* 11. & ibi *Felin. in* 3. *concluſ. num.* 10. *de*
re iudic. cum alijs in Romana officij 23. *Ianuarij* 1608. *co-*
A *ram bon. mem. Scotto*. A, Nam huiuſmodi negatiua,
quòd non ſint ex actis iuſtificatæ ſententiæ (quæ tan-
quam fundamentum intentionis Rodulphi eſſet ab eo
concludenter probanda *ad communem doctrinam Bart. in*
4 *l. in illa, ff. de verb. obligat.*) & ex actis non poteſt iu-
ſtificari niſi per ipſum integer proceſſus, & omnia acta
exhibeantur, *Rot. d. deciſ.* 636. *in princ. & num.* 3. *par.*
1. *diuerſ. Cardinal Seraphin. deciſ.* 290. *num.* 20. *& de-*
4 *ciſ.* 1307. *num.* 3. & fuit etiam dictum *in Romana Do-*
mus de Canſachis 20. *Maij* 1589. *coram bon. mem. Cardi-*
B *nalis Blanchetto*. B Quod tamen non fecit; in proceſſu
enim per eum producto non legitur rogitus actuarij
cauſæ primæ inſtantiæ productionis omnium proceſ-
ſuum formatorum, del 1592. & 1600. ſuper confirma-
tio-

Digitized by Google

tione donationis iuriſpatronatus, & illius canonizatio-
ne; quæ productio facta fuit pro parte Gabrielis 7. Se-
ptembris 1609. coram Vicatio Piſtorien. in præſentia
procuratoris dicti Rodulphi, *vt in ſecundo ſummario
dicti Gabrielis*, *num.* 2. Et eadem die adnotata ſuper di-
ctis proceſſibus per eundem Notarium: ex quo etiam
ceſſat oppoſitio, quòd fuerit productio verbalis; & ni-
hilominus ex dictis proceſſibus, & actis non ſolùm
deducuntur talia, ex quibus excluditur prætenſa iniuſti-
tia; ſed plura etiam (vt Dominis viſum fuit) conſide-
rabilia pro iuſtificatione dictarum ſententiarum, tàm
circa pertinentiam iuriſpatronatus, quàm poſſeſſionem,
ſeu quaſi præſentandi, latè, & copiosè cumulata in re-
ſponſo Caballi aſſeſſoris 127. par. 2. & in motiuis Audi-
torum Nuncij Florentini, *in d. ſummario num.* 5. Ideo-
5 què non poteſt dici conſtare de notorietate, niſi priùs
firmetur ſubſtantia; & ſic iniuſtitia. *Contard. ad l. vnic.
C. ſi de moment. poſſeſſ. limit.* 9. *num.* 35. *&* 36. *Cabal.
conſ. deciſ.* 81. *num.* 6. *par.* 1. & facit *Bald. conſ.* 465.
num. 1. *&* 2. *par.* 4. *& fuit dictum in Anconitana Bono-
6 rum* 29. *Februarij* 1616. *coram me*. Quæ notoretas re-
quiritur ad hoc, vt iniuſtitia cauſet nullitatem, vel illi
æquiparetur, *vt in dicto cap. inter ceteras, tenet Butr. in
fin. Abb. d. num.* 10. *&* 11. *& Apoſtill. ad eum. Card.
& Alex. de Neu. num.* 3. *&* 4. *in fin. Imol. col.* 2. *verſ.
tamen d. Ant. Ioan. de Anan. in fin. & Felin. num.* 5. *&
ſeqq. idem Imol. in Clemen.* 1. *ſub num.* 12. *eodem tit. Be-
ro. in cap. quoniam contra, num.* 245. *de probat. Contard.
dicta limit.* 9. *num.* 8. *&* 9. *& num.* 42. *& ſeqq. Surd.
conſ.* 405. *ſub num.* 16. *& ſeqq. Cabal. d. conſ.* 81. *num.* 2.
& 4. *Menoch. lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 79. *num.* 3. *&* 4.
lib. 2. *dicta præſumpt.* 67. *num.* 51. *& conueniunt omnes
Rotæ deciſiones ad id allegatæ*. Talis autem debet eſſe
7 huiuſmodi notorietas, quòd aliquo colore velari, &
offuſcari non poſsit, *Butr. in cap in præſentia, num.* 8.
verſ. ſi autem Iudex, & verſ. non placet, de renunciat.
& ibi *Imol. num.* 50. *verſ. tertio, & vltimo caſu, Corn.
conſ.* 10. *ſub num.* 3. *lib.* 4. *Felin. in dicto cap. inter cete-
ras, num.* 7. *Ripa in l.* 4. *§. condemnatum num.* 17. *verſ.
quam ſententiam, ff. de re iudic. Contard. dicta limit.* 9.
num. 34. *Vant de nullit. ex defectu proceſ. num.* 118. *cum
pluribus ſeqq. Cephal.* 201. *num.* 10. *& conſ.* 220. *num.*
16. *lib.* 2. *Surd. d. conſ.* 405. *num.* 23. 24. *& ſeqq. Ca-
ball. d. conſ.* 81. *num.* 4. & ita etiam tenuit *Rota in Tole-
tana matrimonij* 27. *Iunij* 1569. *coram Grato, relata in
deciſ.* 85. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ. & coram Seraphino deciſ.*
61. *num.* 8. *&* 9. *in Rauennaten. bonorum* 15. *Aprilis*
1575. *coram Robuſterio, & in Bononien. bonorum de
Buccamatijs* 20. *Iunij* 1586. *coram Orano, in Roman. de
Bombellis* 31. *Maij* 1613. *coram Reuerendiſſ. D. meo Da-
maſceno, in Nepeſina laudi* 13. *Februarij* 1616. *&* 14.
*Aprilis præteriti coram me, & in dicta Barbaſtren. pecu-
C niaria coram R. P. D. Andrea*. C, Nam contra no-
8 torium admittitur exceptio ad elidendum actiones agē-
tis, licèt non perimatur ſubſtantia veritatis, *Bald. in l.
final. num.* 40. *verſ. & ſic contra notorium, C. de edict. diu.
Adr. &c.* Quæ tamen notorietas in propoſito adeſſe
dici non poteſt ex prædictis; & ita etiam tacitè videtur
confeſſus Rodulphus, dum acceptauit reſcriptum com-
miſsionis cauſæ nullitatis Iudici Synodali Piſarum, cum
clauſula, *parito iudicato*, eoquè vſus fuit illud produ-
cendo, & illius vigore cauſam proſequen. cum dicta
clauſula; ſi enim prætendere potuiſſet notoriam iniuſti-
tiam, veriſimiliter reclamaſſet pro impedienda executio-
9 ne, cum notoria iniuſtitia impediat executionem, etiam
trium conformium, *Gabr. conſ.* 28. *num.* 4. *lib.* 2. & rei
iudicatæ, vt videtur ſenſiſſe *Rota in Corduben. decima-
rum de Marthos.* 13. *Martij* 1581. *coram bon. mem. Car-
dinali Blanchetto*. Vltra quod dictæ ſententiæ poſſunt
10 etiam iuſtificari ex alijs antiquis, & nouis probationi-
D bus, imò ex noua cauſa, D, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quæ ſent.
ſin. app. Bart. in dicta l.* 1 *num.* 16. *C. quando prouoc. & c.
Caputaq. deciſ* 120. *num.* 2. *par.* 3. & ſententia etiam
11 ex actis non iuſtificata; non habetur pro notoriè iniu-
ſta, niſi quando ex alijs non iuſtificatur, *Put. deciſ.* 391.
lib. 1. *in nouiſſim.* quam ſequitur *Seraph. deciſ.* 701. *num.*
3. Vel quando non poteſt ampliùs iuſtificari *item Se-
12 raph. deciſ.* 734. *num.* 4. Maximè cum non agatur de il-
lis exequendis, quo caſu maturiùs eſſet procedendum.
Idem d. deciſ. 290. *num.* 21. ſed de illis ſubſtinendis *Put.
deciſ.* 391. *num.* 1. *&* 2. *Achill. deciſ.* 7. *in fin. de re iu-
dic.* & ſentire videtur *Gabr. d. conſ.* 28. *num.* 7. *& Rota
in dicta Romana officij coram Scotto*. Demum cum dictæ
ſententiæ non ſe referant expreſsis verbis, & per mo-
dum cauſæ diſpoſitiuæ ad acta, vbi etiam non eſſent ex
12 illis iuſtificatæ, non poſſent dici notoriè iniuſtæ, itaut
reddantur nullæ, vel pro nullis habeantur, *iuxta opi-
nionem Abb.* & *Felin. in d. cap. inter ceteras ſupra allega-
torum*. Nam Rota illam non ſequitur, ſed tenet, quòd
hoc caſu habeantur pro validis, *iuxta gloſ in l.* 1. *in
verbo, vel tranſactio*, & ibi *Bart. num.* 2. *&* 3. *C. de er-
ror. calculi, & Bald ſub num.* 5. *Alex. in l. rei iudicatæ,
§.* 1. *num.* 6. *verſ. ſed contrarium ff. ſolut. matr.* & de
magis communi *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 28. *num.* 6. *verſ.
& ſimiliter non obſtat, & num.* 7. *Contard. dicta limit.*
9. *num.* 59. *verſ. non puto, Gabr. tit. de ſentent. concluſ.*
10. *num.* 5. *Put. dicta deciſ* 391. *in princip.* & fuit dictum
in Anconitana aſſecurationis 1. *Iulij* 1601. *coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano & in Firman. Altaris* 5. *Iunij*
1606. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen.* & de obſeruantia
Rotæ teſtatur *Gabr d. conſ.* 28. *num.* 3 *verſ. verum*. Il-
14 las tamen reuocat quando ex actis ſunt notoriè iniu-
ſtæ, niſi aliunde iuſtificentur, vel poſsint iuſtificari;
iuxta ſuperiùs adducta; *& declarauit Rota* 12. *Ianuarij*
1543. *in vna Toletan. matrimonij coram Puteo, vt dici-
tur in additione ad ſupradictam eius deciſionem* 391. *&
ſentiunt Gabr. dicto conſil.* 28. *num.* 2. *&* 3. *& Card Se-
raphin. deciſ.* 151. *in fin.*

Et ideo ex his fuit vt ſupra deciſum.

ANNOTATIO.

A *Rot deciſ* 594. *num.* 4. *part.* 2. *recent. & infra deciſ.* 826. *num.* 2.

B Concordat infra *deciſ.* 376. *num.* 5.

C Idem hac deciſione allegata, fuit dictum in *Firmana alta-
ris* 11. *Maij* 1618. *coram Reuerendiſsimo D. meo Coccino
Decano*.

D *Cardinal. Caualer. deciſ.* 632. *num.* 5. limitatur tamen in
15 ſententia excommunicationis, quæ ex eiſdem iuſtificari
debet, *Seraphin deciſ.* 701. *num.* 3. *Caputaq. deciſ.* 129.
part. 3. *Rot in Placentina fideiuſsionis coram Penia im-
preſſ. apud Marcheſ de commiſſ part.* 1. *pag* 277. *num.* 2.
& in *Neritonen. penſionis coram Litta apud Marcheſ.
ead. par.* 1. *pag.* 531. *ſub num.* 5. vbi quòd fuerit ita ſæpè
tentum in Rota; item limitatur concluſio in ſententia
lata in Saluiano, quæ non poteſt ex nouiter deductis iu-
ſtificari, *Corn. conſil.* 10. *num.* 4. *lib.* 4. *Mantic. deciſ.*
326. *num vlt.* cum alijs per *Rot. deciſ.* 28. *part.* 1. *re-
cent.* & ſemper quando agitur ad effectum exequendi
ſententiam, illa debet ex eiſdem, nec poteſt ex nouiter de-
ductis iuſtificari, *Corn d conſil.* 10. *num.* 2. *vol.* 4. *Car-
dinal. Seraph. deciſ* 279. *num. vlt. & infra deciſ.* 584.
num. 6.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Digitized by Google

Veneta donationis.

Veneris 2. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur pluribus modis, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſsio probatur ex monitorio in Saluiano exequuto, & reproducto, quod ſuccedit loco libelli, & habet vim confeſsionis partis illud obtinentis.*
2 *Conſenſus præſtitus curatorio nomine, dicitur ex officij neceſsitate, & ideo conſentienti non præiudicat.*
3 *Poſſeſsio vera probatur ex fructuum exactione.*
4 *Detentatio ſufficit pro manutentione.*

DECISIO CCLII.

NON fuit penes DD. dubitatum de
quaſi poſſeſſione D. Lucretiæ exigendi fructus locorum Montis fidei, de
quibus agitur, nè dum de tempore litis motæ, ſed etiam ante, quæ fuit firmata in omnibus decisionibus factis
ſuper reuocatione ſequeſtri: & pro-
1 batur etiam ex monitorio ſuccedente loco libelli, per
Antonium in Saluiano contra eam directo, exequuto,
& reproducto, & ſic ex confeſſione eiuſdemmet Antonij, *Aym. conſ.* 150. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 802. *num.* 1. *par.*
1. *diuerſ in Romana domus* 5. *Martij* 1610. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Ludouiſio*, & aliàs paſſim; & tantò magis, quia verba ſunt clara ad dimitten. & relaxan.
& conſequenter dixerunt, illi eſſe concedendũ mandatũ
de manutenẽdo, prout etiam dixerant in relatione cauſarum ſub die 14. Aprilis præteriti. Ad omnia autem
motiua Antonij fuit in dd. deciſionibus abundè reſponſum, & reſponſiones non indigent repetitione. Non
obſtat vltimum, quòd Lucretia amiſerit dictam q. poſſeſſionem in aſſignatione dotis facta cum eius conſenſu
per D. Mariam eius filiam ad fauorem D. Ducis Fiani
eius viri. Tùm quia conſenſus curatorio nomine præ-
2 ſtitus, & ſic ex officij neceſſitate, ei in aliquo præiudicare non potuit, *§. ſi tutor, Inſtit. de inoffic. teſtam. l.
cum quadam*, C. *de adminiſtr. tut. Bald. conſ.* 102. *num.* 2.
verſ. præterea, lib. 2. *Tiraq. de retr. lign. §.* 1. *gloſ.* 9.
num 266. & alij *per Lamberteng. ſuper ſtatuto* [illegible] *ediol.
de contr. mulier. ſinè cert. ſolemn. gloſ.* 10. *in verb. cum
ipſo marito, num.* 31. *verſ. & facit etiam*. Tùm etiam,
quia dicta aſſignatio fuit facta cum expreſſa mentione
aſsignationis antea factæ, annorum ſcutorum 1200.
monetæ Florentiæ ex dd. locis ad fauorem dictæ Lucretiæ pro eius alimentis. Quod etiam patet ex obſeruantia ſubſecuta, cum poſt dictam aſsignationem D. Lucretia continuauerit, prout antea in exactione dd. fru-
3 ctuum, ex qua reſultat vera poſſeſsio, *l. Titia, ff. de
ſolut. l.* 2. *C. de acquir. poſſ Aym. conſ.* 107. *num.* 2.
Oſaſc. deciſ. 43. *num.* 3. *Menoch. remed.* 3. *retinen. num.*
A 564. A, In omnem autem euentum ſufficit ad manu-
4 tentionem iſta ſola poſſeſsio, imò, & detentio *vulg. l.
Aquilius Regulus, & ibi Caſtr. num.* 5. *ff. de donat. Menoch. de retin. remed. vlt. num.* 18. *Rot. deciſ.* 641. *num.*
B 8. *part.* 1. *diuerſ.* B.
Et ideò fuit ita deciſum, &c.

A Dixi ſupra *deciſ.* 233. *lit.* A.
B Dixi ſupra *deciſ* 194 *lit.* B.

Romana domus.

Veneris 2. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis de duabus conformibus, comprehendit etiam Capitula, Communitates, & Collegia, licèt ſint ciues per fictionem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de ſingularibus perſonis non comprehendit fictam, & ſic Capitulum, Communitatem, & Vniuerſitatem.*
2 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 180. *eſt correctorium, & ideò strictè intelligendum.*
3 *Vniuerſitas non venit appellatione perſonarum in materia stricta.*
4 *Statutum loquens de perſonis veris habet locum etiam in fictis ex rationis identitate.*
5 *In ſtatutis correctorijs ex identitate rationis poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, etiam ſi ratio non ſit ſcripta, vnica tamen aſsignari poteſt.*
6 *Extenſio non dicitur, ſed comprehenſio, vbi eadem eſt ratio.*
7 *Statuti Vrbis de duabus conformibus ratio eſt ob abbreuiandas lites.*
8 *Capitulum venit appellatione perſonæ, ſaltem ſub larga vocabuli ſignificatione.*
9 *Extenſio ex identitate rationis admittitur ad caſum non expreſſum comprehenſum ſub larga ſignificatione caſus expreſsi, etiam in exorbitantibus, & correctorijs.*
10 *Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit Communitates, & Collegia.*
11 *Ciuis, & incola quis dicitur loci, in quo natus eſt.*
12 *Incolatus contrahitur ex domicilio, cum diuturnitate decennij.*
13 *Ciuis quis an efficiatur per baptiſmum in loco.*
14 *Valor an probetur ex inſtrumentis locationum, & num.* 18. *niſi concurrant adminicula num.* 20.
15 *Enunciatiua probat inter partes enunciantes.*
16 *Contrahens cum aliquo non poteſt venire contra aſſertionem factam in contractu.*
17 *Mortuus præſumitur iuuenis, qui per mundum vagari cœpit, & deinde pro plures annos de illo nuncius aliquis non venit.*
19 *Valor non probetur per teſtes ad locationum inſtrumenta ſe referentes.*
21 *Locationum inſtrumenta, licèt non ſufficiant ad probandum verum valorem, ſufficiunt tamen ad probandam non vtilitatem, vel damnum Eccleſiæ.*

DECISIO CCLIII.

FVERAT ſub die prima Iulij præteriti reſolutum, eſſe locum Statuto Vrbis, *lib.* 1. *cap.* 180. atque ita exequutioni duarum conformium ad fauorem Capituli B. Mariæ ad Rotundam contra Iuniperam latarum 1 & cauſa bis repropoſita DD. ſteterunt
in deciſis. Nec obſtare viſa fuerunt, quæ pro Iunipera
1 dicebantur. Et primò, quòd dictum ſtatutum tanquam
de

de ſingularibus perſonis loquens non compræhendat
fictam, & ſic Capitulum, Bart. in l omnes populi, in ſe-
xta quæſt. num. 61. ff. de iuſt. & iur. & ibi Bald. num.
91. Caccialup. num. 274. & Bolognet. num. 239. qui te-
ſtatur concl. Bart. eſſe communiter recept. vt not. Doct. in
cap. cum in illis, vbi Anchar. num. 3. verſ. item ſtatuta,
de præben. in 6. & in ſpecie de Capitulo Put. deciſ. 84.
num. 2. part. 2. in nouiſſ. & faciunt cumulata per Gon-
zal. ad reg. 8. gloſ. 37. per tot. maximè quia ſtatutum
2 eſt correctorium, & contra titulum, C. ne lic. ter-
tio prouoc. & ideò ſtrictè intelligen. Dec. conſ. 34. num.
2. verſ. & quia iura, & conſ. 49. num. 1. Gabr. conſ. 50.
num. 11. lib. 1. Surd. conſ. 271. num. 18. multò minus
3 videtur includere Vniuerſitatem, Anchar. vbi ſupra, Ro-
man. conſ. 400. num. 4. & conſ. 436. num. 2. Felin. in
cap. cum te, ſub num. 14. & 15. de reſcript. Card. Seraph.
deciſ. 1050 num. 3. cum alijs allegatis. Quia fuit re-
4 ſponſum, ex rationis identitate ſtatutum, quamuis lo-
quens in perſonis veris habere locum in fictis, vt in ſpe-
cie noſtra, Crot. in repetit. d. l. omnes populi, num. 183.
verſ. & ampliatur, & Bolognet. num. 227. ff. de iuſt. &
iur. Alex. conſ. 216. num. 33. vol. 2. & etiam ſi ratio non
ſit ſcripta, vnica tamen aſſignari tantùm poſſit, fit ex-
5 tenſio etiam in ſtatutis correctorijs de caſu ad caſum,
ad Gloſ. vulg. in l. quamuis, & Bolognett. num. 227. ff. de
iuſt. & iur. Tiraq. tract. ceſſant. cauſ. limit. 21. num. 7. &
ſeqq. cum pluribus per Surd. deciſ. 174. num. 12. & 13.
& Farinac. in fragm. crimin. in verb. extenſio, num. 180.
& ſeqq. & fuit dictum in Barchinonen. Parochialis 29.
Nouembris 1613. coram me, & de perſona ad perſonam,
vt ex allegat. per Farinac. ibidem num. 240. imò ſtante
identitate rationis non dicitur extenſio, ſed compre-
6 henſio, vt ex pluribus per Surd. conſ. 553. num. 44. &
Farinac. vbi ſupra num. 52. & 167. In propoſitio au-
tem quamuis ratio ſtatuti ſcripta non ſit, nulla alia ta-
7 men reddi poteſt, quàm propter abbreuiandas lites,
quam in ſimili ſtatuto conſiderat, & fauorabilem dicit
Dec. conſ. 385. in fin. verſ. & etiam, & hæc æquè mili-
tat in perſonis fictis, ſicut in veris, vt eam conſidera-
uit Rota in deciſionibus in alia reſolutione relatis; &
8 cum Capitulum ſaltem ſub lata vocabuli ſignificatione
veniat appellatione perſonæ, & de Vniuerſitate, Iaſ. conſ.
118. num. 2. lib. 3. & in d. l. ſi quis maior, num. 10. verſ.
maximè, & ibi Bertazzol. num. 153. Alex. conſ. 216. num.
35. & 36. lib. 2. Cott. deciſ. 279. & 281. in manuſcript.
ſinè dubio ex identitate rationis ad illud fit extenſio,
9 etiam quòd ſtatutum ſit exorbitans, & correctorium,
Iaſ. d. conſ. 118. num. 2. verſ. ergo etiam, Alex. conſ. 190.
num. 19. verſ. ſed iſta eſt, & num. 21. & 22. lib. 2. latè
Bologn. in d. l. omnes populi, num. 226. verſ. in contra-
rium tamen, & alijs per Farinac. ibidem num. 247. &
283. imò cum verba ſtatuti non videantur in perſonam
directa, prout in d. l. omnes populi, & in d. l. ſi quis ma-
ior, & in d. cap. cum illis, exemplificant Doct. veluti ſi ſta-
tutum dicat, ſi quis, vel ſi qua perſona, ſed ſint conce-
pta in rem, vt ibi declaran. quòd in nulla cauſa, ſeù ca-
ſu ſecundò liceat prouocare; ideo multò faciliùs inclu-
ditur Vniuerſitas, ſeù Capitulum, vt per Anchar. in d.
cap. cum in illis, num. 3. verſ. ergo vide, de præb. in 6. Vndè
non immeritò Rota tenuit, huiuſmodi ſtatutum com-
10 prehendere Communitatem, vt apud Card. Seraph. de-
ciſ. 1311. & Monaſterium, vt in Romana cenſus 12. Maij
1606. coram bon. mem. Litta, & in Romana Societatis 25.
Iunij 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, &
Collegium, vt in Romana Saluiani interdictis 10. Februa-
A rij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, A, à qua inter-
pretatione receden. non eſt, l. minimè, & l. ſi de inter-
pretatione ff. de leg. Secundò, minùs obſtare dictum
fuit, quòd Iunipera ſit forenſis, non autem ciuis, vel
11 incola, & ſic nõ intret ſtatutum: quia imò contrariũ
apparet, tàm ex natiuitate in Vrbe, de qua conſtat, tàm
ex fide baptiſmi, quàm ex depoſitione teſtium, l. Ciues,
C. de Incol. lib. 10. Felin. in cap. Rodulphus, num. 14. de
reſcript. Roman. Iun. conſ. 363. num. 234. Menoch. conſ.
80. num. 9. et 10. Honded. conſ. 5. num. 3. lib. 1. Surd.
12 conſ. 343. num. 41. Tùm etiam ex continua habitatio-
ne annorum vltra viginti, de qua deponunt ijdem te-
ſtes, ex domicilio enim cum diuturnitate decennij con-
trahitur incolatus, l. 1. ibi, ij. Gloſ. in verb. conſtituerit, &
DD. C. de Incol. lib. 10. & alijs relatis, Surd. d. cto conſ.
343. num. 29. Rota deciſ. 10. num. 2. et ſeq. par. 2. diuerſ.
et in Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. et 1. Maij præ-
teriti coram me, & in terminis vt intret ſtatutum, de
quo agitur in Romana ſocietatis Aromatariæ 1. Iunij
1590. coram Reuerendiſſimo Peruſino. Nec obſtat, quòd
13 per baptiſmum quis non efficiatur ciuis, Bart. in l. 1.
num. 8. ff. ad municip. quia Bart. loquitur, quando quis
fuit ſolummodo baptizatus, non autem quando fuit
etiam natus, nec tollitur incolatus contractus per ha-
bitationem decennalem, de qua prædicti teſtes depo-
nunt, vt ſunt tex. expreſſi l. 1. in princ. et in d. l. ciues,
C. de incol. lib. 10. Exceptiones autem contra dd. te-
ſtes oppoſitæ non fuerunt probatæ, nec etiam viſæ Do-
minis releuantes. Tertiò denique, nec refragari vi-
ſa fuerunt duo deducta contra iuſtitiam ſententiarum.
Non primũ quòd ceſsio facta Capitulo per Dominicum
fratrem Iuniperæ iurium, quæ habebat in d. domo, ſit
læſiua vltra tertiam iuſti pretij, ſicque ex diſpoſitione
ſtatuti 184. lib. 1. reſcindenda; quia prætenſa læſio reſpe-
ctu valoris non deducitur, niſi ex quibuſdam inſtrumen-
14 tis locationum, ex quibus certum eſt non probari com-
munem valorem, cum potuerint fieri ex particulari af-
B fectione, B Alex. conſ. 181. num. 1. verſ præterea deficiunt,
lib. 2. Ruin. conſ. 35. num. 36. lib. 1. & firmatum fuit in
hac cauſa 16. Iunij 1614. & 15. Maij 1615. coram
R. P. D. meo Pamphilio, & alias ſæpè. Minùs ſecundum,
quòd cum emphyteuſis conceſſa fuerit pro Flaminia,
& filijs maſculis, & ex illa extiterint duo maſculi, vi-
delicet Io. Dominicus, & Vincentius, non potuit Capi-
tulo non habenti iura Vincentij, ſed tantùm Dominici
concedi immiſsio, niſi pro medietate non in totum,
vt factum fuit; quia cum in inſtrumento conceſsionis
factæ per Io. Dominicum Iuniperæ narretur, Flaminiam
deceſsiſſe ſuperſtite tantùm ipſo Ioanne Dominico vni-
15 co filio maſculo: ex hac enunciatiua plenè probatur
prædecedentia Vincentij inter partes enunciantes, l.
optimam, C. de contrahen. & committen. ſtipul. Dec. conſ.
35. num. 2. in fin. et conſ. 36. num. 6. verſ. iſta enim ver-
ba, et conſ. 42. num. 9. ad fin. verſ. 1. quia licet, Rom. conſ.
356. num. 3. verſ nec obſtat, et Aym. conſ. 29. num. 1. præ-
ſertim quia d. Iunipera contraxit cum d. Io. Dominico
16 tanquam vnico filio dictæ Flaminiæ, vnde reſultat talis
aſſertio, vt ipſa contrarium dicere nequeat, Alex. conſ.
17. in princ. lib. 3. Quod confirmatur, quia ex teſta-
mento Flaminiæ, ex quo deducitur exiſtẽtia d. Vincen-
tij, illa non ſequitur per neceſſe, cum in eo dicatur, che
ſono venticinque anni, che non è in Roma, & non ſe ne sà
17 nuoua: imò ex hoc potiùs præſumitur mortuus, ad do-
ctrin. Bart. in tract. de teſt. verſ. ſed ſi per mundum,
quam ſequitur Alex. conſ. 4. num. 7. verſ. fortius dicit
Bart. lib. 2. Natt. conſ. 241. num. 2.
Ex quibus Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte bis
informan. &c.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A Concordantes, vide ſupra *deciſ 197. lit. A*
B Locationes non probant verum annuum valorem, vt
18 præter hic allegatos, *Rot. deciſ 871. num. 2. part. 4. di-
uerſ. deciſ 69. num 4. et deciſ 675. num. 5. part 2. recent.
in Maceraten. iuſti pretij domus 31. Ianuarij 1625. coram
bon. mem Dunozetto* & multo minus teſtes ad illarum
19 inſtrumenta ſe referentes, vt in terminis *Seraphin. deciſ.*
1009. *num.* 1. & fuit dictum *in Spoletana penſionis 24. Ia-
nuarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo*, niſi tamen teſtes de-
ponerent de arrendamentis à ſe factis, & deinde ad illorum
inſtrumenta ſe referrent, quia tunc probarent verum va-
lorem, *Put. deciſ. 8. lib. 1. in correct. Seraphin. dicta deciſ.*
1009. *num.* 3. Probatur tamen vetus valor ex inſtrumen-
20 tis locationum concurrentibus adminiculis, vt fuit dictum
*in Veronen. penſionis 23. Maij 1607. coram bon. mem Car-
dinali Sacrato*, quam refert, & ſequitur *Beltramin. ad de-
ciſ. 101. Gregor. XV. ſub lit. A* Præterea licet inſtrumen-
21 ta locationum non ſufficiant ad probandum verum valo-
rem beneficiorum, ſufficiunt tamen ad probandam non
vilitatem, ſiuè damnum Eccleſiæ, & ſic vt ex anteriori-
bus inſtrumentis appareat, alienationem poſtea factam eſſe
Eccleſiæ damnoſam, vt per *Rot. deciſ. 65. num. 24. et ſeq.
part. 2. et deciſ. 725 num. 2. par. 4. diuerſ*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Venecta Donationis.

Veneris 9. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

In rebus dotalibus per virum poſſeſſis fieri poteſt executio pro debito vxoris ante matrimonium contracto, ad quod in actione perſonali conuenta, & condemnata fuit, quando omnia bona ſua in dotem conſtituit: maximè vbi mandatum fuit relaxatum ſciente viro. Dos quando cenſeatur in omnibus bonis conſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri poteſt in bonis dotalibus per virum poſſeſſis, pro credito anteriori ipſa dote, maximè quando mandatum fuit relaxatum ſciente viro; & non ſolum pro debito principali, ſed etiam pro expenſis eius conſequendi gratia erogatis. num. 10.*
2 *Bona cenſentur tradita in dotem deducto ære alieno.*
3 *Bona dicuntur deducto ære alieno in omni materia.*
4 *Partes in dubio cenſentur voluiſſe ſe conformare iuris diſpoſitioni.*
5 *Veriſimile quod eſt, attendendum eſt.*
6 *Expreſſum reputatur id, de quo actum fuiſſe legitimis coniecturis argui poteſt.*
7 *Dos in omnibus bonis conſtituta cenſetur, ſi in capitulis matrimonialibus ſit mentio omnium prætenſionum cum verbo vniuerſali* Omnia, *& in inſtrumento dotali, relicto verbo,* omnia, *ſit mentio de bonis.*
8 *Hæres conficiens inuentarium proteſtans, quòd ſi aliqua bona non reperiantur in inuentario, habeantur pro expreſſis, inſinuat, quòd inuentarium fuerit de omnibus bonis.*
9 *Dos in omnibus bonis conſtituta cenſetur, ſi vir ſit dignus tanta dote.*

DECISIO CCLIV.

ANTONIVS de Domo ad effectum
exequen. mandatum Rotale in vim
obligationis Cameralis ad eius fauo-
rem expeditum pro quibuſdam ratis
decurſis annuæ pecuniariæ præſta-
tionis, obtinuit ſequeſtrum fructuum
locorum montium, & cenſus hæredi-
tarij q. Rodulphi Pij debitoris, cui ſe oppoſuit Excel-
lentiſſimus D. Dux Fiani, & petijt manutentionem
in quaſi poſſeſſione exigen. dd. fructus, attento quòd
ipſe in ea reperiatur vigore aſſignationis dd. locorum,
& cenſus ſibi factæ per D. Mariam filiam, & hæredem
q. Rodulphi. Dubitato propterea, an dicto D. Duci eſ-
ſet danda huiuſmodi manutentio; & dubio pro tertia
vice propoſito DD. negatiuè reſponderunt, quia ſup-
poſita etiam dicta quaſi poſſeſſione D. Ducis plenè, &
concludenter probata, quam nec pars Antonij, nec
DD. in dubium reuocabant, illa tamen non fuit viſa
manutenibilis, quin ſuper dictis fructibus exequi poſſit
prædictum mandatum; nam creditum Antonij origi-
nem habet à contractu facto per Rodulphum patrem
Mariæ vſque de anno 1598. Dos verò eiuſdem Mariæ
fuit D. Duci promiſſa de anno 1606. & aſſignata de an-
1 no 1610. & ideo pro dicto credito Antonij, quod eſt
anterius dicta dote, fieri poteſt exequutio, etiam con-
tra bona dotalia per d. D. Ducem poſſeſſa, prout ità in-
telligi *tex. cum gloſ. in l. mulier bona, ff. de iur. dot.* tra-
dit in ſpecie noſtra quando actum fuit actione perſona-
li contra vxorem pro debitis ante matrimonium con-
tractis, dicens vidiſſe determinari in Curia Delphinali,
Guidop. quæſt. 447. & ità etiam fuiſſe per Conſilium
Neapolitanum concluſum, *Capic. deciſ.* 128. *in primo du-
bio* quas deciſiones ſequuta eſt Rota *coram Card. Sera-*
A *ph. deciſ. 891. in princ.* A, tanto magis, quia d. manda-
tum fuit relaxatum ſciente d. D. Duce, vt conſiderauit
Card. Seraph. d. deciſ. num. 10. Et ratio ea eſt, quia di-
2 cta bona cenſentur in dotem tradita ære alieno deducto,
*d. l. mulier bona, & ibi ſcriben. Gloſ in l. 2. §. illud. ff. de col-
lat. bon. in l. hæreditatem. in verbo debet. ff. de donat. & in l.
æris alieni, in fin. verſ. vel contra, C. de donat. & ibi Salic.*
3 *in princ.* quod regulare eſt etiam in quacunque materia,
vt per *tex. in l. ſubſignatum, §. bona, & l. veniſſe de verb.
ſignif. l. cum emancipati §. illud, ff. de collat. bon. l. non
amplius, de legat. 2. l. cum oportet, §. ſin autem æs alienum,*
& ibi *ſcrib. C. de bon. quæ liber. Menoch. præſumpt.* 109.
num. 8. *& præſumpt.* 143. *num.* 14. *lib.* 4. & videtur
quoque fuiſſe de expreſſa partium intentione in capitu-
lis ſponſalium del 1606. & in inſtrumento dotali del
1610. in quibus fuit conuentum, quòd fructus, & red-
ditus, tàm cenſuum, quàm locorum montium, & bo-
norum ſtabilium locatorum tunc inexacti, & expreſsè
etiam ſpecificati cedere deberent in cauſam dotis, & ad
hunc effectum reinueſtiri in locis montium non vaca-
bilibus: detractis tamen priùs debitis cuicunque perſo-
næ per D. Mariam: quod pactum licèt videatur relatum
ad dictos fructus inexactos, & non ad alia, oſtendit ta-
men mentem, & voluntatem partium iſtam fuiſſe, quia
quoad effectum nihil intererat, quòd debita magis ex
fructibus maturatis ſoluerentur, quàm ex non matura-
tis; imò conueniendo, quòd ſoluerentur ex maturatis
voluerunt, creditorum ſatisfactioni celeriùs prouide-
ri; & tamen ceſſat difficultas, quia huiuſmodi pactum
videtur appoſitum, non ſolùm dictis fructibus, ſed etiam
omnibus alijs bonis per clauſulam immediatè ſubſe-
quen. videlicet, quæ omnia etiam ſeruari voluerunt in
alijs omnibus bonis pecunijs, & rebus, quæ, & quas

in

in futurum quandocunque recuperari, & exigi contin-
get, penſionibus quibuſcunque, vt ſupra in dotem aſ-
ſignatis, de quibus in ſolio, &c. & ſic cum repetitione
d. pacti, quòd priùs æs alienum ſolueretur. Partes enim
4 in dubio cenſentur ſe voluiſſe conformare iuris diſpoſi-
tioni, *Bart. in l. vt iuris iuran. §. ſi liberi num.* 5. *&* 6.
ff. de oper. liber. & Bald. in l. liberto, libertique, num. 24.
C. *eodem*. Et quatenus iſtud pactum non poſſit dici ex-
preſsũ, negari nõ poteſt, quin iſta fuerit veriſimilis mẽs
contrahentium, cum conueniat cuilibet bono viro,
tanto magis ipſis perſonis nobiliſſimis, ne ſcilicet cre-
5 ditores defatigarentur in conſequendo quod ſuum eſt,
& ideò tanquam veriſimile eſt attenden. *l. fin. in princ.*
ff. de contrahen. ſtipulat. & habetur pro expreſſo, cum
6 legitimis coniecturis conijci poſſit de illo actum *Bart.*
in l. cum quid, num. 10. *ff. ſi cert. pet.* Card. *Mant. de ta-
cit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. 14. 15. vbi etiam *num.* 20. *&* 21.
de extenſione contractus de caſu ad caſum ex rationis
identitate. Nec obſtat, quod dicebatur, D. Duci nõ fuiſſe
data omnia bona in dotem, ſed tantùm ſpecificata, &
hæreditaria Rodulphi patris Mariæ, & ita non applica-
ri diſpoſitionem *d. l. mulier bona*, nec deciſiones ſupra
allegatas. Quia de contrario conſtat ex lectura inſtru-
menti dotalis, & capitulorum præceden. nam in ca-
pitulis dictum fuit, *tutte le pretenſioni, che lei hà, e tiene,*
&c. & in inſtrumento omnes, & ſingulas prætenſiones,
quas habet, &c. quæ verba, *prætenſiones*, fuerunt ſinè
dubio poſita loco illorum, *omnia bona*, quod patet,
quia in dicto inſtrumento dum mater ei fecit dotis aſ-
ſignationem, non ampliùs appoſitum fuit d. verbum, *præ-
tenſiones*, ſed dictum *ratifican. & approban. d. promiſ-
ſionem*; imò in illius exequutione ipſa, & tutrix, ſeù cu-
ratrix dederunt, tradiderunt, & aſsignarunt pro dote,
& in fundum dotalem bona, & iura quæcunque de-
ſcripta, & adnotata in ſolio per partes ſubſcripto, &c.
& clariùs ex proœmio d. ſolij, ſeù inuentarij in calce
d. inſtrumenti regiſtrati, dum ſimpliciter dicitur, *inuen-
tario de' ſtabili, luoghi de' monti, cenſi, & altri beni, &
ragioni di Donna Maria Pia, dati per fondo dotale*, abſque
aliqua mentione prætenſionum, & quibus deſcripta
ſint hæreditaria Rodulphi, ita enim (cum vnum inſtru-
mentũ aliud declaret) dicta capitula matrimonialia de-
clarãtur per d. inſtrumentum, & inuentarium generale,
dum fuit dictum de prætenſionibus, partes intellexerunt
7 de bonis, & ſic cum dictione vniuerſali *omnia*, ſinè qua
etiam cenſentur data in dotem omnia bona, vt in puncto
tenuit Conſilium Neapolitanum *d. deciſ. Capic.* 128. *col.*
2. *circa fin. verſ. licèt nomen*. Et apertiùs demonſtratur
ex alio ſpeciali pacto in d. inſtrumento dotali appoſito,
quòd ſi aliqua in futurum apparebunt, quæ in ſupra no-
minato ſolio, & notula deſcripta non fuerint, & quæ
de iure deſcribi, & apponi debuiſſent, illa omnia ha-
beantur pro appoſitis, & deſcriptis, &c. quæ eſt ſimilis
8 proteſtationi hæredis conficientis inuentarium om-
nium bonorum hæreditatis defuncti ad inſinuan. quòd
illud fuerit de omnibus bonis, prout eſſe debet, de qua
per Bald. in l. fin. §. cum igitur ſub num. 8. *& ibi Caſtr.
num.* 5. *verſ. cautela eſt*, C *de iur. delib. Rol. de inuent. in
quaſt. quo tempore, &c. verſ. tantus eſſe debet*, & ſuadetur
etiam ne dum ex verbis, ſed ex veriſimilitudine: cum
9 D. Dux eſſet dignus huiuſmodi, & etiam maiori dote,
Bald. in l. nulla, verſ. breuiter ſequitur, C. *de iur. dot.*
Card. Mantic. de tacit. lib. 12. *tit.* 10. *num.* 27. Præſer-
tim cum ſit vniuerſalis donatarius Illuſtriſſimi D. Car-
dinalis Sfortiæ, & fuerit ſpecialiter conuentum, quòd
habere deberet ad minus ſcuta 14. mill. in reddituan-
nuo de tempore obitus d. D. Cardinalis, quæ veriſimili-
10 tudo ponderatur ad dignoſcendũ, an omnia bona fuiſ-
ſent in dotem datam, *vt per Bald. in d. l. nulla*.

Ex prædictis itaque apparet, quòd non fuerunt tradita
in dote bona tãtùm hæreditaria Rodulphi patris Marię,
& in capitulis, & in inſtrumento ſpecificata; imò in
dd. capitulis, & inuentario vltra hæreditaria d. Ro-
dulphi ſunt etiam deſcripta, & aſſignata quæcunque
mobilia d. Mariæ, etiam minima, & quamplura alia
notabilia bona, & præſertim prouenien. à Lucretia
amita, & Hyppolita auia paterna ipſius Mariæ, quæ
bona Hyppolitæ non exprimuntur tanquam hæredi-
taria Rodulphi, & ad eum priùs peruenta; vltra quòd
ex deſcriptione bonorum non ſequitur, quòd dos non
fuerit in omnibus conſtituta, & quòd alia remanſe-
rint penes Mariam, quæ fuerint parafrenalia, vel ex-
tradotalia, prout re vera non remanſerunt: quod patet,
quia conuentum fuit, quòd ex toto corpore bonorum,
& iurium in dotem aſsignatorum extraheretur parafre-
num, & ſupra dos in ſumma ſcutorum 25. mill. ſi valor
bonorum aſsignatorum excederet ſcuta 100. mill. ſi
verò ad maiorem, vel minorem ſummam aſcendat, ad
rationem quindecim pro centenario: & vlteriùs quia
D. Dux promiſit Mariæ annuam præſtationem ſcuto-
rum 1000. ſoluen. ex fructibus d. dotis, ex quibus de-
prehenditur, quòd Mariæ non remanſerunt alia bona
parafrenalia, ſeù extradotalia; inuentarium autem fuit
confectum, tàm pro cautela Mariæ, vt perpetuò appa-
reret de bonis dotalibus, & inalienabilibus, cum ſint
data in fundum dotalem: quàm etiam pro intereſſe
vtriuſque partis ratione quarti dotalis in euentum lu-
cri ex aliqua parte iuxta Statutum Vrbis, cui ſe ſubmi-
ſerunt. Non tamen poteſt dici conſtare de parafreno,
ſeu bonis extradotalibus d. Mariæ ex dicta reſeruatio-
ne ſcutorum 15. mill. quia huiuſmodi reſeruatio fuit fa-
cta ipſius Mariæ electione, quæ tamen hactenus ſecu-
ta non fuit: & ideò parafrenum, ſeù bona pro ea eli-
genda ſunt adhuc comprehenſa in d. dote, quæ intelligi-
tur data deducto ęre alieno ex ſupradictis. Prout nec etiã
dici poteſt conſtare ex reſeruatione aliorum ſcutorum
mille annuorũ; quia illa non fuit facta per modum reſer-
uationis, ſed promiſsionis d. Ducis ad fauoré ipſius Ma-
riæ, quod potiùs præſupponit, omnia bona fuiſſe in do-
tem data, & nihil penitus eidem Mariæ reſeruatum,
cum dicta promiſsio ſit de ſoluen. de fructibus d. dotis
vt dictum eſt, quæ veriſimiliter facta non fuiſſet, ſi alia
bona D. Mariæ remanſiſſent, prout, nec etiam dicta re-
ſeruatio parafreni, vltra quòd ſemper ſubintelligitur
reperita conditio illa, & de eo, quod ſupereſt deducto
ære alieno.

Et ideò ex his vtraque parte informan. fuit vt ſupra
reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Iacob. Cancer. variarum reſolut. cap.* 13. *num* 58
Chartar. deciſ. Ianuen. 34. *per tot. Anton Fabr in ſuo
Cod. lib* 4 *tit.* 8 *definit vnic. et lib.* 5. *tit.* 7 *definit.* 6. *Ca-
mill. Borrell conſil.* 54. *Garc. Girond. de priuileg num.*
1293. *et pluribus ſequentib.* & in ſimili fuit dictum in
Tudertina dotis 1. *Iulij* 1626. *coram R. P. D. meo Merli-
no*; quia hoc caſu maritus non poteſt dici tertius poſſeſ-
ſor ad impediendam executionem ſuper bonis dotalibus
per ipſum poſſeſſis, vt dixit *Rota in dicta Tudertina do-*
10 *tis coram R P. D. meo Merlino*. & non ſolùm pro debi-
to principali, verùm etiam pro expenſis conſequendi gra-
tia erogatis executio fieri poteſt in huiuſmodi bonis, vt
per *Seraphin. deciſ.* 891. *num.* 4.

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Auinionen. Archidiaconatus.

Veneris 9. Iunij, & 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Familiaritas Cardinalis quando cenſeatur plenè, & ſufficienter probata, etiam ad effectum reſeruationis.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ad effectum reſeruationis plenè, & concludenter eſt probanda, maximè contra prouiſum ad Ordinario.*

Familiaritatem ad probandam non eſt neceſſe docere de deſtinatione ad certum, & particulare officium, ibidem.

2 *Familiaris propriè dicitur is, quem Superior circa ſe, & ſui cultus cauſa tenet, & ſuæ domus continuus commenſalis exiſtit.*

3 *Familiaritas contrahitur opera, & exercitio, & mora continua, & expenſis Domini.*

4 *Familiaritas ad effectum reſeruationis deſumitur ex pluribus concurrentibus, & ſimul iunctis, & eſt difficilis probationis.*

5 *Familiaritas æquiparatur ſocietati, eo quòd mutuo Domini, & familiaris conſenſu contrahitur.*

6 *Conſenſus Domini, & familiaris ad familiaritatem contrahendam, ex quibus probetur.*

7 *Cardinalis mens recipiendi aliquem in familiarem probatur ex deſcriptione illius in rotulo familiarium Cardinalis.*

8 *Ad familiaritatis actus probandos ſufficiunt teſtes etiam ſingulares, ſicuti ad proban. actus ſociales.*

9 *Teſtes ſingulares ſufficiunt in omni materia ad proban. aliquid in genere.*

10 *Vacatio beneficij per obitum probatur ſufficienter ex confeſſione aduerſarij in prouiſione ſibi facta.*

11 *Valor per non exceſſum ſufficit, ſi ſemiplenè probetur.*

12 *Diſtributiones quotidianæ non augent valorem expreſſum, quia non computantur in fructus beneficiorum.*

13 *Valor obtentorum vt iuſtificetur, ſufficiunt quales quales probationes.*

14 *Beneficiorum in Gallia, quæ non ſunt Conſiſtorialia, ſufficit ex primi valorem 24. ducat. per non exceſſum.*

15 *Valor beneficiorum quando ſemper vno modo exprimitur non indiget probatione.*

16 *Clericatus probatur ex literis Ordinarij.*

17 *Familiaritas probatur ex fide œconomi Cardinalis, quando non agitur ad effectum reſeruationis.*

18 *Familiaritas ad effectum iuſtificationis gratiæ, probatur leuioribus, & ſufficiunt teſtes de fama.*

19 *Familiaritas ad effectum expediendi literas gratis, probatur ex ſimplici atteſtatione Cardinalis.*

20 *Familiaritas ad effectum reſeruationis plenè probatur ex Rotulo familiarium, iunctis adminiculis.*

DECISIO CCLV.

AVDITO iterum prouiſo ab Ordinario Domini ſteterunt in reſolutis ſub die 13. Februarij præteriti, videlicet, conſtare de reſeruatione Archidiaconatus, de quo agitur, ex capite familiaritatis Ioãnis Archidiaconi defuncti cum bon. mem. Cardinali Ioyoſa, & ita in hoc eſſe iuſtificatam gratiam prouiſi Apoſtolici, ex eiſdem rationibus,
1 de quibus in deciſione. Nã licèt ad effectũ reſeruationis
A requiratur plena, & cõcludẽs probatio familiaritatis, A, præſertim contra prouiſum ab Ordinario, de cuius præiudicio agitur, vt ſeruat *Rota ex allegatis in prima deciſ. 3. Iunij* 1615. Tamen non adeò ſtricta requiritur probatio, vt doceri debeat de deſtinatione ad certum, & particulare officium, ſeu ſeruitium, quia familiaris propriè, & verè dicitur is, quem Superior circa ſe, & ſui cultus cauſa tenet, & ſuæ domus continuus commen-
2 ſalis exiſtit, vt per *tex in l. cum quæreretur, §. ſeruus. in fin. de leg. 3. & in cap. fin. de verb. ſignif. in 6. trad. Prob. ad Monach. in cap. 1. in verb. filios, num. 8. de ſchiſmat. in* 6. & ſufficit, quòd abſque aliquo diſtincto officio obſequatur, & ſeruiat, *Luc. de Pen. in rubr. C. de domeſtic. & protect. lib.* 12. aliàs enim actum eſſet de beneficijs illorum, qui degunt in aulis Cardinalium ſinè aliquo particulari officio, quia nunquam poſſent dici reſeruata; & tamen iſti præſertim apud Cardinales diuites (vt erat Ioyoſa) plures, & plurimum ſunt, quàm ipſi officiales, & inſeruiunt perſonis dictorum Cardinalium aſſiſtendo in anticameris, aſſociando ad Cappellas, Conſiſtoria, Congregationes, & faciendo alias functiones pro honorandis eiſdem Cardinalibus, in quorum obſequijs omnem operam, & tempus impendunt; & negari non poteſt, quin ita faciendo, & victum à Cardinalibus recipiendo dicantur verè familiares, cum familiaritas con-
3 trahatur, non verbis, ſed facto, videlicet opera, exercitio, & mora continua, & expenſis Domini, *Anchar. conſ. 398. num. 3. verſ. & talis familiaritas*, & dictum fuit *in ſecunda deciſ. ſub dicta die* 13. *Februarij verſ. non obſtat, quòd ad effectum*, vbi reſpondetur deciſionibus in contrarium allegatis. Prout etiam non adeò ſtricta probatio familiaritatis requiritur, quin plena, & concludens dicatur illa, quæ occurrit ſecundùm caſuum contingentiam, vt dictum fuit *coram bon. mem. Iuſto in*
4 *Hiſpalen. Archidiaconatus* 20. *Februarij* 1606. & quæ deſumitur ex pluribus concurrentibus, & ſimul iunctis, etiam ad effectum reſeruationis, *Put. deciſ.* 134. *lib. 3. ſecundùm nouiſſimam impreſſionem*, familiaritas enim videtur difficilis probationis, & licèt æquiparetur ſo-
5 cietati in hoc, quòd mutuo conſenſu Domini, & ipſius familiaris contrahitur, *Anchar. in cap. fin. num. 3. verſ. contrahitur hæc ergo, & Franch. num. 11. verſ. hæc familiaritas, & num. 14. verſ. & contrahitur, de verb. ſignif. in 6. Idem Anchar. d. conſ. 398. in princip.* & fuit dictum *in Parmen Canonicatus* 11. *Februarij* 1585. *&* 31. *Ianuarij* 1586. *corã bon. mem. Gipſio. et in prima deciſione* 5. *Iunij*, tamen ſuper ea non celebrantur inſtrumenta, vel ſcripturæ, prout ſuper ſocietatibus, nec etiam adhiberi ſolent teſtes, quando Cardinales recipiunt aliquem in familiarem, vt notiſſimum eſt. Conſenſus autem
6 huiuſmodi probatur facto, & verbis, & potiùs facto, quod (vt ſupra dictum eſt) conſiſtit in operibus, exercitio, mora, & aſſiduitate, ac ſubminiſtratione expenſarum, & victus; nam hæc videntur talia, quæ fieri non ſolent citra ius, & nomen familiaritatis: & licèt quandoque citra fiant, & fieri poſſint ex aliqua cauſa extrinſeca, tamen declarantur ab ipſis facientibus, an ex illa cauſa, vel animo familiaritatis contrahendæ facta fuerint, & huiuſmodi declarationi ſtari debet ex allegatis per *Anchar. d. conſil. 398. num. 4. verſ. ex quibus*, & in dicta vltima deciſione *in verſ. qui quidem actus*, & in propoſito viſum fuit Dominis concurrere omnia, vel ſaltem maiorem partem illorum, quæ neceſſaria ſunt ad contrahendam familiaritatem, & oſtendendam tàm Cardinalis, quàm Ioannis intentionem, & voluntatem. Omiſſa enim antiqua ſi non familiaritate, ſaltem ſeruitute, & obſequio dicti Ioannis, & gratia, & be-

beneuolentia Cardinalis per ipſum propterea acqui-
ſita ante annum 1587 de quibus dictum fuit in prima
deciſione, propter quæ faciliùs poteſt dici contracta
familiaritas de anno 1593. Clarum eſt, quòd in fine
iſtius anni 1593. Cardinalis ex Gallia venit ad Vrbem,
& Ioannes, qui in Gallia illi inſeruierat, diſceſſit è Ci-
uitate Auinionis eius patria, & in qua Archidiacona-
tum obtinebat, & ſinè aliqua cauſa vrgentis neceſſi-
tatis, vel vtilitatis propriæ, vel eius dignitatis, aut
Eccleſiæ, ac etiam ſinè licentia Ordinarij, vel Capitu-
li, de quibus appareat, tranſtulit ſe ad Ciuitatem Lug-
duni, ex qua aſſociauit Cardinalem ad Vrbem, ſuſci-
piendo curam traductionis ſuppelle ctilium: quod com-
probatum fuit per quartum teſtem vltimo loco exami-
natum iuxtà 19. & per ſecundum ex primo loco exami-
natis iuxta quintum, cum quibus conſonat fides abſen-
tiæ dicti Ioannis à reſidentia, vt ponderatum fuit in
vltima deciſione. Clarum eſt etiam, quòd dictus Ioan-
nes habitauit in Palatijs Cardinalis in Vrbe de annis
1594. & 1595. & quòd ei ſubminiſtratæ fuerunt ex-
penſæ victus, quandoque in tinello, quando fiebat,
quandoque in pecunia numerata, aliquando verò in
pane, vino, & obſonio, vt probant teſtes in dicta de-
ciſione perpenſi, & non videtur ex aduerſo controuer-
ſum. De obſequijs verò, & operibus eiuſdem Ioan-
nis erga dictum Cardinalem abundè fuit dictum in ea-
dem deciſione, & præſertim de dicto itinere è Ciuitate
Auinionis ad Ciuitatem Lugduni, & inde ad Vrbem,
& ex Vrbe ad Ciuitatem Ianuæ cum eodem Cardina-
li, & bis in Galliam pro eiuſdem Cardinalis negotijs,
ac etiam de pluribus ſeruitijs in Vrbe præſtitis occaſio-
ne publicarum, ac priuatarum functionum. Qui actus,
vel neceſſariò familiaritatem concludunt, vel ſaltem
pro talibus habendi ſunt, quia ita fuit à partibus de-
claratum, videlicet à Cardinali, tùm mediante deſcri-
7 ptione dicti Ioannis ſuper rotulo familiarium recipien-
tium partem; hæc enim deſcriptio veriſimiliter ſinè
illius ordine facta non eſſet, tùm etiam mediante illius
atteſtatione, quæ ad eius animi declarationem vide-
tur ſinè dubio attendenda, quicquid ſit ad ipſam fami-
liaritatem principaliter probandam, & dictum fuit in
eadem deciſione. A Ioanne verò ex pluribus eius con-
feſſionibus extraiudicialibus, de quibus ibidem.

Nec dici poteſt, quòd talia obſequia, & ſeruitia non ſint
probata, & quòd teſtes ſint ſingulares; quia de diſceſ-
ſu è Ciuitate Auinionis, & acceſſu ad Ciuitatem Lug-
duni, & inde ad Vrbem benè conueniunt ſecundus, &
quartus; nam quartus dicit, quòd cum eo loquutus
fuit Lugduni, & præſertim circa iter ad Vrbem cum
Cardinali; ſecundus verò, quòd Ioannes aſſecutus fuit
Cardinalem occaſione detentionis eius ſuppellectilium
in Ciuitate Alexandriæ, ad quam rediit cum nouo paſ-
ſaporto, & ſic deponunt de propria ſententia; tertius
verò de duobus itineribus in Galliam, qui etiam iuxta
25. in ſummario concordato prouiſi Apoſtolici poſi-
tionis 23. Iunij 1616. *num.* 5. dicit, *& andò in tal ſer-
uitio come ſeruitore di detto Sig. Cardinale, & non come
amico, perche eſſendo ſuo ſeruitore, & familiare, come ta-
le lo ſeruiua, & non come amico*; & de itinere ad Ciui-
tatem Ianuæ cum Cardinali deponunt duo, videlicet
idem tertius iuxta 13. & quintus iuxta 22. *in dicto ſum-
mario d. num.* 5. omnes verò ſpecificant quamplures
actus particulares officij, & obſequij, *vt in eodem ſum-
mario num.* 4. *&* 5. relatos in dicta vltima deciſione *verſ.*
2. *quòd Ioannes*, & ad illorum probationem ſufficiunt
8 teſtes etiam ſingulares, quemadmodum ad probandum
actus ſociales, *Corn. conſil.* 134. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. *Ga-
br. de teſtib. concluſ.* 2. *num.* 43. *Farinac. de oppoſit. contra
dictis teſt. quæſt.* 64. *num.* 292. *cum alijs per Felic. de ſo-
ciet. cap.* 11. *num.* 12. & eſt regulare in omni materia ad
proban. aliquid in genere, vt ex pluribus de communi,
9 & magis communi relatis per *Hippol. Rimin conſ.* 7. *fe-
rè per tot. volum.* 1. *Gabr. d. concluſ.* 2. *limit.* 1. *num* 18.
& num. 20. *in fin. & Farinac. d. quæſt.* 64. *num.* 250. *et*
252. Demum non obſtant contrariæ confeſſiones, & de-
clarationes dicti Ioannis, de quibus deponunt teſtes
prouiſi ab Ordinario, *in eius ſummario num.* 7. quia ex
lectura illorum depoſitionis apparet, quòd non exclu-
dunt, quin Ioannes contraxerit, & habuerit animum
contrahendi familiaritatē de annis 1593. 1594. & 1595.
de qua ſupra; nam dicunt ſolùm de animo, quem ha-
bebat de anno 1587. poſt obtentum Archidiaconatum,
& reuerſionem ad patriam, & etiam de anno 1610.
non redeundi amplius ad Curiam, vt in dicta prima de-
ciſione, vltra quod quintus deponit de auditu, non ab
ipſo, ſed ab eius fratre.

Alia fuerunt ſublata in dicta vltima deciſione, quam pro-
pterea Dominis placuit confirmare.

DIE verò 3. Iulij eiuſdem anni, ſolo prouiſo Apoſto-
lico informante, dubitaui, an illius gratia vltra ſu-
pradictam familiaritatem eſſet iuſtificata, etiam in alijs
narratis, ſuper quibus, licèt fuerit ab initio diſputatum,
nunquam tamen capta fuerat reſolutio; & Domini re-
ſponderunt pro informante. Nam primò vacatio per
obitum dicti Ioannis vltra teſtes hinc inde datos in ſum-
10 marijs præcedentium poſitionum concludenter proba-
tur ex confeſſione aduerſarij in prouiſione ſibi facta
per Ordinarium *Aegid. deciſ.* 596. *Card. Serap. deciſ.* 1296.
num. 6. *in Romana beneficiatus Sancti Petri* 20. *Februarij*
1595. *coram bon. mem. Gipſio*, & quotidie in alijs. Se-
cundò, valor Archidiaconatus quòd non excedat 24.
ducatos benè probatur per multos ex teſtibus datis *in
ſummario num.* 3. Quorum quintus iuxtà decimum,
nonus iuxtà nonum, & ſuper ſecundo deponunt de pro-
pria ſcientia, octauus iuxtà nonum, & decimum de audi-
tu à Canonicis, & Archidiacono, & ſuper quinto de
11 publica voce, & fama, per verba tamen ſolùm præteri-
ti temporis; ſufficit enim, talem non exceſſum ſemiplenè
probare iuxtà *deciſ. Rotæ* 293. *&* 436. *num.* 1. *part.* 1.
diuerſ. & alias relatas *per. Garz. de beneſ. part.* 5. *cap.* 3.
num. 198. Et licèt tàm prædicti teſtes, quàm alii dati
ſub d. num. 3. deponant, quòd cum diſtributionibus
quotidianis dictus Archidiaconatus aſcendit ad ſcuta
250. & etiam maiorem ſummam, tamen huiuſmodi di-
ſtributiones non augent valorem expreſſum, quia non
12 computantur in valore, ſeu fructibus beneficij, *Ol-
drad. conſ.* 118. *num.* 1. *verſ. quotidiana autem, Felin. in
cap. ad aures, num.* 14. *de reſcript. Rot. deciſ.* 8. *de præ-
ben. in nou. & vltima eodem tit. in antiq. Caſſad. deciſ.* 6.
B *num.* 6. *eodem tit. Caputaq. deciſ.* 65. *num.* 3. *part.* 1. B.
Tertiò, valor obtentorum, quòd videlicet ſimili-
ter non excedat ducat. 24. probatur ex teſtibus *in
ſummario num.* 4 qui licèt de auditu, ſufficiunt tamen
13 ad iſtum effectum, ad quem Rota contentatur quali
quali probatione, *vt fuit tentum in vna Corduben. præ-
ſtimoniorum* 13. *Ianuarij* 1586. *coram Bubalo, in Roma-
na beneficiatus Sancti Petri ſupra allegata*, & aliàs paſſim.

Et quamuis etiam huiuſmodi valor, tàm dicti Archidiaco-
natus, quàm obtentorum ſufficienter ex prædictis non
probaretur, ceſſaret difficultas, quia in Gallia quoad
14 omnia beneficia, quæ non ſunt Conſiſtorialia ſufficit
expreſſio valoris per non exceſſum 24. ducatorum,
*vt trad. Rebuff. in forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis,
verſ. cuius fructus, & in Concordatis tit. de mandat. Apo-
ſtolic. §. ſtatuimus, in verb. ſtatuimus*; & fuit de hoc data

fides

Digitized by Google

ſides quatuor ſollicitatorum in Curia. Quando autem valor ſemper eodem modo exprimitur, nõ indiget probatione, *ut fuit dictum in eadem Romana beneficiatus San-*
15 *cti Petri coram Gipſio*. Quartò, Clericatus prouiſi Apoſtolici probatur ex literis Ordinarij *in ſummario num. 5. et per Rotam in Tullen. Prioratus 8. Iunij* 1582. *coram bon. mem. Orano, & alias ſæpè*. Demum familiaritas eiuſdem cum illuſtriſſimo D. Cardinali Burgheſio, vl-
16 tra quòd eſt notiſſima, probatur ex fide *R. P. D. Oeconomi*, ſeu vt dicitur, Maggiordomo dicti D. Cardinalis, quæ ſufficit, cum non agatur ad effectum reſeruatio-
C nis, C iuxtà deducta *in Hiſpalen. portionis 2. Maij* 1614. *coram R. P. D. meo Andrea*.

Ex quibus reſultat, gratiam eſſe in prædictis benè iuſtificatam, & ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Familiaritas Cardinalis licèt ad effectum reſeruationis ſit
18 plenè, & concludenter probanda, vt præter hic allegatos. *ſuit etiam dictum in Nullius, ſeu Spoletana beneficiorum 20. Martij* 1623 *coram R P. D. meo Nauarro*. ſecus eſt tamen ad effectum iuſtificationis gratiæ, quia tunc leuiores probationes ſufficiunt, *Roſa deciſ 645. num. 3. part. 1. et deciſ. 656. num.* 8 *part. 2. recent.* & fuit dictum *in Salamantina Cappellania del Voto coram bon. mem Cardinali Pamphilio, apud Marcheſ. de commiſſ part 1. pag 475. ſub num. 1. verſ familiaritatem*, vbi quod ſufficiunt teſtes de fama, *et in Hydrũtina Cappellania 6 Aprilis* 1615. *coram bon. mem Vbaldo. et coram Cardinali Caualer de-*
19 *ciſ* 517. *num.* 3. ſicut etiam ad effectum expediendi literas gratis, familiaritas probatur ſufficienter ex ſimplici atteſtatione Cardinalis Vicecancellarij, ſi nihil per expeditores fuerit oppoſitum, *Sarnen quæſt.* 13. *num 6. in reg. de impetr. per obit. familiar Card. Achill de Graſſ deciſ 4. num. 1. de probat. Rot. deciſ 170. num. 3. part 3. lib. 2 diuerſ. & deciſ. 176. num. 3. ibid. duplicata deciſ. 175. lib 3. ead. part. 3. diuerſ.*

B Laie *Gonzal. ſuper regul. 8. §. 7. proœm. à num. 194. vſque ad 206. Garz de beneſic par. 5. cap. 3. num. 266. Monet de diſtribut. part. 1. quæſt. 6. Gregor. XV. deciſ. 540. num. 2. & ibi Adden num. 7. & fuit dictum in Mantuana penſionis 13. Iunij 1628. coram R P. D. meo Pirouano*.

C Fides Præfecti domus Cardinalis, & ſic Rotulus familia-
20 rium, licet de per ſe plenè alicuius familiaritatem non probet, concurrentibus tamen adminiculis illam plenè probat etiam ad effectum reſeruationis, *Simonet. de reſeruat. quæſt 35. num. 23. Gregor. XV. deciſ 166. num 1. Rot deciſ. 584. num. 11. part. 1 recent. in ſupra allegata Nullius, ſeu Spoletana beneficiorum 20. Martij 1623. coram R. P D. meo Nauarro, & in Valliſoletana Cappellania 17. Iunij 1623. coram bon. mem. Patriarcha Mancanedo*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Peruſina hæreditatis.

Lunæ 12. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Dementia teſtatoris ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto, de quo tempore, & quomodo probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Mentis ſanitas naturaliter, & de iure præſumitur, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi concludenter, & num. 4. & 27.*
2 *Mentis ſanitas præſumitur etiam in ſene.*
3 *Notarij aſſertio, teſtatorem eſſe ſanæ mentis, facit vehementem ſanitatis præſumptionem.*
5 *Dementia teſtatoris probanda eſt de tempore teſtamenti.*
6 *Teſtis depoſitio, quod vidit a quatuor, vel quinque annis citra, in vltimo tantum anno verificari poteſt.*
7 *Teſtis de tempore alternatiuè, & per dictionem,* in circa, *deponens illud non probat.*
8 *Teſtis dubitatiuè deponens nihil probat.*
9 *Teſtes de alicuius dementia deponentes nihil probant, niſi rationem etiam non interrogati aſſignent.*
10 *Dementia, quæ ſuperuenit, teſtamentum conditum non infringit.*
11 *Teſtamenti factionem non tollunt actus rationis vſum non excludentes, nec intellectus, nec mentis exilium inducentes.*
12 *Dementiam non arguit quilibet actus, licèt omnino viro ſanæ mentis non conueniens.*
13 *Imaginatio quòd læſa ſit, non autem rationis vſus, ſiuè diſcurſus, ſimul ſtare poteſt.*
14 *Teſtamentum, cuius ſeries cuilibet ſanæ mentis viro congruit, præſumitur factum de tempore habili, & dilucidi interualli.*
15 *Mentis ſanitas probatur per communem reputationem, per famam, & per teſtes deponentes de rebus prudenter geſtis.*
16 *Mentis ſanitas arguitur ex frequentia Eccleſiarum, & miſſæ auditione.*
17 *Mentem ſanam arguit frequentia Sacramentorum, præſertim in vltima infirmitate.*
18 *Dementiam excludit eleemoſynarum largitio, viſitatio amicorum, & conuerſatio cum illis.*
19 *Teſtibus de ſana mente deponentibus magis creditur, quàm deponentibus de dementia, & num. 29.*
20 *Religioſorum atteſtationi de ſana alicuius mente plurimum defertur.*
21 *Teſtamentum furioſi valet, ſtante diſpoſitione prudenti viro conuenienti, & num. 31. intellige, vt num. 32.*
22 *Mentis ſanitatem arguit prudens diſpoſitio.*
23 *Dementia arguitur ex inſtitutione cognatorum, excluſis agnatis.*
24 *Cognatorum inſtitutio, omiſſis agnatis, eſt leuis coniectura ad firmandam dementiam, & tollitur alijs vrgentioribus coniecturis.*
25 *Præſumptio vna cedit pluribus.*
26 *Coniecturis opus non eſt in claris.*
27 *Cognatorum inſtitutio, excluſis agnatis, dementiam non arguit, ſi fiat iuſtis de cauſis.*
30 *Teſtes ſuper dementia, cum alijs ſuper mentis ſanitate quo pacto concordari debeant.*

DECISIO CCLVI.

CONTRA Io. Paulum hæredem ſcriptum inter cetera opponebatur dementia Margheritæ teſtatricis eius materteræ, quæ probata impedit immiſſionem; eam tamen pro Amicis dictæ teſtatricis ex fratre nepotibus, ac prætenſis hæredibus ab inteſtato non fuiſſe probatam, ac propterea ſtandum eſſe in deciſis 28 Nouembris præteriti DD. cenſuerunt.

Indubitata enim eſt naturæ, ac iuris præſumptio pro ſani-

tate

1 tate mentis, & contrarium aſſerentibus probatio in-
cumbit, *l. nec Codicillos* 5. *C. de Codicill. l. fin. C. de hæ-
red. inſtit. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* & vbique Scriben-
tes *Soccin. conſ.* 42. *num.* 1. *vol.* 1. *Decian. conſ.* 127. *num.*
29. *lib.* 3. *& conſ.* 51. *num.* 33. *& ſeqq. lib.* 4. *Caldas.
conſ.* 24. *num.* 2. *verſ. ſuffragatur, & num.* 24 cum
cumulatis *per Menoch. conſ.* 683. *num.* 1. *lib.* 7. *& Fa-
rinac. quæ de comm. de pœn. tempor. quæſt.* 94. *num.* 48.
& in fragment. criminal. in verb. furor num. 230. &
firmauit *Rota in Romana bonorum* 26. *Iunij* 1609. *coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano in Meliten. teſtamenti* 17.
Februarij 1612. *coram R. P. D. meo Manzanedo, in Ro-
mana donationis de Gualterutijs* 13. *Nouembris* 1615. *co-
ram R. P. D. meo Cauallerio, & in d. deciſ. in hac cauſa*
A 28. *Nouembris præteriti*, A Quæ præſumptio nihilae
2 etiam in quantumuis ſene, *vt not. in l. ſenium, C. qui te-
ſtam. fac. poſt Bald. & Salicet. num.* 1. *& Caſtr. num.
2. in fin. idem Bald. in l. ſenectus* 16. *num.* 1. *C. de donat.
Caputaq. deciſ.* 200. *lib.* 1. *in manuſcript. & Card. Man-*
B *tic. de coniect. &c. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 5. B. Et pro ea
3 hic concurrit etiam aſſertio Notarij de teſtamento ro-
gari per hæc verba (Dei gratia ſana ſenſu, viſu, mente,
corpore, & intellectu, & in bona, & recta ſcientia con-
ſtituta) quæ vehementem facit præſumptionem, vt
præter allatos *in d. deciſ. Alex. de Neu. conſ.* 37. *num.* 2.
& 3. Honded. conſ. 78. *num.* 58. *lib.* 2. *Decian. d. conſ.*
51. *num.* 41. *vol.* 4. *Magon. deciſ. Florent.* 97. *num.* 12.
& 13. Probatio autem dementiæ prout alia quælibet,
4 debet eſſe plena, & concludens, *vt d. deciſ. Florent.* 97.
num. 13. *& Rota in d. Meliten. teſtamenti*. Et de tem-
5 pore teſtamenti *l.* 2. *& l. qui teſtamento, §. quacunque
autem, ff. de teſtam. Salicet. in l. furioſum num.* 2. *C. qui
teſtam. fac. poſſ. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8.
num. 21. *& dixit Rota in Rauennaten. attentatorum* 13.
Martij 1589. *coram bon. mem. Orano in Parmen. ſtatus*
24. *Ianuarij* 1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lu-
douiſio, in d. Romana donationis de Gualterutijs, et in d. Me-
liten. teſtamenti*. Non obſtant igitur teſtes dd. de Ami-
cis; quia præſertim primus, ſecundus, & quartus non
concludunt (prout requiritur ex prædictis) quòd actus,
& verba d. Margaritæ, de quibus deponunt, fuerint de
tempore teſtamenti, nec ante, imò nec poſt teſtamen-
tum, ante quendam lapſum Margheritæ teſtatricis ex
ſcalis de anno 1613. ex quo dicunt, illam fuiſſe læſam in
capite, & non ſinè periculo vitæ, vt ex fide medicorum
in ſummario Laurentij prioris poſitionis num. 7. Tertius
verò nullo modo includit tempus teſtamenti, vel ante,
quia eſt examinatus (prout alij) de anno præſenti, &
deponit, quòd cœpit denuò conuerſari in domo dictæ
Margheritæ ab annis decem, vel vndecim citra, & quòd
eam cognouit ſanam quatuor, aut quinque annis cir-
citer, & poſt dd. quatuor, vel quinque annos cognouit
eam inſanam, ſed non dicit, quòd ſtatim ab initio di-
ctorum quatuor, vel quinque annorum eam cognoue-
6 rit talem, ſed poſt illud tempus, quod etiam in vltimo
tantùm anno poteſt verificari iuxta *doct. Bart. in l. Cel-
ſus, num.* 22. *&* 23. *ff. de vſucap. & in l.* 1. *§. quòd au-
tem, num.* 1. *ff. de aq. quot. & æſtiu. Felin. in cap. licèt
cauſam, num.* 8. *verſ. tertia cauſa, de probat. & ſequitur
Rota in pluribus deciſ. relatis per Gonzal. ſuper reg.* 8.
gloſ. 9. *in annot. num.* 86. Et quia alternatiuè loquitur
videlicet, *dalli dieci, ò vndici anni in quà, ch'io hò comin-
ciato a ripraticare, &c. l'ho conoſciuta ſauia quattro ò cin-
que anni in circa, & doppò li quattro ò cinque anni, l'ho co-
noſciuta, ch'era matta, &c.* & ſic nullum tempus firmare
7 videtur & ideo nihil probat, *Alex. in l. & ſi poſt tres,
num.* 6. *verſ. ſecus dicit, ff. ſi quis caution. Roland. conſ.*
35. *num.* 23. *lib.* 1. cum alijs *per Farinac. de teſtibus,
quæſt.* 68. *ampliat.* 9. *num.* 18. *& conſ.* 116. *ſub num.* 3. *lib.*
2. *et fuit tentum in Parmen. Status* 3. *Decembris* 1607. *co-
ram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, & in Romana
nullitatis contractus* 28. *Februarij* 1611. *coram Reueren-
diſſimo Attrebaten*. Quintus tandem, & vltimus vltra
quod eſt vnicus, & ſingularis, nihil etiam probat, quia
8 dubitatiuè pluries loquitur, videlicet, *Potria eſſere da
cinque anni più in circa, Butr. per illum text. in cap. fin.
de deſponſ. impub.* cum pluribus *per Farinac. de teſtib. d.
quæſt.* 68. *num.* 20. *&* 21. *et Rot. in d. Parmen. ſtatus*
24. *Ianuarij* 1607. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lu-
douiſio, et in eadem* 11. *Ianuarij* 1616. *coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Damaſceno*. Imò eum ratio potiùs, quàm
9 dicta teſtium ſit conſideranda, præſertim in hac mate-
ria, nam ſinè illa non creditur teſtibus de dementia de-
ponentibus, etiam ſi de ea non fuerint interrogati, *vt
poſt Soccin. conſ.* 42. *num.* 4. *lib.* 1. & alios dixit Rota
*in dicta Romana donationis de Gualterutijs, et in dicta
Meliten. teſtamenti, et Caldas d. conſ.* 24. *num.* 25. *verſ.
item furor*. Ipſi verò principaliter deducant inſaniam
Margheritæ ex tribus actibus, videlicet, *d'infilzar vn
ſpillo con il filo bianco dalla parte della teſta, d'infilzar vn
Garofolo da ſpetiali nel panno, et di mettere l'acqua in vn
caneſtro per abbeuerare li piccioni, etc.* quos etiam actus
teſtes de Amicis admittunt fuiſſe poſt teſtamentum, vt
primus, & ſecundus *in ſummario Io. Pauli num.* 11. ad
quod tempus referri propterea debent illorum depo-
ſitiones, & ſic quatenus etiam de hoc tempore ſuperue-
10 niſſet dementia, illa tamen nõ infringeret teſtamentum
d. l. furioſum, et ibi omnes ſcribentes. Ideò DD. viſum
fuit, illos nihil concludere, prædicti enim actus tendunt
potiùs ad quandam leuitatem, ſeu imbecillitatem inge-
nij, vel memoriæ, quàm ad dementiam, cum non exclu-
dant vſum rationis, nec intellectus, nec mentis exilium
11 inducant, & ſic non tollunt teſtamenti factionem, *Iaſ.
in. d. l. furioſum, num.* 2. *Dec. in l. humanitatis,* 9. *num.*
1. *verſ. ſecus eſſet in eo, C. de impub. et alijs ſubſt. Ferret.
conſ.* 207. *num.* 3. *Pariſ. conſil.* 88. *num.* 40. 41. *et* 42,
lib. 3. *d. deciſ. Florent.* 97. *num.* 17. *Menoch. d. conſ.* 683.
num. 12. *et* 15. cum pluribus *per Farinac. in d. verb. fu-
ror, num.* 237. *et Rot. deciſ.* 107. *num.* 28. *part.* 2. quæ
etiam ita reſpondit teſtibus pro dementia examinatis
in d. Meliten. teſtamenti. Non enim quilibet actus, etiam
12 ſi non omnino viro ſanæ mentis conueniat, dementiam
arguit, *vt latè per Decian. d. conſ.* 51. *num.* 82. *cum
ſeqq. lib.* 4. & ſimul ſtare poteſt, quòd ſit læſa imagina-
13 tio, non tamen memoria, & vſus rationis, ſeu diſcur-
ſus, vt ex Galeno conſiderauit *Menoch. d. conſ.* 683.
num. 14 *verſ. et ideò verè*.
Quinimò nec talem imbecillitatem, ſeù leuitatem conti-
nuatam, ac permanentem probant, ſed interpolatam,
ac diſcontinuam, deponentes de ſermonibus, & actibus
dilucida interualla denotantibus, *vt in d. ſummario Ioã-
nis Pauli num.* 21. Et ideò teſtamentum, cuius ſeries
cuicunque ſanæ mentis congruit, præſumitur factum de
14 tempore habili, & dilucidi interualli, *vt not. in d. l.
furioſum, Angel. num.* 1. *verſ. ſed in dubio, Caſtr. num.*
3. *Alex. num.* 2. *verſ. de hoc articulo, & num.* 3. *verſ. ta-
men putarem, & Dec. num.* 27. *Alex. de Neu. d. conſ.* 37.
num. 3. *verſ. & debet, & num.* 4. *Flam. Rub. conſ.* 47.
num. 65. *Plot. conſ.* 17. *num.* 12. *verſ. & hoc niſi, Cephal.
conſ.* 753. *num.* 46. *Card. Mant. de coniectur. lib.* 2. *tit.*
5. *num.* 6. *in fin. verſ. quartò, & vltimò, & num.* 7. *&*
8. *Ant. a Gama deciſ. Regni Luſitani* 302. *num.* 2. *Odd.
conſ.* 93. *num.* 35. *Menoch. præſumpt.* 45. *num.* 66. *lib.*
6. *& d. conſ.* 683. *num.* 6. *d. deciſ. Florent.* 97. *num.* 22.
verſ. maximè, cum pluribus de communi, magis com-
muni, & rationabiliori per *Honded. conſ.* 78. *num.* 61.
vol.

vol. 2. & ſenſit Rota in dicta Meliten. teſtamenti. Quæ
tantò magis ſunt admittenda, cum contra perſonas, &
dicta iſtorum teſtium deducantur plures exceptiones
conſiderabiles. Et ſic etiam ceſſare viſa fuit prætenſa
datio curatoris eidem Margheritæ ad inſtantiam dd. de
Amicis, quia fuit de anno 1615. & ſic longè poſt teſta-
mentum, & lapſum: vltra quod allegatur, ad eam nulli-
ter deuentum fuiſſe nõ ſeruatis ſeruandis, & ſupponitur
ab illa appellatum. in contrarium verò de ſanitate
mentis deponunt quatuor teſtes Ioannis Pauli, non
15 ſolùm de communi reputatione, & formiter de pu-
blica voce, & fama per verba, *fuit, & eſt*, vt in eius
ſummario num. 13. *iuxta deciſ. Rotæ* 577. *num.* 3. *par.* 1.
diuerſ. ſed de ſcientia optimas reddentes rationes, vi-
delicet quòd prudenter ſua bona, & negotia admini-
ſtrabat, *vt in d. ſummario num.* 14. *Menoch. d. conſ.*
683. *num.* 4 vendebat, & alios contractus iniebat *num.*
15. quod conſiderant *Zabar. conſ.* 50. *num.* 11. *Bero conſ.*
56. *num.* 11. *vol.* 2. *Farinac. in d. verb. furor, num.*
283. ſua bona, ac redditus clauibus cuſtodiebat *num.*
16. *Alex. de Neu. d. conſ.* 37. *num.* 6. *verſ. & etiam benè.*
16 ad Eccleſias quotidie accedebat, & miſſas audiebat
num. 17. *Alex. de Neu. ibidem d. num.* 6. *circa med. De-
cian. d. conſ.* 127. *num.* 34. *verſ. inſuper, Menoch. d. conſ.*
17 683, *d. num.* 4. Sacramenta Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ac
Pœnitentiæ frequentabatur, illaque fuerunt ei exhibita
vſque ad obitum *num.* 18. *Alex. de Neu. & Decian. vbi
ſupra, Menoch. d. conſ.* 683. *d. num.* 4. *Honded. d. conſ.*
78. *num.* 67. *Farinac. loco cit. num.* 282. *Rot. deciſ.* 107.
num. 20. *par.* 2. *diuerſ.* & in terminis receptionis ſa-
cramentorum in vltima infirmitate admiſſum fuit *in d.*
C *Meliten. teſtamenti* C, Eleemoſynas largiebatur *num.*
18 19. *Alex. de Neu. ibidem.* Et demum viſitabat, & vi-
ſitabatur *num.* 20. vt per eundem ibidem *num.* 5. *verſ.
& habuit conuerſationem, & Decian. conſ.* 127. *vbi ſu-
pra, Menoch. d. conſ.* 683. *d. num.* 4. Et de his omnibus
19 deponunt à 10. & vltra annis citra, vſque ad obitum,
D & ſunt præferẽdi teſtibus, qui de dementia deponerẽt, D
Dec. in d. l. furioſum, num. 20. *& conſ.* 448. *num.* 10.
& 35. *Corn conſ.* 219. *num.* 7. *lib.* 2. *Iaſ. conſ.* 2. *num.*
10. *lib.* 1. *Pariſ. d. conſ.* 88. *num.* 22. *& ſeqq. Boer. deciſ.*
23. *num.* 93. *Gabr. de teſtibus concluſ.* 4. *num.* 19. *Me-
noch. præſumpt.* 45. *num.* 21. *lib.* 6. *Decian. d. conſ.* 127.
num. 35. *lib.* 3. *& conſ.* 51. *num.* 42. *lib.* 4. *Cephal. d.
conſ.* 546. *num.* 82. *lib.* 4. *Card. Mant. de coniect. lib.* 2.
tit. 5. *num.* 9. *Honded. d. conſ.* 78. *num.* 73. *vol.* 2. cum
alijs *per Caldas d. conſ.* 24. *ſub num.* 24. *Rota d. deciſ.*
577. *num.* 10. *in d. Romana bonorum coram Reuerendiſ-
ſimo Decano, & in d. Meliten. teſtamenti.* Accedentibus
20 præſertim atteſtationibus plurium Religioſorum, qui
eidem Margheritæ ſacramenta adminiſtrarunt, dicen-
tium illam ſemper reperiſſe in bona mente, ac diſpoſi-
tione, quibus plurimùm creditur in hac materia, *Dec. d.
conſ.* 448. *num.* 20. *in fin. Decian. d. conſ.* 127. *num.* 34.
verſ. et in ſpecie, et Rota d. deciſ. 107. *num.* 20. *par.* 2. *di-
uerſ.* quæ licèt informes tamen verificantur ex ſupradi-
ctis teſtibus formiter pro Io. Paulo examinatis. Et tan-
dem viſum fuit clariorem reddi probationem ſanitatis
ex ipſamet ſerie diſpoſitionis factæ in teſtamento, in
qua non ſolùm nihil legitur ſapienti inconueniens, &
ideò etiam ſi probaretur Margheritam antea fuiſſe de-
21 mentem, nihilominus ſecundùm aliquos, vt dicebat
etiam vnus ex Dominis, teſtamentum validum dici poſ-
E ſet E, vt per *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſin.* 1. *num.* 11. *et* 12.
in fin. vbi de veriori, & magis communi, *Craſ. in* §. *teſta-
mentum q.* 21. *num.* 4. qui dicit, ab hac non eſſe receden.
& latè comprobant *Decian. d. conſ.* 51. *num.* 43. *et conſ.*
74. *num.* 27. *vol.* 5. *Surd. d. conſ.* 402. *num.* 32. *et alij per
Caldas dicto conſ.* 24. *num.* 2. *verſ. facit etiam*: imò omnia
videntur benè, ac prudenter diſpoſita, & ordinata.
22 Nam vltra inſtitutionem, prohibitionem alienationis,
& ſimilia, adſunt commendatio animæ Omnipotenti
Deo, & omnibus ſanctis, legata pia, & dictis de Ami-
cis ſigillatim nominatis ex fratre nepotibus, ac omni-
bus famulis, & ancillis, electio ſepulturæ, prouiſio circa
modum ſepeliendi cum habitu monachali ſancti Franci-
ſci, locus ſepulturæ, & impenſa funeris: ac demum in-
ſtitutio Iacobi nepotis illegitimi ex filio prædefuncto,
cum diſpoſitione, quòd quatenus liberè non potuiſſet
ſuccedere, peteretur per Io. Paulum habilitatio infra
biennium. Quæ omnia, & ſimilia pro ſanitate mentis in
teſtamento conſiderant, *Pariſ. d. conſ.* 74. *num.* 30. *&
Curt. Iun. conſil.* 304. *num.* 83. *vol.* 3. *Dec. d. conſ.* 51.
num. 46. *vſque ad* 54. *& d. conſil.* 74. *num.* 3. Nec ob-
ſtare Dominis viſum fuit, quòd dici poſſit a demente
confectum, quia fuerũt inſtituti hæredes non venientes
23 ab inteſtato, nempe cognati agnatis excluſis. Nam
vltra quod hæc eſt tantùm quædam coniectura, *vt per
Alex. conſ.* 141. *num.* 8. *verſ.* 2. *eſt coniectura, lib.* 1. &
admittunt informantes pro Amicis, & quidem leuis,
24 cum per eam coarctari videatur libera ſuarum rerum
diſpoſitio hominibus, quos aliquando mentis alienatio-
ne teneri contigiſſet, etiam ſi tunc ſani eſſent, contra
not. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. &
ideo (prout etiam aliæ pro Amicis ponderatæ) tollitur
25 ex pluribus alijs vrgentioribus ex ipſo teſtamento de-
ductis, de quibus ſupra, *l. ob carmen,* §. *ſi teſtes, ff. de te-
ſtibus, auth. itaque, C. com. de ſucceſſ. Surd. conſ.* 1. *num.*
60. *& conſ.* 313. *num.* 51. & ex probatione ſanitatis
26 pro Io. Paulo facta; in claris enim coniecturis non eſt
locus, *vulg. l. continuus, ff. de verb. oblig.* Ceſſare viſa
fuit difficultas, quia Margherita dictis de Amicis eius
ex fratre nepotibus non prætulit extraneum, vt loquun-
tur *Doct.* ex aduerſo allegati, *& prout dictum conſil.
Alexand. declarat Cald. d. conſil.* 24. *ſub num.* 6. ſed inſti-
tuit deſcendentem ab ipſa, videlicet nepotem ex filio
prædefuncto, quem etiam voluit habilitari, vt dictum
eſt, quatenus non potuiſſet ſuccedere, ac etiam inſti-
tuit Io. Paulum eius ex ſorore ſimiliter nepotem, & ſic
in pari gradu coniunctum, & ita non penitus extra-
neum, nec dictos de Amicis præterijt, ſed particulari-
bus honorauit relictis, vt dictum eſt. Vltrà quod etiam
eſſe poteſt, quòd potiùs inſtituerit Io. Paulum ex iuſta
cauſa ſcilicet, vel ob eius benemerita erga ipſam, vel
ob maiorem affectionem, vel propter maiorem indi-
27 gentiam ipſius Io. Pauli, quæ ad excludendam demen-
tiam conſiderant in his terminis *Decian. d. conſ.* 51.
num. 57. *verſ. ſecundum, cum pluribus ſequentibus, &
Menoch. d. conſ.* 683. *num.* 19. *& plurib. ſeqq.* Cetera
benè fuerunt ſublata in alia deciſione, & per informan-
ter pro Io. Paulo.
Et ideò ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd ſanæ mentis quiſque præſumatur, itaut aſſerenti
28 contrarium incumbat onus, dementiam plenè, & con-
cludenter probandi, firmauit etiam Rota *in Romana de
Gracchis* 1. *Decembris* 1618. *coram bon. mem. Remboldo, in
Romana donationis* 11. *Ianuarij* 1619. *coram bon. mem.
Dunozetto, & in Romana hæreditatis de Arigonijs* 13. *No-
uembris* 1624. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*,
in quibus hanc deciſionem ſecuta eſt, & omnes ferè eius
concluſiones canonizauit.
B Sequitur Rota *in d. Romana donationis coram bon. mem.
Dunozetto.*

C Ro-

C Rota in d. Romana de Gracchis coram bon. mem. Rembol-
do, et in Romana ſucceſsionis 19 Ianuarij 1629. coram
R. P. D. meo Durano.
D Et quòd teſtibus de ſanitate mentis deponentibus magis
29 credendum ſit, quàm alijs deponentibus de inſania, licèt
illi eſſent numero plures, præter hic allegatos, Adrian.
Neguſant. reſponſ. 314. num. 16. & ſequuta eſt Rota in d.
Romana hæreditatis de Gracchis coram Remboldo, et in d.
30 Romana de Arigonijs coram Manzanedo. Concordanda
ſunt tamen dicta teſtium, quorum aliqui ſuper actibus
dementiæ, alij ſuper mentis ſanitate depoſuerunt, vt ſci-
licet diſponens cenſeatur dilucida habuiſſe interualla, &
quòd aliquando ſanæ mentis, aut non omnino à mente
alienatus fuerit, vt per Soccin. conſil. 42. num. 10. vol. 1.
Corn. conſil. 219. vol. 1. Boer. deciſ. 13. num. 83. et fuit di-
ctum in allegata Romana de Gracchis coram Remboldo verſ.
in omnem euentum.
E Quòd furioſi teſtamentum ſuſtineatur, quando in eo re-
31 petitur diſpoſitum, prout quilibet prudens, ac ſanæ men-
tis feciſſet, præter hic allegatos, tradunt Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 7. et 8. Honded. con-
ſil. 78. num. 61. lib. 2. Magdalen. de numer. teſt. par. 2. cap.
4. num. 89. et ſeq. Rot. diuerſ. part. 2. deciſ. 129. num. 15.
et in d. Romana de Gracchis coram Remboldo, verſ. tum
etiam, in Romana teſtamenti 9. Decembris 1620. coram Re-
uerendiſsimo D. meo Coccino Decano, et in d. Romana hæ-
32 reditatis de Arrigonijs coram Manzanedo. Hoc tamen eſt
intelligendum procedere, vbi non conſtat præcisè, teſta-
torem fuiſſe ſemper dementem, ſed dilucida interualla
habuiſſe; nam protſus demens, & in furore confirmatus
ſi de facto teſtetur, licèt ordinatè, ſemper eius teſtamen-
tum nullum eſt, Menoch. poſt alios præſumpt. 45. num. 68.
lib. 6. quia tunc ordinata diſpoſitio non à perſona, ſed ca-
ſu magis facta creditur; & ità d. concluſionem declarat
Rota pluribus eam probando in Romana ſucceſsionis 19.
Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Durano.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Auinionen. Fideicommiſſi.

Lunæ 19. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Iudicum vniuerſale quando faciat ſilere particulare, & quando dicatur motum iudicium vniuerſale, & quando particulare; immiſſio an competat ex relicto conditionali, non probata conditionis purificatione: & an retardetur exceptione de iure tertij, & an competat ex teſtamento impugnato.

SVMMARIVM.

1 *Filijs mente captis extranei ſubſtitui non poſſunt, quando eis ſorores adhuc ſuperſtites ſunt.*
2 *Iudicium particulare ſilere debet, pendente iudicio vniuerſali inter eaſdem partes, ſecus ſi iudicium particulare mouetur à tertio pendente iudicio vniuerſali inter duos.*
3 *Petitio hæreditatis eſt actio vniuerſalis.*
4 *Inſtitutus in re certa non dicitur habere titulum hæreditarium, et vniuerſalem, ſed ſingularem.*
5 Gaudere, *verbum reſtrictum ad tempus vitæ, ſolum vſumfructum importat.*
6 *Vſusfructus ſolùm relictus cenſetur, quando teſtator mandauit, legatum poſt mortem legatarij, cum tota proprietate conſolidari.*
7 *Immiſſio non competit ſubſtituto conditionaliter, niſi probetur, caſum ſubſtitutionis eueniſſe.*
8 *Immiſſio non competit hæredi conditionali, pendente conditione.*
9 *Legatum conditionale, conditione non purificata, actionem non tribuit.*
10 *Conditionis purificatio probari debet citatis illis, qui lædi poſſunt.*
11 *Inſtitutus ſubſtituto præferri debet in immiſſione.*
12 *Sententias diuerſas, vel contrarias in eadem cauſa ferri, abſurdum eſt.*
13 *Exceptio de iure tertij non retardat immiſſionem.*
14 *Saluianum non competit, ſinè hypotheca.*
15 *Exceptio de iure tertij impedit immiſſionem, quando eſt excluſiua intentionis agentis.*
16 *Reus infringit actorem, quando ſuam intentionem non probauit.*
17 *Teſtamentum conditionale, pendente iudicio liquidationis conditionis, gaudere non debet priuilegio executiuo.*
18 *Impugnare teſtamentum non poteſt ſe in eo fundans, etiam ſi impugnatio fiat, iure permittente.*
19 *Filius non poteſt conſequi legatum ex teſtamento per eum querelato.*
20 *Saluianum competit legatario, ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat, et num. 21. Limita, vt num. 22.*
23 *Hypotheca legalis competit in re hæredis pro legato, quando hæres fideicommiſſum non agnouit, vel inuentarium non confecit, ſed ſimpliciter hæreditatem adiuit.*

DECISIO CCLVII.

NICOLAVS, Antonio, & Bartholo-
mæo ſuis filijs mente captis hæredibus
in eius vltimo teſtamento inſtitutis ſinè
filijs maſculis decedentibus ſubſtituit
vulgariter, pupillariter, exemplariter,
& per fideicommiſſum primos liberos
maſculos filiarum eorundem Antonij, & Bartholomæi,
necnon primos liberos maſculos Gilettæ Ludouicæ, &
Gabrieliæ ipſius teſtatoris filiarum; & in euentum,
quòd aliqua ex dd. filiabus nullum haberet maſculum,
voluit, quòd tunc illa, eius vita durante, gaudeat por-
tione, quam eius liberi maſculi conſequuti fuiſſent, ſi
in rerum natura extitiſſent. Mortuis dd. Antonio, &
Bartholomæo, ſinè prole, dicta Gabrielia eorum ſoror
præuia aditione totius hæreditatis, prætextu quòd ca-
reret liberis maſculis ſubſtitutis, & quòd ſubſtitutio
exemplaris non potuerit fieri, niſi de ſe vel ſola ſuperſti-
1 te ex ſororibus dictorum mente captorum, iux. diſpoſi-
tionem l. humanitatis, C. de impuber. Et quod propterea
dicta ſubſtitutio in quota ſublata dicta exemplari tra-
heretur ad totam hæreditatem; ideò coram Tribunali
Auinionen. petijt immiſſionem in poſſeſſionem illius,
ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. vel ex alio quo-
A cunque ſibi proficuo. A, Et eandem immiſſionem
petijt Henricus d. Gabrieliæ ex filia nepos in poſſeſ-
ſionem tertiæ partis d. hæreditatis prætendens ſe com-
prehenſum in d. exemplari facta ad fauorem primorum
maſculorum filiarum teſtatoris. Et lata ſententia ſu-
per manutentione in ſummarijſsimo ad fauorem He-
ctoris, & Franciſci reorum conuentorum, & filiorum
reſpectiuè dictarum Gilettæ, & Ludouicæ prædefuncta-
rum; per quam etiam fuit declaratum, ad vlteriora,
prout de iure, proceden. eſſe in remedio, d. l. fin. ſeu alio
poſſeſſorio per eoſdem Gabrieliam, & Henricum in
actis reſpectiuè intentato. Cauſaque in gradu appella-
tio-

Digitized by Google

tionis pro eorum parte interpoſitæ introducta coram
Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Burgheſio Legato, dicta
Gabrielia petijt immiſſionem pro tertia parte ſinè præ-
iudicio aliarum duarum, & dubio per me propoſito,
illam non eſſe conceden. Domini reſponderunt. Pri-
mò, quia pendente dicto iudicio ſuper immiſſione in
2 poſſeſsionem totius hæreditatis per Gabrieliam moto,
non potuit intentari particulare iudicium ſuper dicta
tertia, ſed illud debet ſilere, *l. non diſtinguemus, §. ſi is
faciat*, & ibi *gloſ. Odofr. Alber. Bart. & Bald. ff. de arbitr.
l. ſi quis libertatem, vbi omnes. ff. de petit. hæred.* cum
alijs per *Oſaſc. deciſ.* 74. *num.* 1. Quæ iura non ſunt cor-
recta *per l. fin. C. eod.* quæ procedit, quando iudicium
ſingulare mouetur à tertio, pendente vniuerſali ſuper
hæreditate inter duos, non quando vniuerſale pendet
inter partes, prout hic inter Gabrieliam actricem, &
dictos Hectorem, & Franciſcum poſſeſſores, quia tunc
debet ſilere iudicium ſingulare, *vt in dicto §. ſi is faciat,
not. Alber. Bart. & Bald. & in d. l. ſi quis libertatem,
Bart. num.* 12. *verſ. oppono*, & ibi *Bald. in add. num.* 4.
Caſtr. num. 3 *verſ. tertia differentia, & num.* 12. *circa
fin. & in d. l. fin. num.* 6. *verſ. quid dicemus, & Bald.
num.* 4. *verſ. vlterius oppono, Salicet. num.* 3. *in* 5. *oppoſit.*
Ne contingat bis idem ventilari, *Bald. in d. l. ſi quis li-
bertatem, num.* 4. *in addit.* & ratione perplexitatis, & in-
compatibilitatis euitandæ, *idem Bald. & Salicet. in d. l.
fin.* Quòd autem primum iudicium à Gabrielia inten-
tatum ſit vniuerſale, eſt indubitatum, quia vt hæres in
ſolidum petijt immiſſionem in poſſeſsionem totius hæ-
B reditatis, B, ſicuti dicitur de petitione ipſius hæredi-
3 tatis, quæ eſt actio vniuerſalis, *l. item. videndum, §.
fin. & l. ſed & ſi, §. fin ff. de pet. hæred. l.* 1. *in princ.*
& ibi *Gloſ. in verb. de vniuerſitate, ff. de rei vend. Specu-
lat. in tit. de act. ſeu pet. in §. ſequitur videre, in princ.
lib.* 2. *par.* 1. *Marant. in Specul par.* 4. *in* 4. *diſt. iudicio-
rum, num.* 1. Prout dubitari non poſſe videtur, iudi-
cium hodie motum eſſe particulare, quia Gabrielia
prætendere non poteſt proprietatem dictæ tertiæ partis
in defectum eius filiorum maſculorum, cum in hoc ca-
ſu relictum contineat tantummodo vſumfructum, & ad-
ſint ſubſtituti in proprietate totius hæreditatis, quod
& ipſa ſupponit, & conſequenter ſumus in relicto cer-
tæ rei, & Gabrielia dici non poteſt habere titulum hæ-
4 reditarium, & vniuerſalem, ſed ſingularem *ex not. per
Bart. in l. quoties, num.* 2. *verſ. dico ſic, C. de hæred. in-
ſtit.* & ibi *Bald. num.* 2. *&* 3. *& ſeqq. & Salic. num.* 8.
Et quòd fuerit ei ſolus vſusfructus relictus, patet ex
illis verbis, *Tunc cum caſus huiuſmodi ſubſtitutionis
venerit, voluit, &c. gaudere, eius vita durante, &c.* Illud
5 namque verbum, *gaudere*, reſtrictum ad tempus vitæ
ſolum vſumfructum importat, ſecundùm communem,
à qua non eſſe recceden. teſtatur *Menoch. præſ.* 133. *num.*
12. *lib.* 4. & de qua etiam *idem conſ.* 32. *num.* 17. *cum
pluribus in ſimilibus verbis per Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 29. *verſ. quod ſanè intelligendum
eſt, Surd. de aliment. tit* 2. *quæſt.* 1. *num.* 9. *& ſeq. Ca-
ſtil. de vſufruct. cap.* 30. *num.* 13. *& Rota in Roman.
apotheca proſumariæ* 11. *Martij* 1613. *coram R. P. D. meo
Vbaldo.* Et omnem difficultatem ſubmouent ſequentia
verba videlicet. *Ita tamen, quòd ipſis filiabus defunctis,
ſeu filia defuncta dicta pars, ſeu portio bonorum cũ ſua con-
ſolidetur proprietati*, conſolidatio enim fieri nõ poſſet, niſi
6 nudus vſusfructus fuiſſet relictus à proprietate ſepara-
tus, *Caſtr. poſt Bart. in l Titia cum teſtamento, §. Titia
cum nuberet, num* 1. *in fin. verſ quandiu viueret, de leg*
2. *Peregrin. de fideicomm art.* 32. *num.* 76. *Laderch. conſ.*
32. *num.* 8. *& fuit dictum in Bononien. de Monterentijs*
23. *Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Dunozet.* Se-
cundò principaliter, quia dictum relictum eſt condi-
tionale tanquam factum in defectum filiorum maſculo-
rum filiarum Antonij, & Bartholomæi menteccaptorum
hæredum inſtitutorum, & in defectum filiorum maſcu-
lorum filiarum teſtatoris. Et ideò non competit im-
7 miſſio, niſi probetur, caſum ſubſtitutionis eueniſſe *Bart.
in d. l. fin. num.* 9 *verſ. ad vnum*, & ibi *Zuccard. num.*
211. *&* 212. vbi de fideicommiſſario, & de ſubſtituto
conditionali poſt *gloſ Azon Roſr. & Specul. & Alberic.
num.* 10. *in fin. Menoch. d. remed.* 4. *num.* 212. *&* 255.
Perſonal. de adipiſcen. num. 290. Sicuti nec competit hæ-
8 redi conditionali conditione pendente, *vt poſt citat Al-
ber. et alios, Menoch. vbi ſupra num.* 309. Nec ex legato
9 conditionali agitur niſi conditione purificata, *l. ſi ita
ſcriptum, §. fin de legat.* 2. *cum vulg* Liquidatio autem
10 conditionis eſt facienda illis citatis, qui lædi poſſunt,
Curt. Iun. in d. l. fin. num. 43. & ibi *Zuccard. num.* 212.
Perſonal vbi ſupra, num 191. *in fin.* & facit *Bald. in d.
l. fin. num.* 48 Tantò magis Henrico, ſi prætendat ſe
primo loco vocatum ad excluſionem Gabrieliæ: quia
11 vbi hoc verum eſſet, præferri deberet in immiſſione *iux.
l.* 1. *& ibi omnes, C. de edict. diu Adr. &c.* & cum ſuper
purificatione, vel defectu conditionis, ſeu conditio-
num pendeat cauſa inter dictum Henricum, & Gabrie-
liam, necnon dd. Hectorem, & Franciſcum: imò idem
Henricus petat immiſſionem in dicta tertia parte per
Gabrieliam prætenſa tanquam vnus ex liberis dictæ
Gabrieliæ, & in ſubſtitutione exemplari comprehen-
ſus; huiuſmodi iudicium dicitur præiudiciale, nec po-
teſt in eo procedi non vocato dicto Henrico, cum diuer-
ſæ, imò contrariæ poſſent ſequi ſententiæ, quod eſſet
12 abſurdum, *vt per Bald. in l. cum Papinianus* 14. *num.* 2.
verſ. dixi tertiò, C de ſent. & interloc. Felin. in cap. 1. *ſub
num.* 6. *verſ ne contenentia cauſa, de præſcript. Oſaſc. de-
ciſ.* 74. *num.* 8. *in fin. & in fine ipſius deciſionis.* Nec
obſtat, quòd iſta videatur exceptio de iure tertij, quæ
13 non retardat immiſſionem, *Alex. in d. l fin. num.* 23.
*circa med. verſ. ſecus ſi allegat, C. de edict. &c. Pereg. de fi-
deicom. art.* 48. *num* 46. Quia vltra quòd Henricus eſt
in cauſa, & formaliter deducit ius ſuum petendo im-
miſsionem, exceptio videtur de iure proprio poſſeſſo-
rum, vel ſaltem de non iure agentis, cum concludat
non ſolùm conditionem non eſſe purificatam, ſed deſe-
ciſſe, & conſequenter hypothecæ defectum, ſiue quæ
14 non competit Saluianum, *Surd. deciſ.* 157. ideoque im-
15 pedit immiſſionem, *Zucchard. in d. l. fin. num.* 392.
16 *Menoch. d. remed.* 4. *num.* 595. Quilibet enim reus in-
fringit actorem quando non probauit ſuam intentio-
nem, *Bald. in d. l. fin num.* 49. *verſ aut non contradi-
ctor*, & ibi *Curt. num* 41. *verſ quando*, dicens, hoc eſſe ex
ſe clarum, & facit *Caſtr. in l. ſi cui, col.* 2. *verſ. ſed illud
habet locum, C. de non num. pecun & fuit dictum in An-
conitana bonorum* 4 *Iulij* 1614. *&* 16. *Nouembris* 1616.
coram R. P. D. meo Manzanedo. Ex quo etiam ſequi-
tur, pendente iudicio liquidationis dictæ conditionis te-
17 ſtamentum non debere gaudere priuilegio executiuo,
ſicuti de inſtrumento *trad. Bald. in l.* 2. *num.* 7. *verſ. mo-
dò quæro, C. de execut rei iudic. Surd deciſ.* 27. *num.* 8.
Tertiò, quia Gabrielia prætendens ſubſtitutionem
exemplarem de alijs, & non de ſe factam eſſe nullam,
petijt immiſſionem vti hæres vniuerſalis, & ſic impu-
gnauit teſtamentum paternum, cum alij eſſent ſubſti-
tuti; ideò non poteſt ſe fundare in eodem teſtamento
18 petendo ex eo dictam tertiam, quaſi teſtator veriſimi-
liter non reliquiſſet ſi cogitaſſet de impugnatione, etiam
ſi impugnatio fiat iure permittente, *iuxta diſpoſitionem
dictæ l. humanitatis*, vt in terminis *auth. ex cauſa, C.
de lib. præter.* quòd filius non poſsit conſequi legatum
ex te-

19 ex teſtamento per eum querelato, *gloſ. in l. maximum vitium, in verb. totius ſubſtantiæ*, C. *eodem*. Ex quibus patet, immiſſionem non eſſe hodie Gabrieliæ conceden. in poſſeſſionem dictæ tertiæ partis, neque ex remedio
20 *dictæ l. fin.* neque ex Saluiano, licèt illud, ſecundùm opi-
C nionem, quam Rota ſeruat, competat legatario. C,
Et ita Domini vnanimiter cenſuerunt &c.

ANNOTATIO.

A Super caſu huius deciſionis conſuluit *Giouagnon lib. 2. reſponſ* 42. poſt quod eadem deciſio impreſſa eſt.

B Et quòd ad effectum, vt iudicium vniuerſale petitionis hæreditatis faciat ſilere particulare, petitio eſſe debeat ſuper tota hæreditate, & propoſita ab eo, qui totam hæreditatem prætendit, *fuit dictum in Romana, ſeu Tiburtina Caſtri ſancti Angeli de Vrſinis* 10. *Februarij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*.

C Saluianum competit pro legato *Gabr. conſil.* 46 *num.* 19. *et ſeq. lib.* 1. *Surd. deciſ.* 76. *num.* 4. *et ſeq* & hanc opinio-
21 nem ſequitur Rota, *vt in deciſ.* 674. *num.* 4. *et* 5. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ apud Seraphin deciſ.* 828 *num.* 2. *in recent. deciſ* 36 *num.* 1. 387. *num.* 1. *&* 556. *num.* 1. *par.* 2. cum alijs adductis in *Romana legatorum de Columna* 27. *Ianuarij* 1614. *&* 25. *Maij* 1616. *coram bon. mem Cardinali Sacrato*, *in Cornetana legati* 4. *Decembris* 1620. *coram bon mem. Dunozetto, in Romana legati* 7. *Iunij* 1621. *coram bon. memor. Vbaldo*. & in alijs, & hanc eſſe communem opin. reſtatur *Rota in infra allegata Viterbien. Caſtrorum coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*.
22 Hæc tamen concluſio limitatur, vt non procedat, quando teſtator legauit rem hæredis, vel ad ipſum ſpectantem vigore fideicommiſſi, vt fuit reſolutum in *Bononien legati de Mareſcottis* 7. *Februarij* 1622. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, ea ratione, quia cum pro huiuſmodi legato in bonis hæredis hypotheca legalis non competat, *iux tex. in l* 1. *vbi Bart num* 4 *Bald ſub num.* 25. *verſ certè nec in re*, C *commun. de legat. Neguſant de pignor part.* 2. *memb* 4. *num* 159. *limit.* 2. *Afflict. deciſ.* 200. *ſub num.* 2. *verſ imò dico*, nec etiam competit Saluianum, quod non intrat ſine hypotheca, vt in hac deciſione *num.* 24. & vltra allegatos in ea tradunt, *Natt conſil* 474. *num* 34. *Rot. deciſ* 385 *num* 3. *part.* 2. *recent coram Card Seraphin deciſ* 1290. *num.* 2. *apud Statil. Pacific. de Saluian. deciſ.* 11. *num.* 2. *coram Card. Caualer deciſ* 293 *nu* 1. *& deciſ* 433. *nu.* 5. Verùm hæc limitatio non habet locum, quando hæres fideicommiſſum non agnouit, vel inuentarium non confecit, ſed ſimpliciter adiuit hæreditatem, vt articulo maturè diſcuſſo fuit reſolutum in *Viterbien Caſtrorum* 11. *Martij &* 10 *Iunij* 1622. *et* 12. *Iunij* 1623. *et* 10. *Maij* 1624. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*. Et eſt ratio, quia hæres adeundo ſine beneficio legis & inuentarij cenſetur contrahere cum legatarijs, *l apud Iulianum* 3 *§. fin. ff quib ex cauſ in poſſ. eat.* & ideo inde oritur actio perſonalis, & conſequenter hypothecaria, quę pro legatis, & fideicommiſſis datur, quoties datur actio perſonalis, vt per *tex in l.* 1. *in fin.* C. *commun. de legat. tradunt. Alciat in l* 1. *num.* 29 *ff. de legat.* 1. *et ibi Soccin. Iun num.* 448 *Bart. num.* 23. *Alexand num.* 23 *Surd de alim tit.* 3. *quæſt.* 4. *num* 2. *cum ſeq Couar. in cap. Raynutius de teſtament.* §. 10. *num* 2. *Afflict. deciſ* 111. *num.* 16. *Surd deciſ* 76. *num.* 5. *Bald conſ.* 69. *num* 8. *lib.* 1. *Rot. deciſ* 44. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ. Scapucc. de Saluian. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num* 5. *et* 7. *cum alijs adductis in allegata Viterbien. Caſtrorum* 12. *Iunij* 1623. *et* 10. *Maij* 1624. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. An autem Saluianum detur ad res ipſas legatas, dicam infra ad deciſ. 285.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Burgi S. Domini, Eccleſiæ S. Iuliani.

Lunæ 19. Iunij 1617.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt præſentatio, inſtitutio, & poſſeſſio tradita pendente lite coram alio Iudice per appellationem introducta, etiam ſi tacitè, vel expreſsè, appellationi per partem renunciatum fuerit.*
2 *Attentare dicitur tertius præſentatus ad beneficium habens cauſam ab attentante, etiam ſi poſſideat cum titulo, & bona fide; & num.* 3.
4 *Tertius non attentat.*

DECISIO CCLVIII.

DIXERVNT DD. conſtare de attentatis, tàm ex parte D. Caſalis, qui vti patronus præſentauit Anglerium ad Eccleſiam Archipresbyteralem, de qua agitur coram Mareſcotto tanquam Præpoſito Eccleſię S. Laurentij, quàm ex parte ipſiuſmet Mareſcotti, qui eundem præſentatum inſtituit, ac in poſſeſſionem immiſit. Nam de tempore dictæ præſentationis, inſtitutionis, & poſſeſſionis ad fauorem d. Anglerij pendebat lis in Rota ſuper pertinentia iurispatronatus d. Præpoſituræ inter eundem Caſalem, & Mareſcottum ab eo præſentatum ex vna, & I.I. D.D. Marchiones Alexandrum, & Alphonſum de Pallauicinis, & Dominicum de Scortia ab illis præſentatum ex altera per appellationem à ſententia Vicarij ad fauorem dd. Caſalis, & Mareſcotti lata ipſis præſentibus per dd. DD. de Pallauicinis, & Dominicum ſub die 29. Ianuarij 1616. interpoſitam, cuius vigore fuit poſtea inhibitum in forma, & reſoluto ſub die 28. Nouembris eiuſdem anni, non intrare arbitrium pro reiectione attentatorum, fuit appoſitum ſequeſtrum ſuper d. Præpoſitura, eiuſque poſſeſſione. Et ideo lite huiuſmodi nondum finita, ſed adhuc indeciſa pendente in Rota, etiam ſi pars tacitè, vel expreſsè renunciaſſet appellationi, non potuit citra attentata procedi ad dictā præſentationem, inſtitutionem, ac poſſeſſionis traditionem, *Rot. deciſ.* 130. *alias*
1 20. *ſi poſt inhibitionem de appell in nou. Didac. pract. quæſt. cap.* 24. *num.* 3. *verſ. quartò, & inhibitio Boer. deciſ.* 256. *num.* 4. *Lancell. de attent. poſt inhibit. ampliat.* 20.
Non obſtat, quòd lis ampliùs non penderet ſuper Archipresbyterali, de qua agitur, cum extincta fuerit per ſententiam Vicarij ad fauorem d. Caſalis, & Biretti primò præſentati in iudicatum tranſactam, ob non interpoſitam ex aduerſo appellationem infra decendium. Quia quicquid de hoc ſit attētata hic deducūtur ea lite pendente non ſuper Archipresbyterali, ſed ſuper Præpoſitura, cuius reſpectu licèt Anglerius, qui in ea cau-
2 ſa non fuit, ſit tertius, ſufficit tamen, quod habeat cauſam à dd. Caſali, & Mareſcotto attentantibus, *vt ex Abbate. Imol. Fran. Præpoſ. et alijs in cap. bonæ de appell. Rot. deciſ* 1147. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ. Lancell. part.* 1.
A *cap.* 3. *de attent. à tertio num.* 16. *et ſeqq.* A, *vbi num.* 20. ampliat etiam ſi ille tertius poſſideat cum titulo, & bona fide.
Et ita, &c.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A Et quòd tertius quando habet cauſam ab attentante, tunc, & ipſe dicatur attentare, præter hic allegatos, *Aſflict deciſ 354. num 21. Caeſ. de Graſſ deciſ. 6. num. 9. et 22. de cauſ. poſſ & propriet et fuit dictum in Camerinen. iurisſpatronatus 15. Nouembris 1599 coram Cardinali Sacrato, et in Placentina Cappellaniæ 31. Maij 1604. coram Cardinali Pamphilio*, in quibus fuit etiam reſolutum, quod præſentatio, ſiuè collatio facta tertio ab eo, qui eſt in lite, & ſic ab attentante, eſt attentata, & nulla, licet regulariter tertius non attentet, *Rot. deciſ 2. vt lit. pend.*
4 *in nou et deciſ. 2. eod tit. in antiq. Lancell. de attent cap. 3. num. 4 Put. deciſ 74. num. 2. et 3. lib. 2. Mantic. deciſ. 342. num. 15. Seraphin. deciſ 582. num 2.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. Canonicatus.

Veneris 23. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Gratia Papæ quando dicatur præuentiua, non autem vtì de reſeruato: ſimultaneam collationem habentes quando dicantur verè diſcordes in conferendo; & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Præuentiua dicitur prouiſio Papæ, non autem vti de reſeruato, quando in literis non eſt appoſita clauſula*, Dummodo collatio ad nos, &c. *ſed tantum clauſula*, Dummodo tempore datæ, &c.

2 *Simultaneam collationem habentes, dicuntur verè diſcordes, quando alter in vnum conſentit, alter verò diſſentit.*

3 *Diſcordiæ narratiuam ſemiplenè probare ſufficit, quando diſcordia non fuit cauſa finalis, ſed impulſiua gratiæ.*

4 *Pars maior Canonicorum dicitur, quæ eſt vltra medietatem.*

5 *Vota data extra Capitulum non augent numerum eligentium.*

6 *Canonicus à Capitulo eiectus, ab appellatione interpoſita receſſiſſe cenſetur, ſi extra Capitulum det votum.*

7 *Papa vbi præuenit, non datur concurſus tituli ad contradicendum eius prouiſioni.*

DECISIO CCLIX.

A Reſolutione facta ſub die 13. Februarij præteriti Domini non receſſerunt pro conceden. immiſſione Ioanni in poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ, de quibus fuit prouiſus à Sanctiſſimo. Nam ſecunda gratia, ſuper qua nititur, non indiget alia iuſtificatione tamquam merè præuentiua, cum ſit conceſſa ſub narratiua vacationis in menſe Ordinario, per quam ſolam expreſſionem conijcitur intentio Papæ præueniendi, vt fuit firmatum in deciſione, & Papa ſciuerit collationem ſimultaneam Archiepiſcopi, & Capituli, & de tempore gratiæ nullam fuiſſe per eos factam prouiſionem, & ideo alicui minimè fieri præiudicium; proot etiam quòd non erat deuoluta collatio ad Sedem Apoſtolicam, ſed durabat tempus, infra quod poterat ſequi concordia pro collatione, & quòd nihilominus Capitulum vnanimiter dederat electionem pro diſcordata, eamque ad Sedem Apoſtolicam remiſerat, & Papa tanquam habens omnia iura in ſcrinio pectoris optimè nouit, quòd ex dicta diſcordia non oriebatur reſeruatio;
1 quod colligitur etiam, quia non fuit appoſita clauſula, *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, ſed alia, ſcilicet, *dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum*, quæ ſolet apponi vbi Papa concurrit cum Ordinario, vt conſiderauit Rota *in Palerbonen.* Canonicatus 29. *Maij 1610. coram Reuerendiſſimo*
A *D. meo Decano*, A & ideo Papa non ſe reſtrinxit ad dictam diſcordiam inter Archiepiſcopum, & Capitulum, nec iſta fuit cauſa finalis, ſed tantùm impulſiua gratiæ, *vt ex deciſione bon. mem. Cardinalis Blanchetti in alia Hiſpalen. portionis, & in alia Cardinalis Seraphini in deciſione citatis*, & nihilominus dixerunt DD. d. diſcordiam eſſe ſatis iuſtificatam ex actis Capitularibus, in quibus actum fuit de conſentien. vel non in nominatum ab Archiepiſcopo pro facien. ſimultanea collatione, & 21. Ianuarij de communi omnium conſenſu reſolutum, collationem diſcordatam, & ad Sanctiſſimum remitten.
2 & ſic cum Archiepiſcopus in vnum conſenſerit, Capitulum verò diſſenſerit, hæc fuit vera diſcordia, *ad Gloſ. in Clem. 1. §. dudum, in verb. diſcordia, de iure iuran.* ſufficit autem, narratiuam dictæ diſcordiæ eſſe ſemiplenè
3 probatam, vt in ſpecie dictum fuit in dicta *Hiſpalen. portionis coram Cardinali Blanchetto 18. Martij 1596.*

Nó obſtat, quòd Antonius fuerit electus à maiori parte Capituli, cum Canonici eſſent in totum 27. & ipſe fuerit electus à duodecim ex votantibus in Capitulo, & à tribus alijs extra Capitulum, qui (vt dicitur) fuerunt eiecti, & ſic à quindecim, qui faciunt maiorem par-
4 tem, *vt ex Innoc in cap. in geneſi, de elect.* Nam ſubſiſtit reſponſio, de qua in deciſione, quòd dicta tria vota
5 extra Capitulum data non augent numerum eligẽtium, quicquid ſit ad videndum, an electus habuerit maiorem partem Capituli, vt concordando opiniones, *tradit Abb. in d. cap. in geneſi, num. 11. & ſequitur Petr. de Bais in direct. elect. part. 3. cap. 7. num. 3. & 4.* Vndè ſi attendamus primum ſcrutinium, in quo Antonius habuit decem vota ex 24. ſiuè ſecundum, in quo habuit duodecim vota, ſemper eſt verum, quòd non habuit maiorem partem, cum ad iſtum effectum illi tres contempti non ſint computandi in numero.

Alterum verò fundamentum, quòd dd. tres Canonici (vt dicitur) contempti, ſiue eiecti, ſint numerandi ad effectum videndi, an diſcordia fuerit declarata à maiori parte Capituli, non applicatur: nàm vltra quòd non verificatur, eos fuiſſe eiectos, nec probatur, quòd vbi eiecti fuiſſent, potuerint ad augendum numerum dare vota extra Capitulum, & exempla in contrarium adducta poſſent fortè procedere ad effectum, vt actus in congruo loco, vel tempore factus ab impedito, poſſet dici validus ad acquiſitionem, vel conſeruationem proprij iuris, non tertij, maximè quia ex parte Ioannis nullum fuit præſtitum impedimentum. Reſpondetur, quòd quatenus etiam dd. tres eſſent computandi in numero, ex decreto facto 8. Ianuarij conſtat, quòd ex Canonicis 24. congregatis quindecim fuerunt io voto, quòd prouiſio haberetur pro diſcordata, nouem autem in contrarium: qui nouem videntur tantùm remanſiſſe pro Antonio; & ſic computatis etiam illis tribus, qui votarunt pro eo extra Capitulum, non habuit niſi vota duodecim, & conſequenter non maiorem partem, quæ ſolùm conſtituebatur à dd. quindecim votis, quæ fuerunt pro diſcordia, *iux. declar. Abb. & Petri de Bais.* vbi ſupra; imò non tantùm prædicta quindecim vota,

sed

ſed omnium Capitularium videntur fuiſſe pro dicta di-
ſcordia, quia in alio Capitulo celebrato die 21. eiuſdem
menſis Ianuarij collatio fuit de communi conſenſu ad
ſuam Sanctitatem, vti diſcordatum remiſſa, vt dictum
6 eſt. Non obſtat étiam prætenſa appellatio per dd. tres
Canonicos interpoſita. Quia ab ea poſtea receſſe-
runt per vota data extra Capitulum, *cap. ſollicitudinem
cum ibi not. de appell.* Tantò minus dixerunt DD. An-
tonium poſſe impedire immiſſionem, cum non ſolùm
non ſit legitimus contradictor, ſed nec aliquem habeat
titulum, vt fuit conſideratum in vltima parte deciſionis,
5 & patet etiam, quia ſtante prænentione Papæ, de qua
ſupra, non datur concurſus tituli, *vt per Card. Seraph.
deciſ.* 1426. *num.* 3. In alijs etiam gratia viſa fuit benè
iuſtificata, vt in deciſione, tantò magis, quia ex ad-
uerſo non controuertuntur.
Et ideo DD. ſteterunt in deciſis vt ſupra.

ANNOTATIO.

A *Beltramin. ad deciſ. Gregor.* 314. *num.* 6. *Barboſ. de clauſul. vſu frequent. clauſul.* 45. *num.* 8. *Lotter. de re beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 4.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Auriacen. iuris nominandi.

Veneris 23. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Filiatio, & deſcendentia ad effectum ſucceſſionis, ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua dicitur optimè coarctata, quando teſtis dicit, quòd ſi res aliter ſe habuiſſet, ipſe optimè ſciret.*
2 *Mors probatur ex ſola fama, quando agitur de modico præiudicio.*
3 *Deſcendentia, & filiatio probatur per famam, quia ſunt difficilis probationis.*
4 *Fama facit ſemiplenam, concurrentibus præſertim adminiculis.*
5 *Enunciatiuæ in antiquis probant.*
6 *Enunciatiuæ, licèt non ſatis antiquæ, magnum faciunt adminiculum.*
7 *Filiationem ad probandam valdè confert actus inſtitutionis, tanquam filij maximè proportionabilis.*
8 *Deſcendentia probatur leuioribus, quando non agitur de ea principaliter, ſed incidenter ad effectum ſucceſſionis.*
9 *Matrimonium probatur leuioribus, quando non agitur de eo principaliter, ſed tantum ad effectum legitimitatis, & ſucceſſionis.*
10 *Antiquiorem de progenie quem eſſe probatur per teſtes de fama, & communi reputatione, præſertim dum nõ comparet alius, qui ſe antiquiorem prætendat, nec probatur, alios antiquiores extare.*

DECISIO CCLX.

RESOLVTVM fuit, ius nominan. presbyterum ad celebrationem miſſarum inſtitutum per q. Andream Faiſſatum in teſtamento per ipſum condito, quod fuit, iuxtà reſolutiones in hac cauſa factas effectuatum, ſpectare ad Andream Bellonum iuniorem: quia pro eius parte fuit
ſufficienter iuſtificatus defectus deſcendentiæ teſtato-
ris, & totius familiæ Faiſſatorum, quæ poſt Io. Faiſſa-
tum nepotem teſtatoris, & eius deſcendentes fuit in di-
cto teſtamento primo loco vocata, & ſucceſſiuè rati-
ficata deſcendentia Andreæ ex q. Reimonetto Bellono
in defectum familiæ Faiſſatorum ſecundo loco vocato.
De defectu namque familiæ Faiſſatorum benè deponunt
ijdem ſex teſtes vigore remiſſoriæ ad proban. effectua-
1 tionem dicti teſtamenti examinati *in ſummario Belloni
num.* 2. optimè coarctantes negatiuam dicendo, quòd
ſi aliquis alius ex d. familia remanſiſſet, aut ſuperuiue-
ret, ipſi optimè ſcirent, iuxtà theoricam *Bart. in l.* 1. *§.
hoc interdicto, num.* 8. *ff. de itin. actuque priuat. poſt
gloſ. ibi in verb. an non, in fin. & in Authen. de hæred. &
Falcid. §. ſi verò abſunt in verb. vidiſſe, paſſim à Doct. &
in Rota receptam*; & deponentes vlteriùs de fama, quæ
2 ſola probat mortem, quando agitur de modico præiudi-
cio, iuxta doctrinam *Bart. in l.* 2. *§. ſi dubitetur, num.
1. & 2. ff. quemad. teſt. aper.* cum alijs per *Farinac. de
indit. & tortur. quæſt.* 47. *num.* 99. Deſcendentia ve-
rò Andreæ ex progeniæ Reimonetti pariter fuit proba-
ta ſingulos gradus diſtinguendo; quia ex Reimonet-
to natus eſt Andreas ſenior, ex Andrea verò Imbertus,
& ex Imberto Andreas iunior, vt deponunt ijdem teſtes
in ſummario num. 3. & 10. benè de ſama, & commu-
ni reputatione deſcendentię per dd. gradus deponentes:
3 quæ fama optimè probat deſcendentiam, & filiationem,
cum ſint difficilis probationis, *cap. perſonas, de probat.
DD. in cap. veniens de teſtib.* & alij per *Farinac. vbi ſu-
pra num.* 94. & facit ſaltem ſemiplenam, concurrentibus
4 præſertim adminiculis prout hic, *Rot. deciſ.* 16. *in fin.
de præben. in nou.* cum latè cumulatis per *Farinac. ibi-
dem num.* 55. *& ſeqq.* Adminicula autem in propoſito
oriuntur. Primò ex pluribus enunciatiuis de vnoquo-
que ex dd. deſcendentibus Reimonetti gradatim in di-
uerſis inſtrumentis *in ſummario num.* 4. vſque ad 10.
5 emanatis, quæ reſpectu inſtrumentorum antiquorum,
A inter quæ vnum adeſt de anno 1492. ſolæ probant A,
Alex. conſ. 90. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 6. *Aym. de antiq. temp.
6 par.* 1. *verſ. ampliatur nunc, num.* 12. reſpectu vero
aliorum faciunt magnum adminiculum, *Bal. in cap. ſe-
ries, num.* 1. *de teſtib.* Secundò ex inſtrumento Reimo-
netti, in quo Andreas ſenior vti filius inſtituitur, &
ex teſtamento Imberti, in quo ipſe pariter inſtituit An-
dream iuniorem tanquam eius filium; hi enim actus
7 tanquam filijs maximè proportionabiles valdè faciunt
ad proban filiationem, *Aret. de communi in cap. per tuas,
num.* 23. *& ibi Felin. num.* 17. *de probat. cum alijs in
Amerina bonorum* 23. *Ianuarij* 1616. *coram me.*
Maximè quia nõ agitur de deſcendentia principaliter pro-
8 banda, ſed incidenter ad effectum ſuccedẽn. in iurè no-
minan. quo caſu leuiores ſufficiunt probationes, proue
9 ſufficiunt quando non agitur de matrimonio principali-
ter, ſed tãtùm ad effectum legitimitatis, & ſucceſſionis,
vt tradunt *Pariſ. conſ.* 57. *num.* 41. *lib.* 4. *Ferret. conſ.*
49. *num.* 1. *& Gemin. conſ.* 27. *num.* 7. *in fin.* quod con-
ſilium *Rot.* pluries canonizauit, *vt teſtatur Card. Seraph.
deciſ.* 1282. *num.* 6. *& fuit tentum in Parmen. Status*
20. *Martij* 1556. *coram Antonio Auguſtino*, & alijs plu-
ribus relatis *in Hiſpalen. legitimitatis* 11. *Maij* 1612. *corã
R. P. D. meo Vbaldo, & in Collen. hæreditatis* 26. *Fe-
bruarij* 1616. *coram me.* Quòd verò Andreas ſit ſenior
de progenie Reimonetti, probant ijdem teſtes *in ſum-
10 mario num.* 3. de ſama, & communi reputatione,
quæ ſufficit ex prædictis. Et præſertim dum non com-
paret alius, qui prætendat ſe antiquiorem, nec pro
parte Tonduti probatur, alios antiquiores extare, Cu-

man. conſ. 43. Alex. conſ. 179. ſub num. 10. verſ. & per hoc etiam facit, lib. 7. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 9. num. 21. Peregr. d. fideicom. art. 45. ſub num. 60. verſ. ſufficit autem, & fuit tentum in d. Amerina coram me. Ex quibus ſolo Bellono informante, altera parte diu expectata, & ſæpè ſæpius citata, fuit vt ſupra reſolutum, &c.

A Enũciatiuæ an, & qñ probẽt, dixi ſupra *ad dec 172 ſub lit. C.*

Biſignanen. penſionis.

Lunæ 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis debentur penſionario agenti aduerſùs titularem pro conſecutione penſionis, concurrentibus paupertate, & boni iuris præſumptione: & ex quibus reſultet præſumptio boni iuris in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis debentur illi, de cuius paupertate, & boni iuris præſumptione conſtat.*

2 *Penſio reſeruata, vt penſionarius commodiùs ſubſtentari valeat æquiparatur alimentis. Intellige, vt num. 12.*

3 *Mendicantes per promotionem ad Epiſcopatum non liberantur à voto paupertatis.*

4 *Penſio reſeruata cum clauſula,* dummodo certa quantitas remaneat reſignatario, *ſi dicta quantitas non remaneat, non infringitur reſeruatio, ſed penſio reducitur.*

5 *Soluens notabilem ſummam pecuniæ pro aliquo, præſumitur ſoluere de illius ordine, & mandato, & pecunijs.*

6 *Soluens penſionẽ reſeruatam cum clauſula,* dũmodo, &c. *facit præſumptionem, valorem eſſe pro penſione ſufficientẽ.*

7 *Papa præſumitur informatus de ſufficienti valore Eccleſiarum Epiſcopalium ex proceſſu fieri ſolito in collatione.*

8 *Penſio reſeruata cum clauſula,* dummodo, *eſt conditionalis, & donec iuſtificetur nullum ius tribuitur ad illam, quando agitur ad effectum ſolutionis penſionis. & quando, ac quomodo iuſtificanda ſit per pẽſionarium, latè num. 17.*

9 *Probatio ſemiplena ſufficit ad effectum præſtationis alimentorum, & ſumptus litis, ac etiam teſtis vnicus, vel aliud, ex quo ſuſpicari poſſit, victoriam ad actorem pertinere.*

10 Clauſula, Arbitrio, *conceſſa Iudici aliàs iuriſdictionem habenti temperat iuris rigorem.*

11 *Alimentorum taxatio, & æſtimatio Iudicis arbitrio remittitur, attenta qualitate, & conditione perſonæ.*

14 *Penſio reſeruata in* Conſiſtorio, *ſinè clauſula,* dummodo remaneant, &c *non eſt per penſionarium iuſtificanda.*

14 Clauſula, Dũmodo, &c. *licèt ſemper tacitè intelligatur in prouiſionibus Cathedraliũ, et parochialiũ, ſufficienter tñ ei derogatur per clauſulas generales,* Non obſtantibus, &c.

16 *Penſio reſeruata, Motu proprio, non eſt iuſtificanda, quando reſeruatio eſt pura.*

DECISIO CCLXI.

RESPONSVM fuit per DD. eſſe locũ arbitrio, itaut Reuerẽdiſſimus Epiſc. Biſignanen. teneatur ſubminiſtrare Reuerẽdiſſimo Fr. Bernardo olim eiuſdẽ Ec-
1 cleſiæ Epiſcopo alimenta, & ſumptus litis; quia concurrit paupertas, & præſumptio boni iuris, *iuxta trad. per Couar. pract. quæſt. cap. 6. ſub num. 6. Menoch. de præſump. lib. 1. q. 35. nu. 2. 4. & 35. Surd de alim tit. 1. q. 110. nu. 8. q. 120. nu. 3. & ſeqq. Card.*
A *Seraph. deciſ. 1098. n. 1.* & vt quotidiè per Rot. ſeruatur, A maximè cũ penſio, de qua agitur, fuerit reſeruata ex cauſa reſignationis factæ in manibus Sanctiſſimi per eundẽ Fratrem Bernardum ad fauorem q. Ioannis Iacobi ad hoc, vt dictus Frater Bernardus ſtatum ſuum iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentiùs tenere valeat,
2 & ad ei prouiden. de alicuius ſubuentionis auxilio, quæ penſio propterea alimentis æquiparatur, *vt ex Rom.*
B *conſ. 388. num. 3. dixit Creſc. deciſ. 3. num. 5. de ſolut.* B,
De paupertate non fuit dubitatum, & nihilominus illa benè probatur ex teſtibus deponentibus tàm ante promotionem ad Epiſcopatum, quàm poſt illius reſignationem factam dicto q. Ioanni Iacobo de anno 1607. Imò de ea expreſsè conſtat ex eo ſolùm, quòd idem Frater Bernardus eſt Regularis profeſſus Ordinis Prædicatorum, & Mendicantium, & conſequenter emiſit votum
3 paupertatis, à quo tamen non fuit liberatus per promotionem ad Epiſcopatum iux. doctr. Sancti Thomæ *ſecunda ſecundæ quæſt. 185. art. 8. & eſt tex. in can. de Monachis 16. quæſt. 1. & ibi gloſ. in verb. deſcendere, & Io. de Turrecrem. num. 2. & 3. Franc. in cap. quorundam, num. 6. de elect. in 6. Iaſ in l. ſi quis mihi bona, §. ſeruus mancipium, num. 4. ff. de acq. hæred. & trad. ferè omnes Canoniſtæ, Armill. in verb. monachus, nu. 8. & Piſanel. in verb. religio, §. vtrùm religioſus factus Epiſcopus, Tabien. in verb. Epiſcopus, num. 7. & Azor. inſtit. moral. lib. 12. cap.*
C *7. quæſt. 2. part. 1.* C, De præſumptione autem boni iuris ſatis apparere viſum fuit, cum in dicta reſignatione Eccleſiæ fuerit ex conſenſu reſignatarij per Sanctiſſimum reſeruata annua penſio ſcut. 1050. & licèt addita fuerit clauſula, *dummodo ſcuta 1000. monetæ Neapolitanæ eidem reſignatario libera remaneant*: illa tamen quatenus non iuſtificaretur non infringit reſeruatio-
4 nem, ſed penſio eſſet reducibilis, itaut reſignatario remaneant dicta ſcuta 1000. *Rom. conſ 369. à num. 25. vſque ad 30. & tenuit Rota deciſ. 1160. lib. 3. part. 3. diu. Creſc. deciſ. 17. aliàs 233. de reſcript. in Vicentina penſionis 28. Iunij 1591. coram Card. Mantica, in Lucana penſionis 17. Februarij 1592. coram Orano, & in Campanien. penſionis 22. Iunij 1609. coram Iuſto:* in quibus etiam aliæ referuntur, & poſt alios *trad. Pariſ. de reſign. benef. lib 6. quæſt. 2. num. 144. cum cumulat. per Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 419. & ſeqq.* Sed nihilominus plura concurrunt, ex quibus DD. viſum fuit reſultare ſufficientem præſumptionem, quòd remaneant etiam dicta ſcuta 1000. non obſtan. ſolutione penſionis, & ſic ſufficientem boni iuris præſumptionem. Et primò ſolutio ſcut. 840. ℔ 97. ad computum d. penſionis facta in primo anno pro dicto Epiſcopo Ioanne Iacobo reſignatario *in ſummario Fratris Bernardi num.* 2. quæ tanquam ſummæ notabilis præſumitur facta de illius man-
5 dato, & de eius pecunijs, vt in terminis de ſoluente penſionem nomine alterius, *Card. Mant. de tacit. &c. lib. 7. tit. 6. num. 3. quem refert Gratian. diſceptat. forenſ. 296. ſub num.* 20. quam ipſe veriſimiliter non feciſſet, niſi valor fuiſſet pro penſione ſufficiens, *vulg. l. cum de indebito ff. de probat & conſiderauit* [R]ota in *Neritonen. penſionis 7. Aprilis, & 3. Iulij 1606. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio,* & licet facta fuerit ſinè præiudicio iurium Epiſcopi ſoluentis, tamen viſa fuit ſufficiens, cum non agatur ad conſtituendum penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, ſed ad oſtendendam præſumptionem boni iuris pro ſubminiſtratione alimentorum. Secundò, quia poſt mortem d. Epiſcopi Ioannis Iacobi reſignatarij idem Epiſcopus Fr. Bernardus præuia verifica-

Digitized by Google

ficatione annui redditus Eccleſiæ pro annis 1507. 1608.
1609. *vt in d. eius ſummario num.* 3. obtinuit ſibi à Re-
uerendiſſimo Nuntio Neapoli conſignari in tribus vi-
cibus ſcut. 1200. *vt in d. ſummario num.* 4. Tertiò,
etiam accedit, quòd Sanctiſſimus præſumitur informa-
7 tus de ſufficienti valore ex proceſſu ſolito fieri in colla-
D tione Eccleſiarum Epiſcopalium ne nimis grauetur D,
vt conſiderauit *Rota in Carpentoraten. penſionis* 15. *Mar-
tij* 1602. *coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & in Cremonen.
penſ.* 23. *Ianuarij* 1612. *coram R. P. D. meo Caualerio*, &
hic ex teſtibus ad inſtātiam d. Epiſcopi reſignatarij exa-
minatis in collatione ſibi facta conſtitit, valorem annuū
aſcendere ad ſcut. 2500. in circa, detractis tamen dua-
bus penſionibus antea reſeruatis. Nec obſtare viſa
fuit clauſula, *dummodo remaneant mille pro Epiſcopo*,
8 quæ facit reſeruationem conditionalem, & donec iuſti-
E ficetur nullum ius tribuit E, vt fuit dictum *in Aretina
penſionis* 24. *Maij* 1599. *coram Litta*; quia hic non agi-
tur (vt dictum eſt) ad effectum ſolutionis pēſionis, prout
in dicta Aretina, ſed ſolùm ad effectum præſtationis ali-
mentorum, & ſumptuum litis, in quo plena probatio non
9 requiritur, ſed vel ſufficit ſemiplena *Gabr. conſ.* 25. *num.*
2. *lib.* 1. *Surd. de alim. d. tit.* 1. *quæſt.* 112. *num.* 21. ac
etiam vnus teſtis, vt poſt *Bart. & Couar. Surd. ibidem
num.* 22. vel aliud, ex quo ſuſpicari poſſit, victoriam ad
actorem pertinere, *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.*
9. *num.* 9. *&* 10. *latè Ceph. conſ.* 127. *num.* 11. *verſ. ad
tertium*. Quæ tanto magis procedere viſa ſunt ſtante
10 clauſula, *arbitrio*, quæ conceſſa Iudici aliàs iuriſdictio-
nem habenti temperat iuris rigorem, *vt per Rot. in
Romana* Cottiuij 6. *Martij* 1606. *& in Romana aperitionis
oris* 8. *Martij* 1613. *coram Reuerēdiſſimo Domino meo Da-
maſceno, & in Narnien. confinium* 7. *Aprilis* 1608. *co-
ram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. Quia verò in taxa-
tione, & æſtimatione alimentorū plurimùm Iudicis ver-
11 ſatur arbitrium, *l. fin. C. de ord. cognit. Aym. conſ.* 189.
num. 19. *Benintend. deciſ.* 43. *num.* 2. & poſt alios, quos
allegant *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *d. quæſt.* 35. *num.*
35. *& de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 169. *verſ. ſimile etiam,
& num.* 11. *Surd. de alim. tit.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 41. qui
loquitur in alimentis præſtandis lite pendente, & Rota
in Romana bonorum de Ceulis 19. *Martij* 1585. *coram
Orano*, & in alijs paſſim; ideo DD. attenta (prout ſe-
cundùm prædictos attēdi debet in hac materia) qualita-
te, & conditione perſonæ D. Epiſcopi Fratris Bernar-
di, viſum fuit arbitrari dicta alimenta, & ſumptus litis
ad annuam ſummam ſcutorum 400. à die tamen peti-
tionis: cū aliàs videatur, eum non poſſe viuere cū deco-
re, præſertim quia ipſe ab anno 1610. citra de quo pro-
uiſus fuit modernus Epiſcopus, nihil penitus percepit.
Et ita deciſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 8.
B *Gig. de penſion q.* 51. *nu.* 2. *& eōſ* 138. *nu.* 1 *lib.* 1. *Man-
doſ. ſuper reg. de infirm. q.* 11. *num.* 6. *Caccialup. de penſion.
12 q.* 9. *nu* 13. hoc tamen videtur procedere quando penſio
huiuſmodi reſeruata eſt pauperi, ſecus vbi reſeruata eſſet
diuiti, *vt dixit Rota deciſ* 678. *ſub num.* 4. *part.* 4. *diuerſ.*
C *Sanchez* qui plures de more congeſſit in *Decalog. lib.* 6.
13 *cap* 6. *num* 8. *& per tot cap.* latè, & pulchre tradit,
an, & qualiter religioſus creatus Epiſcopus, aut Cardina-
lis, vel de aliqua parochiali ſeculari prouiſus teneatur ad
vota Religioſi ſtatus, & alias Regulares obſeruantias.
D Præſumitur pro validitate penſionis, ita vt non ſit iuſtifi-
14 canda per penſionarium, quando reſeruatio conciſtoriali-
ter facta fuit; quia tunc vel præſumitur, Papam habuiſſe
veriſimilem notitiam quantitatis ſufficientis redditum
Eccleſiæ grauatæ, ex quo in relationibus Eccleſiarum,
quæ fiunt in Conciſtorio, dum illæ proponuntur, exactiſ-
ſima diligentia ſuper illarum ſtatu, & valore fieri ſolet,
etiam quòd redditus non ſufficerent, cenſetur voluiſſe, vt
eo modo grauata remaneret; quando tamen in reſeruatio-
ne non eſt appoſita conditio. *Dummodo remaneant mille
Epiſcopo*, vt conſiderauit *Rota in Maurianen penſionis*
18. *Aprilis* 1622. *coram R P. D. meo Pirouano. & co-
ram eodem in Alben penſionis* 20. *Martij* 1628. & licet
15 prædicta conditio, *Dummodo remaneant*, &c. tacitè intel-
ligatur in prouiſione Eccleſiarum, iuxta formam *Concil.
Triden. ſeſſ* 24. *de reformat. cap* 13. cenſetur tamen ſuffi-
cienter ei derogatum per clauſulas generales, *Non ob-
ſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis*, in reſeruatione
appoſitas, vt in his terminis *Rota deciſ.* 179 *num.* 6. *par.*
2 *recent. in ſancti Angeli penſionis* 16 *Decembris* 1594. *co-
ram Cardinali Pamphilio, in Segobien. penſionis* 25. *Maij*
1612. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. et in dd.
Maurianen. et Alben. penſionis coram R. P. D. meo Piroua-
no*: ſicut nec iuſtificanda eſt reſeruatio per penſionarium,
16 quando penſio reſeruata eſt motu proprio: quia Papæ
creditur in narratiua valoris, ſuper quo fundatur penſio-
nis reſeruatio, *Caſſad. deciſ* 3. *num* 4 *de perſon. regul.
Put. deciſ.* 101. *lib.* 3. *Achill deciſ.* 10. *de probat. Rot deciſ.*
154 *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ Garz. de benefic part.* 1. *cap.* 5.
num. 491. *Rota in d. Alben. penſionis coram R. P. D. Piro-
uano*. Hoc tamen procedit vbi reſeruatio eſt pura;
nam ſi in ea adeſſet conditio, *Dummodo tot remaneant*,
&c. nihil operaretur expeditio facta motu proprio, vel
alio modo: ſemper enim gratia eſſet conditionalis, & per
penſionarium iuſtificāda *vt fuit dictū in Neritonen penſio-
nis corā Litta apud Marcheſ de commiſſ. par* 1 *pag* 531. *n.* 4.
E In hac materia iuſtificandi penſionem reſeruatam cum
17 clauſula, *Dummodo remaneant, &c.* Rota amplectitur
diſtinctionem, quòd vel penſionarius agit poſſeſſorio, &
tunc onus probandi, quòd non remaneant mille, vel cen-
tum incumbit Titulari: nec retardatur penſionario ſolu-
tio, ſub prætextu, quòd dictam clauſulam non iuſtificaue-
rit; *Rot. deciſ.* 547. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* in qua plures
aliæ allegantur. Vel Titularis agit petitorio, dicens ſe
non teneri ad ſolutionem penſionis, quia reſeruatio eſt
nulla; & tunc ad ſuſtinendam penſionis validitatem, debet
conditio iuſtificari per penſionarium; & ſic ei incumbit
onus probandi, quòd dempta penſione tot remaneant
pro Titulari, cui ſufficit dicere, penſionis reſeruationem
eſſe nullam. Et ita diſtinguendo reſoluit *Rota coram
Card. Mantica deciſ* 196. *num.* 2. *et* 3. *in Salamantina
penſionis coram Gipſio apud Garz. de benefic. part* 1. *cap.* 5.
num. 424. *et in Carpentoraten. penſionis coram Cardinali
Lancellotto apud Marcheſ de commiſſ. part.* 1. *pag.* 529. *in
Feretrana penſionis* 19. *Decembris* 1622. *coram bon mem.
Vbaldo. in Nouarien. penſionis* 8. *Nouembris* 1624. *coram
R. P. D meo Pirouano, et coram eodem in Alben penſio-
nis* 20. *Martij* 1828. Nec ſufficit quælibet leuior proba-
tio, ſed requiritur plena, & concludens, *Pariſ. de reſi-
gnat. lib.* 6 *quæſt* 2. *num.* 25. *Cardinal. Seraph. deciſ* 1122.
num. 2. *Rot deciſ.* 684. *part.* 4. *diuerſ in Oppiden. penſio-
nis coram Cardinali Pamphilio apud Marcheſ. dicta part* 1.
pag. 545. *num.* 1. *et in d. Nouarien penſionis coram R. P.
D. Pirouano, et in d. Feretrana penſionis* 4 *Decembris*
1623. *coram bon. mem. Vbaldo, et in Spoletana penſionis*
28 *Iunij* 1628. *coram R. P. D. meo Vbaldo Iuniori*.
Et talis iuſtificatio facienda eſt etiam contra illum, qui
reſeruationi conſenſit. Quia licèt regulariter penſiona-
rius agens aduerſùs conſentientem penſioni, non teneatur
ad aliquam iuſtificationem, ſed titularis volens impugna-
re teneatur aſſumere onus probandi, nec interim retarde-

Digitized by Google

tur executio literarum reſeruationis, *Seraph. deciſ 1017. num 3. Rota in Abulen penſionis coram Litta apud Marcheſ d part. 1 pag 514. num. 1. et in recent. deciſ 23 num. 1. et deciſ. 517. num 1. et 3. et ſeq. part. 2. in Eugubina penſionis 7. Aprilis 1617 coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, in Tuſculana penſionis 17. Maij 1623 coram bon mem. Vbaldo, et in Feretran penſionis 20. Maij 1624. coram R. P. D. meo Merlino* Hoc tamen intelligitur, quando reſeruatio eſt pura, & abſque aliqua conditione; ita enim loquuntur prædictæ deciſiones ad hoc allegatæ, & in ſpecie *d. Abulen coram Litta. et d Eugubina corã Manzanedo. et expreſsè in dicta Salamantina penſionis coram Gipſio, et Cardinal Caualer. deciſ 183. ſub num. 2. deciſ 227. num. 1. et deciſ 519 num. 2. iuncto num. 4. part. 2. recent. et in d. Fanen penſionis coram R. P. D. meo Merlino, Mareſcott. variarum reſolut lib. 2. cap. 1. num. 73. et 75*

Inſuper facienda eſt per penſionarium talis iuſtificatio, etiam quòd reperiatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; quia huiuſmodi quaſi poſſeſſio illi non ſuffragatur, niſi in poſſeſſorio reſpectu ſolutionis, quæ non retardatur, donec ſit lata tertia ſententia, & cauſa finita per rem iudicatam, *Mareſcott. d. cap 1 num. 73. Rota in dicta Salamantina penſionis coram Gipſio in fine, in Tudertina penſionis 2. Iunij 1617 coram Illuſtriſsimo Cardinali Veroſpio. et in dicta Feretrana penſionis 19. Decembris 1622. coram bon. mem. Vbaldo.*

Notandum autem, quòd licet clauſula, *Dummodo penſio medietatem fructuum non excedat*, regulariter gratiam conditionalem reddat, *vt d. deciſ 519. num. 4. part. 2. recent.* Hoc tamen procedit, vbi dicta conditio apponitur reſeruationi. Secus autem quando poſt reſeruationem puram, eſt adiecta alia clauſula *etiam ſi aliæ penſiones, vltra prædictas alijs perſonis reſeruatæ exiſtant*, & ad illam modificandam, ac limitandam additur dicta clauſula, *Dummodo omnes penſiones huiuſmodi fructuum medietatem non excedant*, tunc enim reſeruatio cenſetur pura, & libera, non autem conditionalis, & ideo penſionario non incumbit onus illam iuſtificandi, niſi per titulare probetur, adeſſe alias penſiones antea reſeruatas, vt fuit reſolutum in *dicta Carpentoraten penſionis coram Cardinali Lancellotto apud Marcheſ d. par. 1. pag 529 ſub num. 2. Cardinal. Caualer. deciſ. 227. 251. et 262. vbique num. 2. et Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 60. num 8. et d. lib. 2. cap. 1. num. 71.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Recanaten. ſucceſſionis.

Lunæ 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Decretum auocationis poſſeſſionis, licèt non executum, facit litem, & attentata quoad obtinentem, ſecus quoad reum; & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis eſt manutenibilis, alio non exiſtente in poſſeſsione.*
2 *Citatio non executa facit litem, & attentatum quoad obtinentem.*
3 *Poſſeſsio capta, lite pendente, eſt attentata.*
4 *Poſſeſsio capta lite pendente, non eſt manutenibilis.*
5 *Attentata non dicitur poſſeſsio rei, antequam decretum ſit ei intimatum.*
6 *Poſſeſsio iuſtificata ex titulo præfertur in iudicio retinen. & num. 16. procedit tamen data poſſeſsione æqualis temporis. num. 17. quia alias præfertur anterior.*
7 *Nepotes patrui vna cum eorum fratribus ſuccedunt in ſtirpes. num 18.*
8 *Manutentio pro indiuiſo competit nepoti cum fratre in bonis patrui ſuccedenti.*
9 *Immiſsio ſemel in poſſeſsionem competit de nouo immiſsio, quando prima poſſeſsio non eſt manutenibilis.*
10 *Immiſsio ex remedio,* Quorum bonorũ, *competit nepotibus in bona patrui cum illius fratre ſuccedentibus.*
11 *Fideicommiſſum de manu hæredis capi debet.*
12 *Fœminæ æqualiter ſuccedunt cum maſculis.*
13 *Statutum excluſiuum fœminarum non ligat forenſes, quia, vt liget, requiritur ſubiectio, non ſolum ratione bonorum, ſed perſonarum.*
14 *Statutum excluſiuum fœminarum habet locum in cauſa inteſtati, & non ex teſtamento.*
15 *Immiſsio pro indiuiſo danda eſt nepotibus cum patruo.*

DECISIO CCLXII.

RESPONSVM fuit per Dominos ad fauorem DD. Lidiæ, & Magdalenæ ſororum, quia ſunt neptes Petri ab inteſtato defuncti vti filiæ Iacobi fratris eiuſdẽ Petri, & Lidia incontinenti mortuo d. Petro de anno 1614. in vim mandati A. C. vti illius hæres pro eius parte, & omni alio meliori modo, mediante ſpeciali procuratore ſub die 9. Iunij d. anni adepta fuit poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, cum recognitionibus reſpectiuè factis à colonis, & inquilinis per publica
1 inſtrumenta, *de quibus in ſummario num. 1.* & ex quibus illa benè probatur, & eſt manutenibilis, alio non exiſtente in poſſeſſione, vt quotidiè dicitur. Nec conſtat de aliqua anteriori poſſeſſione per Bernardinum dicti q. Petri fratrem, vt dicitur, capta, & quatenus conſtaret, præferenda eſt poſſeſsio Lidiæ; quia poſſeſſio Bernardini eſt capta contra formam decreti A. C. auocationis poſſeſſionis bonorum hæreditatis dicti Petri ad eius inſtantiam obtenti ſub die 7. Iunij 1614. in quo idem A. C. ſubdelegauit Prætorem Recanaten., ad capiendam d. poſſeſſionem, *vt in ſummario num. 2.* Propter quod lis quoad Bernardinum dicitur cœpta, etiam ſi poſtea dicto decreto vſus non fuerit, prout dicitur de
2 citatione non executa, quæ facit litem, & attentatum quoad obtinentem, *Rot. deciſ. 4. vt lit. penden in antiq. Caſſad. deciſ. 6. num. 3. ſuper regul. Cancell. cum pluribus per Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. num. 36. & ſeq.* & ideo dicta poſſeſsio tanquam capta lite pendente eſt
3 attentata, *Rot. deciſ. 10. vt lit. pend. in nouis, Natta conſ. 568. num. 4. Lancell. de attent. dicto cap. 4. num. 293. & ſeqq. & fuit dictum in Palentina, & Oxomen. beneficiorum 18. Martij 1591. coram bon. mem. Penia.* Nec eſt
4 manutenibilis, idem *Lancell. cap. 31. num. 184. & 185. & fuit dictum in Viglenanen. iuriſpatronatus 10. Iunij 1609. coram Illuſtriſsimo Domino Cardinali Ludouiſio.* Quæ attentata non cadunt in poſſeſſione dictæ Lidiæ,
5 cui dictum decretum A. C. non fuit intimatum *Clem. fin. vt lit. penden. Rot. deciſ. 1. num 15. & 16. part. 2. diuerſor. Lancell. d. cap. 4. in præfat. num. 35.* Tum etiam
6 quia poſſeſsio dictæ Lidiæ eſt iuſtificata ex titulo, &
A ideo præferenda, A, *Felin. in cap. licèt cauſam, num. 9. verſ. quarta cauſa, de probat.* ipſa enim, & ſoror pro medietate ſuccedunt cum Bernardino in hæreditate di-
7 cti Petri, *§. ſi igitur, Authen. de hæredib. ab inteſt. auth. ceſſante, C. de legit. hæred. Alex. conſ. 29. num. 1. lib. 5.*
8 & propterea eidem Lidiæ competit manutentio pro indi-

diuiſo, *Rot. deciſ.* 58. *num.* 3. *verſ. quantùm autem*, &
deciſ. 59. *num.* 7. *par.* 2. *diuerſ.* Sed quatenus ex aliquo
capite poſſeſſio dictæ Lidiæ non eſſet manutenibilis, ta-
men ei, necnon Magdalenæ eius ſorori, & cohæredi di-
9 cti Petri competeret immiſſio, etiam non obſtante,
quòd Lidia eſſet ſemel immiſſa, *l. non videtur*, & ibi
Odofr. Alber. Angel. Caſtr. & Alex. & Imol. ff. de acq. poſſ.
& fuit dictum in Peruſina hæreditatis 28. *Nouembris*
10 1616. *coram me*. Quæ immiſſio eſſet illis danda ex re-
medio, *Quorum bonorum*, quia ſunt neptes dicti Petri
ex Iacobo fratre, quod vltra quòd eſt notorium, & in
Rota declaratum, vt ex quatuor deciſſ. in hac cauſa fa-
ctis primo loco coram bon. mem. Penia, & deinde coram
R. P. D. meo Vbaldo, conſtat etiam ex propria con-
feſſione Bernardini in inſtantia facta coram A. C. ſub
dicta die 7. Iunij 1614. & ex teſtibus *in ſummario num.*
4. & ſic ſunt in gradu ſucceſſibili, & æquali cum dicto
Bernardino, ideò datur illis dictum remedium, etiam ſi
Bernardinus prætenderet, bona eſſe fideicommiſſaria,
vt aſſeruit petendo dictum decretum auocationis dictæ
poſſeſſionis ab A. C. quia deberet capere de manu hæ-
11 redis, vt eſt notiſsimum, & in iſtis terminis fuit deci-
ſum in alia cauſa pro dd. ſororibus *coram bon. mem. Pe-*
nia 23. *Martij* 1609. *& in Romana hæreditatis del Conte*
coram R. P. D. meo Caualerio ſub die 14. *Martij &* 6.
12 *Iunij* 1616. Nec ſunt excluſæ ex eo, quòd ſint fœminæ,
l. maximum vitium, *C. de liber. præterit.* Nec conſtat de
ſtatuto Caſtri Ficardi, excluſiuo fœminarum propter
maſculos, & præſertim propter exiſtentiam patrui, &
& quòd illud ſit à Sede Apoſtolica confirmatũ, quod in
omnem euentum non excluderet dd. ſorores oriundas è
13 Ciuiuate Recanaten. & ſic forenſes: cum requiratur
ſubiectio, non ſolùm ratione bonorum, ſed perſonarum,
vt in iſtis terminis fuit deciſum in *Ciuitatis Caſtelli hæ-*
reditatis 10. *Maij* 1606. *coram Illuſtriſsimo D Cardina-*
li Ludouiſio, & nouiſsimè coram me in Collen. hæreditatis
B 10. *Iunij anni præteriti confirmata* 5. *Maij præteriti*. B,
Quæ ſinè ſcrupulo procedunt quoad bona dicti Equitis
Horatij, per Petrum tempore eius obitus poſſeſſa:
quia dictæ ſorores expreſsè vocantur in eius teſta-
mento *in dicto ſummario num.* 6. & pluries firmauit *Rot.*
vt in deciſſ. datis, cum ſtatutum habeat locum in cauſa
14 inteſtati, & non ex teſtamento, *Bart. in l. fin. num.* 3.
in fin. verſ. pro hoc induco, & ibi Iaſ. num. 20. *verſ. tene*
indiſtinctè, *C. de pact. Alex. conſ.* 131. *num.* 2. *verſ. vnde*
propter, *lib.* 1. *Curt. ſen. conſ.* 37. *num.* 17. *& fuit di-*
ctum in Rom. dotis 14. *Martij* 1608. *coram Illuſtriſsimo*
D. Cardinali Ludouiſio, & in Bononien. de Capacellis 14.
C *Martij* 1616. *coram R. P. D. meo Andrea*. C, Nec im-
15 peditur immiſsio ſaltem pro indiuiſo cum patruo, *vt*
fuit dictum in Interamnen. de Paradiſis 1. *Iulij* 1607. *corã*
Domino meo Pamphilio, & in Foroliuien. fideicommiſsi de
Oliuerijs 16. *Iunij* 1614. *& in Tudertina prætij* 1. *Iunij*
1615. *coram me.*

Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio titulata præfertur in manutentione, *Menoch de*
16 *retinen. remed.* 3. *num* 733. *Gratian. alijs allegatis diſcept*
910. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 595. *num* 1. *part.* 1. *diuerſ. et deciſ.*
480. *ſub num* 3. *ad fin part.* 1. *recent. Cardinal. Caualer.*
deciſ. 242. *num.* 3. *et deciſ.* 379. *num.* 5 etiam ſi teſtes de-
ea deponentes eſſent pauciores, *Pariſ. conſil.* 107. *num* 77.
lib. 3. *Gabr. de teſtib. concluſ.* 4. *num* 82. *Gregor. deciſ.* 249.
17 *num.* 5. Hoc tamen procedit dato concurſu poſſeſſionum
æqualis temporis, vt per *Menoch d remed.* 4. *num* 753.
et fuit dictum in Vercellen. cappellania 25. *Maij* 1622. *co-*
ram bon. mem. Vbaldo, quia titulus in paritate probatio-
num præualere ſolet tanquam indicans poſſeſſionem anti-
quiorem, & iuſtam. *Alexand ad Bart. in l. ſi duo, verb.*
ſunt æquales, verſ. et quòd titulus. ff vti poſsidet. Theſaur.
deciſ. 206. *num.* 5 *et fuit dictum per Rot. in Cauallicen.*
decimarum 1. *Iulij* 1622. *coram R. P. D. meo Pirouano.*
quando autem non ſunt in concurſu, poſſeſſio anterior
18 licèt ſinè titulo præfertur poſteriori titulatæ, *Menoch. d.*
remed. 4. *num.* 728. *Honded conſil.* 2. *num.* 23. *lib.* 1. *Surd.*
conſil. 481. *num* 2. *Afflict. deciſ.* 363. *num* 4. *Adrian. Ne-*
guſant. quaſt. 179 *num.* 23. quod procedit etiam in ma-
teria beneficiali. vt *fuit dictum in Lucana Cappellaniæ*
coram Litta, quæ eſt deciſ. 187. *num* 4. *et* 5. *part* 4. *diuerſ.*
licèt contrarium teneat *Menoch. d. remed.* 3. *de retinend.*
num. 33. cuius doctrinæ rationem habendam non eſſe ad-
uertit *Beltramin. ad deciſ* 40. *Gregor. XV. num.* 6. quia
in poſſeſſorio ſummariſſimo manutentionis ſufficit do-
cere de poſſeſſione abſque eo, quòd titulus exhibeatur,
etiam in beneficialibus, *vt in deciſ ſeq. num* 6.

B Vide ſupra ad *deciſ.* 188.

C *Beltramin. ad deciſ.* 358. *Gregor. ſub lit. A.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Murana beneficij, ſeu præſtimonij.

Mercurij 28. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur, docto de poſſeſſione beneficij capta per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, & ex inſtrumentis locationum, cum perceptione fructuum, etiam contra tertium non docentem ſe tunc poſſediſſe. Item datur in beneficialibus, etiam non docto de titulo, & an illam impediat defectus publicationis reſignationis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio per procuratorem quæritur principali, etiam ignoranti.*

2 *Locatio cum ſolutione affictus poſſeſsionem probat, etiam contra tertium non docentem, ſe tunc poſſidiſſe; amplia procedere concurrentibus adminiculis, etiam non conſtito de effectuatione num.* 9. *& quando ſunt plures, & antiquæ, num.* 10.

3 *Poſſeſsio poſterior capta non citato anteriori poſſeſsore, non eſt manutenibilis, nec ſuffragatur.*

4 *Mandatum ad capiendam poſſeſsionem cuiuſuis beneficij vbicunque exiſtentis, licèt abſque ſpecificatione beneficij dicitur ſpeciale.*

5 *Exequutor literarum in forma,* Dignum, *poteſt alteri vices ſuas in parte ſubdelegare.*

6 *Manutentio in beneficialibus datur etiam abſque titulo.*

7 *Publicationis reſignationis defectus tanquam reſpiciens petitorium in ſummariſsimo poſſeſſorio non admittitur.*

8 *Reſignationis publicatio ex triennali poſſeſſione præſumitur.*

DECISIO CCLXIII.

D. dixerunt, dandum eſſe mandatum de
manutenendo D. Hieronymo in poſſeſ-
ſione beneficij, ſeu præſtimonij, de quo
agitur; nam clarè conſtat de anteriori
illius poſſeſsione capta 15. Nouembris
1609. per vnum ex duobus procurato-
ribus in ſolidum ſubſtitutis à principali procuratore
conſtituto vſque de anno 1606. cum ſpeciali poteſtate
ſubſtituendi: de quibus mandato, ſubſtitutione, & poſ-
ſeſsione capta conſtat *in ſummario Hieronymi num. 2.
3.* & ſubſtitutio eſt indiuidua ad capiendam poſſeſsio-
nem huius beneficij, de quo prouiſus fuerat, ex cauſa
reſignationis in manibus Sãctiſsimi ad eius fauorem fa-
ctæ per Lucam eius fratrem per literas Apoſtolicas in
forma, *Dignum*, directas Vicario Murano, qui illas exe-
1 cutus fuit; certum eſt enim, poſſeſſionem acquiri per
procuratorem principali, etiam ignoranti, *l. 1. C. de
acq. poſſ. l. 1. §. per procuratorem, ff. eodem*. Et inſuper
conſtat de dicta poſſeſsione ex locatione per alterum
ex dd. procuratoribus ſubſtitutis facta de redditibus
dicti beneficij 9. Februarij 1612. cum ſolutione affi-
ctuum, vt ex quietantia, & partitis Banchi ſancti Iaco-
bi Neapolis *in d. ſummario num.* 5. quæ locatio cum ſo-
A lutione mercedis probat poſſeſsionem, A etiam con-
2 tra tertium non docentem ſe tunc poſſediſſe, *Ang. in l.
quadam mulier, num. 3. ff. de rei vendicat. Menoch. re-
med. 3. retin num. 574. verſ. declaratur 4. & fuit dictum
in Anconitana pecuniaria 9. Iunij* 1614. *coram me*: & in-
de ſequitur, quòd poſſeſsio Frãciſci capta de anno 1615.
de eodem beneficio tanquam vacante per mortem bon.
mem. Lucæ Epiſcopi Vgentini in vim prouiſionis Apo-
3 ſtolicæ de mandato Ordinarij Compſani executoris, vel
poſterior, & non citato dicto Hieronymo capta, non
eſt manutenibilis, & ſibi non ſuffragatur, *cap. licèt cau-
ſam, de probat. cum vulg.* Non obſtat, quòd mandatum
Hieronymi non eſſet in ſpecie ad capien. poſſeſsionem
beneficij, de quo agitur, ſed cuiuſuis beneficij, ſeù quo-
4 rumuis beneficiorum in quauis parte, & loco Orbis;
quia mandatum huiuſmodi dicitur ſpeciale, & ſufficiens
licèt abſque ſpecificatione, & expreſſione beneficij, *vt
in cap. accedens, de præbendis, notant Oſtien. num. 6. ad
finem verſ. quod ſi procurator, Io. Andr. num. 6. verſ.
per procuratorem, Butr. num. 9. verſ ſed vbi datur, &
Imol. num 13. Rot decſ. 26. de procuratoribus in antiq.
Sylu. de benef. part. 3. num. 2. Rebuff. de nominat. num.
160. & fuit dictum in Tuden. præſtimonij 4. Maij 1592.
coram bon. mem. enta*, in qua aliæ ſunt relatæ, *& in
Portugallen. fructuum 16. Februarij 1615 coram R. P. D.
meo Veroſpio*, nec contrarium dicit deciſio 316. *par. 1. di-
uerſ.* ex aduerſo allegata. Minùs obſtat, quod poſſeſsio
5 fuerit capta in vim mandati executoris, qui non cœpit
diligentem informationem per ſe ipſum, cum tamen
illius conſcientia eſſet onerata; tum quia hoc non
impedit ſubdelegationem in aliquo articulo, *Abb. in
cap. fin. §. 1. num. 7. de offic. delegat. & in terminis no-
ſtris Nauar. conſ 2. eodem tit. Rot. deciſ. 18. num. 3. & 4.
de conceſſ. præb. in nou. relati per Modern. Hiſpan. de
benef. part. 6. cap. 2. §. 1. num. 100. & 101.* Tum
etiam, quia hoc reſpicit petitorium, nec impedit ma-
6 nutentionem, quæ datur etiam in beneficialibus abſque
titulo *Rot. deciſ. 595. num. 8. part. 1. diuerſ. & in
B Sorana beneficiorum 22. Maij 1587. coram Orano*. B,
Nec denique obſtat defectus publicationis reſignationis
iuxta conſtitutionẽ fel. rec. Greg. XIII. quia hoc etiam
7 reſpicit petitorium, nec admittitur in hoc ſummariſſ-
ſimo, vt in puncto fuit reſolutum *in Compoſtellana bene-
ficij 4. Maij 1616. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*:
8 Vltrà quòd ex triẽnali poſſeſsione præſumitur publica-
tio ex deciſionibus Bubali, & Orani relatis *per Pari-
ſium de reſignat. lib. 9. quæſt. 14. num. 26.*
Et ita fuit deciſum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Locationes effectuatæ, nempè cum perceptione penſio-
num probant poſſeſſionem, *Rot. coram Cardinali Caua-
ler. deciſ. 507. num. 6. et 524. num 12. in recent. deciſ. 573.
num. 5. part. 2. coram Gregor. XV. deciſ 200. num. 1. de-
ciſ 318. num. 2. fuit dictum in Albinganen. Cappella 27.
Ianuarij 1623 coram R P D. meo Nauarro, in Romana
hæreditatis de Alexijs 1. Iulij 1622. coram R. P. D. Piro-
uano, in Romana Caſalis 26. Februarij 1625. coram bon.
mem Patriarcha Manzanedo*, & concurrentibus alijs ad-
9 miniculis probant poſſeſſionem, etiam non conſtito de
effectuatione, *Felin. in cap. inter dilectos, num. 8. verſ.
item ſecus, de fid. inſtrum. Soccin. ſen conſ 187. num 16.
ad fin. lib 2. Grat. conſil 50. num. 49. et ſeq. lib. 1. Gabr.
de locat. concluſ 4. num. 16. Cardinal Seraph deciſ 896.
num. 2. Rota deciſ 573. num. 5. part. 2. recent. & in Bo-
nonien. dotis 27 Ianuarij 1614. coram Illuſtriſsimo D.
meo Cardinali Veroſpio & in Leodien. parochialis 4. Iu-
10 lij 1625 coram R. P. D. meo Merlino.* Item ſimplices lo-
cationes quando ſunt plures, & per tempora ſucceſſiua,
& antiquata, tatæ, probant poſſeſſionem locatoris, etiam
quòd non doceatur de penſionum exactione; quia veriſi-
mile non eſt, quòd quis toties locaſſet, niſi etiam fuiſſet
in poſſeſſione *Rot in Mediolanen decimarum de Varſio 9.
Iunij 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, et coram eodem
in Boſſanen decimarum 2. Martij* 1642. Prædicta autem
intelliguntur procedere etiam contra tertium. Doctores
enim, & auctoritates allegatæ indefinitè loquuntur; &
ideò vniuerſaliter intelligi debent; nam contra conducto-
rem probatur poſſeſſio locatoris ex inſtrumento locatio-
nis, etiam non docto de penſionum exactione, & ſinè ad-
miniculis, *vt infra deciſ. 275. num. 4.* Hoc tamen non
habet locum, quando probatur, alium de eo tempore fuiſ-
ſe in poſſeſſione, *vt per Soccin. conſ 106. num. 1. et 2. lib.
3. et declarat Rota in hac deciſione. et fuit dictum ſupra
deciſ 200. num 5. et deciſ. 62. num. 4. inter impreſſ poſt
Pacific. de Salu in cit. impreſſ* quod aduertis etiam *Bel-
tram. in addit. ad deciſ 6. Gregor num. 7.*
B *Rot. in Oxomen. Cappellania 10. Martij* 1589. *coram
Cardinali Platto, deciſ 167 num. 4. et 5. part. 4. diuerſ.
in Parmen Prioratus 20. Iunij 1594. coram Penia, in
Ianuen cappellaniæ 11. Ianuarij 1619. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Patriarcha Pamphilio in Marſicen beneficio-
rum 23. Iunij 1625. coram R. P. D meo Pirouano, et in
Cuſentina iuriſpatronatus 29. Maij 1628. coram R. P. D.
meo Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Panormitana Archipresbyteratus.

Mercurij 28. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Gratia *ſi neutri* quo ad non ius alterius ex capite
nullitatis concurſus ob non ſeruatam formã
à Concilio Tridentino, & conſtitutione Pij
V. in parochialium prouiſione præſcriptam,
quo modo iuſtificari debeat.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Impetrans parochialem iam collatam, ob non ſeruatam formam Conſtitutionum in concurſu, dictam, negatiuam pro iuſtificatione ſuæ gratiæ concludenter probare tenetur.*

2 *Negatiua reſtricta ad acta concurſus probari non poteſt abſque eorundem actorum tranſportatione, & inſpectione, maximè quando datur de nullitate coram alio Iudice, quàm eo, qui iudicauit, num. 3.*

4 *Ordinarij ſolius aſſertioni, fuiſſe ſeruatam formam Concilij in concurſu parochialium, an ſtetur, & num. 6.*

5 *Præſumptionem iuris pro ſe habens probandi onus in aduerſarium transfert; Declara vt num. 7.*

8 *Negatiuam plenè probare tenetur fundans intentionem ſuam in ea, maximè ſi agatur de tertij præiudicio.*

9 *Conſtare non dicitur de non iure, donec de contrario poteſt apparere.*

10 *Læſio ſufficienter probata dici non poteſt, donec acta iudicij tranſportentur, et videantur.*

11 *Actis non transportatis, & viſis procedi non poteſt in cauſa appellationis.*

12 *Actis non tranſportatis procedi in cauſa, abſurdum eſt.*

DECISIO CCLXIV.

DOMINI dixerunt, gratiam ſi neutri
per Nicolaum impetratam non eſſe
iuſtificatam quoad non ius Iulij colli-
tigantis. Illud enim deducitur ex ca-
pite nullitatis concurſus, & collatio-
nis parochialis, de qua agitur, ad fa-
uorem dicti Iulij per Ordinarium fa-
ctæ ob non ſeruatam formam à Sacroſancto Concilio
Tridentino, & Conſtitutione ſanctæ mem. Pij V. in pro-
1 uiſione parochialium præſcriptam. Quæ negatiua de-
buit per Nicolaum pro iuſtificatione dictæ ſuæ gratiæ
concludenter probari, ad *Bart.* communiter receptum,
in l. in illa, ff. de verb. oblig. Et de negatiua concurſus,
Rota in Aretina parochialis 15. *Iunij* 1593. *coram Orano*
cum pluribus de ſimili negatiua ad iuſtificandam gra-
tiam, in *Aſtoricen. parochiali* 9. *Maij* 1616. *coram me.* Et
2 tamen cum ſit coarctata ad acta dicti concurſus, viſa
fuit DD. improbabilis ſinè illorum tranſportatione, &
A inſpectione, A, prout de negatiua continente defe-
ctum citationis ad ſententiam, vel ſimilem, *Bart. in l.
hi qui ad ciuilia, in fin. C. de appellat. & in l.* 1. *ff. ſi tut.
vel curat. DD. in l.* 4 *§. condemnatum, ff. de re iudic.*
& præſertim *Hercul. num.* 7. 8. *& ſeqq. Card. Seraphin.*
B *deciſ.* 250. *num.* 20. B, Et maximè quando datur de
3 nullitate coram alio Iudice, quàm eo, qui iudicauit,
Rip. in d. §. condemnatum ſub num. 12. & ita etiam
videtur ſenſiſſe *Rota in Bracharen. Parochialis de Mo-
reyra* 11. *Ianuarij* 1602. *coram bon. mem. Iuſto*, in
qua cum præſuppoſito, quòd acta eſſent integrè tranſ-
portata (vt dicitur in principio deciſionis) reſolutum
fuit, gratiam ſi neutri eſſe iuſtificatam quoad non ius
colliti gantis, quia de illo conſtabat ex actorum reuo-
lutione. Non obſtat, quòd probatio dictæ negatiuæ re-
ſultet ex ſola productione collationis Ordinarij factæ
per Iulium, abſque eo, quòd docuerit, fuiſſe obſeruatam
formam Concilij & d. Conſtit. in quo non videtur ſtan-
4 dum ſoli aſſertioni Ordinarij, iux. deciſiones *in Feſu-
lan. gratiæ ſi neutri* 27. *Ianuarij* 1563. *coram Robuſterio*,
& in Pampilonen. Parochialis de Aguero 12. *Ianuarij*
1609. *&* 7. *Iunij* 1610. *coram Reuerendiſſ. Attrebaten.*
Et ſic Nicolaus videatur habere præſumptionem iuris
5 pro ſe, quæ ſufficere poſſit ad transferendum onus pro-
bandi in Iulium aduerſarium, *ad l. generaliter, §. ſi peti-
tum, in fin. ff. de fideicom. libert. l. fin. in princ. ff. quod
met. cauſ. cum pluribus per Menoch. præſ.* 53. *num.* 2. *lib.*
1. Omiſſo enim, an ſtandum ſit aſſertioni Ordinarij,
etiam circa obſeruantiam dictæ formæ, & tantò magis
contra Nicolaum, qui nititur dicta gratia, ſi neutri, vt
6 in ſimilibus terminis illi ſtandum eſſe, tenuit *Rota in
Placentina Canonicatus* 14. *Ianuarij* 1600. *coram Illuſtriſſ.
D. Card Lancellotto*, præſertim, quia idem Nicolaus
hodie non proſequitur contradictionem factam con-
curſui, & collationi, nec appellationem ab ea interpo-
ſitam. Reſponſum fuit, quòd quatenus etiam præſum-
ptio non ſtaret pro prouiſione Ordinarij, tamen non
inde ſequitur, quòd illa ſtet pro Nicolao, adeò, vt in
Iulium transferatur onus probandi contrarium, imò
7 etiam ſi Nicolaus haberet iuris præſumptionem pro ſe,
tamen cum non ſit talis, quæ fundet intentionem de iu-
re communi, non transfert onus probandi in aduerſa-
rium, *Card Seraph. deciſ.* 1249. *num.* 3. & ita obſeruat
Rota, *vt per eundem deciſ* 1422. *num.* 10. *& ſeq.* maxi-
mè, quia cum fundet intentionem ſuam in huiuſmodi
8 negatiua, non ſufficit præſumptiua probatio, ſed plena
requiritur, *ad deciſ. Achill.* 1. *probat. quam ſequuta eſt
Rota in Agrigentin. prætenſæ illegitimitatis* 15. *Decembris*
1589. *coram Orano, & in Comen. decimarum* 8. *Iunij*
1612. *coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno.* Præſer-
tim cum agatur de tertij præiudicio, *Abb. in cap. cum
9 in iure, num.* 2. *verſ. ſed hæc ratio*, & ibi *Barbat. num.* 2.
verſ. item cum agatur, de off. deleg. Afflict. deciſ. 345.
num. 6. *Menoch. præſumpt.* 36. *in fin. lib.* 1. Deciſiones
autem *Feſulan. & Pampilonen.* de quibus ſupra, non vi-
dentur applicari, ſed potiùs retorqueri. Nam in Fe-
ſulan. expreſsè ſupponitur, gratiam anteriorem colliti-
gantis ex reuolutione actorum non fuiſſe iuſtificatam,
& cum hoc præſuppoſito fuit dubitatum, an illa poſſet
impedire Canonizatoriam gratiæ ſi neutri alterius col-
litigantis; & idem quoque firmatum fuit in dictis dua-
bus *Pampilonen.* vt ex lectura ipſarum, & præſertim
primæ, in qua reſpondendo d. deciſioni Illuſtriſſimi D.
Cardinalis Lancellotti *in Placentina Canonicatus*, dici-
tur, quòd in *d. Pampilonen.* negatiua obſeruantiæ formæ
probata erat ex actorum reuolutione. Cum itaque in
caſu iſto talis negatiua firmari non poſſit ex hac reuo-
lutione actorum, quia non ſunt tranſportata, vtique
nec dici poteſt, illam fuiſſe probatam, ex illis enim poſ-
ſet de contrario conſtare, & trita eſt conclusio, quam
10 Rota ſequitur, quòd non poteſt dici conſtare de non
iure, donec poteſt de contrario apparere, *Argid. deciſ.*
103. *Bero. in cap. in literis, num.* 43. *verſ. ſecundò quia,
de reſtit. ſpol. Rot. deciſ.* 520. *num.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 269.
num. 6. *par.* 2. *diuerſ* cum alijs in *Virdunen. Abbatiæ* 22.
Iunij 1615. *coram me*, ſicuti nec dici poteſt ſufficienter
probata læſio ſinè tranſportatione, & viſione actorum
11 iudicij, quod tempore factæ tranſactionis pendebat,
vt fuit dictum in Algaren. diſmembrationis 14. *Nouem-
bris* 1616. *coram R. P. D. meo Remboldo*; Et tantò ma-
gis dixerunt DD. de negatiua dictæ obſeruantiæ con-
ſtare debere ex actis, quia Nicolaus commiſit cauſam
appellationis ab electione Ordinarij non ſolùm ratione
prætenſi irrationabilis iudicij, ſed etiam ex d. capite
inobſeruantiæ formæ Conc. & Conſtit. Et ideo ſicuti
non poterat procedi ad confirmandum, vel infirman-
12 dum huiuſmodi electionem in cauſa appellationis, niſi
tranſportatis, & viſis actis, iuxta idem *Concilium ſeſſ.*
24. *cap.* 26. ita nec etiam dici poteſt iuſtificata gratia ſi
neutri ſinè dd. actis, hoc enim modo appellans poſſet
per indirectum obtinere victoriam ſinè actis primæ in-
ſtantiæ, quod DD. viſum fuit abſurdum. Ex quibus etiã

fa-

patet tantò minus dictam gratiam poſſe dici iuſtificatam ſinè actis, ſi Nicolaus deduceret non ius Iulij ratione prætenſi irrationabilis iudicij.

Et ideo ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Rota in ſimili hac deciſione allegata *in Pampilonen. Abbatia de Arrejo 22. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Nauarro*, in qua fuit dictum, conſtare non poſſe de irrationabili Epiſcopi iudicio ad effectum admittendi appellationem in concurſu ad Parochiales, actis concurſus non tranſportatis.

B *Rota in Piſtorien. Flebania 27. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro, et coram eodem in Albinganen. cappella eadem die, et anno*; & quando negatiua eſt coarctata ad acta non probatur, niſi illis integrè tranſportatis, *Cardinal. Seraphin. deciſ. 1307. num. 2. et fuit dictum in Rauennaten. pecuniaria 9. Iunij 1623. coram bon. mem. Cardinali Caualerio*, quæ inter eius impreſſas non reperitur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana prætenſi legati.

Mercurij 28. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum procuræ ſinè loco loci non dicitur in forma probanti; ſi tamen producantur duo mandata, alterum cum loco loci, & alterum, quod illo careat, attendendum eſt mandatum continens locum loci.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum debet continere locum loci, aliàs non probat, & num. 4.*

2 *Notarius non poteſt apponere in inſtrumento locum loci, lite pendente, & poſtquam fuit oppoſitum de huiuſmodi defectu.*

3 *Scriptura plenior attenditur, vbi duæ ſcripturæ manu eiuſdem Notarij reperiuntur.*

5 *Conſuetudo non apponendi locum in inſtrumento, non valet.*

6 *Inſtrumenta contraria, ſeu ſcripturæ diuerſæ ſi reperiuntur, cui magis ſit ſtandum remiſſiuè.*

DECISIO CCLXV.

FVIT dubitatum, an eſſet legitimata perſona Gerardi, qui vti procurator Antonij ſui fratris petebat ab hærede teſtamentario Alberti legatum cuiuſdam cenſus dicto Antonio nepoti teſtatoris factum, & DD. pro legitimatione perſonæ dicti Gerardi reſponderunt, de legitimo enim mandato non dubitatur, ſed tantùm de fide mandati ad exigendum per dictum Antonium facta in Ciuitate Neapolis ſub die 27. Iunij 1612. quæ impugnabatur, cum inſtrumentum careat lo-
1 co loci, quod debet inſeri in inſtrumento *Bart. qui de communi in l. de pupillo, §. qui nunciat. num. 2. ff. de noui operis nunciat. vbi Caſtr. & Iaſ. num. 3. Alex. num. 4. Specul. in tit. de edit. inſtrumentorum, §. breuiter, num. 9. in fin. Rot. deciſ. 5. in antiquis de fid. inſtrum.* & de ſtylo Rotæ teſtatur *Cæſar. de Graſſ. deciſ. 454 aliàs vnica de dolo, & contum.* Itaut eo non inſerto, inſtrumentum corruat *idem Specul. in d. tit. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum, num. 5. Aym. conſ. 216. num. 2. verſ. item caret, Put. deciſ. 328. in fin. ſecundum nouiſſ. impreſſ. Verall. deciſ. 98. part. 2.* Nec fidem facit *Rota deciſ. 1156.*
A *num. 2. & deciſ. 1746. lib. 3. part. 3. diuerſ.* A, Tamen viſum fuit Dominis ceſſare difficultatem, quia ſub die 16. Decembris anni præteriti fuit parte citata exhibitum mandatum, ſeù exemplum authenticum mandati procuræ facti per dictum Antonium in dicta Ciuitate Neapolis, ſub dicta die 27. Iunij 1612. rogatum per Hannibalem Dorſium vti Notarium publicum Neapolis, & Apoſtolicum, & Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ Cauſidicum, cum illius ſubſcriptione, & ſigno tabellionatus, necnon literis legalitatis Illuſtriſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi dictæ Ciuitatis in forma, in quo inſtrumento eſt etiam appoſitus, non tantùm locus generalis, videlicet Ciuitatis Neapolis, ſed locus loci videlicet in Palatio Archiepiſcopi, vt in principio, & in fine dicti inſtrumenti. Non obſtat quòd de dicto anno 1612. coram A. C. met ſub die 13. Auguſti fuerit productum aliud exemplum dicti mandati ſinè loco loci, & quòd propterea non potuerit Nota-
2 rius lite pendente, & poſtquam fuit oppoſitum de huiuſmodi defectu, dictum locum loci apponere, & errorem corrigere, *Bald. in rub. C. de fid. inſtr. num. 45. cum pluribus allegatis.* Quia non conſtat, quòd locus loci fuerit additus lite pendente, & poſt partis oppoſitionem, & licèt dictum inſtrumentum in quo eſt appoſitus locus loci fuerit productum poſt productionem alterius ſinè dicto loco loci: tamen non exinde reſultat, quòd Notarius appoſuerit dictum locum loci, lite, vt ſupra, pendente, imò nec iſtud præſumitur, & parti contrarium aſſerenti onus probãdi incumbit ex vulgar. Vndè dictum inſtrumentum cum loco loci videtur magis attendendum, quam aliud ſinè eo: quia ſicuti quan-
3 do duæ reperiuntur ſcripturæ eiuſdem Notarij attenditur illa quæ eſt plenior, *Bald. in l. Imperator, ff de ſtat. hom. num. 26. & 27.* vbi quando vna continet pluſquàm altera, *Socein. conſ. 94. num. 25. verſ. & ſi dicatur, vol. 1. Alex. conſ. 105. num. 3. vol. 2. & conſ. 20. num. 5. vol. 1. Boer. deciſ. 52. in fin. verſ. & verum*
B *eſt, vol. 5. Natta conſ. 314. num. 4* B, ita eadem ratione idem dicendum videtur, quòd ſit attendendum dictum inſtrumentum, in quo eſt locus loci, tanquam plenius, & quia facit valere actum, quæ præſumptio omnibus alijs præponderat.

Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

B Quod locus loci ſit de ſubſtantia inſtrumenti, & neceſſa-
4 rius ad illius validitatem, vltra hic allegatos, *Natt. conſil. 329. num. 1. Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 121. num. 34.* & allegata hac deciſione fuit dictum *in Meten. Canonicatus 8. Martij 1619. coram R. P. D. Pirouano, et in Leodien. dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, et infra deciſ. 523. num. 3. et deciſ. 666. num. 2. et deciſ. 672. ſub num. 1.* & ideò conſuetudo non apponendi locum in inſtrumento, tanquam contra illius ſub-
5 ſtantiam non valet, *Rot. deciſ. 6. de conſuetud. in antiq. quam ſequitur Roman. in l. in illa, ff. de verb. obligat. Gratian. diſcept. 767. num. 12.*

B *Rim. iun. conſ. 196. num. 54. Rot. deciſ. 671. num. 3. & 4. part. 1. diuerſ. & vide Mareſcott. variar. reſol. cap.*
6 *81. num. 3. lib. 1.* vbi ſi duo inſtrumenta contraria, ſeu

ſcri-

ſcripturæ diuerſæ productæ reperiantur, cui magis ſtandum ſit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus tenetur ad exhibitionem proceſſus, quem conſtat in illius Archiuio reperiri, & huiuſmodi exiſtentia ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſum in aliqua Curia, & coram aliquo Iudice fabricatum fuiſſe, probatur ex ſententia per eundem Iudicem lata, quæ regulariter ſinè actis, & proceſſu ferri non poteſt.*

2 *Probatio, ſufficit, ſi concludat veriſimiliter, & præſumptiuè à communiter accidentibus.*

3 *Atteſtatio Iudicis in proœmio ſententiæ circa proceſſum, & acta probatoria, nempè,* viſis iuribus, *facit præſumptionem, prædicta omnia adeſſe.*

4 *Epiſtola probat contra ſcribentem.*

5 *Reuelationes factæ in vim literarum monitorialium veritatis præſtant adminiculum*

6 *Edere tenetur Epiſcopus proceſſum, quem conſtat in eius Archiuio reperiri.*

7 *Exhibitioni iurium vt ſit locus, probari debet intereſſe partis petentis, & exiſtentia penes illum, à quo exhibitio petitur.*

8 *Intereſſe partis petentis exhibitionem, quomodo probetur.*

9 *Exiſtentia ſcripturarum penes illum, à quo exhibitio petitur, eſt plenè, & concludenter probanda.*

10 *Exhibere vt quis non teneatur, ſufficit iurare, ſe tales ſcripturas amiſiſſe, & quòd debitis diligentijs adhibitis illas reperire non potuit. Limita vt num.* 11. 12. *&* 13.

11 *Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſis arduis, & magni ponderis.*

13 *Obligatus ex contractu, vel officio ad cuſtodiam ſcripturarum petitarum, vt non teneatur ad exhibendum, debet plenè, & concludenter probare illarum amiſſionem, & amiſſionis caſum, aliter quàm per iuramentum, alias tenetur ad intereſſe, etiam non probato dolo, vel culpa.*

DECISIO CCLXVI.

LATA ſententia Rotali, per quam fuit declaratum, omnimodam iuriſdictionem in cauſis ciuilibus, criminalibus, mixtis, matrimonialibus, & alijs quibuſcumq; in Terra Saponariæ ſpectare Epiſcopo Marſicen. nullam verò Archipresbytero dictæ Terræ. Commiſſaque mihi cauſa reſtitutionis in integrum, per dictum Archipresbyterum petitæ aduerſus omiſſam appellationem à dicta ſententia, cum pro eiuſdem Archipresbyteri parte prætenderetur, aliàs coram Aſcanio Pariſio Iudice per tunc Epiſcopum Marſicen. deputato, probatam fuiſſe immemorabilem ſuper exercitio iuriſdictionis in cauſis prædictis, ad fauorem Archipresbyteri pro tempore, & ſuper inde fabricatum proceſſum rogatum per Notarium dicti Epiſcopi, quem hodiernus Archipresbyter petebat per modernum Epiſco-
pum exhiberi. Dubitaui, an conſtet de deficientia actorum, & quatenus ſic, quis teneatur illa exhibere. Et
quoad primam partem non fuit dubitatum, quin proceſſus fuerit fabricatus in dicta Curia Marſicen. coram
Pariſio, per quem fuit lata ſententia. Primò, ex eo,
quòd ad prolationem dictæ ſententiæ procedi non po-
1 tuit ſinè proceſſu, ac actis, tàm de iure, *ad cap. quoniam contra, de probat.* quàm ſtylo, & à communiter
2 accidentibus, & ſufficit probatio concludens veriſimiliter, & præſumptiuè à communiter accidentibus, *Bald.
in l. neque C. de nupt. Surd. conſ.* 95. *num.* 13. *&* 14. Secundò, ex aſſertione, & enunciatiua in dicta ſententia,
3 ibi, (viſis teſtibus examinatis in dicta cauſa ad inſtantiam dictæ Curiæ coadiutoris), & ibi, (viſis teſtibus, &
eorum atteſtationibus, atque ſcripturis per eundem
Reuer. Archipresbyterum productis, viſis publicatione, concluſione, citatione ad dicendum contra, & ad
ſententiam) quæ atteſtatio in proœmio circa proceſſum, & acta probatoria facit præſumptionem, *vt poſt
alios Aym. de antiq. tempor. par.* 2. *num.* 8. *& ſeq. & Menoch. conſ.* 100. *num.* 234. *&* 235. Tertiò, ex voto bon.
mem. Orani, dato Congregationi ſuper Epiſcopis, de
quo in ſumm. Archipresbyteri num. 2. in quo citando folia
extractus meminit de teſtibus 22. examinatis deponẽtibus de immemorabili, & de antiquiſſimis ſcripturis cõtinẽtibus actus iuriſdictionales, & præſertim de proceſſibus 22. coram Archipresbyteris confectis relatiuè ad
extractum. Quartò, ex epiſtola Epiſcopi directa eius
procuratori in Vrbe ſub die 17. Octobris 1607. *in d.
ſummario num.* 3. in qua dedit ei ordinem de conſignan.
cuidam D. Felici eius Presbytero ad hunc effectum
tranſmiſſo proceſſum, ſeu copiam proceſſus, *Che ſi fè
nella Corte Epiſcopale di Marſica, a tempo di quell Arciprete della Saponara chiamato D. Ettorre Gilberto, fù proceſſato de vſurpata giuriſdittione, che fù dell'anno* 1572. *doue furno eſſaminati molti teſtimonij ſopra l'immemorabile:*
4 Quæ epiſtola probat contra Epiſcopum ſcribentem,
l. publia, §. fin. ff. depoſit. cum alijs per Menoch. de arbitr. caſ. 94. *num.* 9. & in terminis literarum Epiſcopi,
fuit dictum in Vrbinaten. emphyteuſis 17. *Iunij* 1616. *coram me.* Quintò, ex depoſitione procuratoris dicti Epiſcopi in cauſa criminali *in dicto ſummario num.* 4. vbi recognouit dictam epiſtolam manu Epiſcopi ſcriptam ſibi
exhibitam, & dicit, *& le mandai conforme à quello, che
ſcriueua, il proceſſo, ò copia di proceſſo, come dice lui, nel
modo, che mi era ſtato conſignato da ſuo Nipote.* Sextò,
ex reuelationibus, & denunciationibus factis per teſtes
in vim literarum monitorialium, *in d. ſummario num.*
5. deponentes de dicto proceſſu ad Epiſcopum tranſ-
5 miſſo, quorum primus eſt ille, qui dictum proceſſum
detulit ad d. Epiſcopum, quæ præſtant veritatis adminiculum, *Verall. deciſ.* 208. *num.* 8. *part.* 2. *Farinac.
de teſtib. quæſt.* 62. *num.* 274. *&* 279. & fuit ſæpè deciſum. Ex quibus viſum fuit Dominis, exiſtentiam dicti
proceſſus, & actorum non poſſe negari, & conſequenter reſultare deficientiam. Quoad ſecundam partem
dictum fuit, proceſſum, & acta huiuſmodi exhibenda eſſe
6 per Epiſcopum, ſeu eius procuratorem. Tum quia idem
Epiſcopus tranſmiſit dictum D. Felicem nuntiũ ad illum
recipiendum à procuratore, & ſibi deferendum, prout
ipſe examinatus ſe recepiſſe, & detuliſſe deponit; tum
etiam ex atteſtatione Notarij in ſubſcriptione dictę ſententiæ Pariſij, quæ hoc modo legitur, cum infraſcriptis
caſſationibus in faſciculo ſcripturarum fol. 60. Fidem
facio, &c. retroſcriptam copiam inſtrumenti extractam eſſe à ſua copia, nota ſupradictæ ſententiæ ſiſtentibus in actis, & Archiuio Epiſcopi; itaut acta videantur in dicto Archiuio remanſiſſe, & inde conſtet, Epiſco-
pum

pum habere Archiuium, in quo conſeruantur ſcripturæ, & proceſſus ipſius Curiæ, prout in omnibus Curijs Epiſcopalibus fieri ſolet: & ideo exhibitio ſpectat ad eundem Epiſcopum, qui poteſt, & debet cogere eius actuarium, ſeu Archiuiſtam, qui pro eius officio tenetur ad cuſtodiam, vt exhibeat originale proceſſus, & actorum. quia in Archiuio per Notarios rogatos relinqui, & per actuarios, ſeu Archiuiſtas ſucceſſores cuſtodiri conſueuerunt. Nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur, ex ſupradicta epiſtola Epiſcopi non poſſe deduci confeſſionem, quòd penes eius Procuratorem exiſteret proceſſus originalis, cum dicat, *proceſſo*, ſeu *copia di proceſſo*, & confeſſio debeat de neceſſitate concludere, & dubia pro confitente interpretetur, & conſequenter firmari non poſſe, Epiſcopum, dum recepit à Procuratore dictum proceſſum, ſeu copiam, recepiſſe proceſſum originalem. Quia fuit reſponſum, quòd aut erat proceſſus originalis, & Epiſcopus, qui illum recepit, tenetur abſque dubio exhibere: aut erat copia, & tunc aut originale fuit conſeruatum penes eius Archiuium Epiſcopale, vt ſupra dictum eſt, & Epiſcopus tenetur facere, vt Archiuiſta illum exhibeat, aut non fuit, nec in eo reperitur, & tenetur exhibere dictam copiam, quamuis eſſet ab Epiſcopo recollecta originali deperdito, *Felin. in cap. 1. num. 22. de probat.*

Et propterea fuit reſolutum vt ſupra, vtraque parte informante.

Blanchetto, & d. deciſ. 267. num. 5. poſt 2. vol. conſ. Fari-
11 *nac.* hoc tamen non procedit, vbi agitur de maximo præiudicio, quia iuramentum ſuppletorium non defertur, quando cauſa eſt ardua, & magni ponderis, *Couar. de ſponſal. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 5. Gayll. lib. 1. obſeruat. 94. Surd deciſ. 326. num. 94. Giouagnon. conſil. 37. num. 33. lib. 1. & in his terminis dixit Rot. coram Cardinali Caua-*
12 *ler. d. deciſ 82. num. 8.* Item non procedit, quando contra eum, qui tenetur edere, adeſt ſuſpicio aliqua, *Rot. alijs allegatis in d. deciſ. 82. Cardinal. Caualer. num. 9.* quibus addo, *Afflict. d. deciſ. 330. num 2. circa med. & admiſſum fuit in dicta Conuerſana iuriſdictionis coram R. P. D. meo Durano.*
13 Præterea limitatur ſupradicta concluſio in eo, qui ex contractu, vel obligatione tenetur ad cuſtodiam ſcripturarum petitarum, tunc enim plenè, & concludenter, probari debet amiſſio, & caſus amiſſionis, aliter quàm per iuramentum, *Grat. conſ. 23. num. 19 lib. 1. Gozzad. conſ. 17. num. 11. Aym conſil. 112 num. 18. Soccin. conſ 190. poſt num. 5. lib 2. Bero conſil 191. num. 21. lib 1. Rot. deciſ. 238. num. 2 & ſeqq. part. 4. diuerſ deciſ 97. num. 4. poſt 2. vol conſil. Farinac. & deciſ 55 poſt num. 7. verſ. non obſtat, & num. ſeq. poſt Zacch. de ſociet. offic. & infra coram D. meo deciſ 811.* etiam non probato dolo, vel culpa, quia in huiuſmodi perſonis culpa, & occultatio præſumitur *Grat & Gozzad locis cit Rot. d. deciſ 97 num. 5. poſt 2. vol. conſil. Farinac. num vlt.* & infra *d. deciſ 811.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

ANNOTATIO.

A Vt ſit locus exhibitioni iurium, duo probari debent, nem-
7 pè intereſſe partis petentis, & exiſtentia ſcripturæ penes illum, contra quem petitur exhibitio *l. 3. in princ. §. ſciendum, ff. ad exhibend. Cardinal. Seraphin deciſ. 1224. Cardinal. Caualer. deciſ 82. & 542. vtrobique num. 1. Rot. deciſ 235. & duab ſequent & deciſ 241. part. 4. diuerſ. & deciſ 318. num 1. 2. & 3 poſt. 2. vol. conſil. Farinac. & fuit dictum in Bononien prætenſæ occultationis 10. Maij 1619 coram bon mem. Dunozetto.* Quoad intereſſe partis ſatis eſt, quòd ſummariè probetur *d. l. 3. §. ſciendum, Rot.*
8 *d. deciſ 235 num 2. part. 4. diuerſ Gayll. pract obſeruat. lib. 1. cap. 106. num. 2. & 3.* & dicitur ſatis probatum ex ſolo partis petentis iuramento, *Roman. conſil. 83. in fin. Cardinal. Caualer. d. deciſ 82 num. 2. Gratian. diſcept. 736. num. 10 Beltramin ad deciſ 120. Greg. XV. num. 10.* imò ſufficit ſi ſit poſſibile, quòd exhibitio oſtendat aliquod releuans, *vt fuit dictum in Caualicen baroniæ 22. Iunij 1575. coram Rubeo*, & quòd ſcripturæ quouis modo ad cauſam facere poſſint, *Caputaq. deciſ 150. lib. 1. in manuſcript. Cott. deciſ. 29.*

9 Exiſtentia verò ſcripturarum penes eum, à quo exhibitio petitur, eſt plenè, & concludenter probanda, *per d. l. 3. in princ. vbi Gloſſ. in verb ſummatim propè fin. Seraph d. deciſ. 1224. num. 1. Rot. d deciſ 241. num. 1. part. 4. diuerſ & fuit dictum in Conuerſana iuriſdictionis 10. Nouembris 1628. coram R P D. meo Durano*, & ideo non ſufficit præſumptiua probatio, *Grigor. XV. deciſ. 199. num. 3.* cum alijs per *Beltramin. ibi num. 7.*

10 Ad excludendam autem huiuſmodi obligationem editionis, ſufficit, illum, à quo exhibitio petitur, iurare, ſe tales ſcripturas amiſiſſe, & quòd debitis diligentijs adhibitis, illas reperire non potuit *iuxta tex. in l vlt. §. ſin autem. C. de fid inſtrum. Gloſſ. in cap. ſignificaſti, in verb. ſi ita eſt, de homicid Guidop deciſ. 244 Rota deciſ. 267. num. 4. poſt 2. vol. conſil. Farinac. in d. Conuerſana iuriſdictionis coram R. P D. Durano.* Dummodo concurrant coniecturæ pro amiſſione inſtrumenti. *Afflict. deciſ. 330. num. 2. Rota in Aſina bonorum 1. Februarij 1574. coram Card.*

Leodien. hæreditatis.

Lunæ 3. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Tranſportatio actorum, quæ non fuit facta in tempore à Iudice præfixo, non tollit ius partis, quæ fuit impedita ad illam faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio abſenti non currit niſi à die intimationis, maximè vbi eſt præfixa cum intimatione.*
2 *Dilationes ad tranſportan. acta, ſeu ad procedendum in cauſa, vel ad ſententiam, & ad proban. & producen. dantur à Iudice, & poſſunt per eundem ex benignitate prorogari num. 3.*
4 *Tranſportatio actorum ſi non fiat in tempore, non tollit ius partis, quæ fuit impedita.*
5 *Impedimenta præſtita ab aduerſario præſtant legitimam cauſam alteri obtinendi prorogationem ad tranſportandum acta.*
6 *Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda.*

DECISIO CCLXVII.

CVM Federicus obtinuiſſet committi in Rota cauſam appellationis per eũ interpoſitæ à ſententia in partibus lata, & huius commiſſionis vigore fuiſſet conceſſa inhibitio in forma: Lambertus appellatus in vim alterius cõmiſſionis per eum impetratæ obtinuit moderari d. inhibitionem, niſi Federicus infra terminum iuxta formam aduerſariæ commiſſionis ſibi præfi-

xum

Digitized by Google

ſum tranſportaret acta primæ inſtantiæ. Verùm cum
Federicus prætenderet, inhibitionem fuiſſe moderatam
pendente termino ſibi aſſignato, obtinuit à Sanctiſſimo
aliud reſcriptum mihi directum de reaſſumendo cauſam
dictæ appellationis, & in ea proceden., prout de iure,
quatenus dicta moderatio fuiſſet dicto termino pen-
dente conceſſa: iux. cuius reſcripti tenorem fuit denuo
expedita inhibitio in forma. Dubitaui igitur, an con-
ſtet, dictam moderationem, pendente dicto termino,
ſeu dilatione, fuiſſe conceſſam, & an aliqua attentata
fuerint exinde commiſſa, quæ veniant reuocan. Et
DD. ad vtramque partem affirmatiuè reſponderunt.
Nam quoad primam, quòd inhibitio fuerit moderata dicta
dilatione pendente, clariſsimè patet; quia hoc factum
fuit ſub die 11. Martij 1615. dilatio autem adhuc dura-
bat vſque ad diem 14. Aprilis ſequentis, nam licèt fue-
rit conceſſa pro quatuor tantùm menſibus ſub die 13.
Iunij 1614. tamen fuit etiã prorogata ad alios quatuor
menſes, & ſic in totum fuit conceſſa pro octo menſibus,
qui durabant vſque ad d. diem 14. Aprilis 1615. cum
non inceperint currere, niſi à die intimationis dictæ di-
lationis factæ eidem Federico principali in partibus ſub
1 die 14. Auguſti 1614. tum ex forma decreti, per quod
expreſsè mandatum fuit, illi intimari, *Put. deciſ.* 168.
A *part. 1. in nouiſſim. Thon. deciſ.* 106. *in manuſcript.* A,
tum etiam de iure iuxta doctrinam *Bart. in l. Labeo num.
3. quam ibi ſequuntur Angel. Caſtr. Alex. & Iaſ. ff. de
iur. iur. Bald. in l. 2. num. 3. C. vbi in rem act. & in l. 1.
num. 2. in fin. C. de temp. appell. Felin. in cap. 2. ſub num.
7. verſ. ad idem, extr. de conſtit. Marant. in Specul. part. 6.
tit. de dilat. num. 14. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. ſe-
cunda caſu* 186. *num.* 35. tum & tertiò, quia ita etiam
videtur expreſsè conſenſiſſe, & declaraſſe idem Lam-
bertus, qui poſt intimationem factam procuratori d.
Federici in Curia, & reſponſionem per eum datam in
actis, quòd terminus erat intimandus, non ſibi, ſed
principali, cuius expenſis, & laboribus erat facien.
tranſportatio actorum, expediuit inſtrumentum exten-
ſum dicti decreti præfixionis termini incipiendi à die in-
timationis factæ eidem Federico, & eo vſus eſt facien.
dictam intimationem ſub dicta die 14. Auguſti. Et ideo
non potuit reproducẽdo dilationem iſtius intimationis
dicto Federico præiudicare, cum illa fuerit commiſſa,
& executa de mandato Iudicis, ipſo inſtante, & acce-
ptante; & tanto minus, quia idem Federicus ſub die
6. Octobris d. anni 1614. narrando dictam intimatio-
nem ſibi factam ſub dicta die 14. Auguſti adhibuit dili-
gentias coram Iudice compulſore contra Notarium
pro haben. tranſumptum, & proteſtatus etiam fuit de
breuitate termini, & de habendo termino vlteriori,
quatenus Notarius abſoluere non poſſit tranſumptum
in tempore. Et ſic ceſſant, quæ dicuntur, quòd dictus
terminus currere inceperit à die intimationis factę pro-
curatori in Curia, quia in omnem caſum debet atten-
di vltimus conſenſus d. Lamberti, quòd currere ince-
perit à denunciatione facta principali. Nec obſtare
viſum fuit, quòd dictus terminus ſemel præfixus non
potuerit ampliùs prorogari. Quia cum ſit dilatio, quæ
ab homine, ſeù à Iudice ſimpliciter conceditur, vt de
2 ſimili dilatione ad procedendum in cauſa, vel audiẽdum
ſententiam, *Alberic. in l. 2. num. 5. in princ. ff. de re iudic.*
& de dilatione ad proban. & ad producen. *Aym. conſ.*
3 179. *num.* 2. Ideò poteſt per ipſum Iudicem prorogari
etiam de benignitate, *Bald. in l. fin. num.* 10. *ff. de fe-
rijs*, tanto magis ex cauſa, *Alberic. & Aym. vbi ſupra*
& vbi hoc ſuadet æquitas iudicandi, *Roman. in dicta
l. 2. num. 32. verſ. & quidem dicendum eſt*. Quæ om-
nia benè fuerunt viſa concurrere in propoſito, tùm quia
4 ius partis non eſt propterea effectum deterius, *Bart. in
d. l. fin. ff. de ferijs*, quem ibi communiter ſequuntur
DD. omnes, *vt per Iacobin. ibidem num.* 12. Tùm etiam
quia ſatis conſtat de diligentijs compulſandi acta per
Federicum adhibitis, & de impedimentis ſibi præſtitis
à Lamberto, quo minus perficere potuerit dictum com-
pulſum, quæ impedimenta ſunt iuſta cauſa nouas dila-
5 tiones conceden. *gloſ. in d. l. fin. & ibi Bald. num.* 5.
verſ. ideò & gloſ. & num. 9. *Roman. col. 2. verſ. capio
nunc, & ceteri omnes, ff. de ferijs Lanfranch de Orian. in
tract. de dilat. num. 3. in fin.* Ex quibus etiam reſultat
reſolutio ſecundæ partis dubij, quia cum inhibitio Ro-
talis fuerit intimata Lamberto, & Officiali Leodien.
ſub die 12. Auguſti, & de menſe Septembris 1616. &
ſub die 5. & 10. Nouembris ſequentis, *vt in ſummario
Federici num. 5. & 6.* & poſt intimationem fuerit co-
ram eodem Officiali proceſſum ad deliberationem pi-
gnorum, inſtante eodem Lamberto, vtique non poteſt
6 iſta deliberatio excuſari ab attentatis, cum inhibitio
Rotalis ſiue iuſta, ſiuè iniuſta ſemper timenda ſit, alias
cauſet attentata, *Caputaq. deciſ. 93. part. 2. Achill. de-
ciſ. 29. num. 1. de appellat.* & pluries fuit deciſum.
Et ideo ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Decretum cum intimatione non afficit, niſi illa exequuta.
*Gregor XV. deciſ 31 num. 8. et ſupra coram Domino meo
deciſ 124. num. 22. quam ſequitur Rota coram Cardinali
Caualer. deciſ. 486. num.* 10. vbi quòd ſi fuerit omiſſa, eſt
inſanabilis, etiam ſtante clauſula, *arbitrio*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Palentina cenſuatum.

Lunæ 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Declaratoria decernitur, exequutorialibus Ro-
talibus perſonaliter intimatis, ac ſeruatis qua-
tuor terminis ſeruari ſolitis; exequutio dicitur
cœpta in Rota poſt relaxationem exequuto-
rialium.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria contra eos eſt danda, qui intimatis ſibi exe-
quutorialibus reproductis in Rota, ac ſeruatis terminis
ſolitis de paritione non docent.*
2 *Paritio autem debet eſſe ſucceſſiua, & continuata, aliter
proceditur ad excommunicationem.*
3 *Exequutio ſpatio triginta annorum præſcribitur, niſi fue-
rit cœpta.*
4 *Executio dicitur cœpta poſt relaxationem exequutoria-
lium ſecundum Rotæ opinionem, quam Signatura ſequi-
tur in ſententijs Rotalibus num.* 5.
6 *Reſtitutio in integrum non retardat executionem iam cœ-
ptam, vel petitam remiſſiuè.*

DECISIO CCLXVIII.

PER ' ſententiam Rotalem bon. mem. Gropperij, latam de anno 1568. condemnati fuerunt Clerici Eccleſię S. Michaelis oppidi de Cardena præuia reuocatione ſententię prouiſoris Palētini, & cōfirmatione ſentētiæ prouiſoris Burgen. Iudicis Apoſtolici, ad acceden. in omnibus diebus Paſchalibus, feſtiuis, & Dominicis, ac alijs conſuetis ad Parochialem S. Rabilis prope, & extra muros d. oppidi, cuius cura animarum reſidet penes Abbatem, & Conuentum Monaſterij S. Petri de Cardena, Ordinis Sancti Benedicti, & ibi miſſas celebran. & procuran. quòd nullus ex prædictis Clericis in diebus feſtiuis in dicta Eccleſia S. Michaelis miſſam ibidem celebraturis remaneat, & in effectum ad obſeruantiam concordiæ aliàs de anno 1164. inter Abbatem, & Conuentum dicti Monaſterij initæ, & de anno 1264. renouatæ, & per Gregorium XIV. confirmatæ; quæ ſententia fecit tranſitum in iudicatum, & propterea de dicto anno 1568. fuerunt relaxatæ executoriales, & de anno 1594. per bon. mem. Cardinalem Pamphilium vigore ſpecialis cōmiſſionis fuit moderata inhibitio ad inſtantiam dd. Clericorum poſt relaxationem dd. executorialium obtenta à bon. mem. Cardinali Lancellotto Seniore, iuxta formam aſſertæ commiſſionis. Quæ executoriales de menſe Octobris 1615. fuerunt perſonaliter intimatæ pluribus ex dd. Clericis, qui nonnullas reſponſiones dederunt, alijs verò non repertis, factis diligentijs domi dimiſſa copia, & in Eccleſia S. Michaelis. Vndè fuit datum dubium, an eſſet danda declaratoria contra dd. intimatos, & DD. danda eſſe dixerunt,
1 quia facta intimatione executorialium, eiſque reproductis in Rota, ac ſeruatis terminis ſolitis, non conſtat de paritione, *vt per Caſſad. deciſ. 6. num.* 10. *de cauſ. poſſ. & prop Creſcen deciſ. 1. de ſeq. poſſ. & fruct.*
A *Rot. deciſ.* 758. *num. 2. l. 3. part.* 3. A, Quæ tamen
2 paritio eſſe debet ſucceſſiua, & continuata, alias ratione contumaciæ datur excommunicatio, *Gloſ. in cap. duo ſunt, in verb. videbatur* 96. *diſt. Abb. in cap. 1. num.* 10. *vbi Rip. num.* 29. *verſ. 3. de iud. Aegid. deciſ.* 244. *Couarr. in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 3. de ſent. excomm. in* 6. Imò non ſolùm non conſtat de paritione, ſed conſtat etiam de expreſſa contrauentione: quia Clerici intimati allegarunt litis pendentiam coram Iudice laico, *vt in ſummario num.* 5. Et celebrarunt diebus feſtiuis in d. Eccleſia Sancti Michaelis, & deſtiterunt accedere ad Eccleſiam S. Rabilis, de quo dantur plures atteſtationes *d. num.* 5. & ſic parere concordiæ auctoritate Apoſtolica confirmatæ, & quæ fuit etiam in Rota canonizata, vt ex dicta ſententia Rotali, ex deciſione bon. mem. Cardinalis Pamphilij ſub die 18. Martij 1594. quæ datur. Nec obſtat, quòd d executoriales ſint anti-
3 quæ, & excedant ſpatium annorum 30. quod ſufficit ad
B præſcriben. executionem B, quia nulla potuit currere præſcriptio, cum fuerit paritum, & illa fuerit in-
4 terrupta ex moderatione inhibitionis *del* 1594. *Felin. in cap. illud, num. 7. & ibi Doct. de præſcript. Achill. deciſ. 5. num. 2. eodem tit.* & quando agitur de præſtando obedientiam, *Put. deciſ.* 334. *num. 4. lib.* 1. & quia poſt relaxationem executorialium executio dicitur cœpta, vt
5 videtur ſenſiſſe *Rota apud Achill. d. deciſ. 5. d. num. 2. de*
C *præſcr.* C, dixerunt tamen DD. huiuſmodi declaratoriā dan. eſſe contra perſonaliter intimatos tantùm. Sed nihilominus difficultatem fecit, quòd de anno 1614. pro parte Communitatis tàm laicorum, quàm clericorum fuit commiſſa cauſa appellationis per literas in forma Breuis in partibus iudici Palentino, & ideò intimati videntur habuiſſe iuſtam cauſam non paren. præſertim quia appoſuerunt, quòd pendebat lis coram Iudice competente, & licèt detur commiſſio reformatoria expedita de menſe Octobris 1615. eidem Iudici, quòd ſuam moderetur inhibitionem; non tamen conſtat de intimatione facta Iudici, nec quòd clerici habuerint de ea notitiam, quæ in hac materia certa, & expreſſa requiritur: imò nec conſtat, quòd d. inhibitio moderata fuerit iuxta formam commiſſionis, quæ vni ex Dominis difficultatem faciebat, & ideò ſi opus erit DD. iterum conſulam.

Et ita deciſum, parte tantùm d. Monaſterij S. Petri de Cardena informante.

ANNOTATIO.

A Dixi ſupra *deciſ* 17.

B In terminis mandati relaxati, quòd non præſcribatur, ſtante mala fide debitoris, vide quæ dixi ſupra *deciſ 6. ſub littera C. verſ quartus caſus.*

C Executio dicitur cœpta per relaxationem mandati, vel literarum executorialium iuxta opinionem, quam paſſim obſeruat Rota, vt fuit reſolutum in deciſionibus relatis *in Peruſina bonorum de Seraphinis coram Corduba* 10. *Maij* 1600. *impreſſa per Marcheſ de commiſſ. par. 1. fol.* 430. & reprobata opinione Staphilæi, tenet etiam *Lancellot. de attent reſtit in integr. pend 2 par. cap. 18. num.* 131. & *eadem Rot in Pampilonen beneficiorum* 13. *Martij* 1617 *coram bon mem. Dunozetto. et inter recent. deciſ.* 545. *num. 5. par 1. et deciſ.* 138. *num 2. par. 2. et deciſ.* 826. *par. 4 diuerſ. Mareſcott. variar. reſolut. lib 2. cap.* 121. *num.* 16. *et in Lunen Sarzanen. iuriſpatronatus* 26. *Februarij* 1625. *coram eodem bon memor. Dunozetto*, quæ loquitur in mandato de immittendo; & omnes deciſiones prædictæ procedunt in mandato, ſiue executorialibus extra ſententiam conceſſis, non autem de ijs, quæ in ſententia relaxantur, quia aliàs ſemper tolleretur via obtinendi reſtitutionem in integrum, vt benè aduertit *Rota in Bononien cenſus* 11. *Decembris* 1602. *coram Iuſto impreſſ apud Marcheſ de comm. part. 1 pag.* 309 *num* 2 *idem Marcheſ ead part 1 pag* 398 *num* 17. *Beltramin. ad Gregor. XV. deciſ* 458. *num* 10. *in fin.* vbi, quod cœpta executione per relaxationem mandati, vt ſupra, denegatur reſtitutio in integrum: & latè etiam per *Mareſcott. vbi ſupra, et infra coram Domino meo deciſ.* 597. *num* 3. *et* 791. *num.* 15. vbi quod ſufficit fuiſſe petitam executionem antequam inſtaretur pro reſtitutione in integrum. Supradicta concluſio, quòd executio dicatur cœpta per relaxationem mandati, vel executorialium, nedum recepta eſt paſſim in Rota, ſed eam ſequitur Signatura quando agitur de ſententijs Rotalibus, *Marcheſ de commiſſ. tom 1 fol.* 398. *num.* 19. *Rota in d Pampilonen beneficiorum coram bon. memor. Dunozetto, Beltramin. ad d. deciſ.* 458. *num.* 30. *verſic. cœpta autem*, & pluries obtinui.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Elnen. Cameratiæ.

Lunæ 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Spoliato quando detur manutentio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur ſpoliato.*
2 *Spoliatũ ſe confitenti competit manutentio reſpectu ciuilis poſſeſſionis, reſpectu verò naturalis reintegratio, quando conſtat, ciuilem animo retinuiſſe, & latè num 5. & ſeq.*
3 *Poſſeſſio animo retenta cenſetur, vbi quis confitetur ſe de facto ſpoliatum, & ſtatim manutentionem petit.*
4 *Spoliatũ qui ſe ſimpliciter dicit, & reſtitui petit, manutentionem obtinere non poteſt.*

DECISIO CCLXIX.

IN deciſione ſub die 13. Martij præteriti facta ſuper manutentione Laurentij tunc ſolum informantis excitatum fuit motiuum, quòd ex propria eius confeſſione in commiſſione cauſæ videbatur habuiſſe ſe pro ſpoliato, cũ dixerit, Monaſterium Sancti Andreæ eum ſpoliaſſe ſua poſſeſſione, & ſe appellaſſe ad Sanctiſſimum à priuatione, & ſpolio, & conſequenter illi non com-
1 petere remedium retinendæ, iuxta deciſionem *Caputaq.*
A 43. *lib. 2. in manuſcr. à Rota ſæpius approbatam.* A,
Nihilominus hodie informan. etiam procuratore Abbatis d. Monaſterij, DD ſteterunt in deciſis. Quando enim quis ſe dicit ſpoliatum, & petit reſtitui, & conſtat, quòd animo ciuilem poſſeſſionem retinuit, videtur ſolùm intellexiſſe de naturali occaſione turbationum, & moleſtiarum in ea illatarum: & ideo ei competit reintegratio ratione naturalis, quam amiſit, manutentio ve-
2 rò reſpectu ciuilis, quam retinuit, *Gloſ. in l. clam poſsidere, §. qui ad nundinas, in verb. clam, circa fin. ff de acq. poſſ.* & ibi *Bart. in fin. & poſt eum Ang. num. 4. Caſtr. num 7. verſ. quartus articulus, Alex. num. 17. Iaſ. num. 61. & 62. & gloſ. in l. 1. §. interdictum hoc, in ſecunda col. & ibi Bart. ff. vti poſsid. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22. & ſeq. & num. 506. & de communi Lanfranch. Balb. deciſ. 490. quæ adeſt in tom. 2. lib. 10. communium opinionum, in verb. libellus, & ſeq. Apoſtill. ad Papien. in pract. tit. in forma libelli pro turbata poſſeſsione, in verb. ad ceſſan. & deſiſten. Put. deciſ. 409. lib. 2. ſecundùm nouiſsimam impreſsionem,* & fuit tentum in *Mediolanen. Parochialis 22. Iunij 1582. coram bon. mem. Cardinali Platto, in Aſculana beneficij 28. Iun 1589. corã bon. mem. Card. Blãchetto, in Vlixbonen præeminentiarum 18. Aprilis 1603. coram bon. mem. Iuſto, in Carthaginen. Canonicatus 6. Aprilis 1609. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Lancellotto, & in Romana domorum 24. Februarij 1612. coram*
B *R. P. D. meo Vbaldo.* B, De intentione autem Laurentij omnino retinendi poſſeſſionem ciuilem, clarè videtur ex verbis eiuſdem cõmiſſionis conſtare: quia cum
3 dicit ſe fuiſſe ſpoliatum, addit etiam verbum (*de facto*) quod denotat turbationes, & ſtatim ſubdit, ſe velle in ſua poſſeſſione manuteneri; & ſic ne contineat repugnantiam, dicen. eſt, quòd aſſerendo ſe ſpoliatum intellexerit de naturali, non autem ciuili, prout ad ſaluan. ſimilem libellum dixerunt, *Caſtren. conſ. 234. num. 1. vol. 2. Natt. conſ. 572. num. 21. verſ. non obſtat, & num.*
4 *22. & 23. & Surd. conſ. 160. num. 72.* In contrarium verò allegata procedunt, quando quis ſimpliciter dicit ſe fuiſſe ſpoliatum, & pro tali ſe habet, & petit reſtitui: ſecus verò quando ex facti circumſtantijs (prout hic) apparet, quòd intellexerit de turbationibus, & moleſtationibus de facto, & quòd animo retinuit ciuilem, ratione cuius ciuilis datur manutentio ex ſupra allegatis, vt ita declarauit Rota *in d. Vlixbonen. præeminentiarum coram Iuſto, & in eadem Romana domorum 23. Ianuarij, & 22. Iunij 1616. coram eodem R. P. D. meo Vbaldo.* Nec viſum fuit, obſtare defectum tranſportationis actorum, quia Laurentius non tenetur tranſportare acta ſuper prætenſa vnione, cum non commiſerit cauſam illius nullitatis, ſed ſolùm ſuper manutentione in poſſeſsione Camerariæ, & beneficij, de quibus agitur, & appellationẽ ad cautelam ſuper priuatione, & ſpolio de facto commiſſo, vt expreſsè legitur in commiſsione *in eius ſummario num. 2.*

Et ideo ita deciſum &c.

ANNOTATIO.

A Fuit dictum *in Toletana parochialis 31. Ianuarij 1625. coram bon mem Dunozetto ſeniori.*
B Reintegrationem petens non cenſetur habere ſe pro ſpo-
5 liato reſpectu ciuilis poſſeſſionis, ſed naturalis tantùm, Rota hac deciſione Domini mei allegata *in d. Toletan. Parochialis coram bon. mem. Dunozetto, Beltramin. ad deciſ. Gregor XV. 555. num. 11. poſt relatas 704. la ſeconda, et 550. num. 3. et 4. par. 1 recent et 640 num 10. par. 2. & fuit dictum in Brixien. optionis 7. Februarij 1620. coram bon. mem Patriarcha Manzanedo, et in Ianuen. parochialis 13. Martij 1626. et 19. Aprilis 1627. coram R. P.*
6 *D meo Durano.* Hæc tamen concluſio non ita ſimpliciter, & indiſtinctè accipienda eſt, ſed quatenus ex circunſtantijs facti conſtet petentem reintegrari habuiſſe animum retinendi poſſeſſionem ciuilem, & petiiſſe remoueri turbationes de facto, vt latè deducitur in hac deciſione, & in alijs proximè relatis, in quibus plura concurrebant ad eliciendum animum petentis reintegrari reſpectu naturalis non ciuilis, & ſignanter quando in inſtantia pro mandato de reintegrando erat appoſita clauſula, *quatenus opus eſſet, vt in deciſ. ſanctæ mem. Greg. XV. 546. et 555. num. 1. et 2. et in dicta Toletana parochialis coram bon. mem Dunozetto,* vel quando in eadem commiſſione petita fuit manutentio, *vt in Sarſinaten. parochialis 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.* & in ſuperius allegata *Toletana parochialis coram R. P. D. Dunozetto.*

Sed quando ſimpliciter quis dixit ſe ſpoliatum, & adiuit Iudicem pro reintegratione, tunc dicitur fateri aduerſarium habere vtramque poſſeſſionem, *Seraphin. deciſ 1417. num. 3. et in dicta Ianuen reintegrationis 13. Martij 1626. coram Domino meo Durano.* Verùm quia retentio ciuilis poſſeſſionis conſiſtit in animo, *vulg l. 3. §. in amittenda, ff de acquiren. poſſeſſ.* & animus ex factis declaratur; ideo terminanda erit ex circunſtantijs facti ante, & poſt petitam reintegrationem; *Rota deciſ 644. num 6. par. 1. recent. et coram Cardinali Caualer. deciſ. 531. num. 2. 3. et 4.* & ex ſupra relatis deciſionibus.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Mutinen. Parochialis.

Lunæ 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non poſſidente, eſt manutenibilis. Item datur manutentio anteriori poſſeſſori, non obſtante poſteriori poſſeſſione nulla, & iniuſta.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio inſtrumentalis alio non exiſtente poſſeſsione, eſt manutenbilis.*

2 *Poſſeſsio probatur ex confeſsione partis aſſerentis aduerſarium eſſe intruſum detinere, & occupare.*

3 *Fides nuncij de actu præterito præcipuè ſinè teſtibus, non probat.*

4 *Poſſeſsio capta, non citato poſſeſſore, eſt nulla, & iniuſta.*

5 *Clauſula*, amoto, *&c. appoſita in mandato de prouidendo operatur cauſæ cognitionem iuris ordine ſeruato.*

6 *Poſſeſsio nulla, & iniuſta non priuat anteriorem poſſeſſorem, nec impedit illius manutentionem.*

DECISIO CCLXX.

D. vnanimiter reſoluerunt, concedendam
1 eſſe manutentionem Dominico, eius enim poſſeſsio viſa fuit clarè, & concludenter probata ex inſtrumento adeptionis illius, alio tunc non poſsidente *vulg. l. prædia ff. de acq. poſſ.* & millies fuit dictum: præſertim cum probetur etiam ex confeſsione partis in mandato de prouidendo narrantis, Dominicum intruſum, & detine-
2 re, & occupare, quia cum poſſeſsio præſumatur iuſta, poteſt acceptari confeſsio poſſeſsionis, reiecta qualitate vitij, *Aym. conſ.* 150. *num.* 5. *verſ. ſed poſito, & fuit dictum in Virdunen. Abbatiæ* 20. *February*, & 27. *Nouembris* 1615. *coram me*. Nec obſtare dixerunt prætenſam poſſeſsionem Antonij, tum quia non probatur per epiſtolam Ricchi prætenſi ſubexecutoris Vicarij Mutinen., qui reſcribendo eidem Vicario dicit, ſe dediſſe poſſeſſionem dicto Antonio, iuxta tenorem literarum
3 dicti Vicarij: nec per relationem nuncij, qui atteſtatur aſtitiſſe cum dicto Riccho ad inducen. in poſſeſſionem d. Antonium, cum ſint de actu præterito, *Innoc. in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. ſi enim aliud, de fid. inſtrum. Alex. conſ.* 241. *ſub num.* 6. *verſic. quinimò etſi Notarius, lib.* 6. *Aym. conſ.* 171. *Put. deciſ.* 61. *num.* 1. *lib.* 1. *ſecundùm nouiſsimam impreſsionem, cum alijs adductis in Salamantina Archipresbyteratus* 13. *Martij* 1615. *coram R. P. D. meo Andrea*, & ſinè teſtibus *Rot. deciſ.* 15. *num.* 2. *verſ. tamen hoc erat, lib.* 1. *par.* 3. *diuerſ. & in dicta Salamantina Archipresbyteratus*. Tùm etiam quia nulla
4 fuit, & iniuſta tanquàm capta non citato Dominico poſſeſſore, *cap. licèt, vbi gloſſ. in verb. te non vocato, de præb. in* 6. Tanto magis ſtante forma mandati de prouidendo obtenti ab Antonio, cum clauſula, *amoto, &c.*
5 quæ operatur, vt Iudex procedere debeat cum cauſæ cognitione, & iuris ordine ſeruato, *Abb. in cap. de cætero, num.* 8. *verſ. quæro circa prædicta, & ibi Felin. num.* 9. *de ſent. & re iudic. Achill. deciſ.* 384. *alias* 6. *ſuper reg. de triennal. per tot. & præcipuè num.* 4. *verſ. fuit tamen dictum, & num.* 5. Et hinc propterea cum poſſeſſio nulla, & iniuſta non priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione, nec
6 impediat manutentionem habentis anteriorem poſſeſſionem, *Rot. deciſ.* 802. *num.* 7. *verſ. quia pro reſponſione, par.* 1. *diuerſ. & in Mutinen. Canonicatus* 29. *Martij* 1602. *coram Litta*. Meritò concluſerunt Domini, manutentionem dandam eſſe dicto Dominico informanti, &c.

Ferentina Bubalarum.

Lunæ 30. Octobris 1617.

ARGVMENTVM.

Actio ſpolij datur hæredi, etiã pro bonis mobilibus. Primum, & ſecundum extremum in ſpolio ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio competit tàm ſpoliato, quàm eius hæredi, & ſingulari ſucceſſori, num.* 8. *& quando procedat, latè num.* 9

2 *Spolij actio competit etiam pro mobilibus.*

3 *Animalia alicui ad cuſtodiã cõſignans illa poſsidere dicitur.*

4 *Teſtes deponentes de intereſſentia in commendatione cuſtodiæ animalium facta cuſtodi, præſumuntur conteſtes ad proban. commendantem in dominum.*

5 *Poſſeſsio probatur ex receptione fructum, & reſponſione reddituum.*

6 *Teſtes etiam ſingulares probant, cum tendunt ad eundem finem poſſeſsionis probandæ.*

7 *Extremum ſecundum in ſpolio probatur ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis.*

DECISIO CCLXXI.

REINTEGRANDOS eſſe dixerũt DD. hæredes Laureti ad poſſeſſionem bubalarum, de quibus agitur, ex perſona dicti Laureti, qui cum viuens in-
1 tentauerit iudicium ſpolij, ſicut ipſe erat reintegrandus, ita & hæredes, *Socc. in l. rem quæ nobis, num.* 10 *verſ. item quia tranſit, ff. de acq. poſſ. Creſc. deciſ.* 3. *de reſt.*
A *ſpol.* A, actio enim ſpolij competit etiam pro mobili-
2 bus, *Soccin. in d. l. rem quæ nobis, num.* 13. *verſ. ſecundò concludo*, dicens eſſe de intentione omnium, *Hip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 54. *ff. eodem, Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 193. Quòd autem dictus Lauretus eſſet reintegran. conſtat: quia anterior illius poſſeſſio, & ſic primum extremum, viſa fuit plenè, & ſufficienter probata ex infraſcriptis. Primò conſtat de emptione dd. bubalarum facta per dictum q. Lauretum. ab illis de Virgilijs ex inſtrumento *in ſummario num.* 1. & de ſolutione pretij ex quietantia *in ſummario num.* 2. & de tranſlatione poſſeſſionis nedum ficta per clauſulam conſtituti, & ceſſionis iurium: ſed de vera, & actuali apprehenſione dd. bubalarũ, quam, & ſimiliter dictam venditionem, ac pretij numerationem, & traductionem illarum in territorium Ferentini, ſeu Froſinonis ad locum nuncupatum, *la ſelua de' muli*, & de dicta ſylua ad alium locum probant teſtes. Et primò quoad emptionem dd. bubalarum tertius, ſextus, & nonus iuxta vndecimum, & ſuper primo, & ſecundo in *ſummario hæredum Laureti num.* 3. Primus, tertius, ſextus, & ſeptimus ſuper primo num. 6. Secundò circa pretij numerationem, tertius, ſextus, & nonus iuxta vndecimum num. 3. Tertiò de illarum traditione, ſeù tranſlatione ſextus, & vndecimus ſuper ſecundo, tertius iuxta 27. & ſuper ſecundo num. 4. quintus ſuper tertio, ſextus, & vndecimus ſuper primo num. 6. quintus ſuper tertio, & tertius ſuper quinto *num.* 9. & 10. Secundò conſtat, Lauretum conſignaſſe dictas bubalas
3 ad cuſtodien. q. Ioanni, per cuius cuſtodiam dicebatur

dictus

dictus Lauretus illas poſſidere *Odofr. Alber. Bart. Ang. Caſtr. Rip. in l. 3. ʃ. Nerua filius, ff. de acquir. poſſ.* de qua conſignatione deponunt teſtes *in dicto ſummario num.* 4. & præſertim ſextus, & nonus de confeſſione
4 extraiudiciali dicti Io. & de intereſſentia, quando dictus Lauretus commendauit cuſtodiam dd. bubalarum Ioãni, qui præſumuntur conteſtes, *Alex. conſ. 185. num. 2. & 6. lib. 7. Gabr. de teſtib. concl. 2. num. 5. & 6. & fuit dictum in Columbrien. matrimonij 14. Decembris 1615. coram me*, ex quibus reſultat concludentiſſima probatio, cum ſint de certa ſcientia. Tertiò ex eiſdem, & alijs teſtibus clarè deponentibus probatur, Lauretum ſemper pro vero, & legitimo domino, & poſſeſſore à dicto Ioanni recognitum fuiſſe per tranſmiſſionem illi factam fructuum bubalarum, videlicet, butiri, caſei, ſeù prouaturarum, de qua primus iuxta 21. & ſuper 9. vndecimus ſuper 21. *in d. ſummario num.* 4. primus ſuper quinto, decimus iuxta 22. & ſuper primo, vndecimus ſuper primo num. 6. ſextus ſuper quinto num. 9. tertius iuxta 22. octauus iuxta 21. & 22. & decimus ſuper octauo num. 11. Necnon pellium, ſeù coriorum, & carnium mortuarum, de qua nonus ſuper tertio num. 7. & iuxta 18. 22. & ſuper tertio, tertius ſuper ſeptimo, ſeptimus & octauus iuxta 18. & vndecimus ſuper 7. num. 11. Et vlteriùs Ioannem remittere ſolitum fuiſſe emere volentes animalia, vel coria ad Lauretum, deponunt primus, tertius, nonus, & vndecimus ſuper 11. *in*
5 *dicto ſummario num.* 12. Ex qua reſponſione redditu um & perceptione fructuum apparet vera Laureti poſſeſſio, *Bald. in l. iudicia num. 6. C. de rei vend. Rip. in l. 1. num. 109. ff. ſol matrim. Anchar. conſ. 227. num. 7. & 8. Alex. conſ. 161. num. 6. vol. 6. Soccin. conſ. 13. num. 14 lib. 4. Dec. conſ. 400. Pariſ. conſ. 107. num. 22. in princ. par. 1. Rot. deciſ. 506. num. 4. par. 1. diuerſ* Et facit tex. *in l. litibus 19. C. de agric. & cenſ. lib. 11. in l. 2. ff. de acq. poſſ & in l. Titia 48. vbi Bart. & Caſtr. de ſolut. cum alijs congeſtis per Menoch. de retinen. poſſ. rem. 3. num. 564. & in Barcbinonen. beneficij 20. Iunij 1614. coram R. P. D. Vbaldo.* Et ad effectum reintegratio-
B nis, *Aym. conſ. 107. num. 2.* B, Et licèt teſtes eſſent
6 ſingulares, tamen probant, cum tendant ad eundem finem probandæ poſſeſſionis, *l. qui ſententiam, C. de pœn. Bald. in l. 1. num. 20. C. de teſtam.* ideoq. dari ſuper eo hypothecam, & Saluianum, fuit ſæpè in Rota deciſum. Et vlteriùs renouatio, & ſubrogatio, ac identitas dicti gregis detenti per hæredes Ioãnis rei conuenti ſatis probatur per teſtes actorum primum iuxta 21. tertium iuxta 46. ſextum ſuper 15. octauũ ſuper 16. 11. iuxta 38. & ſuper 15. *in d. ſummario hæredũ Laureti num.* 5. & ſeptimum ſuper primo *num.* 6. quæ nec etiam in
7 dubium reuocabatur per reos conuentos, imò potiùs dicebatur, admitti litis ſubſtentationem, quæ cum adminiculis ſufficit ad probationem ſecundi extremi. *Caputaq. deciſ. 369. part. 2. Rota in Romana ſpolij 1. Martij 1602. coram bon. mem. Litta, in Romana dotis 17. Decembris 1607. coram bon. mem. Penia, & in alijs paſſim.* Verùm quia plura opponebantur tàm contra perſonas, quàm contra dicta teſtium dictorum actorum; placuit Dominis, vt de illis particulariter videatur.

Et ideo fuit capta reſolutio pro reintegratione, niſi obſtent exceptiones contra teſtes, &c.

ANNOTATIO.

A Spolij actio tranſit in hæredem, vt præter hîc allegatos,
8 *Roland.* qui teſtatur de communi *conſil. 6. num. 14 lib. 3. Pontan. de ſpol. lib. 1. cap. 13. num. 130. Gregor. XV. deciſ. 542 num. 2.* & ibi *Adden hac deciſione allegata. num. 9. Cardinal. Caualer. deciſ. 524. num. 3. & fuit dictum in Bononien. cenſus 23. Nouembris 1627. coram R. P. D. Durano*; & competit etiam ſingulari ſucceſſori, *Put. deciſ 8. de reſtitut ſpoliat. Mohedan deciſ. 3. eodem tit Pontan loco citato num. 131. Natt. conſil. 562. num. 4. Rot. deciſ 307. num 3. part. 1. recent & in Romana ſpolij 27. Nouembris*
9 *1615. coram bon. mem. Manzanedo*. Hoc tamen declaratur procedere, vbi defunctus fuit ſpoliatus in vita, ſecus ſi poſſediſſet vſque ad mortem; tunc enim non poteſt hæres obtinere, etiam quod poſſeſſio per alium apprehenſa fuiſſet, antequam ipſe eam caperet, *Ruin. conſil 48 num. 10. lib. 1. Natt. conſil. 439. num. 5. & ſequen. & d. conſil 562. num. 8. Roland conſil. 5. num. 15. & 25 lib. 2. Benintend. deciſ. 12. ſub num 3. Rota in Vratislauien. prædiorum 23. Iunij 1608. coram bon. mem. Manzanedo, cum alijs adductis per Beltramin vbi proximè.* Item declaratur procedere, vbi hæres, vel ſingularis ſucceſſor agit nomine prædeceſſoris ex illius ſpoliatione, ſecus ſi ageret ex perſona propria, & nomine ſuo, & ipſe nunquam fuiſſet in poſſeſſione, *Cagnol in l hæredem, ſub num 16. ff. de regul. iur. Natt. d. conſil. 439. num. 4. & 5.* an autem, ſtante conſtituto ad fauorem defuncti, necnon eius hæredum, poſſit hæres ex ſua perſona intentare ſpolium, vide *Benintend. d. deciſ 12. num. 4. & ſeq.*

B Idem ſequendo hanc deciſionem, dixit Rota *in Theanen. beneficij 11. Ianuarij 1621. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana fideicommiſſi de Ioardis.

Lunæ 6. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Fœminæ non cenſentur vocatæ, etiam ſi verba fideicommiſſi apta forent, illas comprehendere, quando in teſtamento habita fuit ratio conſeruandæ agnationis, & expreſſa qualitas maſculinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ in fideicommiſſo vocatæ non cenſentur, vbi de illis in teſtamento nulla mentio facta eſt.*
2 *Fœminæ etiam agnatæ in fideicommiſſo comprehenſæ non cenſentur, licèt verba ſubſtitutionum, & vocationum eſſent apta illas comprehendere, quando apparet, teſtatorem voluiſſe bona in familia conſeruari.*
3 *Fœminæ cenſentur excluſæ à fideicommiſſo per vocationem lineæ maſculinæ.*
4 *Maſculinatis qualitas in vna parte teſtamenti expreſſa, an cenſeatur in alijs repetita, & num. 7. & latè ſub num. 19.*
5 *Fœminæ cenſentur excluſæ, quando eſt habita ratio conſeruandæ agnationis.*
6 *Maſculinitas repetita cenſetur, quando teſtator vſus eſt aliqua dictione repetitiua, & num 20.*
Dicta, *dictio eſt repetitiua omnium qualitatum ſupra narratarum. ibid*
8 *Verbum vnum, & idem diuerſo iure cenſeri non debet.*
9 *Voluntatis mutatio non præſumitur, ſed vniformis illa cenſetur: & quæ fuit in præcedentibus, continuata præſumitur in ſequentibus.*
10 Alius, *dictio repetit qualitatem, & ſimilitudinem in ſubſtantia.*
11 *Verba ſubſequentia appoſita in eadem oratione intelligi debent,*

bent, ſicut, & præcedentia.
12 *Excluſus ab vna ſubſtitutione, cenſetur etiam excluſus ab alia, in qua eadem res continetur.*
13 *Maſculinitatis qualitas expreſſa in inſtitutione, vel in prima ſubſtitutione, intelligitur etiam repetita in poſteriori ſubſtitutione.*
14 *Deſcendentium proximiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando eſt adiecta qualitas maſculinitatis, & ratio conſeruandæ agnationis: & ſufficit, quòd ſolùm conſiderata ſit qualitas maſculinitatis, num. 21.*
15 *Fœmina in defectum maſculorum cenſentur vocatæ. Declara vt num. ſeq.*
17 *Familiæ, & agnatorum appellatione licèt veniant fœminæ, & maſculi: fallit tamen, ſi de mente teſtatoris oſtendi poteſt, quòd de maſculis tantùm intellexit.*
18 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum inductum cenſetur ex prohibitione alienationis, quando teſtator non per viam ſimplicis rationis, ſed principalis diſpoſitionis mandauit, bona in familia conſeruari.*

DECISIO CCLXXII.

AD fauorem Lucretiæ non extare fi-
deicommiſſum, Domini reſponderũt;
1 fundamentum fuit, quia nullibi legi-
tur ipſius vocatio, quod ſufficit di-
cere, *Soccin. Sen. conſ. 63. num. 14. lib. 3. Dec. conſ. 287. num. 7. Rota in his terminis in Carpentoraten. fideicommiſſi 1. Martij* 1613 *coram Reuerendiſſ. D. meo Sacrato.*
Nam clariſſimum eſt in primis, quòd in hæredis inſtitutio-
ne fœminæ nedum non fuerunt vocatæ, ſed expreſsè
excluſæ per teſtatorem, cum ſolis maſculis inſtitutis fi-
lias tantùm dotauerit, eiſdem præcipiendo, vt dictis do-
tibus eſſent contentæ. Fideicommiſſum verò ſpeciali-
ter inductum ſuper ædificio, & viridario videbatur om-
nino reſtrictum, & limitatum ad maſculos; idque col-
ligi ex ſerie, & contextu ipſius teſtamenti inſpectis men-
te, & verbis. Primò enim continet prohibitionem
perpetuam diuiſionis inter eius filios, & hæredes, in-
ter quos voluit commune, & indiuiſum conſeruari, &
incipit ibi, *item voluit*, &c. Secundò, prohibitionem
alienationis cum ratione expreſſa, vt perpetuò rema-
A neant in domo, agnatione, & familia, A, cum applica-
tione partis alienatæ per aliquem de communi alijs, &
vocatione aliorum proximiorum in euentum, in quem
de communi conſenſu fieret alienatio, & cum repetita
ratione, vt in perpetuam rei memoriam dictum ædifi-
cium, & locus in familia, & agnatione conſeruetur: &
incipit ibi, *quibus hæredibus*. Tertiò, continet in euen-
tum mortis alicuius ex dictis hæredibus ſubſtitutionem
aliorum ſuperuiuentium, & deinde proximiorum pri-
mogenitorum, & ſic ſucceſſiuè aliorum deſcendentium
ex dicta ſua familia, domo, & agnatione, &c. quæ in-
cipit ibi, *item, &c.* ex qua ſubſtitutione tanquam hodie
purificata per obitum Flaminij vltimi maſculi Lucretia
ſe vocatam prætendit. Sed ex primis duabus partibus
prohibitionis diuiſionis, & alienationis conſtare videba-
tur, fœminas nunquam eſſe vocatas, ſeu incluſas. Primò
ob vnicam, & generalem illam rationem redditam, &
2 repetitam per teſtatorem conſeruandi ædificium in fa-
milia, & agnatione, quæ operatur, vt fœminæ non cen-
ſeantur comprehenſæ, etiam ſi verba ſubſtitutionum, &
vocationum aliàs eſſent apta illas cõprehendere, *Soccin. conſil. 63. num. 24. circa fin. lib. 3. Cephal. conſil 306. num. 74. Gabr. conſil. 132. num. 38. cum ſeqq. & num. 45. verſ. nec enim refert, lib. 1. cum alijs per Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 8. & 9. & in*
ſpecie dictum fuit in Carpentoraten. fideicommiſſi 13. Iunij 1607. coram R. P. D. Manzanedo, & 11. Ianuarij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & 1. Martij 1613. coram Reuerendiſſimo D. meo Sacrato, & antea in Nucerina fideicommiſſi 24. Nouembris 1595. coram bon. mem. Cardinali Mãtica, quod procedit etiam in fœminis
agnatis, *Cephal. conſil. 511. num. 27. lib 4. Mantic. dicto tit. 12. num. 9. Honded conſil. 75. num. 17. libro 1. Rota in d. Carpentoraten. coram R. P. D. Manzanedo, & alijs*. Secundò, ex qualitate maſculinitatis pluries ex-
preſſa per eundem teſtatorem, vt ibi, *in domo, familia, & agnatione maſculina*, & ibi, *& deſcendentibus ex eis per rectam lineam maſculinam*, & ibi, *ſeu deſcendentium ab eis per lineam maſculinam*; quo fit, vt non poſ-
ſint dici comprehenſæ fœminæ, cum notum ſit, verbum
3 *maſculum*, ex ſui natura, & proprietate fœminis non
conuenire, *l. 1. C de adult. l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. cap. Raynaldus, vbi Gloſ. Oſt. & alij de teſtamen. Bart. in l. cum auus, num. 5. ff. de condit. & demonſtrat. Dec. in l. 2. num. 97. verſic. & idem eſt, ff. de regul. iur. cum alijs cumulatis per Molin. d. lib. 3. cap. 5. num. 30. & ſeq. Peregr. de fideicomm. artic. 14. num. 39.* vbi quòd
eſt veriſſima traditio. Quam maſculinitatis qualitatem
4 dicebant Domini repetitam cenſeri in ſequentibus fi-
B deicommiſſi partibus, in quibus omiſſa fuit, B, *Soccin. d. conſil. 63. num. 14. poſt princip. verſ. & ſic in alijs partibus teſtamenti, lib. 3. Surd. conſ. 241. num. 11.*
& hoc procedere non ſolùm quando expreſsè fuit di-
ctum de familia maſculina, prout hic, ſed etiam quan-
do hoc ex coniecturis deducitur; veluti ex ratione con-
5 ſeruandæ agnationis, *Ruin. conſil. 161. num. 5. & ſub num. 18. lib. 2. Crauett. conſ. 306. num. 15. Gabr. dicto conſil. 132. in quæſt. 4. num. 42. cum ſequen. lib. 1. Peregr. d. conſil. 159. num. 13. verſ. & inter, lib. 5.* Iſtamq.
repetitionem maſculinitatis in ſubſtitutione facta
in caſum mortis DD. confirmabant, quia verbis fami-
6 lia, domo, & agnatione præpoſita eſt dictio, *in dicta*,
ex qua expreſſa relatio inducitur ad familiam, domum,
& agnationem maſculinam ſupra enunciatam, cum
C omnibus qualitatibus ſuis, & ſic etiã maſculinitatis C
per text. *in l. ſi pios, & ibi Bald. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in ſimili de dictione repetitiua, vt ſupra conſil. 108. col. antepenult. verſ. non quoque obſtat, lib. 4.* quamuis eo ipſo,
quòd teſtator in hac ſubſtitutione repetijt verba, fami-
7 liæ, & agnationis cenſeatur intellexiſſe de maſculina, cũ
eã ſic expreſsè ſupra declarauerit, in hocq. eodem ſenſu
acceperit, *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de legat. 1. Bart. in l. vnum, ff. de pet. hæred. Peregr. in his terminis d. conſil.*
8 159. *num. 14. in fine lib. 5.* & quia vnum, & idem
verbum non debet diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui, ff. de vſucap.* ſic in propoſitum dicit *Ruin. conſ. 168. num.*
9 15. *in princip. lib. 3.* Nec præſumitur mutatio volun-
tatis, *l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtrat.* ſed vnifor-
mis illa cenſetur, & quæ fuit in præcedentibus con-
tinuata præſumitur in ſequentibus, vt ex *Bart. in l. fin. ff. ad Trebell.* arguit in ſpecie *Gabr. conſ. 97. num. 36. lib. 1. Pereg. d. conſ. 159. num. 13. & 15. verſ. quintò quia.*
Vlteriùs pro eadem maſculinitatis repetitione ponde-
rabant ſtructuram verborum. Nam dum primò dicitur,
occurrente morte alicuius ex dictis ſuis hæredibus, &c.
iſtud nõ poteſt intelligi niſi de maſculis, qui ſoli hæredes
inſtituti fuerunt: ſecundò dum deinceps ſubſtituit, &
ſubrogat alios ſuperuiuentes, hoc ſimiliter intelligitur
tantũ de maſculis, quia dictio, *alios*, repetit qualitatẽ, &
10 ſimilitudinẽ in ſubſtantia, *Felin. in cap. ſedes, num. 6. verſ. dictio alius, de reſcript. Alex. conſ. 1. num. 10. lib. 4. cum alijs relatis in illa Romana menſa nummularia 30. Iulij 1614. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in no-*

ſtris

Digitized by Google

ſtri terminis, *Dec. conſ.* 182. *num.* 18. *verſ. tertiò reſpon-*
detur; demum cetera verba proximè ſubſequentia,
& deinde proximiores primogenitos, *& ſic ſucceſſiuè*
alios deſcendentes in dicta ſua familia, *&c.* tanquam
omnia adiecta, & reſtricta ad prædictam dictionem,
alios, quæ, (vt dictum eſt) maſculos tantùm comple-
ctitur, ordinem duntaxat perſonarum ſucceſſiuum ad-
iungunt, retenta eadem qualitate maſculinitatis, &
11 cum ſint appoſita in eadem oratione intelligi debent,
ſicut, & præcedentia, *Bart. in l. Seia*, *§. Caio*, *num.* 3.
& 5. *ff. de fund. inſtr. & in l. prætor la ſeconda*, *§. ettq. diſ-*
ferentia, *in princ. verſ. quandoque lex*, *ff. de vi bon. rapt.*
fuit dictum in dicta Romana menſæ nummulariæ, & tan-
12 dem ſufficere dicebant, de contraria teſtatoris volunta-
te non conſtare: quia ſecunda iſta ſubſtitutio quatenus
dubia ſit, per aliam priorem declarari debet: qui enim
ab vna ſubſtitutione excluſus eſt, putatur excluſus
etiam ab alia, in qua eadem res continetur *Bal. in l.* 1. *§.*
fin. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 186. *num.* 4. *Gabr. d. conſ.*
132. *quæſt.* 4. *num.* 44. Quin etiam arguendo à fortiori,
ſi teſtator in præcedentibus caſibus alienationum, in
quibus ob violationem, & transgreſſionem ſuæ diſpo-
ſitionis maſculos minori proſequi fauore debebat, fœ-
minas tamen nunquam in ipſorum defectum vocauit:
multo minùs eas videtur admittere voluiſſe in caſu
mortis eorundem maſculorum, in quo nulla adeſt eo-
rum culpa, nec cauſa odij teſtatoris; quibus accedit
authoritas, *Ruin d. conſ.* 168. *num* 12. *verſ.* 2. *reſpon-*
detur, *& num.* 14. *&* 15. *lib.* 3. qui in ſpecie loquitur quã-
do qualitas maſculinitatis eſt expreſſa in inſtitutione,
13 vel in prima ſubſtitutione, & dicit, quòd intelligitur
etiam repetita in poſteriori ſubſtitutione, & ſequitur
Peregr. d. conſ. 159. *num.* 13. *&* 15. *lib.* 5. Ex his ſequitur,
quòd nec poſsint dici fęminę vocatę per verba commu-
nia *deſcendentium proximiorum*, & alia, quia licèt illa ſola
ex ſui natura, & proprietate apta ſint eas comprehẽde-
14 re, ex cauſa tamen cõſeruandę agnationis, & qualitate
maſculinitatis adiectis eorum ſignificatio ad maſculos
reſtringitur, *Ruin. d. conſ.* 161. *num.* 5. *vol.* 2. *Soccin. d.*
conſ. 63. *num.* 15. *vol* 3. & in verbo, *familiæ*, *Bald. inter*
conſ. Anchar. 95. *num.* 3. *Gabr. d. conſ.* 132. *quæſt.* 4.
num. 38. *Burſat. conſil.* 228. *num.* 46. *vol.* 3. *& dixit*
Rota in dicta Carpentoraten fideicommiſsi coram D. meo
D *Manzanado*. D, Neque obſtare viſum fuit, quòd ſal-
15 tem in defectu maſculorum, ſieque in ſubſidium fœmi-
næ intelligantur vocatæ, *Soccin. conſ.* 27. *num.* 5. *in fin.*
verſ ſed multipliciter, *& num.* 6. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 120. *num.*
10. *&* 11. *lib.* 1. *& conſil.* 140 *num.* 4. *lib.* 2. *Cephal.*
conſil. 152. *num.* 23. cum alijs allegatis. Quia iſta de-
claratio, & limitatio procederet, ſi fœminæ ab ini-
tio, vel in aliqua teſtamenti parte vocatæ fuiſſent,
non autem quando ex coniecturis, vt ex adiectione
cauſæ conſeruationis in familia, vel ex expreſſione ma-
ſculinitatis conſtat de mente teſtatoris, quòd de ma-
ſculis tantùm intellexerit, excluſis fœminis, prout in
hoc caſu *Gabr. d conſ.* 132. *in* 5. *quæſt. lib.* 1. *Peregr. d.*
conſ. 58. *num.* 6. *verſ. ſecunda concluſio*, *& d. conſ.* 159.
num. 13. *verſ. quartus eſt caſus*, *Rota in dicta Carpento-*
raten. fideicommiſsi 11. *Ianuarij* 1608. *coram Illuſtriſsimo*
Lancellotto, *& voluit idem Soccin. d. conſ.* 63. *num.* 17.
lib. 3. imò hoc idem ſenſit *in alleg. conſ.* 227. *vbi num.* 5.
17 *verſ. ſed contra præmiſſam* dicit, quòd licèt appellatione
familiæ, & agnatorum veniant fœminæ ex maſculis, ſe-
cus ſi de mente teſtatoris oſtendi poteſt, quòd intelle-
xerit tantùm de maſculis, & non de fœminis, & ſic
eum etiam declarat *Ruin. in d. conſ.* 120. *num.* 10. *lib.*
1. *Q. Peregr. de fideicom. art.* 14. *num.* 39. *verſ. ſed con-*
tra, & ratio eſt ſecundùm *Gabr. d. conſ.* 132. *num.* 46. quia
ſucceſsiua vocatio tantùm locum habet inter eas per-
ſonas, quæ initio vocantur, ſed earum admiſsio aliqua
ratione ſuſpenditur, vt alij præferantur *ad not. in l. cum*
ita, *§. in fideicommiſſo*, *de legat.* 2. *& in l. Gallus*, *§. quidam*
rectè, *ff. de liber. & poſth.*
Et ita deciſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Ex prohibitione alienationis fideicommiſſum, nedum in
caſum alienationis, ſed etiam in caſum mortis, & ſic ab-
ſolutum, & ſimplex inductum cenſetur, quando teſtator
non per viam ſimplicis rationis, ſed per viam principalis
diſpoſitionis mandauit bona perpetuò remanere in fami-
lia; vt quia non dixit, prohibeo alienari, vt remaneant,
vel quia volo, vt remaneant, &c. ſed dixit, volo bona
remanere in familia, *Curt. Iun. conſil.* 145. *num.* 6. *&* 7.
Rot. deciſ 821. *num.* 1. *&* 2. *part* 2. *diuerſ. & in recent. de-*
ciſ. 10. *&* 11. *& deciſ.* 143. *num.* 1. *& deciſ* 193. *num.* 6.
& 7. *& latè in deciſ.* 300. *num.* 15. 16. *& ſequen. part.* 1. *in*
Bononien fideicommiſsi de Deſiderijs 26. *Iunij* 1626. *coram*
R. P. D. meo Merlino, *in Romana fideicommiſsi de Gui-*
dis 29. *Maij* 1628. *coram R. P. D. meo Veroſpio*, *& in Ro-*
mana fideicommiſsi de Vipera 24. *Ianuarij* 1629. *coram*
R. P. D. meo Virili.
B Hæc quæſtio, an qualitas maſculinitatis in vna parte teſta-
19 menti expreſſa cenſeatur in alijs repetita, eſt admodum
controuerſa, vt videre licet ex *Menoch conſil.* 95. *num.*
81. *& Fuſar. quæſt.* 403. *num* 1. *&* 6. *per tot.* qui plures
pro vtraque parte adducunt: & circumſcriptis coniectu-
ris verior videtur opinio negatiua, quam amplectuntur
Ioan. de Anan conſil. 22. *Curt. Iun conſil.* 49. *num* 7. &
alij plures quos referunt *Menoch. d num.* 81. *et Fuſar. d.*
num. 6. & ita dixerunt *Soccin. Iun. conſil.* 103. *num* 53. *lib.*
1. *Mantic. de coniectur vltim. volunt lib.* 6. *tit* 13. *num.* 8.
propè fin. et ſequitur Rota deciſ 475 *ſub num.* 3. *verſ. præ-*
terea, *par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 350 *num.* 5 *poſt* 2 *volum. conſil.*
Farinac. coram Greg XV. deciſ 514. *num.* 6. vbi quòd hæc
ſit verior, & receptior, & ibi *Adden. num.* 17. *et fuit di-*
ctum in Romana de Delphinis 1. *Decembris* 1623. *coram*
bon. mem. Remboldo, *et in Florentina fideicommiſsi de Gui-*
daccijs 21. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. meo Dunozetto*,
in qua fuit reſolutum, fœminas comprehendi ſub nomine
proximiorum de familia, licèt teſtator in præcedentibus
ſubſtitutionibus qualitatem maſculinitatis expreſſerit, &
poſtea immediatè eodem orationis cõtextu ſubſtituit pro-
ximiorem de familia, ſtante quòd non conſtabat de expreſ-
ſa voluntate teſtatoris conſeruandi bona in agnatione: ex
eo, quia ſi teſtator in vltima ſubſtitutione ſenſiſſet de proxi-
mioribus maſculis, expreſsiſſet, ſicut in alijs caſibus fe-
cit, & prout poterat, nec contentus fuiſſet vti illis ver-
bis generalibus aptis comprehendere tàm maſculos, quàm
fœminas: quod cum non fecerit, dicendum eſt, voluiſſe
omnes deſcendentes ſimpliciter vocare; hæc autem opi-
nio indubitanter procedit, vbi aſſignari poteſt aliqua pro-
babilis ratio differentiæ, cur magis in vno caſu, quàm in
alio maſculinitatis qualitas expreſſa fuerit, *Ruin. conſil.* 93.
num. 15. *circa med. verſ et hoc præcipuè*, *lib.* 2. *Mantic. d.*
tit. 13. *num* 8. *verſ et ſiquidem probabilis*. *Gregor. XV.*
d deciſ. 514 *num.* 7. *Rot. in d. Romana de Delphinis coram*
Remboldo. *et in dicta Florentina de Guidaccijs coram R. P.*
D. Dunozetto. Item Rota in hac materia amplectitur il-
lam diſtinctionem, vt quando fit mentio filiorum eiuſdem
perſonæ, qualitas maſculinitatis repetita cenſeatur; ſecus
autem ſi mutaretur perſona eius, de cuius filijs ageretur,
de qua per *Ruin. conſil.* 134. *num.* 29. *conſil.* 140. *num.* 6.
lib. 2. *et conſil.* 168. *num* 13. *lib.* 3. *Soccin. Iun. conſil.* 90.
num. 16. *lib.* 2. *Curt. Iun. conſil.* 112. *num.* 5. *et conſil.* 114
num.

Digitized by Google

num. 20. lib. 1. Surd. conſil. 21. num. 9. in fin. et 10. et con-
ſil. 564. ſub num. 7. verſ et vbi hac ſententia, Menoch dict.
conſil 95. num 83. Mantic. d. lib. 6. tit. 13. num. 9. Peregr.
de fideicomm. art 25. num. 30. verſ attamen magis, eum
alijs per Fuſar. d quaeſt. 403. num 19. quos ſecuta eſt Ro-
ta in dicta Romana fideicommiſsi de Vipera 24. Ianuarij
1629. coram R. P. D. Virili, ea ratione, quia in diuer-
ſis perſonis poteſt concurrere diuerſa teſtatoris affectio,
ſed circa eaſdem perſonas facilius ſumitur interpretatio à
diſpoſitione anteriori, Surd & Rot. locis citatis. Cenſe-
tur etiam repetita qualitas maſculinitatis, quando teſta-
tor in antecedentibus, & ſubſequentibus ſemper locu-
tus eſt de maſculis, & in medio vocauit filios, ſiuè pro-
ximiores ſimpliciter, Soccin Iun d conſil. 90. num. 16.
& 17 lib 1. Curt Iun conſil 11. num. 8 Surd. d conſil. 564.
num 6. Rot. deciſ 374 num 3. part. 1. diuerſ Gregor. XV.
d deciſ 514. num 9. & fuit dictum in allegata Romana
fideicommiſsi de Vipera coram R. P. D. Virili, verſic.
quarta coniectura; alias declarationes pro harum opinio-
num concordia tradit Fuſar. d. quaeſt. 403 per tot. apud
quem videri poterant.

C Et quòd qualitas maſculinitatis cenſeatur repetita, quan-
20 do teſtator vſus eſt aliqua dictione repetitiua, vt dicti fi-
lij, vel ſupradicti, vel ſupraſcripti, vel filij vt ſupra, tra-
dunt Gabr. de verbor. ſignif concluſ 6. num. 113. Menoch
poſt alios de praeſumpt lib 4. praeſumpt 34 num. 13. Surd.
conſil. 21. num. 13. cum alijs per Fuſar. dicta quaeſt. 403.
num. 21.

D Beltramin. ad d deciſ 293. Gregor XV num 25. Gratian.
d. cap 930. nu. 33. & fuit dictum in Firmana fideicommiſ-
21 ſi 27. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Remboldo, & ſuf-
ficit, quod ſit habita ſolum ratio maſculinitatis, abſque
eo, quod ſit conſiderata ſimul agnatio, adhoc, vt foemi-
nae appellatione filiorum, vel deſcendentium non veniant,
Pariſ conſil 8. num 9. lib. 3. Mantic. de coniect. vltim vo-
lunt. lib. 11. tit 14. num 24 circa fin. verſ nec obſtare iux.
vlt impreſſ. Rot. deciſ. 374. in fin. part. 1. diuerſ & in re-
cent deciſ 143. num. 6. & 193. num. 4 part. 1. Gregor. de-
ciſ. 464 num. 15. & 16. & fuit dictum in allegata Roma-
na fideicommiſsi de Vipera coram R. P D Virili, verſ.
tertia coniectura.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. matrimonij.

Lunae 6. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur ad probandam inconti-
nentiam poſt ſponſalia abſque magno fumo.

SVMMARIVM.

1 *Sponſus non poteſt cogi ad contrahendum matrimonium cum muliere, quae poſt contracta ſponſalia fuit de incontinentia accuſata.*

2 *Remiſſoria conceditur, quando materia eſt releuans, licèt tendat ad probandum delictum. Intellige vt num. 3.*

4 *Teſtes nulliter, & ſinè citatione partis examinati quando conueniunt in dicto, ſufficiunt ad obtinendam remiſſoriam.*

5 *Teſtes deponentes pro excluſione delicti praeferuntur alijs, qui deponunt ad illud probandum, & pauciores de bona fama praeferuntur pluribus de mala.*

6 *Remiſſoria vt non concedatur, ſufficit, fumum contrarijs probationibus excludi.*

7 *Remiſſoria non conceditur, quando teſtes fuerunt in Curia, vbi potuerunt examinari.*

8 *Remiſſoria vt concedatur, ſufficit releuantia vnius articuli.*

9 *Imparitas nobilitatis, & conditionum ſponſi, & ſponſae non impedit matrimonium.*

10 *Remiſſoria non conceditur, quando teſtes fuerunt examinati in partibus, & eorum dicta publicata.*

DECISIO CCLXXIII.

CVM reſolutum fuiſſet ſub diebus 14.
Decembris 1615. & 21. Iunij 1616.
conſtare de ſponſalibus etiam iuratis
inter DD. Emanuelem, & Blancham
contractis: dedi dubium 10. Aprilis
praeteriti, an Emanuel cogendus eſſet
ad contrahen matrimonium per ver-
ba de praeſenti, pro cuius parte opponebatur de inconti-
nentia dictae Blanchae poſt dicta ſponſalia, ideoque ad
1 contrahen matrimonium cogi non poſſe iuxta text. in
cap. quemadmodum, vbi Abb. & ceteri de iure iur. ſuper
qua incontinentia obtulit probationes, conceſſa ſibi re-
miſſoria ad partes, & DD. dixerunt, videndum, an eſſet
concedenda; propoſitoque dubio 3. Iulij praeteriti, cum
nō fuerit capta reſolutio, hodie tennerunt, remiſſoriam
eſſe denegandā. Primò, quia licèt materia ſit releuans,
2 nec remiſſoria denegetur, etiam ad probandum deli-
ctum, Creſcen deciſ. 8. & 9. de probat. attamen requiri-
3 tur magnus fumus, Caſſad deciſ. 3 num. 2. de delict. Ve-
rall. deciſ. 62. par. 2. Rot. deciſ. 687. num. 3. lib. 2. par.
A 3. diuerſ. Modern. de remiſſ. cap 4 num. 3. & 4 A, &
de aliquo hic non conſtat. Nec obſtant teſtes pro Ema-
nuele ſinè citatione examinati, qui videntur de articu-
latis per eum depoſuiſſe, & ſolent ſufficere, etiam ſi ſint
4 nulliter examinati, dummodo cōcludant indicto, Caſſad.
d. deciſ. 3 Modern. de remiſſ dicto num. 3. et 4 Nam
praetenſus fumus ex dictis teſtibus reſultans viſus fuit
DD. extinctus per alios teſtes ſimili modo pro Blancha
examinatos benè, & concludenter deponentes de eius
nobilitate, pudicitia, & optima fama, qui ſunt praefe-
5 rendi teſtibus Emanuelis tanquam deponentes pro non
delicto, Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 21. & pauciores
de bona fama praeferuntur pluribus de mala, Gabr. vbi
6 ſupra num 25. & ſufficit, quòd fumus eodem modo tol-
latur, vt fuit dictum in Toletana parochialis 29. Maij
1593. coram bon. mem. Litta, et in Giennen. portionis 4.
Decembris 1613. coram me. Secundò, quia cum pars
Emanuelis haberet dictos teſtes in Curia, non curauit
tanto temporis ſpatio illos repetere parte citata, imò
cum pro parte Blanchae inſtaretur diſputari dubium,
an dicta remiſſoria eſſet concedenda, pro eodem Ema-
nuele fuit dilata diſputatio praetextu dictos teſtes re-
petendi, & alios examinandi, quos tamen nunquam pro-
7 duxit: & ideò cum conſtet, eum habuiſſe hic teſtes, quos
examinare poterat, non eſt illi conceden remiſſoria,
arg. text. in l. de die, §. iubetur iurari, ff. qui ſatiſd. cog.
vbi Caſtr. num. 15. Alex. num. 7. ſub §. tutor, Iacobin.
num. 10. Afflict. deciſ. 137. num 4. cum cumulatis per
Farinac. de oppoſ. contr. exam. teſt. quaeſt. 77. num. 39.
Scacc. de Iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 3. num. 791. &
oriebatur etiam ſuſpicio, quia pendente cauſa in Rota
d. teſtes Emanuelis fuerunt inducti in alio Tribunali.
Non obſtat articulata imparitas Blanchae cum dicto Ema-
8 nuele, & ſic quòd ſufficiat vnus articulus releuans,
Caſſad. deciſ. 5. de ſeq. poſſ. & fruct. num. 6. Seraph. deciſ.
1364. num. 3 & quotidie ſeruat Rota. Quicquid enim
ſit de releuantia huiuſmodi articuli, cum imparitatem

non

9 non impedire matrimonium teneat *Molin. de iuſt. & iur.*
diſput. 27. num. 4. & relati per Sanchez de ſponſal. lib. 1.
diſput. 14. num. 2. illa fuit etiam articulata in partibus
in prima inſtantia, & ſuper ea examinauit teſtes etiam
10 publicatos, quo caſu remiſſoria non conceditur, *Rot.*
deciſ. 29. de iudic. in antiq. et deciſ. 16. de teſtib. in nou.
Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vlt. de remiſſ. num. 3. et alij re-
lati per Farin. de oppoſ. con. exam teſt. quaſt. 77. num. 3.
& fuit ſæpiſſimè deciſum, præſertim *in Hiſpalen. ma-*
trimonij 5. Iunij 1609. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lu-
douiſio, & in Ianuen. pecuniaria 5. Iunij 1613. coram
R. P. D. Vbaldo.

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Concordantes adduxi ſupra *ad deciſ 28. lit. D.* quibus addo *Rot. in Romana iocalium 26. Iunij 1624. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. dotis.

Veneris 10. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Dos in primo matrimonio conſtituta, quando cenſeatur in ſecundo repetita, & quando ſit locus lucro dotis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ de lucro dotis ad fauorem viri ſi vxor prædeceſſerit, valet, & ei lex aſſiſtit, vt viri, & mulieres ad contrahendum matrimonium ſint procliuiores.*
2 *Pactum de lucro dotis valet, maximè ſi ſit conforme ſtatuto loci contrahentium*
3 *Pactum de lucro dotis valet de conſuetudine, licèt ſit inæquale.*
4 *Dos primi matrimonij cenſetur repetita in ſecundo; niſi conſtet de contraria conuentione. num. 13.*
5 *Dotis augmentum poſt contractum matrimonium ſapit donationem.*
6 *Dotis in conſtitutione ſcriptura neceſſaria non eſt.*
7 *Confeſſioni mariti de dote recepta ſtatur, quando eſt veriſimilis maximè ſi ſit iurata.*
8 *Confeſſi veriſimilis licet nulla eſt attendenda.*
9 *Dotis conſtitutio, & augmentum, conſtante matrimonio, permittitur.*
10 *Dotis augmentum conſtante matrimonio permittitur, vt dos ſit congrua reſpectu nobilitatis viri, & conditionis vxoris, quæ facta eſt locupletior.*
11 *Mulieres quibus ex Statuto Vrbis cap. 151. prohibitum eſt donare, & contrahere ſinè certis ſolemnitatibus, non poſſunt confiteri in fraudem ſtatuti.*
12 *Statutum Vrbis an habeat locum in muliere diuite.*
14 *Statutum de inſinuandis donationibus non procedit in donatione impropria.*
15 *Statutum, quòd mulier ſinè certis ſolemnitatibus contrahere non poſſit, an habeat locum in contractibus dotis, remiſſiuè.*
16 *Iudicis authoritas interueniens in celebratione inſtrumenti mulieris, ſupplet conſanguineorum præſentiam requiſitam ex Statuto Terræ Centi.*
17 *Contractum mulieris impugnans ob non interuentum conſanguineorum, tenetur probare, mulierem habuiſſe de tempore contractus conſanguineos habiles ad conſentiendum.*
18 *Maritus, qui non præſtitit vxori alimenta, nec medicum in infirmitate adhibuit, aut alia neceſſaria non subminiſtrauit, an perdat lucrum dotis, & num. 24.*
19 *Negatiua, quòd maritus vxori alimenta non præſtiterit, nec alia neceſſaria ſubminiſtrauerit, eſt plenè, & concludenter probanda, ad hoc, vt lucrum dotale amittat.*
20 *Alimenta præſumitur vxori à marito præſtita, qui ad iſtud onus tenebatur.*
21 *Scriptura priuata, ſeù liber memorialium non probat contra tertium, neque contra ipſum ſcribentem.*
22 *Confeſſio operari non debet vltra declarantis intentionem; & vti indiuidua acceptari debet cum ſua qualitate.*
23 *Teſtes ſingulares, & de auditu à parte non probant.*
24 *Exceptio obſcura, & turbida requirens altiorem indaginem non eſt admitten. ad retardationem executionis inſtrumenti guarentigiati.*
25 *Executioni demandatur inſtrumentum, quod viam executiuam habere conuentum fuit.*

DECISIO CCLXXIV.

FVERAT, poſt contractum matrimonium inter q. Claudiam ſecundò nubentem ex vna, & D. Comitem Aloyſium ex alia, declarata dos ſcutorum 5. mill. de argento, cum pacto lucri dotalis pro medietate dotis ad fauorem viri in caſu prædecedentiæ
Claudiæ ſinè liberis ex dicto coniugio: qui caſus cũ eue-
1 nerit, dixerunt DD. factum eſſe locum d. pacto, cui lex
aſſiſtit, vt viri & mulieres ad contrahen. matrimonium
ſint procliuiores, de quo pacto eſt text. *in cap. fin. ſ.*
ſanè, & ibi Gloſ. in verb. ſicut dos, circa fin. de donat. in-
ter vir. & vxor. nec de eius validitate dubitari poteſt,
vt poſt *Imol. & Alex. in l. ſi ſocer, §. Lucius, ff. ſolut.*
matr. Boer. deciſ. 244. in princ. Card. Mantic. de tacit.
lib. 12. tit. 33. in princ. & ceſſat difficultas, cum d. pa-
2 ctum ſit conforme ſtatuto Centi, qui eſt locus origina-
rius Claudiæ, & domicilij viri, de quibus ſtatutis *An-*
char. conſ. 380. nu. 3. verſ. item præmitto, Boer. d. deciſ. 244.
3 non obſtante, quòd d. pactum non ſit æquale, quia
nihilominus de conſuetudine ſeruatur, *Bald. in auth.*
dos data, num. 3. C. de donat. ante nupt. Card. Mantic vbi
ſupra num. 55. & conſequenter concluſerunt, inſtru-
mentum prædictum dotale ad fauorem d. Co. Aloyſij
pro medietate ſupradictæ dotis eſſe exequen. Non ob-
ſtant oppoſita pro filijs primi matrimonij, & hæredum
d. Claudiæ, & primò, quòd dicta dos fuerit in d. ſumma
ſcut. 5. mill. declarata in fraudem donationis, quæ non
ſubſiſtit inter virum, & vxorem, cum iam eſſet contra-
4 ctum matrimonium per biennium ante, in quo cenſe-
batur repetita dos primi matrimonij longè minor, *l.*
A *dotem quæ prius, ff. de iur. dot.* A, & diſponit ſtatu-
5 tum d. Terræ, & ideo iſtud augumentum ſapiat dona-
tionem, *Aret conſ. 86. num. 2. poſt med verſ. non obſtat*
Gabr. conſ. 10. num. 3. 4. & 6. lib. 1. & fuit dictum in
Romana reſolutionis contractus 1. Decembris 1608. & 17.
Iunij 1609. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano. Nam
reſponſum fuit, hanc non eſſe nouam dotis conſtitutio-
nem, ſed declarationem, & ſcripturam ſuper dote ante
matrimonium cõuenta, vt in inſtrumento partes con-
feſſæ fuerunt, volentes viam veritatis ſequi, & promiſ-
6 ſionibus inter eos præcedentibus inhærere, in quibus
non fuit neceſſaria ſcriptura *l. ad exactionẽ, C. de dot. pro-*
miſ. l. vnic. ſ. & nemo putet, C. de rei vxor. act. cui con-
feſ-

Digitized by Google

7 ſeſſioni eſt ſtan. tum quia eſt veriſimilis, vt de confeſ-
ſione mariti ad fauorem vxoris ſuſpecta, *Salic. in l. ſi
mater, num. 1. verſ. & vltra, C. de contrah. empt. Decian.*
8 *conſ. 2. num.* 81. *lib.* 5. & de confeſſione alias nulla *Achill.
deciſ. 1. de confeſſ.* quam Rota ſequitur: tum quia iura-
9 ta, *Decian. d. conſ. 2. num.* 78. quin etiam dotis conſti-
tutio, & augmentum conſtante matrimonio, permit-
titur, *l. ſi conſtante, vbi Salicet. & alij, & auth. dos data,
§. ſimilique modo, C. de donat. ante nupt. §. eſt & aliud,
& ibi Angel num. 3. Inſtit. de donat. Bald. nouell. in tract.
de dote par. 7. priuil. 8. Aret. conſ. 182. in princ. Soccin.
conſ. 80. col. fin. num. 26. lib. 4. Rot. deciſ. 316. num. 4.
par. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 24. num.
2. Surd. deciſ. 214. num. 4. Sanch. de matrim. lib. 6. di-
10 *ſput. 7. in princ.* veriſimilitudo autem eſt maxima,
tam ex nobilitate viri, *Bart. in l. ſi conſtante, num. 78.
verſ. præterea, ff. ſol. matrim. Bald. in l. nulla num. 7.
C. de iur. dot. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 14. num. 4. &
5. & tit. 21. num.* 28. & fuit conſideratum *in Roma-
na de Cincijs 5. Iunij 1604. coram Illuſtriſſimo Cardinali
Millino*, quàm ex diuitijs Claudiæ ſuperuenientis, quæ
vti vnica filia ſucceſſit patri diuiti: & ideo dos potuit
augeri, quatenus fuiſſet data ſolùm prima, *Bald. Nouell.*
11 *in tract. de dot. par. 7. priuil. 8. num.* 3. Ad conſilium
Gabr. & alia ſupra adducta reſponſum fuit, procede-
re in terminis ſtatuti Vrbis prohiben. mulieres donare,
A & contrahere ſinè certis ſolemnitatibus, quæ ideo nec
poſſint confiteri in fraudem ſtatuti: vndè ſecus eſt quan-
do mulier non eſt confeſſa in fraudem ſtatuti, & ſic
quando noluit donare, ſed dotare, vt dictum conſilium
Gabr. declarat Rot. Bonon. Barz. deciſ. 82. num. 23. lib. 1. nec
etiam procedit in vxore diuite, vt tenuit *Rot. in Ro-
mana quarti dotalis 21. Aprilis præteriti coram R. P. D.
Andrea*, & declarant moderni ad ſtatutum Vrbis *cap.*
12 13 151. *gloſ. 7. num.* 237. & ita cum conſtet de contraria
conuentione, ceſſat diſpoſitio *d. l. dotem*, vt in ea expreſ-
sè dicitur, & ibi *Odofred. Bald. Menoch. de præſump. lib.
3. præſum. 6. num. 25. verſ. quartus eſt caſus, Mantic. de*
B *tacit. lib. 12. tit. 11. num.* 20. B, & idem diſponit d.
14 ſtatutum Centi. Indeque etiam reſponſum fuit ad aliud
ſtatutum eiuſdem loci de inſinuan. donationibus, iſtam
non eſſe donationem, ſed dotationem, vt ſupra, nec il-
lud procedere in impropria, *Surd d. deciſ. 214. num.* 14.
quatenus etiam iſta talis dici poſſit. Secundò princi-
paliter non obſtat ſtatutum Ferrariæ de indemnitate
mulierum; nam quicquid ſit de illius obſeruãtia in Ter-
15 ra Centi, & an d. ſtatutum procedat in dote, de quo
articulo latè *per Bertazz. clauſ. 7. gloſ. 19. num. 19. & 20.*
in inſtrumento interuenit authoritas Gubernatoris ſup-
16 plentis loco agnatorum, & cognatorum deficien. &
quibus Claudia carere dixit, & iurauit in dicta guardia
& Terra, & ſumpta informatione ſupradictæ carentiæ,
D. Gubernator ſuam authoritatem interpoſuit, & con-
tractum approbauit: & ideo ille ſuſtinetur, nec reſcin-
di poteſt, etiam ſi conſtaret, quòd tunc aliquem de præ-
17 dictis habuiſſet, vt diſponitur in d. ſtatutu in *§. ſimili-
que modo*, & aſſeren. contrarium onus probandi in-
cumbit, eam habuiſſe de tempore contractus conſangui-
neos habiles ad conſentien *Bart. in l. ſi tertius, in
princ. & ibi Alex. ad eum ff. de aqu pluu. arcen. cum cu-
mulat. per Bertaz d. clauſ. 7. gloſ. 19. in princ.* & tenuit
Rota. Non obſtat tertiò oppoſita exceptio, quòd Co-
mes Aloyſius non præſtiterit vxori alimenta, nec me-
18 dicum in infirmitate adhibuerit, aliaq. neceſſaria ſubmi-
niſtrauerit, & ideo non erat locus dicto lucro dotali,
*Bald. in auth. dos data, num. 5. C. de donat. ante nupt.
Iaſ. in authent. præterea, num. 20. verſic. vndè dicit,
Bald. C. vnde vir, & vxor. Caſtr. in l. ſi ab hoſtibus, §.
ſi vir, num. 4. ff. ſol. matrim.* quia hæc negatiuà erat
19 concludenter pruban. *Alex. conſ. 123. num. 8. vol. 7.
Corn. conſ. 120. num. 13. & conſ. 123. num. 15. & 16.
lib.* 1. habet enim contra ſe iuris præſumptionem, quòd
20 vxor alita fuerit à viro, qui ad iſtud onus tenebatur ad
*text. in l. fin. C. de alim. pupillo præſtan. & in ſpecie Natt.
conſ. 547. num. 29. Surd. in tract. de alim. tit. 6 quæſt.
vlt. num.* 19. Nec huiuſmodi probatio reſultat ex
memoria in ſcriptura priuata per Claodiam relicta;
nam illi non creditur in præiudicium viri, ex latè dedu-
21 ctis per *Natt d. conſ. 547. num. 3. & ſeq.* & quia hæc
memorialia nõ probant etiam contra ipſum ſcribentem,
Iaſ. in l. admonendi, num 81. *in fin. verſ. quartò limita, ff. de
iur. iur. & in repet. num.* 115. *verſ. ſecundò limita, Grat.
conſ. 123. num. 11. lib.* 2. & quatenus etiam aliquam fi-
dem mereretur, nõ inde tamen inferri poteſt ad amiſſio-
nem lucri, imò in ea Claudia expreſsè declarauit, velle D.
Comiti dari medietatem ſuæ dotis, & pacem, & concor-
diam ſeruari inter ipſum, & ſuos filios, & hæredes: &
22 propterea illa operari nõ debet vltra declarantis inten-
tionem, ſed vti indiuidua acceptanda eſt cum dicta quã-
litate ad vulg. *doctr. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſijt
de libert. legat. Caputaq. deciſ 186. num. 2. part.* 1. Te-
ſtes vero tanquã ſingulares, & de auditu a Claudia non
23 probant, vt in ſpecie, *Alex. d. conſ. 123. num. 8. vol.* 7.
vltra quod nec deponunt de denegatione alimentorum,
nec de culpa Comitis in non adhiben. medicorum,
alijsq. neceſſarijs ſubminiſtran. iuxta requiſita ad effe-
ctum amiſſionis lucri, de quibus per *Doct. in d. l. ſi ab
hoſtibus, §. ſi vir. ff. ſol. matr.* & præſertim circa adhi-
bitionem medici, vt per *Paul. de Caſtr. in dicto §. ſi vir.
& Alex. d. conſ. 123. num. 4. cum plurib. per Alciat. conſ.
10. num.* 39. Expenſæ autem ſepulturæ, & funeralium
factæ per dictos hæredes aperiunt illis repetitionem
contra Comitem, quatenus obligatus fuerit de ſuo fa-
cere, non autem inferunt aliquo modo ad amiſſionem
lucri. Tandem ſufficit, hanc exceptionem ex prædictis
reddi obſcuram, & turbidam ad hoc, vt tanquam altio-
ris indaginis non ſit admitten. ad retardationem execu-
24 tionis d. inſtrumenti guarentigiati, *Ant. de Canar. de
execut. inſtr. quæſt. 51. Anton. Aug. in epitome in tit. de
iur. iur. ff. de oblig in for. camer. num.* 4. *Capic. deciſ.* 10.
*num. 19. & 20. & ſæpius dixit Rot. in Romana reſponſio-
nis Caſatis 11. Ian. 1597. coram Corduba, & apud Marchiſ.
par. 1. fol. 872. in Maceraten. dotis 10. Iunij 1594. co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, & in alijs.* Ideo cõ-
cluſum fuit pro executione d. inſtrumenti iuxta con-
uentionem in eo initam, quòd haberet viam executiuam,
25 prout fieri potuit, vt poſt *Bald. tradit Boer deciſ. 295.
num. 10. & fuit dictum in Romana pecuniaria 16. Ianuarij
1609. coram R. P. D. meo Caualerio.*

ANNOTATIO.

A De quo latè *Menoch conſil. 5. per tot. Card. Mantic. de
tacit. lib. 12 tit. 17. num. 1. et ſeq.*

B Et ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ, quòd mu-
lier plus dotis in primo matrimonio collatæ ſecundo vi-
ro conſtituere voluerit, vt poſt *Surd. conſil. 93. num.
18, Menoch. præſumpt. 6. num. 78. lib. 3. fuit dictum
in ead Romana quarti dotalis 21. Aprilis 1617. coram bon.
mem. Andrea, et in hac eadem cauſa Bononien. dotis 30.
Maij 1627. coram R. P. D meo Merlino.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ro-

Romana domus, & bonorum.

Veneris 10. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex pluribus, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſus auctore Prætore acquirit poſſeſſionem manutenibilem.*
2 *Poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad motam litem.*
3 *Locatio probat poſſeſſionem locatoris aduerſus conductorem, etiam ſinè ſolutione penſionis.*
4 *Locatio cum ſolutione penſionum probat poſſeſſionem.*
5 *Poſſeſſio interuerti non poteſt per habentem cauſam ab eo, qui ſi viueret, illam impugnare non poſſet.*
6 *Conſtitutum in incorporalibus ſufficit ad transferen. poſſeſſionem.*
7 *Poſſeſſio cedentis in incorporalibus tranſit in ceſſionarium ad effectum manutentionis.*
8 *Solutio vnica ſufficit ad conſtituendam in quaſi poſſeſſione, ad effectum manutentionis.*
9 *Confeſſio teſtatoris, quòd adſit fideicommiſſum, nocet etiam hæredi, nec poteſt per ipſum impugnari.*
10 *Confeſſio in articulis probat contra confitentem.*
11 *Saluianum datur fideicommiſſario indiſtinctè, ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat.*
12 *Hæres facto defuncti contrauenire non poteſt.*
13 *Ex mutatione perſonæ non mutatur ius poſſeſſoris.*

DECISIO CCLXXV.

CHRISTOPHORO ſolo informari dixerunt DD. dandam manutentionem in poſſeſſione medietatis domus, & quaſi poſſeſſione ratæ cenſus; de qua in concordia infra dicenda, de quibus agitur, necnon immiſſionem reſpectu alterius medietatis dictæ domus, & alterius ratæ dicti cenſus per Fuluiam poſſeſſæ.
Nàm reſpectu medietatis domus clariſſimè docebatur de eius poſſeſſione. Primò, ex immiſſione in illius poſſeſſionem de eo auctore Prætore facta vti hærede teſtamentario pro medietate q. Fuluiæ 4. Februarij 1605. in foro Capitolino *in ſummario num.* 1. *&* 2. ex qua fuit
1 acquiſita poſſeſſio, *Ang. in l. qui vniuerſas, §. item cum Prætor, in fin. ff. de acq. poſſ. quem Rota paſſim ſequitur, vt in deciſ.* 802. *num.* 5. *&* 7. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 62. *num.* 4. *part.* 2. Maximè quia dictum mandatum enun-
2 ciatur fuiſſe relaxatum citato procuratore Clitiæ ſororis, cuius facit ſe hæredem Hieronymus, vt infra, & tunc cohæredis dictæ Fuluiæ: & de voto Aſſertamenti, ac
3 ſeruatis ſeruan. quæ præſumitur continuata vſque ad tempus litis motæ *Aretin. in §. retinendæ num.* 3. *Inſtit. de interd. Rot. deciſ.* 4. *de probat. in nou. & deciſ.* 80. *num.* 7. *part.* 2. *diuerſ.* Secundò, ex locatione facta Clitiæ 7. Nouembris 1611. quæ obtinuit prælationem in locatione priùs facta per Chriſtophorum Marcello Roſæ dictæ medietatis domus ſub die 29 Octobris 1611. quæ Clitia recepit à Chriſtophoro claues, & promiſit illi ſoluere penſionem per dictum Marcellum conuentam, quæ locatio probat poſſeſſionem Chriſtophori aduerſùs ipſam Clitiam conductricem, etiam ſinè ſolutione penſionis, *Soccin. conſ.* 12. *num.* 5. *verſ. prætereà inter partes, lib.* 3. *Gozzad. conſ.* 94. *in fin. Rot. deciſ.* 1. *de ſid. inſtr. in antiq. Tiraq. de iur. conſt. part.* 3. *limit.* 1. *num.* 22. *Gabr. conſ.* 31. *num.* 9. *lib.* 1. *cum pluribus adductis per Gabr. concl.* 4. *de locat. num.* 14. *lib.* 3. *fuit reſponſum in Romana domorum in Burgo* 24. *Maij* 1602. *coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & in Mediolanen. decimarum* 9. *Iunij* 1610.
A *coram R. P. D. meo Pirouano.* A, Tantò magis concur-
4 rente ſolutione penſionum *Gloſ. in d. l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, in verbo colonum, & ibi etiam Bart. num.* 1. *verſ. ex qua ſolutione, Caſtr. num.* 2. *cum alijs per Gabr. d. concl.* 4. *num.* 2. *& fuit dictum in dicta Mediolanen. decimarum*, etiam in præiudicium tertij, *Ang. in l. quædam mulier, num.* 3. *ff. de rei vend. Alex. conſ.* 10. *num.* 3. *verſ. licèt vbi probaretur, lib.* 4. *Ruin. conſ.* 14. *num.* 5. *lib.* 4. *& fuit deciſum in Anconitana bonorum* 9. *Iunij* 1614. *coram me ſub die* 6. *Nouembris* 1612. *in ſummario num.* 6. *ac in* 2. *extr. fol.* 155. & per alias quietantias per Hieronymum productas, *vt in d. extr. fol. eodem.* Quæ poſſeſſio corroboratur ex concordia inita inter q. Clitiam, & dictum Chriſtophorum, vt infra, in qua dicta domus fuit declarata hæreditaria Fuluiæ, & ſic communis inter eos vti cohæredes, & conuentum, quòd ſi vnus ex eis ſolus vellet dictam domum inhabitare, teneatur ſoluere alteri penſionem partis ſuæ, *vt d. ſummario num.* 3. prout dicta Clitia inhabitaſſe ſupponitur, vſque ad mortem, & præſumitur in vim dictæ locationis, & conuentionis. Vnde quemadmodum ipſa Clitia ſi viueret non poſſet dicto Chriſto-
5 phoro poſſeſſionis controuerſiam facere, *l. ſi quis conductionis titulo, & ibi not. C. locat. Surd. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 54. ita nec dictus Hieronymus ab ea cauſam habens, ſeù habere prætendens, *Bart. in l. non ab re, num.* 5. *& ibi Salic. num.* 2. *quæſt.* 5. *vnde vt Cagnol. in l. neque pignus, num.* 5. *verſ. quæ etiam procedit, de reg. iur. Ceph. conſ.* 47. *num.* 40. *lib.* 1. *Menoch. de adipiſc. remed.* 3. *num.* 64. *&* 65. *& de recup. d. remed.* 11. *nu.* 50. Reſpectu verò alterius partis cenſus etiam de quaſi poſſeſsione cõſtat ex ceſsione facta per dictam Clitiam in d. concordia ad fauorem Chriſtophori, conſtituendo eum procuratorem irreuocabilem pro exactione fructuum illius, cum licentia de ingrediendo, &
6 clauſula conſtituti, quæ ſufficit ad tranſlationem poſſeſsionis, etiam in incorporalibus, *l. quod meo, vbi Bart. num.* 6. *Alex. num* 23. *&* 24. *Aretin. circa fin. verſ. tertio numquid & alij, ff. de acq. poſſ. Bald. in rubr. extr. de præſcr. num.* 8. *cum pluribus adductis per Tiraq. de*
7 *conſt. part.* 2. *ampl.* 34. & poſſeſsio cedentis etiam in corporalibus tranſit in ceſsionarium ad effectum manutentionis, *Natt. conſ.* 398. *num.* 38. *lib.* 2. *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 259. Necnon ex actualibus exactionibus fructuum dicti cenſus ab anno 1611. vſque ad annum 1615. cum ſubſcriptionibus tàm Chriſtophori, quàm Clitiæ, *de quibus in ſummario num.* 7. quæ exu-
8 perant cum vnica ſolutio conſtituat in q. poſſeſsione, *Abb in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 22. *de cauſ. poſſ. & propr. tenuit Rota in Aretina iuris viſitan.* 29. *Martij* 1593. *coram Gypſio in Cæſaraguſtana penſionum* 4. *Iulij* 1608. *coram R. P. D. Manzanedo, & in alijs ſæpiſſimè.*
Quò verò ad immiſsionem domus, & alterius partis cenſus per dictum Fuluium poſſeſſæ intentio dicti Chriſtophori eſt fundata in teſtamento dictæ Fuluiæ, in quo inſtituit hæredes ipſum, & Clitiam, & eos ad inuicem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum, *prout in extr.* 1. *fol.* 227. *& ſeq.* Quod quidem teſtamentum, & fideicommiſſum fuit expreſsè approbatum per dd. Clitiam, & Chriſtophorum in dicta concordia, qui declararunt cenſum, & domum eſſe hæreditaria, & voluerunt ſubiacere vinculo fideicommiſſi ſinè aliqua detra-

tractatione non obſtan. quacumque diſpoſitione per alterum eorum facien. quam pro irrita, & caſſa haberi voluerunt, *vt in d. concordia num. 3.* Quæ confeſsio,
9 & conuentio Clitiæ non poteſt impugnari per Hieronymum, cum fecerit ſe illius hæredem ex teſtamento, vt in citatione reproducta per Hieronymum ſub die 6. Octob. 1616. *in 2. extr.* Capitolino *fol.* 210. *&* 211. *& in extr. Rotæ fol.* 122. *& ex eius articulis in eodem extr. fol.* 126. ſed ipſum quoque afficit *ex trad. per Menoch. de adipiſc. remed. 3 num. 63. et ſeq. et remed. 5. num.* 106. *cum ſeqq.* & in terminis confeſsionis fideicommiſsi tenuit *Rota in Rom. fideicommiſsi de Stephanellis 24. Aprilis præter. coram R. P. D. meo Remboldo.* Et ideò cum per obitum Clitiæ (de quo ſatis conſtat ex confeſsione
10 Hieronymi in dictis articulis, & citationibus in Rota, quæ contra eum probat ex vulg. & ex alijs *in 2. extr. Capitolino fol.* 210. *et* 211.) purificatus ſit caſus, ſubſti-
11 tutis venit concedenda immiſſio, ſaltem Saluiano, quæ indiſtinctè datur fideicommiſſario, ſecundùm opinionem in Rota ſeruatam, *vt in Romana de Comitibus 3. Ianuarij 1583. coram fel. rec. Clem. VIII. in Ferrarien. bonorum 27. Iunij* 1614. *coram R. P. D. Pamphilio, et in Viterbien. Caſtrorum 27. Aprilis 1617. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno.* Non obſtat, quòd Hieronymus prætendat ſe eſſe fideicommiſſarium cuiuſdam Mariæ Vallettæ, & ideò poſſe retinere. Quia de prætenſo fideicommiſſo non conſtat, nec Hieronymus docet ſe eſſe de vocatis ad illud, neque bona eſſe hæreditaria, & fideicommiſſaria dictæ Mariæ. Et quia Clitia auctrix Hieronymi approbauit (vt dictum eſt) teſtamentum Fuluiæ, in quo diſpoſuit de dd. domo, & cenſu, & declarauit in prædicta concordia, tàm domum, quàm cenſum fuiſſe hæreditatis dictæ Fuluiæ, & promi-
12 ſit illius obſeruantiã, cui Hieronymus illius hæres contrauenire non poteſt ex prædictis, & optimè faciunt in ſimili tradita *per Menoch. in præcit. remed. 3. de adipiſc. num.* 63. Atque interim non eſt retardanda immiſſio, & manutentio prædicta, cum ex mutatione perſonæ non
13 varietur, neque variari poſſit ius dicti Chriſtophori poſſeſſoris, & petentis immiſſionem vt ſupra *vulg. deciſ. Guid. pap.* 629. *quam Rota ſequitur Peregr. de fideicom. art.* 46. *num.* 19. *in fin.*

Et ita fuit reſponſum Hieronymo pluries intimato, & expectato, &c.

ANNOTATIO.

A Sequitur *Beltramin. ad deciſ 6. Gregor. XV. num. 5. Cardinal. Caualer. deciſ 48. 52. & 446. vbique num. 1. & fuit etiam dictum in Maceraten prædij 10. Iunij 1624. coram bon. mem. Remboldo*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Leodien. hæreditatis.

Lunæ 13. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Feudalis, vel allodialis an ſit aliqua res, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Res præſumitur allodialis, & libera, non autem feudalis.*
2 *Teſtes deponentes, rem eſſe feudalem, debent reddere cauſam eorum dicti, quia feudalitas eſt quid iuris, & ſenſu corporis non percipitur.*
3 *Feudalitas vt probetur, non ſufficit expreſſio generalis, ſed requiritur generalis illius corporis, de quo agitur.*
4 *Sylua non præſumitur feudalis ex eo ſolùm, quòd ſit poſita in territorio Caſtri feudalis.*
5 *Bonis certis vtì feudalibus in inueſtitura expreſsis, reliqua non expreſſa allodialia præſumuntur.*
6 *Feudalia probantur bona, quando anteceſſores illa vtì feudalia poſſederunt.*
7 *Bona, probatur, quòd ſint fideicommiſſo ſubiecta, ex eo, quòd anteceſſores tanquàm talia illa diuiſerint.*
8 *Feudalia Leodien. diuiſionem non patiuntur.*
9 *Confeſsio propria nocet confitenti.*
10 *Allodialitas maximè comprobatur ex obſeruantia.*
11 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, non tranſit in iudicatum.*
12 *Leodij Epiſcopus eſt Princeps, habetq. vtrumque gladium.*
13 *Feudalis cauſa tractanda eſt coram Domino feudi.*

DECISIO CCLXXVI.

RELAXATIS per Rotam executorialibus, ſeù mandato de immittendo, *ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* ad fauorem D. Caroli de Glymes ſuper immiſſione in poſſeſſionem omnium bonorum allodialium, & cenſualium, non tamen feudalium q. Gerardi, & Annę coniugum teſtatorum, ac ſecuta immiſſione conceſſa per executores in partibus deputatos, reclamarunt Domini rei conuenti, & obtinuerunt committi bon. mem. Iuſto cauſam prætenſi exceſſus dictorum executorum, in declaran. ſeù exequen. in feudalibus exceptis in dicto mandato, lataque per eum ſententia ſuper dicto exceſſu, & commiſſa pro parte Caroli cauſa reſtitutionis in integrum aduerſùs lapſum fatalium, ſeu rem iudicatam: & poſtmodum 2. Aprilis præteriti propoſito dubio, an obſtaret lapſus quadriennij, Domini mandarunt, vt videretur, an conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum, & de illis conſtare hodie reſoluerunt. Quamuis enim in reſolutione eiuſdem bon. mem. Iuſti 5. Decembris 1609. & in dicta eius ſententia ſubſecuta inter alia feudalia propter quæ declaratus fuit exceſſus, quia ſuper illis executum fuit dictum mandatum expreſſa fuerit ſylua, ſeù colonia de Couura, ad quam ſolùm informantes pro nunc ſe reſtrinxerunt. Tamen dicta ſententia non iuſtificatur ex actis. Quia pro parte dictorum de Dans non probatur prætenſa feudalitas dictæ ſyluæ, ſuper qua fundatur illorum intentio, & iuſtitia dictæ ſententiæ: & pro Carolo non ſolùm ſtat generalis illa præſumptio, quòd ſit
1 allodialis, & libera, non autem feudalis, *vt per Io. Andr. & Doct. in cap. nimis de iure iur. Clar. in §. feudum, quæſt. 18. num. 1. Gabr. de feud. concl. 3. num. 1. Roſental. de feud. cap. 12. concl 14. num. 10. latè Menoch. præſ. 91. num. 1. lib. 3. & conſ 191. num. 21. Surd. conſ. 135. num 24. Card. Seraph. deciſ.* 894. *num.* 1. & fuit pluries
A dictum A, ſed etiam dicta feudalitas prorſus excluditur ex pluribus, de quibus infra. Quòd autem illa non probetur pro parte dictorum de Dans, patet, quia non conſtat, quòd dicta ſylua ſit (vt aſſeritur in dicta ſententia bon. mem. Iuſti) in territorio Caſtri de Lexhy, quod prætenditur eſſe feudale: nec teſtes dictorum de Dans ſuper hoc examinati iſtud dicunt, imò ſuper interrogatorijs Caroli *in eius ſummario num.* 3. depoñt, eam eſſe ſitam ſub iuriſdictione, & territorio de Auuiria, & diſtare itinere dimidiæ horæ à dicto Caſtro de Lexhy, quod nec etiam vllum habet (quod probetur) territorium, nec iuriſdictionem, imò in contrarium

da-

Digitized by Google

datur atteſtatio vnius Canonici Leodien. *in ſummario num.* 12. Nec obſtant teſtes *in ſummario dictorum de Dans num.* 6. deponentes, quòd iſta ſylua ſit de dicto Caſtro, & ſe ſemper audiuiſſe vocari de illo, & fuiſſe poſſeſſam ab eius Dominis; quia non ſolùm nullam reddunt rationem eorum dicti, prout deberent etiã nõ interrogati, cum feudalitas ſit quid iuris, & ſenſu corporis non percipiatur, vt in terminis *Alex. conſ.* 136. *num.* 10. *vol.* 1. *Afflict. deciſ.* 277. *num.* 3. *& Surd. conſ.* 151. *num.* 35. quod regulare eſt in qualibet alia materia, quæ ſenſu corporis percipi non poteſt, *Bart. in l.* 3. *verſ. ſed ſi depoſuit, & in repetit. num.* 14. *verſ. ſed in his, & ibi Bald. Caſtr. & Zuccard. cum latiſſimè cumulatis per Farinac. de teſt. quæſt.* 70. *num.* 6. ſed etiam interrogati dicunt, ſe neſcire, cuius naturæ ſint iſta bona, *vt in ſummario Caroli num.* 5. Non obſtant etiam duo releuia, ſeu inueſtituræ dicti Caſtri, prima videlicet 26. Nouembris 1466. alia 18. Octobris 1487. *in ſummario dd. de Dans num.* 2. in quibus prætenditur eſſe comprehenſam huiuſmodi ſyluam, cum in eis fiat mentio de omnibus illius terris, pratis, ſyluis, redditibus, pertinentijs, & appendicijs. Quia ad probationem
3 feudalitatis non ſufficit iſta expreſſio tàm generalis, ſed requiritur ſpecialis illius corporis, de quo agitur, *Alexand. conſil.* 55. *num.* 19. *verſic. & iſta verba, lib.* 4. *Natt. conſil.* 313. *num.* 2. *Clar. in dicta quæſt.* 18. *num.* 2. *Surd d. conſ* 135. *num.* 25. *&* 26. 50. *&* 51. *& Cephal conſ.* 250. *num.* 15. ſed in omnem caſum, quatenus etiam dicta ſylua eſſet in territorio dicti Caſtri, ad eius tamen feudalitatem inferri non poſſet ex
4 eo ſolùm, quòd ipſum Caſtrum ſit feudale, *Roſental. de feud. concl.* 14 *num.* 26. *in fin Surd. conſ.* 151. *num.* 65. *&* 66. *Rota in Aſten. feudi de Solario* 27. *Aprilis* 1584. *coram Bubalo, & in Mantuana bonorum* 14. *Martij* 1612 *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Ad excluſionem verò feudalitatis allegantur, primò, duæ inueſtituræ eiuſdem Caſtri, vna del 1486. & alia del 1506. datæ *in ſummario Caroli num.* 6. in quibus omnia ab illis depẽdentia ſpecificantur, & tamen nihil dicitur de huiuſmodi ſylua, prout veriſimiliter dictum fuiſſet, ſicut de alijs, ſi fuiſ-
5 ſet de dependentijs, & feudalis, *Roſental. de feud. cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 32. *&* 33. Expreſſio enim aliquorum bonorum vti feudalium facit præſumptionem, quòd alia non expreſſa ſint allodialia, *Alex. conſ.* 29. *col. vlt. verſ. illa autem, lib.* 5. *Ruin. conſ* 126. *col.* 4 *verſ. & meritò*, quos *Menoch. d. præſ.* 91. *num.* 16. *lib.* 3. Secundò, diuiſio bonorum cenſualium, & allodialialium, inter quę adeſt dicta ſylua, de qua agitur, facta per authores dictorum de Dans, *vt in ſumm. Caroli num* 8. in executionẽ ſententiæ Principis Leodien. Domini directi eiuſdem Caſtri, *de qua in d. ſumm. num.* 7. Ex qua diuiſione
6 optimè probatur feudalitas, ſi anteceſſores bona tãquã feudalia poſſederunt, *late Menoch. d. præſ* 91. *num.* 46. Et ſicut in ſimili probatur, quòd bona ſint fideicommiſſo ſubiecta ex eo, quòd anteceſſores tanquam talia
7 illa diuiſerint, vt poſt plures per eum relatos, *Peregr. de fideicomm. art.* 44. *num.* 5. *&* 6. *& fuit reſolutum coram me in Amerina bonorum* 27. *Februarij præteriti*.
8 tantò magis, quòd omnia feudalia Leodien. non patiuntur aliquam diuiſionem; quæ benè probatur ex propria confeſſione dictorum de Dans *in d. ſummario Caroli num.* 10. qua non datur melior probatio ex vulgar. Tertiò denique deducitur, quòd dicti de Dans habuerunt recurſum ad iudices bonorum cenſualium, & allodialium de Rouueroy, & de Auuiria, *vt in dicto ſummario num.* 2. *&* 11. ex quo reſultat propria ipſo-
9 rum confeſſio, quòd dicta bona ſint allodialia, quæ illis ſinè dubio præiudicat, *vt per Surd. dicto conſil.* 151. *num.* 38. *& ſeqq.* & obſeruantia quædam pro allodialitate, quæ maximè confert ad comproban. hu-
10 iuſmodi qualitatem prædictæ ſyluæ *Menoch. conſ.* 2. *num.* 264. *conſ.* 32. *num.* 45. *&* 64. *& conſ* 191. *num.* 19. *& d. præſ.* 91. *num.* 28. *Roſental. de feud. d. cap.* 14. *num.* 40. *& ſeq.* Aliàs enim ſi fuiſſet feudalis adiuiſſent
B curiam feudalem, B.

Patet igitur ex prædictis, dictam ſententiam non eſſe ex actis iuſtificatam, vt dictum eſt, & conſequenter non
11 feciſſe tranſitum in iudicatum, & ſic conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, ideoque ita deciſum vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A *Roland conſ* 82. *num.* 6 *lib.* 2. *Natt conſ* 520. *in princ. Rota inter recent deciſ* 508. *num.* 1. *& deciſ* 404. *part.* 1. quando autem, & ex quibus probetur feudalis, vel allodialis: *vide Menoch. d. conſ.* 191. *lib.* 2. *& præſumpt.* 91. *lib* 6.

B Cauſa feudalis tractanda eſt per Dominum feudi, & ſuos
12 Iudices *cap.* 1. *apud quem, vel quos controu feudi, cap. vnic. §. inter duos, de probib feud. alien. Feder cap.* 1. *de controuerſ feud. apud part. terminn Cardinal Caualer. dicta deciſ.* 135. *num.* 4. *& deciſ.* 157. *num.* 2. quæ emanarunt *in alia Leodien. dominij*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta Donationis.

Veneris 17. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Compenſatio quando admittatur aduerſùs obligationem Cameralem.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio admittitur contra obligationem Cameralem d æquitate Canonica, quando creditum ſuperuenit poſt iuramentum, præſertim ſi altiorem indaginem non requirat, ſed incontinenti probari poſſit. num.* 3.

2 *Indebitè exactum vigore obligationis Cameralis, æquitas non patitur, quòd per tres ſententias conformes repetatur.*

4 *Compenſatio aliquando admittitur indirectè per viam retentionis.*

5 *Iudicium vbi cœptum eſt, ibi terminari debet.*

6 *Renunciare quilibet poteſt mandato coram vno Iudice obtento, & cauſam coram eo pendentem dimittere; præſertim quando pars non opponit declinatoriam fori.*

7 *Declinatoria opponenda eſt ante litem conteſtatam.*

8 *Lis in cauſis exequutiuis, vbi agitur vigore obligationis Cameralis, non conteſtatur, nec obſtat litis pendentia.*

9 *Mandatum, & executio habent præſumptionem pro ſe.*

10 *Compenſatio non admittitur de eo, quod petitur mediante reſtitutione in integrum, tanquam indebitè ſolutum, antequam reſtitutio in integrum fuerit impetrata.*

11 *Compenſatio non fit de eo, quod via ordinaria, & per tres ſententias conformes repetendum eſt.*

DECISIO CCLXXVII.

DOMINI firmarunt primò, creditum Antonij à die celebratæ donationis, videlicet t9. Nouembris t598. vſque in diem 19. præſentis menſis, & ſic pro annis 19. ad rationem ſcutorum 300. auri in auro quolibet anno eſſe in totum ſcutorum ſimilium 5700. Item alia ſcuta t800. monetæ in vim mandati Rotalis vltimo loco expediti, *vt in ſummario D. Mariæ num.* 5. in quibus duabus partitis partes conueniunt. Item ad fauorem D. Mariæ eſſe compenſan. partitam ſcut. t232. monetæ per dictũ Antonium vti tunc procuratorem dicti Dominici exactam ex redditibus q. Rodulphi, ſeu hæreditatis in vim mandati Illuſtriſſimi D. Cardinalis Millini, tunc Rotæ Auditoris, pro alio credito eiuſdem Dominici ſcutorum 10248. vltra quam ſummam in dicto mandato contentam per dictum Antonium exacta fuerunt dicta ſcuta 1232. vt etiam refert idem peritus *in ſummario D. Mariæ num.* 4. nec reuocat in dubium Antonius, ſed dicit, illam cedere debere, vel poſſe à ſe retineri pro alijs creditis, de quibus non docet. Quæ tamen ſumma ſcutorum 1232. tanquam liquida viſa fuit Dominis compen-
1 ſanda, etiam contra obligationem Cameralem, & in hoc ſubeſſe maximam æquitatem, tum quia creditum D. Mariæ cum Dominico, ſeù Antonio ratione dictæ exceſſiuæ, & indebitæ exactionis ſuperuenit poſt iuramentum, *Soccin. in l. Iulianus, in fin. ff. de condit. & demon. Abb. in cap. ad noſtram, num. 3. verſ quid dicendum, de iureiur. deciſ. Pedem.* 92. *num* 34 *Seraph. de iuram. priuil.* 74. *num.* 143. *& de communi Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 129. *num.* 19. *&* 20 *cum alijs latè per Honded. conſ.* t8. *num.* 45. *vol.* 1. *& Alex. Galuan. conſ.* 26. *num.* 7. & ideo admittitur etiam contra obligationem Cameralem, *Seraph. vbi ſupra num.* 36. *& Craſſ. de except. exce-*
A *pt.* 16. *num.* 2. *Galuan. d. conſ.* 26. *num.* 4. A, tum quia
2 æquitas non patitur, vt D. Maria cogatur per tres conformes, nullo ſubſiſtente colore, indebitè exactum repetere, ſed tollendas eſſe lites, & inanes circuitus ad *not. per Galleſ de Cam. oblig. quæſt.* 2. *num.* 8. præſertim
3 quia in propoſito non requirit altiorem indaginem, ſed incontinenti probatur *Roman. conſ.* 76. *num.* 2. *verſ. quoad tertium, & ibi, Addentes ad eum*, & ex pluribus, *Galuan. d. conſ* 26. *num.* 5. & admittitur aliquando com-
4 penſatio indirectè per viam retentionis, *Put. d. deciſ.* 284. *num.* 1. *lib.* 2. *in nouiſſ.* Vndè ex eadem æquitate aliàs fuit ordinatum, mandatum relaxatum ad fauorem Antonij pro ſcutis 2800. exequi tantùm pro ſcutis 1800. prout executum fuit. Quartò, cenſuerunt DD. non eſſe ex dicto credito ſcutorum 5700. Antonij, vt ſupra firmato deducenda ſcuta 900. auri in auro, prætextu quòd à mandato ab A. C. pro hac ſumma anno 1601. relaxato ratione ratarum tunc per triennium decurſarum fuerit ex parte di ℸi q. Rodulphi introducta cauſa appellationis coram bon. mem. Penia, in cuius locum R. P.
5 D. meus Caualerius fuit ſubrogatus *ad l. vbi cœptum, ff. de iudic. & l. nulli, C. eodem*. Non etiam attendendum dixerunt dictum mandatum tanquam de Antonij cõſenſu circumductum, dum petijt, & obtinuit anno 1612. à me tunc A. C. Locũtenente aliud mandatum pro ſumma ſcutorum 2800. auri in auro, pro terminis decurſis, & non ſolutis, in quo proinde comprehenduntur dicta ſcuta 900. ſed iſtud, à quo cum pro parte D. Mariæ fuiſſet appellatum, & appellationis cauſa cõmiſſa Reuerendiſſimo D. meo Sacrato, Antonius obtinuit à Sãctiſſimo commiſſionem reformatoriam cum clauſula, *ſinè præiudicio legitimæ executionis, & ſinè præiudicio obligationis Cameralis, & cum facultatibus* A. C. Nec dubi-
6 tarunt, quin potuerit Antonius dicto primo mandato renunciare, *vulg. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* & cauſam coram D. meo Caualerio pendentem dimittere, vt nouam inchoando dimiſit, præſertim cum pars D. Mariæ exceptionem declinatoriam non opponendo dicatur illi renunciaſſe, *d. l. nulli, C. de iudic.* & erat opponen-
7 da ante litem conteſtatam, *Bald. in l. peremptorias, C. ſent. reſc. non poſſ Afflict. deciſ* 354. *num.* 9. *ibique Vrſill. ſub num.* 2. *Curt. iun. d. l. nulli, num.* 21. *cum pluribus per Surd conſ.* 542. *num.* 10. idque magis procedit in executiuis, & in obligatione Camerali, cum lis non conte-
8 ſtetur, nec obſtet litis pendentia, *Ang. Iaſ. & alij, quos Surd. de magis communi atteſtans dicto conſ.* 542. *num.* 12. *&* 14. Quintò minus eſſe compenſanda alia ſcuta 577. per Antoniũ habita in vim mãdati A. C. relaxati pro ſcutis 1146. pro prouiſionibus ſibi per q. Rodulphum promiſſis, de quo mandato *in ſummario Mariæ num.* 9. prætextu quòd dictum mãdatum fuerit notoriè nullum, & iniuſtum, & per contradictas contra pupillum inde-
9 fenſum expeditum; tùm quia præſumptio ſtat pro validitate, & iuſtitia decreti mandati, & executionis, præſertim conſumatæ; tùm etiam, quia cum dicta ſumma fuerit exacta in vim dicti mandati, quod tranſiuit in iudicatum, non eſt interim compenſabilis, ſub præ-
10 textu, quòd fuerit indebita, *l.* 2. *vbi Bart. & ceteri C. de compenſat.* ſicuti ante reſtitutionem in integrum impetratam, non poteſt in compenſationem deduci illud, quod prætenditur indebitè ſolutum, & ea mediante petitur, *Gloſ. fin. in l. fin. §. fin. ff. de cond. indeb. & ibi Alberic. in princ. Bart. num.* 3. *verſ. ad finem oppono, Bald. & Caſtr. in fin. & Salicet. in princ. Iaſ. in fin. & de communi Odd. de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 33. ſed eſt repetendũ via ordinaria per tres conformes, & rem iudicatam: vndè interim videtur incer-
11 ta, & illiquida, & ſic non compenſabilis, *l. fin. C. de compenſ.* Ex quibus dixerunt DD. iuxta ſupradictum calculum, & ſic detractis ex dictis ſcutis 5700. dictis duabus partitis, prima videlicet ſcutorum ı317. b. 57. ſecunda ſcutorum t800. monetæ, tertia ſcutorum 232. monetæ, quæ in totum conſtituunt ſummam ſcutorum 4349. b. 57. eſſe pro reſiduo ſcutorum 5700. auri in auro relaxan. mandatum; quia verò ſupra valorem dictorum ſcutorum auri partes nõ informauerant, nihil fuit reſolutum, vndè circa illum, vel erunt eligendi periti, vel Domini, ſi opus erit, conſulendi, an attendi debeat æſtimatio de tempore obligationis, vel de tempore ſolutionum, vt Rota ſeruare videtur.

ANNOTATIO.

A *Gratian. deciſ. March.* 179. *num.* 11. *Pacific. de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 1. *num.* 248. *Mareſcott. variar. reſolut lib.* 2. *cap.* 121. *num* 54. *Zacch ad Galleſ de obligat Cameral. quæſt.* 18. *num.* 18. *Beltramin. ad deciſ.* 342. *Gregor XV. num.* 7. *in fin.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 20. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Succeſſor in Epiſcopatu tenetur ad exhibitionem ſcripturarum, ad quam tenebatur eius prædeceſſor.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum, æquiparatur tribus conformibus.*
2 *Sententias abſque actis Rota non exequitur.*
3 *Obligatus ad exhibitionem proceſſus, & actorum, illis non exhibitis audiri non poteſt.*
4 *Exhibere vt quis teneatur, ſufficit probare exiſtentiam actorum penes ipſum de tempore motæ litis, & num.* 12. *Limita vt num.* 13.
5 *In Epiſcopum ſucceſſorem tranſit lis, & cauſa anteceſſoris, & exceptio, quæ contra anteceſſorem competebat, competit contra ſucceſſorem: & ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu, & terminis permanente conuenitur. num.* 6.
7 *Inſtantia cum anteceſſore inchoata ad ſucceſſorem tranſit.*
8 *Exceptio purgationis attentatorum obſtat ſucceſſori in Eccleſia. & num.* 14. *Declara vt num.* 15.
9 *Succeſſor reaſſumens cauſam cum prædeceſſore inchoatam, omnia in illa acta facit ſua.*
10 *Exhibere quando teneatur ſucceſſor, vel hæres ſcripturas, nõ probata exiſtentia penes ipſum, & an ſtetur eius iuramẽto, quòd ad ipſius manus non peruenerint.*
11 *Exhibere vt Epiſcopus teneatur, ſufficit iura exiſtere penes notarium eius Archiuiſtam.*

DECISIO CCLXXVIII.

COMMISSA pro parte Archipresbyteri cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam Rotalem ad fauorem D. Epiſcopi latam, quæ prætendebatur tranſiuiſſe in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, & per quam pronunciatũ fuit, omnimodam iuriſdictionem cauſarum ciuilium, criminalium, mixtarum, & aliarum quarumcumque Terræ Saponariæ, etiam priuatiuè ad Archipresbyterum ſpectare eidem Epiſcopo. Ad docendum de cauſis reſtitutionis in integrum, idem Archipresbyter deduxit duo. Primò videlicet immemorabilem ſuper exercitio dictæ iuriſdictionis in huiuſmodi cauſis non ſublatam per diſpoſitionem *Sacri Conc. Trident. in cap. cauſæ omnes, ſeſſ.* 24. *de reformat. iux. declarationem Illuſtriſſimorum interpretum in hac cauſa ſub die 6. Iunij* 1601. Secundò ſententiam Pariſij aliàs Vicarij deinde Epiſcopi Marſicen., qua pronunciatum fuit contra tunc Epiſcopum, iuriſdictionem
1 prædictam ad dictum Archipresbyterum ſpectare, quæ cum ob lapſum temporis trãſitum fecerit in iudicatum, æquipollet tribus conformibus, vt in terminis *Conc. d. cap. cauſæ omnes,* declarauit eadem *ſacra Congregatio interpretum*. Verùm quia pro parte Epiſcopi opponebatur, immemorabilem non probari, nec per teſtes in vim remiſſoriæ Rotalis examinatos, vt fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Manzanedo 26. Iunij* 1600. nec aliter, & dictam ſententiam Pariſij eſſe ſine actis, & extra Rotam
2 latam, & ſic non attendendam ex inueterato ſtylo Rotæ. Ideo replicabat Archipresbyter, tàm immemorabilem, quàm ſententiam iuſtificari poſſe ex proceſſu, & actis fabricatis, & teſtibus examinatis coram eodem Pariſio, ad quorum proceſſus, & actorum exhibitionem 3. Iulij præteriti reſolutum fuit, Epiſcopum, ſeu eius Procuratorem teneri. Hodie autem audita iterum parte Epiſcopi DD. ſteterunt in deciſis hoc modo videlicet,
3 quòd ei obſtet exceptio non exhibitionis dd. proceſſus, & actorum, illis namque non exhibitis ipſe audiri non poteſt, *Lap. alleg.* 58. *num.* 10. *verſ. & ſi reſpondet, Felin. in cap. G. perpetuus, num.* 11. *verſ. & probat ampliatione, de fid. inſtr. Dec. in l. 2. num.* 29. *C. de eden. Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 330. *num.* 3. *cum alijs alleg. per Apo-*
A *ſtill. ad d. deciſ. Lap.* 58. *littera C.* A, In dicta namque deciſione primo loco firmatum fuit, de exiſtentia dicti proceſſus, & actorum in d. Tribunali factorum dubitari minimè poſſe: cum ſuper illis lata fuerit dicta ſententia Pariſij ad fauorem Archipresbyteri, & ex alijs ibi deductis, quæ reddunt rem ſatis claram. Ex quibus viſum fuit, probari exiſtentiam de tempore litis motæ,
4 quod ſufficit ad hoc, vt ſit locus exhibitioni *Gloſ. in l. non ignorabat, in verb. fuiſſe, C. ad exhiben. & fuit dictum in Valentina illegitimitatis 9. Decembris* 1609. *coram*
B *R. P. D. meo Caualerio.* B, Hæcque exceptio quemadmodum obſtaret Epiſcopo anteceſſori, ſi viueret, ita obſtare debet moderno Epiſcopo eandem cauſam pro-
5 ſequenti, & in quem tranſiuit lis, & cauſa: *Gloſ. in extrauag. ſuſcepti, ne Sed. vac. in verb. vacantium, verſ. nec in beneficialibus, Prob. ad Monac. in cap. ſi hi contra quos, in lit. B. num.* 3. *verſ. nihil igitur, vt lit. pend. in 6.* atque
6 ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu manente conuenitur. *Rot. dec. 1. vt lit. pend. in ant. Felin. in cap. quia G. in fin. de iudic. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. de attent. poſt inhib. limit. 24. num.* 18. Et inſtantia cum
7 anteceſſore inchoata tranſit ad ſucceſſorem, *cap. dilecti de for. compet. Abb. in cap. quia V. num.* 10. *verſ. & ſic, & verſ. tertius caſus.* & ibi *Dec. num.* 4. *de iudic. Mohed. dec. 4. eod. tit. Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt.* 16. *num.* 14. *& ſeqq.*
8 vbi refert plures deciſiones Rotæ: vndè in ſimili exceptio purgationis attentatorum obſtat ſucceſſori in
C Eccleſia, C, vt tenuit *Rota in Ariminen. coram Accorambono relata per Lancellot. par. 1. cap. 4. de attent. lit. pend. ampliat. 5. & in Camaricen. coram Card. Paleotto relata per Pariſ. d. qu.* 16. *num.* 41 *& ſeqq.* Quæ hic tan-
9 tò magis procedunt, cum modernus Epiſcopus reaſſumpſerit eandem cauſam, & ſic omnia in illa acta propria fecerit, *Put. deciſ.* 71. *num. 1. lib.* 3. Non obſtat, quòd non probetur exiſtentia penes eundem modernum Epiſcopum, ſine qua non tenetur ad exhiben. vt dicitur de hærede, *l. ſi alio iure, C. de in lit. iur.* & ibi *ſcri-*
10 *ben.* Quia ipſe vti ſucceſſor habet contra ſe præſumptionem, qua ratione perſiſtendo in exemplo hæredis
11 dicit *Gloſ. in Clem. 1. §. ceterum, in ver. compellendos, de vſur.* quòd quando defunctus tenebatur exhibere librum rationum, ita etiam tenetur eius hæres, & illius
12 iuramento non ſtatur, librum ad ſe non perueniſſe, quam ibi ſequitur *Petrus de Leaz. & Imol. num.* 21. *cum alijs latè* per *Menoch. præſ.* 61. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 6. Quæ præſumptio in propoſito caſu maximè coadiuuatur ex fide notarij data in pede ſententiæ per dictum Pariſium latæ atteſtantis illam ſumptam eſſe ex proceſſibus exiſtentibus in actis, & Archiuio Epiſcopalis Curiæ Marſicen. Vndè cum appareat huiuſmodi proceſſus, & acta
13 in eo Archiuio conſeruari, & ipſe modernus Epiſcopus poſsit compellere Actuarium, & Archiuiſtam ad exhiben. perinde eſt, ac ſi penes ipſum extarent, *Card. Seraph. dec.* 1224. *num.* 3. Ad illud verò, quòd non probetur huiuſmodi acta eſſe, ſeu fuiſſe originalia, placuit reſponſio aliàs data in dicta deciſione; & hodie vni ex DD. quòd eſſent talia, vehemens præſumptio oriri videbatur ex nonnullis ſcripturis, quæ fuerant tranſmiſſæ ex Vrbe ad Epiſcopum anteceſſorem in informando DD. per Archipresbyterum oſtenſis, quæ ex oculari inſpectione originales apparuerunt. Nec veriſimile videbatur, quòd niſi dd. proceſſus, & acta originalia fuiſſent, D. Epiſcopus certum nuncium ablegaſſet ad ea tranſportan. ab Vrbe, prout fecit, vt conſtat ex dicta ipſius epiſtola. Ex quibus, & alijs in deciſione, & per informantes deductis DD. ſteterunt in deciſis, vt ſupra, &c.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A *Vincent de Franch. deciſ. 271. num. 10. verſ. ſecundum remedium*, quem allegaui in repropoſitione huius cauſæ 16. *Februarij* 1629. *coram R. P D. meo Veroſpio*, & obtinui hanc deciſionem D. M. confirmari, & vtramque ſequuta eſt *Rota in Calaguritana proceſſionum* 30. *Aprilis* 1629. *coram R. P. D. meo Virili*.

B Et quòd ad hoc, vt quis teneatur ad exhibendum, conſta-
12 re debeat de exiſtentia ſcripturarum petitarum penes ipſum de tempore motæ litis, *Rot. deciſ.* 259. *num.* 6. *par.* 2. *recent. & ſuit dictum in Colonien. canonicatus* 8. *Martij* 1611. *coram Penia*, *& in Romana fructuum cenſus* 29. *Maij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*. & intelligitur de lite ſuper negotio principali, non autem ſuper exhibitio-
13 ne ſcripturarum, *Cardinal. Caualer. deciſ.* 62. *num.* 4. Verùm ſupradicta concluſio, quòd ad hoc, vt quis teneatur ad exhibendum, probanda ſit exiſtentia ſcripturarum penès ipſum de tempore motæ litis, non procedit in perſonis, quæ ratione ſui officij tenentur ſcripturas fideliter cuſtodire, ac Iudici parte inſtante exhibere; hoc enim caſu ſatis eſt, probare exiſtentiam ſcripturarum, etiam ante litem motam, *Rota d. deciſ.* 259. *num.* 6. *par.* 2. *recent. & coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano deciſ.* 63. *num.* 5. *& ſuit dictum in Bononien. prætenſæ occultationis proceſſus* 10. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Dunozetto*. Item non procedit in eo, qui habuit ſcripturam à petente exhibitionem, *Caſtren. in l.* 2. *num.* 7. *C. de teſtament. Reuerendiſſ. D. Coccin. d. deciſ.* 63. *num.* 3.

C Quòd attentata tranſeant etiam in ſucceſſorem in benefi-
14 cio, idem *Lancellott. de attent. cap.* 29. *num* 104. *Rot in Salamentina iuriſdictionis* 11. *Maij* 1590. *coram Cardinali Platto*, & in ceſſionarium *Put. deciſ.* 51. *lib.* 3. *Gratian di-*
15 *ſcept.* 736. *num.* 21. Hoc tamen procedit, quando ſucceſſor in beneficio prædeceſſori ſuccedit etiam in attentatis, itaut ex illis commodum aliquod, vel vtilitatem percipiat, aliàs enim reputatur tanquam tertius habens ius de nouo creatum a Papa, *Roman. conſil.* 374. *ſub num.* 5. *verſ. ſed Prælato*, *Rot. deciſ.* 13. *de procurat. in nou.* & ideo non tenetur purgare attentata prædeceſſoris, *Rot. deciſ.* 705. *ſub num.* 1. *part.* 1. *recent. & in Conuerſana iuriſdictionis* 10. *Nouembris* 1628. *coram R. P. D. Durano*. ad quod facit doctrina *Abbat. in cap. aduerſus*, *num.* 16. *de immunit. Eccleſ.* quòd quando officialis deliquit prætextu officij ad commodum ipſius officij, vel vniuerſitatis, tunc ſucceſſor tenetur ſatisfacere; ſecus ſi delinquat ad commodum proprium; quia tunc non ſucceſſor, ſed ipſemet officialis, & eius hæredes conueniri debent, quam doctrinam allegaui in hac cauſa *coram R. P. D. meo Veroſpio dicta die* 16. *Februarij* 1629.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana hæreditatis, ſeu paragij dotis.

Lunæ 20. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis probatur, ex quo quis denominatur hæres in iudicio, occaſione rei hæreditariæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris*.
2 *Aditio hæreditatis probatur ex eo, quòd quis vti hæres denominetur in aliquo actu iudiciali; & num.* 5.
3 *Verba*, cum effectu, *intelliguntur de eo, qui factis, & verbis hæres exiſtit, ampliatur num.* 4.
5 *Aditio oritur ex eo, quod quis tanquam hæredem ſe geſſerit in iudicio, occaſione rei hæreditariæ*.
7 *Verba*, hæredes, & ſucceſſores, *magis propriè referuntur ad ipſam proprietatem, quam vſumfructum, quia hæres idem eſt, quod dominus, amplia num.* 8.
9 *Nomen hæredis intelligitur etiam de vſufructu ſimplici. declara vt num.* 10.
11 *Verba quando poſſunt verificari in ſuo vero, & proprio ſignificatu, tunc ſecundum illud ſunt intelligenda*.
12 *Declaratio eorum, quæ pendent a ſolo animo, poteſt fieri quandocunque*.
13 *Exceptio poteſt declarari poſt terminum datum ad excipiendum*.
14 *In appellatione alternatiua quando vterque Iudex eſt competens, poteſt declarari, ad quem intellectum fuerit appellare, etiam poſt decem dies datos ad appellandum*.
15 *In declaratione, quæ retrotrahitur ad actum, non requiritur extremum habile a quo, imò fieri poteſt etiam ſi medio tempore fuiſſet tertio ius quæſitum, quando actus ſunt dubij. num.* 16.
17 *Actus dubij, & æquiuoci recipiunt interpetrationem a declaratione ſubſequuta*.
18 *Aditio hæreditatis probatur ex productione articulorum in quibus quis fatetur ſe hæredem, & alia quæ fieri nequeunt citra ius, & nomen hæredis*.
19 *Aditio probatur ex exactionibus crediti hæreditatis, præſertim ſi in proprium vſum conuertatur, vt num.* 21.
20 *Declaratio ſuper aditione hæreditatis in dubio poteſt fieri, etiam ab hærede hæredis*.

DECISIO CCLXXIX.

D. recedentes à reſolutione facta ſub die 16. Nouembris anni præteriti, dixerunt conſtare, q. Antonium Carolum adiuiſſe hæreditatē Gaſparis, & Pauli eius ex q. Orinthia prima coniuge filiorum in infantili ætate defunctorum. Et inter ceteros actus nouiter ex parte D. Fauſtinæ deductos ponderarunt cedulam, ſeu inſtrumentum appellationis per dictum Antonium interpoſitæ 13. Iulij 1597. à quadam ſententia graduatoria lata per ſecundum Collateralem in cauſa diſcuſſionis hæreditatis Colæ Antonij, quæ appellatio interpoſita fuit per d. Antonium vti procuratorem, & legitimum adminiſtratorem Fauſtinæ eius filiæ aduerſariorum filiorum prædefunctorum ſororis, necnon vti principalem reſpectiuè, cum iſtis ſubſequentibus verbis (cum effectu hæredes, & ſucceſſores bon. mem. Theodori Gualteroni creditoris dicti q. Colæ Antonij occaſione duorum annuorum cenſuum, de quibus in inſtrumentis in actis productis) *vt in ſummario Fauſtinæ num.* 6. Antonius autem, & Fauſtina non potuerunt eſſe hæredes, & ſucceſſores cum effectu dicti Gualteroni, niſi mediantibus dd. filijs præmortuis hæredibus dictæ Orinthiæ matris, quæ fuerat dicti Gualteroni ſoror, & hæres: & conſequenter dicti Antonius, & Fauſtina vti hæredes dictorum filiorum rectè dici potuerunt hære-
1 des Gualteroni: cum hæres hęredis dicatur hæres ipſius teſtatoris, *l. fin. C. de hæred. inſtit. cum alleg. per Surd. conſ.* 212. *num.* 17. *& Pereg. de fideicom. art.* 33. *num.* 15. *&* 31. Ad oſtendendum verò, quòd Antonius dictorum filiorum hæreditatem adiuerit, ſufficit, quòd hæredem ſe
2 nominauerit in d. inſtrumēto appellationis; quādo enim

de

de hærede fit mentio, intelligitur de eo, qui hæres fuit
mediante aditione, *l. 3. §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit.
Bart. in l. ſi in diem 46. in princ. ff. de cond. & demonſt.
Alex. conſ. 1. num. 6. lib. 1. Soccin. ſen. conſ 91. num. 3.
lib. 1. Dec. conſ. 635. num. 13. & ſeq. Rum. conſ. 120.
num. 2. lib. 2. Natt. conſ. 189. num. 6. & conſ. 465. num.
7. Roland. conſ. 159. num. 17. lib. 3. Tiraq. in tract. le
mort ſaiſit le viſ. part. 2. declar. 3. num. 2. & Surd. conſ.
274 num. 7.* Præſertim adiunctis illis verbis *cum effe-*
3 *ctu*, quæ intelliguntur de illo, qui factis, & verbis hæres
extitit, *Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 128. num. 5.
Simon. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 3. interp. 1. dub. 3.
ſolut. 5. num. 34. & ſeq. & Surd. vbi ſupra num. 8.* Quæ
procedunt, ſiuè Antonius dicatur ſe ſaltem expreſſiſſe
4 demonſtratiuè, ſiuè per modum cauſæ, *Bart. in l. gerit
num. 15. verſ. ſi verò iſta verba, & verſ ſi verò pro-
feruntur, ff. de acquiren. hæredit. & in l. ſi ſocer, §.
Lucius num. 4. ff. ſolut. matrimon. Iaſ. in l. ex his ver-
bis, num. 2. verſ. nonò limita*, C. de teſtament. milit. *Dec.
conſil. 218. num. 15. Aym. conſil. 217. num. 7. Bellamer.
deciſ. 125. num. 1. Mantic. de coniectur. vlt. m. volunt.
lib. 12. tit. 11. num. 10. verſ ſi verò, & latiſſimè Nicol.
de Paſtor. in tractat. de verb. enunciat. lib. 3. quæſt. 7.
num. 1. & ſequentib. & quæſt. 10. num. 3.* Tantò magis
5 cum id fecerit in actu iudiciali, aditio enim oritur ex
eo, quòd quis tanquam hæres egerit in iudicio, occa-
6 ſione rei hæreditariæ, *Aret. conſ. 136. in princ. Mantic.
d. lib. 12. tit. 10. num. 13.* Nec dicta verba, *hæredes, &
7 ſucceſſores*, poſſunt intelligi quoad Antonium, reſpectu
vſusfructus, cum magis propriè referantur ad ipſam
proprietatem, *Bald. in l. ſi non ſpeciali, num. 7. C. de
teſtam.* & hæres ſit idem, quòd dominus, *§. vlt. & ibi
not. gloſ. Inſt. de hæred. qual. & diff. Gloſ. in l. item Mela,
§. item, & cum, eo in verb. hero, ff. ad l. aquil. Soccin.
Iun. conſ. 84. num. 8. vol. 1. Burſatt. conſ. 12. num. 20.
lib. 1. Menoch. conſ. 171. num. 9. & Peregr. de fideic. art.
32. num. 27.* Præſertim cum ſint concepta in numero
8 plurali, ideoque non poſſint ad ſolam Fauſtinam reſtrin-
gi *iuxta not. in cap. pluralis loquutio, de reg. iur. in 6.* &
conſequenter ſicuti reſpectu Fauſtinæ intelliguntur ra-
tione proprietatis, ita etiam dicendum eſt reſpectu An-
tonij ad reg. *vulg. l. iam hoc iure, C. de impub. & alijs
ſubſtit.* Non obſtat, quòd nomen hæredis intelligatur
9 etiam de ſimplici vſufructu, *Dec. conſ. 378. num. 3. verſ.
vndè poſtremò*. Nam omiſſo, quòd eſt opinio admo-
dum controuerſa, reſponſum fuit, quòd poſſet fortè
10 procedere in eo, cui vſusfructus titulo hæreditario fuiſ-
ſet relictus, vel in eo, in quo titulus hæredis verificari
non poſſet niſi reſpectu ſolius vſusfructus, non autem
in eo, qui habet vſumfructum à lege, prout Antonius
tanquam pater in bonis dictorum filiorum, & in quo
verba poſſunt verificari in eorum vero, & proprio ſi-
11 gnificatu, tunc enim ſecundùm illud veniunt omninò
intelligẽda, *ad text. in l. 1. §. ſi actis qui nauem. ff. de exercit.
Surd. conſ. 240. num. 4. & 5.* Et ideò ſi dictum ver-
bum, *hæredes*, poteſt accipi in proprio ſignificatu, quod
eſt de hærede, quo ad proprietatem, vt ſupra firma-
tum eſt, non debet intelligi de hærede quoad ſolum
vſumfructum, qui impropriè dicitur hæres. Non ob-
ſtat quòd per illam dictionem, *reſpectiuè*, in dicto inſtru-
mento appoſitam dictum verbum, *hæredes*, ſit refe-
ren. ad ſolam Fauſtinam vti proprietariam, & verbum,
ſucceſſores, ad Antonium vti vſufructuarium. Quia (vt
ex lectura dicti inſtrumenti apparet) dictio iſta non re-
fertur ad dicta verba, *hæredes, & ſucceſſores*, quæ poſt
eam ſubſequuntur, ſed tantùm ad immediatè præceden-
tia, videlicet patrem, & legitimum adminiſtratorem,
ac principalem, & ſic poſita fuit tantùm ad diſtinguen-
dum duplicem perſonam in dicto Antonio patre Fauſti-
næ, & principalis reſpectu propriæ; aliàs enim ſi agere
voluiſſet tantùm nomine Fauſtinæ, ſatis erat dicere
eius patrem, & legitimum adminiſtratorem, & ſuper-
fluum, imò ineptum fuiſſet verbum illud, ac principa-
lem, quod non conuenit niſi ei tantùm, ad quem ſpectat
negotium vti proprium, vt notiſſimum eſt. Denique
non obſtat, quòd dicta verba fuerint prolata de tempo-
re, quo Antonius non poterat eſſe hæres, videlicet poſt
tranſitũ ad ſecunda vota, propter quæ amiſerat ſucceſ-
ſionem quæ euenerat 1. Decembris 1614. Quia hæc non
adducuntur ad inducendam aditionem de iſto tempore
inhabili poſt tranſitum ad ſecunda vota, ſed ad proban.
eam fuiſſe ſequutam de tempore habili; quæ declaratio
vti de re à ſolo animo dependente potuit fieri quando-
12 cunque, *Bart. in l. non ſolum, §. morte, num. 15. & ibi
Iaſ. num. 40. ff. de nou. oper. nunc. Dec. in l. ſemper qui
non prohibet, num. 14. verſ item, & 2. ff. de reg. iur. &
in l. 1. in 3. lect. num. 84. verſ. tertiò non habet locum,
A C. qui admit. Surd. deciſ. 29. num. 1.* A, etiam de quo,
actus, qui declaratur, geri non poſſet, *Surd. ibidem num.
2.* vt de declaratione poſitionis antea factæ, quòd fieri
poſſit, etiam lapſo termino ad ponendum, & articulan-
dum, *Aret. in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, num. 7.
verſ. & idem dicit, de teſtam. Surd. d. deciſ. num. 3.* Prout
13 etiam declarari poteſt exceptio poſt terminum datum
ad excipiendum, *Archid. in can. ad hæc 13. quæſt. 2. num.
2. Abb. in cap. paſtoralis, num. 31. verſ. vide etiam, &
ibi Dec. num. 79. de except.* Et prout in appellatione al-
ternatiua quando vterque Iudex ſit competens, po-
14 teſt declarari, ad quem intellectum fuerit appellare
etiam poſt decem dies datos ad appellan. *Angel. in
l. cum proponas 9. num 2. C. de bon. Auth. Iud. poſſ.*
15 Cum enim declaratio retrotrahatur ad actum, non re-
quiritur in ea extremum habile, à quo *Bald. in l. ſed &
ſi quis, §. interdum in verſ. quid ergo, ff. de vſufr. & Aret.
in l. 1. §. ſi quis ita; num. 27. verſ. quia vt dixi, ff. de
verb. obligat.* Imò fieri poteſt, etiam ſi medio tempore
16 fuiſſet tertio ius quæſitum, cum agatur de declaran.
actibus non certis, & claris, ſed dubijs, & æquiuocis
geſtis de tempore habili, *Caſtr. in l. hæredes palam, §.
ſi quid poſt, num. 4. verſ. multoties etiam, ff. de teſtam.
quam ſequuntur plures relati per Becc. conſ. 3. num. 44.
& latè Surd. d. deciſ. 29. num. 7. & conſ. 188. num. 28.
verſ. reſpondeo 2. loco, & Manloſ. in reg. de non toll. iur.
quæſit. quæſt. 13. num. 6. & 7.* Cum itaque ſubſiſtat de-
claratio prædicta clara, & explicita, & quæ citra adi-
tionem fieri non potuit, ſequitur, quòd actus in alia de-
ciſione relati, & alij hodie pro eadem D. Fauſtina ad-
ducti, quatenus alioquin dici poſſent dubij, & æquiuo-
17 ci, tamen recipiunt declarationem à dicta appellatio-
ne clara, & indubitata, cui ſtandum eſt, cum ea fuiſſet
ſufficiens ad conueniendum dictum Antonium vti hære-
dem dictorum eius filiorum; quæ præcipuè dici poſſunt
de articulis ab ipſomet Antonio præuia citatione ad di-
cendum contra productis, in quibus pro legitimatione
18 eius perſonæ articulauit, ſe adiuiſſe hæreditatem dicto-
rum filiorum, dicendo, & faciendo actus, qui fieri non
B poſſunt citra ius, & nomen hæredis, ac de exactione B,
facta poſt obitum dictorum filiorum pretij vineæ hæ-
reditariæ dicti Gualtetoni venditę ante illorum mor-
19 tem, præſertim quia talis exactio videtur abſque du-
bio facta titulo, & nomine hæreditario, cum Antonius
20 dictum pretium in proprios vſus conuerterit vt poſt
allegatos *Rot. apud Accoramb. deciſ. 22. lib. 2. in manuſcr.
& in Maceraten. bonorum 5. Iunij 1602. coram bon. mem.
Iuſto.* Quod patet, quia non conſtat, quòd illud in ali-
quibus ſtabilibus reinueſtiuerit, quæ Fauſtinæ proprie-

cariæ poſtea remanerent, prout feciſſet, & debuiſſet, ſiuè exigiſſet vti vſufructuarius, *vt per text. in l fin. ſ. ipſum autem, in fin. C. de bon. quæ lib. tradit Ruin. conſ. 142. in princ. lib. 1.* ſiuè vti adminiſtrator, *Aym. conſ. 286. col. 2. verſ. ſecundò reſpondeo.*

Et ideo ex his Domini receſſerunt à deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Circa aditionem hæreditatis io dubio ſtatur nedum de-
21 clarationi hęredis, ſed etiam hęredis hæredis, *Aym. conſ. 197. num. 4 Cæſ de Graſſ deciſ. 11. alias 161. num. 5. de teſtam. Corn. conſ 77. num. 7. lib. 3. Alex. conſ. 126. num. 4. circa fin. lib. 7. Tiraq. de retract. lignag. ſ. 36. gloſ. 7. num 3. Mantic. de coniect. d. lib. 12. tit. 12. num. 26.*

B Aditio inducitur per exactinnem crediei hæreditarij, & per ſolutionem debiei, vt de primo eſt *text. in l. pro hærede; ſ. Papinianus, ff de acquir hæred* & de ſecundo *eſt text. in l. 2. C. de iur. delib. Marant. in l ſi poteſt num. 75. de acq hæred Alex conſ. 37. num. 1. lib 3. Pariſ. conſ 16. num 41. lib. 2. Natt. conſ 180. num. 12. lib. 1. Mantic. de coniect. d. tit. 12. num 13. Didac Spin. in specul. teſtam. gloſ. 33. num. 36. ad fin. & ſeqq.* videndus pro intellectu *d l. 2. C. de iur. de lib.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Mindonien. Canonicatus.

Veneris 24. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Regula de triennali ſuffragatur poſſeſſori, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, etiam aduersùs prouiſum Apoſtolicum. Poſſeſſio quãdo dicatur pacifica ad effectum d. regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali obſtat tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

2 *Regula de triennali poſſeſſorem defendit, etiam aduersùs prouiſum Apoſtolicum.*

3 *Poſſeſſio triennalis vt non dicatur pacifica, debet apparere de aliqua controuerſia, aut moleſtia iudiciali, vel circa poſſeſſionem, aut fructuum perceptionem illatam.*

4 *Litis pendentia, vt inducatur, oportet, quòd citationis executa per nuncium Iudiei, vel in actis fiat relatio.*

5 *Præſcriptio vt interrumpatur, neceſſaria eſt citationis tranſmiſſio.*

7 *Poſſeſſio non deſinit eſſe pacifica per ſolam confeſſionem poſſeſſoris notitiæ habitæ de citatione contra eum decretam, allegatam per actorem negligentem, etſi aliunde non appareat de vera lite per executionem citationis, vel productionem mandati ipſius poſſeſſoris.*

7 *Lis vt dicatur pendere, vltra ſcientiam, requiritur actus executiuus.*

8 *Bona, vel mala fides non attenditur in regula de triennali, ſed ſolum pacifica poſſeſſio.*

9 *Lis quoad actorem, qui cauſam commiſit, dicitur pẽdere per ſolam ſcientiam commiſſionis, ſecus autem quoad reum.*

10 *Lis dicitur pendere, quando ex confeſſione rei apparet, ipſum fuiſſe citatum, licèt non conſtet de legitima citatione.*

11 *Tranſactio litem, & controuerſiam ſupponit.*

12 *Vicarius beneficium conferre nequit, abſq; ſpeciali mãdato.*

13 *Vicarius inſtituere poteſt, licèt non conferre.*

14 *Inſtitutio facta ab habente poteſtatem tribuit titulum coloratum in quocunque caſu, & ad quemcunque effectum, nec admittit quæſtionem validitatis, vel inualiditatis. num. 15.*

16 *Collatio, vel inſtitutio qualibet a quolibet facta, in terminis regulæ de triennali, (dummodo non ſit ſimoniaca, nec de beneficijs reſeruatis ex reſeruatione in corpore iuris clauſa) tribuit titulum coloratum.*

17 *Arbitrium vt intret ad retardandam executionem Breuis ſubrogationis, ſufficit, ſaltem dare fumum boni iuris, & quod ſubrogatio reddatur turbida, & altiorem diſcuſſionem requirens.*

DECISIO CCLXXX.

FVIT ſub die 6. Iunij 1616. reſolutum, eſſe locum arbitrio ad retardandam executionẽ Breuis ſubrogationis gratioſæ impetratæ per Alphonſum, qui reportauerat ſententiam declaratoriam ab A C. à qua reſolutione fuit receſſum 16. Nouembris anni præteriti, eo quia DD. viſum fuit non ſubſiſtere fundamentum illius, videlicet Breue non poſſe dici ſubreptitium, licèt in eo nõ eſſet facta mentio ſenteotiæ Ordinarij latę ſuper denegata executione literarum Apoſtolicarum pro dicto Alphonſo, eum dictum fuerit, dictam ſententiam tanquam nullam non fuiſſe exprimendam: & ad regulam de triennali, qua nitebatur Franciſcus, fuit reſponſum, quòd illi non erat locus, eo quia ipſe non fuerat triennalis pacificus poſſeſſor, & ob defectum tituli colorati. Verùm ab hac reſolutione hodie receſſerunt DD. ex nouiter deductis, & ſteterunt in primo loco deciſis, videtur intrare arbitrium ad effectum ſuperſedendi in executione. Et fundamentum potiſſimum fuit
1 ſuper regula de triennali, quæ obſtat tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio, *gloſ ad dictam regulã verſ. item dicitur, Caſſad. deciſ. 5. num. 5. de reſt. ſpol. Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. num. 25. verſ. ex his infertur,* & *in prax. benef. ſuper 3. par. ſignat. in verb. ac regula de annali verſ. ſed ſi quis impetrauerit,* fuitque dictum in prædicta de-
2 ciſione: & poſſeſſionem defendit etiam aduersùs prouiſum Apoſtolicum, *Sarnen. deciſ. 71. Ant. Auguſ. in epit. ſuper ead. reg num. 17.* Non obſtant ea, ex quibus tunc concluſum fuit, beneficium triennalis excludi, nempè defectus poſſeſſionis, & tituli colorati. Nam quo ad primum quòd non conſtaret de poſſeſſione Franciſci, ex quo non docebatur de mandato Petri, qui illius nomine poſſeſſionem apprehendit, tollitur hodie per exhibitionem publici inſtrumenti mandati ſpecialis per Franciſcum in perſonam dicti Petri ad ipſius nomine capiendam Canonicatus poſſeſſionem facti, *vt in eius ſummario num. 1.* Hæc autem poſſeſſio ſatis etiam pacifica nunc viſa fuit ad effectum prædictæ regulæ, quicquid dictum fuerit in proxima reſolutione: etenim non
3 apparet de aliqua controuerſia, aut moleſtia iudiciali, vel circa poſſeſſionem, aut fructuum perceptionem illata, prout requiritur *Put. deciſ. 317. lib. 1. ſecundùm nouiſſ. impreſſ. Caputaq. deciſ. 26. num. 2. par. 1. & deciſ. 37. num. 3. par. 3. Seraph. deciſ. 1254. num. 2. par. 2. Sarnen. in dicta regula quæſt. 58. num. 2.* Neque illa probatur ex narratiua litis facta in concordia inter Petrum, & Franciſcum inita ab anno 1608. Tum quia cum in ea ſolùm enuncietur, quòd fuerit expeditum Breue, & præſentatum coram A. C. ad inſtantiam commiſſarij, & prædicti Petri, & vigore illius prætendebatur procedi contra dictum Franciſcum, hinc non elicitur, quòd ipſe habuerit notitiam expeditionis, nec intimationis

mo-

monitorij A.C. cum de hoc nulla ibi fiat mentio. Tum
quia etiam ſi ex ea enunciatiua reſultaret confeſſio Frã-
ciſci, quòd habuerit ſcientiam dicti monitorij: attamen
ea non ſufficeret, quia ex hoc non ceoſeretur inducta
4 litis pendentia, ad quam requiritur, quòd citationis
exequutæ per nuncium Iudici, vel in actis fiat relatio,
*Anchar. & alij omnes in Clem. 2. vt lit. pend. Alex. in l. fin.
in princ. col. 4. num. 12. verſ. nec omitto, ff. de eo per quem
fact. er. & ibi Iaſ. col. 3. in 5. limit. Bart. in l. hoc autem,
§. 1. per illum tex.* ibi, conſtare debet, liquereq. Prætori,
*ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & Balb. de præſcript. par. 3.
ſextæ par. princ. quæſt. 4. num.* 25. & 26. & ſit neceſſaria
tranſmiſſio citationis, eſt *tex. in l. libertus la 2. ff. de in ius
voc. vbi Bart. & Bald.* notant de libelli oblatione etiam ad
5 effectum interrumpendi præſcriptionem, *idem Bart. in l.
1. num. 1. & Bald. num. 3. C. quan. libell. Princ. dat. &
dictum fuit coram me in Veneta donationis 11. Maij
1615. & nouiſſimè in Granaten. computorum 7. Maij præ-
teriti coram Reuerendiſſimo D. Decano.* Quare nec poſ-
6 ſeſsio ipſa deſinit eſſe pacifica per ſolam confeſſiooem
poſſeſſoris, notitiæ habitæ de citatione contra eum de-
creta, allegatam per actorem oegligentem, ſi aliunde
non appareat de vera lite per exequutionem citationis,
vel productionem mandati ipſius poſſeſſoris, *Sarn. in
hac reg quæſt.* 55. qui allegat, ità deciſum fuiſſe coram
7 Puteo; nam vltra ſcientiam requiritur actus exequuti-
uus, *Pariſ. conſ.* 81. *num.* 13. *lib.* 4. & in hac materia
8 bona, vel mala fides non attenditur, ſed ſolùm pacifica
poſſeſſio, *Sarn. quæſt. 22. num. 4. verſ. ita, Creſc. deciſ.
1. num. 1. cum ſeqq. de præſcript.* Non obſtat deciſio Caſ-
9 *ſad. 6. num. 5. verſ. nihilominus dicitur capta, ſuper reg.
cum alijs deciſ concord. vt deciſ. 6. vt lit. pend. in nou. & 4.
eod. tit. in antiq. Verall. deciſ. 171. num. 3. par. 2.* Quia lo-
quuntur in actore, qui cauſam cõmiſit, & ideò eſt certus
de lite per eum mota, vt dicitur *in d. deciſ. Caſſad. num.*
3. Hæc autem certitudo non eſt talis in eo, niſi doccea-
tur de exequutione citationis ſibi facta, vel quòd per
eum ſteterit, quominus ad ipſius notitiam veniret, iu-
xta *Clem. 2. vt lit. pend. & trad. Sarn. vbi ſupra.* Non ob-
10 ſtat ſimiliter *deciſ. Creſc. 6. de cauſ. poſſ. & propriet.* quia
loquitur in diuerſis terminis, nimirum quando ex con-
feſſione rei apparet, ipſum fuiſse citatum, licèt non con-
ſtet de legitima citatione; hic autem ex enarratis in
dicta concordia, ſupponimus, reſultare tantùm confeſ-
ſionem habitæ notitiæ expeditionis monitorij, non au-
tem exequutionis illius. Neque dicatur, quòd lis vi-
11 deatur ſufficienter probata ex prædicta tranſactione in-
ter Petrum, & Franciſcum inita, quæ profectò litem,
& controuerſiam ſupponit. Quia imò cum ſolus metus
futuræ litis ad tranſigendum ſufficiẽs cauſa ſit iuxta tex.
A io *l. 2. cum ibi not. C. de trãſac.* A, ſatis eſt, qoòd moleſtia iã
realiter illata fuerit, quæ Franciſcum ad ineundam con-
cordiam adegerit. Quod magis in propoſito ſuadetur ex
ipſiſmet verbis concordiæ, dum ibi ſolùm aſſeritur,
quòd Breue fuerat præſentatum, & quòd prætendeba-
tur procedi contra Franciſcum; ex quo colligitur, quòd
hæ moleſtiæ eſſent tantùm mentales, & verbales, & non
deductæ ad actum, quæ non ſufficiunt ex prædictis; con-
uentio verò inter partes ibidem facta de ſoluenda cer-
ta ſumma pro ſumptibus litis, nihil facit, quia poteſt
intelligi de lite præparata per Petrum, mediãte præſen-
tatione Breuis, & de expenſis factis io eiuſdem impe-
tratione, & in obtinendo monitorio, cum de alia non
fiat mentio in dicta concordia, nec ex actis doceatur.
Quoad ſecundum verò de defectu ſcilicet tituli colorati
12 deducto ex eo, quòd Vicarius non poſſet beneficium
conferre abſque ſpeciali mandato, *cap. 1. de offic. Vicar.
lib. 6. Rot. deciſ. 7. num. 2. de offic. Vicar. in nou.* Reſpon-
ſum fuit dupliciter. Primo quòd hic non fuit aliqua
collatio facta per Vicarium, ſed tantummodo inſtitu-
tio ad nominationem Decani, & Capituli; certum eſt
13 autem, quòd licèt Vicarius conferre non poſſit, po-
teſt tantùm inſtituere *Gloſ. in cap. ex frequentibus, in
verbo officialium, de inſtit. & ibi Butr. num. 6. verſ. ve-
nio, Anchar. num. 5. Abb. num. 7. Imol. num. 7. Card.
in fin. verſ. oppono ad hoc, Ioan. de Anan. num. 10. & gloſ.
in cap. fin. vbi Franc. Geminn. & alij de offic. Vicar. Rocch.
de iurepatr. in verbo competens num. 67. verſ. contrarium,
Lamber. eodem tract. lib. 2. par. 3. quæſt. 1. princ. art. 1.
nu. 2. verſ. contrarium tamen, cum cumul per Sbrozz. tract.
de Vicar. lib. 1. quæſt. 9 num.* 3. Et ideo inſtitutio tan-
quam facta ab eo, in quo eſt poteſtas inſtituendi tribuit
14 titulum coloratum, in quocunque alio caſu, & ad
quẽcumque alium effectum, *Lap. alleg. 16. num. 2. Caſ-
ſad. d. deciſ. 7. num. 3. ſuper reg. Mandoſ. ſuper reg. 16.
15 quæſt 26. num. 7. & Sarn. ſuper reg. de trienn. quæſt. 28.
num.* 4. Nec admittit quæſtionem validitatis, vel in-
ualiditatis, *Mandoſ vbi ſupra num.* 6. Secundò, qoia in
terminis regulæ de triennali, quælibet collatio, ſeu in-
16 ſtitutio à quolibet facta (dummodo non ſit ſimoniaca,
nec de beneficijs reſeruatis ex reſeruatione in corpore
iuris clauſa) tribuit titulum coleratum, *Sarn. ſuper di-
cta reg. quæſt. 17. num. 7. verſ. & illa omnia*, allegatur
deciſio Littæ in Seguntina Canonicatus. Quare ceſſat
motiuum, quòd conſtet de titulo infecto, cum Canoni-
catus fuerit collatus in menſe reſeruato; quia regula
non excludit alium titulum pro colore, dummodo non
ſit ſimoniacus, vel reſeruatio ſit in corpore iuris clauſa,
vt dictum eſt: extra iſtos caſus non intrat regula, quòd
non præſumatur quis habere meliorem titulum, quàm
productum, *Caſſad. deciſ. 3. num. 7. & 8. & deciſ. 4. de
cauſ. poſſ. & propr.* Tandem vt intret arbitrium, ſufficit ex
17 his omnibus ſaltem dari ſumum boni iuris, & quòd hinc
inde plures deducantur perplexæ concluſiones, quæ ſub-
rogationem turbidam faciãt, & altiorem diſcuſſionẽ re-
quirentem, vt fuit dictum *coram R. P. D. meo Dunozet. in
B illa Oſcen. portionis 17. Nouembris præteriti* B, maximè
quia aduerſario, nullum fit præiudicium, ſed ſolum ſu-
perſedetur, donec merita cauſa meliùs diſcutiantur, vt
in *Aurien. Parochialis 27. Aprilis* 1598. *coram Illuſtriſſi-
mo Lancellotto, & in alijs pluribus.*

ANNOTATIO.

A *Becc. conſil. 109. num. 6. lib. 1. Natt. conſil. 465. num. 2.
Seraphin. deciſ 688. num 7. & deciſ. 737. num. 3. Gregor.
XV. deciſ 149. num. 2. & ibi Adden alijs adductis num. 5.
& fuit dictum in Terracinen molendini 28. Ianuarij 1628.
coram R. P. D. Pirouano. & in Larmen tranſactionis 20.
Decembris 1627. coram R. P. D Durano, in Bononien.
tranſactionis de Capacellis 14. Martij 1616. coram bon mem
Andrea, Cardinal. Caualer. deciſ. 407. num. 7. & deciſ.
448. num. 2. cum alijs per Gratian. diſcept. 476. num. 1. &
ſeq.* & ſuffragatur etiam periculum litis, quamuis non de
præſenti, *Rot deciſ. 447. num. 2. part. 2. recent.* & ſuf-
ficit aliquis timor probabilis dubitationis, ex futura ne-
gatione, quæ non eſſet calumnioſa, *Seraph. d. deciſ. 737.
num. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 235. num. 2. part. 2. Mantic. de
tacit. lib. 26. tit. 1. num. 16. & ſeq. Natt. conſil. 548. num.
13. lib. 3.* & attenditur etiam controuerſia extraiudicialis,
*Mantic. d. lib. 26. tit. 1. num. 16. & fuit dictum in Roma-
na hereditatis de Matthæis 21. Maij 1627. coram R. P. D.
Verils, Gratian d. cap. 476. num. 3.*
B Et quòd vt ſit locus arbitrio ad retardandam executionem
breuis ſufficiat fumus boni iuris, *Gregor XV. deciſ. 58.
Rota in Cracouien. Præpoſituræ 29. Ianuarij 1629. coram*

R. P.

R. P. D. *Virili*, in qua fuit dictum, ſufficere ſumum, & veriſimilem probationem iuriſpatronatus in perſonis potentibus, quando non agitur ad effectum illud canonizandi, nec tradendi poſſeſſionem præſentato, ſed ad effectum, vt intret arbitrium pro retardatione gratiæ, & prouiſionis alterius.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana nullitatis obligationis.

Veneris 24. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Filius familiàs ad obligationes pro patre factas non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, etiam ſtante obligatione Camerali iurata; niſi expreſsè renunciauerit beneficio, *l. 2. C. quod cum eo.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio* l. 2. C. quod cum eo, *quilibet poteſt renunciare*, num. 1. *præſertim accedente iuramento* num. 2. *vbi ratio aſſignatur*.

3 *Renunciatio beneficio*, l. 2. C. quod cum eo, *debet eſſe ſpecialis, & expreſſa, nec ſufficit generalis.*

4 *Beneficium* d. l. 2. *pendet ab euentu ſolutionis patriæ poteſtatis, ideo non comprehenditur ſub generali renunciatione.*

5 *Renunciatio generalis non trahitur ad excluſionem iuris, quod oritur ex cauſa de futuro.*

6 *Renunciatio ſpecialis, & expreſſa requiritur in iure de futuro, & ignorato.*

7 *Filius fam. qui poſt mortem patris abſtinuit ſe ab hæreditate paterna, gaudet beneficio* l. 2. C. quòd cum eo, *& idẽ eſt ſi adiuit hæreditatem cum beneficio*, l. *& inuentarij num.* 12.

8 *Clauſula*, renuncians omni legum, & iuris auxilio, *comprehendit beneficium* d. l. 2. C. quod cum eo, *contrarium, num.* 11.

9 *Cedendarum beneficio renunciatum non cenſetur per clauſulam*, Renuncians omni legum, &c. *& num.* 11.

10 *Cedendarum exceptio non tollitur per obligationem Cameralem.*

12 *Cameralis obligatio non continet renunciationem beneficij*, l. 2. C. quòd cum eo.

13 *Clauſula* in ſolidum, & de ſoluendo totum, & integrum debitum, *an tollat beneficium*, l. 2. C. quòd cum eo, *& numero* 15.

14 *Obligatio filij familiàs ſemper eſt in ſolidum, & de ſoluendo totum, & integrum debitum.*

16 *Iuramentum non mutat naturam contractus, ſuper quo apponitur, ſed ſecundum illam intelligitur, & eandem recipit iuris interpretationem.*

17 *Iuramentum roborat obligationem, non autem auget illius effectum.*

18 *Iuramentum in renunciatione appoſitum ad illos tantùm caſus refertur, ad quos renunciatio ipſa extenditur.*

19 *Iuramentum non obſtat exceptioni* l. 2. C. quòd cum eo.

20 *Beneficio ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, renunciari nequit, quando competit perſonæ renuncianti propter debitam reuerentiam, ſecus ſi ratione contractus, vel ſocietatis: & exemplificatur in marito, & ſocero.*

22 *Filius familiàs tenetur ad obligationes pro patre factas de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, & aduentitijs quæ habebat de tempore obligationis.*

DECISIO CCLXXXI.

1 LICET vera ſit concluſio quòd poſſit
renunciari beneficio *l. 2. ff. & C. quod
cum eo, &c. Alber. in rubr.* C. *eod tit.
in princ. Franc. deciſ.* 164. *num.* 7. *&*
181. *num.* 8. *&* 9. *Vrſill. ad Afflict. de-
ciſ.* 308. & ita omnium voto reſolu-
tũ fuiſſe in Cõſilio Regni Siciliæ *refert*
Mar. Giurb. deciſ. 42. *num.* 7. *& in Brunduſina pecu-
niaria* 11. *Aprilis* 1611. *coram Reuerendiſſ. D. Lugdunen.*
& coram me 15. *Decembris* 1613. *&* 21. *Aprilis* 1614.
2 Quod ſinè difficultate procedit accedente iuramento,
cum dicta renunciatio non ſit inducta ex cauſa reueren-
A tiæ A, & contra bonos mores, *Didac. in repetit. cap.
quamuis, de pact. in initio* 2. *part. num.* 4. *in fin. &
num.* 5. *vſque in finem, & præſertim num.* 8. *in fin. verſ.
quintò aduerſus*, ſed concernat primariò fauorem priua-
tum, & ideò eſſe extra omnem difficultatem, docet *La-
dereb. conſ.* 30. *num.* 10. *in fin.* & in ſpecie huic benefi-
cio iuramento renunciari poſſe, *Caraut. ſuper rit. Mag.
Cur. rit.* 166. *num.* 70. *in fin. & in pragmat. per excellen-
tem, §. vel fuerint emancipati, num.* 70. *in fin. & latè
d. deciſ Sicil.* 42. *num.* 9. Verumtamen alia quoque con-
cluſio vera eſt, quòd generalis renunciatio non ſufficit,
3 ſed neceſſaria eſt expreſſa, & ſpecialis: in quibus ter-
minis ponendo illius formam loquitur *Alberic. in d. rubr.
C. quod cum eo, Pariſ conſ.* 94. *num.* 48. *in fin. lib* 1.
Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 308. quem reprehendit *d. deciſ.
Sicil.* 42. *nu.* 7. dum dixit, Albericum non requirere ſpe-
cialem renunciationem, & ita etiam tenet, *d. deciſ.
Franch.* 181. *num.* 4. 9. 11. *&* 13. *Minad. conſ.* 17. *circa
fin. Molpheſ. conſ.* 4. *num.* 1. *&* 2: qui teſtatur, ita fuiſſe
deciſum *per Conſ Neapolitan. & latè cumulat. d. deciſ. Si-
cil. num.* 19. *&* 20. Cum iſtud namque beneficium pen-
4 deat ex euentu ſolutionis patriæ poteſtatis, non com-
prehenditur ſub generali renunciatione, quæ non ex-
tenditur ad beneficium, quod non competit de tempo-
re ipſius renunciationis, ſed pendet ex alio euentu, vel
conditione, *Bald. in l. ſi diuiſa, C locat. Roman. conſ.*
472. *num.* 5. *Dec. conſ.* 27. *Marſil. in rubr. de fideiuſſ.
num.* 29. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 19. *num.* 19.
5 *num.* 10. *&* 11. Nec trahitur ad excluſionem iuris,
quod ortum habet ex cauſa de futuro, *Rom. d. conſ.* 472.
num. 5. *verſ ſecunda, et generalis, Dec. d. conſ.* 27. *num.*
3. *Marſil. in d. rubr. de fideiuſſ num.* 29. *verſ. ſecundò
6 dicit.* & generale eſt, quod in iure de futuro, & ignora-
to ſpecialis, & expreſſa renunciatio requiritur, *Bart.
in l.* 1. *num.* 4 *& ibi Iaſ. num.* 17. *verſ. in* 3. *membr.
Zuccard. num.* 159. *& Rip. num.* 26. *C de pact. Tira-
quell. in l. ſi vnquam, in præfat. num.* 130. *cum alijs per
Surd. conſ.* 15. *num.* 28. *& conſ.* 418. *num.* 24. & in ter-
minis latè comprobat *d. deciſ. Sicil.* 42. *num.* 21. *verſ.* 2.
huiuſmodi verò ſpecialis, & expreſſa renũciatio non le-
gitur, nec apparet in inſtrumentis obligationum facta-
rum per D. Angelum dum erat filius familiàs, quod nec
per partes controuertitur, ſed creditores prætendunt;
illam reſultare ex alijs, prout infra; ideo cum d. Ange-
lus per mortem d. eius patris, ſui iuris effectus ſe ab-
7 ſtinuerit ab hæreditate paterna, omniaque bona hære-
ditaria creditoribus dimiſerit, nihil obſtat, quin ipſe
B debeat gaudere huiuſmodi beneficio B, iuxta claram
diſpoſitionem dd. iurium, & in iſtis præciſis terminis,
latè *Pariſ dicto conſ.* 94. *num.* 43. *& ſeqq. Vrſill. ad Af-
flict, d. deciſ.* 308. *Franch. d. deciſ.* 181 *cum alijs ſupra cita-
tis.*

tu. Non obſtant clauſulæ, ex quibus prætenditur reſul-
tare hanc expreſſam renunciationem, vel illi æquipol-
8 lentem. Et primò, clauſula, *renuncians omni legum*,
& iuris auxilio, quam ſufficere tenuerunt, *Corn. conſ.*
181. *volum.* 3. *Gozzad. conſ.* 69. *num.* 20. *Rolan. conſ.* 13.
num. 10. *vol.* 1. *& conſ.* 17. *num.* 16. *vol.* 4. *Bertazz. de
clauſ. inſtr. clauſ* 40. *gloſ.* 6. *num.* 4. *cum alijs per Mo-
dern. clauſ.* 136. *num.* 5. *par.* 1. Nam quicquid ſit an hæc
clauſula dicatur ſpecialis, vel expreſſa, vel æquipol-
lens, itaut poſſit operari renunciationem iſtius benefi-
cij, quod non de præſenti, ſed de futuro, & ex noua
9 cauſa competit: prout in ſimili per illam non cenſeri re-
nunciatum beneficio cedendarum, voluit *Roman. conſ.*
472. *num.* 2. *in fin. Dec. conſ.* 99. *num.* 3. *&* 446. *num.*
2. & *Addentes ad ipſum in cap. ex parte, il 2, num.* 58. *li-
tera F, de offic. deleg.* qui hanc opinionem veram dicunt,
& de veriori, *Mandoſ. in addit. ad d. conſ. Roman.* 472.
in litera P. & de æquiori, veriori, ac communiori, *Ber-
tazz. d. clauſ* 40. *gloſ.* 6. *num.* 2 *in fin.* quem refert *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.* 409. *num.* 5. *&* 6. imò nec etiam
10 per obligationem Cameralem tale beneficium ceden-
darum tolli cenſuit *Rota in Romana mutui* 16. *Nouem-
bris* 1601. *coram Illuſtriſſimo Card. Lancellotto*, vbi alle-
gatur alia deciſio in *Roman. ſocietatis* 19. *Martij* 1575.
C *coram Oriolen.* C, & in ſpecie beneficij, de quo agitur,
11 d. clauſulam non ſufficere, tenet *d. deciſ. Sicil.* 42. *num.*
21. *verſ. generalis ergo*; viſa non fuit DD. neceſſaria hæc
12 inſpectio, cum hæc clauſula non contineatur in hodier-
na formula obligationis Cameralis, quæ eſt impreſſa
per *Zacch. in eius commen. ad Galleſ. de oblig. Camer. fol.*
3. prout continebatur in formula, & extenſione de tem-
pore Putei, *vt in eius deciſ.* 456. *lib.* 2. *ſecundum nou.
impreſſ. relata per bon. me. Cardinalē Blanchettū in Roma-
na* 3. *mill.* 18. *Aprilis* 1588. *impreſſa in d. comment. num.*
D 143. D, Secundò, non obſtat clauſula, *inſolidum*, &
23 alia contenta in obligatione Camerali de ſoluendo to-
tum, & integrum debitum, per quas cenſetur renuncia-
tum dicto beneficio, *Iaſ. in l. ſunt qui in id. num.* 5. *ff.
de re iudic. Alex conſ.* 133. *in princ. vol.* 5. *Corn. conſ.*
128. *num.* 6. *vol.* 3. *Rimin. ſen conſ.* 584. *in princip.
verſ. comprobatur ſecundò, lib.* 3. *Guttier. in repet. l. ne-
mo poteſt, num.* 320. *ff. de legat.* 1. Quia obligatio filij
14 familiàs pro patre ſemper eſt inſolidum, & de ſoluen-
do totum, & integrum debitum, *l. nulla, & l. ſi ex alio,
C. quod cum eo, & tradunt communiter Doct. in d. l.* 2. *C.*
25. *eod.* vbi præſertim *Salyc.* de communi; nec debet exclu-
di virtute dictarum clauſularum exprimentium id, quod
tacitè ineſt, *ad reg. iur. in l.* 3. *ff. de leg.* 1. *cum vulgar.*
vltra quòd nec applicantur præcitatæ authoritates,
quia loquuntur in eo, cui de tempore promiſſionis,
vel renunciationis beneficium, ſeù priuilegium com-
petebat, vt in ſocio, & in hærede cum beneſ. leg. &
inuentarij: hic autem beneficium, *l. quod cum de eo*, de
tempore renunciationis Angelo non competebat, ſed
ſuperuenit ſtatim poſtquam factus eſt ſui iuris, ex ſu-
16 pradictis. Demum non obſtat iuramentum, quia il-
lud non mutat naturam contractus, ſuper quo eſt appo-
ſitum, ſed ſecundùm illam intelligitur, eandemque reci-
pit iuris interpretationem, vt not. communiter DD.
in cap. cum contingat, de iur. iur. Card. Mantic. de tacit. lib.
4. *tit.* 31. *num.* 28 *Gabr. concluſ.* 63. *num.* 5. *vol.* 1. *Card.
Seraph. deciſ.* 66. *num.* 4. & ſolùm corroborat, ac confir-
17 mat obligationem, non autem auget illius effectum,
nec ampliat actum, *Bald. in l ſi procurator, num.* 10. *in
fin. ff. de condit. indeb. Celſ Vgo. conſ.* 24. *num.* 21. *Surd.*
28 *conſ.* 10. *num.* 8. & tantùm ad illos caſus refertur, ad
quos ipſa renunciatio trahitur, non vltra, *Bart. Bald.
& Ang. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut. Alex.
conſ* 28. *num.* 12. *lib.* 1. *Roman. d. conſ.* 472. *in fin &*
19 propterea iuramentum huic exceptioni obſtare nega-
runt, *Vrſill. ad Afflict. dicta deciſ.* 308. *num.* 2. *verſ. etiam
ſi fuiſſet iuratum, Franch dicta deciſ.* 181. *num.* 13. *Mi-
nad. dicto conſ.* 17. *num.* 6. *Molpheſ. dicto conſ.* 4. *num.* 2.
cū cumulatis per dict. deciſ Sicil. hanc opinionem ſequen-
tem, *num.* 26. Nec diſſenſit Rota in illa Brundusina, in
qua legebatur expreſſa renunciatio cum iuramento, &
ſic intrabat concluſio primo loco firmata.

Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum, cauſa
bis propoſita, videlicet hodie, & ſub die 20. Iunij
1616.

ANNOTATIO.

A Priuilegio, quòd quis non conueniatur, niſi in quantum
facere poſſit, renunciari nequit, quando competit per-
ſonæ renuncianti propter debitam reuerentiam: ſecus
quando competit alia ratione, nempè contractus, vel ſo-
20 cietatis, vt præter citatos in deciſione, ſic diſtinguendo
tradunt *Fontanell. de pact. nuptial tom.* 2. *gloſſ* 3. *clauſul.*
7. *part.* 11. *num* 54. *& ſeqq. Maſtrill. deciſ.* 93. *num.* 3.
Comez. de poteſt in ſeipſum lib. 2. *cap.* 24 *num* 2. *Paſchal.
de virib patr. poteſt. part.* 2. *cap* 9. *num.* 26. *Giurb. hic
citatus in commentar. ad conſuetud. Senat. Meſſanen. cap.*
13. *gloſſ* 6. *part.* 1. *num.* 40 *&* 41. *Gratian diſcept. forenſ.
cap.* 799. *num* 16. *Rota in Recanaten. ſeparationis thori*
26. *Februarij* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano*, vbi
quòd maritus non teneatur vxori ad reſtitutionem dotis,
niſi inquantum facere poteſt, etiam ſi huiuſmodi priuilegio
cum iuramento renunciauerit poſt *Alex. Aretin. Comen.
& Roman. in l alia, §. eliguntur, ff. ſolut. matrim. La-
derch. conſ* 30. *num* 9. *Franch deciſ.* 164 *num.* 14. *Couarr.
loco hic alleg num.* 6. *Barboſ in l. maritum. num.* 27 *verſ
prima ampliatio ff ſolut. matrim.* & alios ſupracitatos, &
quod idem procedat in ſocero, cui debetur honor, & re-
uerentia *iux tex in l rei iudicatæ, §. ſocero, ff ſolut. ma-
trim tradunt Barboſ in d. l. maritum a num.* 59. *Vincent.
de Franch d. deciſ* 164. *Additio ad deciſ.* 119. *Theſaur.
Giurb deciſ* 43. *num* 5. *et in Comment. ad conſuet Sen.
Meſſan d cap.* 13. *gloſſ* 6. *part.* 1. *num.* 41. *Paſchal d. cap.*
9 *num.* 21. vbi quod hoc locum habeat tàm in ſocero
mariti, quàm in ſocero vxoris, tam conſtante, quàm
ſoluto matrimonio, *Fontanell vbi proximè num.* 95 *et
duobus ſeqq Brun in tract de reſſ bon. in* 4. *part. princ.
quæſt.* 22. *num.* 1. *et ſeqq. Marius Anton. de Amat deciſ.
Marcb.* 16. *num.* 2.

B Adde, quòd idem procedit, ſi filiùs adiuit hæreditatem
patris cum beneficio, *l & inuentarij*, quia ad hunc effe-
21 ctum paria ſunt abſtinere, vel hæreditatem cum beneficio
huiuſmodi capere; *ita Minad conſil* 17. *num.* 3. *Giurb.
poſt alios deciſ* 43. *num.* 25. *ad med. Molpheſ conſil* 42. *num.*
29. *poſt* 2. *tom. ſuper conſuetud Neapolit Addit. ad Vin-
cent. de Franch deciſ.* 70. *in fin. Gratian. diſcept.* 799.
num. 42.

C *Zacch. ad Galleſ de obligat. Cameral. quæſt.* 17. *num.* 67
Gratian d. cap. 799. *num.* 27. *et* 28. *et fuit dictum in Ro-
mana fructuum cenſus* 29. *Maij* 1626. *coram R. P. D. meo
Merlino*, in qua hæc deciſio allegatur.

D Et quod obligatio Cameralis non contineat renunciatio-
nem beneficij, *l.* 2. *C. quod cum eo, dixit Rota in Anconi-
tana pecuniaria* 1. *Iulij* 1622. *coram bon. mem. Remboldo*,
22 in qua allegatur alia deciſio *in Romana dotis* 12. *Nouem-
bris* 1621. *coram bon. mem. Cardinali Caualerio*, cum alijs
non impreſſa. Tenetur tamen filius familiàs ad obligatio-
nes pro patre factas, de bonis proprijs caſtrenſibus, vel
quaſi caſtrenſibus, vel aduentitijs, quæ habebat tempore
obligationis, *Vincent. de Franch. deciſ.* 70. *num.* 2. *et* 3.

Gra.

Gratian diſcept 576. num 1. et ſeqq. Rota in d. Anconitana pecuniaria coram bon. mem. Kemboldo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Reatina Cenſus.

Lunæ 27. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Obligatio erronea, & ex falſa cauſa corruit ex defectu conſenſus, & quando dicatur erronea, & ex falſa cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsio ex falſa cauſa facta, eſt erronea, & corruit ex defectu conſenſus, & num. 8.*

2 *Error in ſpecie probatur, ſi habita fuit relatio ad inſtrumentum quod non contineat relatum.*

3 *Negatiua probatur ex inſpectione inſtrumenti, quando ad illud fuit coarctata affirmatiua. & num. 10.*

4 *Relatio ſi ſit facta ad inſtrumentum, quod aliter dicit, quam relatum fuerit, obligatio facta vti erronea nõ valet.*

5 *Fides nõ adhibetur aſſerenti ad ſui fauorem, & ad propriũ cõmodum, etiã ſi cũ iuramento, & formiter itá aſſeruiſſet.*

6 *Memorialia nec contra ipſum ſcribentem probant, & quid in cedula memoriæ ſocietatis officij, num. 11.*

7 *Notarium, inuériſimile eſt, rogatum fuiſſe de inſtrumento, in quo de proprio commodo agitur.*

9 *Actus corruit, & vitiatur ex defectu cauſæ finalis.*

12 *Inſtrumentis publicis notariorum non creditur ad ipſorum fauorem, limita, vt num. 13. & 14.*

DECISIO CCLXXXII.

PRO confirmatione ſententiæ Rotalis reſponſum fuit per DD. eodem fundamento, quo capta fuit reſolutio *coram R. P. D. meo Pamphilio* 2. Decembris 615. & 22. Iunij 1616. videlicet, quòd cum accollatio ad fauorem Marij facta per fratres de Pagnottis filios, & hæredes q. Thomæ de anno 1600. pro rata ſcutorum
1 400. ſortis cenſus ſcutorum 1000. & promiſſio totius cenſus extinctionis infra annũ fuerit erronea, & ex falſa cauſa, corruat ex defectu conſenſus; *Bart. in l. damus, ff. de cond indeb. in princ. verſ. ſecus eſſet, & num. 3. verſ. ſolue, quandoque, & num 4. verſ. ſi verò, & verſ. ſi ignorabat*, vt deductum fuit in dd. deciſſ. *& per Gabr. conſ. 62. num. 3. 4. & ſeqq. & num. 13. lib. 2.* Error autem, & falſitas cauſæ reſultant, quia in inſtrumento dictæ accollationis dicitur, olim Thomã eorum patrem in ſe accollaſſe dictum cenſum pro ſcutis 600. per eum debitis Mutio, & Camillo de Sinibaldis pro complemento pretij terrarum ab illis emptarum de anno 1588. vt ex inſtrumẽto rogato per manum Notarii, ad quod expreſſa relatio habita fuit: in dicto autem inſtrumento relato
2 talis accollatio non legitur, & ita erroris probationem in ſpecie deducit, *Alex. conſ. 83. num. 2. verſ. modus autem, vol. 1. Curt. iun conſ. 192. num. 21. lib. 3.* cumque
3 affirmatiua fuerit ad certum inſtrumentum coarctata,
A ex illius inſpectione probatur negatiua, A, *Salic. in l. fin. num. 2. C. de reb credit. Butr. cap. auditis num. 3. in 2. not. de reſtit. in integr. cum deductis in Forolíuien. cenſus 14. Iunij 1613. & 2. Maij 1614. coram me.* Qui error euidentior redditur ex eo, quòd in dicta accollatione narratur, quòd Thomas non habens pecunias manuales pro integra ſolutione dicti pretij, dictum cenſum in ſe accollauit pro dictis ſcutis 600. in dicto verò inſtrumento emptionis continetur integralis ſolutio pretij, cum diſtinctione etiam qualitatis monetarum, videlicet hoc modo, in duobus tertijs de paulis argenteis, & vno tertio de moneta Regni (vt etiam conſideratum fuit in prædictis deciſionibus) cum generali quietatione, & pacto de rem habitam vlteriùs non
4 petendo. Et ideò cum relatio facta fuerit ad inſtrumentum, quod reperitur, & aliter dicit, quàm relatum fuerit, obligatio, & accollatio per Pagnottos facta vti erronea non valet, *Felin. in cap. quoniam Abbas, num. 12 verſ. ſecundò limita, de offic. deleg. Dec. in l. edita, num. 86. C. de eden. & conſ. 118. num. 5. verſ. item quòd quamuis.* Nec obſtare viſa ſunt in contrarium deducta. Et primò, quòd error dictæ accollationis excludatur ex ſolutionibus fructuum dicti cenſus factis Mario Flauio illius domino, tàm à dicto Thoma per quadriennium, de quo ſoperuixit poſt dictam emptionem, quàm ab ipſius filio ſpatio aliorum octo annorum ante dictã accollationem del 1600. vt ſopra, per quas ſolutiones videtur agnita veritas accollationis. Nàm quietantiæ datæ *in ſummario Iulij num. 5.* omnes cantant ad fauorem dicti cenſus, vnica excepta, confectæ ſub die 29. Ianuarij 1594. in qua tamen dictus Marius ſolùm fateretur, ſe eſſe ſatisfactum à dicto Mariano, & hæredibus Thomæ, & ſic non probat numerationem factam per hæredes, ſed eſt nuda confeſſio, quæ poteſt referri tantùm ad ſolutiones factas per dictum Marianum fideiuſſorem, ex quibus Marcus vocauit ſe ſatisfactum, etiam quoad hæredes prætẽſos debitores: imò nec dictus Marianus ſoluit pro fructibus cenſus ſcutorum 600. ſed pro cenſu aliorum ſcutorum 400. ſibi accollato in emptione quarundam terrarum ibi à dictis Sinibaldus vẽditarum, quæ erant ex cenſuatis ad fauorem dicti Marij, vt patet ex eiſdem quietantijs. Et ideò non ſolùm non concludunt de aliquibus ſolutionibus fructuum factis per Thomam viuentem, ſed ex quietantia ſub die 29. Ianuarij 1592. in qua dictus Marius confeſſus fuit, ſe recepiſſe à Mariano ſcuta 10. *per un reſto di doi anni fa, che mi reſtò à pagare Mutio Sinibaldi in tutto, &c.* apparet, quòd fructus cenſus non ſoluebantur per Thomam, ſed à Sinibaldis venditoribus, quod excludit accollationem. Secundò, non obſtare enunciatiuas dictæ accollationis factas in prædictis quietantijs, & in libro memorialium, ac in teſtamento dicti Marij, in quo legauit filiæ dictum cenſum tanquam debitum per Pagnottos, cum iſtis verbis, *quali tengono à cenſo li Pagnotti, & M. Mariano Sinibaldi*; quia ſunt inter alios, & ad proprium commodum tam ipſius Marij, cui intererat habere plures debitores fructuum dicti cenſus, quàm dicti Mariani ſoluentis, qui erat fideiuſſor in dicto cenſu, & poſſidebat bona cenſuata, & propterea ei conducebat habere dictum Thomam obligatum, nedum pro fructibus, ſed etiam pro extinctione: ideò neutri ipſo-
5 rum, tanquam tractanti de proprio commodo, eſt fides adhibenda, etiam ſi cum iuramento, & formiter ita aſſeruiſſent, *vulg. l. omnibus, vbi Doct. communiter, C. de teſtib.* Proinde nec meretur fidem depoſitio filij dicti Marij pro parte Iulij examinati, vt in ſummario depoſitionis dato in reſponſionibus atteſtantis, quòd 10. annis elapſis Pagnotti ſoluebant ipſi nomine eius patris ratam ſcutorum 600. & Marius ſcuta 400. Quia vltra quòd eſt vnicus, agit etiam de proprio commodo, vt ſupra. Tertiò, nec duo folia dd. de Pagnottis, vnum videlicet manu Iuliani, alterum manu Io. Baptiſta confecta, *de quibus in ſummario Iulij num. 8. & 9.* Nam

vltra

6 vltra quòd huiuſmodi memorialia non probant etiam
contra ſcribentem, *Iaſ. in l. admonendi, num. 81. in*
B *fin. verſ. quintò limita, Grat. conſ. 123. num. 11. lib. 2.* B,
in eis nulla fit mentio de accollatione Thomæ, ſed ſo-
lùm continentur annotationes dicti cenſus tanquam de-
biti communis paterni, quæ eſt ſinè tempore, & ideò
potuit eſſe facta poſt inſtrumentum accollationis er-
roneum, conſequenter etiam teſtamentum dicti Io. Ba-
ptiſtæ, in quo approbat in omnibus, & per omnia di-
ctum ſolimi, *vt d. ſummario num.* 10. in his plus pro-
bat. Præterea in alio folio Iuliani non dicitur adeſſe
inſtrumentum accollationis Thomæ ſub rogitu Hor-
tenſij, ſed tantùm leguntur verba, *ci ſono doi inſtromen-
ti, vno fatto per mano di Ser Hortenſio, l'altro per mano
di Ser Domenico*, quæ verba intelligi poſſint de duobus
inſtrumentis eiuſdem accollationis, quorum vnum
ſcriptum eſſet manu vnius, alterum manu alterius, &
conſequenter nulla ex eo accollationis per Thomam
factæ deduci poteſt probatio, quæ debet eſſe certa, &
neceſſariò concludens, eoque minùs quia cùm dictus
Hortenſius interuenerit in inſtrumento emptionis ter-
rarum vti curator venditorum, erat penitus inueriſimi-
7 le, quòd ipſe rogatus fuerit de prædicta accollatione,
C quæ reſpiceret proprium intereſſe, C, *Specul. tit. de
inſtr. edit. §. inſtrumentum ergo publicum, num. 27. verſ.
item excipitur*. Nec denique ſubſiſtere viſum fuit reſpe-
ctu dictæ accollationis ſcutorum 400. per dictos fratres
de Pagnottis factæ ceſſare errorem, & falſitatem cauſæ
ex receptione ſcutorum 400. eis à dicto Mariano ſolu-
torum in actu celebrationis inſtrumenti: quia cauſa
finalis dictæ accollationis fuit erronea, & falsò illis ſup-
poſita accollatio prædicta cenſus in dictis ſcutis 600. ex
quo fuerunt requiſiti, & crediderunt ſe teneri ad extin-
ctionem cenſus pro dicta rata, vndè quia non habebant
manuales pecunias, vt dicitur in inſtrumento, deuene-
runt ad dictam accollationem ſcutorum 400. & ſic il-
lius reſpectus non ceſſat, ſed viget defectus cauſæ, &
8 propterea quoad eam quoque intrat nullitas, & defe-
ctus conſenſus ex ſupra allegatis, *& Rota apud Caſ. de
Graſſ. deciſ. 1. de tranſact. & Seraphin. deciſ. 275. num.
10. & 11.* & clarum eſt, quòd ex finalis cauſæ defectu
9 actus corruit, & vitiatur *Bart. & alij in d. l. damus,
Bald. in l. nec apud, num. 1. C. de hæred. inſtit. Dec. conſ.
350. num. 3. & 4. & conſ. 351. num. 5 Decian. reſponſ.
117. num. 42. cum ſeqq.* & in ſpecie erroneæ, & falſæ
cauſæ, *Pariſ. conſ. 12. num. 96. lib. 2. Grammat d. deciſ.
59. num. 5. Gabr. d. conſ. 62. num. 3. cum ſeqq. lib.* 2.
Et ita vtraque parte informante concluſum, &c.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio cum alijs in hac cauſa factis *coram Reuerendiſſ.
D meo Patriarcha Pamphilio* confirmatæ fuerunt *coram
bon mem Cardinali Sacrato die 11. Decembris 1619.*
A Negatiua tunc probatur ex inſpectione libri, quando con-
10 ſtat, rem, de qua agitur, in eo libro, & non alibi adno-
tari debuiſſe, aliàs non impedit, quin aliunde probari poſ-
ſie, *Riminald Sen conſil. 426. num. 20. et ſeq. lib. 3.
Honded conſil 78 num 35. et ſeqq. lib. 2. Rota in Veneta
legitimitatis 17. Iunij 1602 coram Cardinali Pamphilio. Ro-
mana cenſus 1. Decembris 1617. coram bon. mem. Vbaldo,
cum alijs. quos adduxi ſupra ad deciſ 126. num. 42.*
B *Genua de ſcript priuat. lib. 5. quæſt. 9. tit. de ſcartafacc:
num. 2. fol mihi 184. et fuit etiam dictum infra deciſ. 666.
11 num vlt* ſecus eſt in cedula memoriæ ſocietatis officij,
cuius vigore agi poteſt contra ipſum officialem, qui eam
ſubſcripſit, facta priùs manus, & ſubſcriptionis illius re-
cognitione, & præcedente Iudicis decreto ſuper exten-
ſione formæ Cameræ, vt per *Saluſt. in prax lib. 1. cap 21.
num. 1.* quod ſi fuerit ſubſcripta manu propria notarij
principalis, poteſt eius vigore etiam contra fideiuſſores,
& alios in ſocietate obligatos procedi; ſaltem cum admi-
niculis, *Saluſt ibid num. 2. Caſtracan de ſociet offic. cap.
21. num. 15. et fuit dictum in Romana, ſeu Anagnina
ſocietatis officij 7. Aprilis 1628 coram R. P. D Virili.*
C Et ideo ſcripturis, & inſtrumentis publicis Notariorum
12 non creditur ad illorum commodum, & vtilitatem, *Bart.
in l. ſi conſul, ſub num. 4. et Bald. ſub num 5. ff. de ado-
ption. Iaſ in l ſciendum, num. 6. ff de verb. oblig Gregor.
13 XV. deciſ 400. num.* 1. Hoc tamen fallit, concurrentibus
adminiculis, & coniecturis, ex quibus ceſſat ſuſpicio, & ſi-
niſtra interpretatio, tunc enim creditur inſtrumento nota-
rij, etiam ſi aliquod ipſius commodum contineat, *Gregor.
d. deciſ 400. num. 3. et fuit dictum in ſupra allegata Ro-
mana, ſeu Anagnina ſocietatis officij 7. Aprilis 1628. co-
14 ram R. P. D. Virili in fine*, ſicut etiam ſubſtinetur
inſtrumentum notarij, in quo de ipſius incommodo, &
præiudicio agitur, *l. ſi puberes, ff de falſit. Guid. pap de-
ciſ. 318. num. 2 Bald. conſil 43. num. 1 et conſil. 476. num.
7. lib. 1. Alexand. conſil. 174 num. 6 verſ. concurrit etiam
lib 7. Aym de antiq. tempor par. 1. limit 4. num. 67. fol.
mihi 93.* quos *ſecuta eſt Rota in d Romana, ſeu Anagni-
na ſocietatis officij coram R. P. D Virili*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Firmana Dotis.

Lunæ 27. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Filia recipiens dotem ſibi à patre conſtitutam,
cum prohibitione, quòd nihil ampliùs, tàm
de bonis paternis, quàm maternis prætende-
re poſſit, nequit dotem maternam petere.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
2 *Legatum relictum cum prohibitione, quòd aliud prætendi
non poſſit, intelligitur animo compenſandi.*
3 *Hæreditatis appellatione veniunt debita, & credita.*
4 *Diſpoſitio* l. fin. C. de dotis promiſ. *habet locum in du-
bio, non quando clarè conſtat de mente, & voluntate
patris conſtituendi dotem de bonis filiæ.*
6 *Declarationi factæ per debitorem ſtandum eſt.*
7 *Patris proteſtationi, quòd filiam ex bonis maternis dota-
uerit, ſtandum eſt ad effectum ne ex vi promiſſionis con-
ueniatur, licèt non cenſeatur liberatus ab onere dotan-
di filiam.*
8 *Dotis promiſſio ratificata cenſetur per matrimonium
poſtea contractum.*
9 *Matrimonium poteſt ſinè dote conſiſtere.*

DECISIO CCLXXXIII.

CVM plures nullitates pro parte Ioſe-
phi appellantis opponerentur contra
ſententiam de partibus latam ad fa-
uorem Franciſcæ, & Pantaſileæ eius
ſororum ſuper cōſecutione dotis ma-
ternæ in bonis q. Petri Angeli com-
munis patris, fuit mihi per Sanctiſſi-
mum commiſſa earum ſanatio cum clauſula, *arbitrio
con-*

Digitized by Google

conſtito de bono iure, de quo hodie DD. non conſtare di-
xerunt. Nam cum prædictæ mulieres iuxtà promiſſio-
nes per curatores teſtamentarios, & per dictum Ioſe-
phum reſpectiuè factas in inſtrumentis dotalibus rece-
perint dotem ſcur. 200. prò qualibet ipſarum, cum ve-
ſtimentis, & iocalibus ſibi per d. q. Petrum Angelum
patrem in teſtamento relictam, cum expreſſa prohibi-
tione, ne aliud quicquam petere, vel prætendere poſſint
in bonis, & hæreditate ipſius teſtatoris, tam paternis,
quàm maternis: pro indubitato habuerunt, hanc dotem
adſcribendam fuiſſe in cauſam, & ſatisfactionem dicti
1 debiti dotis maternæ, & ſic ſolutione debiti ſublatam
fuiſſe omnem obligationem, *l. pupillus ff. ad l. Falcid. et
Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. cum vulg.* Quòd au-
tem prædictum legatum factum fuerit comprehenſa
dote materna filiarum, & animo cum ea compenſandi,
ſatis perſpicuè conſtare dicitur ex dicta prohibitione
2 per teſtatorem adiecta, ne aliud quicquam prætendere
poſſent in bonis, & hæreditate ipſius, *Bald. in l. liberti,
libertaque num. 34. verſ. attende tamen*, C. *de oper. libert.
& in l. quoniam nouella, num. 9. C. de in offic. teſtam. &
in l. ſi adulta, num 30. C. de hæred. act. Rum. conſ. 136.
col. 3. verſ. contrarium dicit, lib. 2. Duran. de art. teſtan.
tit. 6. caut. 5. num. 4. Aym. conſ. 131. ad fin Sim. de
Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 4. dubit. 6. num. 36. & 39.
Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. num. 17.*
Et quicquid dicendum eſſet, ſi teſtator dixiſſet ſolùm de
bonis ipſius, omnis dubitatio remouetur per alia ver-
ba adiuncta (vel de hæreditate) cuius appellatione con-
3 tinentur debita, & credita, vt in ſpecie *Bald. in d. l. li-
berti, libertaq. num. 34. verſ. attende tamen*, C. *de oper. li-
bert. & poſt eum Ang. in tract. de teſtam. in verb. & iuſ-
ſit eam fore tacitam, & contentam, num. 6. verſ. ſed ſi
doceretur, & ſequuti ſunt. Guid. pap. deciſ. 93. in fin. Rum.
conſ. 79. num. 8. lib. 2. Capr. conſ. 62. num. 1. in fin.
verſ. & ſimiliter, & num. ſeq. Natt. conſ. 186. num. 2.
Burſatt. conſ. 48. num. 19. Sim. de Prat. vbi ſupra num.
38. Mantic. dicto lib 10. tit. 2. num. 23. & ſenſit Rota
apud Card. Seraph. deciſ. 451 num. 5. & 6. & in Roma-
na bonorum. de Seulis 24. Maij, & 28. Iunij 1596. coram
bon. mem. Penia.* Et ideo ceſſat difficultas mota ex *l. fin.*
4 C. *de dot. promiſſ.* tum quia diſpoſitio illius tex. procedit
in dubio, non autem quando clarè conſtat de volunta-
5 te patris conſtituendi dotem de bonis filiæ, vt tradunt
DD. *in l. 1. ff. ſol. matrim. vbi Iaſ. num. 24. verſ. ego
valde dubito Rip. num. 91. Soccin. iun. num. 164. verſ. et ex
his, Corn. conſ. 16. num. 4. vol. 3. Ruin. conſ. 200. num. 3.
vol. 1. Gabr. conſ. 156. num. 26. in fin. lib. 1. & de com-
mun. Ioſeph. Ludou. deciſ. 21. num. 28. & 29.* Hic autem
ſumus in claris ex prædictis, tum quia dato etiam, quòd
de ſuo cenſeatur teſtator dotes reliquiſſe, conſtat ex
ſupradictis, eas voluiſſe compenſare cum debito dotis
maternæ filiarum, & ſic non applicari diſpoſitionem *d. l.
fin. cum alijs auctoritatibus alleg.* Prout nec ſimiliter appli-
cantur alia deducta ſuper defectu earum expreſsi con-
ſenſus, & approbationis d. legati paterni. Quia illa
procedunt ad effectum, ne ipſæ dici poſſint excluſæ à pe-
titione congruæ dotis, ſeu legitimæ ſibi debitæ ex bo-
nis paternis, & ad hoc, vt pater per illud legatum non
cenſeatur exoneratus ab onere dotandi de proprijs. In
præſenti verò de his non agitur, ſed dicitur ſolùm quòd
quantitas iuxta diſpoſitionem paternam pro dotibus
per ipſas recepta adſcribenda veniat in ſolutionem
crediti dotis maternæ: qua in re non videtur neceſſa-
rius earum conſenſus, ſed ſtandum eſt dictæ declaratio-
6 ni per patrem debitorem, & ſucceſſiuè per dd. curato-
res, & Ioſephum hæredem ſoluentes factæ, iuxta *text.
in l. 1. ff. de ſolut.* prout in caſu *l. fin. C. de dot. promiſſ.*
quòd nimirum ſtetur proteſtationi patris, ad effectum,
7 ne ex vi ſuæ promiſſionis conueniatur, non autem ad
hoc, vt cenſeatur liberatus ab onere dotandi, diſtinguit
*Rip. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 91. verſ. ſed tu conſi-
dera, & ibi Soccin. iun. num. 174. in princ. verſ aut &
tertiò, Menoch. lib. 3. præſ. 15. num. 31. Gabr. conſ. 156.
num. 26. verſ. idcirco non procedit lib. 1.* Cum itaque non
agatur de inducenda renunciatione aliqua ſupplementi
dotis, vel legitimæ per dd. mulieres, viſum fuit, ſuffice-
re approbationem ipſarum tacitè reſultantem ex con-
ſenſu præſtito matrimonio, quòd quia regulariter ſinè
A dote non contrahitur A, per ratificationem illius,
8 cenſeatur quoque ratam habuiſſe dotem ſibi ex cauſa
illius conſtitutam, & hæc cogitatio in genere ſufficit,
*Rot. deciſ. 89. num. 11. & 12. par. 1. diuerſ. Surd. deciſ.
62. num. 13 verſ. ſi verò*, ſaltem ad effectum compen-
ſationis, de quo hic agitur, ad quem ſola dotis rece-
ptio ſufficit ex prædictis.

Et ita fuit deciſum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Matrimonium regulariter ſinè dote non contrahitur,
*Soccin. iun. conſil 8. num. 12. lib. 1. Grauett. conſil. 40. num.
1. in fin. et ſeq. Alexand. conſil. 146. num. 12. lib. 5. Surd.
deciſ 62. num 13. verſ ſi verò. Mareſcott. variar reſo-
lut. lib. 1 cap. 3 num. 12. Rot. diuerſ deciſ. 89. num. 11. et
12. part 2. et coram Gregor. XV. deciſ. 62. num. 4. et fuit
dictum in Romana quarta 27. Iunij 1626. coram R. P. D.
meo Durano et in Melcuitana bonorum 3. Aprilis 1628 co-
ram R. P D meo Merlino*, in quibus Rota vſa eſt huiuſ-
modi coniectura ad inducendam in muliere ratificationem
dotis ſibi conſtitutæ in capitulis matrimonialibus, ex con-
ſenſu in matrimonio, & illius conſumatione; poteſt ta-
9 men matrimonium ſinè dote conſiſtere, *l. iubemus C. de
repud. l. fin C. de donat ante nupt. Surd. de aliment tit. 7.
quæſt. 19. num. 5. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 23. à
num. 9.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria, ſeu cambiorum.

Veneris 1. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Solutio ſimpliciter facta à debitore ex pluribus
cauſis, cedit in cauſam, in qua adſunt fide-
iuſſores. Poteſt tamen creditor eligere in
aliam cauſam, ſi id faciat præſente debito-
re, & non contradicente, & incontinen-
ti, ac dummodo eligat, prout in re ſua fe-
ciſſet.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ præſumuntur ſolutæ in eam cauſam, in qua ad-
ſunt fideiuſſores, niſi alia præſumptio, & veriſimilitu-
do contrarium ſuadeat num. 2.*
2 *Solutio in quam cauſam cenſeatur facta, attenditur veri-
ſimilitudo.*
3 *Creditore declarante, in quam cauſam recepit pecunias, ſi
debitor non contradicit videtur eius declarationi acquie-
uiſſe. amplia vt num. 5.*
4 *Declaratio creditoris, in quam cauſam pecunias receperit,
fieri poteſt, donec tota ſumma non fuerit integrè ſoluta.*

6 Cre-

6 *Creditor poteſt pecunias ex pignore retractas, debitore non declarante, recipere in cauſam, pro qua non habet fideiuſſorem, et tunc ceſſat regula, quòd ſolutio cenſeatur facta ad liberationem fideiuſſoris, num. 7.*

DECISIO CCLXXXIV.

SENTENTIA Rotalis condemnatoria hæredum Philippi vltra reſiduum veræ ſortis ad cambia, & recambia pecuniarum aliàs per eum mutuo acceptarum à DD. Altouito, & Sacchettis viſa fuit DD. iuſta, & ideò cõfirmanda, eſt enim fundata ſuper clariſſima, & Camerali d. Philippi obligatione de ſoluendis dictis cambijs, & recambijs, vſque quò vera ſors eſſet integraliter reſtituta, & vt in chirographis ſuper inde confectis dicitur, *ſino all' intiero rimborſo*. Nec dubitatur, quin dictæ pecuniæ potuerint ſuper cambijs retineri ex conuentione inter partes inita, minúſque an fuerit retentæ, & ſic de illorum veritate, & quantitate, ſuper qua retulit tertius peritus ex officio electus, illaq; fuerunt particulari deciſione coram R. P. D. meo Pamphilio ſub die 13. Iunij 1616. inſtificata, & liquidata,
Ad motiuum autem aliàs, & hodie factum, quòd dicta cambia non ſint debita pro partita ſcut. 3000. auri in auro *delle Stampe*, quæ debeat haberi pro extincta, & ſoluta, mediantibus pecunijs dicti Philippi ab eius de-
1 bitoribus receptis, quæ præſumuntur ſolutæ in hanc cauſam pro liberatione fideiuſſoris, qui interceſſerat,
A & non pro alijs partitis, *l. 1. l. 4. & l. in his, ff. de ſolut.* A, Et præſertim quia pro dictis ſcut. 3000. fuerat relaxatum mandatum, qua ratione dictum fuit, ſolutionem cedere in partitam ſcutorum 2500. in deciſionibus, de quibus infra. Placuerunt reſponſiones, de quibus in reſolutionibus in hac cauſa factis corã eod. D. Pamphilio 7. Maij, & 20. Nouembris 1615. videlicet, quòd conſtabat de voluntate, & intentione tàm creditorum, qui expediuerant ab A C. & habebant in manibus mandatum executiuum pro partita ſcutorum 2500. auri in auro, quàm etiam de veriſimili mente Philippi, vt ſe ab huiuſmodi imminenti executione, etiam perſonali li-
2 beraret: quæ veriſimilitudo in hac materia attenditur *ad text. in l. 1. & ibi gloſ. in verb. debitum, in princ. l. cum ex pluribus la ſeconda, ff. de ſolut. Rot. deciſ. 123. num. 3. & 17. num. 1. part. 2. diuerſ.* Et omnem difficultatem tollere videbatur geminata declaratio Altouiti facta apud acta Notarij, quòd poſuerat in creditum Philippi, & in computũ dictæ partitæ ſcutorum 2500. ſummas exactas, & ad effectum ſe ſatisfaciendi de cambijs
3 decurſis: cuius declarationi non contradicendo videtur Philipus acquieuiſſe, *Gloſ in d. l. 1. in verb. debitum, verſ. item quòd, ff. de ſolut. & ibi Alberic. num. 1. verſ. aut è contra, Bart. num. 4. verſ. ſolue, Caſtr. num. 7. verſ. primus, & num. 9. verſ. gloſ. dicit.* Nec dubitari
4 poteſt, quin declaratio, & electio fuerit incontinenti facta, cum ſolutio dictorum ſcutorum 2500. de tempore dictæ declarationis non eſſet perfecta, *Bart. in d. l. 1. de ſolut. num. 6. verſ quæro qualiter, & ibi Imola col. 3. in princ. verſ. in gloſ. dicere poteſt, Cin. in l. 1. C. de ſolut. num. 3. verſ. quæritur circa legem.* Prout etiam non po-
5 teſt dubitari, quin electio fuerit facta, vt in re ſua feciſſet *iuxta text. in d. l. 1. in fin. ff. de ſolut.* cum eſſet relaxatum mandatum pro dictis ſcutis 2500. vt de cauſa iudicati dicit *text. in l. ſi quid ex famoſa, verſ. proinde, ff de ſolut.* & de inſtrumento habente executionem paratam, *Odofred. & Ang. ibi Imol. in d. l. 1. col. 1. num. 5. verſ. ſed hic poſſet dubitari, & dictum fuit in d. deciſ. ſub die 18. Maij, & 20. Nouembris.* Non obſtat, quòd eſſet relaxatum mandatum pro dictis ſcutis 3000. quia illud per acta hinc inde facta, & decreta ſubſecuta fuerat circumductũ, nec antè dictas ſolutiones fuit relaxatum, nec relaxari poterat, & nihilominus iſtud nõ impediebat, quin pecuniæ poſſent retineri ſuper cambijs, vſque ad completam ſatisfactionem, iuxta conuentionem partium, vt ſupra dictum eſt. Addebatur etiam, quòd cum dictæ pecuniæ fuerint exactæ non à Philippo, ſed ab eius debitoribus, mediantibus ſocietatibus officiorum per eum factis ad fauorem Altouiti, videtur eum potuiſſe eligere, etiam in cauſam, pro qua non erat datus fideiuſſor, eadem ratione, qua poteſt credi-
6 tor pecunias ex pignore retractas, debitore non declarante, recipere in cauſam, pro qua non habet fideiuſſorem iuxta diſpoſitionem *l. ob triginta, & l. paulus reſpõdit, ff. de ſolut. & in d. l. ob triginta notant Bart. Ang. Imol. & Caſtr. reprobata gloſ. ibi communiter, & teſtatur Gabr. conſ. 48. num. 2. in fin. vol. 2.* Et tunc ceſſare regulam,
7 quòd ſolutio cenſeatur facta ad liberationem fideiuſſoris, *not. gloſ. in l. & magis, in verb. ſatis dato, ff. de ſolut.* Tanto magis in hanc ſententiam procliues fuerunt Domini, quia viſum fuit, illam magna niti æquitate, cum Philippus nullum ſentiret incommodum, nec præiudicium, quia ſi ſummæ exactæ non fuiſſent applicatæ in dictam partitam ſcut. 2500. veriſimiliter dicti mercatores negotiari ſoliti retinuiſſent ſuper cambijs ſummas inexactas, prout facere poterant, nec in aliquo oneratus fuiſſet Philippus, quia ſolùm ſuper cambijs fuit retenta ſumma inexacta.
Ex quibus, & alijs in dd. deciſionibus, & per informãtes deductis reſolutum fuit pro confirmatione ſententiæ, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd ſolutio in dubio cedat in extinctionem debiti, pro quo datus eſt fideiuſſor, tanquam in cauſam duriorem, *Bart. in l. cum ex pluribus num. 2. verſ item ſi debeo cum fideiuſſione. & Imol etiam num. 2. verſ. tertiò dicitur, et Caſtren. in fin. ff. de ſolut. Menoch. lib 3. præſumpt. 136. num. 7. et de arbitr lib 2. caſ. 493. num 7. et 8. Gratian. diſcept 224. num. 70. et ſeq. Fontanell. de pact nuptial. clauſul final gloſſ vnic part. 2. num. 73. Rot. deciſ 113. num. 5 et deciſ. 670 num. 6. part. 1. diuerſ Cardinal. Caualer. deciſ. 99. num 4. fuit dictum in Baren pecuniaria 27. Nouembris 1592. coram Cardinali Arigonio in Romana fideiuſſionis coram Cardinali Lancellotto apud Marcheſ. de commiſſ. part 1 pag 770 num. 2. et in Romana Saluiani 1. Iunij 1609 coram Patriarcha Manzanedo apud Paſific. de Saluian. deciſ 278 in princ. Gregor. XV. deciſ. 554. num. 1. Rot. deciſ 695. ſub num. 2. part. 2. recent.* Hoc tamen intelligitur, ceteris paribus, nam in concurſu ad illum effectum attenditur potiùs qualitas exequutionis magis paratæ, quàm fideiuſſionis, *Corn conſil 295. num. 2. lib. 3. Rot. d. deciſ 695. num. 2. in fin par. 2. recent. & in hac deciſione.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. exemptionis.

Veneris 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi gabellas non acquiritur contra aliquam Communitatem, niſi data illius ſcientia, & patientia.

SVMMARIVM.

1 *Gabellas exigendi quaſi poſſeſſio contra aliquam Communitatem non acquiritur abſque illius ſcientia, & patientia.*

2 *Quaſi poſſeſſio ſolo animo amittitur.*

3 *Immiſſio non datur poſſidenti.*

4 *Vniuerſitati præiudicare non poſſunt perſonæ ſingulares.*

5 *Manutentio non datur, quando poſſeſſio eſt turbata.*

6 *Vniuerſitati non acquiritur quaſi poſſeſſio ex actibus ſingulorum.*

DECISIO CCLXXXV.

CVI, & quomodo ſit dandum mandatum de manutenendo in caſu, & ad effectum, de quo agitur. Ad dubium ſupradictum Domini reſponderũt, non eſſe dandum mandatum de manutenẽdo Dominis Adminiſtratoribus gabellæ groſſæ, prætendentibus ſe eſſe in quaſi poſſeſſione illam exigendi à Communitatibus Caſtri Medicinæ, Villæ Fontanæ, & Ganzanighi, necnon retinendi officialem in dicto Caſtro pro illius exactione. Nam non fuit doctum de exactione, nec de retentione d. officialis de tempore litis motæ, nec antea, ſiue attendatur lis de anno 1577. tempore gubernij d. Ciuitatis fel. mem. Vrbani VII. ſiue de anno 1590. S. D. N. tunc V. Legati, cum de aliqua alia lite non appareat. Nam teſtes (vt ſupponitur) examinati pro Communitate de dicto anno 1577. coram Auditore d. Vrbani dati in Summario Adminiſtratorum 12. Decembris 1616. num. 20. nihil videntur concludere; tum quia reſpectu retentionis officialis, non ſolùm non dicunt, illum fuiſſe ſolitum reſidere in Caſtro Medicinæ, ſed innuunt totum contrarium, dum deponunt, quòd pro rebus, & mercibus extractis ex Caſtro Medicinæ in tranſitu capiebatur bulletta cum ſolutione gabellę ab officialibus Caſtri S. Petri; tum quia non aperiunt, quòd dicta gabella ſolueretur per homines dictarum Vniuerſitatum, & de
1 ſcientia, & patientia illarum, ſinè qua dicti Adminiſtratores non potuerunt conſtitui in quaſi poſſeſſione exactionis dictę gabellæ: *Io. And. in cap. bonæ memoria, il ſecondo, ſub num. 17. verſ. ſecus ſi n, de poſt. Prælat. Calder. conſ. 12. de iur. patr. prop. fin. verſ. & quòd ille, Cæſ. de Graſſ. deciſ. 76. alias 7. de teſtib. ſub num.* 8. & 9. Nec etiam dicunt, pro quibus, & qualibus mercibus caperetur bulletta, & ſolueretur gabella, & ſic an pro recollectis ſuper terris, & bonis in dictis Communitatibus & Villis poſitis, an verò pro alijs: & ſolùm videtur dicere de gabella ſoluta pro tranſitu per territorium Bononię. Imò fuit per Auditorem prędictum lata ſententia 19. Iunij 1577. contra datiarios, qua pronunciatum fuit, dictas Communitates eſſe manutenendas in earum quaſi poſſeſſione exẽptionum, & immunitatum ab omni ſolutionis onere gabellę, ac bullettam accipiendi pro rebus extrahendis ab earum terris, Villis Communibus, & territorijs, tàm per ipſoſmet Maſſarios, & Dominos, quàm etiam per forenſes extrahentes à prędictis locis, & per eorum loca, & territoria, cum inhibitione datiarijs de non moleſtando in prædicta quaſi poſſeſſione, *de qua in ſummario* 12. *Decembris num.* 10. à qua ſententia non conſtat fuiſſe appellatum, & quatenus conſtaret, quęcunque appellatio eſſet per lapſum tanti temporis deſerta. Et ideò videtur reſultare, quòd datiarij dicto tempore non erant in huiuſmodi quaſi poſſeſſione, quę propterea non poteſt dici continuata, nec retenta, cum dictæ ſententiæ acquieuerint, vndè ſi quam habuiſſent quaſi poſſeſſionem, illa amiſſa
2 fuiſſet, ad quod ſufficit ſolus animus *l. 1. ff. ſi vir vxori in fin. & l. 3. §. in amittenda, & §. quòd ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſ.* Quod confirmatur ex iudicio, deinde de anno 1590. per eoſdem DD. Adminiſtratores moto coram Reuerendiſſ. D. Capponio Epiſcopo Carpentoraten. tunc Auditore generali in Ciuilibus S. D. N. contra dictas Communitates, & ſententia lata in confeſſoria, & ſic in petitorio, de qua infra: conſequenter ex natura iudicij, quod ſupponit, datiarios, ſeù adminiſtratores non fuiſſe in quaſi poſſeſſione exigendi d. gabellam, & retinen. officialem, vt infra dicetur, prout clarè oſtendit prætenſa apprehenſio poſſeſſionis, & deputationis officialis facta in Caſtro Medicinæ de anno 1612. de qua infra, quòd antea non retinebatur in dictis locis, quia deputatio, & deſtinatio in loco d. officialis non fuit facta per viam, & modum continuationis, ſed in vim nouæ apprehenſionis poſſeſſionis, vt ex inſtrumento, de quo infra, & conſequenter ſupponendo dd. adminiſtratores non fuiſſe in dicta quaſi poſſeſſione re-
3 tinen. officialem, cum immiſſio non detur exiſtenti in poſſeſſione, *l. 2. ff. adipiſcendæ, ff. de interd. ff. adipiſcendæ, Inſtit. eod. Menoch. remed. 1. adipiſcen. num.* 29. & ſic ſi aliàs retinuiſſent d. officialem, huiuſmodi quaſi poſſeſſio fuiſſet amiſſa petendo, & capiendo nouam immiſſionem. Si verò inſpiciatur tempus litis motæ de dicto anno 1590 & ſententia lata per dictum Reuerendiſſ. Carpentoraten. illa fuit lata, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio ad fauorem dd. Communitatum, & ſuper illarum manutentione in quaſi poſſeſſione exemptionum cum inhibitione dd. datiarijs de non moleſtando, exceptis tamen caſibus traffici, & mercantiæ, in quibus ceteri non exempti ſoluunt, de qua ſententia *in dicto ſummario Adminiſtratorum* 12. *Decemb. num.* 9. & licèt in ea fuerit conceſſa facultas deputandi officialem in Caſtro Medicinæ, vel alijs locis, tamen hoc fuit ad obuian. fraudibus, quæ fieri poſſent; & ſimiliter licet fuerit facta confirmatio officialis, & declaratum, ſolutiones eſſe faciendas à die litis cõteſtatæ, & in futurum: tamen ab huiuſmodi ſententia in petitorio lata fuit appellatum; & licèt fuerit de anno 1593. lata alia ſententia per Auditorem bon. mem. Reuerendiſſimi Landriani tunc V Legati ſuper executione d. ſententię Carpentoraten. *de qua in dicto ſummario Adminiſtratorum num.* 10. tamen vltra quòd illa non iuſtificatur ex actis, non fuit executa, imò nec expeditum, (quod appareat) mandatum executiuum in ea relaxatum. Si verò attendatur tempus commiſſæ executionis per Congregationẽ ſublleuaminum, coram qua ſupponitur introductam fuiſſe cauſam pro parte dd. Communitatum, & expeditas fuiſſe literas de dicta ſententia Carpentoraten. exequen. ſub die 18. Aprilis 1612 quæ fuerunt præſentatæ illuſtriſſimo D. Cardinali Barberino tunc Legato, & illarum vigore facta deputatio officialis in dicto Caſtro Medicinæ, *vt in ſummario num.* 11. & 12. & conſtat de reclamatione nomine dd. Communitatum in actu dictæ deputationis, & proteſtationibus factis, *de quibus in ſummario num.* 12. & 13. *dato* 27. *Iunij* 1616. & ſic non ſolùm non conſtat de acquieſcentia, & patientia dd. Communitatum, ſed de contrario, & præſertim ex commiſſione facta in Rota prænia auocatione cauſæ, & cauſarum à dicta Congregatione, *de qua in ſummario dato die* 27. *Iunij* 1616. *ab adminiſtratoribus num.* 2. & ſic dictæ Communitates non habuerunt ſe pro ſpoliatis, nec habuerunt animum transferendi dictam quaſi poſſeſſionem in adminiſtratores, ſeù datiarios. Imò conſtat de proſecutione eorum contradictionis prędictæ, & recurſu habito ad dictam Congrega-

gregationem, & reuiſione introducta coram R. P. D. Vecchiarello, & de pluribus reclamationibus, & recurſibus habitis coram Tribunalibus Bononiæ, & decretis prouiſionalibus ſuper inde factis, de quibus *in ſummario Communitatis dato 27. Iunij 1616. num. 12. & 13.* Et tandem de commiſſione cauſæ, & cauſarum huiuſmodi de anno 1614. tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, *de qua in ſummario d. num. 2.* Non obſtant teſtes dd. Communitatum examinati Bononiæ del 1613. in ſummario adminiſtratorum num. 13. deponentes de ſolutione gabellæ, nam deponunt de ſolutionibus gabellæ factis per ſingulares perſonas in Caſtro Medicinæ officiali datiariorum, ab anno tamen citra, & ſic pendente recurſu, & reuiſione prædictis coram Congregatione, & excludunt, quòd antea non fierent ſolutiones, neq; retineretur officialis in d. loco, & ſolutiones factæ per ſingulares perſonas nõ potuerũt nocere, & præiudi-
A care Communitatibus A, cum aliud ſit Vniuerſitas,
4 aliud ſinguli homines ipſius, *Gloſ. in l. ſicut, §. ſi quid, ff. quod cuiuſq; vniuer. nom. not. Doctores in cap. cum omnes, de conſtit Rolan. conſ. 53. num. 6. lib. 4. cum adductis per Surd. deciſ. 236. num. 10. & conſ. 28. num. 104.* nec etiam obſtant prætenſæ ſolutiones deſcriptæ ſuper libris gabellæ, de quibus *in ſummario adminiſtratorum die 12. Decembris* 1617. *num.* 14. nam (omiſſo, quòd non videntur legitimè, & ex libris fide dignis extractæ, ſed lite pendente, & parte non citata) non videntur concludere, non ſolùm ſolutiones factas ſciente, & patiente Communitate, ſed ſunt adnotatæ ſolutiones ſingularum perſonarum, quæ nec etiam ſunt enunciatæ de dictis locis, nec occaſione rerum, & bonorum, de quibus agitur. Minus obſtat, quòd dicatur conſtare de bono iure adminiſtratorum, de quo Domini ordinarunt videre ſub die 27. Junij 1616. ad effectum manutentionis, tàm ex eo, quòd dictæ Communitates ſint poſitæ in Comitatu Bononiæ, & conſequenter fundata ſit intentio adminiſtratorum, prout videtur ex tariffa generali gabellæ pro tranſitu, introductione, & extractione mercium in Ciuitate, & Comitatu Bononiæ, quæ fuit confirmata per literas Apoſtolicas, *vt in ſummario adminiſtratorum num.* 8. *dato die* 12. *Decembris* 1616. quam etiam ex reuocatione Martini Quinti diſmembrationis factæ per Cardinalem Coſſam tunc Legatum Bononiæ dd. Communitatum à territorio Bononiæ, de quibus in literis Martini Quinti ſub dat. 4. Idus Iunij anno Secundo *in ſummario adminiſtratorum num.* 3. & de quibus nulla fit mentio in reſponſis factis ad fauorem dd. Communitatum, videlicet *Alex. conſ.* 114. *num.* 19. *lib.* 4. *Maluaſ. conſ.* 68. *Laur. de Pinu. conſ.* 147. Nam multa, & non contemnenda adducuntur pro parte dd. Communitatum, & præſertim conuentiones ſtipulatæ nomine illarum del 1411. à Ciuitate, de quibus *in ſummario Communitatum num.* 5. *dato die* 12. *Decembris* 1616. in quibus confirmatur diſmembratio d. Cardinalis Coſſæ, cum reſeruatione etiam exemptionum, & immunitatum ab huiuſmodi ſolutionibus in euentum, in quem dicta diſmembratio diſſolueretur, & dd. Communitates reunirentur, & quòd in dictis literis Martini non fuit de prædictis facta mentio, minùſque quòd dictus Cardinalis Coſſa in dicta diſmembratione auctoritate Apoſtolica ſubiecerit dictas Communitates Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, & illius protectioni, imò quòd dictæ Terræ fuerant conceſſæ in Vicariatum; & adducebantur etiam literæ Iulij II. & Gregorij XIII. ſuper confirmatione exemptionum, & quatenus opus ſit, noua conceſſione, quibus tamen plura pro adminiſtratoribus opponebantur, & præſertim ſuper effectuatione, & obſeruantia dd. literarum Martini Quinti, adeo vt dd. Communitates non poterant prætendere ſe non eſſe de Territorio Bononiæ, & præſertim ſtante ſubiectione aliàs facta de anno 1419. *in ſummario Communitatum dato dicta die 4. Decembris* 1617. propter quam etiam prætendebatur, amiſſa fuiſſe priuilegia exemptionum, & ſic prætenſum bonum ius Adminiſtratorum viſum fuit reddi valde dubium, & obſcurum, & tale, vt non
5 poſsit ſuffragari ad prætenſam manutentionem; ideo Domini dixerunt, interim illis non eſſe conceden. mandatum de manutendo, ſtante huiuſmodi turbiditate, *Se-*
B *raphin. deciſ.* 810. *num* 4. *Verall. deciſ.* 200. *lib.* 2. B, ſecundùm opinionem, quam Rota ſeruat, ſed omnia reſeruanda eſſe in petitorio tanquam illud reſpicientia, & requirentia altiorem indaginem; & ita deciſum fuit vtraque parte informante, & cauſa pluries propoſita.

ANNOTATIO.

A Et quòd ex actibus particularium non acquiratur quaſi poſſeſſio contra Vniuerſitatem, niſi Vniuerſitas collegialiter congregata id ſcienter approbauerit *Mantic. deciſ. 259. num. 6. & fuit etiam dictum in Toletana iuris celebrandi 10. Februarij 1620. coram bon. mem Dunozetto,*
6 ſicut neque ex actibus ſingulorum Vniuerſitati acquiritur quaſi poſſeſſio, *Bald. conſil. 438. num. 1. in fin & ſeqq. lib. 1. Corn. conſil. 299 num. 7. lib. 1. & conſil. 16. num. 11. & ſeq. lib. 3. Pariſ conſil. 104. num 132. lib. 1. Iul. deciſ. 28 lib 2. in correct. Mant d. deciſ 259. ſub num. 6. ad med.* quia Vniuerſitas non dicitur aliquid facere, niſi id faciat legitimè congregata etiam ſi ſinguli ſeparatim fecerint, *Surd. hic allegat. conſil. 28. num. 105.*
B *Lancellott. de attent. part. 3 cap. 24. quæſt. 19. num. 6. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ 45. §. 2. num. 39. Grattan. diſcept 450. num. 41. & fuit dictum in Papien. commenda 4. Iulij 1586. coram Robuſterio in Romana officiorum plumbi, 4. Iulij 1601. coram bon mem Cardinali Pamphilio, & in Vicen. Parochialis 10 Decembris 1608. coram bon mem. Patriarcha Manzanedo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Spoletana dotis.

Lunæ 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur à ſententia in Saluiano lata, quando notoriè conſtat de iniuſtitia, ſeu nullitate; & quando ſententia dicatur notoriè nulla, vel iniuſta.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur à ſententia in Saluiano lata, quando conſtat notoriè de grauamine.*
2 *Adimplere deficiens ex parte ſua caret actione, nec vlla ad eius fauorem oritur obligatio.*
3 *Negatiua probari debet per fundantem ſe in ea.*
4 *Bona in certum euentum obligata exequi non poſſunt, non facta prius excuſſione ſuper bonis principaliter obligatis.*
5 *Sententia exceſſiua in vna parte eſt nulla in totum ratione indiuiduitatis, & num. 17.*
6 *Sententia lata pendente dilatione, eſt nulla ex defectu iuriſdictionis.*
7 *Terminus datus cum intimatione, non intimatus licèt non*

currat quoad reum, dicitur tamen pendere quoad Iudicem, & actorem.

8 *Clauſula,ſinè* præiudicio iudicij poſſeſſorij *in admiſſione articulorũ nihil facit,quando ſunt releuantes,& num.* 10.

9 *Retentio competit mulieri pro iuribus dotalibus, & ab ea poſſeſſio non poteſt auocari, niſi per ius offerendi.*

11 *Iure dantis reſoluto, reſoluitur et ius accipientis.*

12 *Hypotheca ceſſat, ceſſante actione perſonali, et ideo ceſſat quoque Saluianum, quod ab ea fundamentum ſumit, et num.* 13.

14 *Hypotheca datur pro legato.*

15 *Hypotheca anterior obſtat agenti in Saluiano.*

16 *Hypotheca competens pro dote, competit etiam pro illius ſupplemento, et congruitate.*

18 *Donatio notoriè nulla ex defectu conſenſus, et ſolemnitatum, veluti inoſficioſa non meretur exequutionem.*

19 *Hypotheca legalis datur etiam ad res legatas.*

DECISIO CCLXXXVI.

1 SENTENTIA eſt appellabilis in
Saluiano, quando notoriè conſtat de
grauamine, vt in conſtitutione Ægi-
diana diſponitur, *Gabr. conſ.* 44. *num.*
15. *vol.* 1. *& fuit dictum in Beneuenta-
na Saluiani* 1. *Februarij* 1616. *coram
me*, & eſt de iure *ad gloſ. in cap. ex con-
queſtione, in verb. poſt appellationem, de reſtit. ſpol.* quam
eſſe cõmuniter approbatam, refert *Gabr. vbi ſup. num.*
15. Quòd ſententia, de qua agitur, ſit talis, patet; nam
Iacobus egit Saluiano contra Lauram poſſeditricem
bonorum, in quibus data fuit immiſſio vigore promiſ-
ſionis quondã Darij aui paterni ad ſui fauorem de anno
1604. intuitu matrimonij contrahendi factæ, quòd ipſe
nimirum poſt mortem dicti Darij aui, & Pauli patris
eiuſdem Darij filij habebit, & cõſequetur in, & ſuper bo-
nis hæreditarijs q. Antonij eius proaui paterni ad minus
ſummam ſcut. 4. mill. alias de ſuo ſe principaliter obli-
gantis, *vt in inſtrumento in ſummario Iacobi num.* 4. in
qua promiſſione cum (vt patet) obligatio Darij de
proprio ſuccederet tantùm in caſum non ſuper extan-
tiæ bonorum Antonij pro dicta quantitate expreſſa,
vtique ex ea Iacobus agere non potuit, niſi priùs puri-
ficato implemento prædictæ conditionis, ante quam
2 nec obligatio, nec actio vlla oriri potuit, iuxta termi-
nos, *l. decem* 116. *de verb. oblig. & ibi Alberic. in princ.
Caſtr. in ſummario Iaſ. num.* 19. *& num.* 3. *&* 4. *l. fin.
ff. ſi cert. petat. vbi not. Ang. num.* 2. *& Iaſ. in princ.
verſ. & propterea, & fuit dictum in d. Beneuentana Sal-
uiani coram me*. Non ſolùm autem non fuit probatum,
non remanſiſſe bona aſcendentia ad dictum valorem,
(quod onus incumbebat dicto Iacobo in ea negatiua ſe
3 fundanti iuxta theoricam *Bart.* communiter receptam,
in l. in illa, col. 2. *ff. de verb. oblig.*) ſed de contrario con-
ſtat ex eiſdem actis. Nam ipſe Iacobus ab A.C. obtinuit
mandatum executiuum pro dicta ſumma ſcut. 4. mill.
contra bona hæreditaria d. Darij, ſuper quibus etiam
fuit exequutum, *vt in extr. fol.* 79. *&* 80. & in eorum-
dem bonorum poſſeſſionem mandatum de immittendo
reportauit ab eodem A. C. *ſub die* 3. *Septembris* 1614. *d.
extr. fol.* 207. Et pro illorum etiam liquidatione, & æſti-
matione inſtetit, & obtinuit ſubdelegari Iudicem in
partibus, *vt d. extract. fol.* 208. *& ſeqq.* à quo electi
fuerunt periti, licèt pro parte Lauræ tanquam ſuſpe-
cti recuſati, qui facta æſtimatione retulerunt, bona in
ſubdelegatione deſcripta, & ſpecificata aſcendere ad
flor. 2392. *vt in proceſſ. remiſſ. fol.* 60. Vnde Iacobus
4 priùs debebat experiri, & actiones dirigere contra di-
cta bona *ad not. per Bald. & Caſtr. in l.* 2. *num.* 8. *C.
comm. diuid. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, num.* 81.
verſ. debeat tamen, Inſt. de act. Gabr. de fideiuſſ. concluſ.
1 *num.* 15. *Caroc. de excuſſ. bon. quæſt.* 5. *num.* 8. *verſ.
illud etiam, part.* 3. *& dictum fuit in dicta Beneuentana
Saluiani*. Et pro ea ſumma obligatio Darij conditio-
nalis orta dici non poterat, & ſic nec actio vlla Iacobo
acquiſita, & propterea ſententia aſſocians illum pro
5 tota ſumma ſcut. 4. mill. ad poſſeſſionem bonorum
per Lauram poſſeſſorum, pro parte exceſſiua fuit in
totum nulla, *Gloſ. in l. fin. vbi Bart. & alij, ff. de iu-
riſd. omn. iud. Iaſ. in l.* 1. *§. ſtipulantis, col.* 4. *num.* 9. *in*
5. *limit. ff. de verb. oblig. Put. deciſ.* 315. *lib.* 1. *in nouiſſ.
impr. Rot. diuerſ. deciſ* 221. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 315.
num 5. *part.* 2. *diuerſ. & in Romana ſpolij* 21 *Febr.* 1600.
*coram bon. mem. Iuſto, & latè coram me in Romana Pa-
latij* 19. *Ianuarij* 1615. Secundò aliqui ex DD. ſentie-
6 bant, eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis, vti latam
pendente dilatione, *iuxta text. in l. ſiuè pars, C. de di-
lat. cap. conſuluit de offic. deleg. cap. ſignificante, & ibi Franc.
de appellat. Lap. alleg.* 2. *Anchar. conſ* 36. *Vant. de nullit.
ex defect. iuriſd. ord. num.* 157. *& ſeq.* Nam ſub die 1.
Iulij 1614. fuerunt admiſſi articuli cum termino trigin-
ta dierum ad proban *vt in d. extr. fol.* 290. & ſub die 3.
eiuſdem Iudex pronunciauit. Nec obſtat defectus in-
timationis, cum qua dicta dilatio conceſſa fuit, quia
nihilominus quo ad ipſum Iudicem, & Lauram termi-
7 nus pendebat, & propterea reuocatio expreſſa requi-
rebatur, *vt dixit Rota in Nucerina hæreditatis* 13. *No-
uembris* 1595. *coram bon. mem. Iuſto*. Non obſtat ſimi-
8 liter clauſula, *ſinè præiudicio iudicij poſſeſſorij*. Nam
articuli pro parte Lauræ exhibiti, cum tenderent ad
probandam condecentiam, & congruitatem augmenti
dotis ſibi per Darium facti, concernebant anteriorita-
tem hypothecæ pro dotis congruæ legato ipſi ex teſta-
mento dicti Antonij condito de anno 1570. competen-
tis iuxta *tex. in l.* 1. *C. comm. de legat.* ob quam præferen-
da veniebat Iacobo agenti ex dicta promiſſione Darij
de anno 1604. & ſic poſteriori creditori *l.* 2. *ff. qui pot.
in pig. hab. Rip. in l. priuilegia num.* 5. *ff. de priuileg. cred.
& in ſpec. legati dotis fuit reſolutum coram R. P. D. meo
Cauaterio in Romana dotis de Ceulis* 30. *Ianuarij, &* 13.
Maij 1609. Vndè, & multo magis illi retentio compe-
9 tebat contra eundem, qui ab ipſa non poterat, niſi per
ius offerendi poſſeſſionem bonorum auocare, *l.* 1. *§.
cum autem, vbi Salic. C. ſi antiq. cred. Neguſ. de pignor.* 3.
membr. 5. *part. num.* 1. *verſ. & primò amplia*, & con-
ſequenter articuli erant releuantes, etiam ad effectum
10 iudicij poſſeſſorij Saluiani, cui non obſtabat illa an-
terior hypotheca, *Rota in Romana legatorum* 3. *Nouem-
bris* 1599. *coram bon. mem. Corduba, & in Senogallien.
prædij* 17. *Iunij* 1599. *coram Bubalo, Modern. de Saluian.
interd. inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 6. *cum ſeqq.* Quin etiam
vnus ex DD. dubitabat de exiſtentia hypothecæ dicti
Iacobi, quia videbatur iam extincta per obitum eiuſ-
dem Darij promittentis, qui bona fideicommiſſo dicti
Antonij ſubiecta, niſi ipſo tantùm viuente obligare po-
11 terat, & ideò ſuccedebat regula, quòd reſoluto iure
donantis reſoluitur & ius acceptantis, *l. lex vectigali
fundo, ff. de pignor. & hypot. l. ſeruo legato §.* 1. *& ibi
Doct. de leg.* 1. *cum vulg. l. debetur ff. ad Trebell. l. debitor
12 vbi gloſ. & Doct. C. de pact.* & ideò ſublata actione per-
ſonali, etiam hypotheca reſolutum fuerit, *l. contrahitur,
vbi Bart. & alij, ff. de pignor. Surd. deciſ.* 174 *num.* 20.
13 Et conſequenter ceſſauerit Saluianum, quod ab ea fun-
damentum ſumit, *l.* 1. *ff. de Saluian. Natt. conſ.* 474.
num. 43. Tertiò, placebat etiam aliquibus ex DD. aliud
caput iniuſtitiæ dictæ ſententiæ, ex eo quia Iacobus non
vide-

Digitized by Google

videtur potuiſſe immitti in poſſeſſionem dd. bonorum
per Lauram poſſeſſorum, cum ipſa in illis anteriorem
14 haberet hypothecam ſibi pro legato dotis competen-
A tem A, ex teſtamento dicti Antonij proaui paterni,
iuxta tex. in l. 1. C. comm. de leg. §. noſtra Inſtit. de legat. cum adductis per Surd. deciſ. 76. *num.* 4. *cum ſeqq.* quæ
quidem anterior hypotheca obſtabat Iacobo agenti Sal-
15 uiano, *l.* 2. *ff. qui pot. in pign. hab. Rip. in l. priuilegia, num.* 5. *ff. de priuil. cred. & fuit deciſum in Senogallien. prædij* 17. *Iunij* 1587. *coram Buhalo*, & in terminis alle-
gatur deciſio *in Romana dotis* 30. *Ianuarij* 1609. *coram R. P. D. Caualerio*. Neque obſtat, quòd Laura ante
aſſignationem iſtorum bonorum ſibi per Darium pa-
trem factam fuiſſet iam antea nuptui tradita cum dote
ſcut. 750. & ſic per ſolutionem legati extincta remanſe-
rit dicta anterior hypotheca competens ex teſtamento
16 Antonij. Quia nihilominus congruæ dotis ſupplemen-
tum ſuper eiſdem bonis petere potuit, tàm de iure, *ut per Doct. communiter in auth. res quæ C. comm. de leg. latè Theſaur. deciſ.* 192. *per tot, & Peregr. de fideicomm. art.* 42. *num.* 77. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 22. *num.* 23. quàm etiam ex expreſſa diſpoſitione dicti Antonij
fideicommittentis, qui mandauit, filias fœminas natas,
& naſcituras conuenienter dotari. Quòd autem prima
dos data Lauræ incógrua fuerit, vrgentiſſima coniectura
reſultat ex eo, quòd longè minor fuit dote tradita Leo-
noræ alteri Darij filiæ, quæ fuit ſcut. 2500. & ſic pro
medietate maior. Vndè nec etiam potuit prædicta ſen-
tentia ſubſtineri pro alia quantitate ſcut. 500. petita per
Iacobum, vigore ceſſionis, ſeù donationis iurium do-
talium per quondam Olympiam de Cuppis vxorem dicti
Darij ſibi factæ de anno 1609. *vt in ipſius ſummario num.*
9. Quia illa etiam quantitas ſub eodem capitulo, &
17 vnica ſumma comprehenſa fuit, & ſic ſententia ratio-
ne indiuiduitatis fuit in totum nulla, vt dictum eſt.
Vltra quod dicta donatio tanquam notoriè nulla ex defe-
18 ctu conſenſus viri, & ſolemnitatum requiſitarum, &
vti patenter inofficioſa, cum abſorbeat etiam totam
legitimam filijs debitam, non merebatur executionem
ex deductis per informantes, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd pro legato competat hyphotheca legalis, latè *Pa-*
19 *cific.* pluribus auctoritatibus, & deciſionibus adductis *de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4 *num.* 186. competit autem hy-
potheca pro legato non ſolum ad alia bona per teſtato-
rem poſſeſſa, ſed etiam ad res ipſas legatas, vt tenerit *Bart. in l* 1. *ſub num.* 13. *verſ & ita intelligit Gloſſ. ff de legat.* 1. *Imol. num.* 4. *Aretin. ſub num.* 5. *verſ. & approbant hic, Soccin num* 15. *Alexand num* 26. *Angel. num.* 87 *Gabr. qui teſtatur de magis communi, conſil.* 46. *num.* 21. *et* 43. *lib.* 1. *Peregr. de fideicommiſſ. art* 45. *num.* 49. *circa med. Pacific. d. cap.* 4. *num.* 190. *Surd. deciſ.* 76. *num.* 9. *et firmauit Rota in Viterbien. Caſtrorum* 12 *Iunij* 1623. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, et nuper in Mediolanen. legati* 16. *Februarij* 1629. *coram R. P. D. meo Durano*, in qua hæc opinio optimè comprobata fuit, re-
iecta contraria, quam tenuerunt, *Gloſſ in auth. contra cum rogatus. verb. in rem. C ad Trebellian. et in §. noſtra, in verb. hypothecariam, Inſtit. de legat. Bald. in l.* 1. *ſub num.* 21. *verſ. item competit, C. commun. de legat. Rip. in d. l.* 1 *num.* 65. *ff. de legat.* 1. *Craſſ in §. legatum, quæſt.* 76. *Gratian. diſcept.* 62. *num.* 28. & ideo contra res ipſas le-
gatas competere etiam Saluianum, firmarunt *Gabr. Peregrin et Pacific. locis cit.* & in his terminis etiam illud con-
ceſſit *Rota apud Card Seraph. deciſ.* 828. *num* 1. *et apud Pacif. deciſ.* 192. *num.* 1. *et in recent. deciſ.* 193. *part.* 1. *et in Viterbien. Caſtrorum coram Reuerendiſſimo Decano, et in d. Mediolanen. legati coram R. P. D. Durano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana executionis.

Lunæ 11. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Dotis in domibus, mobilibus, & iocalibus promiſſæ, & non ſolutæ fructus quando debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis promiſſa in bonis taxantur ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, quando dos eſt conſtituta in pecunia numerata ſoluenda in tot bonis.*
2 *Bona dicuntur eſſe in facultate ſoluendi, & quantitas in obligatione quando promiſſa eſt quantitas ſoluenda de bonis.*
3 *Verba*, de bonis, *adiecta, & relata ad verbum executiuum, non obligatorium, demonſtrant, bona non eſſe in obligatione, ſed in facultate ſoluendi.*
4 *Bona dicuntur eſſe in facultate ſoluendi, & quantitas in obligatione, quando quantitas promiſſa fuit certa, ſpecies verò incerta.*
5 *Dies adiecta ſolutioni tacitè interpellat.*
6 *Suſtentatio onerum matrimonij habet vim interpellationis pro curſu vſurarum.*
7 *Debitor, qui poterat ſoluere in bonis, & in pecunia ad ſui electionem, ſi fuerit in mora conſtitutus, remanet debitor in pecunia, & facultatem ſoluendi in ſpeciebus amittit.*
8 *Debitor in pecunia tenetur ad præſtanda alimenta pro tempore moræ.*
9 *Eligendi facultas morte reſoluitur.*
10 *Dominium rerum dotalium non transfertur in maritum ſinè traditione.*
12 *Species promiſſa pro dote fundus dotalis effici non poſſunt, ſinè traditione.*
13 *Fructus dotis debentur, licèt dos promiſſa fuerit in ſpeciebus non fructiferis.*

DECISIO CCLXXXVII.

FVIT 10. Martij præteriti reſolutum
ad fauorem Hyacinthi filij, & hæredes
Simonis habendam eſſe rationem fru-
ctuum dotalium pro parte dotis ma-
ternæ ſoluendæ in pecunia, ad ratio-
nem ſeptem cum dimidio pro cente-
nario *iuxta Statutum Vrbis cap.* 137.
lib. 1. Ad eandem rationem hodie DD. dixerunt deberi
fructus pro parte promiſſa in domibus, mobilibus, &
iocalibus, quod tunc particulariter viden. reſeruaue-
rant. Fundamentum fuit, quia pro indubitato habue-
1 runt, dictam dotem per quondã Flaminium Aureliæ eius
filiæ tunc deſtinatæ vxori dicti Simeonis promiſſam con-
ſtitutam fuiſſe in pecunia numerata. Verba enim capitu-
li matrimonialis tunc inter partes initi ſunt clara, &
aperta ibi, *Promette detto Signor Flaminio per dote di detta ſua figlia ſcudi dieci mila di moneta a* 10. *giulij per ſcudo, &c.* Et licèt ſubiungatur, *da pagarſi conſumato il matrimonio in tante caſe in Roma, in gioie, & denari contanti, &*

Digitized by Google

ti, & mobili, ad arbitrio di detto Signor Flaminio, &c. ta-
2 men dicta quantitas ſcutorum 10. mill. eſt in obligatio-
ne, domus verò, iocalia, & mobilia in facultate ſoluen-
di, *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, ff. de ſolut.
& ibi Bart. in 1. not. & ſub num. 2. poſt med. & Caſtr.
col 2. verſ. ſed oppono, idem Bart. conſ. 70. num. 4. lib. 1.
Corn. conſ. 215. num. 2. vol. 4. Ruin. conſ. 65. num. 1. vol.
2. Grat.* qui hanc theoriam Bart. communem dicit *conſ.
12. num. 46. lib. 1.* & in ſpecie dotis eam ſequuntur *Al-
ber. in d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, num. 3.
verſ. & ad quaeſtionem, Caſtr. conſ. 469. in princ. vol. 1.
Corn. conſ. 15. num. 4. & 5. lib. 2. & conſ. 139. num. 2.
lib. 4. Ruin. conſ. 134. num. 3. & 5. verſ. & ad confirma-
tionem, vol. 4. Soccin. conſ. 214. in princ. vol. 2. Cephal.
conſ. 351. num. 15. & 16.* ſequuta eſt etiam Rota in illa
Romana reſtitutionis dotis 10. Martij 1608. coram bon.
A *mem. Penia* A, Maximè quia ſunt adiectæ, & relatæ
3 ad verbum executiuum, non obligatiuum, *Bart. in d. l.
ſi quis ſtipulatus fuerit, &c. verſ. ſed ad contrarium, Ruin.
d. conſ. 65. num. 8. verſ. & ita voluit, & num 9. & d.
conſ. 134. num. 3. verſ. & ad confirmationem*. Prædicta
4 verò concluſio magis etiam procedit, cum quantitas
promiſſa fuerit certa, ſpecies verò incertæ, *Bart. &
Caſtr. in d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit, Ruin. d. conſ. 65.
num. 8. verſ. vel ſecundò poteſt reſponderi*; & ceſſat etiam
omnis difficultas ex illis verbis, *ad arbitrio di detto Signor
Flaminio*, quæ neceſſariò referenda ſunt ad facultatem,
quia alioquin obligatio eſſet collatio in arbitrium debi-
toris, quod eſſe non poteſt, *d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit
decem in melle, Bald. in ſpecie noſtra, conſ. 194. verſ. quo
ad primum, vol. 5.* Hinc ſequitur, quòd cum Flami-
nius, qui vi dicti capituli tenebatur electionem, & ſo-
lutionem facere poſt conſumatum matrimonium, con-
ſtitutus fuerit in mora nedum ſoluendi, ſed etiam eli-
5 gendi, tùm ex ipſa die adiecta, quæ tacitè interpellat,
*vulg. l. magnam. C. de contr. ſtipul. Bart. conſ. 132. num.
2. verſ. certum lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 5. num.
18.* tum ex ſubſtentatione onerum matrimonij, quæ
6 vim habet interpellationis pro curſu vſurarum, *Bart. in
l. de diuiſione num. 1. & 2. ff. ſolut. matrim. Caſtr. in l. iube-
mus nulli 14. §. sanè ſi hæc, num 4. C. de ſacroſ. Eccl. Iaſ. in l.
ſi donaturus, §. ſi quis, num. 17. ff. de condit. cauſ. dat. Man-
tic. d. tit. 5. num. 17. in fin.* Vtique ipſe remanſit debi-
7 tor in pecunia, & facultatem ſoluendi in ſpeciebus ami-
ſit, *Bart. in l. Stychum, aut Pamphilum, num. 2. verſ.
ex quo nota, ff. de ſolut. & ibi Ang. in §. cum verò, num.
1. Bart. in dict. l. ſi quis ſtipulatus fuerit, &c. in ſecun-
do not. vbi etiam Caſtr. in princ. & d. conſ. 70. propè fin.*
B *lib. 1.* B, Poſt quam moram ſucceſſit obligatio ad præ-
8 ſtan. alimenta iuxta formam ſtatuti, *Caſtr. in puncto
conſ. 469. verſ. quarta concluſio, vol. 1.* Imò nec ſolùm
per moram, ſed & multò magis per mortem Flaminij
9 debitoris electionis facultas reſoluta fuit, *Iaſ. conſ. 148.
col. pen. verſ. ſecundò principaliter, lib. 2. Menoch. de
arbitr. quaeſt. 69. num. 2. 3. & ſeq. & conſ. 1123. num.
19.* Non obſtat ſcriptura manu Simonis confecta, in
qua ipſe declarat, quòd ſocer contulit in domum ſuam
mobilia, quæ ille priùs habebat, & alia emit pro ſe,
& ſimul cum ipſo: quia ex hoc non ſequitur, ea fuiſſe
conſignata, & ſoluta pro dote, ſed tantùm in commu-
nionem collata ad promiſcuum vſum, vt clariùs etiam
apparet ex ſubſequentibus verbis; *Et ſopra queſti ac-
quiſti, & ſi viue concordentemente ſenza fare ſeparatio-
ne*. Et ideò non poteſt dici, eorum dominium à Flami-
10 nio abdicatum fuiſſe, & in Simonem tranſlatum ſinè tra-
ditione, *Bald. in l. de diuiſione, num. 1. in vltimo not. ff.
ſolut. matr. & ibi Alex. num. 10. & Iaſ. num. 5. Bald.
Nouell. in tract. de dot. part. 7. priuil. 10. num. 1.* Ex
his reſultat etiam reſponſio ad pactum in alio capi-
tulo matrimoniali adiectum, quòd ſpecies promiſſæ de-
berent ſtare pro fundo dotali, & in caſu ſoluti matri-
monij Flaminius eas recipere teneretur pro eodemmet
pretio, & ſic videatur dicendũ, ſpecies datas fuiſſe in do-
tem, quantitatem verò expreſſam ad effectum æſtima-
tionis, *vt probat tex. in l. fin. ff. de pact. dot & l. ſi
miter virum, C. de iur. dot. cum alleg.* Nam iſtud fortè
procederet, ſi ſequuta eſſet electio, & declaratio Flami-
nij, atque actualis traditio, & conſignatio ſpecierum
12 facta fuiſſet, cum (vt dictum eſt) traditio ſit neceſſaria,
etiam in dote ad tranſlationem dominij, nec ſinè illa
ſpecies promiſſæ fundus dotalis effici potuerint, *l. do-
tale 13. §. dotale ff. de fund. dot. Bart. in d. l. de diuiſione,
num. 1. in princ. & ibi Caſtr. num. 3. Iaſ. num. 5. in 3.
not. & num. 8. verſ. tamenlicet, ff. ſolut. matrim. Angel.
conſ. 16. num. 1. verſ. concludo*. Vndè tollitur etiam
obiectum ex deciſione, *in Romana dotis 11. Februarij
1611. coram Reuerendiſſimo Domino Lugdunen.* Quia ibi
facultas inueſtiendi in locis montium fuerat redacta
ad actum de conſenſu viri, & vxoris, & ideò vxor in
caſu vergentiæ non poterat petere niſi fructus locorum
montium. Præterea dicebant aliqui, quòd, vbi etiam dos
13 promiſſa fuiſſet in ſpeciebus non fructiferis, attenditur
ſolum intereſſe mariti ſuſtinentis onera matrimonij, nõ
autem quòd dos ſit conſtituta in rebus muliebribus, or-
namentis, & ſimilibus, *vt probat text. in l. fin. §. præ-
terea, C. de iur. dot. cum latè cumulat. per Giurb. deciſ. Si-*
C *cil. 72. num. 14.* C.
Ex quibus fuit deciſum vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione allegata dixit *Rota in Interamnen. cenſus 2. Iunij 1621. coram R. P. D. Vbaldo*.

B Sequitur *Beltramin in addit. ad deciſ. 316. Gregor. XV. num. 3.*

C *Fontanell de pact. nuptial. clauſul. 6. gloſ. 2. part. 7. num 12. et ſeqq. vſque ad 26.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Reatina Barchæ.

Lunæ 11. Decembris 1617.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas non præſumitur, quando res vna, & eadem eſſe poteſt, limita ad excludendum delictum, quia tunc præſumitur pluralitas num. 5. vbi vide aliam ſublimitationem.*

2 *Quaſi poſſeſſio regulariter non tranſit in hæredes, etiam in incorporalibus.*

3 *Poſſeſſionem rei corporalis acquirens, dicitur etiam acquirere quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis, quod circa illam verſatur.*

4 *Quaſi poſſeſſio extenditur etiã contra perſonas diuerſi generis, ſeu ſpecies, quando non agitur de illa acquirenda, ſed de iam acquiſita defendenda, ſeu conſeruanda.*

DE-

DECISIO CCLXXXVIII.

CONTRA reſolutionem factam 23. Ianuarij præteriti plura pro parte Illuſtriſsimi Abbatis ſancti Paſtoris excitabantur motiua, quibus non obſtantibus Domini ſteterunt in eiſdem, videlicet pro manutentione concedenda Nauijs retinendi barcam in parte fluminis Velini, de qua agitur, ad effectum tranſeundi de vna ripa ad aliam, & tranſuehendi perſonas, res, & animalia, cum ſolutione mercedis, ſeu nauli, & quidem priuatiuè quoad dictum Illuſtriſſimum Abbatem. Nam in primis ſubſiſtit fundamentum quaſi poſſeſſionis dd. de Nauijs concludenter probatæ, retinendi dictam barcam in dicto loco, cum domo habitationis prò nauta continuè ibi reſidente, & cum fune extenſa ſupra flumen de vna ad aliam ripam pro ducenda dicta barca, & exactione nauli à tranſeuntibus: ac conceſſione licentiarum volentibus retinere nauem intra limites in dicta reſolutione firmatos, pro eorum vſu: prohibitionibus, & actibus implicitam prohibitionem habentibus quibuſcunque alijs perſonis, & acquieſcientia illarum, & effectuationis dictarum prohibitionum; quæ omnia fuerunt latè deducta in dicta reſolutione, neque in dubium hodiè videntur reuocata ex aduerſo, ex quibus reſultat dicta quaſi poſſeſſio priuatiua, vt latiùs in dicta deciſione. Nec obſtat, quòd prohibitio facta Societati ſanctiſsimi Sacramenti reddatur æquiuoca, quia dicta Societas habebat intra fines aliam tenutam, quæ non eſt in loco, de quo agitur, quia teſtis ponderatus in ſummario de Nauijs num. 2. vnam tantùm tenutam dicit ibi adeſſe in illis verbis,
A *nella ſua tenuta*, & pluralitas non præſumitur, A,
1 *Iaſ. conſ.* 72. *num.* 1. *lib.* 1. *Bertazzol. conſ.* 94. *num.* 25. *lib.* 1. *crimin. Modern. de probat. concluſ.* 1174. *num.* 34. Ad motiua verò in contrarium reſponſum fuit, & ad primum, quòd nõ probetur, barcam Illuſtriſſimi Domini Abbatis fuiſſe poſitam intra terminos, intra quos Nauij ſunt in dicta quaſi poſſeſsione priuatiua; quòd imò de contrario conſtat, nam termini, intra quos Nauij fuerunt, & ſunt in dicta quaſi poſſeſsione, ſunt à Canali de Tremulis, vſque ad Grumulum, alias Turrionem, qui ſitus extendit ſe circa tria milliaria, vt deponunt teſtes dd. de Nauijs in ſummario aliàs dato, primus iuxta 24. & ſecundus ſuper ſeptimo num. 18. barca autem Domini Abbatis fuit appoſita in dicto flumine propè locum nuncupatum, *Voto di Scotia*, qui non diſtat à barca, ſeu loco, vbi retinetur, vltra quartam partem vnius milliarij, vt deponunt tertius teſtis illorum ſuper nono, & quartus *in d. ſummario num.* 31. 32. *&* 33. Ad ſecundum, quod dicitur, quòd quaſi poſſeſsio priuatiua non ſit probata quoad Hieronymum, & fratres, ſed tantùm quoad eorum authores, quæ regula-
2 riter non tranſit in hæredes, *vulg. l. cum hæredes, ff. de acq. poſſ.* cuius diſpoſitio procedit etiam in incorporalibus, iuxta opinionem Rotæ, *Verall. deciſ.* 135. 152. 420. *par.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 76. *& fuit dictum in Oueten. beneficij* 5. *Ianuarij* 1596. *coram bon. mem. Orano*. Reſponſum fuit, quòd cum dicti Hieronymus, & fratres acquiſierint quaſi poſſeſsionem affirmatiuam retinendi, & exercendi dictam barcam modis prædictis, quam de tempore litis motæ, & hodiè retinent, & ſic rerum corporalium, fuit etiam illis quæſita quaſi poſſeſsio iuris incorporalis, videlicet prohi-
3 bendi volentibus infra dd. terminos barcam retinere, cum ius illud incorporale prohibendi inhæreat dictæ barchæ, *Innoc. in cap. in literis, num.* 6. *de reſtit. ſpoliat. Bart. in l.* 3. *num.* 5. *verſ. quandoque quæritur. ff. de acquir. poſſ. & ibi Roman. num.* 8. *&* 9. *Angel. in princ. Alex. num.* 22. *propè fin. verſ. poteſt tolerari, Iaſ. num.* 34. *idem Bart. in l.* 1. *§. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. act. priuat. & in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. not. Cyn. num.* 14. *Bald. num.* 57. *verſ. nonò quæritur, Caſtr. num.* 15. *Salic. num.* 21. *Alex. num.* 25. *cum alijs per Menoch. de adipiſcen. remed.* 4. *num.* 394. Præterea etiam Marius vnus ex dictis fratribus de Nauijs fecit conceſſiones limitatas retinendi nauem infra dd. terminos, de duabus conſtat *in dicto ſummario num.* 16. *&* 17. vltra retentionem continuam dictæ nauis cum palis in vtraque ripa pro retentione funis, qui actus habent implicitam prohibitionem, vt aliàs dictum eſt. Ad aliud verò motiuum, quòd quaſi poſſeſsio nõ extendatur contra perſonas diuerſi generis, ſeu ſpeciei; dictum fuit
4 non applicari: quia hic non agitur de acquirenda quaſi poſſeſsione, ſed de acquiſita conſeruanda, & defendenda, in qua non fit diſtinctio perſonarum, vt benè firmat *Cardinal.* loquens in terminis de monitorio in aliàs allegato *conſ.* 38. *num.* 10. *verſ. ad ſecundum, iuncto num.* 2. *verſ. ſecundò*, quod in poſſeſſione reſpectu certi loci, præſertim ab alijs non poſſeſſi, fuit pleniùs comprobatum in alia deciſione. Allegata verò in contrarium procederent, vbi ageretur de acquirenda iuriſdictione, vel quaſi poſſeſſione contra perſonas.

Ex quibus Domini ſteterunt in deciſis, vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Limita, quando agitur de delicto, quia tunc ad illud ex-
5 cludendum non præſumitur ſingularitas, ſed potiùs pluralitas. *iux. tradita per Abbat. in cap. cum Ioannes, num.* 16 *de fid. inſtrument.* Corn *conſil.* 233. *in fin lib.* 3. *Crauett. conſil* 244. *num.* 2. ideo ad excludendum falſitatem teſtium, & vt concordentur eorum dicta, præſumenda eſt pluralitas actuum, non ſingularitas, *Gregor. XV. deciſ.* 390. *num. vlt. cum alijs pluribus per Farinac. de teſtib. quæſt.* 65. *num.* 38. *& per Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 15. *num.* 11. *Scacc. de cõmerc. & camb. §.* 2. *gloſ.* 2. *num.* 3. vbi quòd hoc non procedat, quando ad excludendum falſitatem teſtium includeretur probatio delicti contra inquiſitum, de quo tamen videndus eſt *Farinac. d. quæſt.* 65. *num.* 76. *& plurib. ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana penſionis domus.

Veneris 15. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio ad effectum manutentionis in exactione penſionum domus, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus de facto proprio deponens probat plùs, quàm ſemiplene, & iuncta alio teſte de viſu facit plenam probationem.*
3 *Probatio ſemiplena, & per vnicum teſtem ſufficit in iudicio ſummariſſimo poſſeſſorij.*
4 *Solutio vnica ſufficit ad conſtituendum in quaſi poſſeſsione ad effectum manutentionis.*
5 *Præfecti domus factum, & ſcientia, reputatur ſcientia Domini.*

6 *Te-*

6 *Teſtes ſingulares deponentes de confeſſione extraiudiciali concludenter non probant, ſed faciunt aliquod adminiculum. num. 7.*

8 *Quaſi poſſeſſio exigendi ſemel probata cenſetur continuata, & non dicitur amiſſa, licèt non fuerit exactum per multos annos.*

9 *Inquilinus à ſolutione penſionum præteritarum non liberatur ex ſuperuenientia noui tituli.*

10 *Locatori competit manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones.*

11 *Manutentio datur pro terminis decurſis, etiam ante motam litem, quando principaliter petuntur.*

DECISIO CCLXXXIX.

CENSVERVNT DD. manutentionem eſſe concedēdam Illuſtriſſimo D. Cardinali, de cuius quaſi poſſeſſione exigendi à Iulio Cæſare penſiones domus, de qua agitur, conſtat ex duobus teſtibus *in eius ſummario nu.* 3. quorum primus iuxta 10. & 14. deponit de viſu ſolutionum factarum Placido miniſtro d. D. Cardinalis tunc abſentis ab Vrbe: ſecundus, qui eſt dictus Placidus, iuxta ſecundum, & ſuper primo de facto proprio, quòd vti deputatus à Præfecto domus exegit dictæ domus penſiones à dicto Iulio Cæſare per ſpatium duorum annorum ad rationem annuam ſcutorum 50. quolibet ſemeſtre, ratam anticipatè, & ſe illi feciſſe quietantias, & dicit de excomputatione quarūdam ſummarum pro aptatione tecti, necnon pro ſelicata ſalæ, & replicat de dictis ſolutionibus iuxta quintum articulū:
1 quæ probatio exuberat, cum vnicus teſtis de facto proprio probet plùs, quàm ſemiplenè ad vulg. *doctr. Caſtr. in l. quicumque, in fin. C. de ſeru. fugit. & dixit Rota coram me in Vrbeuetana dotis 3. Martij præteriti, & in ſpecie in Anconitana, ſeu Auximana florū 18. Aprilis 1616. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & in Cuſentina penſionis 4. Maij d. anni coram R. P. D. meo Vbaldo,*
2 & iuncto alio teſte de viſu fit plena probatio, *Bart. in l. admonendi, num. 48. vbi Iaſ. num. 253. Rip. num. 206. Curt. iun. num. 60. & 61 ff. de iur. iur. Alex. in l. Gallus, §. ille caſus, num. 14. ff de lib. & poſthum.* cum alijs adductis *per Surd. deciſ. 12. num. 2. 3. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 41. num. 2. verſ. exem-*
3 *plum.* Cum tamen in hoc ſummariſſimo ſufficiat ſemiplena, & per vnicum teſtem, *Rot. deciſ. 196. in fin. part. 1. in Pampilonen. penſionis 16. Ianuarij 1616. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & in dicta Cuſentina penſionis, Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 138. num. 23. cum deductis in Cæſarauguſtana penſionis 4. Iulij 1608. coram R. P. D.*
4 *meo Manzanedo*, prout etiam ſufficit vnica ſolutio ad
A conſtituen. in quaſi poſſeſſione A, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 53. de cauſ. poſſ. & propr. Roman. in conſ. 311. num. 7. Rot. deciſ. 196. num. 2. part. 1. diuerſ.* Nec dicatur, non conſtare de ſcientia D. Cardinalis, nec de mandato D. Placidi ad exigen. tum quia idem Placidus depònit de cura exigendi ſibi iniuncta à
5 Præfecto domus, cuius factum, & ſcientia reputatur Domini, *Bart. in l. ſi publicanus, §. fin. num. 1. ff. de public. Aym. de antiq. temp. part 4. §. abſolutis, num. 23. & ſeq.* & concludit etiam de ſcientia D. Cardinalis, dum dicit, compenſationem expenſæ ſelicatæ cum penſione fuiſſe factam cum eius licentia; tum quia de approbatione ſubſecuta conſtat ex cedula eiuſdem ſub 16. Septembris 1607. directa DD. de Donis ad banchum de reſtituen. ſcuta 13. & b. 50. dicto Iulio Cæſari habita pro penſione domus pro vno trimeſtre.

Adminiculatur etiā dicta quaſi poſſeſſio ex teſtibus de cō-
6 feſſionibus extraiudicialibus deponentibus, qui licèt videantur ſingulares, & ſic non benè probent confeſſionem iuxta opinionem, quam tenet Rota contra pluri mos contrarium tenentes, negari tamen non poteſt,
7 quin faciant magnum adminiculum. Secundò, ex recognitione d. Iulij Cæſaris vti inquilini d. domus, facta ſub die 29. Iulij 1602. ad fauorem D. Cardinalis, qui adeptus fuerat poſſeſſionem domus virtute exemptionis præcedentis, *vt in ſummario num. 1. & 2.* in verum dominum, & patronum, & ex promiſſione de ſoluen. penſionem ſolitam, & in principio cuiuſlibet ſemeſtris pro rata, cum iuramento, & obligatione Camerali *in ſummario num. 2.* Tertiò ex continuata inhabitatione d. domus, & recognitione, de qua deponunt dd. teſtes vbi ſupra, quæ etiam probatur ex dicta cedula D. Cardinalis, de qua in ſummario Iulij Cæſaris ibi, *della caſa che teneua in Borgo S. Angelo.* Et quamuis exactio non probetur de tempore motæ litis, tamen ſufficit exactio ante motam litem, quæ præſumitur continuata; & vlteriùs
8 vbi etiam conſtaret, per multos annos ceſſatum fuiſſe in exigendo, non diceretur amiſſa quaſi poſſeſſio, *Bald. in l. 2. num. 5. C. de ſeruit. & aq. Alex. in l. quamuis, §. ſi conductor, num. 2. verſ. ſimiliter licèt penſio, ff. de acquir. poſſeſſ.* etiam ſi per decennium, *vt in Romana fructuum 9. Aprilis 1601. coram Corduba, & in Aquilegien. penſionis 21. Maij 1610 coram R. P. D. meo Manzanedo, Gratian. diſcept. 113. num. 21. & ſeq.* Nec putarunt DD. ſuffragari Iulio Cæſari titulum, quem prætendit ſibi ſuperueniſſe ex donatione, ad eius fauorem facta de anno præterito per Marium Agazzinum, *de qua in eius ſummario num.* 3. quia quatenus etiam in hoc iudicio ſummariſſimo eſſet attendendus, de quo videbitur, non li-
9 beraret à penſionibus præteritis, *l. ſi quis fundum 10. §. fin. vbi Caſtr. num. 1. ff. locat.* Nec dubitabant DD.
10 quin locatori competat manutentio in quaſi poſſeſſione exigēdæ pēſionis, quia ſolutio d. pēſionis nō videtur merè perſonalis cum fiat occaſione rei locatæ, *Anchar. in c. peruenit, in fin. de cenſ. Iacob. Venāt. de ann. præſt. q. 1. nu. 1. tract. tom. 6. part. 2. fol. 244.* in quo caſu dari manutentionem *firmat idem Bald. ex aduerſo citatus in l. vnic. num. 21. verſ. reſpondeo, C. vti poſſid. & firmatum fuit in Aquilegien. penſionis 1614. coram R. P. D. meo Manzanedo;* & in terminis locatorem eſſe manutenendum, *Papien in form. libell. ad fut. præſt. §. ſuper ſolutione,*
B *num. 5. Iacob. Venan. vbi ſupra quæſt. 8. num. 2.* B. Tum quia vbi etiam eſſet merè perſonalis, competeret officium Iudicis. Ex quibus concluſerunt DD. eſſe dandum mandatum de manutenēdo dicto D. Cardinali quoad dictas penſiones decurſas, vſque in diem dictæ donationis factæ Iulio Cæſari, iuxta opinionem Rotæ, ſecun-
11 dùm quam datur manutentio etiam pro decurſis ante motam litem, quando principaliter petuntur, *Paleott. deciſ. 335. & fuit dictum in Cæſarauguſtana penſionis 30. Ianuarij 1589. coram bon. mem. Gipſio, & in Calaguritana liquidationis 14. Maij 1611. coram Reuerendiſſimo*
C *D. Sacrato.* C, & quòd de alijs videatur.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *deciſ. 69. ſub lit. B.*

B Et quòd locatori aduerſus conductorem pro penſionibus competat manutentio, *Bero. conſil. 119. num. 5. lib. 3. Cardinal. Caualer. deciſ. 228. num. 3 & 4.*

C *Rota in Toletana penſionis 16. Februarij 1618 coram Reuerendiſſ. D. Patriarcha Pamphilio. & in Rom. pecuniaria 25. Octob. 1621. coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Anco-

Digitized by Google

Anconitana, ſeu Auximana ſlorum.

Veneris 15. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Iura extracta non ſeruata forma compulſorialium, & originali non recognito, vel ex alio tranſumpto, non probant.

SVMMARIVM.

1 *Iura compulſata, vt ſint in forma probanti, præſentari debent coram Iudice, qui illa diligenter inſpecta, & in nulla ſui parte vitiata reperta per publicam perſonam exemplari mandet.*

2 *Iura compulſanda inſpici debent per Iudicem, qui nequit huiuſmodi inſpectionem alteri committere.*

3 *Iurium in compulſatione nominari ſolent apud acta perſonæ compellendæ ad exhibendum coram Iudice compulſore iura compulſanda apud acta notarij.*

4 *Iura non recognita non probant, præſertim parte opponente.*

5 *Exemplatio inſtrumentorum fieri ſolet, citata parte ad videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione.*

6 *Notario compulſanti dicenti, compulſum eſſe factum ex originali, vel extraxiſſe ex originali, non creditur.*

7 *Recognitio in antiquis non eſt neceſſaria.*

8 *Data ſola antiquitatem non probat, præſertim cum non docetur de auctoritate archiuij, niſi concurrant adminicula, quorum aliqua referuntur.*

9 *Exemplum exempli non probat, etiam ſi primum exemplum fuerit ſolemniter extractum, num. 14. niſi concurrant adminicula, & obſeruantia, num. 15.*

10 *Proceſſus exhibitus à filio notarij abſentis cenſetur ab ipſo recognitus pro proceſſu à patre conſcripto.*

11 *Iura exibita cum proteſtatione*, nihil fieri, niſi recognitis priùs iuribus, *non cenſentur recognita, maximè ſi exhibitio facta ſit per compulſum.*

12 *Iura extracta à ſimplici copia, non probant.*

DECISIO CCXC.

DVBIO, An iura per ciuitatem Anconæ ſint benè compulſata, & in forma probanti, in vtraque parte DD. negatiuè reſponderunt. Quoad iura compulſata Anconæ, moti ſunt primò, ex defectu exhibitionis illorum co-
1 ram Iudice, iuxta diſpoſitionem, *cap. fin. de fid. inſtrum.* in quo videtur præſcripta forma, vt iura coram Iudice præſententur, qui ſi ea diligenter inſpecta in nulla ſui parte vitiata repererit, per publicã perſonam præcipiat exemplari, & ibi *not. Butr. in princ. verſ. tertiò oportet, & num. 6. poſt Oſt. Bellam. num. 3. Abb. num. 1. verſ nota officium Iudicis*, vbi ſubdit, illud eſſe officium Iudicis, & non tabellionis, qui debet atteſtari, iura fuiſſe per Iudicem diligenter inſpecta, & nullo vitio reperto mandaſſe ſibi, vt exemplaret, *Card. num. 2. verſ. item ibi diligenter inſpecta, Imol. num. 8. verſ. item requiritur 3. Felin num. 11. verſ nota tertiò, Decian. conſ. 24. num. 44. in fin. lib. 1. Rolan conſ. 69. num. 59. lib. 3.* Adeò quòd Iudex cum inſpicere debeat, non
2 poſſit hoc alteri committere, *Bald. in auth. ſed nouo iure, num. 16. C. ſi cert. pet. Felin. in d. cap. fin. num. 11. verſ. & ex quo iudex.* Et ideo inoleuit practica, nomi-
3 nandi apud acta perſonas compellendas ad exhibendum coram Iudice compulſore apud acta Notarij iura compulſanda, de qua per *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14.*
4 Secundò, ex defectu recognitionis, *Oldrad. conſ. 227. num. 6. verſ ſed ad hoc reſpondetur*, quem ſequitur *Rota Verall. deciſ. 99. num 2. part. 2. Put. deciſ. 430. num. 3. lib. 2. in nouiſſ. impreſſ.* præſertim parte opponente, *Verall. ibidem num. 3.* & hanc eſſe communem, & in praxi ſeruari teſtatur *Scacc. de Iudic cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 11. num. 897. & dixit Rota in Salamantina Parochialis 16. Octobris 1589. coram bon. mem. Penia, in Meliten. babitus 2. Iunij 1608. coram R. P. D. meo Caualerio.* Vn-
5 dè in practica fit citatio ad videndum iurare teſtes ſuper recognitione iurium, *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. & Scacc. d. cap. 11. num. 884.* Nec ſtatur No-
6 tario compulſanti dicenti, compulſum eſſe factum ex originali, *Put. deciſ. 430. num. 1. verſ. non obſtat quòd Notarius, lib. 2. in nou.* vel extraxiſſe ex originali, *Iaſ. in l. admonendi, num. 255. de iur. iur Boer. deciſ. 37. num.*
A 3. *Rota in dictis Salamantina, & Meliten.* A, Non ob-
7 ſtat, quòd recognitio non ſit neceſſaria in antiquis, *Se-*
B *raph. deciſ. 148. num. 2.* B, Nam hic non conſtat de
8 huiuſmodi antiquitate, quæ ex ſola data non proba-
C tur C, cum præſertim nec doceatur de auctoritate archiuij, *Put. deciſ. 186. lib. 3. et fuit dictum in Vermien. Canonicatus 14. Iunij 1604. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino, et in Mediolanen. decurſus aquarum 19. Decembris 1608. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio*, maximè quia conſtat, tranſumptum fuiſſe factum non ex originalibus, vt infra dicetur. Qui recognitionis defectus multò magis intrat reſpectu literarum Eugenij, quia videtur conſtare, dictum ſumptum extractum fuiſſe ex quodam regiſtro Ciuitatis, in quo dicitur, di-
9 ctas literas eſſe regiſtratas, & ſic tanquam exemplum
D exempli non probat D, *ad not in l. ſi quis in aliquo, C. de eden. et in terminis literarum Apoſtolicarum, fuit dictum in Tiraſonen. Parochialis de Ablitas 4. Maij 1616. coram R. P. D. meo Andrea.* Nec obſtat, quòd dicta iura potuerint extrahi per archiuiſtam Anconæ ex Cancellaria. Quia non fuerũt exhibita à Cancellario, ſed fuerunt extracta per Notarium à Iudice compulſore deputatum, & ideo indigebant recognitione, vt ſupra dictum eſt. Quoad iura autem compulſata in Terra Offaneæ, fundamentum negatiuæ reſolutionis fuit idem defectus recognitionis, quæ erat neceſſaria ex prææallegatis. Non obſtat, quòd cum dicta iura fuerint exhibita per ipſos Priores dictæ Communitatis, *vt in eius ſummario num. 5.* ſatis videantur ab eiſdemmet pro talibus declarata, & recognita, vt in ſimili de filio No-
10 tarij abſentis exhibente proceſſum à patre conſcriptum, quòd illud cenſeatur pro tali recognouiſſe, *dixit Rota coram Cardin. Seraphino, vt in deciſ. 1028. num. 8.* Nam ijdemmet Priores, & alij pro dicta Communitate die ſequenti ſe coram eodem compulſore contra prædicta iura exhibita oppoſuerunt, proteſtantes, quòd non eſſent in originalibus, ſed apparerent ſimplices copiæ, abſque aliqua publicatione, & non facientia fidem, *vt d. ſummario num. 5.* quam proteſtationem illinc poſt menſem expreſſiùs reiterarunt, videlicet, *nihil fieri niſi ſer. ſer. verific. verific. ac recognitis priùs iurib. etc.* addendo, *quòd hæc ſemper intelligantur repetita in quolibet actu, inſtantia, et replicatione*, Et ſic ex iſta
11 expreſſa ipſorum declaratione tollitur præſumpta illa recognitio deducta ex dd. iurium exhibitione, quæ eo etiam minùs approbationem operari debet, cum fuerit facta coactè, & in vim monitionis compulſoris. Quin etiam ex huiuſmodi proteſtationibus reſultat, vt multò magis neceſſaria fuerit recognitio, ſtante illa oppoſitione, quòd non eſſent in originalibus, ſed ſim-

plices

Digitized by Google

plices copiæ. Intrat etiam alia ratio pro reſolutione, quòd ſcilicet dicta iura non ſint in forma probanti tan-
12 quam extracta, non ex originalibus, ſed ex ſimplicibus copijs, quæ ſicuti non probarent, ſi exhiberentur, multò minus exempla ab ipſis extracta, *Alex. conſ. 104. num. 11. et conſ. 75. col. 2. in fin. verſ. & per iſta infertur, lib. 7. Pariſ conſ. 12. num. 127. et ſeq. lib. 2. Roland. conſ. 32. num. 26. lib. 2. Surd. conſ. 187. num. 13. lib. 2. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 702.*

Et ex his, &c.

ANNOTATIO.

A *Curt. iun conſ. 166. num. 2. & 3. lib. 1. Alex. conſ. 166. num. 4 lib. 2. & fuit dictum in Nouarien. bonorum 2. Iunij 1619. coram bon. mem.* Card. *Sacrato, in Ariminen. bonorum 11. Decembris 1623. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & in Corduben. liquidationis fructuum 6. Februarij 1626. coram* R. P. D. *Merlino*.

B Recognitio an & quando requiratur in ſcripturis antiquis, dixi infra ad *deciſ 611.*

C Data ſola non probat antiquitatem, alijs adminiculis non concurrentibus, vt præter *Put hic allegat. Gratian. diſcept. 554. num 41.* Cardinal. *Caualer. deciſ. 518. num. 2. Gregor. X V. deciſ. 393. num. 2. & ibi Adden. num. 5. & fuit dictum in Pacen.* Cappellania 10. *Nouembris* 1625. *coram R. P. D. Merlino*, quod procedit nedum in inſtrumentis antiquis, verùm etiam in antiquiſſimis; nam ſicut ſola data non probat antiquitatem ex eo, quia poſſunt confici ſcripturæ modernæ cum data antiqua: pari ratione nec probat maximam antiquitatem, ex quo eadem facilitate confici poſſunt cum data antiquiſſima, vt fuit dictum in allegata *Pacen.* Cappellania *coram R. P. D. Merlino*. Probat tamen antiquitatem ſola data, quando inſtrumentum originale oſtenditur Iudici, & ex illius facie apparet, illud eſſe antiquum, & legale, vt fuit dictum in *Viterbien* Caſtrorum 15. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato in Mediolanen. iuriſpatronatus 23. Februarij* 1615. *coram R. P. D. Pirouano, & coram eodem in Mediolanen. decimarum de Variſio* 27. *Ianuarij* 1617. & *in Tiraſonen. parochialis, ſeu Vicariæ* 16. *Nouembris* 2620. *et in Romana Caſalis Turris Vergatæ* 22. *Iunij* 1622. *et in alijs adductis per Beltramin. ad d. deciſ.* 393.
13 *Gregor. num. 5. in fin.* pro adminiculis autem Rota ponderauit formam characteris antiqui, impolitam latinitatem in tranſumpto antiquiſſimo, pro iuſtificatione antiquæ datæ, concurrente præcipuè obſeruantia, vt poſt *Couarr. practic. quæſt. cap. 21. num. 7. in fin.* Gabriel *de præſumpt. concl. 1. num. 32. Menoch. conſ. 924. num 29. et 30. fuit dictum in allegata Tiraſonen. parochialis coram R. P. D. Pirouano, et in alijs.*

D Exemplum exempli non facit fidem, *Dec. in auth. ſi quis in aliquo, num. 30.* C. de eden. Couar. *practic quæſt cap* 21. *verſ ſecundò hæc exemplatio*, Caputaq. *deciſ.* 234. *part.* 3. *Maſcard. de probat. concl. 712. num. 1. et hac deciſione D. in allegata Beltramin. ad deciſ. Gregor. 332. ſub lit. A. & dixit Rota in Veronen. iuriū parochialiū 25. Iun 1629.*
E *coram R. P. D. Vrsili* quod procedit etiam ſi primum trāſumptum, à quo ſumpta eſt exemplatio, fuerit ſolemniter
14 extractum, quod habetur pro originali quantùm ad hoc, vt illi fides indubitata adhibeatur, non autem, vt ex eo aliud exemplum extrahi poſſit, vt reiecta opinione *Bart. in d. auth ſi quis in aliquo, firmant Dec. ibid. ſub d. num. 30.* Cagnol *num. 53. Caſtren. in l. 3.* C. *de diuerſ. reſcript. Rot alijs allegatis apud Gregor. XV. deciſ 432. num. 2. et deciſ. 550. num etiam 2. et fuit dictum in Regien. iuriſpatronatus 10. Maij 1622. coram R P. D. Pirouano.*
15 Verùm concurrentibus adminiculis ſumptum de ſumpto plenè probat, *Caputaq. deciſ. 234. num. 2. part. 1. et fuit dictum in Segobien. habitus 28. Ianuarij 1613. coram* Cardinali *Sacrato*, dummodo cum adminiculis concurrat etiam obſeruantia, *Rot. in d. Regien iuriſpatronatus coram R. P. D Pirouano* Item in Rota tantè Innocentiana ſumptum ex alio ſumpto in actis alterius cauſæ regiſtrato, facit fidem *Caputaq. deciſ. 354. num. 5. par. 2. Rot. deciſ 18. num. 2. par. 2. recent. deciſ. 465. num. 3. verſ et partim par 1. et in Conchen. decimarium de Torrelmonte 28. Iunij 1617. coram Reuerendiſſimo D Decano*, quas refert, & ſequitur *Beltramin. ad d. deciſ. 432. num. 9. et fuit dictum in Tiraſonen parochialis die 16. Nouembris 1620. coram R. P. D. Pirouano*; licèt contrariū deſumatur ex *deciſ Greg. 550. num* 4. vbi quòd tunc probat exemplum regiſtratum ſi ipſummet producatur, ſecus ſi aliud ab eo ſit extractum, etiam in terminis Innocentianæ, quæ non ſuffragatur, niſi quando iura, quæ ſunt in proceſſu de partibus, ſunt in forma probanti, & bene recognita, vt fuit reſolutum in *Iacen. portionis 12. Ianuarij 1604. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Millino relata in dicta deciſ. 550. Gregor.* in fine.

Prædicta procedunt parte opponente, alias ſi pars non opponit, Iudex poteſt tranſumpto fidem adhibere, *Felin. in cap. quoniam contra, num. 12. de prob. Put. deciſ 245. num. 3. lib 3. in nouis, fuit dictum in Barbaſtren decimarum 10. Nouembris 1623. coram bon. mem Vbaldo confirmata 14. Iunij 1624. coram eodem, cum alijs infra deciſ. 347. num. 6.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſeparationis bonorum.

Lunæ 18. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotale debitum vigore Statuti Vrbis non dicitur debitum neceſſarium, ſed voluntarium, & ideo non eſt compenſandum cum legato per coniugem facto, ſed vtrumque debetur.

SVMMARIVM.

1 *Dos tanquam æs alienum, ante legitimam ex hæreditate detrahenda eſt.*
2 *Lucrum dotis vbi eſt promiſſum, dicitur æs alienum, & ante legitimam detrahendum eſt.*
3 *Legatum factum creditori à debitore ex contractu, & ſic voluntario, non cenſetur factum animo compenſandi.*
4 *Legatum vxori relictum, non cenſetur factum animo compenſandi cum dote.*
5 *Lucrum dotale, quod à Statuto Vrbis defertur, an dicatur debitum neceſſarium, ita vt cum legato compenſari debeat.*
6 *Statutum Vrbis non defert lucrum dotale, ſed diſponit, quòd pactum de lucrando dotem cenſeri debeat ſemper in inſtrumento appoſitum, niſi expreſſè inter contrahentes fuerit remiſſum.*
7 *Legatum, vt non cenſeatur à coniuge factum animo compenſandi cum lucro dotis, ſufficit ipſius animum a contrario ſenſu elicere.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCXCI.

PENDENTE in Rota cauſa ſuper
ſupplemento legitimæ præſtito per
Margaritam q. Auguſtini teſtatoris ex
Brigida filia prædefuncta neptem, Lu-
cretia nurus Auguſtini relicta q. Tho-
mæ filij Auguſtini, tàm contra d. Mar-
garitam, quàm contra RR. Moniales
S. Ægidij eiuſdem Auguſtini hæredes teſtamentarias,
petijt ſeparationem, & reſtitutionem dotis ſuæ, & lu-
cri dotalis, quæ detrahenda eſſe, eique reſtituenda
DD. hodie reſponderunt. Nàm ſtante obligatione d.
Auguſtini vnàcum d. Thoma eius filio de reſtituen.
prædictam dotem in inſtrumento dotali celebrato de
1 anno 1576. illa tanquam æs alienum venit ante legiti-
mam detrahenda, *l. Papinianus, §. quarto, ff. de inoff. te-
ſtam.* vbi omnes notant, *Bart. in l. ex facto* 38. *num.* 1.
in fin. ff. de hæred. inſtit. & eſt communis omnium ſen-
tentia, *Craſſ. in §. legitima, quæſt.* 1. *num.* 3. & in ter-
minis dotium debitarum ab eo, in cuius bonis petitur
legitima, *Bald. conſ.* 222. *in princ. vol.* 4. & dotis nurui
reſtituen. *Alex. conſ.* 31. *num.* 11. *lib.* 4. Et idem dicen-
2 dum eſt de lucro dotali, ad quod pariter dictus Augu-
ſtinus expreſsè ſe obligauit in eodem inſtrumento, *vt
in ſpecie Bero. conſ.* 26. *num.* 14. *vol.* 2. Hincque ſequi-
tur, quòd cum vtrumque debitum eſſet ex contractu
3 & ſic voluntarium, excluditur præſumptio, quòd parti-
cularia quædam legata eidem Lucretiæ per d. Auguſti-
num relicta fuerint animo compenſandi, *Bart. in l. ſi
cum dotem, §. ſi pater, num.* 3. *vbi Bald. num.* 1. *circa
med. Alex. num.* 5. *in fin.* Caſtr. *num.* 1. *ff. ſolut. ma-
trim. idem Bald. in l. ſi vxor, num.* 2. C. *de bon. auct. Iud.
poſſid. Pariſ. conſ.* 95. *num.* 37. *vol.* 2. *Rolan. conſ* 65.
num. 21. *qui de communi lib.* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.*
4. *præſ.* 110. *num.* 7. & in ſimili, quòd legatum vxori
4 non cenſeatur relictum animo compenſandi cum dote,
*probat text. vbi Bald. in l. vnica, §. primum itaque, verſ.
ſciendum*, C. *de rei vxor. act. Bart. in l. huiuſmodi* 86. *§.
cum pater, num.* 1. *ff. de legat.* 1. *Pariſ. conſ.* 69. *num.*
27. *&* 28. *& d. conſ.* 95. *num.* 37. qui vtrobique de
communi *lib.* 2. *Roland. d. conſ.* 65. *num.* 20. *cum ſeqq.
vol.* 2. *Peregr. de fideicom. art.* 33. *num.* 41. Non obſtat,
5 quòd reſpectu lucri dotalis intret compenſatio, cum
illud proueniens à ſtatuto videatur debitum neceſſa-
rium, *Bart. & DD. in auth. præterea*, C. *vnde vir, &
vxor, Rolan. de lucr. dot. quæſt.* 96. *num.* 8. *vſque ad fin.
cum alleg. per Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 109. *num.* 35.
6 Quia ſtatutum Vrbis non defert ſimpliciter hoc lu-
crum, ſed diſponit, pactum de lucrando cenſeri ſemper
in inſtrumento appoſitum, niſi expreſsè inter contra-
hentes fuerit remiſſum, & ideò quando non fuit remiſ-
ſum, illud prouenit, non ex propria ſtatuentium aucto-
ritate, ſed ex præſumpta voluntate ipſorum contrahen-
tium, & ſic remanet debitum voluntarium, in quo
compenſatio locum non habet ex ſupradictis, & in ter-
minis ita hoc ſtatutum interpretata eſt Rota *in Romana
cenſus* 8. *Nouembris* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo
Damaſceno, in Romana legatorum, & vſusfructus* 20.
Iunij 1614. *coram R. P. D. Caualerio, & nouiſſimè in
Romana quarti dotalis* 11. *Aprilis præteriti coram R. P.
D. Andrea*. Et ceſſat difficultas, quia hic non agitur de
lucro debito in bonis viri, ſed ſoceri, qui ad illud non
tenebatur ex ſtatuto, ſed ex propria promiſſione, &
obligatione, vt dictum eſt. Tandem in præſenti non
eſt opus coniecturis, cum in eodem teſtamento d. Au-
guſtinus poſt relictum vſusfructus, & aliorum legato-
rum, expreſsè etiam mandauerit, reſtitui d. Lucretiæ
dotem, & donationem propter nuptias; vnde apertè
7 elicitur animus ipſius non compenſandi, quem etiam
ad hunc effectum à contrario ſenſu deduci ſufficeret,
Pariſ. conſ. 69. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 2. *Menoch. d. præ-
ſumpt.* 109. *num.* 19
Et ita reſolutum Lucretia tantùm informante, &c.

ANNOTATIO.

A Legatum factum creditori quando cenſeatur factum animo compenſandi, præter, *Menoch. hic allegata præſumpt.* 109. *et ſeq lib.* 4. tradunt etiam latè *Card. Mant. de coniect. vltim volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *per tot. Maluaſ. conſil.* 72. *per tot. Mareſcott. variar. reſolut lib.* 2. *cap.* 86. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Bononien. bonorum,

Lunæ 18. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio hæreditatis probatur ex venditionibus bonorum hæreditariorum, & ex eorundem locationibus per patrem legitimum adminiſtratorem factis, cum exactione penſionum: & ex confeſſione aduerſarij præſertim veriſimili. Recognitio ſcripturæ, ſtante veriſimilitudine, & adminiculis, ſufficit, ſi fiat per teſtes dicentes habere notam manum: & facta in alia cauſa probat inter eaſdem perſonas.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur non poſſidenti de tempore motæ litis.*
2 *Poſſeſſio bonorum hæreditariorum probatur ex relatione nuncij, quod illam apprehenderit de mandato Iudicis, præſertim ſi in ea bona omnia ſpecificentur.*
3 *Poſſeſſio bonorum probatur ex illorum venditione, et ex locatione ſubſequutis aſſictuum exactionibus.*
4 *Poſſeſſio capta per patrem legitimum adminiſtratorem nomine filij quæritur filio.*
5 *Poſſeſſio vnius excludit poſſeſſionem alterius.*
6 *Actus poſſeſſorij ſimultaneè facti, inducunt poſſeſſionem pro medietate.*
7 *Manutentio non conceditur illi, de cuius non iure conſtat ex propria confeſſione.*
8 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur.*
9 *Poſſeſſionem per ſimplicem confeſſionem quis transfert in alium.*
10 *Probatio nulla maior, quàm propria oris confeſſio.*
11 *Confeſſio veriſperitis in facto proprio non admittit excuſationem erroris.*
12 *Veriſimilitudo remouet ſuſpicionem, & habet primordium veritatis, & eſt cognata naturæ.*
13 *Veriſimilitudo maximè attenditur in materia probationis.*
14 *Recognitio ſcripturæ fieri debet per duos teſtes, qui deponant, ſe vidiſſe illam ſcribere.*
15 *Recognitio ſcripturæ, ſufficit, ſi fiat per teſtes deponentes ſe habere notam manum, ſtante veriſimilitudine, & concurrentibus adminiculis, & coniecturis.*
16 *Recognitio ſcripturæ facta in alia cauſa, ſi eſt inter eaſdem perſonas, ſufficit in alio iudicio.*

17 *Re-*

17. *Recognitio ſcripturæ per comparationem non fit, niſi in ſubſidium, quando aliæ probationes haberi non poſſunt, & tunc fit cum ſcriptura indubitata.*
18 *Declaratio tollitur ex contraria obſeruantia poſt declarationem ſequuta.*
19 *Actus poſſeſsionis facti ab eo, qui declarauit, poſſeſsionem ſpectare ad alium, cenſentur iure familiaritatis.*
20 *Actus poſſeſſorij non inducunt poſſeſsionem in eum, qui declarauit, ſe nolle poſſeſsionem quærere.*

DECISIO CCXCII.

LATA per Auditorem Illuſtriſſimi D.
Legati Bononiæ ſententia ad fauorem Iacobi ſuper manutentione in
poſſeſſione bonorum hæreditatis q.
Ludouici Zanuetti, exceptis tamen
quibuſdam bonis emphyteoticis, ſuper quibus Iudex iura vtrique parti
reſeruauit, commiſſaque cauſa in Rota ad inſtantiam
M. Antonij eius fratris appellantis, dubitaui an d. M.
Antonio eſſet dandum mandatum de manutenendo in
poſſeſsione dictorum bonorum emphyteoticorum; &
DD. negatiuè reſponderunt. Fundamentũ fuit in defectu principalis requiſiti, videlicet poſſeſsionis ipſius de
1 tempore litis motæ, *vulg. §. retinendæ, Inſtit. de interdict.* Non ſolùm enim de illa non docetur, ſed potiùs
excluditur ex eo, quòd dictus Iacobus eius frater vti
hæres fideicommiſſarius vocatus ex teſtamento dicti q.
Ludouici per obitum Raynerij alterius fratris, poſſeſſionem dictorum bonorum hæreditariorum d. Ludouici apprehendit auctore Prætore, mediante quondam
Franciſco eius patre, & legitimo adminiſtratore, vt ex
mandato de immitten. ſub die 25. Iunij 1605. & ex
relatione nuncij d. immiſsionis per nuncium facta ſub
die 26. eiuſdem, *in ſumm ipſius num.* 2. cui fides adhi-
2 betur, cum præſertim in eâ bona omnia ſpecificentur,
et poſt *Caſtr. & Salic. in l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.*
Menoch. de adipiſc. remed 4. num. 921. *cum ſeqq. &* 924.
verſ. tertius eſt caſus, fuit dictum in Bononien. de Mangiolis 14. *Decembris* 1607. *coram R. P. D. meo Decano.*
Quæ poſſeſsio comprobatur etiam ex nonnullis venditionibus bonorum hæreditatis q. Ludouici, necnon ex
locationibus ſucceſſiuè factis de prædictis bonis per dictum q. Franciſcum, vti dicti Iacobi patrem, & legiti-
3 mum adminiſtratorem, cum exactionibus affictuum
ſubſecutis, quæ poſſeſsionem probant, *cap. cum veniſſet,*
de reſt. ſpol. gloſ. in l. quisquis vniuerſas, §. quod per colonum, in ver. colonum, ff. de acq. poſſ. & ibi *Bart. num.* 1. *Alex.*
conſ. 118. *num.* 18. *vol.* 2. *Afflict. deciſ.* 325. *num.* 2. &
nouiſsimè dictum fuit in *Auenionen. arreſti* 10. *Nouem-*
A *bris præteriti coram R. P. D. meo Dunozet.* A. Hæc au-
4 tem poſſeſsio per patrem legitimum adminiſtratorem
acquiſita fuit ipſi Iacobo filio, *l.* 1. *§. procuratorem, ff. de*
acq. poſſ & ibi *Ang. Caſtr. & Iaſ. in princ. & Hercul.*
num. 3. *Bald. in l. ſi quis ad declinandam, num.* 6. *verſ. ego*
addo, & ibi *Zuccar. num.* 255. *C. de Epiſc. & Cler. Menoch.*
de adipiſc rem. 4. *num.* 276. Ex qua Iacobi poſſeſsione ſe-
5 quitur, eadem bona poſsideri non potuiſſe, etiam per
M. Antonium, *l.* 3. *§. ex contrario, ff. de acq. poſſ. Mohed. deciſ.* 238. *alias* 20. *de reſt. ſpol.* Non obſtat, quòd
tam dictus Iacobus, quàm M. Antonius tanquam hæredes d. Ludouici à RR. Fratribus de Miſericordia,
fuerint inueſtiti de dd. bonis 1. Auguſti 1614. quòdque
illa fuerint coniunctim locata Zambono affictuario, &
exactæ ab eodem penſiones, alijque actus poſſeſſorij ſimultaneè facti, de quibus in eius *ſummario num.* 1. & 7.
Vnde Iacobus videtur M. Antonium pro medietate poſ-
6 ſeſſorem effeciſſe, *ad tex. in l. ſi quis, §. differentia, l.*
quod meo, in princ & l. qui bona fide, in princ. ff. de acq.
poſſ. Quia cum poſtea idemmet M. Ant. mediate apocha
ſub die 23. Ian. 1615. ab ipſo, & Iacobo fratre ſubſcripta
declarauerit, dum tractabatur matrimonium inter Iacobum, & D. Franciſca de Machiauellis, ad effectum dilucidandi illius patrimonium, *Che tutta l'heredità del già Sig.*
Giannetti è tutta libera del detto Giacomo, & ad eſſo ſi ſpetta tutto l'vſufrutto, & libero poſſeſſo (& vlteriùs): *Che*
per qual ſi voglia adminiſtratione fatta dal ſudetto Sig.
Marc' Antonio, nè per ſorte alcuna d'inſtromenti, atti, &
contratti fatti debbiano, nè poſsino pregiudicare a Giacomo
nella robba del Zannetti, prout in ea *in ſummario Iacobi*
num. 4. Quicquid ſit, an ex dicta declaratione ſibi præiudicauerit quoad dominium, ita quòd dici poſsit cun-
7 ſtare de non iure ex propria confeſsione, quo caſu denegaretur manutentio, *Doct. communiter in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. latè Menoch. de retin.*
remed. 3. *num.* 692. *& de recup. remed.* 1. *num.* 215. &
ita ſemper obſeruat Rota, vt teſtatur *Card. Seraph. deciſ.* 876. *num.* 2. Quoad poſſeſsionem clarum eſt ſibi
8 præiudicaſſe, cum ſolus animus ad illam amittendam
ſufficiat, *l.* 3. *§. in amittenda, ff de acq. poſſ.* per quem
tex. ita concludit *Bald.* in caſu ſimilis declarationis *conſ.*
267. *num.* 2. *l.* 3. Et per hanc ſimplicem confeſsionem
2 poſſeſsionem ſuam tranſtulerit in Iacobum, *gloſ. in l. ab*
emptione, in ver. conſtituantur. poſt princ. ff. de pact. &
ibi *Bald. dicens eam ſingularem, num.* 9. *Ang. num.* 4.
Iaſ. num. 11. *& Iacobin. de S. Georgio gloſ. in l.* 2. *in ver.*
tradit. & ibi *Bald. num.* 5. *C. de acq. poſſ.* cum alijs congeſtis per *Tiraq. de conſtit. ampl.* 2. *par.* 2. Nulla autem
poteſt eſſe maior probatio, quàm propria illius confeſ-
10 ſio, *l. cum te, la ſeconda, C. de tranſact. Surd. conſ.* 358.
num. 18. cum pluribus adductis *per Decian. conſ.* 61. *nu.*
11. *lib.* 4. cum præſertim emiſsa ſit a iure perito, &
publico Lectore in Gymnaſio Bononien. qui in proprio
11 facto ignorantiam, & errorem allegare citra turpitudinem non poteſt, *l.* 2. *§. Quintus Mutius, ff. de orig.*
iur. l. profeſsio. C. de mun. patr. lib. 10. *& fuit dictum in*
Brunduſina pecuniaria 15. *Nouembris* 1613. *coram me.*
Sitque etiam valde veriſimilis, quia facta eſt ex rationabili cauſa, videlicet contrahen. matrimonium per
Iacobum cum d. D. Franciſca, ibidem expreſsa de conſenſu, & voluntate d. M. Antonij, prout deinde dictum
matrimonium ſubſecutum fuit, & vlteriùs correſpectiua ad ſimilem confeſſionem, & per eademmet verba factam per Iacobum ad fauorem M. Antonij de hæreditatibus Raynerij Blanchetti, & Catherinæ Zannettæ ſpectantibus d. M. Antonio etiam reſpectu vſufructus, &
liberæ poſſeſſionis, prout etiam declaratur, bona hæreditaria paterna eſſe communia. Ex qua veriſimilitudine remouentur ſuſpiciones contra dictam apocham ad-
12 ductæ per informantes, cum habeat primordium veritatis, & ſit cognata naturæ *Bald. in conſ.* 180. *num.* 3.
volum. 3. *Grauett. conſ.* 135. *num.* 33. *Surd. deciſ.* 83.
13 *num.* 18. *Decian. conſ.* 81. *num.* 37. *lib.* 5. Et maximè attendatur in materia probationis, *l.* 3. *& l. cum de ætate, ff.*
de prob. Bald. in l. ſcriptura, num. 8. *C. de fid. inſtr. Oldrad. conſ.* 12. *in fin. Hippol. Rimin. conſ.* 23. *num.* 298.
& conſ. 217. *num.* 34. *tom.* 1. Vndè etiam tollitur ob-
14 iectum defectus recognitionis per duos teſtes, qui deponunt ſe vidiſſe illam ſcribere, prout requiritur, *§. ſi*
quis igitur, Auth. de inſtr. fid. & caut. Dec. conſ. 605.
num. 3. *Afflict. deciſ.* 181. *num.* 8. cum pluribus adductis *per Seraphin. deciſ.* 1163. *num.* 4. Quia illa recognitionis forma neceſſaria non eſt, ſtante dicta veriſimilitudine, & concurrentibus adminiculis, & coniecturis
15 pro veritate ſcripturæ, ſed ſufficiunt teſtes deponen-

tes

res ſe habere notam mannm, *Ruin. conſ.* 46. *num.* 11. *lib.* 4. *Rot. diuerſ. deciſ.* 124. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *& deciſ.* 553. vbi de inueterato ſtylo *Rotæ par.* 1. *num.* 1. *Mandoſ. ſup. reg.* 18. *quæſt.* 8. *num.* 3. *fuit dictum in Romana Caſtiuij* 4. *Februarij* 1605. *coram Reuerendiſs. D. meo Sacrato, cum alijs in Tiburtina Caſtrorum* 4. *Iulij* 1608. *coram Reuerendiſs. Lugdunen.* Non obſtat, quòd dicta
16 recognitio ſit facta in alia cauſa: quia nihilominus cum ſit inter eaſdem perſonas, probat etiam in hoc iudicio *Cyn. & alij communiter, in l. fin. C. de eden.* & *Bart. num.* 5. *verſ. primus effectus & alij in l. cum lite mortua, ff. iud. ſol. idem Bart. in l.* 2. *§.* 1. *num.* 5. *verſ. aut probationes, ff. de vi bon. rapt. not. Felin. ante num.* 3. & omnes *in cap. cauſam, de teſtib. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 63. *ff. de acq. poſſ. Curt. iun. in l.* 2. *num.* 93. *C. de eden.* Non obſtat etiam contraria relatio periti comparatoris electi pro parte M. Antonij atteſtantis, apocham non eſſe ſubſcriptam manu d. M. Antonij, *vt in eius ſummario num.* 10. Nam vltra quòd non conſtat, dictam comparationem eſſe factam ſeruata forma *l. comparationes, C. de fid. inſtr.* & ſcriptura certa & indubitata, vt requiritur *Menoch. de arbitr. caſ.* 114.
17 *num.* 29. Non eſt ſtandum comparationi, niſi in ſubſidium quando aliæ probationes haberi non poſſunt, *§. quid ſi tabellio, verſ. ſi verò nihil, Auth. de inſtr. caut. & fid.* & ibi *Gloſ. Salic. in d. l. comparationes, num.* 16. *Menoch. d. caſ* 114. *num.* 34. *&* 35. *& conſ.* 267. *num.* 26. *verſ. requiritur* & 6. *Bero. conſ.* 86. *num.* 8. *lib.* 3. *Ioſeph. Ludou. deciſ.* 7. *num.* 5. *Surd. conſ.* 187. *num.* 26. Multò minùs facit negatio veritatis dictæ apochæ iudicialiter facta in partibus per M. Antonium proteſtantem, non eſſe ſubſcriptam manu ipſius, ſed falsò confectam, *d. ſummario num.* 5. quia cum ex præmiſſis appareat, veram eſſe, & illi fidem adhibendam, non debet attendi iſta contraria proteſtatio M. Antonij. Tandem non obſtat, quòd poſtea à prædicta declaratione per partes
18 receſſum fuerit ob contrariam obſeruantiam ſubſecutam, *ad doctr. Bald. in l. ſi ſtillicidij ff. quemad. ſeruit. amitt. cum alleg.* cum idem M. Ant. ſimul cum Iacobo plures ordines de ſoluendo fecerit directos affictuario dd. bonorum poſt prædictam confeſſionem, *vt ex ſummario ipſius num.* 2. Nam reſpondetur, quòd cum ipſe iam declarauerit, & faſſus fuerit, dominium, & poſſeſſionem dd. bonorum ſpectare ad Iacobum, cenſetur eos actus poſſeſſorios feciſſe iure familiaritatis, & admini-
19 ſtratorio nomine, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſ* & latè conſuluit *Caſtren. conſ.* 179. *num.* 4. *circa med. verſ. item non obſtat, lib.* 1. cum alijs fuſiùs cumulatis per me *in illa Spoletana bonorum* 22. *Aprilis* 1616. *coram me* 12. *Decembris eiuſdem anni confirmata.* Quod maximè ſuadetur in propoſito caſu ex eo, quòd M. Antonius in dicta confeſſione declarauit expreſsè, *come ne anco vuole, che per qualſiuoglia adminiſtratione fatta dal ſudetto Sig. Marco Antonio, ne per ſorte alcuna d'inſtromenti, atti, debbiano, nè poſſano pregiudicare à Giacomo nella robba*
20 *del Zannetti.* Quæ declaratio expreſsè influit in actus ſequentes, itant ex illis ſibi non potuerit vllam poſſeſſionem acquirere, *ad not. in l. non ſolùm, §. morte, de oper. nou. nunc.* vbi *Bar. num.* 17. *Iaſ. num.* 14. *Alex. num.* 13. *&* 14. latè *Surd. conſ.* 356. *num.* 2. Et ideo, &c.

ANNOTATIO.

A Dixi ſupra *deciſ.* 263. *litera A, quibus adde Roman. conſil.* 70. *num.* 1. *Alexand. conſil* 88. *num.* 14. *lib.* 5. *& conſ.* 266 *num.* 13. *lib.* 2. *Ruin. conſ* 118. *num.* 21. *lib.* 4. *Pariſ conſ.* 104. *num.* 89. *lib.* 1. *Bellon. conſ.* 11. *num.* 9. *Natt. qui atteſtatur de communi in conſ.* 672. *num.* 20. *Card. Mantic deciſ* 245. *num* 2. & hac deciſ. D. mei allegata in eiſdem terminis patris locantis pro filio, quòd per exactiones penſionum quæſierit poſſeſſionem filio, comprobat *Gratian. diſcept.* 989 *num* 14. *&* 15.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Peruſina bonorum.

Veneris 12. Ianuarij 1618.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
2 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, licèt ad ea expreſsè non ſe referat, non tranſit in iudicatum.*

DECISIO CCXCIII.

SVB die 17. Aprilis præteriti reſponſum fuit, conſtare de re iudicata ſententiæ A. C. latæ ad fauorem illorum de Luparellis ex capite deſertionis appellationis, à qua reſolutione hodie DD. receſſerunt. Nam dicta ſententia declarat, fructus perceptos a Venturinis ex prædio Montis S. Martini in ea liquidatos ceſſiſſe, & cedere in ſortem principalem, & prætenſum creditum Venturinorum extinxiſſe pro illa rata, quam important dd. fructus, & valor, & eoſdem Venturinos condemnat ad illos imputandos in dictam ſortem, & creditum pro rata percepta, &c. & propterea ſuſtineri non poteſt; quia non conſtat de aliquo credito dd. de Venturinis, ſeu de aliqua vera ſorte eis debita, & quatenus prætendatur, dictum creditum proceſſiſſe ex cauſa prætenſæ euictionis prædij Montis Cornu empti per dd. de Venturinis, ſub obligatione euictionis Raynaldi, pro reſtitutione tamen ſortis principalis tantùm de dicta euictione non conſtabat, ex deductis in dicta de-
1 ciſione, & conſequenter ceſſante credito dictæ ſortis principalis, ceſſat etiam imputatio, quæ illud neceſſariò præſupponit, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius qui in Prouincia, ff. ſi cert. pet.* Aliud eſt autem, quòd Venturini potuerint, vel debuerint condemnari ad reſtitutionem fructuum perceptorum, aliud verò, quòd debuerint illos imputare in dictum creditum.
Et ideò cum ſententia non iuſtificetur ex actis, quamuis
2 ad ea expreſsè non ſe referat, tranſitum facere in iudicatum non potuit, iuxta opinionem, quam Rota ſeruat *Gabr. conſ* 28. *num.* 3. *&* 4. *lib* 2. *et latè dictum fuit in Piſtorien. beneficij* 31. *Maij anni præteriti coram me.*
Et ita concluſum fuit, ſententiam non tranſiuiſſe in iudicatum, nec eſſe exequendam, &c.

Romana repetitionis alimentorum.

Veneris 12. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Alimentorum præſtatio non probatur per teſtes deponentes de cohabitatione, niſi concurrat conuictus ad eandem menſam; & plura de nullitate examinis teſtium, & illorum fide,

ac de confeſſionibus principalium, & procuratoris, an & quando præiudicet,

SVMMARIVM.

3 *Expenſam petens debet concludenter probare, illam fuiſſe factam.*
2 *Teſtes examinati abſque citatione ad videndum iurare ſunt nulliter examinati,*
3 *Citationis defectus ad videndum iurare teſtes non tollitur per Statutum Vrbis* cap. 51. lib. 2.
4 *Teſtes domeſtici magis probant facta domeſtica, quàm extranei, qui de viſu, ac ſcientia non deponunt.*
5 *Alimentorum præſtationem non probant teſtes deponentes de cohabitatione alicuius: niſi conuictum etiam probent ad eandem menſam, & num. 6.*
7 Pluries, *aduerbium de per ſe proprium, & certum ſignificatum non habet, & in modico, vel minimo verificatur.*
8 *Confeſſiones extraiudiciales parte abſente, etiam geminatæ, non probantur per teſtes ſingulares, etiam de æquitate Canonica.*
9 *Confeſſiones incerti temporis, quantitatis, & qualitatis confitenti non nocent.*
10 *Extremis non probatis, nec media probata videntur.*
11 *Teſtes inuerſimilia deponentes parùm probant.*
12 *Originali magis ſtandum eſt, quam exemplo, etiam ſi exemplum à partibus ſit ſubſcriptum.*
13 *Productio, ac repetitio ſcripturæ à procuratore facta, abſque ſpeciali mandato, principali non præiudicat, nec confeſſionem inducit.*

DECISIO CCXCIV.

COMMISSA cauſa Illuſtriſſimo D. Cardinali Vicario cum voto Rotæ decidenda repetitionis alimentorum per Margaritam prætenſorum ab olim Anna, & dato per R. P. D. Locumtenentem dubio, an eſſet locus d. repetitioni, & pro qua ſumma, DD. non eſſe locum reſoluerunt. Quia dicta Margarita actrix ſatis concludenter non probauit illorum præſta-
1 tionem, prout probare debuit; ſicuti petens expenſam debet probare, illam eſſe factam, *Bart. in l. cum ſeruus, ff. de verb. oblig. Bald. in l. fin. §. in computatione, num. 2. C. de iur. delib.* & in ſpecie noſtra late *Surd. de alim. tit. 6. quæſt. 23. in princ.* Huiuſmodi autem probatio non reſultat ex teſtibus, neque ex prætenſo calculo, per Annam (vt dicitur) ſubſcripto. Non ex teſtibus, Primò quia ſunt nulliter examinati, ex defectu ſcilicet citatio-
2 nis ad viden. illos iurare, *l. ſi quando, C. de teſtib. cap.*
A 2. *eod. tit. Caputaq. deciſ.* 4. *part.* 3. A, Qui defectus
3 non tollitur per Statutum Vrbis *cap.* 15. *lib.* 2. quia (vt eiuſdem lectura patet) non remittit neceſſitatem iſtius citationis, imò nihil de illa loquitur. Nec de contrario ſtylo atteſtantur *Modern. in prax. Cur. Capit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *& cap.* 6. *num.* 9. vbi ſolùm dicunt, quòd cum ex ſtylo teſtes in ipſa editione nominum præſumantur, & habeantur pro iuratis, poſt illam non eſt neceſſaria alia citatio ad videndum iurare, non autem ſimpliciter firmant, quòd nulla citatio requiratur, imò contrarium expreſsè dicit *d. cap.* 5. *num.* 1. ponendo etiam formam citationis, *& num.* 4. In præſenti verò vnica, quæ adeſt citatio facta ſub die 22. Iunij 1601. continet tantùm ad videndum examinari, & dandum interrogatoria, aliæ verò intimationes, ſub quibus teſtes examinati fuerunt, ſunt pro examine ſimpliciter. Secundò, quia DD. viſum fuit, illos in dictis non concludere; in primis cum nullus eorum verè de viſu, ſed de ſcientia deponat, & tamen huiuſmodi probatio non
4 erat impoſſibilis, cum poſſet fieri per teſtes domeſticos, de his maiorem notitiam habentes, & qui conſequenter maiorem fidem facerent, *l. quoties, C. de naufr. lib.* 10. *vbi Bart. Crot. in tract. de teſtib. num.* 126. *Surd. d. tit.* 6. *quæſt.* 23. *num.* 27. *vſque ad fin.* Dum verò de viſu, & ex propria ſcientia deponunt de cohabitatione
5 Annæ in domo Margaritæ, & ſororis, hoc non ſufficit, niſi etiam probetur conuictus ad eandem menſam, *vt per text. in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. apud Celſum, ff. de ædil. edict. trad. ibi Angel. legens illam ſub l. quid, & Surd. d. quæſt.* 23. *num.* 20. *in fin. & num.* 21. *& quæſt.* 13. *num.* 17. *&* 18. *eod. tit.* Et licèt ſecundus iuxta 16. tertius iuxta 12. & 13. quartus iuxta 2. & quintus iuxta 13. dicant, quòd pluries viderunt Annam ad vnam
6 menſam comedere cum dictis mulieribus, ex hoc tamen non concludunt continuam commenſalitatem, & alimentationem, prout requiritur: cum aduerbium il-
7 lud, *pluries*, non habeat de per ſe perfectum, & certum ſignificatum, & verificari poſſit in modico, vel minimo indeterminato, *l. hæc adiectio, ff. de verb. ſignif.* & in his terminis *Benint. deciſ. Bonon.* 43. *num.* 6. *&* 7. & poſt eum *Surd. d. quæſt.* 25. *num.* 6. *&* 7. Quatenus autem atteſtantur de geminatis confeſſionibus extraiudicialibus Annæ, vt primus ſuper ſexto, & 9. & iuxta 16. ſecundus ſuper ſexto, & iuxta 13. tertius iuxta 12. & ſuper quinto, quartus iuxta 13. & tertius iuxta 13. &
8 ſuper tertio. Vltra quòd tanquam ſingulares, & deponentes de confeſſionibus abſente parte factis, non probant ſecundùm opinionem, quam Rota ſeruat, etiam de æquitate canonica, *Put. deciſ.* 466. *lib.* 2. *in nou. impreſſ. Cæſ. de Graſſ. deciſ.* 4. *num.* 2. *de ſent. & re iudic. Rot. diuerſ. deciſ.* 191. *num.* 4. *part.* 1. *Card. Seraph. deciſ.* 1156. *num.* 2. dicens pluries tentum in Rota, *& deciſ.* 1172. *num.* 5. *& deciſ.* 1029. *num.* 11. & quòd hæc opinio paſſim per Rot. ſeruetur *Gabr. conſ.* 40. *num.* 18. *lib.* 2. *& Farinac. de oppoſit. contra dict. teſt. quæſt.* 64. *num.* 132. *&* 136. *in fin.* vbi allegat eandem Rotam ita ſeruare dixiſſe *in vna Romana pecuniaria* 13. *Martij* 1595. *coram bon. mem. Penia*, deponunt etiam omnes de confeſſionibus omnino incertis ratione temporis, quan-
9 titatis, ac qualitatis alimentorum, quæ propterea confitenti non nocent, *l. certum, de confeſſ. l. fin. C. de falſ. cauſ. edict. §. ſed ſi vxori, Inſtit. de leg. Natt. conſ.* 245. *num.* 3. *lib.* 2. *Card. Seraph. deciſ.* 487. *num.* 3. *Corn. conſ.* 144. *num.* 10. *lib.* 4. Præterea deficiunt omnes in probatione determinati temporis, cum nullus ex ipſis deponat, à quo tempore cœperit, & vſque in quod tempus durauerit præſtatio alimentorum: imò primus iuxta 10. & ſuper primo, ſecundus iuxta ſextum, & quintus iuxta octauum expreſsè dicunt, ſe de illo non recordari, & in hoc maximè varij inter ſe ſunt. Et ideò non
10 probatis, neque poſitis extremis, non videntur probata, neque poſita media, & conſequenter nec certa præſtatio alimentorum, *Benitend. d. deciſ.* 43. *num.* 7. *Surd. d. quæſt.* 23. *num.* 21. *in fin. & num.* 22. Et dum ſecundus, quartus, & quintus ſuper 7. deponunt de ci-
11 bis nimis lautis, ac magnæ impenſæ, quibus veriſimile non eſt, quòd dd. mulieres alioquin pauperiores veſcerentur, vtique ex hoc eorum fides multùm minuitur, *l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib. cap. quia veriſimile, de præſumpt. Felin. in cap. auditis, num.* 23. *de præſcript. Roland. conſ.* 49. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 4. *Surd. conſil.* 1. *num.* 10. *Caputaq. deciſ.* 276. *num.* 6. *part.* 3. *Cardinal Seraph. deciſ.* 1203. *num.* 1.
Accedit depoſitio ſexti teſtis iuxta 6. & 18. atteſtantis,

quòd

quòd Anna, dum viuebat in domo dd. mulierum de
Vbertis, de proprijs pecunijs vinum emebat ab ipſomet
teſte, quæ depoſitio concordat cum partita ad credi-
tum dictæ Annę in calculo producto pro parte Marga-
ritę, de quo infra ibi *per quindici barili de vino*, *ſtut.* 14.
vt in eius ſummario num. 5. Addatur primus teſtis iuxta
octauum, dum dicit, ſe audiuiſſe ab Anna in domo, &
præſentia dd. de Vbertis, *che lei era molto ricca*, & ſcire
dicit, *che lei haueua certi denari a frutto*; *di maniera che*
lei può viuere da ſe ſecondo diceua. Et iuxta 17. de audi-
tu inter dd. mulieres, quòd illa dederat torquem auream
ipſarum fratri, & quædam alia, quorum ipſe non re-
cordatur. Nec etiam concludens probatio oritur ex
calculo in proceſſu criminali regiſtrato; in quo taxata
legitur quantitas expenſarum, & tempus alimentorum
præſtationis, *vt in d. ſummario Margaritæ num.* 5.
Quia licèt in exemplo ſic regiſtrato adſit vtriuſque par-
tis ſubſcriptio: attamen hodie exhibitum fuit origi-
12 nale abſque ſubſcriptione Annæ, cui magis ſtandum eſt,
quam dicto exemplo *Bart. & alij in l. ſi quis ex argenta-*
rijs, §. prætor, ff. de eden. plenè Alex. conſ. 105. *num.* 1. *&*
per tot. lib. 2. Nec aliquod poteſt adminiculum deſumi
ex querela criminali per Annam porrecta in Curia Bur-
gi, in qua fatetur ſubſcripſiſſe folium omnium præten-
ſionum Margaritæ. Nam hæc confeſſio non poteſt in-
telligi de præſenti folio, in quo vtriuſque partis præ-
tenſiones continentur: minùſque illius approbatio præ-
tendi poteſt ex productione proceſſus criminalis, & re-
petitione dicti calculi facta in hoc iudicio; quia cum
fuerit facta à procuratore abſque ſpeciali mandato, non
poteſt ex eo deſumi confeſſio, quæ principali præiudi-
cet, *Iaſ. in l.* 2. *§. creditum, num.* 21. *& ibi Bologn. num.*
44. *Caſtr. conſ.* 186. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *Soccin. conſ.* 3.
num. 6. *lib.* 1. *Capic. deciſ.* 16. *num.* 7. *Card. Seraph. deciſ.*
987. *num.* 5. *fuit dictum in Romana pecuniaria* 9. *De-*
cembris 1602. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludoui-*
B *ſio*. B,

Et ita reſolutum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 118 *num.* 16.

B Confeſſio procuratoris, abſque ſpeciali mandato ad confitendum non nocet domino, vt præter hic allegatos, *Pariſ conſil.* 115. *num.* 18. *lib.* 1. *Menoch. conſil.* 80. *num.* 64. *Honded. conſ.* 66. *num.* 73. *lib.* 1. *Greg deciſ* 407. *num* 3. *et fuit dictum in Rauennaten cenſus* 6. *Nouembris* 1617. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*. & in confeſſione tacita, quæ oritur ex productione ſcripturarū, quòd principali non præiudicet, *Rota deciſ.* 285. *ſub num.* 5. *par* 2. *recent. quæ eſt Greg. deciſ.* 467. *num.* 10. *et deciſ.* 593. *ſub num.* 5. *ead par.* 2. *recent.* Verùm contrarium quoad confeſſionem huiuſmodi, quæ oritur ex iurium productione, dixit eadem *Rot. apud Verall deciſ.* 193. *part.* 1. *et in recent. deciſ.* 614. *num.* 3. *in fin. part.* 1. *et infra deciſ.* 795. *num.* 13. poſſent tamen prædictæ deciſiones, quæ inter ſe contrariæ videntur, ad concordiā reduci diſtinguendo, quòd vel procurator veriſimiliter iura producta ab alio, quàm a principali habere non potuit, & tunc confeſſio tacita, quæ ex tali productione oritur, præiudicet domino, in quibus terminis procedunt deciſiones ſecundo loco allegatæ, & expreſsè dicitur *in d deciſ.* 795 *coram Domino meo*; aut verò procurator veriſimiliter iura producta aliunde habere potuit, & hoc caſu procedant deciſiones primo loco allegatæ, quia tacitum magis quàm expreſſum operari non debet, quod etiam aduertit *Beltramin. ad deciſ.* 331. *Gregor. num.* 20.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana locationis.

Lunæ 15. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Conductor quando poſſit recedere à locatione propter ſuperuenientem dignitatem Præſidatus, vel ob aliam iuſtam cauſam belli, peſtis, malorum ſpirituum, vel ruinæ domus cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Locator in caſu neceſſitatis poteſt à locatione recedere, etiam ſi pater, vel filius locatoris habeat neceſſitatem, num.* 8.

2 *Inquilinus non poteſt recedere à locatione, excepta cauſa peſtis.*

3 *Inquilinus ex cauſa neceſſaria præciſa, poteſt à conductione recedere, veluti ſi domus minetur ruinam, vel propter peſtem, vel metum malorum ſpirituum, & propter ſimiles caſus prouenientes ex parte rei. num.* 6.

4 *A contractibus nominatis non licet altera parte inuita diſcedere.*

5 Cap. propter ſterilitatem, de locat. *continet priuilegium, quod non eſt extendendum.*

7 *Contractus præſumuntur celebrati iuxta conſuetudinem loci.*

9 *Locator habet pinguius priuilegium in re locata ratione dominij, quam habeat inquilinus. Contrarium, num* 10.

11 *Locator non poteſt expellere inquilinum etiam ſuperueniente neceſſitate, quando illi expreſsè renunciauit.*

12 *Aequalis conditio in dubio ſeruanda eſt inter contrahentes.*

13 *Exceptiones ad retardandam obligationem Cameralem, debent eſſe ex tribus, ſcilicet nouationis, ſolutionis, & falſitatis.*

14 *Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem, non retardant executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CCXCV.

EXISTIMARVNT DD. exceptio-
nem oppoſitam non eſſe releuantem ad
ad impediendam ſolutionem penſio-
num domus conductæ cum obligatio-
ne Camerali, & iuramento promiſſam.
Nam aut attendenda eſt opinio, quòd
diſpoſitio *l. æde*, C. *locat. & cap. pro-*
1 *pter ſterilitatem*, *eodem tit.* (vt in caſu neceſſitatis li-
ceat locatori à locatione recedere) non procedat in
inquilino, quam tenet *Nicolaus de Matar. in d. l.* eumq;
refert, & ſequitur *Barbat. in d. cap. propter ſterilitatem,*
numero 4. *&* 21. *Firman. in repert. in verb. condu-*
ctor, num. 3. *latè Ripa in tract. de peſt par.* 2. *num.* 15.
20. *&* 21. nec diſſentire videtur *Bald. in d. l. æde, num.*
15. *ad fin. circa med. Didac. pract. quæſt. cap.* 3. *num.* 3.
& in verſic. imò excepta, circa fin. vbi dicit, hanc eſſe
veriorem, vbi præſertim, quòd excepta cauſa peſtis non
2 ſit par ratio domini locatoris, & inquilini; & tunc
res procedit de plano, & ſinè aliqua difficultate. Aut
verò contraria, quòd ſcilicet etiam inquilinus poſſit re-
3 cedere à cōtractu locationis ex cauſa ſuperuenientis ſi-
bi neceſſitatis, quemadmodum poteſt dominus ex ea-
dem æquitate, & ex natura correlatiuorum, *Gloſſ. in l.*
ſi in lege 27. *§. ſi domus ff. locat. in verſ. ſtatim, circa med.*

Digitized by Google

& ibi Alber. Fulgoſ. & alij, & in d. cap. propter ſterilita-
tem, poſt 10. Andr. & Oſtien Butr. num. 6. Abb. num. 7.
Anan. num. 24. Card. in §. verum. num. 4. Imol. num.
31. Boer, deciſ. 249. num. 8. & 9 Fabr. conſ. 75. num. 2.
vol. 1. cum alijs in hac cauſa allegatis per Gratian diſcep.
534. 3. part. impreſ. Et iſta viſa fuit in propoſito non ap-
plicari ex pluribus. Primo quia neceſſitas in inquilino
debet eſſe præciſa, & talis, vt ſit totaliter impeditiua
vſus, & habitationis domus, videlicet, vel quia illa
minetur ruinam, Bald. in d. §. ſi domus, Gayl. obſer. 23.
num 6. lib 2. Gomez. de contr. in tit de locat. cap. 3. num.
3. verſ. 3 in fine, vel propter peſtem, Abb. in d. cap. pro-
pter ſterilitatem, num. 8. Fulgoſ in l. cum plures, ff. locat.
Gomez. vbi ſupra verſ. ex quo infero, (licèt etiam in hoc
caſu contrarium tenuerit Ripa in d. tract. de peſt. part. 2.
num. 18. in fin. & ſeqq.) vel propter metum malorum
ſpirituum, Iaſ in §. fin Inſtit. de locat. Gomez. vbi ſupra
verſ ſecundò infero; in his enim, & ſimilibus caſibus in-
quilinus non poteſt, nec per ſe, nec per alios vti domo
locata, & ideo tunc ſoluta penſione præteriti tempo-
ris habet interdictum de migrando, de quo in l. 1. §. ſi
penſio, & ibi Odofr. Alber. & Bart. ff. de migran. ſed ex-
tra illos iure cautum non reperitur, poſſe eum à loca-
tione recedere, vt ex Cyn. trad. Bald. in d. §. ſi domus
in fin. & materia eſt correctoria, cum in contractibus
4 nominatis non liceat altera parte inuita diſcedere vulg.
l. ſicut, & ibi omnes, C. de act. & oblig Abb. in d. cap.
propter ſterilitatem, num. 6. verſ & ex hoc nota, & ibi
Anan. num. 15. dicentes, quòd propter neceſſitatem
derogatur d. l. ſicut, ideoque neceſſitatem debere eſſe
talem, cui prouideri non poſſit tradit idem in d. cap. pro-
pter ſterilitatem Butr. num 4. & 6. & Abb. num. 9. imò
5 d. l. æde, & d. cap. propter ſterelitatem, continere priui-
legium, & ſic non extenden. dicit Gomez. d cap. 3. num.
6. in fin. Hinc Bald. in d. §. ſi domus, in fin. poſt Iaco-
bum de Rauenn. pro magiſtrali diſtinctione firmat, quòd
tunc poſſit inquilinus migrare ſinè ſolutione penſionis
futuræ, quando cauſa migrandi prouenit ex ipſa re, &
6 defectus venit ex parte rei; ſi autem proueniat in parte
inquilini tunc ſecus; & in fine ſubiungit, hanc eſſe veri-
tatem; quæ concluſio in ſpecie noſtra vſu recepta vide-
tur in Curia, in qua non conſueuerunt finiri locationes
per ſuperuenientes dignitates, vel officia, ob quæ ne-
ceſſe ſit etiam à Curia abeſſe, ſed ſublocationes fieri
ſolent per ipſos inquilinos, vt in Legatis, Epiſco-
pis, Nuntijs, Gubernatoribus, & alijs officialibus,
7 & ſecundùm hanc conſuetudinem cenſentur partes con-
traxiſſe, l. licet, & l. excepto, & ibi ſcriben. C. locat.
Natt. conſ. 214. num. 14 Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit.
9. num. 45. & 49. vt de tempore ſoluendi penſionem,
quòd ſtetur conſuetudini, not. in d. l. æde, Bell. ip. Alber.
Odofr Bart. Bald. et Salic. et in d. cap. propter ſterilitatem,
vbi Abb. num. 18. dicit Doctores communiter tenere. Nõ
obſtat exemplum Gloſ. in d. l. æde, et in d. cap. propter
ſterelitatem. quando locator duxit vxorem, quod vtro-
bique ſequuntur ſcribentes, & ſufficere quòd filius, vel
8 pater locatoris habeat neceſſitatem, dicit Bald. in d. l.
æde, num 17. Nam ſatis diuerſa, & maior ratio viget
in neceſſitate locatoris, quàm inquilini; locator enim
9 pinguius habet priuilegium ratione dominij, & ob pe-
riculum, cui res ſua ſubiacet, vt in d. l. æde, not. Cyn.
num. 1. & ſequuntur Doctor. primo loco citati, & præ-
ſertim Ripa d. part 2. num. 20. verſ non obſtant contra-
ria, & num. 21. Couarr. d. cap. 30. col. fin verſ. imò ex-
cepta cauſa, quam opinionem amplexi ſunt DD. quicquid
dicat Alber. in d. l. 1. §. ſi penſio, ff. de migran. & alij
B poſt eum relati per Gratian. in addit. ad d. cap. 534. B,
11 Et propterea ſi liceret locatori ob ſuperuenientem di-
gnitatem, & indigentiam amplioris domus à locatione
recedere, nõ poſſit inde neceſſariò inferri ad inquilinum.
Secundò, quia ratio æqualitatis ſeruandæ, & correla-
tiuorum, ſuper quo fundata eſt opinio Abb. & aliorum,
de quibus ſupra, ceſſat, imò retorquetur in caſu noſtro,
cum in inſtrumento locationis fuerit expreſſe conuen-
tum, quòd locator non poſſit expellere inquilinum,
quatenus etiã indigeret domo locata pro vſu proprio:
& ideo quemadmodum non potuiſſet ex cauſa propriæ
11 neceſſitatis expellere inquilinum, Ang. in d. l. æde, C.
locat. cum alijs per Gabr. lib. 3. concl. 3. de locat. Fut. de-
ciſ. 16. lib. 1. in nou. impreſſ. Alciat. conſil. 31. num. 3.
in fin. & num. 4 lib. 8. Card Mant. vbi ſupra lib. 5. tit.
3. num. 12. ita nec è contra poteſt inquilinus à locatio-
ne recedere, in dubio enim interpretatio fieri debet, vt
12 contrahentium æqualis ſit conditio, vt in terminis pa-
cti, Aym. conſ. 70. num. 1. ſicque non applicatur Felin.
conſ. 43. nam in eo caſu fuerat ſolùm promiſſum, non
expellere inquilinum: hic autem fuit vlteriùs expreſſum,
licèt domo etiam pro vſu proprio vti, frui, & retinere
vellet, & ita Angel. in d. l. æde, declarat Natt. conſ. 25.
num. 1. & conſil. 481. num. 19. et Mantic. vbi ſupra lib. 1.
tit. 13. num. 27. Tandem cum intentio locatoris ſit cla-
rè fundata in inſtrumento Camerali obligatione, & iu-
ramento vallato, exceptionem verò Domini coadiuto-
ris, ex præmiſſis conſtet, vel non eſſe releuantem (præ-
ſertim cum non ſit ex tribus, quæ admittuntur contra
13 hanc obligationem, iuxta deciſionem Caſſad. vnic. num.
2. de mut. petit. cum alleg. in Romana prætenſa executionis
contractus 27. Maij 1594. coram Litta, & in alijs) vel
ſaltem reddi valdè obſcuram, & turbidam, non poteſt
impediri, nec retardari executio, vt fuit dictum in Cre-
14 monen. aquarum 5. Maij 1599. coram Illuſtriſs. Cardi-
nali [illegible] præſertim cum dicta exceptio reſpiciat iu-
dicium ordinarium diſceſſus à locatione, quæ venit ex-
pedienda per tres conformes, & requirit altiorem in-
daginem, quæ propterea in hoc iudicio non eſt admit-
tenda, Ant. de Canar. in tract. de execut. inſt quæſt. 51.
et fuit dictum in Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. co-
ram Illuſtriſſimo Bononien. et in alijs pluribus.

Ex quibus vtraque parte informante reſolutum fuit, man-
datum eſſe relaxandum.

ANNOTATIO.

A Adde Molin de contractibus diſput. 499. num 5. & 6. tract.
2 fol. 659. Felin conſ 43. num 5. vſque ad 9. Gratian. di-
ſcept. forenſ cap. 740. num 1 & per tot. vbi fundamentis
huius deciſionis reſpondere videtur.

B Adde gloſ in l ſi in lege, 27. §. ſi domus, in verb. ſtatim
agere. verſ nam & Dominus. & ibi Bald num 1. verſ.
& dicit Alber num 4. Caſtr. num 1. ff locat gloſ in
l. 1 §. ſi penſio, in verb ita tamen vbi Bart num. 1. verſ.
contra. ff. de migrando, Gabr. conſ 75 num. 2 verſ et quòd
inquilinus. lib. 1. Bece conſ 45. num. 21. lib. 1. Caroc de
locat. part. 2. tit de recuſ num 10. ſecundum antiquam
impreſſionem, & ſecundum nouam part. 4. eod. tit. quæſt.
4. num 3. fol 200. Carpan ſuper conſtit Mediolan cap.
379. num. 347 et 348. part 2 Valaſc de emph quæſt. 22.
amplìat 6 num 6 Ferrar ſuper conſuetud Burdegal. lib.
1. tit. 3. §. 3. verſ tum et extendendo. fol 99. vbi in ſpe-
cie reprobat Rip. in tract. de peſt. part 1, num 18 et
Nicol Mattarel ac Barbat in deciſ allegatos, prout facit
etiam Boer. deciſ 249 num. 9. quos cumulauit in hac cau-
ſa Gratian. vbi ſupra cap. 740. num 14. et 15 in quo
atteſtatur, hanc eſſe communem ſententiam, ſtante quòd
illam ſequuntur gloſ et 22 Doctores ibi, & in appendice
ad diſcept. 534. in fin. tom. 3. per ipſum cumulati, & li-
cèt

eſt idem *Gratian. per tot. d. cap.* 740. ſtudeat remouere fundamenta reſolutionis, attamen concurrentibus vi executiua obligationis Cameralis, opinione proximè relata inter Doct. controuerſa, quòd diſpoſitio, *l. ade C. locat. et cap. propter ſterilitatē extra eod. tit.* non habeat locū niſi fauore locatoris ratione dominij penes eum exiſtentis, non autem conductoris, conſuetudine Vrbis, quòd propter dignitates ſuperuenientes non ſolent finiri locationes, & pacto, quòd conductor non poſſet, neque pro vſu proprio locatoris expelli, quòd videtur ex vi correlatiui trahi ad conductorem, non videtur poſſe à deciſione recedi, cum huiuſmodi inſpectiones ſaltem videatur altioris indaginis, quæ non ſolent retardare executionem obligationis Cameralis ex allegatis in deciſione, & alibi paſſim, vnde expediens erit in praxi in ſimilibus contractibus apponere renunciationem huiuſmodi exceptioni.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana reſeruationis fructuum.

Veneris 19. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Procurator, qui non exhibuit mandatum poſtquam fuit oppoſitum de eo, cum clauſula *ita quòd, &c.* quamuis mandatum haberet, reddit nullam ſententiam ab ipſo obtentam. Literæ Apoſtolicæ ſuper reſeruatione an, & quando ſint iuſtificandæ contra ſucceſſorem; & quænam præſcriptio obſtet agenti ad penſionem.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio*, neminem audiri niſi docto, &c. ita quod, &c. *operatur, vt geſta ante productionem mandati ſint nulla. fallit in mandato præſumpto ex magna impenſa num.* 9.

2 *Literæ Apoſtolicæ ſunt iuſtificandæ contra ſucceſſorē, qui non conſenſit reſeruationi penſionis.*

3 *Penſionarius, qui eſt in quaſi poſſeſſione per triginta annos exigendi, liberatur a iuſtificatione literarum, & ad hunc effectum tempora iunguntur, vt num* 12.

4 *Tranſactio vtilis Eccleſiæ prodeſt ſucceſſori, illa vti volenti.*

5 *Literæ Apoſtolicæ ſpatio triginta annorum amittunt viam executiuam.*

6 *Remedium* l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. *præſcriptionis exceptione tollitur.*

7 *Res iudicata ſpatio triginta annorum tollitur, & illius executio impeditur.*

8 *Augmentum fructuum factum impenſa Rectoris non cedit lucro penſionarij.*

10 *Proteſtatio*, neminem audiri, niſi, &c. ita quod, &c. *non cauſat nullitatem omnium actorum, niſi fuerit in quolibet actu repetita.*

11 *Diſpenſatio matrimonialis præſumitur iuſtificata ex lapſu triginta annorum, & ad hunc effectum iunguntur tempora ante mortem coniugum, & poſt illorum obitum.*

DECISIO CCXCVI.

INTRODVCTA in Rota cum clauſula, *ſi quid exequendum*, cauſa appellationis moderni Rectoris parochialis ſancti Stephani in Piſcinula à ſententia A.C. qua pronunciatum fuit, literas Apoſtolicas felicis recordationis Pij Quarti aſſignationis medietatis fructuum dictæ Eccleſiæ ad fauorem Reuerendiſſimi Domini Marcelli nunc Epiſcopi Aſsiſien. loco penſionis, eſſe exequendas: propoſitoque dubio, an dicta ſententia exequenda eſſet, DD. negatiuè reſponderunt. Et fundamentum fuit nullitas, & iniuſtitia dictæ ſententiæ. Nullitas ex defectu mandati procuratoris dicti Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, de quo non fuit doctum in proceſſu, niſi in actu, ſeu termino pro ſententia, cum tamen pro parte dicti Rectoris fuiſſet ſemper
1 oppoſitum, neminem audiri, niſi docto de mandato cum clauſula, *ita quod, &c.* quæ operatur, vt productio mandati licèt antea facti ſuffragari non poſsit ad ſuſtinendum, & reualidandum acta antea geſta, *Alex. conſ.* 78. *num.* 12. *lib.* 5. *Guidob. deciſ.* 129. *Rota in Romana cenſus* 4. *Decembris* 1595. *& in Aſculana dotis* 7. *Iunij* 1599. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Romana nullitatis executionis* 25. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſſimo Cardi-*
A *nali Ludouiſio*. A, Iniuſtitia verò, primò ex eo, quia literæ erant iuſtificandæ contra dictum Rectorem,
2 qui non conſenſit dictæ reſeruationi, ſed eſt tertius ſucceſſor in Rectoria dictæ Eccleſiæ, vt tenuit Rota in *Cæſarauguſtana penſionis* 20. *Decembris* 1591. *coram Cardinali Pamphilio, & in Salamentina penſionis* 26. *Martij* 1593. *coram Gipſio in Hiſpalen penſionis* 22. *Maij* 1613. *& in Lucana penſionis* 21. *Aprilis præteriti coram R. P. D. Pirouano*, cum pluribus alijs adductis per *Modern. de*
3 *benefic. part.* 1. *cap.* 5 *num.* 442. Nec concurrit quaſi poſſeſsio exigendi 30. annorum, prout concurrere debet ad hoc, vt liberetur ab earum iuſtificatione, *Rota in Brixien. penſionis* 23. *Maij* 1594. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, Lauden. tranſlationis penſionis* 29. *Martij* 1599. *coram bonæ memoriæ Penia, et in Neritonen. pen-*
B *ſionis* 5. *Nouembris* 1601. *coram Lita*. B, Secundò, quia obſtat concordia inita per anteceſſorem de anno 1578. 16. Ianuarij, de qua *in ſummario Rectoris num.* 1. *et* 2. in qua expreſsè conuentum fuit, medietatem fructuum pro, ſcilicet, certa quantitate expreſſa ad ipſum Epiſcopum pertinere debere liberam, & exemptam ab omni, & quacunque impenſa, &c. reſiduum verò omnium fructuum, & prouentuum tàm laudemiorum, & deuolutionum augmentorum, quàm canonum, & penſionum ſpectare ad ipſum Rectorem. Quæ tranſactio non eſt reſtricta ad vitam Rectoris, prout erat prima inita de anno 1578. *in d. ſummario num.* 1. & fuit obſeruata mediantibus ſolutionibus, & receptionibus penſionum vſque modò ad illius formam, & cum ſit
4 vtilis Eccleſiæ prodeſt ſucceſſori illa vti volenti, *cap. veniens, vbi Doct. de tranſact. Creſcent. deciſ.* 1. *de locat. et conduct. Put. deciſ.* 302. *lib.* 1. *ſecundùm nouam impreſſionem, Cardin. Seraphin. deciſ.* 256. *num.* 2. *et* 347. *num.* 6. *latè Cardinal. Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 53. Tertiò, quia ex lapſu tàm longi temporis vi-
5 debatur ceſſare remedium executiuum, & obſtare ex-
C ceptionem præſcriptionis illius C, prout obſtat agen-
6 ti *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. vt per text. ibi in fin. not. communiter Doct. et præſertim Caſtr. num.* 17. *et Dec. num.* 22. *Gozzad. conſ.* 7. *num.* 18. *Menoch. de adipiſc. remed.* 4. *quæſt.* 93. *num.* 768. *et dictum fuit in Romana Vineæ* 21. *Aprilis* 1589. *coram Comitulo*, & pro-

7 ut etiam obſtat executioni rei iudicatæ, *Bald. in rubric. extra de præſcr. num. 22. verſ. et dico, Aſſlict. deciſ. 245. circa fin. Balb. de præſcript. part. 4. princip. quæſt. 12. princ. quæſt. 31. Lancell. de attentat. cap. 23. num. 79. et* dixit Rota in Callien. fructuum 13. Nouembris 1615. *coram R. P. D. meo Andrea*. Poſtremò, quia prætenditur executio ſuper augmento reddituum dictæ Eccleſiæ mediante recuperatione quarundam domorum, de
8 quo tamen non conſtat, vel quatenus conſtaret, Rector prætendit, illud eſſe factum cum ipſius impenſa, & conſequenter non cedere lucro reſeruatarij penſionis, vt ex validis rationibus conſuluit *Gig. conſ. 1. alias 110. num. 15. verſ. quoad præſentem difficultatem, cum num. ſequentib.* Et in omnem euentum ſtantibus prædictis dixerunt DD. non competere viam executiuam, ſed Dominum Epiſcopum debere experiri via ordinaria, & iuſtificare ſibi incumbentia.

Et ita vtraque parte informante fuit deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Secus eſt, quando mandatum præſumi poteſt ex magna
9 impenſa, vel productione iurium, quia tunc proteſtatio, quòd comparens non audiatur, niſi docto de legitimo mandato, non reddit proceſſum nullum, vt dixi infra *deciſ. 593.* Verùm proteſtatio prædicta repetẽda eſt in quolibet actu,
10 alias videtur ab illa receſſum, & proceſſus eſt validus, *Card. Seraph deciſ. 935. num. 3. Rota coram Greg. XV. deciſ. 41. num. 7. & 8. & fuit dictum in Anconitana bonorum 30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Aierlmo.*

B Gratia præſumitur iuſtificata ex curſu triginta annorum, *Rota coram Card. Seraph deciſ 642. num. 3. deciſ 534. par, 2. diuerſ. & deciſ 122. num. 5. & deciſ. 406. num. 3. part. 1. recent fuit dictum in Oſcen penſionis coram Card. Lancellotto impreſſ penes Marcheſ de commiſſ. part. 2. fol. 578. Garz. de beneſ par. 1. cap. 1. num. 478. & ſeq. & fuit dictum in Bononien. penſionis 17. Maij 1593 coram bon. mem. Card. Millino apud Marcheſ par. 1. fol. 558. & in Burgen. penſionis 16. Decembris 1596 coram Penia apud Marcheſan. vbi proximè fol. 523. num. 2. & in Troiana penſionis 14. Maij 1629. coram R. P. D meo Queipo, confirmata 22. Iunij eiuſdem anni coram eodem*, & ad illum effectum
11 iunguntur tempora vitæ transferentis penſionem, & translatarij, *Rot. d. deciſ. 122. num. 1. & 11. & deciſ. 406. num. 4. par. 1. recent.* in qua Rota ad effectum præſumendi iuſtificationem narratorum in diſpenſatione Apoſtolica
12 matrimoniali, coniunxit tempus ante mortem coniugum cum tempore ſucceſſorum: & ad effectum iuſtificationis gratiæ reſeruationis penſionis, *Rota in d. Bononien. penſionis coram bon. mem. Card. Millino apud Marcheſ. vbi prox pag. 558 num. 3.* Minus tamen tempus non ſufficit, vt in *d Burgen. penſionis coram Penia apud Marcheſ. pag. 523 num. 2.*

C Literæ Apoſtolicæ amittunt viam executiuam, ſi per ſpatium triginta annorum exequutæ non fuerint, *Sarnen. in compend. vtriuſque ſignat. circa fin. verſ præterea eſt aduertendum, Rota poſt allegatos deciſ 680. num. 5. part. 1. recent. & in Barbaſtren decimarum Ven. 10. Nouembris 1623. coram bon memor. Vbaldo, confirmata 14. Iunij 1624. coram eodem.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

DECISIO CCXCVI.

Romana legati.

Mercurij 24. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Alimenta legata prout dabantur, viuente teſtatore, quomodo præſtari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, legata quæ viuus præſtabat teſtator, debentur ſecundum diſpoſitiones*, l. mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alim. & cib. leg.
2 *Interpretatio eſt facienda, quæ iuri communi conuenit, & quæ magis congrua eſt.*
3 *Alimenta legata quæ præſtabat teſtator viuus, comprehendunt etiam habitationem, licèt ex accidenti a teſtatore non daretur.*
4 *Abſens pro ſeruitio Domini pro præſenti habetur.*
5 *Teſtis de auditu, & prætendens ex ea cauſa, pro qua deponit dicitur intereſſatus, & nihil probat.*
6 *Promiſſio conditionalis euaneſcit, deficiente conditione.*
7 *Alimenta legata pluribus in eadem oratione, pariformiter illis debentur, etiã ſi dum viuebat teſtator diſformiter præſtabantur, limitatur quando teſtator habuit relationem ad perſonas non ad quantitatem, num. 8.*
9 *Relatiuum*, quis, vel quod, *præcedentia non reſtringit, ſed ſolùm ad ſuum antecedens refertur.*
10 *Relatiuum totum reſtringit, ſi totum ſit ſuum antecedens.*
11 Copula, Et, *accipitur ſecundùm ſubiectam materiam expoſitiuè, vel ampliatiuè, & ideò quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem declarat, & limitat vt num. 16.*
12 Copula, Et, *poſita inter duo tempora, ſtat declaratiuè.*
13 Copula, Et, *propria natura eſt, vt omnium copulatorum concurſum requirat.*
14 *Hæredi magis quàm legatarijs in dubio fauendum eſt.*
15 *Diſpoſitio teſtatoris declaratur ex obſeruantia, & vſu, dum ipſe viuebat.*

DECISIO CCXCVII.

DIXERVNT DD. ſtandum eſſe in deciſis ſub die 10. Aprilis præteriti, videlicet, habitationem domus, & fenile, ſeu penſionem pro illis non deberi R. P. D. Varellæ vni ex familiaribus, & legatarijs Hiſpanis bon. mem. Cardinalis Dezæ; & placuerunt rationes, & fundamenta reſolutionis, quæ comprobari ſatis clarè videntur; quia ex lectura legati, de quo in dictis codicillis, non ſolùm non probatur, huiuſmodi habitationem & fenile in eo contineri, ſed reſultare videtur negatiua: cum dictis familiaribus Hiſpanis ſit relicta portio victus, quæ dabatur, & hodie datur ipſo codicillante viuente, quæ ſunt verba formalia dicti legati, quæ ſunt referenda, tàm ad tempus de quo illa habuit,
1 quàm ad illud, de quo non habuit, imò dicendum eſt, quòd in hoc potiùs intellexerit, tùm quia eſt conforme iuris diſpoſitioni *in d. §. ſed ſi alimenta*, tùm etiam, quia
2 aliàs incongruè locutus fuiſſet, ponendo prius illud tempus, de quo maior, quàm illud, de quo minor præſtatio dabatur, & ſic priùs ampliationem, quàm ampliatum. Minùs obſtare viſum fuit, quòd prædicta dicantur in legato comprehenſa, quia D. Varella habita-
3 uit extra palatium Cardinalis ex accidẽti propter illius anguſtiam, & fabricam, ad *text. in l. teſtamento 19. de alim.*

alim. & cibar. leg. Quia in hoc text. certum erat, quid
fuiſſet alijs relictum, in caſu autem noſtro dubitatur,
an habitatio relicta fuerit omnibus familiaribus, de
quibus loquitur legatum, & præſertim illis, qui habi-
tabant proprijs expenſis extra Palatium; vltra quòd
dictus text. loquitur quando legatarius aberat, vel pro
4 ſeruitio teſtatoris, vt in illis verbis, *negotij ſui gratia*,
& dicunt ibi *gloſ. magna Bart. in princip. & in primo*
notabili, vel de illius licentia, & voluntate, vt di-
cunt ibi *Odofr. Alber.* in quibus caſibus pro præſenti
reputabatur, vt ibi per *Bart. verſ. videtur*: & ita non
videtur poſſe applicari, quia non conſtat, quòd D.
Varella maneret extra dictum Palatium pro ſeruitio
Cardinalis, nec de illius voluntate, ita quòd Cardinalis
illum haberet pro præſenti, vt intelligunt DD. ibidem.
Non obſtat, quòd primus teſtis ſuper 5. *in d. ſummario*
num. 3 dicat, Cardinalē illi promiſiſſe, quòd ſtatim finita
fabrica, denuò ei dediſſet habitationem in dicto Palatio:
5 quia nihil probat, cum ſit vnicus, & de auditu, & in-
tereſſatus, ex quo ipſe etiam venit ad cauſam tanquam
vnus ex legatarijs, & eadem prætendit, vt patet ex
monitorio *in ſummario hæredum num.* 14. *ad not. in l.*
nullus, ff. de teſtib. cum vulg. Et non concludit de pro-
miſſione, niſi finita fabrica, & ſic cum non conſtet eam
fuiſſe completam ante obitum Cardinalis, imò pro D.
Varella ſupponatur non fuiſſe finitam, dicta promiſſio
6 euanuiſſet tanquam facta ſub conditione, quæ non ſo-
lum non fuit purificata, ſed defecit, *ad l. cum ita legatum,*
& l. qui hæredi, §. fin. ff. de cond. & demonſtr. Viſum
etiam fuit non obſtare, quòd ſi aliquibus ex compre-
henſis in dicto legato dabatur habitatio, alijs verò non,
tamen dici debeat, Cardinalem voluiſſe eam omnibus
pari modo relinquere, ex quo omnes in eadem ora-
7 tione coniunxit, *ad text. in l. à filio* 15. *§. fin. ff. de*
8 *alim. et cibar. legat.* Quia in hoc §. verba illa, *quæ præ-*
ſtabat, non referebantur ad perſonas, & certum erat
quòd licèt teſtator in vita cibaria non præſtiterat, niſi
tribus libertis; voluit tamen ea omnibus indiſtinctè ex
teſtamento relinquere, ſed tantùm relata erant ad quan-
titatem, quam dictis tribus præſtabat, & ideo non limi-
tabant, nec reſtringebant, niſi dictam quantitatem, quæ
erat antecedens, ad quod referebantur, vt declarat ibi
9 *gloſ in verb. ab omnibus*; relatiuum enim præcedentia
non reſtringit, ſed refertur tantùm ad ſuum antecedens,
vt per Odofred. Alberic. & Bart. ibi; contrarium ergo di-
cen. eſſet, ſi omnibus libertis cibaria præſtita fuiſſent,
tunc enim eo modo, quo cuique præſtabantur, diceren-
tur relicta, vt ex *Bart. ibi verſ. viuens eſt*, vbi dicit, quòd
10 relatiuum totum reſtringit, quando totum eſt ſuum an-
tecedens, quod non erat in caſu *d. §. fin.* Cum itaque
in propoſito omnibus in dicto legato comprehenſis,
daretur aliqua portio, & ſic etiam D. Varellæ, ſequitur,
quòd debeatur portio præſtari ſolita, tam de tempore
codicillorum, ſeu mortis, & ſic ſinè habitatione, & fe-
nili, quam de tempore præterito, & ſic cum habi-
tatione, & fenili, prout præſtabatur.
Nam quicquid ſit de natura, & virtute dictæ copulæ, *Et*,
11 quæ tamen non ſemper ſtat ampliatiuè, ſed ſecundùm
ſubiectam materiam, poteſt etiam ſtare expoſitiuè pro
A ideſt A, vt fuit dictum *in Caſenaten. hæreditatis* 17.
Maij 1617. *coram Reuerendiſſimo Domino Sacrata, Gon-*
12 *zal. ad regul.* 8. *gloſſ.* 3. *num.* 9. alia in propoſito li-
cèt non ſit inter duo ſubſtantiua idem ſignificantia,
ſed inter duo tempora; & propterea ſtat declaratiuè,
vt dictum fuit in reſolutione, & comprobatur *ex*
trad. per Gonzal. vbi ſupra num. 9. & 10. qui ſenſus eſt
magis veriſimilis menti, & intentioni teſtatoris, ad-
miſſa etiam interpretatione, quòd dicta copula poſſet
ſtare disiunctiuè, vel ampliatiuè ad tempus præteritum,
non tamen exinde ſequitur, contineri habitationem,
& fenile, tùm quia deberet potiùs retinere propriam
13 naturam, & vtriuſque temporis copulati concurſum
requireret, *Roman. conſ.* 166. *num.* 4. *Iaſ. in l.* 1. *num.*
2. *verſ. regula ergo, ff. de iuſt. & iur. Surd. deciſ.* 291. *num.*
12. *in materia legati conſ.* 207 *num.* 7. & tunc magis ex-
cluderet legatarios, qui non habebant habitationem de
tempore codicillorum, vel mortis, cum neceſſe ſit,
quòd illam haberent de vtroque tempore. Tùm etiam
quia quatenus illam non retineret, & relatio eſſet fa-
cienda ad tempus præteritum, illud in propoſito erat
duplex, vnum videlicet, de quo præſtabatur habitatio,
& fenile antequam Cardinalis emeret, & habitaret pa-
latium, in quo obijt, & dum retinebat palatia conducta,
in quibus commodè præſtare poterat habitationem,
& fenile aliquibus ex dictis familiaribus, & ideo cum
dicta verba, *quæ dabatur*, præteriti imperfecti non ma-
gis referri poſſent ad tempus, de quo habitatio, &
fenile præſtabatur, quàm ad aliud, de quo non præſta-
batur, legatum ſaltem redditur dubium, & interpreta-
14 tio eſt capienda ad fauorem hæredum, *ex Surd. d. conſil.*
207. *in fin. et alijs ſupra alleg.* Et omnem ambiguita-
15 tem tollit ſupradicta obſeruantia ſubſecuta in dicta re-
ſolutione conſiderata, & præſertim in vita teſtatoris,
l. ex cũ ſu, ff. de trit. vin. et oleo leg. & de alimentis; *eſt text.*
in l. cum alimenta, ff. de alim. et cib. leg. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 1. *quæſt.* 28. *num.* 5. *et* 6. de qua conſtat etiam
poſt eius obitum, vt dictum fuit in dicta reſolutione.
Ex quibus, & alijs in ea per informantes deductis DD.
ſteterunt in deciſis vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Copula. *Et*, non ſemper ſtat ampliatiuè, nam quando
16 eſt poſita inter genus, & ſpeciem, declarat, & limitat, &
exponitur pro, *ideſt*, *Gloſſ. in rubr* C. *de ſeruitut. &*
aqu. Bart. in l. ſi is, qui ducenta, §. vtrum, num. 5. *ff. de*
rebus dub. Corn. conſil. 244 *num.* 14. *lib.* 1. *Rot. deciſ* 466.
num. 2. *et* 26. *part.* 1. *et deciſ* 37. *num* 21. *et deciſ.* 39. *num.*
8. *par.* 2 *diuerſ Grauignon. conſ.* 39. *num.* 22. *lib.* 1. *et con-*
ſil. 43. *num.* 9. *et* 13. *lib.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana depoſiti.

Mercurij 24. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Partita minoris ſummæ, quando dicatur ineſſe in alia maioris diuerſo tempore creata.

SVMMARIVM.

1. *Cedula facta per manum Capſerij probat contra ſcri-*
bentem.
3. *Rei probatio debet eſſe plena, et concludens ad elidendam*
probationem auctoris.
4. *Temporis diuerſitas inducit duplicitatem, ſicut et diuerſi-*
tas ſummarum, et perſonarum.
5. *Verba*, hauuti, &c. *actualem, et eadem die factam nu-*
merationem præſeferunt.
6. *Liberatio inducitur ex ſumma poſita ad creditum alicuius*
per depoſitarium Banchi facta.
7. *Verba*, habui, *in ſcriptura priuata ſimplicem confeſ-*
ſio-

ſionem, non numerationem important.
8 *Numerationem jactam dicens, debet illam probare quando ſumus in ſcriptura priuata.*
9 *Verba*, habuit, *etiam ſi ſint poſita in libris, non probant numerationem.*
10 *Scriptura quæ de neceſſitate non concludit, incerta probatio dicitur.*
11 *In ſcriptura priuata ſe fundans, habet regulam contra ſe, et opponens de fallentia illam debet probare.*
12 *Verba*, habuit, & recepit, *in inſtrumento publico important numerationem, non confeſſionem.*
13 *Teſtes deponentes de ſtylo mercatorum, probant.*
14 *Teſtes deponentes contra producentem, probant.*

DECISIO CCXCVIII.

I TERVM propoſui dubium 29. Februarij 1616. ad fauorem Rotuli reſolutum, & DD. ſteterunt in deciſis, videlicet partitam ſcut. 700. eſſe comprehenſam in partita ſcutorũ 1000. ex rationibus, de quibus in deciſione. Verùm quia Martinus prætendebat ceſſare potiſſimum fundamentum, quòd ipſe non fundaret intentionem ſuam, cum imò diceret illam plenè, & concludenter probaſſe per prædictam partitam ſcutorum 700. ſuper libro ſtracciafolij Banchi per Capſerium ad eius fauorem adnotatam: quæ pecuniæ fuerunt per Galeot-
1 tum Furnarium eius debitorem ad banchum delatæ, & ſic eo ipſo depoſitæ, *Cin. in l. incendium, in fin C. ſi cert. pet.* & ibi *Bald. num.* 8. & pleniùs *Salic. num.* 12. *verſ. ideo in dubio, Card. Seraph deciſ.* 158. *num.* 1. Ac etiã per cedulam d. partitæ manu dicti Capſerij datam, quæ probat contra ſcribentem depoſitum, *l. ſubita, §. fin. ff. depoſ.*
2 *Surd. conſ.* 80. *num.* 9. & ideò Rotulo reo conuento alleganti ſolutionem onus probandi incumbere, quòd etiam eſſe de ſtylo mercatorum deponunt teſtes *in ſummario Martini num.* 5. quæ probatio debet eſſe plena,
A & concludens, alioquin non ſufficit ad probationem
3 actoris elidendam, *A Bart. in l. admonendi, num.* 50. *ff. de iur. iur. Card. Seraph.* in ſpecie noſtra *deciſ.* 1372. *num.* 2. & probat *tex. in l. quingenta, in verſ nam ſi creditor*, vbi *Bald. ff. de prob.* & quòd talis non videtur probatio deducta per Rotulum ex partita ſcut. 1000. creata per octo dies poſt dictam ſcut. 700. ſuper quaderno capſæ in computo, & ad creditum Illuſtriſſimi D. Cardinalis Burgheſij, & debitum dicti Martini pro paga affictus Caſalis S. Nicolæ decurſæ per totum menſem Octobris tunc præteriti. Tùm quia dicta ſumma ſcut. 1000. fuit alia etiam diuerſa à dicta ſcut. 700. cum duplicitatem
4 oſtendat diuerſitas ſummarum temporis, & perſonarum, *iux. not. in l. triticum, ff. de verb. obligat. & in dicta l. quingenta*, & latè dictum fuit in deciſione. Tùm quia verba, *hauuti dal Signor Giouan Battiſta Martini*, de quibus in dicta partita ſcut. 1000. præſeferunt dictam ſummam tunc, & eadem die fuiſſe per Martinum
5 ad banchum datam, & numeratam *ad not. per ſcriben. in l. poſt dotem*, vbi *Bart. num.* 21. *ff. ſolut. matrimon. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus*, vbi idem *Bart. num.* 3. & latè *Alex. num.* 13. *ff. de verb. oblig* & deponunt etiam de ſtylo teſtes eiuſdem Martini *in ſummario Rotuli num.* 4. conſequenter probata videtur duplicitas ſummarum: probationem verò Rotuli reddi æquiuocam, & dubiam, quia vbi etiam reſultaret, quòd dicta ſcut. 1000. fuiſſent per banchum habita ante creationem dictæ partitæ, tamen ex inde non ſequitur, quòd in ea ſint comprehenſa dicta ſcut. 700. Verùm prædictis reſpondebatur, quòd per dictam partitam ſcut. 1000. plenè reſultabat probatio ſolutionis factæ per banchum dicto Illuſtriſſimo D. Card. vel quòd dicta ſumma erat poſita
6 ad eius creditum per banchum illius depoſitarium, & ſic ſecuta liberatio Martini à dicta paga affictus menſis Octobris, *ad l. ſoluendo, ff. de neg. geſt.* quòd autem dicta ſcut. 700. fuerint in dicta ſumma ſcut. 1000. comprehenſa ex eo patet, quia non probatur, Martinum poſuiſſe, ſuper dicto bancho dicta ſcut. 1000. eadem die, qua fuit creata dicta partita ad creditum dicti Illuſtriſ-
7 ſimi D. Card. nec illa verba, *hauuti* important numerationem eodem tempore factam, neque de iure, ſed ſimplicem confeſſionem in ſcriptura priuata, *vt in l. ſi ex cautione, C. de non num. pec. notant. Butrig. col.* 2. *verſ. hic poteſt, Cin. col.* 1. *in fin. verſ. aduertatis, Belliper. col.* 2. *in princ. verſ. ergo iſtam legem, Bart. in* 1. *lect. verſ poteſt intelligi, Bald. in antiq. lect. verſ.* 2. *dicit, Gloſ Salicet. num.* 27. *verſ. quid ſi debitor, Roman. in l. prædia num.* 4. *verſ. poteſt & dicere, ff de acq poſſ. Imol. in cap ſi cautio num.* 31. *in fin.* & ibi *Felin. num.* 53. *de fid. inſtr. Apoſtill ad Bar. in d. l. prædia.* Et quòd ille, qui ſe fundat in numeratione incontinenti facta, de-
8 beat illam probare, quando hæc verba ſunt apposita in ſcriptura priuata, *Bologn. in d. l. poſt dotem, num.* 177.
9 Et quando dicta verba ſunt apposita in libris, *Alex. conſ.* 197. *num.* 4. *in fin. & num.* 5 *vol.* 2. Scriptura
10 enim de neceſſitate non concludit, niſi confeſſionem, & diuerſo modo poteſt intelligi, ideo habet incertitudinem, & non concludit, vt in iſtis terminis dicit, *Bald. in d. l. ſi ex cautione, num.* 14. *verſ. ſecundò quæro, & num.* 17. *verſ. dicit Iacobus*, & ideò cum Martinus
11 habeat regulam contra ſe in verbis prolatis in ſcriptura priuata, & opponat de fallentia, debet illam probare, *gloſ penult. in Clem. fin. in ver. creatum, verſ. nam aduerſarius, de reſcr. Imol. in iſtis terminis, in d. l. poſt dotem, num.* 8. *verſ. adde quod Bal* ſecus verò eſt in in-
12 ſtrumento, in quo illa verba, *habuit, & recepit*, non important confeſſionem, ſed numerationem, *Bart. in d. §. ſi nummos, num.* 9. *& in d. §. Chryſogonus, num.* 2. cum quo eſt communis, vt ibi per *Alex. num.* 12. *& Iaſ. num.* 16. *&* 17. *Bolognet. in d. l. poſt dotem, num.* 174. *Barboſ. num.* 25. *&* 26. Præſertim, quia in dicta partita non fuerunt apposita illa verba, *queſto di*, minùsque illa, *in contanti*, quæ fortè non ſufficerent, ſeu alia actualem numerationem importantia, vt põderat *Alex. d. conſ.* 179. *num.* 4. Et hanc eſſe probationem dubiam & æquiuocam, & illa verba, *hauuti*, poſſe intelligi de priùs, & antea receptis deponunt teſtes, *Martini* 1. 4. *iux.* 10. 1. 3. 4. *&* 4. *ſuper* 7. *ac etiam* 2. *&* 6. *ſuper* 7. *in eius ſummario num.* 7. ſuper quibus ipſe faciebat fundamentum. Et ideo cum non probetur, aliam ſummam per eum antea fuiſſe delatam ad banchum, niſi dicta ſcut. 700. per dies octo ante, ſequitur, illam eſſe comprehenſam in dicta partita ſcut. 1000. ad creditum dicti D. Card. poſita, & præſertim quia (vt fuit conſideratum in deciſione) iſtæ non ſunt diuerſæ ſcripturæ inter banchum, & Martinum, ſed partita ſcut. 1000. eſt creata inter Illuſtriſſimum D. Card. & banchum eius depoſitarium, & videtur ceſſare materia *dd. ll. quingenta, & l. triticum*. Tandem viſa fuit ceſſare omnis difficultas ex depoſitionibus eorumdem teſtium Martini
A *dicto ſummario Rotuli num.* 3. *&* 4. apertè deponen-
13 tium de ſtylo inter mercatores, & Capſerios adnotandi ſummas ſuper memoriali, ſeu ſtracciafolio abſque eo, quòd deſcribantur ſuper libro magiſtro, & deinde conficiendi vnã ſolam partitam, & in indiuiduo concludunt, viſis dictis partitis dicta ſcut. 700. eſſe incluſa in partita ſcutorum 1000. licèt non fuerit in ea facta aliqua mentio, nec lineata, prout fieri potuiſſet. Quibus

Digitized by Google

bus teſtibus multum viſum fuit DD. deferendum eſſe,
B cum deponant contra producentem, B & ſint plures, &
14 de pertinentibus nedum ad peritiam, ſed ad obſeruantiam, & ſtylum eorum, in quibus quotidiè verſati ſunt, & verſantur: cùm quibus etiam concurrit relatio bon. mem. Rodiani mercatoris inſignis in prima inſtantia electi per A. C. *data in ſummario* 28. *Februarij* 1616. *num.* 5.

Ex quibus, & alijs in dicta deciſione, & per informantes deductis, Domini ſteterunt in deciſis.

ANNOTATIO.

A Et quòd vbi actor plenè intentionem ſuam fundauit, reus teneatur ſuam exceptionem concludenter iuſtificare, præter hic allegatos, *Aym. conſil.* 226. *num.* 6. *Bellam deciſ.* 76. *num.* 3. *verſ. tenetur enim reus, & fuit dictum in Firmana beneficij* 15. *Maij* 1596. *coram Cardinali Pamphilio apud Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 591. *in princ. & in Elnen. Cameraria* 10. *Decembris* 1610 *coram Patriarcha Manzanedo*; nec illi ſuffragatur exceptio dubia, & illiquida, *Oldrad. conſil.* 206. *&* 320 *vtrobique num.* 2. *Rot deciſ.* 220. *num* 1. *part.* 2. *recent & fuit dictum in Bononien pœnæ conuentionalis* 7. *Februarij* 1628. *coram R. P D. Pirouano*.

B Teſtes contra inducentem plenè probant. *Bald. in l. data opera, num.* 47. *C qui accuſ non poſſ. Bart. conſil.* 92. *num* 6. *lib.* 1. *Bero conſil.* 96. *num.* 11. *lib.* 3. *Boer. deciſ.* 245. *num.* 3. *in fin. Grammat. deciſ* 34. *num.* 10. *cum trib. ſeqq. Roman conſil.* 104. *num* 1. *Surd conſil.* 217. *num.* 21. *& deciſ.* 284 *num.* 14. *Rot deciſ.* 594 *num.* 2. *part.* 3. *lib* 3. *diuerſ. & deciſ.* 747 *la ſeconda num.* 6 *part* 2. *recent. & fuit dictum in Anconitana, ſeù Auximana florum* 18. *Aprilis* 1616. *coram Cardinali Sacrato, & in Leodien. decanatus* 15. *Decembris* 1627. *coram R P. D Pirouano* quod procedit, etiam ſi ſit vnicus, quia nihilominus contra inducentem probat *Gabr poſt alios de teſtib. concl* 1. *num* 13. *verſ contrarium, Surd d. deciſ* 284 *num.* 18. *& ſeq Gratian diſcept. forenſ. cap* 950. *num* 38. hoc tamen non procedit ſecundùm opinionem Rotæ, ſecundùm quam teſtis vnicus non probat etiam contra inducentem, ea ratione, quia inducens cenſetur approbare perſonam teſtis, non autem eius dictum, & quia dictum teſtis veriſimiliter ignorauit, approbatio autem non cadit, vbi non eſt ſcientia, & ideò ita dixit apud *Achill. deciſ.* 1 *de teſtib apud Cardinal. Caualer. deciſ* 154. *num.* 3. *&* 366. *num* 5 *in recent deciſ.* 244. *num.* 2. *part* 1. *apud Gregor XV. deciſ* 215. *num.* 5. *& ibi Adden. num.* 9. *& fuit dictum in Tullen iuriſdictionis* 3. *Iulij* 1628. *coram R. P. D. Verili.* Si autem poſtea eius depoſitionem in iudicio reproduceret, plenè contra ipſum probaret, quia reproducendo cenſeretur illum approbare, vt diſtinguendo tradunt *Handed conſil.* 81. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 2. *Farinac. de teſtib quæſt.* 62. *num* 243. *Gratian diſcept* 699. *num.* 22. *&* 753. *num.* 15. *Beltramin loco cit.* Verum teſtes contra inducentem eatenus probant, quatenus de iure illorum dictum concludit, vt fuit dictum *in Illerden canonicatus* 19. *Aprilis* 1624. *coram R. P. D. Pirouano*. faciunt tamen magnum adminiculum, vt in his terminis fuit dictum *in Parmen. ſtatus* 26. *Martij* 1618. *coram Cardinali Sacrato.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Recanaten. ſucceſſionis.

Veneris 26. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta, alio poſſidente, & non citato, non eſt manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non eſt danda illi, qui fuit miſſus in poſſeſſionem antea captam ab alio ipſo non citato.*
2 *Executori de facto proprio deponenti, & de re ad eius officium ſpectante, creditur, maximè contra illum, qui eius opera viſus fuit, num.* 3.
4 *Procurator proteſtans de poſſeſſione ſui principalis, impedit, ne quis poſſeſſionem eiuſdem rei accipiat.*
5 *Poſſeſſio capi non poteſt, poſſeſſore non citato, etiam ſi illius poſſeſſio fuiſſet attentata.*
6 *Immiſſio conceſſa cum clauſula,* Quatenus poſſeſſio ſit vacua, *non ſuffragatur quoties alter poſſidet.*

DECISIO CCXCIX.

CVM ſub die 26. Iunij præteriti reſolutum fuerit, D. Lidiæ ex fratre nepti q. Petri ab inteſtato defuncti eſſe dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum hæreditatis d. q. Petri pro eius parte, & pro indiuiſo cum Bernardino eius patruo, & cohæredi, dictaque reſolutio fuerit facta Bernardino non informante: hodie fuit à deciſis receſſum, & dictum, Lidiam non eſſe manuten. fundamentum fuit, quia poſſeſſio eius nomine capta in vim mandati A. C. fuit poſt immiſſionem factam in poſſeſſionē dd. bono-
1 rum ad fauorem d. Bernardini, qui mortuo Petro vti proximior in gradu authore Prætore Caſtri Fichardi, mediantibus legitimis procuratoribus ſub die 10. Iunij 1614. adeptus fuit poſſeſſionem bonorum per d. q. Petrum poſſeſſorum cum recognitionibus colonorum, & inquilinorum ad eius fauorem, *vt in ſummario d. Bernardini à num.* 1. *ad ſextum*. Et licèt poſſeſſio fuerit eadem die capta nomine Lidiæ, tamen ex atteſtatione eiuſdem baiuli Caſtri Fichardi, qui dedit immiſſionem vtrique parti, conſtat, quòd præuentum fuit in ea capienda pro Bernardino, *vt in eius ſummario num.* 1. cui
2 baiulo tanquam de facto proprio atteſtanti, & de re ad eius officium pertinente creditur, *Tiraq. de retract. lign. §.* 8. *gloſ.* 9. *num.* 22. *Seraph. deciſ.* 498. *num.* 1. *Rot. in Bononien. de Mangiolis* 14. *Decembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo Decano, & in Anconitana bonorum* 20. *Februarij* 1609. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio*. Maximè quia eius perſona videtur etiam per
3 Lidiam approbata, quæ illius opera, & miniſterio viſa fuit, *Anton. de Butr. poſt Innoc. in cap. præſentium num.* 6. *in fin. verſ. per quæ dicit, extra de teſtibus, Iaſ. in l.* 1. *§. editiones, num* 16. *&* 17. *ff. de eden. Bald. in l. ſi quis teſtibus, num.* 2. *&* 3. *C. de teſtib. Aym. conſ.* 201. *Cephal. conſ* 141. *num.* 16. *lib.* 1. *Seraph. deciſ.* 295. *ſub num.* 7. *part.* 1. *Menoch. latè lib.* 2. *præſ.* 45. *num.* 2. Et ceſſare viſa fuit difficultas ex proteſtatione procuratoris Bernardini facta ſub dicta die, qui exiſtens in domo hæreditaria aſſeruit, ſe illius poſſeſſionem accepiſſe cum dicto
4 baiulo, & proteſtatus fuit procuratori Lidiæ, quòd poſſeſſio erat plena de tempore, quo ipſe illam capere in-

ten-

Digitized by Google

tendebat, *vt in dicto ſummario num.* 7. iuxta *Ang.* cau-
telam *in l à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num.* 1. *ff. de*
re iudic. quem ſequuntur ibi Imol. Alex. num. 9. *& Her-*
*cul. num.*8. Et ideò cum Bernardinus præuenerit in ca-
5 pienda poſſeſsione, etiā vbi illa fuiſſet attētata, vt dictum
fuit in deciſione, tamen non potuit pro Lidia capi eo
non citato, *cap. licèt Epiſcopus, de praeben. in ſexto, vbi*
Franc. num. 3. *& in cap. ex ratione, num.* 92. *de appell.*
Roman. conſ. 158. *num.* 1. *in princ. Gabr. conſ.* 52. *num.*
11. *&* 12. *lib.* 1. *cum adductis per Menoch. de adipiſc. poſſ.*
remed. 4. *num.* 447. *& latius de recup. remed.* 1. *num.* 111.
Præſertim quia mandatum A. C. de immittendo Li-
6 diam erat limitatum cum clauſula, *quatenus iſta poſ-*
ſeſſio eſſet vacua, & ſinè praeiudicio poſsiden. & haben.
meliora, & potiora, vt in decreto auocationis poſſeſ-
ſionis A. C. facto ſub die 18. Iulij 1614. *in ſummario die*
26. *Iunij* 1617. *num.* 2. Et propterea illa poſſeſsio tan-
quam conditionalis non ſuffragatur, *Rot. diuerſ. deciſ.*
320. *num.* 2. 325. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 1013. *num.*
2. *part.* 3. *lib.* 3. *& fuit reſolutum in Maceraten. haere-*
ditatis 28. *Nouembris* 1589. *coram Cardinali Lamphilio*
A vbi aliæ. A
Et ita concluſum vtraque parte informante, reſeruato
tamen, quòd ſuper immiſsione videatur, &c.

ANNOTATIO.

A *Put. deciſ* 34. *num.* 1. *&* 2 *lib.* 2. *in nou. Caeſ de Graſſ de-*
ciſ vlt. num. 1. *de verb. ſignificat. Peregrin de fideic. art.*
47. *num.* 29. *Cardinal. Caualer deciſ.* 629. *num.* 9.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colonien. Vicatiæ.

Veneris 26. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Subrogatus gratioſè vt mittatur in poſſeſſio-
nem, quæ debeant probati.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium manuale eſſe probatur ex confeſſione aduer-*
ſarij.
2 *Simplex beneficium ex inſtrumento, & prouiſione Apoſto-*
lica probatur.
3 *Beneficium ex iuris praeſumptione eſt ſimplex, & iſta qua-*
litas non eſt probanda, licèt in gratia narrata ſit, num. 12.
4 *Clericatus probatur ex confeſſione partis in precibus.*
5 *Lis ſuper beneficio ad effectum ſubrogationis probatur ex*
confeſſione partis in precibus.
6 *Obitus in poſſeſſione ad effectum ſubrogationis, probatur*
ex confeſſione partis, & num. 14. *Intellige vt ibi.*
7 *Valor obtentorum probatur ex confeſſione aduerſarij in*
ſupplicatione.
8 *Lis ſuper poſſeſſione non facit beneficium litigioſum,*
etiam ſi agatur in poſſeſſorio adipiſcendae.
9 *Beneficium vt efficiatur litigioſum, lis debet eſſe ſuper titulo,*
& proprietate.
10 *Petitorium dicitur intentatum per verba,* legitimè, vel
canonicè.
11 *Clauſula,* conſtito, de præmiſſis quantum ſufficit, *prae-*
ſeruat viam executiuam, etiam ſi ordinariè ſit actum.

DECISIO CCC.

DOMINI cenſuerunt, literas ſubroga-
tionis per Bernardum obtentas ad ius,
& poſſeſsionem Filomanni collitigantis
defuncti exequendas eſſe; ſatis enim
iuſtificata viſa fuerunt, tàm requiſita
ad ipſam ſubrogationem, quàm etiam
narratiuæ omnes contentæ in gratia principali Perinde
valere, ex qua illa deſumpta eſt. Et primò quidem ma-
1 nualitas Cappellaniæ in Parochiali Eccleſia S. Albani,
quæ per Bernardum obtinebatur, verificatur ex confeſ-
ſione Ioannis aduerſarij ad poſitiones additionales *in*
ſummario Bernardi nouae poſitionis num. 5. *prope fin.* Se-
cundò quòd Vicaria S. Margaritæ, de qua agitur, ſit per-
2 petuum beneficium ſimplex abſque cura, probatur ex
inſtrumento poſſeſsionis d. Ioannis *in eodem ſummario*
num. 3. & ex noua prouiſione Apoſtolica prædicti Filo-
3 manni *ibidem num.* 6. & ex iuris præſumptione *Aegid.*
deciſ. 676. *Rot. deciſ.* 17. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. & in*
A *Leodien. Parochialis* 5. *Maij* 1597. *coram Litta.* A, Ter-
tiò de clericatu Bernardi conſtat ex confeſſione partis
4 in reſponſione ad poſitiones data *in ſummario praeterita*
poſitionis Bernardi num. 3. qua nulla maior probatio ex
5 vulg. Quartò de lite ſimiliter ex confeſſione partis *ibi-*
dem num. 4. *Creſcent. deciſ.* 2. *de iudic.* Quintò de obitu
6 Filomanni in poſſeſsione pariter ex confeſsione partis
B in commiſſione B, *l. cum precum, C. de liber. cauſ. Ca-*
putaq. deciſ. 222. *num.* 3. *part.* 2. & ex inſtrumento poſ-
ſeſsionis adeptæ per Ioannem, *vt dicto ſummario veteri*
7 *num.* 5. Sextò denique de expreſſo valore ducat. 24.
non exceden. conſtat ex confeſsione dicti Ioannis in
ſupplicatione *ibidem num.* 6. Non obſtat, quòd lis tan-
8 tummodò fuerit ſuper executione literarum prouiſio-
nis Bernardi, tàm coram Conſeruatore, quàm coram
officiali Colonien. & ſic ſuper poſſeſsione tantùm,
quæ non facit beneficium litigioſum, *auth. litigioſa, C.*
de litig. gloſ. & Doct. in cap. 1. *de confirmat. vtil. vel inu-*
til. Mandoſ. in reg. de ſubrog. quaeſt. 13. *num.* 4. etiam
ſi agatur interdicto adipiſcendæ, in quo aliqualiter di-
ſputatur de titulo, *Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 3. *vt lit. pend.*
9 ſed debet adeſſe ſuper titulo, & proprietate beneficij,
Vital. in clem. 2. *ſub num.* 27. *vt lit. pend. latè Mandoſ. d.*
quaeſt. 13 *num.* 4. Nam ex monitorio d. Conſeruatoris
dato per Bernardinum *in ſummario additionali num.* 1.
apparet, etiam in petitorio litem motam fuiſſe, dum
in eo in diſpoſitiua dicitur, amouendum Filomannum
10 à Vicaria tanquam illegitimè obtenta. Quæ verba
reſpiciunt petitorium, vt de verbis, *legitimè, vel*
canonicè, Gloſ. in cap. conſtitutus, in verb. electus, de
fil. presbyt. & ibi Butr. num. 7. *Abb. num.* 7. *verſ. quod*
ageret, & Bellam. in princ. verſ. vel fortè, Mil. in re-
pert. in verb. poſſeſſorium ſolum, Contard. in l. vnic. quaeſt.
13. *num.* 61. *C. ſi de moment. poſſ.* Secundò non obſtat,
quòd in partibus actum fuerit via ordinaria, & proceſ-
ſum ad probationem valoris beneficij, qualitatem pro-
uiſi, & aliorum, ac propterea Bernardus agere exe-
11 quutiuè ampliùs non poſsit. Quia non fuerunt articu-
lata, niſi ea, quæ gratiæ iuſtificationem concernebant,
& cum expreſſa clauſula, *Conſtito tamen de praemiſſis,*
in quantum ſufficit, & non alias, vt in dicto ſummario
additionali *num.* 2.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd beneficia omnia præſumantur ſimplicia, adeo
12 quòd huiuſmodi qualitas narrata in gratia non ſit iuſtificanda, & contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, latè *Gonzal ad regul* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *num* 91. *Gregor. XV. deciſ.* 89. *num.* 1 *deciſ* 108. *num.* 2. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 33 *num.* 4. 315 *num* 3. *&* 517. *num.* 8. *Rot. deciſ.* 233. *num* 4. *part.* 1. *et deciſ* 699. *ſub num.* 3. *part.* 2. *recent in Ripana beneficij* 27. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. meo Merlino, et coram eodem in Alexandrina beneficij* 18. *Aprilis* 1625. *et in Beneuentana beneficiorum* 9 *Maij* 1625. *coram R P. D meo Pirouano*.

B Obitus anteceſſoris in poſſeſſione beneficij, ad effectum
13 ſubrogationis probatur ex confeſſione aduerſarij in ſupplicatione, *Rot. deciſ* 715 *ſub num.* 3. *in fin part.* 1. *et deciſ.* 309. *num* 1. *et* 401. *num* 2. *part* 2. *recent. et fuit dictum in Vallisoletana Cappellania* 17. *Iunij* 1623. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, et in d. Alexandrina beneficij* 18. *Aprilis* 1625. *coram R. P. D. Merlino*, Veruon Rota apud *Cardinal Caualer. deciſ* 502. *ſub num.* 4. dixit, ad hunc effectum non ſufficere ſimplicem narratiuam vacationis per obitum: cum aliud ſit, beneficium vacare per obitum alicuius, aliud autem, quòd ille fuerit in poſſeſſione de tempore obitus.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana ſpolij domus.

Lunæ 29. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Per petitionem pretij an, & quando cenſeatur approbata venditio, etiam nulliter facta, adeò vt non ſit locus remedio ſpolij.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agenti obſtat exceptio proprij conſenſus in prophanis.*
2 *Spolio agere nõ poteſt, qui propria culpa a poſſeſſione cecidit.*
3 *Venditio approbata cenſetur ex pretij petitione.*
4 *Venditio alias nulla ſuſtinetur in præiudicium illi conſentientis per pretij petitionem, nec ab eo amplius impugnari poteſt.*
5 *Creditor poteſt agere contra debitorem debitoris.*
6 *Poſſeſſio facilius amittitur, quam dominium, quod nuda voluntate amitti non poteſt, ſicut poſſeſſio.*
7 *Pretij petitione inducitur ratificatio tranſlationis poſſeſſionis in emptorem, ſinè qua cogi non poteſt ad pretij ſolutionem.*
8 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam vbi illud ſpeciale requiritur, & num.* 19.
9 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in actibus mulierum iudicialibus.*
10 *Poſſeſſio transfertur ex actu nullo, dummodo non ex defectu conſenſus.*
11 *Actio ad rem, & res ipſa à pari iudicantur.*
12 *Poſſeſſio non amittitur, niſi transferatur iuxta eum modum, ad quem ſe reſtrinxit animus transferentis, quando poſſeſſio tam naturalis, quam ciuilis penès illum reperitur.*
13 *Impugnans actum, non poteſt ſe in illo fundare, niſi in impugnatione ſuccubuerit, num.* 15.
14 *Approbatio, & renunciatio effectum non ſortitæ non præiudicant.*
16 *Appellatio non proſecuta perinde eſt, ac ſi interpoſita non fuiſſet.*
17 *Appellationem non proſequi, vel illi renunciare, & non appellare eadem ſunt.*
18 *Pretij petitio, etiam ſinè illius conſecutione præiudicat venditori in ſpolio, quando ab vlteriori proſecutione propria culpa, & negligentia deſtitit.*
20 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam in delictis, & in omni materia.*
21 *Ratificatio non æquiparatur mandato, vbi illud requiritur pro forma, nec in caſibus, in quibus ab initio requiritur.*
22 *Ratificatio æquiparatur mandato in præiudicium ratificantis, ſecus in ipſius commodum, & vtilitatem.*

DECISIO CCCI.

PER ſpeciale reſcriptum Sanctiſſimi commiſſa cauſa cum ſolita clauſula procedendi, prout de iure, reiectis tamen nullitatibus, & attentatis hinc inde propoſitis, & dato dubio, an intraret actio ſpolij ad domum, de qua agitur, per Corneliam intentati, DD. pro negatiua vnanimiter reſponderunt. Et præſuppoſito vtroque extremo anterioris poſſeſſionis d. Corneliæ, & hodiernæ Ruffinelli rei conuenti, quæ inter partes non controuertebatur, fundamentum reſolutionis, fuit ſuper exceptione d. Ruffinelli, quam DD. cenſuerunt obſtare d. Corneliæ actrici, videlicet proprij conſenſus, & renunciationis, quæ regulariter obſtat agenti
1 ſpolio in prophanis, *Abb. in cap. ſollicitè. num.* 9. *verſ. ego puto, de reſt. ſpol. Soccin. in l. rem quæ nobis, quæſt.* 9. *ff. de acquir. poſſ. num.* 10. *in fin. verſ. in prophanis autem.*
2 *Pontan. de ſpol. lib.* 3. *num.* 74. prout obſtat, quòd actor cecidit culpa, & facto proprio ex communi, de qua per *Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 95. *Fontan. d. tract. lib.* 3. *num.* 16. *& tenuit Rota in Romana ſpolij* 4. *Maij* 1611. *coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto, in Beneuentana ſpolij* 10 *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Veroſpio, & in alijs.* Conſenſus autem, & renunciatio reſultant ex eo, quòd Cornelia tanquam creditrix Aurelij eius filij venditoris domus, ſuper qua poſt intentatum ſpolium in ſumma ſcut. 30. præuio contra eum mandato executiuo, obtinuit in Curia Capitolina ſequeſtrum penes Ruffinellum emptorem vti debitorem d. Aurelij vẽditoris in maiori ſumma pro reſiduo pretij d. domus, ac deinde decretum de conſignando pecunias ſequeſtratas, data tamen per eam cautione de euictione; ex
3 qua pretij petitione dicitur approbata venditio, *Calcan. conſ.* 22. *col.* 2. *ad fin. num* 4. *verſ. tertiò quod dicitur, Hypp. Rimin. conſ.* 450. *num.* 14. *lib.* 4 *Surd. conſ.*
4 60. *num.* 13. *& conſ.* 104. *ſub num.* 2. adeo, vt illa etiam ſi aliàs nulla ſuſtineatur in ipſius conſentientis præiudicium, nec per illam impugnari poſſit *l. ſi fundum per fideicommiſſum de leg.* 1. *Fab. de Mont. de empt. & vend.* 3. *quæſt. princ. num.* 49. *in fin. verſ. & eſt notandum, cum alijs per Tiraq. de retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 137. *& in l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus nu.* 348. prout generaliter in omni actu firmat *Surd. dec.* 264. *num.* 13. *&* 14. Et ſufficit ratificatio etiam tacita ex pretij petitione ad eam excludendam à recuperatione domus, & ad amiſſionem dominij, etiam ſi nõ fuiſſet,
5 cum d. petitio per eam facta tanquam contra debitorem debitoris ſit valida, *vt ſentit gloſ. communiter recepta in l. mater, ver. non prohiberis, verſ. item quid ſi, C. de rei vendic. & ibi expreſsè Butrig. col.* 1. *in fin. verſ. & tunc ant valuit expreſſam, Salyc. num.* 15. *verſ. & ad obiecta.* Multò magis ad amiſſionem poſſeſſionis, & actio-

Digitized by Google

actionis ad eam recuperandam, cum facilior ſit amiſſio
poſſeſſionis, quàm dominij, quod nuda voluntate amit-
ti non poteſt ſicut poſſeſsio, *l. ſi quis vi*, *§. differentia*,
ff. de acq. poſſ. Bart. in l. cum falſa, *num.* 2. *C. de iur. & fact. ignor.* Et in neceſſarium antecedens ex d petitione,
inducitur quoque ratificatio tranſlationis poſſeſſionis
7 in Ruffinellum emptorem, ſinè qua cogi non poterat ad
pretij ſolutionem, *l. non eſt nouum*, *& ibi Caſtr. num.*
2. *ff. de act. empt. Dec. conſ.* 119. *col.* 1. *Put. dec.* 49. *num.*
3. *lib.* 3. *ſecundùm nouiſſ. impreſſ. Surd. conſ.* 101. *num.*
6. *&* 7. Nec obſtat, quòd prædicta fuerint geſta per
procuratorem ſinè ſpeciali mandato, quia Cornelia ſa-
tisfaciendo proteſtationi factæ pro Aurelio perſonali-
ter præſtitit iuramentum calumniæ, & conſequenter
cenſetur habuiſſe ſcientiam omnium geſtorum in d. iu-
8 dicio, ac illa ratificaſſe, & approbaſſe. Quæ ratifica-
tio idem operatur, ac mandatum, etiam ſi illud ſpeciale
requireretur. *l. quod ſi de ſpeciali* 27. *& ibi Bald. ff. de minor. l.* 3. *§. ſi procurator*, *vbi Dec. num.* 2. *in ſecundo*
not. ff. quod quiſque iur. Rimin. iun. conſ. 281. *num.* 92.
Surd. conſ. 60. *num.* 14. *& deciſ.* 231. *num.* 11. *& in ſpecie Calcan. d. conſ.* 22. *num.* 8. *poſt med. verſ. & iſte*
A *conſenſus*. A, Minùs obſtat, quòd renunciatio actio-
nis ſpolij fieri non potuerit per Corneliam ſinè ſolemni-
tatibus ſtatutarijs; Nam quicquid ſit, an ſtatutum ceſ-
9 ſante fraude intret in actibus iudicialibus, in quo nega-
tiuè deciſum fuit in *Peruſina Terrarum* 16. *Iunij* 1608.
coram R. P. D. meo Pamphilio, ſicuti non impeditur tran-
10 ſlatio poſſeſsionis ex actu nullo, dummodo non ex de-
fectu conſenſus, *Put. deciſ.* 276. *num.* 5. *lib* 3. *ſecun-*
dùm nouiſſ impreſſ. Card. Seraph. deciſ. 135. *num.* 2. *&*
deciſ. 1200. *num.* 3. Ita nec renunciatio actionis pro illa
11 recuperanda, cum idem iudicetur de actione compe-
tente ad rem, quod de ipſa re, *l. id quod*, *ff. de verb. ſi-*
gnif l. qui actionem. *ff. de reg. iur. cum alijs cumul. per*
Tiraq. de retr. lign. §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 3. Non obſtat
12 etiam, conſenſum Corneliæ cenſeri conditionalem,
quatenus ſcilicet ipſa conſecuta fuiſſet d. ſcuta 30. à
Ruffinello, & ideo non potuiſſe amittere poſſeſsionem,
niſi alteri acquireretur *d l. ſi me in vacuam*, *ff. de acq.*
poſſ. l. cum fundum, *circa med. ff. de vi*, *& vi arm cum alijs allegatis*. Quia reſponſum fuit, iſta procedere, quan-
do poſſeſsio tam ciuilis quàm naturalis eſt penes cele-
brantem actum ad fauorem alterius. Hic autem poſ-
ſeſsio naturalis erat penes Ruffinellum, & ſic conſen-
ſus a Cornelia præſtitus ſupradicto ſequeſtro non fuit,
vt ex ea Ruffinellus aliquam poſſeſsionem acquireret,
quam habebat, ſed vt ſequeſtraretur reſiduum pretij
domus apud illum exiſtens; ex quo tamen ipſa Cornelia
conſenſit d. ſequeſtro venditionem ratificauit, vt ſupra
dictum eſt, & ſic amiſit eo ipſo ciuilem. Demum non
13 obſtat impugnatio Ruffinelli, & oppoſitio d. ſequeſtro,
14 & conſignationi, *cap. ex eo*, *de reg. iur. in ſexto*, & quia
non ſunt ſortitæ effectum *l. nihil intereſt*, *§. ſi cum fi-*
lius, *& ibi ſcriben. ff. de inoff teſt. cum alleg. & in ſpecie*
Bald. in rubr. C. de contr. empt. num. 39. Nam cum ipſe
15 in hac impugnatione per decretum Iudicis de conſi-
gnando dd. pecunias ſuccubuerit, poteſt ſe ſuper d.
ſequeſtro impugnato fundare. *Innoc. in cap. cum olim*,
verſ. poſt ſententiam autem, *& ibi Butr. num.* 16. *verſ.*
quandoque reprobans inſtrumentum, *de conſib. Felin. in cap. capitulum*, *num.* 10. *in ſexta limit. de reſcr. Gabr. de*
reg. iur. concluſ. 1. *num.* 52. *in octaua limit.* Et licèt idem
Ruffinellus à d. decreto appellauerit, cum tamen appel-
lationem proſecutus non fuerit, nedum infra ſex men-
ſes *iuxta Statutum Vrbis*, *lib.* 1. *cap* 81. Sed nec infra
decem annos, perinde eſt ac ſi non appellaſſet, *l. fin. §.*
16 *illud circa fin. cum concord. de quibus ibi per Gloſ. in verb.*
prouocatum, *C. de temp. appell. Gloſ. in l.* 2. *in verb. exe-*
cutioni, *C. eod.* Paria namque ſunt, non appellare, vel
appellationem non proſequi, vel illi renonciare *Rot. de-*
17 *ciſ.* 1. *in princ. de appell. in nou. Gomeſ. reg. de triem.*
quæſt. 54. *num.* 2. *&* 6. *Afflict. deciſ.* 78. *num.* 2. *Verall.*
deciſ. 177. *in fin. par.* 3. *Lancell. de attent. appell. pend.* 2.
par. cap. 12. *ampl.* 1. *num.* 21. Ex quo etiam ſequitur,
quòd cum ex iſta deſertione appellationis ceſſauerit
18 omne impedimentum per Ruffinellum præſtitum, Cor-
nelia poſtea ab vlteriori proſecutione propria culpa, &
negligentia deſtiterit; & propterea d. ſequeſtri petitio
illi præiudicet, *vt per Bart in d. l. nihil intereſſ. §.*
ſi cum filius, *in fin.*

Ex quibus DD. concluſerunt, intrare ſpolium, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A Ratificatio æquiparatur mandato, etiam vbi illud ſpeciale
19 requiritur, vt præter hic allegatos *Gabr. conſil.* 81 *num.*
3. *et conſil* 194 *num.* 5. *lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 704 *num.*
24. *et* 25. *et diſcept.* 766. *num* 20. *Cardinal. Caualer deciſ.*
629. *num.* 7. *et deciſ.* 641. *num.* 6. *Gregor XV. deciſ.* 525.
num. 5. *Adden. ad eius deciſ.* 295. *num.* 6. Et hoc
20 procedit nedum in contractibus, verùm etiam in delictis,
Dec. in l. ſemper qui non prohibet, *num.* 6. *et* 8. *ff. de re-*
gul iur. Honded. conſil. 38. *num.* 4 *verſ. quæ concluſio lib.*
1. *Natt. conſil.* 142. *num.* 4. vbi quòd hoc procedat in om-
ni materia, ſiuè in contractibus, ſiuè in delictis, ſiuè in
ſpiritualibus, ſiuè in iudicijs, *Farinac. conſil.* 4. *num.* 4. *et*
conſil. 115. *num.* 20. *Bellon iun. conſil.* 28. *num.* 19. limi-
21 tatur primò concluſio, vt non procedat quando manda-
tum requiritur pro forma, *Surd deciſ.* 159. *num* 16. Se-
cundò limitatur in caſibus, in quibus mandatum ab initio
requiritur, *Gabr. d. conſ.* 194. *num.* 6 *lib.* 1. *Honded d conſ.*
22 28. *num.* 27. Tertiò limitatur, vt procedat in damnum,
& præiudicium ratificantis, ſecus verò in eius commodum,
& vtilitatem, *vt per Iaſ in l* 3. *§. ſi procurator*, *ſub num,*
10 *verſ vndè tu reſponde*, *ff. quod quiſque iur. Riminal. iun.*
conſil. 454. *num.* 10. *lib.* 4. *Honded. d. conſil.* 38. *num.*
27. *lib.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Neapolitana beneficij.

Lunæ 29. Ianuarij 1618.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt illi, qui poſſeſſionem vacantem na-*
ctus fuit.
2 *Patroni præſentatio, & Ordinarij inſtitutio reſpiciunt*
petitorium, & ideo huiuſmodi exceptiones non admittun-
tur in poſſeſſorio ſummariiſſimo.

DECISIO CCCII.

CVM D. Abbas Spinellus de anno 1615.
fuiſſet Apoſtolica authoritate proui-
ſus de beneficio Rectoria, ſeu Abba-
tia nuncupata Eccleſiæ Sanctorum
Apoſtolorum Ciuitatis Neapolis, ex
cauſa permutationis, ſiuè reſignatio-
nis ad eius fauorem factæ per bon.
mem. Cardinalem eius patruum, cum expreſſa, & ſpe-
ciali derogatione iuriſpatronatus laicalis, vt in literis
Apo-

Apoſtolicis *in ſummario num.* 1. & in vim proceſſus ful-
minatorij ab A. C. expediti ſub die 26. Maij 1616. me-
diante legitimo, ac ſpecialiter die præcedenti conſtitu-
to procuratore, adeptus fuerit poſſeſſionem dictæ Ec-
cleſiæ vacantem, vt ex publico inſtrumento *in ſumma-
rio num.* 2. Ortaque lite cum D. Lucio Caracciolo vel
prouiſo ab Ordinario per mortem dicti D. Cardinalis,
eaque in Rota commiſſa, fuit dubitatum, cui eſſet dan-
dum mandatum de manutenendo, & reſolutum pro D.
Abbate, cuius poſſeſſio probatur per publicum inſtru-
mentum, de quo ſupra, quæ illi ſuffragatur, cum tunc
1 eſſet vacans per dictam reſignationem, alio non poſſi-
dente, *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 575. *Rot. di-
uerſ. deciſ.* 506. *num.* 1. *part.* 1 *& deciſ.* 62. *num.* 1. *part.*
2. Maximè quia conſtat de effectuatione ex fructuum,
& penſionum huiuſmodi beneficij exactione, & perce-
ptione per ſpecialem procuratorem ſub die 14. Iulij di-
cti anni conſtitutum facta, vt ex quietantijs *in dicto ſum-
mario num.* 3. Nec conſtat de aliqua poſſeſſione D. Ca-
raccioli, minúſque de præſentatione patronorum, nec
inſtitutione Ordinarij, quæ nihilominus reſpiciunt pe-
2 titorium, & in hoc iudicio poſſeſſorio non admittun-
tur. Vltra quod in literis Apoſtolicis per d. Abba-
tem impetratis fuit expreſsè, & ſpecialiter pro hac vi-
ce derogatum huiuſmodi iuripatronatus.

Et ita deciſum ſolo dicto D. Abbate informante, &c.

Virdunen. Parochialis.

Mercurij 31. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Eccleſia an, & quando dicatur de menſa Capituli, & quando probetur vnio, ad effectum vt non ſit locus concurſui aduenìente vacatione parochialis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quòd ſit parochialis, iuſtificatur ex libris loci, in quibus talis appellatur, ex teſtibus, & ex aduerſarij confeſſione.*
2 *Vacatio per obitum probatur ex confeſſione aduerſarij ex præſentatione, & fide Vicarij.*
3 *Literæ patentes Ordinarij probant presbyteratum.*
4 *Valor parochialium in Gallia de ſtylo non exprimitur in maiori ſumma 24. ducat.*
5 *Teſtes nulliter examinati adminiculum faciunt.*
6 *Valoris beneficij iuſtificatio ex conſuetudine ita exprimendi admittitur à Rota.*
7 *Valor probatur per teſtes de publica voce, & fama.*
8 *Intruſio ex poſſeſſione probatur.*
9 *Vacatio ob non factum concurſum probatur ex non facta de illo mentione in prouiſione, & ex Notarij actuarij confeſſione.*
10 *Parochialis menſæ Capituli vnita datur per ſimplex examen, nec concurſus requiritur.*
11 *Vnio concludenter debet probari, cum ſit quid facti.*
12 *Enunciatiua facta ab habente intereſſe non releuat.*
13 *Vnio non probatur ex vna enunciatiua, ſed plures requiruntur.*
14 *Vnio non probatur ex præſentatione facta, quia ex alia cauſa, quam vnionis poteſt contingere.*
15 *Beneficium eſſe de menſa Capituli, non concluditur per ſubiectionem.*

DECISIO CCCIII.

GRATIA prouiſionis Apoſtolicæ de
parochiali ſancti Remigij per Deſide-
rium obtenta, vigore Conſtitutionis
fel. rec. Pij V. ſuper collatione paro-
chialium, viſa fuit DD. in omnibus
iuſtificata. Primò, quòd ſit parochia-
lis, verificatur, tùm ex partitis com-
1 pulſatis ex libris Capitularibus, in quibus ſic appellatur,
vt in ſummario num. 3. tùm ex teſtibus in Curia exami-
natis *dicto ſummario num.* 4. & tandem ex confeſſione
Sebaſtiani aduerſarij in reſponſione ad primum articu-
2 lum num. 5. Secundò, vacatio per obitum q. Nicolai
de menſe Septembris 1612. ex confeſſione dicti Seba-
ſtiani ad primam poſitionem *num.* 3. & in præſentatio-
ne, & inſtitutione ipſius *num.* 1. & ex fide Vicarij Gene-
3 ralis Virdunen. *d. num.* 5. Tertiò, presbyteratus Deſi-
derij probatur per literas patentes Ordinarij, *num.*
6. quibus creditur *Felin. in cap. poſt ceſſionem, num.* 3.
& 25. de probat. Rot. deciſ. 1. *eod. tit. in nou.* & in ſpecie
presbyteratus *in Pampilonen beneficiorum* 26. *Nouem-
bris* 1616. *coram eodem R.P.D. meo Pirouano.* Quartò,
valor 24. ducatorum expreſſus per non exceſſum ſatis
4 iuſtificatus videtur ex illarũ partium ſtylo, nõ exprimẽ-
di valorem parochialium in maiori ſumma, de quo de-
ponunt dd. teſtes *num.* 7. & alij teſtes licèt nulliter co-
5 ram compulſore examinati, *num.* 8. qui adminiculum
faciunt *Caputaq. deciſ.* 206. *num* 6 *par.* 2. & *dictum fuit
in Hiſpalen. legitimatis* 21. *Maij* 1612. *coram R. P. D.
meo Vbaldo.* Et de hac cõſuetudine teſtatur quoq; *Rebuff.
ſupra reg. de vnion. gloſ.* 7. *& in prax. in* 3. *par. ſignat. in verſ.
etiã in hac ſignatura n.* 7. & canonizata alias fuit per *Rot.
in Legionen præſtimonij* 12. *Iunij* 1598. *corã Corduba:* quã
6 iuſtificationem valoris ex generali conſuetudine ita
exprimendi paſſim admittit Rota, *vt coram RR. PP.
DD. meis Manzanedo in Argentina Canonicatus* 4. *Iulij*
1612. *& Pirouano in Ratisbonen. Canonicatus* 11. *Ia-
A nuarij* 1616. & in alijs pluribus. A, Et dicti valoris
probatio ſpecialiter quoad iſtud beneficium coadiu-
uatur etiam ex depoſitionibus eorumdem teſtium in
Curia examinatorum ſuper 2. *num.* 9. deponentium de
7 publica voce, & fama, quod ſufficit *Put. deciſ.* 26. *lib.* 1.
*in nouiſſ. impreſſ. & fuit dictum in dicta Pampilonen. be-
8 neficiorum.* Quintò, intruſio probatur ex poſſeſſione
Sebaſtiani in eius *ſummario num.* 2. Sextò, demum mo-
dus vacandi ob non factum concurſum iuxta conſtitu-
tionem Pij V. iuſtificatur eo ipſo, quòd de dicto con-
9 curſu in prouiſione Sebaſtiani nulla fit mentio, *Rota in
Leodien. Parochialis* 5. *Maij* 1597. *coram bon. mem. Litta,*
& ex eiuſdem confeſſione ad quintam poſitionem, & at-
teſtationem notarij actuarij Curiæ Epiſcopalis *num.* 10.
nec per partem controuertitur. Non obſtat, quòd di-
cta parochialis ſit vnita menſæ Capitulari, & ideò non
10 requiratur concurſus, ſed ſufficiat ſimplex examen, iuxta
aliam conſtitutionem Pij V. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 6.
num 161. *& ſeq. et fuit reſolutum coram me in Barchi-
nonen. Vicaria* 9. *Decembris* 1616. Quia vnio non pro-
B batur B, prout debet, cum ſit quid facti, *Dec. conſ.*
11 233. *num.* 2. *poſt. med.* & fuit ſæpè deciſum. Enuncia-
tiua verò Capituli in poſſeſſione Sebaſtiani; *vt in eius
ſummario num.* 3. nihil facit, vti emanata ab habente in-
12 tereſſe, & vnica, quæ non ſufficit cum debeant eſſe plu-
res, & antiquæ, *Rota in Turritana tertiaria* 20. *Iunij*
1594. *coram bon. mem. Card. Arigonio, et Taruiſina pa-
rochialis* 27. *Nouembris* 1602. *coram Illuſtriſſimo D. Car-
13 dinali Ludouiſio.* Nec etiam vnio prædicta inferri poteſt
ex eo, quòd ius præſentandi pertineat ad Capitulum.

Nn Quia

Quia vltra quòd hoc Ius præſentandi non probatur, niſi per iſtam vnicam præſentationem, quæ dedit cauſam liti, quatenus etiam concludenter probaretur, non propterea ſequitur, quòd Eccleſia ſit vnita, & annexa
15 menſæ, cum illud Capitulo competere poſſit ex alia cauſa, quam vnionis, *gloſ magna in cap. de Monachis, de præben. et ibi Abb. in fin. verſ. vltimo modo*, & alioquin ſubiectio non concludat, beneficium eſſe de menſe, vt in dicta *Taruiſina parochialis coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Ludouiſio*.

Ex quibus pro iuſtificatione gratiæ Deſiderij per DD. reſponſum fuit vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Idem hac deciſione Domini mei allegata fuit dictum *in Argentina Canonicatus 22. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Nauarro, & in alijs pluribus*.

B Vnio quomodo probetur, & præſcribatur, *vide infra deciſ. 736. 790. 861. & 874.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina decimatum de Truxillo.

Mercurii 7. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium ſuſtinetur ſi terminus ad probandum fuerit ſeruatus iuxta conſuetudinem loci, licèt particularis citatio ad viden. iurate teſtes non præceſſerit,

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis eſt Iudex ordinarius, & ordinariam iuriſdictionem habet.*
2 *Vicarius generalis vices ſuas in aliqua cauſa alicui demandare poteſt, & alium ad illam deputare.*
3 *Citatio ad dicendũ contra articulos, & viden. iurare teſtes regulatur à ſtylo, & conſuetudine loci, & reſultat ex intimatione facta ad probandum intra aliquod tempus.*
4 *Citatio contenta in decreto admiſsionis cauſæ ad probandum, & præfixione termini valet pro toto termino.*
5 *Examen teſtium poteſt ſuſtineri quoad vnum, licèt non valeat quoad alium.*
6 *Argumentum à ſententia ad proceſſum validum eſt.*
7 *Sententia poteſt valere quoad vnum, licèt non valeat quoad alium.*
8 *Examen teſtium validum cenſetur, dum partes producunt ſuos teſtes, etiam ſi non appareat de citatione ad videndum iurare teſtes.*

DECISIO CCCIV.

CVM Reuerendiſſimus D. Epiſcopus, & Capitulum Eccleſię Placen. prætenderent, ſe poſſe fundare ſuper teſtibus examinatis in partibus de anno 1601. ad proban. ſolutiones decimarum perſonalium eiſdem facta per incolas, & diſtrictuales Ciuitatis de Truxillo; pro parte verò Ciuitatis, & diſtrictualium plures opponerentur nullitates contra examen dictorum teſtium, ideo dubitaui, an illi eſſent nulliter examinati, & DD. vnanimiter tenuerunt, examen eſſe validum. Nam prima nullitas, quæ ex defectu iuriſdictionis Vicarij foranei d. Ciuitatis deducebatur, ſub prætextu, quòd cauſa penderet coram Vicario generali Placentino, ſublata fuit ex deputatione d. Vicarij foranei facta ſub die 23. Septembris 1600. per eundem Vicarium generalem, *vt in*
1 *ſummario Capituli num.* 1. qui cum de iure habeat Ordinariam iuriſdictionem, *Innoc. Oſtien. Abb. et alij in cap. tua, de offic. Vic. gloſ. in cap. 2. verſ. officialem, eod. tit. lib. 6. Bero. in rubr. de off. et poteſt. Iud. delegat. num. 2. et conſil. 22. num. 34. lib. 1. Couarr. quæ. de communis lib. 3. variar.*
A *reſolut. cap. 20. nu. 4.* A, potuit in huiuſmodi cauſa coram
2 ipſo introducta Vicarium foraneum deputare, *cap. 1. & ibi gloſ. verb. ipſius, et Archid. num. 1. in princip. de offic. Vicar. Bero. in d. rubr. dicto num. 2. in fin. Vant. de nullit. ex defec. iuriſd. deleg. num. 25. Seraphin. deciſ.* 1057. *num.* 5. Prout & vtraque pars vigore dictæ deputationis coram eo deinde proceſsit, iudicium inſtruxit, & probationes fecit. Secunda ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & videndum iurare, quæ fuit approbata quoad teſtes examinatos de anno 1588. in alia deciſione in hac cauſa facta ſub die 18. Martij 1616. coram me, ceſſat ex decreto Vicarij foranei ſub die 19. Maij 1601. in quo caſu recepit ad proban. cum termino communi nouem dierum, & ad dictum effectum mãdauit partes citari *in d. ſummario num.* 2. quod fuit ſub die 21. & 24. eiuſdem menſis procuratoribus vtriuſque partis intimatum *in dicto ſummario num.* 3. vn-
3 dè reſultat virtualis, & expreſſa citatio ad dicendum contra articulos, & videndum iurare, propter ſtylum, & obſeruationem forenſem illarum partium relatum à *Suarez de Paz in eius prax. tom. 1. tit.* 8. cuius formula datur *in dicto ſummario num.* 8. quam Rota ſequuta fuit *in cauſa Conchen. decimarum dell' infantado 18. Maij 1612. coram R. P. D. Pirouano, et in eadem ſub die 2. Iunij, et 1. Decembris 1614. coram R. P. D. Andrea*.
Neque viſum fuit DD. vltra intimationem decreti aliã particularem citationem requiri, ex eo, quòd Vicarius in dicto decreto expreſsè mandauerit partes citari, quia & in formula relata per d. Suarez Iudex expreſsè mandat partes citari, & nihilominus ex ſtylo per Rotam canonizato in ſupra dictis deciſionib. pro citatione ſufficit intimatio. Prout quoque minùs obſtare putarunt, quòd in cõmiſſione examinis facta Notario ſub die 30. Iunij Vicarius conceſſerit facultatem admittẽdi articulos additionales, ſuper quibus teſtes deberent iurare, & deponere in forma, itaut propterea ex forma commiſſionis deberet fieri particularis citatio corã Notario receptore; nam vltra quòd dicta facultas eſt reſtricta ad articulos additionales, & in hac reſolutione Rota non intellexerit comprehendere examen ſuper illis factum: nihilominus eum tantummodo dictũ fuerit in dicto decreto, quòd teſtes iurarent in forma, non autem quòd iterum deberent partes citari: ſufficit, quòd antea iam eſſet facta citatio, quòdq. teſtes deinde iurauerint, & examinati fuerint (vt infra dicetur) in termino; quia prædicta citatio contenta in decreto admiſſionis cauſæ
4 ad proban. & præfixione termini valet pro toto termino, *Seraph. deciſ. 1057. in fin. verſic. vltima nullitas*, itaut alia citatio neceſſaria non fuerit, *vt fuit dictum in Burgen. fructuum 28. Maij 1590. coram bon. mem. Cardinali Camphilio*. Tertia, quòd teſtes non iurauerint, neque fuerint in termino examinati, fuit ſublata ex decretis, & prorogationibus datis *in dicto ſummario num.* 2. 3. 4. & 5. *coram me*, cum proceſſibus verificatis. Quarta verò ex defectu mandati procurę, tàm Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, quàm famulorum, & diſtrictualium dictæ Ciuitatis, viſa fuit DD. ceſſare; nam quoad mandatum Epiſcopi (quicquid ſit eius reſpectu) ſufficit,

quòd

quod examen ſubſtineatur per intereſſe Capituli, quod
dedit mandatum procuræ ad hanc litem *in dicto ſumma-*
5 *rio num.* 14. & articulauit eius poſſeſſionem percipien.
6 decimas, de quibus agitur, ſicuti dicitur de ſententia,
à qua ad proceſſum valet argumentum ex trad. per *Bart.*
in l. cum lite, num. 2. *ff. iud. ſol. & in l.* 2. *num.* 12. *& nu.*
20. *verſ fallit, & ibi Dec. num.* 66. *& Rip. num.* 37. *C. de*
7 *eden.* quæ poteſt valere quoad vnum, licèt non valeat
quoad alium, *l. de vnoquoque, vbi Caſtren. num.* 1. *ff. de*
re iud. Salic. in l. 1. *num.* 4. *ſi aduerſus rem iudicatam,*
Ruin. conſ. 75. *num.* 13. *lib.* 5. Quo vero ad mandatum
procuræ famulorum dictæ Ciuitatis, conſtat de mandato Ciuitatis, & aliorum locorum eius diſtrictus in *dicto ſummario num.* 17. & 18. vnde quicquid ſit, an deberent citari ſinguli famuli, quibus poterat præiudicari, vel potiùs ſufficeret citari Communitatem, tollitur difficultas; tùm quia incolæ, qui pro Communitate dederunt mandatum, promiſerunt etiam de rato, & iudicatum ſoluen. pro incolis abſentibus, tùm quia conſtat de mandato plurium famulorum loci de Sãcta Cruce *in dicto ſummario num.* 19. & ideo ſat eſt ex prædictis, examen ſubſtineri contra citatos. Prout neque tandem putarunt obſtare DD. quòd Alphonſus in productione articulorum non aſſeruit ſe procuratorem, quia imò expreſsè legitur, ipſum comparuiſſe nomine Epiſcopi, Decani, & Capituli. Ac denique tantò minus viſum fuit obſtare prædictas nullitates, quia pars Capituli, & litis conſortium coram eodem Vicario foraneo, & receptore, & intra eundem terminum, & abſque alia citatione ad videndum iurare eodem modo
8 examinauit ſuos teſtes, quod ſummoperè attenditur pro
examinis validitate, vt conſiderauit Rota in dicta cauſa *Conchen. decimarum dell'Infantado* 17. *Maij* 1612. *coram R. P. D. Pirouano, in Auximana tutela* 16. *Februarij* 1582. *coram bon. mem. Rubeo, & Ianuen. pecuniaria* 18. *Iunij* 1612. *coram R. P. D. Vbaldo.*
Ex quibus propterea DD. vtraque parte informante dixerunt, examen eſſe validum, non tamen quoad depoſitiones teſtium ſuper articulis adductas, ſuper quibus nihil firmarunt.

A *Sanchez qui plurimos congeſſit lib.* 3. *de matrim. diſp.* 29 *n.* 3.

Bergomen. Cappellæ.

Mercurij 7. Februarij 1618.

Nec argumento, nec ſummario indiget.

DECISIO CCCV.

DIXERVNT Domini, ſententiam Rotalem ad fauorem Io. Antonij latam eſſe confirmandam. Nam de illius iuſtitia non fuit dubitatum, cum præceſſerit reſolutio 27. Maij 1616. qua firmatum fuit, q. Ludouicum eſſe inſtituendum ad cappellaniam tanquã præſentatum à maiori parte patronorum in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentium; Paulum verò aduerſarium à minore parte, nec exiſtente in dicta quaſi poſſeſſione, & in omni caſu dictum Ludouicum tanquàm magis idoneum, & qualificatum fuiſſe præferendum, vt in dicta reſolutione, cuius Ludouici loco, lite pendente in Curia defuncti, fuit gratioſè ſubrogatus Ioannes Antonius quoad ius, & poſſeſſionem, & literas ſuæ gratiæ iuſtificauit, vt ex reſolutione ſub die 2. Iunij 1617. contra quam cum nihil fuerit pro parte Pauli deductum, nec quidquam contra dictæ ſententiæ validitatem oppoſitum, imò ex reuolutione proceſſus, & actorum conſtet, eam latam per Iudicem iuriſdictione ſuffultum: & de legitimatione perſonarum, ſeruatione terminorum ſubſtantialium, ac legitimis citationibus, & præſertim ad ſententiam commiſſis, & exequutis: DD. concluſerunt pro confirmatione ſententiæ vt ſupra, ſolo Io. Antonio informante, Paulo tamen pluries citato, & expectato.

Caietana beneficiorum.

Veneris 9. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione partis petentis aduerſarium amoueri, non obſtante poſteriori alterius poſſeſſione capta infra decendium: & an impediatur exceptione excommunicationis, & irreguleritatis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis petentis immiſsionem, & amotionem aduerſarij.*
2 *Poſſeſſio capta infra decendium ad appellandum, eſt attentata, ac nullius momenti, & ea non obſtante, datur priori poſſeſſori manutentio.*
3 *Sententia continens priuationem dicitur continere mixturam, & eſt appellabilis.*
4 *Attentata, appellatione deſerta, reuocantur per viam nullitatis.*
5 *Excommunicationis exceptio impedit manutentionem.*
6 *Fides adminiculata probat.*
7 *Irregularitas non priuat ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*
8 *Irregularis antequam priuetur per ſententiam facit fructus ſuos.*
9 *Poſſeſſio alterius non ſuffragatur non habenti cauſam ab eo.*
10 *Immiſsionem petens fatetur, ſe non poſsidere, & quando procedat.*

DECISIO CCCVI.

INTRODVCTA cauſa appellationis die 6. Februarij anni præteriti interpoſitæ ab Angelo à ſententia 30. Ianuarij per Vicarium Caietanum cõtra eum lata ſuper priuationẽ beneficiorum, de quibus agitur, & illius collatione facta Ioanni Dominico in vim literarum ſuæ impetrationis certo modo, dubitaui, an dicto Angelo danda eſſet manutentio, & Domini affirmatiuè reſponderunt. Conſtare namque clariſsimè viſum fuit de eius poſſeſsione tempore motæ litis, nedum ex implicita confeſsione Ioannis Dominici, qui egit contra ipſum, petendo eum beneficijs priuari, &
1 realiter amoueri, cum amotio ſupponat exiſtentiam *ad*
tex in cap. ad diſſoluen. de deſponſat. impub. Et quòd ex pe-
A tita contra aliquẽ immiſsione A, & amotione reſultet
confeſsio poſſeſsionis eiuſdem, *ſuit dictum in Rauenna-*

ten. Magazeni 17. *Decembris* 1604 *coram* *Illuſtriſſimo*
Cardinali Ludouiſio, *& in Roman. domorum de Roncio-*
nibus 4. *Martij* 1616. *coram me*. Sed ex acceptata col-
latione Vicarij, in qua Angelus aſſeritur vltimus, &
immediatus beneficiorum poſſeſſor. Quæ adminicu-
lantur ex alijs deductis per informantes. Non obſtat
poſſeſſio capta per Io. Dominicum vigore ſententiæ, &
collationis Ordinarij, quia tanquam infra decendium
2 ad appellandum fuit nulla, attentata, & nullius mo-
menti *cap. non ſolùm, de appellat. in 6. cum vulg.* Et ea
non obſtante datur priori poſſeſſori manutentio, vt fuit
ſæpiſſimè deciſum, & præſertim *in Mediolanen. benefi-*
cij 10. *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Andrea, in Vir-*
dunen. Vicariæ 1. *Iulij* 1616. *et in Boianen. beneficij* 6. *Iu-*
nij 1614. *coram me*. Nec eſt dubium, quin ſententia Vi-
carij eſſet appellabilis: tùm quia ex forma literarum
3 apparet mixtus exequutor, tùm quia continet priua-
tionem, & ſic mixturam. Nec facit prætenſa deſertio
appellationis; quia, vltra quod conſtat de diligentijs
vltra menſem, non impedit reuocationem attentatorum
4 via nullitatis, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. de appell.* Et in ſpe-
cie quòd detur priori poſſeſſori manutentio, fuit deci-
ſum *in d. Boianen. beneficij* 6. *Iunij* 1614. *et* 4. *Decembris*
1615. *coram me*, & in alijs. Exceptio excommunica-
5 tionis Angeli promulgata per A. C. ob non ſolutionem
penſionis debitæ cuidam Vrſolino, quæ impedit manu-
tentionem, *vt in Valentin. penſionis* 31. *Februarij* 1600.
coram Litta, & in alijs, ceſſabat ex facto, quia doceba-
tur de abſolutione conceſſa à Priore Annunciatæ Tra-
iecti vigore ſpecialis facultatis A. C. expedita ſub ea-
die, quæ in abſolutione enunciatur. Et licèt de abſolu-
6 tione conſtet ex fide prædicti Prioris, tamen ea fidem
facit, tanquam adminiculis ſuffulta, *Verall. deciſ. 234.*
part. 1. Rot. deciſ. vlt. part. 1. diuerſ. et in Mediolanen.
decimarum 24. *Maij præteriti coram R. P. D. meo An-*
drea. Nam vltra quod eſt ſigillo Prioris, rogitu No-
tarij, teſtiumque ſubſcriptione munita, & recognita,
adminiculatur ex dicta facultate abſoluendi in dicta fide
enunciata. Exceptio iregularieatis deducta ex qua-
dam ſententia de partibus, ab Angelo (vt ſupponitur)
acceptata, nec etiam videbatur obſtare, cum in ſen-
tentia non priuetur beneficijs, & tamen irregularitas
7 non priuet ipſo iure, ſed requiratur ſententia declara-
toria, *Nauar. conſ. 13. num. 2. et conſ. 41. num. 4. de ho-*
micid. conſ. 69. et 91. num. 2. et 97. num. 14. de ſi non. cum
alijs per Pariſ. de reſignat. lib. 5. quæſt. 4. num. 182. et cum
pluribus per Modern. de benefic. par. 11. cap. 10. num. 47.
8 Et proinde ante priuationem poſſidet, & facit fructus
ſuos, *Felin. in cap. de quarta. num. 33. extr. de præſcript.*
cum relatis per Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 15. num. 150.
& latè Modern. de benefic. dicto cap. 10. num. 47. Nec
denique obſtare viſa fuit poſſeſsio capta per quendam
Commiſſarium: quia fuit merè inſtrumentalis non ci-
tato Angelo, nec habuit effectum, vt conſtat ex con-
feſsionibus Ioannis Dominici, qui petijt illum priuari, &
amoueri, & ſe immitti ipſo citato, & acceptauit colla-
tionem per priuationē Angeli vltimi poſſeſſoris, & eius
vigore poſſeſsionem cœpit. Ex quo etiam conſtat, Io.
9 Dominicum tanquam nō habentem cauſam à dicto Cō-
miſſario dare non poſſe de illius poſſeſsione *Soccin. conſ.*
59. ſub num. 11. verſ. 3. lib. 4. Crauett. conſ. 258. ſub
num. 12. verſ. ex quibus.

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Quod immiſſionem petens, fateatur ſe non poſſidere, &
10 ideo amittat vtramque poſſeſſionem naturalem, ſcilicet, & ciuilem, dixi ſupra *ad deciſ. 160. ſub lit. A.* & ſemper quādo quis ſimpliciter petit immitti, fatetur ſe nō poſſidere, vnde amittit poſſeſſionem, ſi quam habet, quia licèt etiam poſſidens intentare poſſit interdictum adipiſcendæ, ad confirmationem ſuæ poſſeſſionis, vel adeptionem naturalis, dum habet ciuilem, & ideo hoc caſu ex petitione immiſſionis reſultare dici nō poſſit amiſſio prioris poſſeſſionis, tamen hoc procedit, quādo expreſſe petitur cōfirmatio, vel immiſſio in naturalem, ſecus verò vbi petita eſt immiſſio ſimpliciter, tunc enim ſequitur, quòd petens vult acquirere, & ſic animo conſtituat ſe non poſſidere, & conſequenter amittat poſſeſſionem, ita declarat *Rota apud Cardinal. Mantic. deciſ. 20. num. 5. & in Romana de Cincijs, 1. Iulij 1624. coram R. P. D. Piroùano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aretina Cappellaniæ.

Veneris 9. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Prouiſio Ordinarij de beneficio litigioſo ſuſtinetur, ſi ſit facta, lite per renunciationem extincta, vel quando lis eſſet iniuſta, & calumnioſa.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius de beneficio litigioſo prouidere non poteſt.*
2 *Lis extinguitur per renunciationem alterius collitigantis, etiam ad effectum, vt Ordinarius poſſit conferre.*
3 *Principalis præſumitur certioratus à procuratore ex curſu longi temporis. Declara procedere ſi interceſſit tempus ſufficiens ad certiorandum, num. 7. & quando non agitur de auferendo iure principalis, quia tunc non ſufficit præſumpta ſcientia. num. 8.*
4 *Lis vt dicatur extincta, ſufficit, ſi conſtet de mente partium illam ampliùs non proſequendi, ex magna negligentia.*
5 *Vexationem ad redimendam poteſt aliquid ſolui iniuſtè moleſtanti, etiam abſque Superioris auctoritate.*
6 *Lis iniuſta, & calumnioſa Ordinarij collationem non impedit, etiam ſi ex poſtfacto de iniuſtitia, & calumnia conſtaret.*
9 *Lis, vt non intret ſubrogatio, & Ordinarius poſſit conferre, cenſetur extincta per ceſſionem tacitam alterius collitigantis, & ex quibus reſultet huiuſmodi tacita ceſſio.*
10 *Liti an cenſeatur renunciatum per taciturnitatem ſpatio decennij.*
11 *Lis non extinguitur per ceſſionem factam ad alterius fauorem.*

DECISIO CCCVII.

MARCELLVS à prætenſis patronis laicis præſentatus ad Cappellaniam, de qua agitur, de anno 1606. liti renunciauit, omniaque ſua iura ad fauorem q. Camilli vti de libera à Sede Apoſtolica prouiſi, & collitigantis ceſſit cum poſſeſſione ſubſecuta, in qua dictus Camillus obijt de menſe Iunij 1612. Cumq. Ordinarius Aretinus illam vti liberam, & in eius menſe vacantem contuliſſet Vincentio, Marcellus autem à Sanctiſſimo obtinuiſſet mandatum de prouidendo cum ſub-

ſubrogatione gratioſa in iuribus, tàm dicti Camilli, quàm q. Nicolai prædeceſſoris, cum clauſula (verificato, quòd de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione exiſteret) cauſaque ſuperinde inter eos orta ad Rotàm deuoluta, factaque ſub die 18. Maij 1616. reſolutione, non conſtare de iurepatronatus, fuit pro parte dicti Marcelli exhibita gratia ſi neutri, propoſitoque ſub die 19. Iunij præteriti dubio, an dicta gratia eſſet iuſtificata, & reſolutione dilata, DD. in hac ſecunda propoſitione dixerunt, non eſſe iuſtificatam, præſertim in eius principali fundamento, ſcilicet quoad non ius Vincentij; cum potiùs conſtare viſum fuerit de eius iure ex dicta collatione Ordinarij, ad quem ſpectabat, cum vacatio ſucceſſerit in eius menſe, vt ſupra.

Cui collationi nullum præſtitit impedimentum lis orta
1 inter dd. Marcellum, & q. Camillum, per quam manus Ordinarij ligantur, *cap. 2. vt lit. pend. in 6. & Clem. 1. eod. tit. cum vtrobique not.* quia ex dicta ceſſione, &
2 renunciatione Marcelli aliàs ad fauorem dicti q. Camilli facta, fuit extincta, *cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Imol. in Clem. 1. num. 23. vt lit. pend. Put. deciſ. 487. lib. 2. in non. impr. Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. num. 243. & 248. Pariſ de reſign. lib. 2. quæſt. 3. num.* 17. Ita vt Ordinarius potuerit conferre, *Lancell.* vbi ſupra *cap. 3. num. 128. & dixit Rota in Conchen. Archipresbyteratus 27. Februarij 1589. coram bon. mem. Cardin. Platto.* Nec obſtare dicebatur, quòd ceſſio fuerit conditionalis, refectis ſcilicet Marcello expenſis litis inter partes taxatis ad ſcut. 55. necnon obtento beneplacito Apoſtolico. Nam quo ad expenſas litis conſtat de illarum ſolutione, & exactione per procuratorem eiuſdem Marcelli, cuius mandatum datur *in ſummario Vincentij num.* 2. cum facultate recuperandi omnia, & quæcumque credita, qui pecunias exegit à Coſino depoſitario, *vt d. ſummario num.* 2. ex illiſque ſcut. 25. ſoluit Equiti Franciſco fratri Marcelli, alia verò ſcut. 30. erogauit in redemptionem pignorum eiuſdem Marcelli, *vt dicto ſummario num.* 3. cuius quidem ſcientia valdè veriſimilis viſa fuit DD. tum quia præſumitur certior factus à d. procuratore ex curſu tanti temporis, cum per ſex
3 annos ſubſequentes vſque ad obitum Camilli ſiluerit, *iux. conſ. Rom. 481. num. 8. verſ. & igitur ex præmiſſis,* ſæpius a Rota approbatum, *vt in deciſ. 398. num. 3. par. 1. & 131. num. 7. part. 2. diuerſ. & in Piſtorien. bene-*
A *ficij 16. Nouembris 1615. coram me* A. Ex quo etiam
4 ſatis clarè arguitur animus ipſius non proſequendi am-
B pliùs litem, qui videtur ſufficere ad hunc effectum B, *Caſſad. deciſ. 5. num. 4. vt lit. pend. gloſ. ſuper 27. reg. de ſubrog. in 2. & 3. part. verſ diceret tamen aliquis.* Quo verò ad beneplacitum Apoſtolicum ex dicta ſolutione, & receptione expenſarum, videtur ab hac conditione hinc inde receſſum, prout recedi potuit, quia illud non videbatur neceſſarium, cum Camillus tanquam bonum ius fouens, vt ex dicta reſolutione, quòd Cappellania
5 non erat de iurepatronatus, potuerit ad redimendas vexationes ſoluere Marcello ipſum iniuſtè moleſtanti dictas expenſas litis, *Gloſ. in cap. dilectus. il primo in verb. recepit, de Simon. & ibi Anchar. in 2. not. & num. 2. verſ. dic quòd quandoque Butr. num. 2. in 1. not. & num. 3. verſ. oppon. gloſ. 1. idem Anchar. in cap. ſuper eo, in 4. not. de tranſact. vbi Butr. num. 4. Abb. num. 3. Imol. num. 5. verſ. poteſt etiam, & verſ. ex pacto autem, & in cap. ſtatuimus, eod. tit. tradunt. Butr. num. 2. in fin. verſ. dic tu, & Imol. num. 3 verſ. ſi verò petitur, & in cap. cum pridem de pact. poſt. gloſ. ibi in verb. illicitè, idem Butr. num. 16. verſ. ſi verò non eſt, Collectar. in cap. forus, num 23. verſ. ex quo apparet. de verb. ſignific. Sarnen. in reg. de annal. quæſt. 2. num. 4. verſ. & quamuis in beneficialibus, Nauar. conſ. 64. de ſimon. Pariſ. de reſign. lib. 14. quæſt. 3. num. 7.* & Superioris auctoritas non requirebatur, *Pariſ. eod. tract. lib. 7. quæſt. 1. num. 104. cum adductis per Modern. Hiſpan. de beneſ. part. 11. cap. 3. de renunc. num. 249.* Aliquibus etiam ex DD. videbatur, huiuſmodi litem, vti à ius non ha-
6 bente iniuſtè, & calumnioſè motam, impedire non potuiſſe collationem Ordinarii, *Lap. in cap. 1. num. 2. in fin. & ſeq. & ibi Gemin. col. 2. verſ. quærit, Lap. vt lit. pend. in 6. Guidop. deciſ 479. num. 2. Caſſad. deciſ. 7. num. 2. de dol. & cont. Biſignet. deciſ. 2. in fin. de rer. permut. Creſc. deciſ. 19. num. 1. & ſeq. de prob.* Etiamſi ex ſtatu præſenti de iniuſtitia, & calumnia conſtet, *Caſſad. d. deciſ. 7. num. 7. & fuit dictum in Cæſarauguſtana parochialis de Maella 18. Aprilis 1616. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Ex quibus reſolutum fuit, gratiam non eſſe iuſtificatam.

ANNOTATIO.

A *Seraphin. deciſ. 856. ſub num. 1. verſ tertiò concurrit, Rot deciſ 95. num. 2. part 1. & deciſ 93. num. 4 part. 2. recent. Gregor. XV. deciſ 127. num. 4. & ibi Adden num. 10. & fuit dictum in Anconitana bonorum 30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. Merlino,* dummodo tantum tem-
7 poris interceſſerit, intra quod procurator dominum ſuum certiorare potuerit, *Rot. in Gerunden. beneficij 27. Iunij 1608. coram Ortembergo quam refert Beltramin. loco cit. ſub num.* 11. Item non procedit concluſio, quan-
8 do agitur de auferendo iure principalis, ad quem effectum non ſufficit ſcientia præſumpta, ſed requiritur certa, & clara, imò ſpecifica cum omnibus ſuis qualitatibus, *Rot. d. deciſ. 95. num. 2. part. 1. recent.* alias declarationes ad hanc concluſionem, *vide apud Beltramin loco cit. ſub lit. C.*
B Lis, ad effectum vt non interet ſubrogatio, & Ordina-
9 rius poſſit conferre, cenſetur extincta per renunciationem alterius ex collitigantibus, de qua ſatis eſt conſtare per aliquem ipſius actum etiam tacitum *Caſſad deciſ. 5. num. 4. vt lit pen. Mil in verb. litis pendentia non finitur, Gamb. de offic. legat lib. 3. num. 465. Achill. deciſ. 8. vt lit pend. & fuit dictum in Regien iuriſpatronatus 5. Martij 1625. coram bon memor. Vbaldo,* & in renunciatione tacita, neceſſaria, quæ oritur ex aſſecutione ſecundi beneficij incompatibilis, *Rota in Conchen. Archipresbyteratus coram Cardinali Platto, de qua in hac deciſione, & in Compoſtellana Parochialis 16. Decembris 1596. coram Orano, in Vicen. Parochialis 27. Februarij 1606 coram Cardinali Marquemontio, quas ſecuta eſt in Caputaquen. Abbatiæ*
10 *25. Maij 1620. coram bon memor. Dunozetto ſeniori.* Item ſufficit ceſſio tacita, quæ reſultat ex taciturnitate per ſpatium decennij, *iuxta d. deciſ. Caſſad. 5. vt lit. pend.* Verùm prædicta deciſio Caſſad. declarata fuit per Rotam procedere, quando ſimul cum decennio copulatiuè concurrit non ius illius, qui litem proſequi debebat, ex actis apparens, quo caſu ſatis eſt, ſi ſit lapſum decennium; ſi verò ex actis clarè non conſtaret de non iure, requireretur vel aliquis actus poſitiuus, vel lapſus 30. annorum. Ita deciſionē Caſſad. declarauit *Rota apud Achill de Graſſ. deciſ. 7. & deciſ vlt. per tot vt lit. pend quas ſecuta eſt in deciſ. 109. num 5. part. 1. recent. & in illa Barchinonen parochialis de Mataro coram Reuerendiſſimo Domino meo. Decano, quæ eſt deciſ 342. num. 8 ead part 1 recent in Legionen præſtimoniorum coram bon mem Cardinali Pamphilio apud Garc de benefic. part. 6. cap. 4. num 42. poſt med. in Corduben præſtimonij 13. Ianuarij 1623 & in Caputaquen iuriſdictionis 13. Iunij 1625. coram bon mem.*
11 *Patriarcha Manzanedo.* Item lis non extinguitur per ceſſionem, quando ceſſio eſt ad fauorem, *Rot. deciſ 383.*

num. 1. part. 2. recent. & fuit dictum in allegata Regien. iuriſpatronatus coram bon mem Vbaldo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tudertina nullitatis obligationum.

Lunæ 12. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Minor reſtituitur aduerſùs obligationes vnà cū patre ad extraneorum fauorem factas, ſtante enormiſſima læſione.

SVMMARIVM.

1 *Filius familiàs reſtituitur aduerſus obligationes vnà cum patre ad aliorum fauorem factas ex capite læſionis, & multò magis quando ſe obligauit pro extraneis.*

2 *Filio familiàs obligato pro patre reſtitutionem non competere, quinam tenuerint remiſſiuè.*

3 *Filius familiàs reſtituitur, non obſtante iuramento, & renunciationibus.*

DECISIO CCCVIII.

POSTQVAM fuit pluries reſolutum, D. Antimo competere reſtitutionem in integrū aduerſùs obligationes prò patre contractas ex capite minoris ætatis, & enormiſſimæ læſionis; dubitatum fuit, An eadem reſtitutio ſuffragaretur quò ad obligatiooes per eum vnà cum eodem patre ad fauorem diuerſarum perſonarum initas, de quibos in notula data; & Domini
1 affirmatiuè reſponderunt per tex. expreſſum *in l. 1. in princ. C. de fil famil. minor. vbi Azo in ſummario num. 2. verſ. ſed nec diſtinguo Bart. in prin. & poſt med. verſ. hic autem, Bald. in prin. & num. 2. Angel. num. 1. Salicet. ante num. 2. verſ. nec lex iſta, Surd. conſ. 87. num. 2. verſ. ad idem, Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 54. art. 2. num. 4. verſ. ſed contra eſt veritas.* Imò magis indubitanter cenſuerunt, reſtitutionem competere aduerſùs huiuſmodi obligationes pro extraneis contractas, in quibus ceſſat ratio pietatis naturalis debiti, & pœnæ exhæredationis *iuxta text. in §. cauſas, Autb. vt cum de*
2 *appellat. cognoſ.* & aliæ, ob quas nonnulli Doctores tenuerunt, filium familiàs minorem non eſſe reſtituendum aduerſùs obligationes prò patre initas, *quos refert Odd. d. quæſt. 54. art. 4. in prin.* De enormiſſima autem læſio-
3 ne non dubitaruot Domini ex latè deductis in prima, & ſecunda deciſione; ideoque nec iuramentum, nec renunciationes obſtare, vt in dictis deciſionibus, quibus addo *Crauet. conſ. 192. num. 5. & ſeqq. et Decian. reſp. 25. num. 119. lib. 1. Ant. Sola ſuper conſuetud. Sabaud. gloſ. 25. num. 46. et Rot. in Bononien. de Monterentijs 29. Ianuarij præteriti coram R. P. D. Dunozet. etc.*

Recanaten. ſucceſſionis.

Veneris 16. Febroarij 1618.

Argumentum habes ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex fratre prædefuncto cum patruis, & amitis ſuccedunt in ſtirpes in bona patrui.*

2 *Immiſſio ex remedio,* Quorum bonorum, *danda eſt nepotibus ad bona patrui, vnà cum patruis, & amitis in ſtirpes ſuccedentibus.*

DECISIO CCCIX.

ACQVIESCENTIBVS DD. Lidia, & Magdalena reſolutioni factæ ſub die 26. Ianuarij præteriti, in qua receſſum fuit ab alia ſub die 26. Iunij ad earum fauorem facta pro manutentione in poſſeſſione bonorū per q. Petrum earum patruum poſſeſſorum, & reſeruatum vt de immiſſione videretur, & dubio ſuper ea propoſito, Domini ſteterunt in deciſis pro immiſſione quoad bona propria, & libera dicti Petri, in quibus ipſæ vti neptes ex Iacobo fratre prædefuncto
1 cùm *Bernardino* earum patruo habent intentionem fundatam vnà cum amitis in ſucceſſione in ſtirpem, *§. ſi igitur defunctus, in Auth. de hæred. ab inteſtato, & ibi Bart. in ſummario & in fin. princ. Angel. num. 5. & 6. & in §. reliquum, & in Authent. vt pater filij, &c.* & ibi ſimiliter *Bart. & Angel. authent. ceſſante, & ibi DD.*
2 *C. de ſuis, & legitim. &c.* Conſeqoenter eſt eis concedendo immiſſio ex remedio, *Quorum bonorum, ad l. 1. & toto titulo, ff. & C. Quorum bonorum,* & in iſtis terminis de concedenda immiſſione pro indioiſo cum cohæredibus ab inteſtato, fuit dictum in *Romana hæreditatis del Conte coram R. P. D. meo Caualerio ſub die 14. Martij, & 6. Iunij* 1616. Verùm quia pro parte Bernardini opponebatur, quòd Margarita, & Olympia ſorores dicti Petri petentes ſimiliter immiſſionem pro earum parte, pro quibus fuit datum dubium in ſequenti Rota diſputan. eſſent excluſæ ex ſtatutis, tàm Caſtri Fichardi, in cuius territorio ſunt ſita bona, de quibus agitur, quàm Ciuitatis Recanaten. dictum fuit, dicta ſtatuta non obſtare, & ne bis idem repetatur, reſponſiones ſunt in ſequenti deciſione facta ſub die 19. inter dictas ſorores, necnon Olympiam, Magdalenam, & Margaritam dicti quondam Petri ſorores, & dictum etiam fuit in dicta deciſione 26. Ianuarij, &c.

Recanaten. hæreditatis.

Lunæ 19. Februarij 1618.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas ab hæreditate patris non habet locum in hæreditate fratrum, etiam quoad bona paterna, nec intrat, vbi copulatiuè non concurrit ſubiectio perſonarum, & bonorum. Renunciatio per verba futuri temporis comprehendit ſucceſſiones futuras.

SVMMARIVM.

1 *Sorores germanæ, ac vtrinque coniunctæ in bona fratris defuncti ſuccedunt in capita, vnà cum fratribus, neptes verò in ſtirpes; & eis competit remedium,* Quorum bonorum.

Sta-

1 *Statutum excluſiuum fœminarum in hæreditate patris, non habet locum in hæreditate fratrum, etiam quoad bona paterna.*

3 *Deſcendentium, & conſanguineorum appellatione veniunt tam maſculi, quam fœminæ.*

4 *Statutum fœminarum excluſiuum vt habeat locum, non ſufficit ſubiectio perſonarum originis, ſed eſt etiam neceſſaria bonorum.*

5 *Subiectio in ſpiritualibus nihil operatur quoad hæreditates, & alia temporalia.*

6 *Stipulatio cenſetur facta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, licèt de illis nulla ſit facta mentio.*

7 *Clauſula,* & cetera, *poſita poſt verbum,* Acceptans, *extenditur, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*

8 *Renunciatio per verba futuri temporis, refertur tantùm ad ſucceſſiones futuras, non ad delatas.*

9 *Renunciatio generalis omnium iurium competentium, & competiturorum extenditur ad remiſſionem fideicommiſſi conditionalis, quando non ſubeſt alia cauſa.*

DECISIO CCCX.

CONCVRRENTIBVS ad ſucceſſionem Petri annis præteritis ab inteſtato defuncti Bernardino fratre, Olympia, & Margarita ſororibus, necnon Lidia, & Magdalena ex Iacobo fratre prædefuncto neptibus, & facta reſolutione 26. Ianuarij, & 16. præſentis menſis pro immiſsione ad fauorem dd. neptum in poſſeſsionem partis hæreditatis illis delatæ: propoſui dubiū, an dd. Olympia, & Margarita ſorores eſſent pro earū partibus immitten. & Domini affirmatiuè reſponderunt pro Olympia, negatiuè verò quoad Margaritam, cui dixerunt obſtare propriam renunciationem, de qua infra. Quoad primum ratio fuit, quia circūſcripta renunciatione indubitatum eſt, ſorores germanas, & vtrinque coniunctas ſuccedere dicto Petro in capi-
1 ta vnà cum Bernardino fratre, & neptibus in ſtirpes, §. 1. *Auth. de hæred. ab inteſtato, & §. 1. Authent. vt filij fratr. & auth. ceſſante, C. de leg. hæred.* Conſequenter eis competere remedium immiſſiuum *Quorum bonorum, l. 1. & toto titulo, ff. & C. quorum bonorum*, quibus non obſtant ſtatuta pro Bernardino allegata excluſiua fœminarum propter maſculos: nam ſtatutum Caſtri Fichardi, vbi ſunt ſita bona rub. 40. de mulier. dot. *in ſummario Bernardini num.* 9. excludit filias à ſucceſſione patris, & ſorores à ſucceſſione fratrum propter exiſtentiam filiorum, vel fratrum maſculorum, dummodo à patre, vel fratre, de cuius reſpectiuè ſucceſſione agitur, ſint inter viuos, vel in vltima voluntate dotatæ: qui non eſt caſus noſter, cum dictæ ſorores non fuerint dotatæ à Petro: nec applicatur idem ſtatutum, *§. ſi verò*, quia (vt ex eius lectura patet) loquitur de concurſu filiarum cum fratribus ad ſucceſſionem patris, & mandat eas dotari, & interim ali, & ideo non intel-
2 ligitur eas excludere à ſucceſſione fratris, etiam quoad bona paterna, *Bald. in cap. 1. §. quin etiam, num. 3. Epiſcop. vel Abb. Caſtr. conſil.* 191. *num.* 2. *Gozzad. d. conſ.* 90. *num.* 59. *Soccin. Iun. conſil.* 76. *num.* 13. *lib.* 1. *Pariſ. conſil.* 22. *num.* 16. *& conſil.* 23. *num.* 52. *lib.* 1. quos refert, & ſequitur *Card. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *num.* 20. Aliud verò ſtatutum *rubr.* 41. vocat ad ſucceſſionem decedentium ab inteſtato ſinè filijs propinquio-
3 res conſanguineos ex paterna, vel aui paterni linea deſcendentes, quorum appellatione veniunt, tàm maſculi, quàm fœminæ, *l. 1. §. proximus, ff. vnd. cog. cum cumulatis per Peregr. de fideicomm. artic.* 22. *num.* 33. 34. & 36. Tantò magis, quia vocat conſanguineos deſcendētes ex linea paterna, vel aui paterni, prout ſunt ſorores iſtæ. Et ideo cum dicta ſtatuta non excludant iſto caſu fœminas, nihil iuuat prætenſa ciuilitas in dicto Caſtro, tàm Petri defuncti, quàm dicti Bernardini, in præſenti diſputatione citra veri præiudicium ſuppoſita, quæ in terminis Statuti Vrbis fuit conſiderata reſpectu defuncti, de cuius ſucceſſione agebatur, per Illuſtriſſimos Cardinales arbitros in cauſa hæreditatis bon. mem. Card. Sanctæ Seuerinæ, *vt fuit dictum in Collen. hæreditatis ſub die* 10. *Iunij* 1616. *coram me*, in qua etiam habetur, quòd Rota contrariam ſententiam ſecuta eſt in forenſibus ad hæreditatem ciuis defuncti venien. ex ſtatuto loci ciuilitatis defuncti: quæ inſpectio propterea eſt in propoſito ſuperuacua, prout etiam an ſufficiat ciuilitas dd. Petri, & Bernardini, an verò etiam ſit neceſſaria ciuilitas fœminarum. Statuta verò Recineti de ſucceſsione àb inteſtato. *rubr.* 58. *lib.* 2. & *rubr.* 29. *in ſummario Bernardini num.* 6. non habent
4 locum in iſtis bonis ſitis in territorio Caſtri Fichardi, & ſic extra territorium ſtatuentium, cum non ſufficiat ſubiectio perſonarum originis, ſed ſit etiam neceſſaria
A bonorum, A, iuxta ſententiam *Bart. in l.* 1. *quæſtione* 6. *princip. num.* 32. & 33. & *Bald. ibi num.* 91. *C de Summa Trinit.* quam Rota paſſim ſequitur, & eſt communis, *vt ex cumulatis in dicta Collen.* 10. *Iunij* 1616. 5. *Maij* 1617. *coram me, & fuit dictum in hac cauſa* 26. *Iunij præteriti*. Nec obſtat etiam, quòd Ciuitas Laureti vtatur Statuto Ciuitatis Recanaten. & quòd Caſtrum Fichardum ſit ſuppoſitum dictæ Ciuitati; quia in primis non conſtat de hac ſubiectione, nec quòd in tempora-
5 libus quidquam commune habeat, & ex ſubiectione in ſpiritualibus nihil infertur quoad temporalia, *Gloſſ. in Clemen. ne Romani, §. ſanè, in verb. diœceſim de electon. Oſtien. in cap. ſuper eo, num.* 3. & 11. *de paroch. & fuit dictum in Conchen. decimarum* 9. *Decembris* 1602. *coram bon. mem. Card. Pamphilio* Nec conſtat etiam de obſeruantia Statutorum Ciuitatis Recanaten. fides enim, de qua in *ſummario Bernardini num.* 7. quatenus fidem faceret, cum ſit ſimplex atteſtatio cuiuſdā Notarij, eſt reſtricta ad obſeruantiam Laureti Statuti Recanaten. ſuper lucro mariti medietatis dotis, vxore ſinè filijs decedente. Quo verò ad Margaritam Domini dixerunt, non eſſe illi dandam immiſſionem, ſtante renunciatione per eam, cum auctoritate, & decreto Iudicis, & interuentu proximiorum facta ſub die 13. Ianuarij 1603. cum iuramento, & obligatione Camerali, & alijs clauſulis, vt in ſummario Lidiæ, & Magdalenæ, etiam pro iuribus in futurum competituris, in ſpecie in bonis fraternis, cum clauſulis vniuerſalibus, videlicet, *quouis iure, quomodocunque, & qualitercunque*, & cum promiſſione, quòd nullo vnquam tempore habebit regreſſum ad bona renunciata, inter quæ (vt ſupra dictum eſt) ſunt expreſſa fraterna, & quia vocauit ſe tacitam, & contentam dote ſibi in teſtamento, & codicillis parentis relicta in ſumma ſcutorum 400. & fuit facta dd. Bernardino, & quondam Petro præſentibus, & acceptan-
6 tibus, & ſic non poteſt dubitari, quin tranſeat ad hæredes, prout regulariter cenſetur facta ſtipulatio, *l. veteris, C. de contrah. & committ. ſtip. Iaſ. conſ.* 217. *col.* 1. *in* 1. & 2. *fundam. lib.* 2. *Surd. deciſ.* 322. *num.* 36. & 37. & fuit dictum in ſpecie ſimilis renunciationes *in Viterbien. Caſtrorum* 2. *Maij* 1614. *coram Manzanedo*, vbi quòd potiſſimùm hoc procedit concurrente, (prout etiam in hoc caſu) clauſula, *et cetera*, poſita poſt verbum,
7 *acceptans*, quæ extenditur, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, *Rota deciſ.* 392. *in princ. part.* 1. Nec obſtat, quòd dicta renunciatio poſſit referri ad bona Iaco-

co-

cobi alterius fratris iam præmortui, quia dicta verba futuri temporis non poſſunt dirigi ad ſucceſſionem iam delatam, non ipſis, ſed Lidiæ, & Magdalenæ filiabus dicti Iacobi, in qua nullum ius prætendere poterat Margarita, ideoque renunciatio non poteſt referri, niſi
8 ad bona Petri, & Bernardini ſuper viuentium, & ad
B ius poſt obitum illorum competiturum B, *iuxta doctr. Bart. communiter receptam, in l. qui Romæ, §. duo fratres, ſub num. 19. in 6. quæſt. in fin. ff. de verbor. obligat. & ibi Apoſtill. Curt. Iun. conſil. 101. num. 8. & ſequen. Peregr. de fideicomm. artic. 52. num. 32.* vbi concludit pro extenſione renunciationis, etiam ad remiſſionem fideicommiſſi conditionalis, quando nulla alia ſubeſt cauſa, prout hic, cum nullum aliud ius poſſet conſiderari; niſi reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato dd. Petri, & Bernardini, & ſic ceſſat, imò retorqueri videtur deciſio in cauſa *Ceſenaten. hæreditatis ſub die 17. Maij 1617. coram Illuſtriſsimo D. Damaſceno*, quia ibi non fuerat renunciatum per Hippolytam niſi omni ratæ bonorum, quæ ſibi cõpetere poterat de bonis paternis, & fraternis, ſed non (vt in propoſito) omni iuri competituro in futurũ in bonis paternis, & renunciatio verificari poterat in bonis Simonis prædefuncti, quæ verba applicari non poſſunt ad bona Petri, & Bernardini, vt ſupra dictum eſt. Quia tamen opponebatur de defectu inſinuationis requiſitæ ex conſtitutionibus Marchiæ: ideo fuit reſeruatum, vt de hoc particulariter videretur; & intellexerunt Domini, dictam immiſsionem eſſe concedendam in bonis liberis dicti quondam Petri, & non fideicommiſſarijs, &c.

ANNOTATIO.

A De quo vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 188.

B Et quòd renunciatio generalis omnium iurium quomodocunque, qualitercunque, & quacunque de cauſa competiturorum, comprehendat iura futura, etiam ex cauſa de futuro, allegata hac deciſione fuit dictum in *Peruſina hæreditatis 7. Februarij 1628 coram R. P. D. Virili, in qua allegantur etiam Pancirol conſ 62. num. 8. Port. Imol. conſil 142. num. 45. & 46. Menoch. conſil. 401. num. 119. & Mandell. conſil. 11. num 17.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colimbrien. matrimonij.

Lunæ 5. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Contrahens ſponſalia etiam iurata per verba de futuro cogi non poteſt ad matrimonium, ſubſiſtente iuſta cauſa, quæ iudicis arbitrio remittitur.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia etiam iurata non arctant ad contrahendum matrimonium, rationabili cauſa ſubſiſtente.*

2 *Sponſalia diſſoluendi iuſta cauſa quænam ſit, Iudicis arbitrio relinquitur.*

3 *Sponſalia diſſoluendi iuſta cauſa cenſetur, quando ex matrimonio ſubſequenti inimicitia, odium, vel aliud ſcandalum oriri poteſt.*

4 *Sponſalia diſſoluuntur lite interueniente, ac ætatis diſparitate data, quæ iuſtam cauſam inducunt non contrahendi matrimonium.*

5 *Sponſi poſſunt cogi etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ad matrimonium contrahendum, ſi iuſta cauſa non ſubeſt in contrarium.*

6 *Sponſi excommunicati, vt contrahant matrimonium ſi ſuſtinent longo tempore cenſuras, ſunt abſoluendi.*

DECISIO CCCXI.

1 INDVBITATA eſt concluſio, quòd ille, qui contraxit per verba de futuro ſponſalia, etiam iurata, nõ poteſt compelli ad matrimoniũ rationabili cauſa ſubſiſtente, vt ſunt verba præciſa *text. in cap. ex literis, in fine de ſponſal. vbi Butr. num. 6. & 11. Abb. num. 8. idem Butr. in cap. requiſiuit num. 3. in fin. eod. tit. vbi Henric. Boic. in princ. Ruin. conſ. 203. num. 5. verſ. & plus dico, vol. 1. Menoch. conſ. 69. num. 43. lib. 1. & de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 455. in princ. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 17. num. 5. & num. 18. Gabr. conſ. 159 & 186. in princ. vol. 2. Rot. deciſ. 497. part. 1. diuerſ. & apud Card. Seraph. deciſ. 1112. num 4. & 1258. in princ. & in Tullen. ſponſalium 4. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Caualerio.* Quæ autem ſit iuſta, & rationabilis cauſa, eſt arbitrarium Iudici, *vt not. omnes in dicto cap. ex literis, Butr. in dicto cap. requiſiuit, num. 3. in fine*
2 *Abb. num. 4. Gabr. d. conſ. 159. num. 3. Rot. dicta deciſ. 497. num. 2. Menoch. d. caſ. 455. num. 2. Card. Seraph.*
A *d. deciſ. 1258. & fuit dictum in d. Tullen. ſponſalium.* A In propoſito autem arbitrati ſunt DD. ſatis iuſtam, & ſufficientem eſſe cauſam abſtinendi à coactione, matrimonium metu per Emanuelem contractum noctis tempore in domo D. Blanchæ, vt fuit bis in hac cauſa fir-
3 matum, propter quod viſum fuit DD. ortam veriſimiliter fuiſſe inimicitiam, & odium inter ipſum, & Blancham, ita vt ex inuitis nuptijs probabiliter timeri poſſit oriri ſcandalum, *Abb. in dicto cap ex literis, num. 8. & dicto cap. requiſiuit, num. 4. cum cumul. per Mantic. d. tit. 17. num.* 16. Conſiderabant etiam Domini magnam auerſionem D. Emanuelis à contrahendo huiuſmodi matrimonio collectam ex circumſtãtijs nedũ matrimonij vt ſupra, per vim, & metum contracti, ſed longæ litis, tàm in partibus, quàm in Curia ſuper illius nullitate acerrimè defenſæ, necnon etiam diſparitatis ætatis, quæ fuerunt conſiderata *in Mediolanen. ſponſalium 14. Martij 1608. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in dicta Tullen. ſponſalium 4. Decembris præteriti.*

Et ideò reſolutum fuit D. Emanuelem non eſſe cogendum, &c.

ANNOTATIO.

A *Cardinal Caualer. deciſ. 526. num. 2. Gregor. XV. deciſ. 376. num. 5. & ibi Adden num 9. & fuit dictum in Vlixbonen matrimonij 7. Iunij 1599. coram Litta, & in Tullen. ſponſalium 8. Iunij 1618. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Veroſpio.* Verùm licet iuſta cauſa ceſſante cogi
5 poſſint ſponſi ad matrimonium contrahendum per cenſuras eccleſiaſticas *vt fuit reſolutum in Mediolanen. matrimonij 27. Octobris 1616. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Hiſpalen. ſponſalium 1. Iulij 1619. coram eodem*, tamen ſi quis poſt declaratoriam, nihilominus pertinaciter matrimonium contrahere recuſet, abſolui debet, etiam ſi non petat, quia aliàs deficeret conſenſus liber in matrimonio requiſitus, *Henric. Boich. in cap. 2. num. 7. verſic. compelli autem, de ſponſal Gabr. conſil. 186. num. 2. & ſeq. lib. 2. Sanch. de matrimon. lib. 1. diſput.*

ſpul. 29. num. 8 Cardinal. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. num 10. et ſeq et fuit dictum in Abulen. matrimonij 28. Martij 1593. coram Cardinali Blanchetto, et in Mediolanen matrimonij 1. Iulij 1619. coram bon. mem Patriarcha Manzanedo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. iuris lignandi.

Mercurij 14. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Caſtri Dominus poteſt facere bannimenta, & ſtatuta pœnalia in proprio territorio, ſecus in paſcuis, & ſyluis ſpectantibus ad Vniuerſitatem, quæ habet facultatem ſtatuendi in concernentibus bonorum ſuorum adminiſtrationem. Poſſeſsio anteceſſorum non ſuffragatur ſucceſſori, niſi facta apprehenſione, & procedit tàm in corporalibus, quàm in incorporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus poteſt in ſuo Caſtro facere bannimenta, & ſtatuta pœnalia.*

2 *Procedit quando prohibet in proprio territorio, ſecus ſi in locis Communitatum, vel priuatorum.*

3 *Dominus poteſt ad libitum de re propria diſponere.*

4 *Paſcua, & ſyluæ de iure ad Vniuerſitatem ſpectant.*

5 *Vniuerſitas habet facultatem ſtatuendi in concernentibus bonorum ſuorum adminiſtrationem.*

6 *Poſſeſsio anteceſſorum non prodeſt ſucceſſoribus, niſi facta apprehenſione; quod procedit etiam in incorporalibus, ampliа etiam in hæredibus ſuis, num. 15.*

7 *Poſſeſſione Oppidi apprehẽſa cẽſetur capta poſſeſſio iuriũ illi cohærentium, quando certum eſt, illa cohærere, ſecus quando eſt dubium, & controuerſum, num. 8.*

9 *Quaſi poſſeſſio prohibendi acquiritur, ſi dum prohibetur, nemo contradicit.*

10 *Vniuerſitati factum particularium non præiudicat, ſinè ſcientia, & patientia omnium, vel maioris partis.*

11 *Quaſi poſſeſſio non probatur ex actibus dubijs, & æquiuocis.*

12 *Mulctæ ſunt de regalibus.*

13 *Manutentio non datur abſque titulo in his, quæ ex ſola Principis conceſsione conceduntur, etiamſi doceatur de quaſi poſſeſsione, præſertim quando agitur contra Principem, & de illius intereſſe, num. 14.*

16 *Poſſeſſio, ſtante ſtatuto, continuatur in hæredem abſque noua apprehenſione.*

17 *Hæredi datur manutentio abſq; noua apprehenſione, quãdo iudiciũ ſuper manutentione introductũ fuerat a defuncto.*

DECISIO CCCXII.

DEDI dubium, an D. Theſſano dandum eſſet mandatum de manutenendo in poſſeſſione faciendi edicta, vel potius Communitati lignan. & disboſcan. &c. Et quia pars dicti D. Theſſani ceſſit ſecundæ parti, propoſui primam, in qua DD. reſoluerunt, dicto Theſſano non eſſe conceden. dictum mandatum de manutenendo per eum petitum, ipſe enim non docuit de prætenſa eius quaſi poſſeſſione promulgandi, & publican. edicta, ſeù bannimenta pœnalia, incidendi, & eradicandi arbores in ſylua, de qua agitur, pro faciendis noualibus. Nàm quoad aſſiſtentiam iuris communis, ſuper qua prætendit habere intentionem fundatam, cum Dominus poſſit in Caſtro ſuo fa-
1 cere bannimenta, & ſtatuta etiam pœnalia, *Luc. de Pen. in l. inſignis col. 1. C. de paſc. publ. vel priuat. lib. 11. latè Martin. Frecc. in tract. de ſubfeud. bar. & inueſt. feud. l. 2. author. 46. in princ. & num. 11.* Reſponſum fuit, huiuſmodi aſſiſtentiam non ſuffragari, niſi quando Dominus prohibet in proprio territorio, ſecùs quando
2 in terris Communitatis, vel priuatis, *Frecc vbi ſupra author. 46. num. 1. & ſeqq. & præſertim num. 11.* & hic non conſtat de dominio Antonij, imò contrarium colligitur ex tranſactione de anno 1531. producta pro ipſo *in eius ſummario num. 2.* in qua Domino loci, eiuſque ſucceſſoribus per Communitatem datur facultas lignandi, quæ repugnat dominio, cum dominus poſſit di-
3 ſponere ad libitum de re propria, *vulg. l. in re mandata, C. mand.* in qua non datur ſeruitus, *l. vti frui, ff. ſi vſusfr. pet. l. in re communi, ff. de ſeruit. vrban. præd.* imò aſsiſtentia iuris communis potiùs ſtat pro Communitate,
4 ad quam paſcua, & ſyluæ pertinent, *vt per text. in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. l. omnes, & l. 2. C. de oper. public. trad. Couarr. pract. quæſt. cap. 37. num. 1. Menoch. conſ. 437. num. 2.* dixit *Rota in Tuſculana ſyluarum 18. Maij 1616. coram R. P. D. meo Verospio*, in qua refertur, ita etiam tenuiſſe *in Tiburtina Caſtri S. Poli 19. Iunij 1592. coram Litta.* Et conſequenter huiuſmodi edictorum promulgatio ad ipſam de iure
5 ſpectat, cum in concernentibus bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat facultatem ſtatuendi, *l. 1. & l. ambitioſa, ff. de decret. ab Ord. fac. Bart. in l. omnes populi, num. 26. verſ prædicta vera, ff. de iuſt. & iur. & ibi Bald. num 14. verſ. ſed puto verum, Ang. num. 5. verſ. 1. caſu, Iaſ. num. 28. Surd. conſ. 65. num. 2.* Quo verò ad edicta, & bannimenta promulgata ab anno 1565. citra vſque ad annum 1609. *data in ſummario num. 5.* ex quibus D. Theſſanus prætendebat poſitiuè docere de dicta q. poſſeſsione, viſa fuerunt DD. illi non ſuffragare ad manutentionem obtinen. Omiſſa enim oppoſitione Communitatis, quòd illa non ſunt in forma probanti vti extracta parte non citata, & ex quodam priuato libro ipſius Theſſani: promulgata omnia fuerunt per anteceſſores, & ideò, ſi quæ ex illis poſſeſſio ipſis acquiſita fuiſſet, in ipſum Theſſanum abſque
6 noua apprehenſione, & actu facti tranſire non potuit, *l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſ.* qui tex. procedit etiam incorporabilibus iuxta oppoſitionem, quam, reproba-
A to *Bald. & Lambertin. tenet Rota* A, *vt per Verall. deciſ. 135. & deciſ. 420. part. 2. Achill. deciſ. 5. de cauſ. poſſ. & propr. & in Brixien. penſionis 23. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino*, vbi dicitur, reijci per Rotam diſtinctionem inter corporalia, & incorporalia *in Oueten. beneficij 15. Ianuarij 1596. coram Orano.* Nec obſtaret ſi diceretur, ex apprehenſione poſſeſſionis Oppidi dici etiam ſufficienter apprehenſam quaſi poſſeſsionẽ promulgandi edicta vti Caſtro, ſeù Oppido
7 acceſſoriè cohærentem, *Innoc. in cap. in literis num. 6. de reſtitut. ſpol. Bart. in l. 3. num. 5. verſ. quandoque quæritur, ff. de acquir. poſſ. Rot. deciſ. 1. de iurep. in nou. & nouiſſimè dictum fuit coram me in Reatina barchæ 11. Decembris præteriti.* Quia vltra quod non conſtat de poſſeſsione Oppidi capta per Theſſanum, limitatio ſupra adducta, & auctoritates pro ea allegatæ procedunt cum
8 præſuppoſito, quòd ius cohæreat Caſtro, ſeù alteri cuicumque rei corporali, cuius poſſeſsio apprehenditur,

in

Digitized by Google

in præſenti autem non ſupponitur, ſed dubitatur, an
ius iſtud promulgandi edicta ſit de pertinentijs iuriſdi-
ctionis huius Oppidi, quod negatur pro parte Com-
munitatis allegantis vltra alia *Caſtr.* loquentem de iſto
loco *conſ.* 406. *num.* 4. *lib.* 1. quod poſtea in petitorio
erit latius diſcurriendum. Secundò, dicta bannimenta
non poſſunt Domino ſuffragari, ex quo pro parte Com-
munitatis, ſiuè ipſius officialium fuit contra illa ſemper
reclamatum, & poteſtatum, vt in fine ipſorum edicto-
rum legitur, *tàm in ſummario Communitatis num.* 11,
quàm eiuſdem Domini num. 5. qui etiam hoc expreſsè ad-
miſiſſe videtur, cedēdo ſecundæ parti dubij per me ſub-
ſcripti, an ſcilicet eſſet potiùs danda manutentio Com-
munitati lignandi, & disboſcandi: permittendo enim
eam manuteneri, implicitè ſatetur, ipſam contra teno-
rem edictorum actus illos exercuiſſe, ex eiſque in q.
poſſeſſione conſtitutam manuteneri prohibere non poſ-
9 ſe. Et propterea cum Dominus tunc demum conſtitua-
tur in q. poſſeſsione prohibendi, ſi ſubditi non contradi-
cant, *Iacobin. de feud. verſ. & cum venationibus, num.* 2.
Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 51. *de cauſ. poſſ.*
& propr. Balb. de præſcript. part. 4. 5. *part. princ. quæſt.*
5. *num.* 4. *tom.* 17. *fol.* 97. *Roland. conſ.* 22. *num.* 27.
lib. 2. *Grammat. deciſ.* 67. *num.* 13. *et* 14. *et dixit Rota*
in Burgen. iuriſdictionis S. Ioannis 28. *Aprilis* 1595. *co-*
ram Orano impreſſa in 1. *vol. conſ. Farinac. deciſ.* 105.
B *num.* 4. B, vtique cum hic conſtet de contradictione
Communitatis re, & verbis facta, nulla quæri potuit
poſſeſsio dd. Dominis anteceſſoribus ex ſupradicto-
rum bannimentorum publicatione. Nec talis acquie-
ſcentia probata viſa fuit ex pluribus ſententijs contra
transgreſſores bannimentorum latis, de quibus *in*
ſummario num. 6. Quia vltra alias reſponſiones datas
per informantes placuit illa, quòd ſunt latæ contra quoſ-
dam particulares, qui non potuerunt Communitati
10 præiudicare, ſed requirebatur ſcientia, & patientia,
vel omnium, vel maioris partis, *l. quòd maior, ff. ad*
municipal. cap. cum omnes, de conſtit. latè Surd. conſ. 28.
C *num.* 40. *cum ſeqq.* C, Et quòd non apparet, condem-
nationes fuiſſe factas vigore dd. bannimentorum per
DD. anteceſſores promulgatorum, cum potiùs veriſi-
mile ſit, ſequutas fuiſſe in executionem edictorum pu-
blicatorum per diuerſos Legatos Apoſtolicos; & præci-
puè per bon. mem. Card. Aquauiuam, *vt in ſummario*
eiuſdem Theſſani num. 4. & ſic tanquam actus dubios,
11 & æquiuocos non ſuffragari ad acquiſitionem dictæ q.
poſſeſsionis, *Rip. in cap. cum Eccleſia, num.* 55. *de cauſ.*
poſſeſſ. et propriet. Rot. deciſ. 240. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſ.*
et apud Mohed. deciſ. 2. *de reſt. ſpol. et coram me in Imo-*
len. cenſus 10. *Iunij* 1615. *et in Virdunen. Abbatia* 27.
Nouembris eiuſdem anni. Tandem cum huiuſmodi ban-
12 nimenta ſint pœnalia, & mulctæ ſint de regalibus, *cap.*
vnic. quæ ſint regal. in vſib. feud. vbi DD. Sixtin. de re-
D *gal. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. D, & propterea niſi ex con-
ceſsione ſuperioris haberi non poſsint: cenſuerunt Do-
13 mini, ex hac ſola prætenſa q. poſſeſsione promulgandi
edicta non poſſe dari Theſſano manutentionem abſque
titulo habito à Principe, *l. quicunque, & ibi Luc. de*
Penn. col. 2. *circa med. verſ. fortius,* C. *de fund. limi-*
troph. lib. 11. *Anch. conſ.* 310. *num.* 3. *verſ. his præmiſsis,*
Afflict. ſuper conſt. Regn. rubr. 91. *num.* 3. *lib.* 1. *Rol.*
conſ. 89. *num.* 21. *lib.* 2. *Bellam. deciſ.* 15. *num.* 1. *verſ.*
ratio, & deciſ. 433. *Caputaquen. deciſ.* 304. *num.* 2. *part.*
3. *Contard. de moment. poſſ. limit.* 2. §. 8. *num.* 21. & in
terminis manutentionis *Couar. pract. quæſt. cap.* 17.
num. 6. *verſ. præſertim vbi, Menoch. de retinen. remed. vlt.*
14 *ſub num.* 24. præſertim cum etiam Fiſcus ad cauſam
acceſſerit, *vt in ſummario Communitatis in fine,* & ſic
agatur contra ipſum Principem, *Achill. deciſ.* 5. *de re-*
ſtit. ſpoliat. Seraphin. deciſ. 1047. *num.* 9. *verſ. & ideò,*
& num. 10. *cum adductis per Peregr. de iur. Fiſci lib.* 7.
tit. 3. *num* 20.

Et ideo DD. viſum fuit Theſſano denegan. eſſe mandatum
de manutenendo vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit, etc. in* 4. *part. decla-*
rat. 7. *Menoch de retinen. remed.* 3. *num.* 57. *verſ. exten-*
ditur, Gonzal. ad reg. 8. *gloſ.* 34. *num.* 108. *Garz. de beneſ.*
par 5. *cap.* 5. *num.* 35. *cum ſeqq. et Rota coram Card Mant.*
deciſ. 88. *num.* 5. *& coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ.*
464. *num.* 3. *& par.* 2. *recent. deciſ.* 260. *nu* 4. *& deciſ.* 237.
num. 3. & ſequendo hanc deciſionem D. mei fuit dictum
in *Ariminen. cenſus* 10. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D.*
15 *meo Merlino*. in qua vlteriùs firmatur, quòd poſſeſſio tàm
in corporalibus, quàm in incorporalibus non acquiri-
tur ſinè noua apprehenſione, non ſolùm in hæredibus
extraneis, ſed etiam in ſuis. *Bart. in l. ſuis, num.* 5.
ff. de liber. et poſth. Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tol-
len. Alex. conſ. 37. *num.* 5. *poſt med. verſ. ſaltem in caſu*
noſtro lib. 1. *Natt conſ.* 439. *num* 5. *Caputaq. d. deciſ.* 185.
num. 2. *et ſeq in deciſ. alleg. et d. deciſ* 420. *num.* 2. *par.* 2.
cum alijs allegatis in prædicta deciſ 464. *num.* 3. *coram Re-*
uerendiſſimo D. meo Decano, & in terminis cenſus fuit di-
ctum in *Spoletana cenſus* 27. *Ianuarij* 1603. *coram Cardi-*
nali Lancellotto iuniori, et in d. Ariminen. cenſus coram
D. meo Merlino. Verùm principalis concluſio limitatur
16 primò ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione defuncti
in hæredem ex cumulatis per *Gabr. de acquir. poſſ. concl.* 9.
num. 5. *Tiraq in tract. le mort ſaiſit le vif par.* 5. *declar.* 1.
& fuit dictum in Romana officij coram Scotto apud Mar-
cheſ par. 1. *pag.* 137 *in Signina bonorum* 12. *Iunij* 1615.
coram bon. mem. Andrea. in Romana domus de Nocchiellis
27. *Iunij* 1622 *& in Romana hæreditatis* 31. *Maij* 1623.
coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana donationis de Ca-
pranica 26 *Iunij* 1628. *coram R. P. D. meo Durano,*
Molin. de Hiſpan. primog. lib. 5. *cap.* 12. *num.* 19. *et ſequent.*
et Gratian. diſceptat. forenſ cap. 113. *num.* 17. 18. *et ſeq.*

Secundò limitatur quando iudicium manutentionis cœptum
fuit viuente eo, qui erat in poſſeſſione, nam tunc datur
manutentio etiam hæredi abſque actuali apprehenſione.
Rota in dicta Ariminen. cenſus coram D. meo Merlino,
in Pacen. præheminentiarum 16. *Nouembris* 1618. *coram*
bon. mem. Remboldo, in Aſsiſien tenutæ 3. *Iulij* 1628 *co-*
ram R. P. D. meo Pirouano, cum alijs pluribus relatis infra
coram D. meo deciſ 945. *num.* 2. Prædicta quomodo pro-
cedant in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus dicam infra
deciſ 835.

B *Capic. deciſ* 27. *num.* 30. *Vinc. de Franch. deciſ* 158. *in*
fin. et ibi addent. num. 4. *Franc Marcb. deciſ. Delph* 529. *et*
fuit dictum in Tudertina aſsignæ 28. *Iunij* 1607. *coram*
Reuerendiſſimo D. meo Decano ad fauorem Excellentiſſi-
mi D. Federici Cæſij Ducis Aquæſpartæ, & in ſimili fuit
dictum *in Cæſaraugustana diſtributionum* 3. *Aprilis* 1620.
coram Cardinali Sacrato.

C *Dixi ſupra ad deciſ.* 285.

D *Capic. d. deciſ* 27. *num.* 17. *et ſeq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten. habitus,

Mercurij 14. Martij 1618.

Argumentum patet ex Summario.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Acta integrè tranſportata cenſentur niſi contrarium probetur.*

2 *Acta in inſtantia, & iudicio, à quo non pendet appellatio, non ſunt tranſportanda.*

3 *Sententia, à qua non fuit appellatum, præſumitur valida.*

4 *Acta illa ſunt tranſportanda, a quibus dependet appellatio interpoſita.*

DECISIO CCCXIII.

POST duas ſententias Rotales cauſa coram me deuoluta ad inſtantiam ſacræ Religionis, Dubitaui, an integrè acta eſſent tranſportata; & Domini affirmatiuè reſponderunt, adhærentes regulæ, quòd niſi aliud doceatur, pro
1 integra tranſportatione præſumatur, *iuxta doctrinam Bart in rub. de nou. oper. nunc. num.* 8. *verſ. ſed ſi non apparet*, ſæpiùs per Rotam ad hoc propoſitum approbata, vt in *Senogallien. ſyluæ* 24. *Maij* 1577. *coram Cotta, in Vratiſlauien. matrimonij* 6. *Fe-*
A *bruarij* 1609. *coram R. P. D. meo Caualerio* A, & in alijs. Vltra quam præſumptionem Dominis viſum fuit, nec etiam fuiſſe neceſſariam actorum primæ inſtantiæ coram Magno Magiſtro tranſportationem, ſuper cuius tantùm defectu inſiſtebant informantes pro Religione. Nam cum à dicta ſententia, (per quam pronunciatum fuit, probationes ſuper nobilitate pro d. Marco factas, fuiſſe, & eſſe bonas, & validas, pro lateribus, & familijs de Rubeo, & Minardis, pro lateribus verò, & familijs de Pirro nouas probationes fieri iuxta ſtylum, & antiquas conſtitutiones,) neutra partium appellauerit, imò vtraque illam acceptauerit, d. quidem Marcus nouas inducendo probationes, aduerſarij verò oblatione ſtatim facta refectionis expenſarum in termino vnius anni iuxta formam dictæ ſententiæ; neceſſe
2 non fuit, tranſportare acta in illa inſtantia, & iudicio, à quo non pendet appellatio, cum nec illa producta fuerint in nouo proceſſu ſecundæ ſententiæ dicti Magni Magiſtri, à qua hinc inde appellatum fuit, vt tenuit *Rota in d. Vratiſlanien. matrimonij* 6. *Februarij* 1609. *coram R. P. D. meo Caualerio, in Papien. Archipresbyteratus* 26. *Aprilis* 1610. *coram bon. mem. Penia, & nuper in Neritonen. habitus* 26. *Ianuarij* 1617. *coram R.P. D. meo Veroſpio, & in alijs ibi relatis.* Non obſtat, quòd videatur neceſſaria omnium actorum tanſportatio; quia ſtantibus ampliſſimis clauſulis commiſsionis, totius cauſæ cognitio ad Rotam deuoluta fuit, ac per ſententias Rotales pronunciatum, d. Marcum admittendum eſſe ad habitum; & propterea illæ non poſſunt ex actis iuſtificari, niſi omnia exhibeantur, fortè enim poteſt ex prioribus actis apparere de aliquo defectu circa omnia latera. Nam reſpondetur, quòd cum Religio (vt dictum eſt) eiuſque adhærentes circa dicta duo la-
3 tera non appellauerint, hoc non præſumitur, ſed potiùs contrarium, *cap. cum inter, de re iudic. Bald. in cap. noſti, de elect.* & ſi Religio id prætendebat, ipſa ea tran-
4 ſportare debebat, non autem Marcus, cui ſat eſt tranportare acta ſententiæ, à qua appellauit, vt in dictis *Roman. vineæ, & Neritonen. habitus.* In quam ſententiam eo libentiùs Domini deſcenderunt, quia Religio iam per duas inſtantias in Rota tacuit, & diſputauit tantùm cum proceſſu producto, & hodie tranſportato. Ex quibus pro integra tranſportatione deciſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ.* 64. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. Cardinal. Caualer deciſ* 335. *num.* 1. *et deciſ* 572. *num.* 7. *Gregor. XV. deciſ* 59. *num.* 1. *& ibi Adden. latè num.* 5. *& deciſ.* 118. *num.* 3 *& fuit dictum in Albinganen Cappellæ* 27. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. meo Nauarro et in Auenionen. bonorum* 22. *Maij* 1626. *coram R. P. D Durano, in Feretrana parochialis* 22. *Maij* 1628. *coram R. P D. Varili in Tullen. reformationis* 18. *Iunij* 1629. *coram R P. D. Dunozetto, et in Leodien. caſtrorum* 4. *Iulij eiuſdem anni coram R. P. D. Motmanno.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cornetana Aquæductus.

Veneris 12. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria, de ſtylo Rotæ, conceditur etiam ad partes minùs longinquas, & ad examinandum in partibus, quamuis aliqui teſtes in Curia examinati fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ob timorem ſubornationis ad locum iudicij adducuntur, etiam quòd aſſent vltra dietam.*

2 *Remiſſoria ex ſtylo Rotæ, etiam ad partes minùs longinquas conceditur.*

3 *Teſtes non debent temerè euocari, & a proprijs negotijs diſtrahi.*

4 *Remiſſoria conceditur, quamuis aliqui teſtes in Curia examinati fuerint, ſi tamen alij in partibus ſint examinandi.*

5 *Teſtes de Vniuerſitate, intereſſe particulare in cauſa non habentes, non repelluntur ad fauorem Vniuerſitatis.*

6 *Teſtes de Vniuerſitate non repelluntur ex modico intereſſe, ſed arbitrio Iudicis remittitur.*

7 *Teſtes de Vniuerſitate dicuntur deponere ad proprium commodum ſingulorum, ſi agatur de paſcuis, & nemoribus, in quibus animalia ſingulorum paſcuntur, & ſinguli ligna incidunt; ſecus ſi Communitas habet animalia propria, vel paſcua, ſiuè ligna venderet.*

8 *Teſtes de Vniuerſitate ad fauorem Vniuerſitatis deponentes non ſunt omni exceptione maiores: ſuppletur tamen huiuſmodi defectus ex numero, vt ibi num.* 9.

DECISIO CCCIV.

IN cauſa coram Congregatione boni regiminis pendente inter Dominos de Vipereſchis ex vna, & Communitatem Terræ Corneti ex alia, ex ordine eiuſdem Congregationis propoſui dubium, an dictæ Communitati eſſet conceden. remiſſoria pro examinan. teſtibus ſuper materia ad eius intentionem iuſtificandam producta, vel potiùs dicti teſtes eſſent euocandi ad Vrbem; & Domini ad vtramque partem reſponderunt pro Communitate. Non enim controuertebatur releuantia materiæ, quæ fuit admiſſa per dictam Congregationem, & ſuper ea iam cœptum examen teſtium in Curia, ſed rota vis fiebat, quòd ſuberat timor
1 ſubornationis, ex qua cauſa ſolent adduci teſtes ad locum

cum iudicij, etiam quòddiſtent vltra diætam, & præ-
ſertim teſtes de Communitate, nè in facie Magiſtratus ſe
ſubijciant examini; quæ ratio fuit ponderata per *Capu-
taq. in decif. 50. num. 4. par. 3. & Rot. in decif. 240. num.
7. par. 3. lib. 3.* Nihilominus Dominis viſum fuit non
2 recedere à ſolito Rotæ concedendi remiſſoriam, etiam
ad partes minùs longinquas, vt in ſpecie fuit obſeruatum
in vna ſimili *Viterbien. decurſus aquarum coram Il-
luſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio ſub die* 15. *Nouembris*
1604. cum tamen Ciuitas Viterbien. non diſtet ab Vr-
be vltra 40. milliaria, & ſic minùs, quàm Oppidum
3 Cornetanum. Non enim debent teſtes temerè euocari,
& à proprijs negotijs diſtrahi, *l. fin. ff. de teſtib. Abb. in
cap. cum cauſa, num. 22. ad med. verſ. ſi verò in hoc nulla
eſt conſuetudo, & ibi Felin. num. 31. ad fin. verſ. & iſta
procedunt extr. de teſtib. Veſtr. in prax. cap. vlt. num. 1.
4 lib. 6.* Non obſtat, quòd aliqui teſtes fuerint pro Com-
munitate in Vrbe examinati, & quod ideò alij ſint euo-
candi, vt ſeruetur ſolitum ad tex. *in l. 3. §. teſtes, ff. de
teſtib. & ibi Gloſ. in verb. ſæpè, Aret. conſ. 83. num. 4.
verſ. circa quartum, Boccac. de liter. remiſſ. cap. 2. num. 7.*
Nam huiuſmodi limitatio iure non probatur, imò con-
trarium quotidie practicatur. Non obſtat etiam, quòd
teſtes ſint de Vniuerſitate; quia nihilominus non ha-
bent intereſſe particulare in cauſa, & ideo ex hoc non
5 veniunt repellendi, pro quibus latè *Farinac. de teſtib.
quæſt. 60. num. 495. & diſtinxit Rota in Narnien. confi-
nium* 10. *Decembris* 1603. *coram Reuerendiſſimo D. meo*
A *Decano.* A, Prætenſus timor ſubornationis viſus fuit
Dominis inueriſimilis, attenta præſertim qualitate Do-
minorũ de Vipereſchis, qui ſunt nobiles, & quòd parti-
culares Oppidani nullum poſſunt ſentire incommodum,
etiam quatenus Communitas ſuccumberet in cauſa,
cum dicta Communitas (vt ſupponitur) ſit valde diues,
& ceſſat periculum imponendi collectam prò ſoluendo
credito, quod prætendunt Domini Vipereſchi, quod
conſideratur in hac materia ad repellendum teſtes de
Vniuerſitate. Ad ſubmouendum autem omnem ſuſpi-
cionem loci, & Iudicis, dixerunt Domini, teſtes de Com-
munitate examinandos eſſe extra Oppidum, & territo-
rium Corneti in loco viciniori.

Ex quibus etiam reſoluta remanet ſecunda pars dubij. Et
ita fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A *Greg XV. decif 340. nu. 1. & 8. et ibi Adden. nu. 14. Card.
Caualer decif 140 nu. 3 & 143. num. 2. et fuit dictũ in Ca-
lagurit. vna erectionis in parochialem* 11. *Ianuarij* 1619. *co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Veroſpio, in Cluſina beneficij*
28 *Iunij* 1624. *coram R. P. D. Dunozetto, in Ciuitatis
Caſtelli beneficij* 16. *Martij* 1629. *coram R. P. D. Virili,
et in Bergomen. Cappellaniæ* 18. *Maij* 1629. *coram R. P. D.*
6 *Merlino*, &, vt teſtes de Vniuerſitate non admittantur ad
teſtificandum pro ea, non ſufficit modicum eorum intereſ-
ſe, *Caſ. de Graſſ decif. 8. num. 8. de teſtib.* & ideo quale, &
quantum eſſe debeat, Iudicij arbitrio remittitur, *Gregor.*
7 *XV. d. decif. 340. num. 9.* Dicitur tamen agi de commodo
ſingulorum, quando agitur de paſcuis, & nemoribus, in
quibus ſingulorum animalia paſcuntur, & ſinguli ligna in-
cidunt, *Afflict. decif. 40. num. 5. Cauar. pract. quæſt cap.
18. num 4 verſ. quartò Iudices admonendi ſunt, Roland.
latè conſil 72. num. 13. et 14 lib. 2. Cardinal Caualer d de-
ciſ. 140 d. num. 3. et d decif. 143. ſub nu. 2.* ſecus ſi Vniuer-
ſitas paſcua venderet, vel haberet animalia propria, quæ
paſcerentur, vt in *d. dec. 143. Card. Caual. nu.* 3. item licèt
8 teſtes de Vniuerſitate, vbi non agitur de intereſſe ſingu-
lorum admittantur ad eius fauorem, non ſunt tamen om-
nino integri, & omni exceptione maiores ob affectionem,
quam erga ſuam Vniuerſitatem habere præſumuntur, *Co-
uar. d. cap. 18. num. 4 verſ quin Natt. conſil. 672. num.
58. cum alijs, quos referunt Honded. conſil 17. num. 38.
lib. 1. et Roland d. conſil. 72. num. 5. Rot in Senogallien.
iuris paſcendi* 17. *Nouembris* 1619. *coram bon mem. Rem-
boldo.* ſuppletur tamen huiuſmodi defectus ex numero,
*Rolan. d. num. 5. Honded. d. conſil. 17. num. 42. Gregor.
XV. d. decif. 34. num. 6. et 7. et fuit dictum in allegatis
Bergomen coram R P. D Merlino, et Ciuitatis Caſtelli
coram R. P. D Virili*, & ideo quando plures, quàm duo
teſtes de Vniuerſitate aliquid deponunt, plenè probant
Honded. et Roland vbi proximè.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Beneuentana Saluiani interdicti.

Veneris 16. Martij 161[illegible]

ARGVMENTVM.

Ægidiana non comprehendit perſonas Eccleſia-
ſticas, etiam ad fauorem ipſarum, vel litis
conſortium, qui eſſent laici.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas.*
2 *Ius ex actoris perſona metiri debemus.*
3 *Actori non debet plus licere, quàm reo.*
4 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt.*
5 *Reo magis fauendum eſt, quam actori.*
6 *Aegidiana locum habet, ſiue ſententia ſit lata contra acto-
rem, ſiuè contra reum.*
7 *Appellatio vnius ex litis conſortibus prodeſt alteri, qui
non appellauit.*

DECISIO CCCXV.

HODIE pro indubitato Domini ha-
buerunt, non intrare Ægidianam pro-
hibentem appellationem in poſſeſſo-
rio, nec eſſe laborandum pro nunc ſu-
per iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ,
& an pars bonorum, in quibus data
fuit immiſſio Dominis de Morra, ſit
emphyteotica, de quibus fuit dictum in præteritis re-
ſolutionibus, & ſuo tempore tractabitur. Nam cum
in cauſa eſſet, & hodie ſit Archiepiſcopus Hydruntinus,
ad cuius inſtantiam emanauit monitorium, & prolata
fuit ſententia poſſeſſione ſubſequuta in remedio Saluia-
ni contra Ferrantinum, *vt in ſummario dicti Ferrantini
huius tertiæ poſitionis num.* 1. ſequitur, appellationem
1 dari quo ad totum prædium, cum Ægidiana non habeat
locum in perſonis Eccleſiaſticis, ex defectu videlicet po-
teſtatis Cardinalis Ægidij illius conditoris, qui in tem-
poralibus tantùm iuriſdictionem habebat, vt poſt plu-
res deciſiones relatas ex ſententia à Rota canonizata,
latè conſuluit *Honded. conſ. 20. num. 6. cum ſeqq. lib.
2.* Et ita pluries deciſum fuiſſe teſtatur R. P. D. meus
Manzanedus *in Roman. Saluiani interdicti* 1. *Iulij* 1609.
*vt in decif. impreſſ. per Marcheſ. de Commiſſion. part. 2.
fol. mihi* 468. Nec refert, quòd ſententia ſit fauorabilis
2 Archiepiſcopo. Quia cum ipſe ſit actor, ex eius per- 3
ſona ius metiri debemus, *l. 1. ff. ſi pars hered. pet. Caſ-
ſad. decif. 3. de iudic. & in iſtis terminis tenuit Rota in*

Spe-

Spoletan. hereditatis 7. *Iunij* 1585. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in Perusin. hereditatis* 27. *Iunij* 1587. *coram Brauo impreſſis poſt tractatum Modern. Roman. de Saluian. interdict. ſub num.* 123. & 126. Nec
3 plus debet licere actori, quàm reo, *l. non debet actori,*
ff. de reg. iur. cap. non licet, eodem tit. in 6. cum in iudicijs
4 ſeruanda ſit æqualitas *l. in ſacris* 12. *ſ. quoniam C. de*
prox. Sacr. Scrin. lib. 12. *cap. in iudicijs, & ibi gloſ. de*
reg. iur. in 6. & in terminis appellationis eſt *tex. in cap.*
prudentiam de mut. petit. & dixit Rota in Anconitana aſ-
ſecurationis 1. *Iulij* 1602. *coram Reuerendiſſimo D. meo*
Decano. Quæ loquitur in reo, cui tanquam fauorabilio-
5 ri multò magis licere id debet, quod actori permittitur,
vt benè arguit *gloſ. in d. cap. non licet, per tex. in cap. cum*
ſunt, eodem tit. Et in ſpecie quòd Ægidiana habeat lo-
6 cum, ſiuè ſententia lata fuerit contra actorem, ſiuè con-
tra reum, *Put. deciſ.* 407. *lib.* 2. *in nou. impreſſ.* Quæ ra-
tio militat etiam quo ad fratres, & litis conſortes Ar-
chiepiſcopi. Quemadmodum enim ſi ſententia fuiſſet
7 contra eum, & alios lata, appellatio vnius profuiſſet
omnibus, *l.* 1. & 2. *C. ſi vnus ex plurib. &c. cap. penult.*
A *de appellat. Put. deciſ.* 459. *lib.* 2. *in nou. impreſſ.* A, Et
ita etiam dicendum eſt, quòd appellandi ius reo com-
petens contra Archiepiſcopum, eidem proſit contra
omnes, vt ſeruetur æqualitas, ex prædictis.

Ex quibus Domini perſtiterunt in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A *Lancellott. de attentat. cap.* 12. *ampliat.* 11. *num.* 1. *& ſeq. Rot. deciſ* 183. *num.* 5 *& deciſ.* 191. *num* 1. *part.* 1 *recent.* & appellatio ab vno ex litis conſortibus interpoſita iuuat alios, etiam ſi poſtea per appellātem fuerit appellationi renunciatum, *Felin. in cap. cum ſuper, num* 8. *de re iudic. Gabr. conſil.* 38. *num.* 5. *lib.* 1. *Rot deciſ.* 52. *de appellat. in nou. & d. deciſ* 191. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* licèt contrarium videatur ſentire *Lancellott. vbi ſupra num.* 7. limitatur tamen hæc concluſio, vt non procedat, quando conſors haberet procuratorem diuerſum à procuratore appellantis, conſtituendo enim alium procuratorem videtur prohibuiſſe, ne conſors ſe ingereret, & ideo non poteſt ei conſortis appellatio prodeſſe: ita *Lancellott. d. ampliat* 11. *num.* 8. *Creſcent. deciſ.* 7 *num.* 3. *de procurat & iuxt dictum in Taruiſina feudi* 15. *Ianuarij* 1624. *coram bon. mem. Remboldo.* Secundò limitatur, quando litis conſortes acquieuiſſent ſententiæ, *Guid. pap. de appellat. q.* 120. *verſ. ſed fallit primò Lancellott. loco cit. num.* 12. *Rot. d. deciſ.* 183. *num.* 6. *in princ.* Tertiò limitatur quando cauſæ defenſionis eſſent diſtinctæ, *Guid pap. d quaeſt.* 120 *num.* 96. *verſ. tertiò fallit, Lancellott. d. ampliat.* 11. *num* 12. *Rot. d. deciſ.* 183. *ſub num.* 6. *ad fin.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bergomen. Cappellaniæ.

Veneris 23. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Præſentatio facta de ſe ipſo à Patrono non valet, etiam ſi beneficium ſit ſimplex, ſi tamen concurrat cum compatronis cenſetur potiùs electioni de ſe factæ conſentire, quàm principaliter ſe ipſum præſentare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non dicitur vacare per obitum illius, qui ſolùm fuit præſentatus.*
2 *Patronus ſeipſum præſentare nequit, & nullum ius ex tali præſentatione acquiret, etiam ſi beneficium ſit ſimplex, niſi per viam ſupplicationis. num.* 13.
3 *Patronus non poteſt nec etiam cum alijs compatronis ſe eligere, ac præſentare, declaratur vt num.* 4. 5 *& ſeqq.*
4 *Patronus in electione aperta poteſt ſe eligere, & electioni de ſe factæ conſentire.*
5 *Actus præſumitur factus eo modo, quo facienti vtilius eſt.*
6 *Actus prout de iure perſiſtit factus præſumitur.*
7 *Actus geſtus præſumitur eo modo, quo pœna euitatur.*
8 *Electio facta præſumitur eo modo, vt vitium ambitionis vitetur.*
9 *Patronus vna cum alijs ſe eligens non principaliter, ſed per viam acceſſionis conſenſiſſe præſumitur.*
10 *Interpretatio in dubio facienda eſt, per quam validetur actus.*
11 *Clauſula,* omni meliori modo, *facit valere actum eo modo, quo poteſt.*
12 *Patronus a compatronis electus tanquam de familia ceteris eſt præferendus.*
13 *Electus ſenior, & qualificatus præferendus eſt.*
14 *Impugnare quis non poteſt illud, ex quo ius ſuum deducit.*
15 *Validitas ſententiæ vt ſequatur, interpretatio fieri debet.*
16 *Clauſula,* omni meliori modo, *facit valere actum etiam vltra expreſſa.*
17 *Clauſula,* dummodo, &c. *in literis ſubrogationis præſeruat ius quæſitum, etiam ex ſola præſentatione; procedit quando præſentatio eſt talis, ex qua præſentatus neceſſariò veniat inſtituendus, num.* 18.

DECISIO CCCXVI.

SOLO Io. Antonio informante 7. menſis præteriti fuerat reſolutum, ſententiam Rotalem ad eius fauorem latam eſſe confirmandam. Vndè hodie repropoſito dubio ad inſtantiam Pauli, Domini ſteterunt in deciſis, non obſtantibus, quæ contra deciſionem adducebantur. Nam prima obiectio erat, quòd ſententia canonizauerit gratiam Io. Antonij ſubrogationis in poſſeſſionem beneficij vti vacantis per obitum Ludo-
uici, ex cuius tamen perſona vacare non poterat, cum
1 ipſe ſolùm præſentationem, non autem inſtitutionem,
nec poſſeſſionem habuiſſet, *Card. Seraph. deciſ.* 1446. *num.* 1. & 2. quæ ceſſare viſa fuit ex lectura ſententiæ, in qua narratur ſola præſentatio dicti Ludouici, non autem vacatio per obitum illius, ſed q. Angeli extra Romanam Curiam de menſe Februarij 1612. defuncti. Secunda verò deducebatur ex eo, quòd ſententia declaret, Ioannem Antonium eſſe inſtituen. eumque inſtituat vti ſubrogatum in locum dicti Ludouici, quem tamen dicebatur nullum ius habuiſſe, ex quo ſe ipſum
2 præſentare non potuit, *cap. per noſtras, & ibi not. om-*
A *nes, de iure patr.* A, quod habet etiam locum, vbi
quis ſe cum alijs compatronis eligit, ſeù præſentat, prout hic, *cap. cum in iure, vbi omnes, de elect. Lambert. de iurepatr. art.* 6. 8. *quaeſt. princ.* 1. *part. lib.* 2. Sed hæc quoque obiectio tolli viſa fuit, quia ad electionem, ſeù præſentationem Ludouici non fuit proceſſum per viam ſcrutinij ſecreti, quo caſu cum electus ignoret, an alij in eum conſenſerint, ille non poteſt in ſe ipſum conſentire, quia ſic oriretur à ſe ipſo, & vti ambitioſus repelleretur; ſed fuit facta palam, & per vota aperta, vndè

cum ipſe tunc non potuerit ſe eligere, quin priùs ſciret ſe
ab alijs electũ, dici non potuit à ſe ipſo oriri, ſed ab alijs
vocatus, & conſentiendo præſentationi de ſe factæ au-
4 xit numerum tanquam vnus de habentibus ius præſen-
tandi; ita communiter declarant *Doct. in d. cap. cum
in iure, vbi Butr. num. 36. verſ. nec obſtat, & verſ & ex
prædictis Abb. num. 5. verſ. & dic quòd vera ratio, Card.
col 6. poſt princ. verſ. quartam lecturam, & verſ. illa
enim gloſ. Imol. num. 5. verſ vnde Oſtien. & num. 6.
verſ. item poſſunt, qui de communi, Butr. & Anchar. poſt
Oſtien. in d. cap. per noſtras, num. 3. verſ quod intelli-
git, & ibi Butr. num. 8. verſ. hoc verum dicit, Abb. conſ.
25. num. 3. part. 2. Rocch. de iurepatr. in verb. honorifi-
cum, num 20. verſ. limita nunc, latè Lambert. eodem
tract. 8. art. 8. quæſt. princip. 1. part. lib. 2.* & ſecuta
eſt Rota in hac cauſa *ſub die 26. Iunij 1615. & 27. Maij
1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.* Licèt autem ex te-
nore dictæ nominationis, & præſentationis palam fa-
ctæ, clarè non appareat, an Ludouicus ſe ipſum vnà
cum alijs principaliter elegerit, an verò potiùs conſen-
tiendo dictæ nominationi de ſe factæ, iuxta formã tradi-
5 tam *per Doct. pract.* tamen præſumi debet, feciſſe illum
actum eo modo, quo ſibi vtilius erat, *Bart. in l. gerit,
6 num. 21. ff. de acquir. hered.* & prout ſibi de iure per-
mittebatur, *gloſ. in l. 2. in verb. probetur, C. de pet.
hered. Bald. in l. 1. col. 2. ff. ſolut. matrimon.* & vt pœ-
7 nam non ſubiret, *Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloſ. 1. num.*
34. & ne incideret in vitium ambitionis, vt in terminis
8 conſiderauit Rota *coram fel. recordat. Clem. VIII. deciſ.*
B 185. *num. 4. part. 2. diuerſ.* B, & proinde cenſendum
eſt, ipſum in ſuam nominationem, & præſentationem
9 conſpiraſſe, non principaliter, ſed per viam acceſſionis
*DD. in d. cap. cum in iure, de elect. Lambert. d. quæſt. 8.
princ. artic. 7.* quæ interpretatio in dubio ſumenda eſt,
10 cum tendat ad validandum, non ad deſtruendam actum,
vulg. l. quoties, ff. de reb. dub. cum ſimil. & quia vel ma-
ximè ſuadetur ex clauſula, *ac omni meliori modo*, imme-
11 diatè poſt nominationem adiecta, quæ facit valere
actum eo modo, quo poteſt, *Felin. in cap. cum ſuper,
num. 11. de offic. deleg. Dec. conſ. 11. num. 20. verſ. &
apparet.* Vltra quòd ſubducta etiam ipſius voce, cum
haberet medietatem patronorum exiſtentium in quaſi
12 poſſeſſione, veniebat nihilominus præferendus tanquã
de familia fundatoris, *Gloſ. in cap. neminem, in verb. ſiue
poſſeſſionis, 70. diſtinc. Roch. de iurepatr. in verb. honori-
ficum 18. quæſt. num. 46. verſ. prima opinio, Lambert.
eod. tract. 4. art. 5. quæſt. princ 3. part. 2. lib. num. 3.
in fin. verſ. ſucceſſiuè, Ferrett. conſ. 131. num. 4. Rot. in
Foroliuien. Sancti Mercurialis 10. Iunij 1577. coram
13 Bubalo*, & vti magis qualificatus, quia ætate ſenior,
*Bald. conſ. 167. in fin. lib. 4. Rocch. vbi ſupra, quæſt. 15.
num. 41. Lambert. d. quæſt. 5. princ. art. 13. num. 1. &
ſeqq.* & pluribus comprobato *Roland. conſ. 47. num. 70.
& ſeqq. lib. 1.* & quia actu Sacerdos, *Rota in d. Foro-
liuien. S. Mercurialis coram Bubalo, & in hac cauſa ſub di-
cta die 27. Maij 1616.* Nec obſtat prouiſio Apoſtolica
à Paulo impetrata, cum derogatione medietatis patro-
norum exiſtentium in quaſi poſſeſſione: quia (vt iam
deciſum fuit ſub die 26. Iunij 1615.) illa non erat iuſtifi-
cata, nec poterat iuſtificari, præſertim in eo, quòd
haberet medietatem, cum tantùm à quinque ex vnde-
cim præſentatus fuerit. Præterea conſiderabant Do-
mini, quòd licèt ſententia declaret, gratiam ſubroga-
tionis in locum Ludouici eſſe canonicam, & Ioannem
Antonium fore, & eſſe inſtituendum: tamen non dicit,
eſſe inſtituendum vti ſubrogatum in locum Ludouici;
& ideò cum non ſit ita reſtricta, & Ioannes Antonius
fuerit etiam ſubrogatus in locum Angeli, de cuius iure
14 dubitari non poteſt, cum etiam Paulus veniat ex va-
catione per obitum ipſius, *Seraphin. deciſ. 750. num. 1.
& fuit dictum in Paten. Canonicatus 11. Decembris 1613.
coram R. P. D. Pirouano, & in Virdunen. Abbatia 20.
Februarij 1615. coram me*, inſtitutio debet cenſeri quo-
que facta in vim dictæ ſubrogationis in locum Angeli;
pro validitate namque ſententiæ capitur ſemper inter-
15 pretatio, *Crauett conſ. 52. num. 2. verſ. ſimiliter vide-
mus, cum alijs in Paduana iuriſpatron. 4. Maij 1616. co-
ram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, præſertim cum
adſit in ſententia clauſula, *& omni meliori modo, &c.*
16 quæ facit valere actum etiam vltra expreſſa, *Caputaq.
deciſ. 124. part. 1. Achill. deciſ. 1. de verb. ſignif. cum
C alijs deciſſ rel. per Moder. clauſ. 88. part. 1.* C, Nec ad-
uerſatur clauſula, *dummodo*, in literis ſubrogationis iux-
17 ta ſtylum appoſita, quæ ſolet præſeruare ius quæſitum,
etiam ex ſola præſentatione, *Rot. deciſ. 17. de præbend.
in nou. Felin. in cap in noſtra, num. 25. in 28. coroll. de
reſcript. Creſc. deciſ. 7. num. 3. de iurepatr.* Quia hoc in-
18 telligitur quando præſentatio eſt talis, vt ex ea quis
veniat neceſſariò inſtituendus, *Paul. de Cittadin. de iu-
repatr. 6. part. in princ. num. 11. Mohed. deciſ. 1. de
præben. fuit dictum in Mediolanen. Cappellania 27. Mar-
D tij 1602. coram Corduba* D, qualis non erat præſenta-
tio Pauli, qui non habebat maiorem partem patrono-
rum, & cui nec ex dicta prouiſione cum derogatione
medietatis erat ius quæſitum ex prædictis.
Ex quibus Domini permanſerunt in deciſis, vtraque par-
te informante, &c.

ANNOTATIO.

A Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare, nec procu-
ratorem ad ſe ipſum præſentandum conſtituere, *cap. fin.
de inſtitut. Lambertin. de iurepatron in prima part. 2. lib.
quæſt. 8. artic. 9. & infra deciſ. 714.* in qua præſens de-
ciſio confirmatur; & quamuis in beneficijs ſimplicibus,
in quibus ceſſat cauſa ambiendi, contrarium tenuerint
*Lambertin. vbi proximè artic. 2. num. 2. Peregrin conſ.
18. num. 15. lib. 5. Ioſeph. Ludouic. concl. 42. verſ. amplia-
tur quintò.* Attamen Rota ſequitur *Io Andr. & Abb qui
in cap. per veſtras* ſupra dictam concluſionem etiam
in beneficijs ſimplicibus locum ſibi vendicare aſſirmant,
vt fuit reſolutum *in Regien patronatus 15. Ianuarij 1624.
coram R. P. D. Pirouano, & 15. Martij 1625 coram bon.
mem. Vbaldo*, quas ſecuta eſt Rota *in Barchinonen. benefi-
cij 2. Maij 1625. coram eodem D. Pirouano.*
Poſſet tamen declarari, vt nõ procedat, quãdo patronus pro-
19 ceſſit per viam deprecationis, & ſupplicationis, quia tali
caſu poteſt Ordinarius illum gratificando admittere, vt
tenuit *Abb in d. cap. per veſtras, de iurepatr. Lambertin.
eod. tit. d. part. 1. lib 2. quæſt. 8. art. 3. & fuit dictum in
præallegat. Regien iuriſpatron 15. Ianuarij 1624. coram
R P. D. Pirouano confirmata d. die 15. Martij 1625. co-
ram bon. mem Vbaldo.*
B *Rota in d. Barchinonen beneficij 2. Maij 1625. coram R. P.
D. Pirouano, & infra deciſ 481. coram Domino meo.*
C Vide infra *deciſ. 332. num. fin. 337. num. 25. 362. num.*
7. in quibus hæc deciſio allegatur.
D Hanc deciſionem in his præciſis terminis ſequuta eſt *Rota
coram Cardinali Caualerio deciſ. 517. num. 6.*

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Fe-

DECISIO CCCXVII.

Ferentina bubalatum.

Lunæ 26. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Ementi cum clauſula, *conſtituti*, ſubſecuta traditione reali competit reintegratio, ſi ſpoliatus fuerit re empta, etiam ſi emptio facta ſit ex pecunia aliena.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, conſtituti, *transfert poſſeſsionem in emptorem, quæ poſſeſsio ſufficit pro remedio recuperandæ.*

2 *Traditione rei probatur poſſeſsio tradentis.*

3 *Teſtis deponens de credulitate, & opinione non probat.*

4 *Ementi quæritur res empta, licèt pretium ſit alienum.*

5 *Dominium non probatur ex appoſitione merchij, & deſcriptione in cataſtro, quoad fauorem illius, cuius eſt merchium, vel ibi eſt deſcriptus.*

6 *Confeſsio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat. & num. 9.*

7 *Merchij appoſitio, & deſcriptio in cataſtro non inducunt poſſeſsionem rei ab alio emptæ.*

8 *Confeſsio propria præualet mille teſtibus contrarium deponentibus.*

9 *Cataſtrum non probat contra illum, qui deſcriptioni non interfuit; declara, vt ibi.*

DECISIO CCCXVII.

EXISTIMARVNT Domini, non eſſe recedendum à decıſis ſub die 30. Octobris præteriti, intrare videlicet actionem ſpolij ex perſona q. Laureti, & ſic illius hæredes eſſe reintegrandos ad poſſeſſionem, ſeù quaſi armenti bubalarum, de quo agitur. Nam pro conſtanti habuerunt, primum extremum anterioris poſſeſſionis dicti Laureti plenè, & concludenter probatum eſſe per emptionem dicti armenti per eundem Lauretum factam ab illis de Virgilijs per publicum inſtrumētum cum clauſula, *conſtituti*, ſubſecuta etiam actuali pretij numeratione, cum quietantia in forma, quæ etiam
1 probatur per teſtes tertium, ſextum, & nonum iuxta vndecimum, & ſuper primo, & ſecundo *in ſummario hæredum Laureti num.* 3. & primum, tertium, ſextum, & ſeptimum ſuper primo, *num.* 6. de qua etiam emptione deponit primus teſtis illorum de Angelis iuxta decimum. Nec dubitari poteſt, tam de poſſeſſione dictorum de Virgilijs, quàm etiam dicti Laureti, quia ſupradicti teſtes optimè probāt de bubalarum traditione, illarumque poſſeſſione per Lauretum capta ſequuta emptione, & præcipuè tertius ſuper primo *num.* 3. & ſuper ſecundo *num.* 4. & 6. & primus ſuper eodem *num.* 6. traditio enim actualis, de qua deponunt,
2 facta Laureto probat poſſeſſionem dictorum de Virgilijs venditorum, & conſequenter intrat etiam virtus pacti conſtituti; præſertim quia dicti de Angelis, non ſolùm non reuocant in dubium, ſed admittunt poſſeſſionem, tàm dictorum de Virgilijs venditorum, quàm Laureti emptoris, dum deducunt, illam fuiſſe factam de eorum proprijs pecunijs, & ad eorum commodum, & poſſeſsionem in eos translatam per Lauretum, mediante traditione dicti armenti, quæ in neceſſarium antecedens præſupponunt poſſeſſionem dictorum de Virgilijs, & Laureti. Non obſtat, quòd primus teſtis dictorum de Angelis iuxta decimum dicat, armentum fuiſſe emptum per Lauretum nomine ipſorum, & de eorum pecunijs: tùm quia dum dicit, emptionem fuiſſe factam nomine Ioannis, nullam reddit rationem ſui dicti, ſed ſolùm de auditu à Virgilijs. Maximiliano fratri Ioannis, & quòd ipſe numerauerat pecunias: & nihilominus, ex inſtrumento, & quietantia conſtat, quòd tàm emptio, quàm ſolutio cantant nomine Laureti, de pecunijs verò Ioānis dicit de auditu à dictis Virgilijs, & Laureto, & nihilominus reddit cauſam, quia in Ciuita-
3 te Ferentini dicebatur, *che lo faceuano forte detti de Angelis*; & ſic potiùs teſtis deponit de opiniòne, & credulitate, quòd emptio eſſet facta pro Angelis, & eorum pecunijs, quàm de veritate, & ſcientia; qui etiam in omnem caſum eſt vnicus; & licèt pretium fuiſſet dictorum de Angelis, tamen hoc nō impediret, quin armen-
4 tum emptum effectum fuiſſet ipſius Laureti ementis, *l. ſi ex ea, C. de rei vendic. l. 1. vbi Doct. communiter, C. ſi quis alt. vel ſibi, Rip. in l. 1. num. 11. verſ. & ſi res empta, ff. in quib. cauſ. pign. tac. contr. Caſtr. conſ. 319. in princ. lib. 2.* Et ideo non intrant adminicula appoſitio-
A nis merchij, deſcriptionis in cataſtro, A, *l. ſi pater,*
5 *vbi Bald. num. 1. C. de act. empt. Alex. conſ 10. num 5. vol. 4.* & non reuiſæ rationis per Lauretum cum dictis de Angelis fructuum dictarum bubalarum, quæ negatiua non fuit probata per teſtes *in nouo ſummario de Angelis num.* 2. qui ſolùm dicunt, Lauretum fuiſſe perſonam diligentem, qui veriſimiliter vidiſſet computum, nihil autem dicunt, quòd non fuerint reuiſa, prout etiam firmarunt conſtare de traditione, & cuſtodia dicti armenti incontinenti per Lauretum facta Ioanni, de quà deponunt ſextus, & nonus teſtes actorum, & vndecimus de ſcientia *in ſumm. primo Laureti num.* 4. Accedit etiam confeſſio extraiudicialis dicti Ioannis, de qua primus ſuper 9. & ſuper 17. & tertius iuxta 27. & ſuper ſecundo in præterito *ſummario Laureti num.* 4. quod Lauretus conſignauerat bubalas Ioanni in cuſtodiam, quæ
6 cōfeſſio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat *Felin. in cap. ſi cautio num. 7. de fide inſtr. Put. deciſ. 11. num. 3. lib. 2.* & de eadem poſſeſsione Laureti alij plures teſtes *primo ſummario num.* 6. 7. & 8. & actus poſſeſſorij fuerunt ponderati in deciſione. Prætenſæ contrarietates inter ſextum, & nonum ſunt reſeruatæ particulariter viden. Prætenſi verò actus poſſeſſorij, qui
7 deducuntur pro Ioanne videlicet appoſitionis mer-
B chij, B, deſcriptionis in cataſtro, & ſolutionis pœnarum pro damnis datis a Bubalis non probant poſſeſſionem armenti per Lauretum translatam in Ioannem, ſed potiùs in conceſsionem, & ſpolium Laureti, præcedente dicta emptione, cuſtodia data, & confeſſione
8 Ioannis benè probata, quæ præualet mille teſtibus contrarium aſſerentibus, *Ayn. conſ. 61. num. 3. Gabr. de teſtibus concl. 4. num. 75. illat. 24.* Denique omnia quæ nunc deducuntur, fuerunt aliàs ſublata in deciſione, & placuerunt etiam DD. prout, & reſponſiones informan. pro illis de Piſce, cum præſertim percutiant, vel in conceſſionem poſſeſſionis, & inferant ad ſpolium, reſpiciant petitorium, nec in omnem euentum poſsint tollere probationes dictorum de Piſce plenas, & concludentes, & cum aſsiſtentia tituli legitimi ad *Bart. in l. ſi duo, in princ. num. 2. de acquir. poſſeſſ.*

Ex quibus, & alijs in dicta deciſione dictis, Dominis viſum fuit nihil releuans adduci, & propterea ſteterunt in deciſis.

ANNOTATIO.

A. Cataſtrum non probat dominium, neque poſſeſſionem
9 in præiudicium eius, qui non conſenſit deſcriptioni, *Dec. conſ. 146 num. 13. verſ nam ſicut. Peregr de fideic. art. 44. num. 9 Menoch. conſ. 147 num 51. & 252. n 13. Seraph. deciſ. 1061. num 5. & 1077. num 2. & de commu- ni Maſcard. de prob. concl. 273. num 1. Menoch de arbitr. caſ 91. num. 27. Rota in recent. deciſ. 706. num. 6 par 2. in Tudertina bonorum 31. Ianuarij 1622. & 2. Maij eiuſdem anni coram Patriarcha Manzanedo, & in Reatina bonorum 13. Iunij 1622. coram R. P. D. Pirouano*, ſecus quando agitur inter perſonas in Cataſtro comprehenſas, *Pariſ. conſ. 104. in fin. Alex conſ. 10. num. 6. lib. 4. Hier. de Monte in tractat. de finib reg cap. 64. num. 6. & 7.* Verum licet Cataſtrum non probet, facit tamen adminiculum non leue, vt poſt *Soccin. conſ. 89. num. 31. vol. 1. Pariſ conſ. 55. num. 21. vol. 1. Hier. de Monte vbi proximè num 8. Mandel. Alb conſ. 34. num. 11. & 12. Maſcard d concl. 273 num 8. Card. Seraph deciſ. 1061. d. num. 5.* & facit præſumptionem, quo vſque contrarium probetur *Peregr. d art. 44. num. 12. fuit dictum in Porolinien. fideicommiſſi 11. Februarij 1613 coram R. P. D Pamphilio. & in Ciuitatis Caſtelli bonorum 24. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Manzanedo, Rota in Nucerina prædij 20. Maij 1622. & 29. Maij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro.* Ac fidem faceret, ſi ab officiali publico benè cuſtoditum aſſeruaretur, vt poſt *Soccin. conſ. 205. col 2. lib. 2. & Affl. deciſ 303. num. 3. 4. & 5. Seraph. d deciſ. 1077. eod num. 2.* præſertim ſi conſueuerit ei fides adhiberi. *Barbat. conſ 6. num. 10. & 11. Alex conſ 92. num. 6 lib. 2.* alias declarationes habes apud *Maſcard d concl. 273.*

B Merchium, vt dicitur, ſiue ſtigmata in corpore gregis ſignata probant identitatem, *l. ſtigmata C. de Fabric lib. 20. vbi Bart l penultima §. penult C. de aquaduct. lib. 11. l. 3. C. de bonis vacan lib 10. l quòd ſi neque ff de peric & comm rei vend Luc de Penna latè in d. l. ſtigmata, num 5.* vbi dicit, ſufficere hanc probationem quoad poſſeſſionem, & quoad dominium, *Iaſ conſ 170. num. 16. lib. 2. Oſaſc. deciſ 40. num. 2.* & in ſimili *Menoch præſumpt. 15. num 12. lib. 6. & fuit dictum in Carpentoraten reſtitutionis ouium 23. Iunij 1625. coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Andrien. Archipresbyteratus.

Veneris 30. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Canonicatus capta à procuratore habēte mandatū à Notario regia, & ſeculari auctoritate creato, an ſuffragetur, & an, & quando Capitulariter capi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex inſtrumento adeptionis illius vacantis, mediante procuratore ſpecialiter deputato.*

2 *Notarius Regia, & ſeculari auctoritate creatus de iure nequit in Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus ſe intromittere, ſecus de conſuetudine, num. 5.*

3 *Inſtrumenta conficere, an ſit propriè poteſtatis, & iuriſdictionis, vel officij, ſeù facultatis.*

4 *Iuriſdictio voluntaria de conſenſu partium exerceri poteſt extra territorium, & in non ſubditum conſentientem.*

6 *Teſtes, ob longinquitatem, & diſtantiam loci, & periculum mortis, coram incompetenti Iudice examinati faciunt fidem etiam coram competenti.*

7 *Poſſeſſionis adeptio, & mandatum ad illam capiendam ſunt diuerſa. Vide plura his ſimilia.*

8 *Recognitio iurium, ſi de eo oppoſitum non fuerit, fieri poteſt quandocunque, iuxta ſtylum Rotæ.*

9 *Proteſtatio, nihil fieri, niſi iuribus recognitis, debet eſſe ſpecifica.*

10 *Iura extracta ab ipſomet Notario rogato, ante motam litem, probant etiam abſque partis citatione.*

11 *Poſſeſſio Canonicatus, & præbendæ Capitulariter, omnibus de Capitulo ad ſonum campanæ, vel alias, vt moris eſt, vocatis capienda eſt.*

Poſſeſſio Canonic. an, et qn̄ Capitular. capi debeat, latè n. 17.

12 *Poſſeſſio Canonicatus, & præbendæ capta, abſentibus vocatis, & non comparentibus ad ſonum campanellæ, quando facta fuit ad mandatum Superioris, & executoris literarum Apoſtolicarum, valet.*

13 *Poſſeſſio Canonicatus capta, abſentibus contemptis, non eſt ipſo iure nulla, ſed ad eorum inſtantiam irritanda.*

14 *Poſſeſſio Canonic. iuſtificatur ex admiſſione beneficiarij à Canonicis facta ad munera illi incumbentia.*

15 *Manutentio in beneficialibus datur, abſque titulo.*

16 *Manutentio danda eſt anteriori poſſeſſori, qui ſe pro ſpoliato non habuit.*

DECISIO CCCXVIII.

ANTONIO de ſua poſſeſſione docenti ex inſtrumento adeptionis il-
1 lius tunc vacantis mediante procuratore ſpecialiter deputato *iux. doctr. Gloſſ in cap. ſi tibi abſenti, in verbo habuerit, & ibi poſt Calderin. Gem. num. 14. ad fin. de præb. in ſexto Rot. deciſ. 21. de procurat. in nou.* DD. cenſuerunt, dandum eſſe mandatum de manutenendo. Nec obſtare putarunt tria pro parte Ioannis oppoſita. Primò defectus mandati illius, qui procuratorio nomine poſſeſſionem cœpit, tum ex eo, quòd Notarius de illo rogatus vti Re-
2 gia, & ſæculari auctoritate creatus non potuerit in Eccleſiaſticis, & ſpiritualib. ſe intromittere, *Specul. in tit. de inſtr. edit. §. reſtat, num. 27. verſ. quid de conſtituto, Franc. Marc. deciſ. 489. num. 5. par. 1. Io. Fab. in l. ſecundum diui, C. de donat. Gabr. de fid. inſtr concl. 1. n. 7.* tùm ex eo, quòd inſtrumentum d. mandati nō fuerit recognitum, nec ſolemniter extractum. Ad primum namq; reſponſum fuit, quòd quicquid de iure ſit, in quo etiam illa concluſio non caret controuerſia, contrariom enim tenent *Cald. in cap. ſicut, ne cler. vel monac. & ibi poſt eum Anchar. num. 4. Card. num 2. in 5. quæſt. Abb. num. 12. verſ. contrarium autem*, nixi ea potiſſimum ratione, quòd in-
3 ſtrumenta conficere non ſit propriæ poteſtatis, & iuriſdictionis, ſed officij, ſeù facultatis, vt etiam ſenſit *Bald. in l. 1. num. 16. C. de Summa Trin. & fid. cathol.* & quatenus ſit iuriſdictionis, eſſe iuriſdictionis voluntariæ, quæ de conſenſu partium exerceri poteſt extra
4 territorium, *l. 2. ff. de off. Proconſ.* & in non ſubditum conſentientem, *cap. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. ſint legit.* & latiùs hanc ſententiam comprobat *Abb. vbi ſupra num. 14. verſ. ergo vltra alios.* De con-
5 ſuetudine iſta contraria opinio ſeruatur, vt teſtantur *Anchar. Butr. Card. & Abb. d. cap. ſicut, ne cler. vel monac. Gabr. de fid. inſtr. d. concl. 1. num. 9.* Quod in præſenti admittendum videtur, cum Antonius de tempore conſtitutionis procuratoris detineretur in carceribus, & ſic fortè non haberet copiam alterius Notarij: cuius neceſſitatis ratione in ſimili videmus, quòd teſtes ob longinquitatem, diſtantiam loci, & periculum mortis

coram

coram incompetenti Iudice examinati, fidē faciunt etiā
coram competenti, *Roman. in repetit. l. ſi verò, ſſ. de*
viro, in 54. fallent. verſ. decimò quintò probatur, ſſ. ſol.
matr. Marſ. ſing. 211. Vltra quòd (omiſſo etiam, an præ-
dicta concluſio, quamuis de iure vera ſit, procedat in
rogitu actus ſimplicis poſſeſſorij, in quo non videtur
intrare ratio ſpiritualitatis) hic ceſſat difficultas, quia
non agitur de rogitu inſtrumenti adeptionis poſſeſſio-
7 nis, ſed inſtrumenti mandati procuræ ad illam capien-
dam, quæ ſunt longè diuerſa, prout in ſimili dicitur,
aliud eſſe mandatum de vendendo, & ipſam venditio-
nem, *l. quod ſæpè, 25. ſſ. ſi quis amico, ſſ. de contrab. empt.*
Boer. deciſ. 48. *num.* 10. aliud mandatum ad obligandū, &
obligationem, & aliud contrahere, & mādatum de con-
trahen. aliud eligere, & mandatum de eligendo, cum
alijs exemplis relatis poſt *Anchar. conſ.* 28. *num.* 1. *in*
fin. per Tiraq. de retract. conuent. in fin. num. 41. *& ſeqq.*
& per Rot. in Romana domorum de Roncionibus 17. *Iu-*
nij 1615. *coram me.* Ad defectum verò recognitionis
dictum fuit, quòd hodie quoque, cum non fuerit oppo-
8 ſitum, illa poteſt fieri, iuxta ſtylum Rotæ, *Peregr. deciſ.*
309. *lib.* 2. *Cott. deciſ.* 179. *& coram bon. mem. Card. Pam-*
philio in Placentina Cappellaniæ 21. *Maij* 1601. *& coram*
me in Anconitana pecuniaria 13. *Martij* 1613. Proteſtatio
namque ſub die 27. Ianuarij præteriti facta fuit extra
terminum, qui cadebat ſub die 26. eiuſdem, quo iura
fuerunt producta, & per Iudicem admiſſa, nec fuit ex-
preſsè proteſtatum, nihil fieri niſi iurib. recognitis, ſed
tantùm iura non reſtitui, & non recognoſci, niſi ipſo
procuratore intimato, quod eſt omnino diuerſum, &
9 tamen huiuſmodi proteſtatio debet eſſe ſpecifica, vt
dixit *Rota in Bracharen. iurispatronatus de Pedronillo* 1.
Martij 1600. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno.*
Quòd verò mandatum extractum non fuit cum citatio-
ne partis, & ſic minùs ſolemniter, & legitimè, viſum
fuit non obſtare, quia extractum fuit ab ipſomet No-
10 tario rogato ante motā litem, & ſic probat etiam abſq;
partis citatione, *Verall. deciſ.* 125. *num.* 1. *part.* 2.
Rot. deciſ. 1. *de fide inſtr. in nou. & in Peruſina bonorum*
22. *Iunij* 1605. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen. in Me-*
diolanen iurispatronatus 21. *Iunij* 1613. *coram Reueren-*
diſſimo Domino meo Decano, cum alijs allegatis. Tertia
11 oppoſitio erat, quia poſſeſſio non fuit Capitulariter ca-
A pta, prout requirebatur A, *Innoc. in cap. in literis, & ibi*
Io. Andr. col. 5. *verſ. credimus etiam, Butr.* & alij com-
muniter *de reſt. ſpol. Fed. conſ.* 61. *num.* 5. *Caſſad. deciſ.*
8. *de cauſ. poſſ. & propr.* Nam non fuerunt omnes ab-
ſentes, & præſentes ad ſonum campanæ, vel aliàs, vt
fieri ſolet, vocati, *cap. cum in Eccleſijs, de præb. in ſexto,*
Cald. conſ. 3. *de conſtit. Caſtr. conſ.* 4. *in princ. lib.* 1.
ſed vltra quòd non probatur, agi de beneficio, cuius poſ-
12 ſeſſio Capitulariter capienda ſit, reſponſum fuit, quòd
cum receptio facta fuerit ad mandatum Superioris, &
executoris literarum Apoſtolicarum, valet, licèt non
fuerint vocati abſentes, vt in ſpecie *in cap. cum in Ec-*
cleſijs, declarant Lap. num. 2. *& ſeqq. Gemin. num.* 8. *&*
Petr. de Anchar. num. 1. *de præb. in* 6. diſtinguentes inter
receptionem facti, quæ fit ad Superioris mandatum,
& receptionem iuris, quæ habet vim collationis, &
fit per Capitulum, in qua ſola dicunt procedere illum
tex. & ita in terminis executoris literarum Apoſtolica-
rum, declarat *Pontan. de ſpol. lib.* 2. *cap.* 15. Et in om-
nem euentum poſſeſſio ſic capta non fuit ipſo iure nul-
13 la, ſed ad inſtantiam eorum, qui abſentes fuerunt, re-
tractari poterat, *vt probat tex. in d. cap. cum in Eccleſijs,*
& ibi not. Gemin. num. 4. *Franc. num.* 2. *in vlt. not. &*
Anchar. num. 3. & in propoſito nedum retractatio iſta
non petitur, aut petita fuit, ſed potiùs approbatio, &
14 ratificatio illius ſubſecuta: cum Antonius poſtea ad-
miſſus fuerit per Capitulum ad fidei profeſſionem, vt
etiam ad hunc effectum conſiderauit, *Rota in Melsten.*
Canonicatus, & beneficiorum 24. *Maij* 1617. *coram me,*
& ad diuerſa munera Archipresbytero incumbentia,
vt ex pluribus atteſtationibus eorum, qui ipſius nomi-
ne dd. munera exercuerunt, mihi exhibitis, quæ optimè
d. poſſeſſionem iuſtificant, *Caſſad. deciſ.* 8. *ſub num.* 1.
de cauſ. poſſ. & propr. Pontan. de ſpol. l. 2. *cap.* 15. *num.*
155. *verſ. nec propterea, & fuit dictum in dicta Melsten.*
Canonicatus, & beneficiorum. Nec officit proteſtatio
Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiæ in ipſo actu poſ-
ſeſſionis, *de qua in ſummario Ioannis num.* 4. Nam (vt
ibidem apparet) dictus Procurator dixit, ſe non impedi-
re poſſeſſionem prædictam, ſed tantùm contradicere
ob defectum ſobreptionis literarum. Tertia demum
obiectio defectus iuſtificationis gratiæ Antonij viſa fuit
non admittenda, nec attendēda in hoc ſummariſſimo, in
15 quo non quæritur de titulo etiam in beneficialibus, *Rot.*
deciſ. 595. *num.* 8. *part.* 1. *diuerſ. in Sorana beneficiorum*
22. *Maij* 1587. *coram bon. mem. Orano, & in Murana*
beneficiorum 28. *Iunij præteriti coram me*, & ſic multò
minus de illius iuſtificatione. Ex quibus reſolutum
fuit, dandam eſſe manutentionem Antonio, non obſtan-
te poſteriori poſſeſſione Ioannis, cum præſumatur clan-
16 deſtina, & turbatiua, nec Antonius habuerit ſe pro
ſpoliato, *cap. licèt cauſam, cum ibi not. de probat.* & paſ-
ſim ſeruat Rota, *vt in Barchinonen. beneficij* 19. *Iunij*
1600. *& in dicta Placentina Cappellaniæ* 21. *Maij* 1601.
coram Card. Pamphilio, in Pampilonen. Abbatiæ 10. *Iu-*
nij 1616. *coram R. P. D. meo Andrea*, & in terminis exe-
cutoris literarum Apoſtolicarum, *in Mediolanen. bene-*
ficij 10. *Martij* 1614. *coram eodem*, & in alijs pluribus.
Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio Canonicatus, ſiue dignitatis, quæ ſit de Capitu-
17 lo Capitulariter capienda eſt, aliàs non ſuffragatur. vt præ-
ter allegatos hic, & infra *deciſ.* 748. *Rota deciſ* 701. *num.*
5. *par* 2. *recent. & Beltramin ad deciſ Gregor.* 364. *li-*
tera B. quibus addo *Rotam deciſ.* 1156 *par.* 3 *diuerſ Car-*
dinal. Caualer. deciſ. 359. *num.* 3. *Reuerendiſſ. D Coc-*
cin. deciſ. 235. *num.* 11 *Seraph. deciſ* 1044 *Gratian. di-*
ſceptat. 991. *num.* 23. *in Nullius Caſtri Durantis Præpoſi-*
turæ 3. *Iulij* 1623. *coram bon. mem. Remboldo, & in Ca-*
ſaraugustana onerum 3. *Iulij* 1623. *coram R P D Pirouano,*
in Alexandrina Archipresbyteratus 28. *Iunij* 1527. *coram*
R P. D. Merlino. Et ideo poſſeſſio aliter capta non
eſt manutenibilis, vt in *Bononien. Canonicatus* 7. *Iunij*
1610 *& Meten Canonicatus* 4. *Iulij* 1619. *coram D. Pi-*
rouano relatis per Beltramin. vbi ſupra, quas etiam re-
fert, & ſequitur Gratian. d. diſcept forenſ 992. *num.* 24.
Primò amplia procedere, etiā ſi poſſeſſio fuiſſet capta de man-
dato executoris literarum Apoſtolicarum, vt poſt *Abb. in*
cap. 2. *num.* 16. *de conſuetud & in cap. tranſmiſſam, num.*
3. *de elect Caſſador dicta deciſ.* 8 *de cauſ poſſeſſ & propriet.*
firmauit Rota in dicta Meten. Canonicatus 4. *Iulij* 1618.
coram R. P. D. Pirouano, in qua aduertit, quòd hæc de-
ciſio Domini mei non eſt ſimpliciter intelligenda, prout
adducebatur, quòd ſinè Capitulo per executorem transfe-
rebatur manutenibilis poſſeſſio; ſed quòd poſſeſſio non
erat legitima, ex quo non omnes Canonici fuerunt præ-
ſentes, & abſentes non fuerant vocati ad ſonum campa-
næ; & ideo propter contemptum poterant Capitulares
dare de nullitate, non obſtante mandato executoris, ne
aliàs videretur contra textum *in cap. ſi Capitulo. de præ-*
bend. in ſexto, vbi Anchar. & alij relati in dicta Meten.

quam ſequuntur Beltramin. & Gratian. in locis allegatis referentes ita fuiſſe reſolutum *in Senen. Canonicatus* 21. *Maij* 1596. *coram Litta, & Taruſina Canonicatus, ſeu ſimoniæ* 9. *Maij* 1597. *coram Corduba*: fuit tamen habita pro bona poſſeſſio capta in Capitulo, etiam aliquibus Canonicis contradicentibus *in Carthaginen Canonicatus* 6. *Aprilis, &* 25. *Maij* 1609. *coram Cardinali Lancellotto*.

Secundò amplia, etiam ſi data eſſet facultas capiendi poſſeſſionem Canonicatus propria auctoritate, quia nihilominus ſinè conſenſu Capituli, ſiue Capitulariter non valet, *Put. deciſ.* 20. *aliàs* 22. *lib.* 2. *& Mandoſ in tractat. ſignaturæ gratiæ, titulo de regreſſ col.* 3. *verſic. illa verba*.

Tertiò, item amplia, etiam ſi tradita fuiſſet à Canonicis de Capitulo, ſed non Capitulariter *Rot. deciſ.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſorum, Caſſador. dicta deciſ.* 8 *num.* 1.

Limita principalem concluſionem non procedere, Primò, quando Capitulum denegauit tradere poſſeſſionem; quia tunc aliter adepta habetur, ac ſi Capitulariter capta fuiſſet, *cap. vbi Capitulum, et ibi Anchar. num.* 1. *verſic. quæro poſt gloſ de conceſſ præbend. et cap ſi Capitulo, de conceſſ præbend in ſexto, Rota coram ſanctæ mem. Greg. dicta deciſ.* 364. *num.* 2. *cum alijs relatis, et coram Cardin. Caualer. deciſ.* 359. *num.* 4. *et coram eodem in Leodien. Canonicatus* 3. *Iulij* 1617. quæ inter impreſſas non reperitur, ſed illam in his terminis allegat, & ſequitur Rota *in Cæſarauguſtana onerum* 3. *Iulij* 1623 *coram R. P. D. Pirouano, & in Alexandrina Archipresbyteratus* 28. *Iunij* 1627. *coram R P. D. meo Merlino*, & ſemper exiſtente aliquo impedimento, propter quod poſſeſſio Capitulariter adipiſci non poſſit, ſufficit ſi aliter acquiratur, vt alijs deciſionibus relatis, fuit dictum in *Nullius Præpoſitura Caſtri Durantis* 3. *Iulij* 1623. *coram bon. mem. Remboldo*.

Prædicta autem concluſio non eſt ita abſolutè accipienda, ſed quatenus Capitulum ſinè iuſta cauſa præſtet impedimentum, vel recuſet tradere poſſeſſionem, quia ſi habet iuſtam cauſam, non ſuffragatur poſſeſſio non Capitulariter capta, ita poſt relatas deciſiones *in Oſcen. Canonicatus* 10. *Maij* 1575. *coram Oriolen. & coram Cardinali Blanchetto in Oriolen attentatorum* 20. *Martij* 1585. *et in dicta deciſ.* 359. *num.* 4. *coram Cardinali Caualerio, dixit Rota in dicta Cæſarauguſtana onerum* 3. *Iulij.* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*, & in his terminis loquitur Alexandrina Archipresbyteratus ſuperiùs relata *coram R. P. D. Merlino*, & fuiſſe reſolutũ in *Cauallicen Canonicatus* 4. *Martij* 1616. *coram Cardinali Sacrato, teſtatur Beltramin vbi ſupra* ſubiens, in dicta deciſione firmari, quòd vlterius requiritur, Capitulum fuiſſe legitimè conuocatum, & abſque iuſta cauſa recuſaſſe tradere poſſeſſionem. Nec impedimentum ab alio, quàm a Capitulo præſtitum excuſat à capienda poſſeſſione Capitulariter, ſed illud tantùm, quod ab ipſo Capitulo præſtatur, vt præſupponunt *gloſ in dicto cap. ſi Capitulo, & ibi Anchar. num.* 2. *& fuit dictum in d. Meten. Canonicatus coram R. P. D. Pirouano*.

Limita ſecundò, ſtante conſuetudine in Eccleſia capiendi poſſeſſionem Canonicatus, etiam non Capitulariter, vt infra *coram Domino meo deciſ.* 748. *num.* 12. *vbi num. ſequenti*, quomodo probetur talis conſuetudo.

Limita tertiò, niſi Canonicus ſucceſſiuè poſt adeptã poſſeſſionẽ ex patientia Canonicorũ ad actus Canonicales, Canonicis tantùm competentes admiſſus fuerit, *Innocen. in cap. in literis, & in cap ex parte, de reſtitut. ſpoliat. colum. vlt. Caſſador. dicta deciſ* 8. *num.* 3. *Rota deciſ.* 91 *num.* 6. *par.* 1. *recent & fuit reſolutum in ſupra adducta Carthaginen. Canonicatus* 5. *Aprilis et* 25. *Maij* 1609. *coram Cardinali Lancellotto*, coram quo fuit dictum, procedere, non obſtante aliqua præcedenti contradictione Capituli, Rota *inter impreſſas Reuerendiſſ. Coccini deciſ.* 235. *num.* 11. *et* 12. *& in dicta Alexandrina Archipresbyteratus coram R P. D Merlino*. Aduertendum tamen eſt, quòd patientia prædicta non ſufficit ad validandam poſſeſſionem in præiudicium tertij, qui ante actus prædictos Canonicales apprehendit poſſeſſionem Capitulariter, *Rota deciſ.* 1156. *verſic nec patientia par.* 1. *lib* 3. *diuerſ et fuit dictum in Callien Canonicatus* 20 *Ianuarij* 1619. *coram Reuerendiſſimo Patriarcha Pamphilio*. Et in ſimili dicimus de falſo Canonico, qui diù ſtetit in poſſeſſione, quod ſi deinde obtinuit à Papa prouiſionem, non eſt neceſſaria noua apprehenſio ex doctrina *Bald. in l.* 2. *num.* 63. *verſ. ſed pone, C. de ſeru et aq. ſequitur Crauett. conſil* 171. *num.* 1. niſi ante prouiſionem Papæ eſſet tertio ius quæſitum, vt declarat Crauett *num* 10. *quem ſequitur Riminal. Iun. conſil.* 500. *num.* 25. *et in his terminis Rota in dicta Alexandrina Archipresbyteratus coram R. P. D meo Merlino*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Conchen. decimarum.

Lunæ 2. Aprilis 1618.

Nec Argumento, nec Summario indiget.

DECISIO CCCXIX.

SENTENTIA Rotalis lata ad fauorem Didaei, qua pronunciatum fuit, ad ipſum ſpectaſſe, & ſpectare ius decimandi in territorio, & diſtrictu Oppidi de Torre el'Monte, & reuocandas ſentẽtias, tàm Ordinarij Cõchen. quam aliam Rotalem ad fauorem Capituli, & Decani latas, viſa fuit Dominis confirmanda; ex inſpectione namque proceſſus, in quo omnes ſubſtantiales termini, aliaque requiſita ſeruata apparent, defectus omnis, ac nullitas excluditur. De iuſtitia autem ſatis plenè conſtat ex duabus reſolutionibus præcedẽtibus ſub die 12. Ianuar. 1615. & 28. Iunij præteriti optimis rationibus, & authoritatibus vallatis, contra quas cum nihil hodie oppoſitum fuerit pro parte dicti Capituli, quod pluries vocatum, & intimatum informare contumaciter neglexit, placuit Dominis pro confirmatione dictæ ſententiæ ad fauorem Didaei informantis reſpondere, vt ſupra, &c.

Lucana bonorum.

Veneris 4. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Pauper, etiam ſtante reſcripto (Refectis expenſis, & aſſecurato iudicio arbitrio Rotæ) auditur, licèt non facta huiuſmodi aſſecuratione, ſed fructus, & expenſæ reſeruantur in fine litis, iuxta ſtylum Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas à præſtatione fideiuſſionis excuſat etiam ſtante clauſula*, aſſecurato iudicio arbitrio Rotæ.

2 *Paupertatis intuitu fideiuſſio remittitur, & cautio iuratoria tantum accipitur*.

3 *Pauperes in cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrũ ad-uer-*

interſus rem iudicatam de ſtylo Rotæ audiuntur, abſque refectione expenſarum, reſeruando illas in fine, & num. 7.
4 Paupertatis priuilegium amittitur, quando dolo, & propria culpa, & malis moribus fuit cauſata, quæ concludenter debet probari.
5 Exceptio, ſua non intereſt, agentem, & excipientē excludit.
6 Cedens ſi poſtea exigit tenetur ceſsionario exactum reſtituere.
7 Pauper ad certum effectum debet ſpecialiter probari ad illum effectum.

DECISIO CCCXX.

COMMISSA in Rota cauſa reſtitutionis in integrum ad inſtantiam Attilij aduerſus tres conformes ad fauorem Eccleſiæ ſuper recuperatione bonorum illius malè alienatorum latas, & exequutas, præterquā in quo ad fructus, & expenſas, in quibus idem Attilius fuerat condemnatus, in commiſſione appoſita clauſula, *reſeruatis expenſis, & fructibus quibuſcunque in fine litis, conſtito de oratoris paupertate, & aſſecurato iudicio arbitrio Rotæ* iuxta ſtylum Signaturæ, vt *per Staphil de litter. iuſtit. §. quando petitur, num.* 13. Dubitatum fuit an illi eſſet locus ad effectum, vt idem Attilius audiri poſſet in cauſa, ſinè dicta aſſecuratione, & cum reſeruatione dd. fructuum, & expenſarum in fine litis, & Domini affirmatiuam partem tenuerunt,
A moti, ex præſuppoſito paupertatis A, Attilij plenè per teſtes probatæ, & non controuerſæ, quæ regulariter pauperem excuſat à præſtatione fideiuſſorum, quos non inuenit, etiam ſi alias præſtari deberent, *l. cum non facilè, ff. ſi cui plusquam, per leg Falcid. vbi gloſ. verb. ideo, & Bart. num. 2. Angel. num. 4. & 5. Imol. num. 2. & 3. Felin. in cap. nihil, in fin. verſ. item excuſat ab onere cauendi, de præſcript. Dec. in cap. ex epiſtola,*
a *num.* 217. *de probat.* & ob paupertatem iuratoriam cautionem admitti, *dicit Bald. in auth. cui relictum, num.* 9. C. *de indict. vid. tollen. & Iaſ. ibi num.* 8. *& in l.* 1. *num.* 23. *in ſeptima limit. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. ſancimus, num.* 3. *verſ.* 6. C. *de verb. ſignific.* cum latè cumulatis per *Surd. deciſ.* 141. *num.* 7. Et ideo Rota etiam de ſtylo conſueuit audire pauperes in cauſa nullitatum, & reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudi-
3 catam abſque refectione expenſarum, vel fructuum, illos
B reſeruando in fine litis, ſinè vlla alia cautione, B *Caſſad. deciſ.* 11. *per tot. de reſcript. Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 12. Quæ hic tantò magis procedunt, cum non fuerit probatum, Attilium præſenti inopiæ cauſam dediſſe dolo, & culpa ſua, & ſuis malis moribus, vt erat
4 opus concludenter probare ad tollendum hoc priuilegium pauperi conceſſum, *Bald. in d. auth. cui relictū, num.* 9. *Iaſ. d. l.* 1. *num.* 23. *verſ.* 7. *limita, Alex. in addit. ad Bart. in l. vſufructu ſub n.* 5. *C. de vſufr. M. Mant. ſingul.* 31. *nu* 2. *&* 3. Nec enim talis culpa, & dolus in Attilio argui poteſt ex omiſsione intimationis litis authoribus ſuis ad ipſum defenden, & releuan. Quia non eſt certum, an ille haberet tales releuatores idoneos, à quibus efficaciter releuari potuiſſet: & quatenus habuiſſet, illos cogere non poterat pro ſui indemnitate abſque lite, & diſpēdio, quod eſt ſatis ad ipſum excuſandum. Nec etiam ex mora in ſolutione canonum, aut ex inciſione arborum ex aduerſo prætenſa. Nam deuolutio bonorum ad Eccleſiam non fuit intentata ex illis cauſis, ſed ex capite nullitatis alienationis, vt apparet ex tenore libelli, & ſententiarum in hac cauſa latarum. Et omiſsio ſolutionis canonis non arguit concludenter dolum, cum potuerit procedere ex impotentia debitoris, & ex alijs cauſis legitimis. Præterea videbatur Dominis, quòd Rectori huiuſmodi ſatisdationem petenti obſtet exce-
5 ptio, ſua non intereſt, quæ ſolet repellere nedum agentem, *l. ſi patronis, §. qui fideicommiſſariam, vbi not. Angel. num.* 3. *ff. ad Trebell.* ſed etiam excipientem, *l. ille a quo, §. ſi de teſtamento, vbi DD. ff. eodem.* Nam cum ipſe de anno 1611. 5. Octobris creditum dictorum fructuum, & expenſarum, quod habebat cum Attilio, vendiderit Syluestro de Manſis pro ſcutis 550. auri de Italia ſibi tunc in contanti ſolutis, cum ampliſsima ceſſione iurium, omiſſo an directæ actiones remanſerint penès eum efficaces, ita, vt illis experiri poſſet, tenere-
6 tur tamen exactum reſtituere ceſsionario, *Caſtr. in l. facta, §. ſi hæres, num.* 4. *verſ. dico tamen, ff. ad Trebell. Bald. conſ.* 105. *num.* 6. *lib.* 3. *Bertazzol. de clauſul. inſtrum. clauſul.* 29. *gloſ.* 4. *num.* 6. *in fin.*

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Pauper quis dicatur, vt plurimùm relinquitur Iudicis arbitrio ex cumulatis ſupra ad deciſ. 15. lit. B. in propoſito autem aduertendum eſt, quòd non ſufficit probare paupertatem in genere, ſed requiritur probatio in ſpecie habito reſpectu ad reſtitutionem expenſarum, vt dixit Rota ſupra *coram Domino meo deciſ* 41. *num.* 5. vbi concordantes addixi litera C. & *deciſ* 208. *num.* 8. quibus adde *Ruin. conſil.* 81. *num* 6. *&* 9 *libro* 5. *Aretin conſil.* 13. *num.* 16. *Menoch de arbitr. caſ.* 55. *in fin deciſ Sicil.* 18. *num* 6.
B Stante arbitrio quod regulatur ab æquitate, non debet ar-
7 ctari pauper ad ſolutionem fructuū, quia præceptū impoſſibile non ligat, vt in his terminis *Mareſcott variar. reſolut. cap.* 86 *num.* 33. *lib.* 1. *Rota coram Reuerendiſs. D. Coccino inter eius impreſſas deciſ.* 496. *& in Elnen. præceptoriæ* 5. *Iunij* 1609. *coram bon. mem. Manzanedo, Beltramin. ad deciſ ſanct. mem Greg deciſ.* 261. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Nullius, ſeu Vrbinaten. iuriſdictionis.

Lunæ 7. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Archiepiſcopus poteſt in locis exemptis intra eius Prouinciam exiſtentibus crucem præ ſe ferre, & populo benedicere. In incorporalibus paritum ſufficienter cenſetur per ſolam patientiam.

SVMMARIVM.

1 *Procurator cenſetur exigere vigore mandati præcedentis.*
2 *Crucem præ ſe ferre, & populo benedicere, maioritatem, & ſuperioritatem important.*
3 *Locus exemptus non deſinit eſſe de diœceſi, & intra prouinciam.*
4 *Epiſcopus poteſt in locis exemptis ſuæ diœceſis populo benedicere.*
Archiepiſcopus poteſt in locis exemptis ſuæ Prouinciæ crucem præ ſe ferre, & populo benedicere, ibid.
5 *Ordinario loci reſeruatum cenſetur, quicquid per exemptionis priuilegium non adimitur.*

6 *Sen-*

6 *Sententia priuilegij canonizatoria nihil plus tribuit, quàm priuilegium.*
7 *Sententia ſtrictè interpretatur, & tantum ex illa infertur, quantum vrget neceſsitas.*
8 *Sententia non extenditur ad ea, quæ verbis nō continentur.*
9 *Vrbini Archiepiſcopus poteſt in Terra Durantis, tanquam in loco ſuæ Prouinciæ, crucem præ ſe ferre, & populo benedicere.*
10 *Vrbinaten. Eccleſia in Metropolitanam erecta fuit à Pio IV. anno 1563. die 4. Iunij.*
11 *Clauſulæ*, parito iudicato, *in incorporalibus ſola patientia, & paritione verbali ſatisfactum cenſetur.*

DECISIO CCCXXI.

ADVERSVS ſeutentiam bon. mem.
Cardinalis Seraphini Iudicis delegati
cum clauſula, *appellatione remota*, præ-
uijs eius deciſionibus impreſsis 1337.
1371. & 1386. latam ad fauorem Ab-
batis, Cleri, & Populi Terræ Duran-
tis ſuper validitate, & obſeruantia
priuilegiorum Bonifacij IX. & omnimoda exemptio-
ne d. Terræ à iuriſdictione Archiepiſcopatus Vrbina-
ten. declarantemque, Epiſcopalem iuriſdictionem d. Ab-
bati competere, cum impoſitione perpetui ſilentij D.
Archiepiſcopo, obtenta fuit per modernum Reueren-
diſſ. D. Archiepiſcopum commiſsio reſtitutionis in in-
tegrum, parito tamen iudicato; propoſitoque dubio, an
conſtaret de ſufficienti paritione, DD. affirmatiuè re-
ſponderunt. Nam de ſolutione expenſarum, in quibus
Archiepiſcopus anteceſſor fuerat per dictam ſenten-
tiam condemnatus, conſtat, quia fuerat data cedula de-
poſiti penès publicum nummularium, cui fuit directum
mandatum de ſoluendo illas procuratori Abbatis, Cle-
ri, & Vniuerſitatis d. Terræ, prout ſolutæ fuerunt,
1 cum eius quietantia per teſtes recognita, qui ab omni-
bus mandatum habebat, & ideo cenſetur exegiſſe vi-
gore præcedentium mandatorum, *l. qui in aliena, §. ſi
is qui putabat, vbi not. gloſ. Bart. & omnes, ff. de acquir.
hæred.* Non obſtare viſa fuerunt alia, quæ ad oſtenden-
dam non paritionem deducebantur. Et primò, quòd
Archiepiſcopus in d. Terra præ ſe tulerit Crucem be-
2 nedicendo populo, qui actus important maioritatem,
& ſuperioritatem, *Abb. in cap. 1. ſub num. 7. et lit pend.
& ibi Butr. num. 6 Card. in clem. Archiepiſcopo, ſub num.
5. verſ. dic quòd delatio, de priuil.* Omiſſo namque, an
iſtud probetur, dicebatur, hinc nullam concludi non pa-
ritionem, ſeu contrauentionem; quia ſicuti in priuile-
gijs Bonifacij nulla expreſſa continetur prædictorum
prohibitio, nec etiam tacita reſultat ex eo, quòd exi-
mant Caſtrum à iuriſdictione Epiſcopatus; cum enim
3 loca etiam exempta non deſinant eſſe in diœceſi, & in-
tra prouinciam, *d. clem. Archiepiſcopo, de priuil. vbi An-
char. in princ. Imol. num. 2. Boniſac. Vital. in princ. &*
4 *Lap. num. 2.* poteſt in illis Epiſcopus populo benedice-
A re, & Archiepiſcopus etiam Crucem præ ſe ferre, A,
vt expreſsè diſponitur *in d. clem. Archiepiſcopo & ibi not.
poſt gloſ. Anchar. Imol. & Card. Abb. in cap. 1. num. 2.
vt lit. pen. Mil. in repert. ver. Archiepiſcopus, Felin. in
cap. paſtoralis num. 8. de off. ordin. Franc. deciſ. 711. per*
5 *tot.* & ſic ſuccedit regula, quòd quicquid per priuile-
gium exemptionis non adimitur cenſetur Ordinario lo-
ci reſeruatum, *Anchar. in cap. poſtulaſti, num. 45. verſ.
quicquid enim per exemptionem, de for. competen. & in cap.
2. num. 10. verſ. quod probo breuiter, de conſtit. in 6. &
ibi Franc. in §. ſtatuto, num. 10. verſ. & ita etiam, ſe-
quitur Rota in Conſtantien. iuriſdictionis 18. Maij 1611.
coram Reuerendiſſ. Attrebaten.* ita ergo multo minus cen-
ſendum eſt, huiuſmodi prohibitionem contineri in ſen-
6 tentia, quæ tanquam dd. priuilegiorum canonizatoria
nihil plus tribuit ad *not. per Doct. in cap. 2. de confirm.
vtil. vel inut. & in ſpecie dixit Rota in Brunduſina iuriſdi-
ctionis 24. Octobris 1578. coram Bubalo.* Et propterea
eſto etiam, quòd d. Terra ſit nullius diœceſis, iuxta
declarationes Congregationis Illuſtriſſimorum inter-
pretum Sac. Conc. Trid. *in ſummario Abbatis num. 3.*
ad effectum excludendæ non paritionis iudicati, ſufficit,
quòd hoc non contineatur in dd. priuilegijs, nec in
7 ſententia, quæ etiam ſtrictam recipit interpretationem,
& tantum ex illa infertur, quantum vrget neceſſitas.
*Bart. in l. Iulianus, num. 5. ff. de cond. indeb. Dec. in l.
ius noſtrum, num. 11. ff. de reg. iur. Put. dec. 197. num.
1. lib. 3. ſecundum nou. impreſſ. Card. Seraph. deciſ. 667.*
8 *num. 1. & 452. num. 7.* nec extenditur ad ea, quæ ver-
bis non continentur, *idem Seraph. deciſ. 835. num. 5.*
Vltra quòd cum ex confeſſione per Abbatem, illiusque
conſortes facta in literis erectionis Collegiatæ adhuc
pendentis coram R. P. D. meo Pamphilio plenè contra
ipſos probante, conſtet, Terram Durantis eſſe in Pro-
9 uincia Vrbinaten. vtique D. Archiepiſcopus poteſt in
illa tanquam in loco ſuæ Prouinciæ illos actus exercere,
d. clem. Archiepiſcopo, & ibi Doct. Eoque magis, quia de
tempore Bonifacij IX. qui ad Pontificatum aſſumptus
fuit anno 1389. vt ex Platina, alijſque rerum geſtarum
ſcriptoribus, Eccleſia Vrbinaten. non erat Metropoli-
10 tana, ſed longè poſt de anno 1563. pridie nonas Iunij
per fel. recordat. Pium IV. in Archiepiſcopalem ere-
cta fuit. Vndè hoc ius tanquam de nouo superuentum
non poteſt cenſeri per dd. priuilegia Bonifacij adem-
ptum, & conſequenter nec in ſententia comprehenſum,
cum priuatio habitum præſupponat ex vulg. Ex quibus
ceſſat alia prætenſa contrauentio deducta ex eo, quòd
D. Archiepiſcopus in literis dimiſſorialibus, quas vti
vicinior concedit Clericis Abbati ſubditis ad ordines
promouendis, intermiſerit exprimere d. territorium
cum titulo nullius. Quia nec ex diſpoſitione dd. priui-
legiorum, & ſic ſententia, & iudicato ad eam expreſ-
ſionem faciendam cogitur. Tandem omnes allegatæ
contrauentiones viſæ fuerunt ſatis purgari ex oblatio-
ne, & declaratione Archiepiſcopi de parendo, ac præ-
ſtando patientiam executioni omnium, ad quæ ex iudi-
cato tenetur, procuratore etiam conſtituto ad ceden-
dum omnibus contrauentionibus, ſi quæ factæ eſſent;
ex quibus videtur ſatisfactum clauſulæ, cum in his in-
11 corporalibus etiam ſola patientia, & paritio verbalis
B ſufficiat, B, vt in ſpecie iuriſdictionis, *Card. Seraph.
deciſ. 754. & fuit dictum in Signina Caſtrorum 22. Iunij
1615. coram me*, vbi in fortioribus terminis purgatio-
nis attentatorum, & in terminis clauſulæ, *parito*, dixit
Rota *in Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis 1595. coram
Illuſtriſs. Card. Millino.* Vltra quòd non probatur, ali-
quam ex dictis contrauentionibus ſecutam fuiſſe poſt
habitam notitiam per D. modernum Archiepiſcopum
d. ſententiæ, & rei iudicatæ, & poſt obtentum ab ipſo
reſcriptum reſtitutionis in integrum cum d. clauſula,
parito iudicato.
Ex quibus pro ſufficienti paritione reſponſum fuit.

ANNOTATIO.

A *Gratian. diſcept. 467. num. 2. et infra et per tot. cap.* latè
tradit, quænam exerceri poſſint ab Epiſcopis, & Archiepi-
ſcopis in locis exemptis ſuarum diœceſum, & prouinciarū.
B *De quo dixi ſupra ad deciſ. 27. ſub lit. B.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ro-

Romana pecuniaria de Buſalinis,

Lunæ 7. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Clauſula in fine poſita an, & quando ad omnia ſuperiùs expreſſa non referatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, & ſuperius expreſſa.*
2 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando commodè ad omnia referri non poteſt, & num.* 4.
3 *Clauſula in fine poſita non inducit nouam ſubſtitutionem, ſeù diſpoſitionem.*
5 Dicta, *dictio eſt reſtrictiua ad caſus præcedentes, & repetit omnes qualitates in præcedenti diſpoſitione adiectas.*
6 *Verba*, modo quo ſupra, *ſunt repetitiua, ac reſtrictiua præcedentium, & num.* 7.
8 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia non refertur, quando adeſt diuerſa ratio inter caſus præcedentes, & illum, cui apponitur.*
9 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia non refertur, ſi ratio aſsignari poſsit, quare ad vnum magis, quam ad aliud referatur.*
10 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia non refertur, quando erga perſonas in diuerſis capitulis expreſſas affectionis paritas non cadit.*
11 *Filij æqualiter cenſentur vocati à teſtatore.*
12 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando repugnat expreſſa, vel præſumpta mens diſponentis.*
13 *Subſtitutio in caſu, quo ex deſcendentibus teſtatoris non adeſſet aliquis Doctor, vel clericus, non habet locum, quouſque adeſt ſpes huiuſmodi exiſtentiæ.*

DECISIO CCCXXII.

POST diuiſionem bonorum, & debitorum communium inter DD. Iulium, & Octauium fratres de Buſalinis, duæ fuerunt inter eos initæ concordiæ, in quarum prima ſub die 1. Septembris 1607. Octauius ceſſit ad fauorem Iulij quæcumque iura ſibi ſuper Palatio Vrbis competentia, & conſignauit, ſeù conſignari promiſit tot bona ſtabilia, vt idem Iulius in ſe aſſumeret, (prout fecit) partem debitorum dicto Octauio obuentorum in diuiſione, illorumque ſatisfactionem promiſit. In ſecunda verò 22. Decembris 1616. receſſum fuit à prima, & Octauius in ſe reaſſumpſit debita per Iulium accollata, quia Iulius eidem tàm bona, quàm iura ſuper dicto Palatio retrodedit, & ceſſit reſpectiuè, cum conuentione tamen Camerali obligatione vallata, quòd in euentum, in quem Iulius oſtenderet extinxiſſe ex eius proprijs pecunijs aliquod debitum tangens Octauio in totum, vel in partem, deberet illi liberè reſtituere pecunias pro huiuſmodi extinctione ſolutas. Verùm quia dictum Palatium fuerat ad inſtantiam creditorum Iulij ſenioris communis Patris deliberatum, & de pretio fuerant extincti cenſus ſuper eo per prædictum Iulium ſeniorem impoſiti, quorum certa rata ad Octauium ſpectabat, idemque Iulius iunior petebat mandatum executiuum contra dictum Octauium pro dicta rata, prætendens, pretium ex dicto Palatio redactum ad eum ſpectaſſe loco Palatij, ad quod iure primogenituræ paternæ ſe vocatum dicebat, & ſic conſtare, quòd de proprijs pecunijs pars debitorum Octauij fuiſſet extincta. Ideo dubitaui, an relaxandum eſſet d. mandatum, & negatiuè DD. reſponderunt. Nam in teſtamento d. Iulij ſenioris, in quo Iulius ſe fundat, nulla expreſſis verbis legitur primogenitura inter eius filios maſculos legitimos, & illorum deſcendentes, inter quos factæ ſunt tantummodo reciprocæ ſubſtitutiones, & vocationes, dummodo ex linea maſculina legitima, & naturali. Minùſque legitur inter filios Iulij Cæſaris alterius filij, legitimati dicti Iulij, vocatos, & ſubſtitutos in defectum lineæ, & deſcendentiæ dictorum filiorum legitimorum, & naturalium. Prout nec eſſet in vltima ſubſtitutione facta in defectum filiorum ex filiabus fœminis, de quibus infra ad fauorem Io. Baptiſtæ fratris patruelis teſtatoris, & eius filiorum maſculorum. Sed legitur solùm in tota hæreditate, & omnibus bonis ad fauorem filiorum maſculorum quatuor filiarum dicti teſtatoris ordinatè vocatorum, & ſubſtitutorum in defectum d. lineæ legitimæ, & naturalis, necnon legitimatæ, vt conſtat ex lectura dicti teſtamenti. Nec obſtat, d. Iulium ſeniorem in eodem teſtamento diſpoſuiſſe, quòd ſi vltra primogenitum hæredem extiterint aliqui ſecundò, vel tertiò, & vltra geniti, & eorum aliquis Doctor, aut Presbyter, vel Prælatus, qui tamen ſit Doctor, & in ſtudijs publicis ſaltem per quinque annos ſtuduerit, idem Doctor, ſeù Presbyter, vel Prælatus ſuccedat in dicto Palatio, & item ſi Doctor ſucceſſerit, qui filios legitimos, & naturales, vel nepotes habuerit, quorum aliquis Doctor, Presbyter, vel Prælatus extiterit, talis quoque Doctor, vel Presbyter, vel Prælatus dicto Palatio potiatur, & poſt eius mortem, vel talibus non extantibus, Palatium deuoluatur ad primogenitum in dicta hæreditate modo, quo ſupra, ſuccedentem. Ex quibus arguitur, primogenituram quoad dictum Palatium fuiſſe inductam etiam inter filios teſtatoris, ex eo, quòd dicta clauſula, *Vel talibus non extantibus*, tanquam in fine poſita videatur referenda ad omnes perſonas, & gradus ſupra expreſſos, & ſic comprehendat etiam d. Iulium iuniorem tanquam primogeni-
1 tum ipſius teſtatoris *iuxta not. in l. talis ſcriptura, ff. de legat.* 1. *& in l.* 1. *C. de liber. præter. cum latè cumulatis per Gabr. de clauſul. concl.* 9. *per tot.* Nam fuit reſponſum, huiuſmodi concluſionem, quòd clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia, & ſuperiùs expreſſa, plures habere declarationes, quæ caſui noſtro optimè applicantur. Et præcipuè, quòd non procedat vbi ad ea commodè referri non poteſt, *Ruin. conſ.* 72. *num.* 13. *vol.* 5. *Gabr. d. concl.* 9. *limit.* 10. *num.* 16. *Peregr. de fideicomm. art.* 16. *num.* 105. *&* 106. *& fuit*
2 *dictum in Romana vineæ* 20. *Octobris* 1589. *coram bon. mem. Penia, & in terminis ſubſtitutionis Barbat. conſ.* 34. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 551. *num.* 18. *et Rot. in Bononien. de Poetis* 17. *Iunij* 1585. *coram bon. mem. Cantuccio.* Imò quòd etiam non inducat nouam ſubſti-
3 tutionem, ſeù diſpoſitionem, *Aym. conſ.* 385. *num.* 19. *quem Surd. conſ.* 554. *num.* 36. *verſ. vndecimò.* Multò ergo minùs eſt referenda, vbi nullo modo (prout hic)
4 poteſt referri, tunc enim refertur ſolùm ad poſſibilia, vel ad ea tantùm, ad quæ poteſt referri, *Butrig. in d. l.* 1. *verſ. iſtam regulam, & ibi Salicet. num.* 2. *verſ. nec huic, Caſtr. num.* 2. *verſ. ſolue ibi, & Iaſ. in* 7. *limit. Odofr. in l. ſi idem cum eod.* 9. *fin. num* 4. *verſ. aut clauſula, de iuriſd. omn. Iud. & ibi Alberic. num.* 5. *& Bart. num.* 2. Quod eſt etiam regulare de natura clauſulæ in fine poſitæ, *vt per Alex. conſ.* 48. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 1. *Socin. conſ.* 21. *num.* 12. *vol.* 3. *& in l. hæc ſcriptura,*

ff. cum

§. cum eadem res, in addit. lit. C. ff. de cond. & demonſtrat. Quòd autē in propoſito nullo modo fieri poſſit talis relatio ad filios, & deſcendentes maſculos teſtatoris, ex lectura verborum teſtamenti clariſſimè patet, ex quibus apparet, quòd teſtator loquitur de fratre ſecundò, tertiò, vel vltra genito illius tantùm primogeniti, qui ſuccedet in tota ſua hæreditate, qui ſolus eſt natus, vel naſciturus ex dictis eius filiabus, non autem aliquis ex filijs ipſius teſtatoris, vel natus, ſeù naſciturus ex eis. Quod potiſſimùm colligitur, tùm ex illis verbis, *in*
5 *dicta hæreditate*, quæ ſunt reſtrictiua ad caſus præcedentes, *Rimin. ſen. conſ.* 119. *num.* 20. *in fin. & num.* 21. *lib.* 1. & repetunt omnes qualitates in præcedenti diſpoſitione adiectas, *Rot. deciſ.* 49. *num.* 30. *part.* 1. *diuerſ.* Prout de ſimilibus verbis, *in dictis bonis*, tradunt *Soccin. conſ.* 80. *col.* 2. *verſ. his tamen non obſtan. lib.* 1. & *Surd. conſ.* 352. *num.* 20. tùm, & ex illis alijs verbis,
6 *Modo, quo ſupra ſuccedentem*, quæ ſunt pariter repetitiua, & reſtrictiua ad perſonas ſupra vocatas ad dictam totam hæreditatem, *Rimin. in d. conſ.* 119. *num.* 21. *& ſeqq.* & repetunt qualitates præcedentes dictarum perſonarum, *Surd. deciſ.* 319. *num.* 8. vt de verbis, *ordine, & modo prædictis, idem Surd. conſil.* 455. *num.* 12 & 13. & *conſ.* 554. *num.* 29. & 30. Quæ omnia verba, & ſi etiam intelligi poſſent de modo ſuccedendi ſuperiùs expreſſo, videlicet cum onere aſſumendi nomen, & arma familiæ, multò minus eſſent intelligenda de proprijs filijs teſtatoris; & ideo reſtringuntur tan-
7 tùm ad dictas perſonas per viam primogenituræ vocatas, & non ad alias, vt in terminis ſubſtitutionum, *Alex. conſ.* 59. *col. fin. verſ. non obſtat lib.* 3. *Dec. conſ.* 201. *num.* 6. *verſ. his præmiſſis, & verſ. non obſtat Hipp. Rimin. conſ.* 80. *num.* 33. *lib.* 1. & faciunt adducta in ſpecie ad excludendam ſubſtitutionem *per Surd. conſ.* 554. *num.* 26 *verſ. ex ſecundo, & num.* 27. Secundò etiam non procedit ſupradicta concluſio de clauſula in fine po-
8 ſita, quando adeſt diuerſa ratio inter caſus præcedentes, & il um, cui apponitur *Bald. conſ.* 357. *lib.* 4. *Alex. conſ* 66. *num.* 3. *lib.* 2. *Menoch. præſumpt.* 181. *num.* 17. *lib.* 4. *Peregr de fideicomm. art.* 16. *num.* 107. *Rota apud Seraphin. deciſ.* 460. *num.* 4. *& in Romana deuolutionis domus* 5. *Aprilis, &* 4. *Iunij* 1593. *coram bon. mem. Penia, & nouiſſimè Caball. conſ. deciſiu.* 64. *num.* 35. *et* 36. *part.* 2. Et quando poteſt aſſignari ratio, quare magis ad vnū
9 capitulum, quàm ad aliud poſſit referri, *vt not. Butrig. Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. Sichard. Iacobin. & alij in dicta l* 1. *C. de liber. præter. idem Bart. in l. talis ſcriptura, §. hanc autem, num.* 4. *verſ. quod eſt verum, et Iaſ num.* 38. *verſ. ſecundò fallit, de legat. primo, Menoch. dicta præſ.* 181. *num.* 2. *Gabr. d. concl.* 9. *num.* 3. *Surd. deciſ.* 88. *num.* 13. *Peregrin. de fideicom. art.* 16. *num.* 107. *verſ.* 2. *Rot. deciſ.* 181. *num.* 7. *part.* 2. *diuerſ.* & faciunt dicta *in Romana emphiteuſis domorum* 11. *Martij* 1616. *coram me.* & in ſpecie ſubſtitutionis *Mantic. de coniect. lib.* 5. *tit.* 1. *num* 23. Hic autem negari non poteſt, quin militet diuerſa ratio in filijs, ac deſcendentibus teſtatoris, & in deſcendentibus ex filiabus, & quin plures aſſignari poſſint rationes, quare magis ad hos, quàm
10 ad illos dicta clauſula ſit referenda, & potiſſimùm, quia
A erga eos omnes non cadit paritas affectionis A, quod pro diuerſitate rationis ad excludendā relationem clauſulæ in fine poſitæ conſiderat in terminis ſubſtitutionis, *Bart. conſ.* 54. *verſ. certè punctus, vol.* 1. quem in eiſdem terminis ſequitur *Alex. conſ.* 226. *num.* 4. *lib.* 6. In filijs enim magis, quàm in alijs, vltra expreſſam diſpoſitio-
11 nem, de qua in dicto teſtamento Iulij ſenioris, militat etiam præſumptio, quòd voluerit, eos æqualiter ſuccedere in omnibus, & per omnia *ad l. fin. C. com. vtriuſq; Iud. & in l. vt liberis, C. de collat. Dec. conſ.* 59. *num.* 3. *verſ. poſtremò, latè Tiraq. de primogen. quæſt.* 4. *num.* 1. *cum ſeq.* vbi plura de hac præſumptione deducit ad excluſionem primogenituræ, *Surd. conſ.* 31. *num.* 16. *verſ. & pater, & Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 5. Tertiò, demum non procedit prædicta concluſio, quan-
12 do repugnat præſumpta mens diſponentis, *Menoch. d. præſ.* 181. *num.* 20. *Pariſ. conſ.* 53. *num.* 35. *vol.* 2. &
B *Rol. conſ.* 54. *num.* 11. *lib.* 4. B, Vnde multò minùs procedit in propoſito, vbi ſimul etiam repugnat expreſſa mens teſtatoris, vt ex prædictis. Addebatur præterea, quòd primogenitura in dicto Palatio non fuit inſtituta, niſi poſt obitum perſonarum, vt ſupra qualificatarum, vel in caſum non extantiæ illarum, qui caſus nondum poteſt dici eueniſſe ex eo ſolùm, quòd hodie actualiter non extet aliqua ex dictis perſonis; ſufficit enim, quòd adſit ſpes huiuſmodi exiſtentiæ, quæ durat donec adſunt perſonæ, quæ poſſunt dictas quali-
13 tates aſſumere, prout inter alios dici poteſt Octauius, qui poſſet quandocunque ad Doctoratus gradum promoueri, *vt facit. text. cum ibi not. in l. ſi duobus* 16. *in princ. & in fin. de legat.* 1. *& in l. cum in teſtamento, in princ. ff. de hered. inſtit. l. ſi mater, §. fin. ff. de vulg. & pupill. & in l. quandiu, ff. de acq. hær. cum allegatis per Surd. conſ.* 125. *num.* 17. *& ſeqq. & num.* 30. *verſ. quibus ſic firmatis, & num* 31. & 32. *& conſ.* 403. *num.* 11. *& per Rot in Romana legati de Bubalis* 4. *Maij* 1607. *coram bon. mem. Iuſto, & in Romana de Arronijs* 10. *Nouem-*
C *bris* 1614. *coram R. P. D. meo Vbaldo* C., & fuit in ſimili allegata deciſio *in Rauennaten. emphyteuſis* 16. *Februarij* 1618. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, in qua tentum fuit, ſuſtineri vocationem de aliquo, quatenus eſſet Doctor, licèt tunc non eſſet actualiter talis, cum ſatis eſſet, illum fieri potuiſſe, ex quo non erat ſibi ad id certum tempus præfixum.

Ex quibus fuit reſolutum, vt ſupra, prætermiſſis tamen deductis circa obſeruantiam, de quibus, ſi opus erit, poterit particulariter diſputari, &c.

ANNOTATIO.

A *Surd. conſil.* 431. *num.* 84. *Gregor. deciſ.* 384. *num.* 4. & in his terminis, quando eadem ratio affectionis non militat, quod relatio ad præcedentia fieri non debeat, ſequendo hanc deciſionem dixit Rota in *Bononien. fideicommiſſi de Volta* 8. *Martij* 1627. *coram R. P. D. Merlino*.

B *Surd d. conſil.* 431. *num* 65. & 66. *Gregor deciſ.* 4[illegible]5. *num.* 10. & 11. *& fuit dictum in allegata Bononien. fideicommiſſi de Volta coram R. P. D. Merlino*.

C Sequitur *Beltramin ad deciſ.* 338. *Gregor. num.* 16.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Piſtorien. beneficij.

Veneris 11. Maij 1618l

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum non conceditur non docto de læſione, quæ eſt concludenter probanda; vbi agitur ad effectum reuocandi ſententiam executioni demandatam. Enunciatiua quando non probet.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum, ex capite læſionis non datur, niſi docto de iniuſtitia, in qua læſio conſiſtit.*

2 *Reſtitutio abſque læſione, nec etiam minori conceditur, nec Eccleſiæ.*

3 *Reſtitutio vt concedatur, ſufficit ſententiam latã eſſe contra ius litigatoris, etiam ſi iniuſtitia non ſit notoria.*

4 *Reſtitutionem petens iniuſtitiam concludenter probare debet, quando agitur de reportanda totali victoria, & retractandis ſententijs, ſecus ſi agatur ad introductionem cauſæ, & num. 8.*

5 *Reſtitutio aduerſus ſententiam non datur, niſi de iniuſtitia conſtet per probationes luce clariores, & pleniſſimam cognitionem.*

6 *Præſumptio magna, & violenta vrget pro tribus conformibus.*

7 *Executionem ad reuocandam plena probatio, & cauſæ cognitio requiritur.*

8 *Enunciatiua licèt vnica in antiquis ſemiplenè probat, & iunctis adminiculis plenè.*

10 *Enunciatiua facti alieni, & præteriti nihil probat.*

11 *Enunciatiua, quæ emanauit à perſona intereſſata, non probat.*

12 *Identitas probanda eſt, mutatis nomine, loco, ſitu, & alijs.*

13 *Teſtium numerus maior præualet minori.*

14 *Liber beneficiorum non probat contra tertium, licèt contra Epiſcopum ſic.*

15 *Enunciatiua nihil probat, quoties de enunciato diſputatur.*

16 *Enunciatiua generica contra tertium non probat.*

17 *Inſignia plurimùm releuant ad patronatus probationem, & num. 20. Declara, vt num. 22.*

18 *Teſti ſicut non creditur in re ſuum commodum, & intereſſe reſpicienti, ita nec teſtibus de auditu ab illo deponentibus, ne maior fides exemplo, quam originali adhibeatur.*

19 *Reſtitutionem petens docere debet de bono iure ſuo.*

21 *Iuſpatronatus probatur ex inſcriptione antiquiſſima.*

DECISIO CCCXXIII.

POST reſolutionem in hac cauſa factã vltima Maij anni præteriti, quòd tres ſententiæ conformes ad fauorem Gabrielis latæ non eſſent reuocandæ ex capite nullitatis, fuit inhærendo commiſſioni dubitatum, an conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum ad fauorem Rodulphi, & DD. negatiuè reſponderunt. Inprimis enim firmatum fuit, Rodulphum in hoc iudicio reſtitutionis principaliter intentato eſſe actorem, & effectum petitæ reſtitutionis eſſe, reuocandi dd. ſenten-
1 tias cum executione ſecuta. Et ideò non poſſe obtinere, niſi docto de iniuſtitia, in qua conſiſtit læſio, *Rot. de-*
2 *ciſ. 1. de reſtit. in integr. in nou. Card. Seraph. deciſ.* 1238.
A *in princ.* A, ſinè qua reſtitutio non conceditur etiam minori, *vulg. l. nam & poſtea, §. ſi minor, ff. de iure iur. & ibi not. gloſ. Bart. & alij*, cum latè *cumul. per Odd. de reſt. &c. par. 1. quæſt.* 36. *art.* 2. *&* 3. *num.* 9. *& ſeqq.*
3 nec Eccleſiæ, vt ibi per eũ *nu.* 15. Et licèt ſufficiat, ſententiam eſſe latam contra ius litigatoris, *Oſtien. Butr. Abb. & alij in cap. 2. de purgat. vulg.* quam communem teſtatur *Odd. d. tract. par. 2. quæſt. 79. num. 10. verſ. in contrarium*, quam Rota ſequitur, etiam ſi iniuſtitia non ſit notoria, *Card. Seraph. deciſ.* 251. *num.* 2. *& dictum fuit in Anconitana cenſuum* 20. *Maij* 1613. *coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Palentina* Cappellaniæ 26. *Ianuarij* 1615. *coram me, & in alijs paſſim.* Tamen neceſſariæ ſunt probationes plenæ, & concludentes, cum
4 agatur non de remouendo obſtaculo, quod iam fuit remotum per commiſſionem, & introductionem cauſæ reſtitutionis, prout de iure, in quo ſufficere ſemiplenas probationes dixit *Bald. in l. 1. num. 5. C. ſi aduerſus libert.* cum alijs, de quibus infra: ſed de reportanda totali victoria, & retractandis ſententijs, & re iudicata iuxta doctr. *Innocen. in cap. cum ex literis, de reſt. in integr*, quem ibi ſequuntur *Butr. in fin. verſ. quandoque petitur, Abb num. 16. verſ. ſed dubium*, *Card. col. pen. verſ. vndecimò quæro, Io. de Anan. in fin. Imol. col. fin. in fin. verſ ſecus, Salic. in l. 1. num. 9 verſ. ego in caſu noſtro, C. ſi aduerſus rem iudic. Card. in cap. auditis in 2. op-*
B *poſ. eod. tit.* & ſentit etiam *Aegid. deciſ.* 38 B, Et probationes petentis reſtitutionem aduerſus ſententiã debere eſſe luce clariores, *Bald. per illum text in l. fin. C. ſi min. ſe maior, &c. & ibi Iacobin. num 4. in 3. not. Soccin. conſ.* 194. *num.* 7. *vol.* 2. *ſentit Bald. in d. l. 1. num.* 5. *C. ſi aduerſus liber. & ibi Apoſtill. ad eum Salyc. in d. l. nam & poſtea, §. ſi minor, verſ. et hæc puto, ff. de iure iur. et in l. 1. col penul et in fin. C. ſi aduerſus rem. iudic.* & plures cumulat, & de communi ex *Rot. Bonon. Viu. et Lancell. relat. Odd. d. tract. par. 1. quæſt.* 26. *art.* 10, *num.* 73. *quam etiam tenet Roman. d. §. ſi minor, num.* 12 *verſ. tertio caſu, Felin. in cap. cum ſuper, num.* 18. *de re iudic. Decian. conſ.* 18. *num.* 243. *lib.* 1. *Contard. in l. vnic. limit.* 8. *num.* 30. *C. ſi de momen. Hippol. Rimin. conſ.* 747. *num.* 114. *vol.* 7. & pleniſſimam requiri cognitionem *Mynſing. cent. 4. obſeru.* 21. Quæ ſi-
6 nè dubio procedunt in reſtitutione aduerſus tres conformes, pro quibus maior vrget præſumptio, *vt fuit dictum in dicta deciſ. vlt. Maij*, & violenta *Odd. d. tract. par. 1. quæſt. 36. art. 1. num.* 7. Tantò magis cum agatur de reuocanda executione, quo caſu plena probatio, &
7 plena cauſæ cognitio requiritur, vt ex *Innoc. d cap. cum ex literis, de reſtit. in integr. Mil. in repert. in verbo reſtitutio in integrum quando petitur, Crot. conſ.* 344. *num.* 8. *cum ſeqq. in* 3. *et benè Aym. conſ.* 172. *num.* 7. Et etiam
8 ad finem, vt ipſe Rodulphus conſequatur beneficium, de quo agitur *Innoc. Butr. Abb. Card. et alij in d. cap. ex literis, et ex Bald. et Felin. ſupra citatis.* Quòd autem non probetur, dd. ſententias eſſe iniuſtas, ſatis demonſtratur. Nam Rodulphus prætendit ſe præferendum Gabrieli veluti præſentatum à veris patronis, & exiſtentibus in q. poſſeſſione præſentandi. Neutrum autem ex iſtis verificatur. Nam primò quoad proprietatem, & pertinentiam iuriſpatronatus ex parte eiuſdem Rodulphi non oſtenditur fundatio, vel conſtructio, vel dotatio ab auctoribus ipſum præſentantium: ſed primum, & præcipuum fundamentum fit ſuper teſtamento q. Ser Nicolai Franciſci de anno 1485. in quo pluribus legatis per eum factis in euentum deceſſus legatariorum ſinè filijs, ſubſtituit quandam Cappellam ſitam in Plebe Carmignani penès fontem baptiſmatis titulatam in S. Io. Baptiſtam, & S. Nicolaum, enunciando, quòd fuit ædificata per Franciſcum Nicolai patrem dicti teſtatoris, & Ser Goggium Ser Manfredi, & Ioannem filium dicti Franciſci, & fratrem carnalem ipſius teſtatoris in eorum reuerſione à S. Iacobo, & S. Anto-
9 nio. Ex qua enunciatiua quamuis vnica, tamen vti antiquiſſima reſultare dicebatur ſaltem ſemiplena proba-
C tio, C, vt in *Oritana Archipresbyteratus* 2. *Decembris* 1598. *coram Orano, et in Lancianen. Archipresbyteratus* 2. *Maij* 1616. *coram me*, & plena concurrentibus adminiculis, de quibus infra, *vt in Florentina iuriſpatronatus* 3. *Decembris* 1607. *coram Illuſtriſsimo Card. Lancellotto.* Verùm vltra quòd opponebatur, quòd dictum teſtamen-

mentum non eſſet in forma probanti. Reſponſum fuit,
10 dictam enunciatiuam nihil probare, tùm vti facti alieni, & præteriti, *Rot. deciſ. 22. num. 2. de præben. in antiq.*
11 tùm veluti reſpicientem fauorem, & intereſſe proprium ipſius teſtatoris, *Put. deciſ. 149. num. 1. lib. 3. in nouiſſ. Seraph. deciſ. 1189. num. 3. & fuit dictum in Albanen. Prioratus 26. Nouembris 1588. coram bon mem. Orano, in Taruiſina Parochialis 31. Maij 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Aretina Cappellaniæ 18. Maij 1616. coram me, & facit deciſ. Caputaq. 371. num. 2. par. 2. & Virdunen. Abbatiæ 27. Nouembr. 1615. coram me*. Secundò, quòd cum in eadem Eccleſia ante illius reſtaurationem eſſent duæ Cappellæ ſub inuocatione S. Ioannis Baptiſtæ, vt probant teſtes *in ſummario Gabrielis num. 5. 9 & 10.* enunciatiua illa redditur æquiuoca; Nec enim poteſt dici, teſtatorem intellexiſſe de vna potiùs, quàm de alia; imò conſtat, quòd non intellexit de Cappella, de qua agitur; tùm ex diuerſitate nominum, quia iſta eſt ſub titulo S. Ioannis Baptiſtæ ſimpliciter, illa autem, de qua in teſtamento, inuocatur S. I. O. Baptiſtæ & S. Nicolai, & ſic diuerſa, *l. ſi idem, C. de codicill.* tùm etiam ex diuerſitate ſitus, quia licèt hodie Cappella, de qua agitur, exiſtat penès fontem baptiſmalem, prout enunciatur in teſtamento, tamen id euenit ex reſtauratione Eccleſiæ, ante quam dicta Cappella non erat ſituata iuxta dictum fontem, ſed ab alio latere; ſed in reſtauratione fons baptiſmalis fuit tranſlatus ad aduerſum latus Eccleſiæ penès dictam Cappellam, vt deponunt octauus, ac nonus teſtes, *in dicto ſummario Gabrielis num.* 5. Et teſtes examinati pro Landis, *ibi num.* 9. & præſertim decimus, *che ſi trouò à murare in detta Chieſa, quando ſi riſece*, nec non alij teſtes examinati pro Sebaſtiano de Bertis, *dicto num.* 10. Et ideò neceſſe fuiſſet probare, quòd Cappel-
12 la in teſtamento enunciata ſit eadem cum hac, de qua agitur nomine, & ſitu diuerſa, *iuxta theor. Bar. in l. demonſtratio falſa num. 20. verſ. ſi verò ſunt nomina, ff. de condit. et demonſtrat. quam ſecuta eſt Rota in Romana domus ſancti Petri 6. Nouembris 1615. coram me*. Vndè non obſtat viſitatio Epiſcopi de anno 1605. data *in ſummario Rodulphi num.* 20. in qua fit mentio vnius tantùm altaris ſancti Ioannis, quia eſt recens, nec percutit tempus teſtamenti, vel ante dictam reparationem Eccleſiæ. Vltra quòd cum in eadem relatione mentio etiam fiat de alio altari in albo hoc poteſt intelligi de alio altari ſub eadem inuocatione, cuius inſcriptio non poterat legi, vt etiam interpretatus eſt Cancellarius dicens, verba illa in albo, poſſe intelligi S. Io. Baptiſtæ. Secundum fundamentum fiebat ſuper publica voce, & fama, quòd Cappellania fuerit, & ſit de iurepatronatus familiæ de Lamberteſchis, à qua proueniunt Landi, vt per teſtes *dicto ſummario Rodulphi num.* 16. Sed hoc facilè tollitur ex lectura eorundem teſtium, cum omnes de auditu tantùm deponant, & nemo eorum de publica voce, & fama, vt in facto ſupponebatur, nec de quo tempore. Imò è contrario adſunt viginti teſtes pro Gabriele deponentes de contraria fama, *vt in eius ſummario, num* 18.
13 qui vti numero plures præualere debent *Gloſ. communiter recepta in cap. noſtra, de teſtibus, Bart. in l. ſi duo, col. 1. ff. vti poſſid. cum alijs adductis per Hippol. Rimin. conſ. 237. num. 72. vol. 3.* Tertium deducebatur fundamentum ex quadam partita libri beneficiorum diœceſis Piſtorien. formiter extracta anni 1569. *in ſummario num.* 17. in qua ſic legitur *Cappella di S. Gio. Battiſta nella Pieue di S. Michele, del padronato del Caſato de' Lamberteſchi di Firenze, Rettore Ser Bindo de Pellerij*. Cui
14 tamen reſponſum fuit, quòd huiuſmodi enunciatiua forte probaret contra Epiſcopum, non contra tertium *Bald. in auth. ſi quis in aliquo, num. 8. verſ. ſaluando, Innoc. C. de eden. Felin. in cap. illud, num. 4. verſ. et pro iſta opinione, de præſumpt. et in cap. ſicut, num. 26. verſ. tamen illam, de re iudic. Rocch. in tract. de iurepatronatus in verbo honorificum, quæſt. 50. num. 83. et fuit dictum in Bracharen. Parochialis 1. Iulij 1592. coram bon. mem. Card. Mantica, et in dicta Virdunen. Abbatia 27. Nouembris 1615. coram me*. Præſertim cum ſit vnica, & non
15 antiqua, & hodie de enunciato principaliter dubitetur. *Pariſ. conſ. 94. num. 19. lib. 1. Put. deciſ. 381. num. 2. lib. 1. Cardin Seraph. deciſ. 1278. num. 3. et dixit Rota in Firmana Altaris 20. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Dunozetto*. Et aduerſatur etiam depoſitioni teſtis examinati in dicta viſitatione anni 1605. *in ſummario Gabrielis num.* 11. dicentis, quòd patroni huius Cappellæ ſunt de domo Ser Nicolai Ioannis Pillerij de Carmignano. Quartum locabatur fundamentum ſuper prouiſione Apoſtolica de anno 1535. ad fauorem Bindi, Dominici Antonij de Chriſtinis, per reſignationem Nicolai Dominici, etiam de Chriſtinis, eum enunciatiua, quòd aliquorum familiæ de Chriſtinis laicorum de iurepatronatus exiſtit *dicto ſummario Rodulphi num.* 13. Verùm nec iſta enunciatiua tàm generica quidquam fa-
16 cere viſa fuit: non eſt enim neceſſariò referenda ad Chriſtinos deſcendentes, & cauſam habentes à dicto Ser Goggio in dicto teſtamento nominato potiùs, quàm ad alios Chriſtinos auctores præſentantium Gabrielem. Imò nec videtur poſſe hæc relatio fieri, ex quo cum dictus Bindus Rector fuerit Cappellæ S. Io. Baptiſtæ *della Croce, & non del Batteſimo*, vt deponit octauus teſtis, ad 31. & decimus ad 55. *in ſummario Gabrielis d. num.* 5. prædicta prouiſio ad eius fauorem facta intelligi non poteſt de Cappella enunciata in teſtamẽto, quæ erat penes baptiſmum, & in qua, (vt aſſerunt dd. teſtes in numeris ſupra citatis) erat depicta Imago S. Io. Baptiſtæ baptizantis; ſed de alia nunc exiſtente de qua agitur, cum Imagine S. Io. Baptiſtæ geſtantis Crucem. Et cõſequenter aſſertio in dicta prouiſione contenta referri non poteſt ad Ser Goggium, & alios Chriſtinos in teſtamento nominatos. Quintum ſuper inſignibus depictis in tabula dictæ Cappellæ recognitis, & deſcriptis in viſitatione facta de anno 1601. concordantibus cum inſignibus familiæ de Lamberteſchis, & in ipſorum domo depictis, ex teſtibus *dicto ſummario Rodulphi num.*
17 18. quæ plurimum releuant ad probationem patronatus, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 97. de cauſ.*
D *poſſeſſ. & propr. cum alleg.* D, Sed placuit reſponſio, quòd illa non ſunt inſignia propria de Lamberteſchis, ſed communia omnibus de Chriſtinenſibus. Sextum demum fundamentum ſuper confeſſione Ser Bindi Rectoris de familia Chriſtinen. de anno 1573. ad inſtantiam Michaelis de Landis facta, quòd audiuit dicere à dicto Michaele, eum eſſe patronum, *vt in dicto ſummario Rodulphi num.* 19. tollitur eo ipſo, quòd dicta confeſſio fundatur ſuper auditu tantùm à dicto Michaele, quia ſicut ipſimet in hoc tanquam in re ſuum commodum,
18 & intereſſe reſpiciente non crederetur, *l. nullus, ff. de teſtib. l. omnibus, C. eod.* ita multò minus dicto de auditu ab illo atteſtanti, ne maior fides exemplo, quàm originali adhibeatur, *l. 1. ff. de fid. inſtr. Crauett. conſ. 41. num.* 2. Maximè quia idem Bindus expreſsè dixit, ſe ignorare, cuius patronatus eſſet Cappella S. Io. Baptiſtæ. Quo verò ad quaſi poſſeſſionem præſentandi, ad illam proban. nec vlla præſentatio, nec quicquam aliud deductum fuit: ideoque cum Rodulphus non probauerit pertinentiam iurispatronatus, nec q. poſſeſſionem, nec deſcendentiam ſuorum præſentantium, eorumque au-
ctorum

Digitized by Google

ſtorum à patronis veris, vel exiſten. in quaſi poſſeſſione præſentandi: non docuit conſequenter de læſione, &
19 bono iure ſuo, prout facere debuit ad obtinen. reſtitutionem. *Bar. in d. §. ſi minor, num.* 6. *Salyc. in d. l.* 1. *num.* 10. *verſ. præterea, C. ſi aduerſus rem iudic. Prob. ad Monac. in rub. de reſtit. in integr. num.* 4. *Rot. deciſ.* 5. *de reſt. in integr. in nou.* quam in Romana Curia ſeruari teſtatur, *Caſtr. in d. §. ſi minor, num.* 7. *& poſt eum Alex. ibi num.* 9. *circa med. Iaſ. num.* 16. *circa fin.* Crot. *conſ.* 344. *num.* 8. 9. *&* 10. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 503. *num.* 23. *Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 7. *propè. fin. verſ. addo pro breuiori*, vbi de ſtylo Palatij, *Lancell. de attent. pend. reſt. par.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. *Odd. d. quaſt.* 36. *art.* 5. *num.* 40. *verſic. in contrarium*, & clariùs omnibus, quòd petens reſtitutionem docere debeat de iure ſuo, cum aliàs ſi ius non habeat, læſio conſiderari non poſſit, declarat *Aym. d. conſil.* 172. *num.* 7. *vſque ad finem*.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Concordantes plures adduxi *ſupra deciſ.* 130. *lit. A.*

B Dixi ſupra *deciſ.* 216. *lit. B.*

C *Afflict. deciſ.* 83. *num.* 1. *Gratian. diſceptat. forenſ.* 912. *num.* 5. *Beltramin. qui meminit huius deciſionis in annot. ad deciſ.* 407. *Gregor XV. ſub litera A Rot. deciſ.* 25. *num.* 2. *in fin part.* 1. *recent. & dixi ſupra ad deciſ.* 172. *ſub litera C. in fin*

D *Lambertin de iurepatr. lib.* 3. *quaſt.* 5. *art* 4. *num.* 2. *Ro-*
20 *man. ſingul* 480. *Menoch de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 10. *& præſumpt.* 130. *num.* 31. *Seraphin. deciſ.* 552. *num.* 2. *& deciſ.* 1141. *num.* 7. vbi quòd concurrentibus alijs adminiculis plenè probent iuriſpatronatus. *Rot. coram Reuerendiſſimo D.* Coccino *deciſ.* 230. *num.* 1. *& in recent. deciſ.* 13. *ſub num.* 3. *ad fin & deciſ.* 518. *num* 5. *part* 1. *& deciſ.* 543. *num.* 7. *part.* 2. *& fuit dictum in Calaguritana præeminentiarum* 17. *Maij*, *&* 26. *Iunij* 1591. *coram Gipſio in Toletana iuriſpatronatus* 12. *Iunij* 1591. *coram Cardinali Blanchetto*, & idem procedit de in-
21 ſcriptione antiquiſſima in pariete Eccleſiæ, ex qua probatur etiam iuriſpatronatus, *Lambertin. d tract lib* 2 *part.* 2. *art* 9. *quaſt* 10 *Ferret. conſil.* 293. *num.* 9. *lib.* 2 *Gabr. conſil.* 196. *num.* 9. *lib* 2. *cum alijs quos ſecuta eſt Rota in Mutinen plebis* 24. *Nouembris* 1623. *coram Reuerendiſ-*
22 *ſimo D.* Coccino *Decano*. Verùm appoſitio inſignium probat iuriſpatronatus, quando apparet, illa eſſe ita antiqua, prout eſt Eccleſia, vel Cappella, in qua adſunt, adeò quòd nõ poſſit aſſignari alia cauſa, ob quã fuerint appoſita, niſi in fundatione Eccleſiæ, aliàs enim potuiſſent apponi ob reſtaurationem, vel ob eleemoſynam, ex quibus iuſpatronatus non acquiritur, & ita dixit Rota in allegata *Calaguritana præeminentiarum* 17. *Maij* 1591 *coram Giptio*, *& d. deciſ.* 230. *ſub d. num.* 1. *coram Reuerendiſſimo D. Decano*, *& coram Cardinali Caualer deciſ* 159. *num* 8. licèt eadem Rota *d. deciſ.* 13. *ſub d num.* 3. *par.* 1. *recent*, dixerit, quòd licèt inſignia non appareant adeo antiqua, vt dici poſſit fuiſſe appoſita in fundatione: nihilominus ſuffragatur ad probationem iuriſpatronatus, quia præſumuntur per patronos appoſita ad conſeruationem ſui iuris.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Cephaluden. penſionis.

Veneris 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Arbitrium non intrat ad ſubſtinendum examen nullum ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati.

SVMMARIVM.

1 *Examen factum à Iudice remiſſoriali poſt terminum in literis aſſignatum, eſt nullum, ex defectu iuriſdictionis.*
2 *Examen factum, citato procuratore mandatum non habente, eſt nullum.*
3 *Citatio facta procuratori mandatum non habenti, eſt nulla.*
4 *Notario atteſtanti, citationem fuiſſe legitimè executam, non creditur, vbi nõ cõſtat de relatione nuncij illius executionis.*
5 *Citatio ad videndum iurare teſtes de iure eſt neceſſaria.*
6 *Teſtes examinati cum interrogatorijs partis ex æquitate ſuſtinentur Rotæ arbitrio. Declara vt num.* 7.
8 *Arbitrio locus non eſt ad ſubſtinendum examen nullum ex defectu citationis mandati, vel iuriſdictionis.*
9 *Iuriſdictionis defectus eſt inſanabilis.*

DECISIO CCCXXIV.

CVM pro Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Alexandrino in cauſa penſionis per eum petitæ à Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Theanen. fuiſſent examinati teſtes coram Ordinario Cephaludenſi in vim remiſſorialium, & de validitate dicti examinis opponeretur, fuit obtenta commiſſio à Sanctiſſimo de adhibenda fide dd. teſtibus, non obſtantibus nullitatibus Rotæ arbitrio, cui non eſſe locum, dubio propoſito, Domini vnanimiter cenſuerunt. Nullitates enim erant plures, & nimis claræ, ac patentes. Prima videlicet, ex defectu iuriſdictionis, quia tàm examen, quàm iuramentorum dela-
1 tio fuerunt poſt terminum in dictis remiſſorialibus in forma aſſignatũ, conſequẽter finita ipſo iure iuriſdictione, *cap. de cauſis, de offic delegat. & ibi Butr num.* 4. *& num.* 34. *verſ. quandoque tempus, Abb. in prin. & num.* 9. *Anchar. in* 3. *num.* 2. *& not. in l.* 1. *C. vt omn. Iud. tàm ciuil. quàm militar.* & in ſpecie noſtra *Rot. deciſ.* 3. *de teſtib. in nou. & videtur tex. in cap. licèt cauſam, de probat.* Secunda, ex defectu mandati Galli, qui vti procurator
2 D. Epiſcopi Theanen. in partibus citatus fuit, *Rot. deciſ.* 410. *in prin. part.* 1. *diuerſ. & in Placentina decimarum de Truxillo* 18. *Martij* 1616. *coram me*. ex quo etiam defectu reſultat, tertia nullitas defectus citatio-
3 nis, *Vant. de nullitat. ex defectu mandati, num.* 61. *& dictum fuit in dicta Placentina decimarum*. Nec obſtat ſi dicatur, fuiſſe citatum ipſummet principalem in Hoſpitio publico Ciuitatis, & per affixionem ad valuas Eccleſiæ, vt ex atteſtatione in proceſſu remiſſoriali *fol.* 4. *& in ſummario D. Epiſcopi Theanen. num.* 4. Nam vltra quòd dicta atteſtatio eſt ſinè rogitu Notarij, non recognita, imò neque ſubſcripta, cum non conſtet de
4 relatione nuncij exequutionis citationis, illa ex ſe non probat citationis tenorem, & conſequenter nec legi-
A timam exequutionem A, *Rot. deciſ.* 55. *num.* 1. *part.* 1. *& in Cortonen. ſpolij* 28. *Nouembris* 1603. *coram bon. me. Iuſto*. Quarta, etiã oritur nullitas ex defectu ſpecia-
5 lis citationis ad videndum iurare teſtes, pariter de iure

neceſſaria, *l. ſi quando, C. de teſtib. cap. 2. extr. eodem*,
Caputaq. deciſ. 274. num. 3. part. 3. Rot. in Aretina ſpo-
lij 9. Iunij 1604. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano,
& nouiſſimè coram me in Romana repetitionis alimentorum
12. Ianuarij præteriti. Qui defectus non ſuppletur per
ſupradictam citationem. Nam vltra quòd de illa legi-
timè non conſtat ex ſupradicta atteſtatione, in ea non
fuit aduerſarius citatus ad videndum iurare teſtes exa-
minãdos ſuper articulis, ſed tantùm ad videndum iurare
teſtes inducendos, quatenus opus eſſet, ſuper recogni-
tione remiſſoriæ, vt patet ex illius lectura *dicto ſumma-*
rio num. 4. Non obſtat, quòd cum teſtes examinati fue-
6 rint cum interrogatorijs partis, intret æquitas, per
B quam Rota ſolet arbitrium exercere B, *Rot. deciſ. 217,*
& 1845. lib. 3. part. 3. diuerſ. Caſ. de Graſſ. deciſ. 11.
num. 18. de probat. Caputaq. deciſ. 149. part. 1. cum
alijs pluribus relatis in Vercellen. ſpoliorum 10. Maij 1610.
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio. Quia pro re-
ſponſione dicebatur, quòd in remiſſoria fuerat expreſ-
7 sè mandatum ad inſtantiam partis Epiſcopi Theanen-
ſis, non habentis in Curia ſufficientem informationem
materiæ articulatæ pro cõficiendis interrogatorijs ſpe-
cialibus, quòd teſtes examinarentur etiam iuxta inter-
rogatoria in partibus exhibenda, quæ cum exhiberi non
potuerint ex defectu prædictæ citationis, ceſſat ratio,
& fundamentum dictæ æquitatis, propter quam arbi-
trium exercetur, quæ alia non eſt, niſi quòd pars fecit,
quicquid potuit in examine, adeò vt quicquam ampliùs
facere non potuerit, vt in dictis deciſionibus, & expreſ-
sè declarat *Put. deciſ. 300. lib. 3. in nou. impreſſ.*
Et propterea dixerunt Domini, non eſſe locum arbitrio ad
8 præſtandam fidem dictis teſtibus, & ſic ſaluan. à nulli-
tatibus iuriſdictionis, citationis, & mandati, quæ re-
gulariter ſunt inſanabiles, nec ad illas Rota extendit
arbitrium ſibi tributum, vt de nullitate ex defectu cita-
tionis dictũ fuit *in Zamoren. pecuniaria 20. Martij 1609.*
coram R. P. D. meo Caualerio. Et ſanatio ad ſuſtinen-
dum examen nullum ex defectu iuriſdictionis non datur,
Gomeſ. in compend. vtriuſque Signatur. num. 74. Staphil.
de liter. iuſtit. in cap. in primis num. 33.
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Non creditur atteſtationi Notarij, quòd citatio legitimè
executa fuerit, ſinè teſtibus, *Put. deciſ 5. lib 3. Rot. de-*
ciſ 624. num. 10. part. 1. recent. & fuit dictum in Anco-
nitana prætenſæ repetitionis indebiti, 1. Martij 1621. co-
ram bon. mem. Dunozetto.
B De quo dixi ſupra *ad deciſ 128.* ſub lit. C.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Peruſina bonorum.

Lunæ 14. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Euictio non dicitur eueniſſe ex ſimplici immiſ-
ſione in Saluiano obtenta.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non dicitur eueniſſe per ſimplicem immiſſionem in Saluiano.*
2 *Sententia, quæ ex actis non iuſtificatur, eſt notoriò nulla, & non tranſit in iudicatum.*
3 *Teſtes incidenter deponentes, & rationem non reddentes, non probant.*
4 *Teſtes deponentes de re, quæ ſenſu non percipitur, tenentur ſui dicti rationem reddere, etiam non interrogati.*
5 *Confeſſio in his, quæ ex iuris diſpoſitione dependent, non præiudicat confitenti.*
6 *Sententia poteſt ex nouiter deductis iuſtificari, etiam quando agitur de re iudicata, & illius executione.*
7 *Sententias extra Tribunal latas Rota non exequitur, niſi iuſtificentur ex eiſdem actis, etiam ſi ad illa ſe expreſſè non referant.*
8 Prætenſus, *dictio non eſt affirmatiua, ſed dubitatiua.*
9 *Correlatiuo vno ceſſante, ceſſat & reliquum.*
10 *Computatio nil aliud eſt, quam compenſatio.*
11 *Compenſatio eſt debiti, & crediti contributio.*
12 *Compenſatio vt intret, opus eſt, quòd actor, et reus ſint inuicem debitores.*
13 *Sententia impugnari non poteſt ab eo, in cuius fauorem lata eſt.*
14 *Indemnitatem præſtare condemnatus, cenſetur etiam condemnatus ad fructus.*
15 *Sententia impugnari poteſt, quando non eſt in totum fauorabilis.*
16 *Indemnitas promiſſa obligat ad damna, et intereſſe, etiam ſi damna iniuſtè patiantur, niſi culpa propria ſtipulatoris euenerint.*

DECISIO CCCXXV.

PLACVIT Dominis deciſio vltima ſub
die 12. Ianuarij præteriti, videlicet ſen-
tentiam A. C. aliàs ad fauorem illorum
de Lupatellis contra Venturinos latam
non tranſiuiſſe in iudicatum, & conſe-
quenter minimè eſſe exequen. vti noto-
riè iniuſtam, quia illa (vt tàm ex prœminalibus, quàm
ex diſpoſitiuis verbis apparet,) eſt fundata in prætenſa
euictione prædij Montis Cornu, aliàs per dictos Ven-
turinos à q. Lupatello cum acceſſione Rinaldi empti, &
1 tamen caſus dictę euictionis non euenit per ſimplicem
immiſſionem in Saluiano ad fauorem Boneambiæ aſſer-
tæ creditricis, vt firmatum fuit in prima deciſione 17.
Aprilis 1617. Nec aliunde euictio deducta, nec proba-
ta fuit, vt patet ex dicta ſententia A. C. & ex alia priori
in partibus lata ad fauorem Dominorum de Venturinis
2 prout in copijs per ipſos datis; & ſic ex actis non iu-
ſtificatur, ex quo notoria nullitas reſultat, impediens
tranſitum in iudicatum, & exequutionem ex ibi allega-
tis. Nec viſa fuerunt obſtare, quæ hodie in contra-
rium deducebantur. Et primò, quòd imò ſatis plenè
conſtiterit de dicta euictione, tum ex teſtibus pro eiſ-
dem Venturinis examinatis *in dicto ſummario num.* 5.
tum ex propria confeſſione eorundem, vt ex quietantijs
per ipſoſmet ſubſcriptis, & productis, in quibus faten-
tur, hoc prædium ſancti Martini fuiſſe per ipſos captum
iure creditoris vti ſpectans ad Rinaldum fideiuſſorem
Ludouici venditoris, *dicto ſummario num.* 4. & clarè in
ſeptima poſitione, ibi, *che li Venturini per l'euittione fat-*
tali dalli creditori di meſſer Ludouico, &c. eodem ſumma-
rio num. 5. lit. B. Nam quò ad teſtes, certum eſt, per
eos non probari euictionem, præſertim quia de illa in-
3 cidenter deponunt, nec aliquam reddunt rationem, &
nihilominus cum dominij euictio iuris ſit, & non ſenſu
4 corporeo, ſed intellectu percipiatur, cauſam dicti ſui
omnino afferre tenebantur, etiam non interrogati,
Bart. in l. ſolam, num. 3. verſ. ſed ſi depoſuit ſuper eo,
quod ſenſu non percipitur, & num. 14. verſ. ſed in his, vbi
Card. Alban. ad eum, Bald. Salicet. & Caſtr. C. de teſtib.

Angel. in l. cum hi, §. vult igitur, num. 4. verſ. ſed ſi in-
terrogatur ſuper iure, & ibi Iaſ. num. 3. verſ. iſtam regu-
lam, ff. de tranſact. Rot. deciſ. 1163. *num.* 3. *lib.* 3. *par.*
3. *diuerſ. cum allegatis per Farinac. de oppoſ. contra dicta*
teſt. q. 70. *cap.* 1. *ampliat.* 3. *num.* 6. Quoad confeſſionē
verò, ea quidem nullo pacto elicitur ex dictis quietan-
tijs, in quibus nullum habetur verbum de hac prætenſa
euictione. Et quatenus ibi aſſerunt recepiſſe illas pen-
ſiones pro fructibus vnius prædij iure creditoris abla-
ti à Fauſtina tanquam ex bonis Rinaldi eius fratris fi-
deiuſſoris, hoc nihil concludit, cum illa verba, *iure*
creditoris, intelligi poſſint non ex cauſa euictionis, ſed
vigore obligationis dicti Rinaldi de ſoluendo omnia
damna, & intereſſe, prout ipſi nunc etiam prætendunt.
Verùm etiam ſi explicita inde confeſſio reſultaret, ea
5 tamen vti emanata ſuper re, quæ non à voluntate con-
fitentium, ſed à iure dependet, ipſis non præiudicaret,
l. confeſſionibus ff. de interrogat. act. l. qui ſeruus, & l.
inde Neratius ff. ad l. Aquil. Roman. conſ. 260. *num.* 4.
& conſ. 420. *num.* 10. *Crauett. conſ.* 93. *num.* 1. *cum*
alijs per Decian. conſ. 10. *num.* 85. *& ſeq. vol.* 3. *& per*
Surd. deciſ. 104. *num.* 30. *& conſ.* 25. *num.* 19. Et hinc
tollitur etiam cōfeſſio elicita ex dicta ſeptima poſitione
dicto ſummario num. 5. Secundò non obſtat, quòd ho-
die per productionem inſtrumenti venditionis, & fide-
iuſsionis dicti Rinaldi, ex quo apparet, ipſam obliga-
tionem fuiſſe ad ſortis reſtitutionem, nedum in caſu for-
malis euictionis, ſed etiam tantummodo pro moleſtijs
etiā ab alijs, quàm à prędicta Fauſtina ſorore illatis, vi-
deatur plenè iuſtificatum creditum dictorum de Ventu-
rinis, licèt euictio ſequuta non fuerit: & hoc ſufficiat,
6 cum ſententia poſsit iuſtificari ex nouiter deductis,
etiam quando agitur de re iudicata, & illius exequutio-
ne, *Verall. deciſ.* 114. *par.* 3. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 8. *num.*
A 4. *& ſeq. de re iudic. Seraph. deciſ.* 701. *num.* 3. A,
Nam omiſſo, quòd contraria concluſio apud Rotam
7 magis recepta videtur, quando agitur de ſententijs ex-
tra eam latis exequendis, vt per *Cheſanen. deciſ.* 287. *Ca-*
putaq. deciſ. 82. *num.* 2. *lib.* 2. *in manuſcript. Card. Se-*
raph. deciſ. 179. *num.* 5. *&* 344. *num.* 1. *&* 987. *num.* 6.
& fuit tentum in Ciuitatis Caſtelli ſpolij 23. *Ianuarij*
1593. *coram Orano, in Romana, ſeu Ciuitatis Caſtelli*
Saluiani 10. *Maij* 1595. *coram bon. mem. Cardinali Man-*
tica inter nou. impreſſ. deciſ. 326. *num.* 8. *& in Romana*
grani 19. *Nouembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo Attre-*
baten. & in alijs ſæpè. Etiam ſi expreſsè relatio ad acta
non fiat, *1 ut. deciſ.* 391 *lib.* 1. *in nou. impreſſ. Gabr. conſ.*
28. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Deciſiones verò Cæſaris de
Graſſ. & Seraph. ſupra allegatæ loquuntur in ſententijs
Rotalibus. In præſenti caſu ceſſat difficultas, quia nec
etiam ex nouis probationibus ſententia iuſtificatur;
nihil enim exibetur aliud, præter dictum inſtrumentum
fideiuſsionis, quòd ſanè nihil facit; quia non ſufficit oſtē-
dere ſimpliciter, & quomodocunque creditum dicto-
rum de Venturinis, ſed debet quoque conſtare de veri-
tate illius ex cauſa in ſententia ſuppoſita, cum aliàs non
remoueatur grauamen, & notoria iniuſtitia in eo con-
ſiſtens, quòd condemnauit Venturinos ad compenſan-
dum fructus per eos perceptos cum ipſorum credito,
occaſione bonorum ſibi euictorum, de qua tamen eui-
ctione non fuit doctum in actis, nec hodie aliud quicquā
ad eam proban. affertur. Quòd autem Rinaldus fuerit
obligatus etiam in caſu moleſtiarum, hoc non iuſtificat
ſententiam, quæ non condemnat Venturinos ad com-
penſan. cum eorum credito ex iſta cauſa, & ideo rema-
net firma concluſio, quòd non ſit exequenda tanquam
notoriè iniuſta. Tertio non obſtat, quòd verba ſenten-
tiæ, quatenus de credito loquitur, non ſint affirmatiua,
8 ſed dubitatiua, videlicet, prætenſi crediti, *l. ſi plures*
verſ. nec non & vnus tutor, ff. de pact. Mandoſ. in re-
gula de Annali quæſt. 48. *num.* 3. *& in forma commiſ-*
ſionis appellat. in prima inſtantia, in verb. prætenſum,
Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. *num.* 13. *qui fil. ſint legitim. Rot.*
in Romana de Luraghis, & Pallauicinis 30. *Octobris* 1600.
coram Iuſto. Et clariùs etiam in vltima parte, ibi, *fa-*
cto calculo, ac detracto vero, & legitimo credito. Quia
aut ſententia firmat creditum, & eſt erronea; aut ve-
rò illud non firmat, & cum diſpoſitiuè mandet impu-
tari, ceſſante credito ceſſat imputatio, iuxta naturam,
9 & regulam correlatiuorum, *l. fin. ff. de acceptil. cum*
vulg. & nihilominus reſpectu ipſius imputationis verba
ſunt diſpoſitiua, & non dubitatiua, vt ex lectura ſen-
10 tentiæ: & ideo impoſſibilis videtur imputatio, quæ ni-
hil aliud eſt, quam compenſatio, niſi in neceſſariū ante-
cedens præſupponatur creditum, eſt enim compenſatio
11 debiti, & crediti contributio, *Cyn. in l. ex cauſa, poſt*
med. verſ. modò dicunt, C. *de compenſat.* Vndè oportet,
12 quòd actor, & reus ſint inuicem debitores, & credito-
res, *Bart. in l. procurator ad exhiben. §. ſi procurator num.*
3. *verſ. nam compenſatio, ff. rem rat. hab.* & ſic ſententia
ſaluari non poteſt, nec à perplexitate, nec ab iniuſtitia.
Quartò non obſtat, quòd Venturini non poſſint impu-
13 gnare dictam ſententiam tanquam fauorabilem *gloſ. in*
l. ſtipulatio iſta, 38. *§.* 1. *in verb. ſucceſſores circa fin.*
verſ. item nec potero dicere, ff. de verb. oblig. Bart. in l. ſi
ſeruus plurium 53. *§.* 1. *num.* 2. *in vlt. not. de leg.* 1. *& ibi*
alij omnes, cum allegatis per Boer. deciſ. 306. *num.* 2. *&*
per Surd. deciſ. 105. *num.* 10. Quia ipſi non ſolùm præ-
tendunt eam non eſſe fauorabilem, ſed contrariam; &
ideò ab ea pro eorum parte fuit appellatum, & cauſa
commiſſa in Rota, dicunt enim, non eueniſſe caſum eui-
ctionis, in quem poſſunt agere ad pretij reſtitutionem,
ſed percepiſſe fructus prædij Montis ſancti Martini vi-
gore ſententiæ Peruſin. condemnantis Lupatellos ad
defenſionem, & indemnitatem ipſorum eorum bono-
rum, & refectionem damnorum, & reſtitutionem fru-
14 ctuum ablatorum ex prædio eis vendito, qui venie-
B bant ſub condemnatione indemnitatis B, *l. quæro, &*
ibi omnes ff. locat. & fuit dictum coram me ſub die 27.
15 *Iunij* 1616. *in hac cauſa.* Et ideò poteſt impugnari
etiam quando non eſt in totum fauorabilis, vt expreſsè
declarat idem *Bart. in dicto §.* 1. *in vlt. not. & ibi Iaſ.*
num. 5. Sententia autem prædicta eſt contraria Ventu-
rinis, quatenus condemnat ad imputan. fructus per eos
perceptos in ſortē; tùm quia rehabito pretio nō poſſent
ampliùs recuperare prædiū Montis Cornu, prout eis li-
cet ſatisfacta Boncambia immiſſa in Saluianum; tùm
etiam quia eo recuperato non poſſent ampliùs agere de
euictione contra obligatos, quia euictio ſemel præſtita
fuiſſet. Quintò non obſtat, quòd hoc modo Lupatelli
fructus indebitè perceperint ex dicto prædio Montis
ſancti Martini: tum quia prætendunt illos percepiſſe in
recompenſam fructuum prædij Montis Cornu, quibus
gauiſa eſt, & fortè gaudet Boncambia, & nihil vltra
percepiſſe, quàm percipiat dicta Boncambia; tùm etiam
quia aliud eſt, quòd teneantur ad reſtitutionem fru-
ctuum, aliud verò, quòd ſint imputan. in ſortem, &c.

ANNOTATIO.

A Idem *Seraphin. deciſ* 734. *num.* 4. *& fuit dictum in Re-*
gien iuriſpatronatus 5 *Martij* 1625 *coram bon mem V bal-*
do, in qua hæc deciſio allegatur & dixi ſupra *deciſ.* 251. *ſub*
lit. D.

B Et quòd obligatus conſeruare aliquem indemnem tenea-
tur ad omnia damna, & intereſſe, præter hic allegatos

Dec. conſil. 551. *num.* 7. *Pariſ conſil.* 106. *num.* 37. *& ſeq. lib.* 1. *& conſil.* 16. *num.* 124 *& ſeq lib.* 2. *Rota Lucen diuerſ. deciſ* 100. *paulò poſt princ. Surd. conſil* 150 *num.* 4. *& fuit dictum in Romana liberationis à moleſtijs* 14 *Martij* 1614. *coram bon mem. Vbaldo, & in Romana, ſeù Florentina pecuniaria* 16. *Aprilis* 1627 *coram R.P.D. Merlino*, quod procedit etiã ſi is, cui indemnitas promiſſa eſt, dam-
16 na iniuſtè patiatur, *Gloſſ. in l. ſi quis vel pecunias, verb. præſtita, circa med verſ ſed ad quid* quam Doct. ibi ſequuntur, *C. depoſit. Soccin. conſil.* 70. *ante num.* 1. *verſ. nec curandum, lib.* 3. *& fuit dictum in Romana releuationis indemnitatis* 10. *Maij* 1596. *coram Cardinali Arigonio.* Non tenetur tamen ad ea damna, & intereſſe, quæ ſtipulatori ex propria culpa euenerunt, vt per *Soccin. d. conſil.* 60. *in princ. Surd. deciſ.* 94. *num* 6 *&* 7. Neque tenetur releuare illum, qui poteſt ſe aliunde conſeruare. *Bart. in d l. quæro, in princip. ff locat. cum alijs per Alexand. conſil.* 114. *num.* 2. *verſ. ſecundò pater, lib.* 3. *Benintend. deciſ.* 81. *num.* 14.

Ioannes Franciſcus Ferentillius

Romana domus, & bonorum.

Veneris 18. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis in libello, in quo aduerſarium detentorem appellat, etiam contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio probatur ex confeſsione partis, in libello aduerſarium detentorem aſſerentis.*
2 *Saluianum competit fideicommiſſario.*
3 *Hæres non poteſt impugnare factum teſtatoris.*
4 *Filij poſiti in conditione ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis cenſentur vocati.*
5 *Exceptiones requirentes indaginem non retardant immiſsionem.*
6 *Hæres non poteſt contrauenire confeſsioni ſui auctoris, donec non conſtet de errore.*

DECISIO CCCXXVI.

STETERVNT Domini in deciſis ſub die 10. Nouembris 1617. videlicet Chriſtophorum eſſe manutenen. in poſſeſſione medietatis domus in Regione Montium, ad pedes Montis Sancti Petri ad Vincula, necnon in quaſi poſſeſſione ratæ cenſus cum Brancaleonibus: immittendum verò in poſſeſſionem, & quaſi reſpectiuè alterius medietatis dictæ domus, & eiuſdem cenſus pro alia rata; & quo ad manutentionem reſpectu domus, firmatum fuit, d. Chriſtophorum acquiſiuiſſe poſſeſſionem dictæ medietatis mediante immiſſione de eo vti hærede teſtamentario pro medietate q. Fuluiæ authore Prætore facta, citata etiam Clitia dictæ
3 q. Fuluiæ ſorore, & cohærede teſtamentaria; quæ Clitia recognouit dictum Chriſtophorum in dominum, & poſſeſſorem, mediante locatione dictæ partis domus ab eodem Chriſtophoro recepta, cum ſolutione penſionum, & concordia inter eoſdem Clitiam, & Chriſtophorum inita, & perſeuerantia dictæ Clitiæ in habitatione dictæ domus iure dictæ locationis vſque ad obitum. Quibus accedit expreſſa confeſſio Hieronymi in libello del 1616. producto coram ſecundo Collaterali contra Chriſtophorum, in qua vti prætenſus fideicommiſſarius Mariæ Vallettæ eius prætenſæ auiæ maternæ petit, eum vti detentorem medietatis dictæ domus teneri ad dimittendam, & relaxandam dictam detentionem, & poſſeſsionem, expulſo dicto Chriſtophoro detentore, *vt in ſummario Chriſtophori num.* 7. Quæ confeſsio ſuperat omnes probationes, & probat poſſeſsio-
1 nem ad effectum manutentionis, reprobata qualitate, quòd eſſet improba, *Rot. deciſ.* 802. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ. cum alijs relatis in Roman. annorum de Roncionibus* 4. *Martij* 1616. *coram me.* Reſpectu verò dictæ partis cenſus viſum fuit, de quaſi poſſeſsione conſtare quo ad ratam ſcutorum 150. ex ceſsione illius ad fauorem ipſius Chriſtophori in ampliſsima forma, & cum clauſula, *conſtituti*, per dictam Clitiam facta in inſtrumento dictæ concordiæ; & quò ad aliam ratam ſcutorum 50. ex mandato de immittendo in Curia Capitolina de anno 1605. per eum vti hæredem pro medietate dictæ Fuluiæ obtento; & quò ad totam ſummam ſcutorum 200. ex quietantijs, & exactionibus per eum vnà cum dicta Clitia cohærede factis, & alias datis *in ſummario num.* 7. in quarum prima ſub die 27. Ianuarij 1611. à qua aliæ ſubſequentes declarationem recipiunt, expreſſa continetur relatio ad mandatum de manutenendo ab A. C. obtentum, & ad prædictam concordiam, & ceſsionem, & contra iſtas exactiones nihil opponitur. Hodiè verò accedit dicta confeſsio Hieronymi in dicto libello, in quo petijt, ipſum vti detentorem medietatis dicti cenſus condemnari ad illum dimittendum, & relaxandum ad eius fauorem. Quò ad immiſsionem verò pro altera medietate dictæ domus, & pro rata ſcutorum 50. ſortis dicti cenſus, Domini perſtiterunt in ſententia, quòd
2 illa ſit danda eidem Chriſtophoro ex remedio Saluiani competen. fideicommiſſario, vt fuit dictum in deciſione, per obitum enim Clitiæ ſinè filijs euenit caſus reciprocæ ſubſtitutionis ad fauorem ipſius ex teſtamento dictæ Fuluiæ. Nec dubitari poteſt de poſſeſsione eiuſdem teſtatricis de tempore eius vitæ, & mortis, ad cuius etiam vberiorem probationem hodie dantur pro Chriſtophoro reſpectu domus, immiſsio de dicta Fuluia facta del 1591. authore Prætore, cum expulſione eiuſdam Meniea tunc detentricis, conſignatione, & traditione clauium *ſummario num.* 1. locatio per dictam Fuluiam facta pro annua penſione ſcutorum 18. *num.* 5. Deliberatio alterius partis, & viridarioli, & emptio facta per Fuluiam ab emptore *num.* 2. Licentia per eam obtenta à Magiſtris Viarum de eam fabrican. & amplian. *num.* 3. Quietantiæ Canonum per eam ſolutorum Illuſtriſsimo D. Cardinali Sfortiæ Abbati Sancti Laurentij ab anno 1594. vſque ad annum 1600. *num.* 4. reſpectu verò cenſus dantur particulares exactiones, & quietantiæ factæ ad fauorem debitorum cenſus per Fuluiam ab anno 1585. *ſummario num.* 8. & generalis quietantia facta per eandem, & Artemiſiam ſororem, tàm proprio, quàm vice, & nomine aliarum ſororum de anno 1603. *in ſummario num.* 9. Et dantur duo teſtes examinati contra Clitiam *in eodem ſummario num.* 10. Et licèt dicta Fuluia non ſit nominata in inſtrumento emptionis dicti cenſus à Brancaleonibus; ipſam tamen dictum cenſum vti emptum de pecunijs redactis ex pretio domus paternæ, pro æquali portione vnà cum alijs ſororibus poſſediſſe, patet, tum ex inuentario bonorum, (vt prætenditur) fideicommiſſo q. Mariæ ſubiectorum, & in hæreditate Simphuſiæ re-

per-

Digitized by Google

pertorum confecto per Clitiam, & acceptato, tradito,
ac producto per ipſummet Tirellum, vt in ſecundo ex-
tractu Capitolino ſol. 86. & 97. in quo inter cetera con-
tinetur, Artemiſiam, Fuluiam, Simphluſiam, & Cli-
tiam poſſediſſe dictum cenſum ſcutorum 300. pro indi-
uiſo. Tum ex libello per eundem Tirellum porrecto,
vt dicto extract. ſol. 114. in quo ſimilis aſſertio contine-
tur. Tantò magis, quia Hieronymus non poteſt impu-
gnare, ſed approbare tenetur (tanquam hæres teſtamen-
A tarius Clitiæ A, vt ex deductis io deciſione, & ex dicto
3 libello de anno 1616. producto contra Chriſtophorum)
tranſactionem ioitam ioter dictum Chriſtophorum ex
vna, & dictam Clitiam ex alia. Non obſtant, quæ lon-
ga ſerie adducuntur pro Hieronymo. Nàm reſpectu
manutentionis in poſſeſſione, & quaſi reſpectiuè me-
dietatis domus, & cenſus, illa noo controuertitur per
Chriſtophorum, imò petendo immiſſionem ex dicto te-
ſtamento Fuluiæ citato eodem Hieronymo, expreſsè
admittitur; quatenus verò nititur impedire dictam
immiſſionem tanquam fideicommiſſarius Mariæ Val-
lettæ de Setia, prætextu quòd fuerit poſitus in condi-
4 tione, & ſic vocatus ex Statuto Vrbis, Dominis viſum
fuit, ipſum non poſſe dictam immiſſionem impedire, nec
pro ſe obtinere ex dicto prætenſo fideicommiſſo in poſ-
ſeſſionem partis domus, & cenſus poſſeſſæ per Chriſto-
phorum, cum oppoſita, & propoſita per eum ſiot ni-
5 mis turbida, & altiſſimam requirant indaginem. Tùm
quia non benè probatur eius filiatio ex Simphluſia vlti-
ma nepte dictæ Mariæ, & teſtes ſuper ea examinati
cum Clitia in Tribunali Illuſtriſſimi D. Vicarij, & ſen-
tentia lata ſuper prætenſa filiatione, & nullitate teſta-
menti Simphluſiæ, *de quibus in eius ſummario num. vlt.*
ſunt inter ipſum Hieronymum, & Clitiam, & poſt tran-
ſactionem per eam initam cum Chriſtophoro, cui noce-
re non poſſunt; tùm quia dubitatur, an Terra Setiæ ſit
in diſtrictu Vrbis, & ſic ao ſit locus ſtatuto, quòd filij in
conditione poſiti ſint vocati; tùm etiam, quia cenſus,
& domus, de quibus agitur, nunquam fuerunt io bonis
dictæ Mariæ teſtatricis, vt fatetur idem Hieronymus,
qui prætendit per quandam longam ſeriem ſubrogatio-
nem illorum loco bonorum hæreditariorum dictæ Ma-
riæ alienatorum; nec conſtat de identitate bonorum
alienatorum, quæ nec etiam erant alienari prohibita,
& neptibus ex filio hæredibus dictæ Mariæ compete-
bant detractiones legitimæ ex perſona patris, & Tre-
bellianicæ ex perſona propria non prohibitarum; nec
conſtat de mente, & voluntate ſubrogandi, cum Hiero-
nymus non doceat ſe fideicommiſſarium, nec inconti-
nenti de iure ſuo, prout neceſſe eſſet ad illam impedien-
dam; & cum Chriſtophorus habeat intentionem ſunda-
tam in concordia inter ipſum, & Clitiam inita, cuius
eſt hæres dictus Hieronymus, licèt prætendat cum be-
neficio legis, & inuentarij, io qua expreſsè declaratum
fuit, tàm dictam domum, quàm tertiam pertem cenſus
fuiſſe hæreditariam Fuluiæ, non obſtan. etiam, quòd
Fuluia non fuiſſet nominata in inſtrumento primi cenſus
empti de communibus pecunijs retractis ex pretio cu-
iuſdam domus Terræ Setiæ, vt in dicta tranſactione
habetur, & donec doceatur concludenter de errore
6 dictæ confeſſionis, Hieronymus hæres Clitiæ illi con-
trauenire uoo poteſt, & conſequenter non illi, ſed Chri-
ſtophoro eſt danda manutentio, & immiſſio reſpectiuè,
vt ſupra.

Et ita deciſum, &c.

A Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, de quo dixi latè ſupra *ad deciſ.* 154. *lit. A.*

Anconitana bonorum.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Creditor fructus ſi pignoris in executione capti non facit ſuos, niſi ſequatur ſubhaſtatio, deliberatio, & adiudicatio; ex eo tamen, quòd tale pignus retinuerit, non poteſt conſiderari aliquis exceſſus, ſiue ſpolium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia recipit declarationem ex verbis proœmialibus, & deciſione Rotali præcedenti, ſinè qua ferri non poteſt.*
2 *Executio facta iuxta* l. à diuo pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic. *valet, nec aliquis exceſſus conſiderari poteſt.*
3 *Subhaſtatione deficiente, fructus pignoris in executione capti, computantur in ſortem.*
4 *Spolium vt intret, iniuſtitia debet eſſe ita notoria, vt nullo velamine celari poſſit.*

DECISIO CCCXXVII.

ORTA lite del 1576. in Ciuitate Anconæ inter Comitiſſam, & q. Petrum coniuges ſuper prætenſa d. Petri ſænitia, ob quā dicta Comitiſſa ab eo ſeorſum habitare cœperat, lataque per Vicarium Ordinarij ſententia, quòd liceret ei ſic ſeorſum à viro habitare, donec non eſſet per eum præſtita fideiuſſio de eam non offendendo, & dictum Petrum teneri ad præſtationem alimentorum à die, quo ipſa diuertit, reiecta iuratoria cautione per d. Petrum oblata, cauſaque eius appellationis commiſſa Vicario Recanaren. fuit per eum relaxatum mandatum pro alimentis ad ſummam ſcutorum 177. & in illius exequutionem deliberata domus Petri in Parochia ſancti Iacobi Anconæ Franciſco Capoliono, qui illam ceſſit Mario Tancredo Comitiſſæ fratri. Et cauſa deinde introducta coram Locumtenente Illuſtriſſimi Vicarij Vrbis, fuit per eum lata ſentētia, per quam vltra confirmationem cuiuſdam alterius ſenteotiæ ad fauorem Petri latæ, & reuocationem contrariarum declarauit Comitiſſam teneri redire ad maritalem cohabitationem ſub viri cautione iuratoria, & dictum Petrum ad eum, in quo ante ſententias erat, ſtatum reponendum, & reintegrandum, *vt in ſummario fratrum num.* 4. cuius ſententiæ tanquam in iudicatum tranſactæ executio fuit per A. C. ſiuè deputatos ab eo relaxata in fauorem Petri contra dd. Comitiſſam, & Marium, & nominatim ad infraſcripta. Primò ad reſtitutionem dictę domus ſancti Iacobi: ſecundò ad ſolutionem ſcut. 450. pro damnis, intereſſe, & expenſis in dicta ſumma taxatis, *vt in dicto ſummario num.* 5. *&* 6. & pro executione Petrus vltra ſcut. 250. in pecunia rehabuit dictā domum, & pro reſiduo dictorum ſcutorum 450. in duos cenſus dicti Marij nuncupatos Turei, & Moriconi reſpectiuè valoris in ſorte ſcut. 100. pro quolibet. Commiſſaque cauſa reſtitutionis in integrum pro parte dd. de Tancredis, appellatione remota, & cum clauſula, *parito iudicato*, præter quàm quo ad habitationem, Cardinali Blanchetto, cuius loco deinde fuit ſubrogatus Cardinalis Seraphinus, qui præuia deciſione in impreſſis 1276. tulit ſententiam ad fauorem

dd. de Tancredis, per quam primò reuocauit ſenten-
tiam d. Locumtenentis Vicarij ex capite nullitatis, &
iniuſtitiæ, & executionem, vt ſupra ſubſecutam; ſecundò
confirmauit ſentẽtias priores latas ad fauorem d. Comi-
tiſſæ. tertiò reintegrauit d. Marium, & Comitiſſam re-
ſpectiuè ad poſſeſſionem d. domus, & omnium cenſuum
per eos ante dictam ſententiam poſſeſſorum, & alio-
rum bonorum in executione dictæ ſententiæ Locumte-
nentis Vicarij captorum; quartò condemnauit Petrum
ad reſtitutionem ſcut. 438. pro fructibus, ſeu penſioni-
bus d. domus, & ſcut. 32. pro expenſis, & omnium
pecuniarum per eum habitarum, & exinde relaxata
per eundem duo mandata, vnum videlicet reintegrato-
rium dd. de Tancredis ad poſſeſſionem d. domus, & dd.
duorum cenſuum Turei, & Moriconi: aliud verò pe-
cuniarum pro reſtitutione dd. ſcut. 250. & vtrumque
fuit exequutum, & ſic Marius reintegratus ad d. do-
mum, & duos cenſus; pro reſtitutione verò dd. ſcut.
250. per eum capti fuerunt alij duo cenſus Petri valoris
in ſorte ſcut. 100. pro quolibet, nuncupati reſpectiuè
Scagliæ, & Aquilæ, non ſequuta tamen deliberatione,
nec adiudicatione: prout etiam habuit vnam domum
Petri in Parochia ſancti Nicolai, & nonnulla mobilia
deliberata pro certa ſumma. Et poſtea cauſa commiſsa
Reuerendiſſimo Atrebaten. loco Illuſtriſsimi D. Car-
dinalis Lancellotti, fuit per eum lata ſententia reinte-
gratoria d. Petri ad poſſeſſionem dd. domorum, & dd.
cenſuum Scagliæ, & Aquilæ, & condemnatoria d. Ma-
rij in fructibus perceptis, quę fuit reuocata in gradu ap-
pellationis per R. P. D. Manzanedum, & confirmata
dicta ſententia Cardin. Seraphini, eiuſque executio, *vt
in ſummario dd. de Tancredis num.* 7. Cauſaque demum
appellationis Petri coram me deuoluta, dubitaui inter
RR. fratres S. Dominici Anconæ hæredes Petri interim
defuncti, & dd. de Tancredis, an dicta ſententia D.
Manzanedi eſset confirmanda, vel infirmanda, & DD.
vtraque parte informante confirmandam eſse reſpon-
derunt; fundamentum fuit, quia ſententia Reuerendiſ-
ſimi Attrebaten. (vt patet, tum ex verbis proœmialibus,
tùm ex præcedenti deciſione 4. Iulij 1603. à qua reci-
1 pit ſententia declarationem, ex traditis per *Soccin. iun.
conſ.* 181. *num.* 70. *& ſeq. vol.* 2. *Caball. conſ. deciſiu.*
125. *num.* 1. *par.* 1. præſertim cum ſinè illa deciſione
ferri non potuerit iuxta reformationem fel. rec. Pij
Quarti) nitebatur ſuper ſolo prætenſo exceſſu commiſſo
in executione d. ſententiæ Cardinalis Seraphini, quia
non ſolùm fuerat capta poſſeſſio domus S. Iacobi, &
cenſuum Turei, & Moriconi, ſed alterius domus S.
Nicolai, vt in d. deciſione. De huiuſmodi autem ex-
ceſſu non ſolùm non conſtat, ſed potiùs de non exceſſu,
vt etiam fuit reſolutum coram eodem Attrebaten. 7.
Maij 1604. & coram R. P. D. Manzanedo 20. Maij
1611. & 24. Maij 1616. in qua Rota ex hoc capite con-
ſtare dixit de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſùs
ſententiam Reuerẽdiſſimi Attrebaten. Nam cum (vt ſu-
pra dictum eſt) duo fuerint relaxata mandata per Cardi-
nalem Seraphinum, vnum videlicet pro reintegratione
Marij ad bona per Petrum ablata, & nominatim ad
domum S. Iacobi, necnon ad cenſus, qui licèt non eſſent
nominati, tamen conſtat, illos fuiſſe dd. duos Turei, &
Moriconi, & generaliter ad alia bona per Petrum ca-
pta in exequtione d. ſententiæ Locumtenentis Vicarij;
in iſtis quidem ſic nominatis, & reſpectiuè in ſententia,
& mandato comprehenſis nullus poteſt dici commiſſus
exceſſus, vt in dicta deciſione 20. Maij 1611. reſpectu
verò domus S. Nicolai, & aliorum duorum cenſuum,
& ceterorum bonorum in vim alterius mandati pecu-
niarij captorum non poteſt conſiderari aliquis exceſſus,
2 cum fuerint capta pro pignore iudiciali iuxta ordinem
*l. a diuo pio, §. ſi pignora, verſ. addicantur, vbi Gloſ. &
Doct. ff. de re iudic. & l. ordo, C. de execut. rei iudic.* &
ideo licèt non præceſſerit, nec ſubſecuta fuerit ſubha-
ſtatio, deliberatio, & adiudicatio; exinde tamen aliud
inferri non poteſt, niſi quòd Tancredi non fecerint fru-
A ctus ſuos, ſed eos teneantur imputare in creditum A. vt
dictum fuit in dictis deciſionibus DD. Attrebaten. ſub
3 die 4. Iulij 1603. & Manzanedi 11. Maij 1611. non
autem quòd fuerit commiſſus exceſſus, nec in capien-
dis dd. bonis pro credito pecuniario, nec in capiendis,
ſeu recuperandis contentis in dicta ſententia Cardina-
lis Seraphini, cum mandata ſint ſeparata, & diuerſa; &
ideo exequutio vnius vigore facta nõ poſſit vitiare exe-
cutionem factam vigore alterius, vt in alia deciſione
Reuerendiſſimi Attrebaten. 7. Maij 1604. & coram
R. P. D. Manzanedo in dicta deciſione 20. Maij 1611.
Non obſtat prætenſa nullitas ſententiæ Cardinalis Se-
raphini ex defectu iuriſdictionis, cum non eſſet paritum
iudicato iuxta formam commiſsionis illi directæ; quia
dicta clauſula non eſt abſolutè poſita, ſed cum alia, *ar-
bitrio Rotæ*, & iam bis deciſum fuit coram dicto D.
Manzanedo, videlicet ſub die 12. Ianuarij 1607. & 21.
Aprilis 1610. dictam ſententiam non eſſe nullam ex hoc
capite. Denique DD. dixerunt, tàm ex prædictis, quàm
ex deciſione aliàs facta coram Illuſtriſsimo D. Cardi-
nali Lancellotto ſuper iuſtitia dictę ſententiæ Cardinalis
Seraphini ſub die 9. Iunij 1600. ex aduerſo oppoſita
reddi dubia, ac turbida, & ad excluſionem ſpolij ſuffi-
cere, iniuſtitiam non eſſe adeò claram, vt nullo colore
offuſcari poſſit iuxta deciſiones in *Romana de Bombellis*
31. *Maij* 1613. *coram Reuerendiſſimo Damaſceno, in
Nepeſina laudi* 13. *Februarij* 1615. *coram* R. P. D. *meo
Caualerio*, in qua aliæ allegantur.

Ex quibus reſolutum fuit pro confirmatione ſententiæ R.
P. D. Manzanedi, vt ſupra, &c.

A Vide ſupra *deciſ.* 240. *num.* 2. *&* 7. *& lit. A.*

Placentina decimarum de Truxillo.

Lunæ 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Defectus citationis ad dicendum contra articu-
los, & ad videndum iurare teſtes, in Hiſpa-
nia, de ſtylo ſuppletur ex intimatione de-
creti præfixionis termini.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio decreti præfixionis termini ſupplet citationem
ad dicendum contra articulos, quando talis eſt ſtylus regio-
nis, & num.* 4.

2 *Intimatio decreti præfixionis termini ſupplet citationem
ad videndum iurare teſtes.*

3 *Itimatio præfixionis termini ſufficit pro citatione etiam
in iudice remiſſoriali, quando contrarium in ea præſcri-
ptum non fuit.*

5 *Terminus probatorius eſt* 80. *dierum apud Hiſpanos.*

DE-

DECISIO CCCXXVIII.

PLACVIT Dominis deciſio coram me facta ſub die 7. Februarij præteriti pro validitate examinis teſtium, de quibus agitur, non obſtan. in contrarium pro parte Ciuitatis adductis. Nullitas enim ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & ad viden. teſtes iurare, fuit ſublata in deciſione per intimationem decreti præfixionis termini ad proban. qui
1 de ſtylo illarum partium ſupplet citationem ad dicen-
A dum contra articulos A, vt cenſuit Rota in cauſa *Toletana decimarum de Salcedon.* 26. *Februarij* 1599. *co-*
2 *ram bon. mem. Penia*, & aliam ad viden. iurare, quamuis in decreto non expreſſam, vt vltra reſolutiones *in cauſa Conchen. decimarum del Infantado coram RR. PP. DD. meis Pirouano, & Andrea allegatas in alia deciſione, fuit reſolutum in cauſa Vallisoletana iuriſdictionis* 6. *Iunij* 1614. *coram R. P. D. meo Verospio.* Neque ſubſiſtit prætenſa diuerſitas ab informantibus allegata; Tùm quia decretum, de quo agitur, eſt conforme praxi, & ſtylo Hiſpaniarum, de quo atteſtatus fuit R. P. D. meus Manzanedus, quod ſufficit pro validitate; tùm quia neque minùs in ſubſtantia diſcordat, ad formulam per Suarez relatam imò eſt valde conforme, cum in decreto, & in formula legantur expreſſa verba, *mandauit partes citari, &c.* prout fuit in alia deciſione deductum. Nec aduerſatur deciſio in cauſa Calaguritana de Victoria coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, tùm quia procedit (prout loquitur) in Iudice remiſſoriali, qui formam in remiſſoria ſibi præſcriptam non obſeruauit; tùm
3 quia expreſsè admittit, pro citatione ſufficere intimationem decreti præfixionis termini, quando contrarium Iudici non fuit in remiſſoria, vel delegatione ordinatum. Altera verò, quòd teſtes iurauerint, & examinati fuerint extra terminum, in facto non verificatur, quia poſt prorogationes termini relatas in alia deciſione, Vicarius ad inſtantiam Ciuitatis petentis ſibi dari termini complementum ſub die 15. Iunij illum conceſſit vtrique parti communem, vt fuit in contradictorio coram me cum proceſſu concordatum; vndè cum
4 terminus probatorius, iuxta leges Regni Hiſpaniarum, ſit octuaginta dierum, conceſſio complementi termini, non poteſt dici dubia, ſed valdè certa: quia Iudex concedendo complementum termini, intelligitur aſſignare omnes dies remanentes ad complementum 80. dierum, prout de communi praxi, & ſtylo Hiſpaniarum atteſtatus pariter fuit idem R. P. D. Manzanedus. Et ita tollitur nullitas, quia teſtes pro parte Capituli iurauerunt, & examinati fuerunt à die 30. Iunij, vſque ad diem 26. Iulij ſubſequentis, vt fuit in dicto contradictorio à partibus cum proceſſibus verificatum. Et hoc etiam benè agnouit pars Ciuitatis, tùm quia in ſpecie petijt ſibi concedi termini complementum; tùm quia ſub die 26. Iulij, quo iam fuerat examen perfectum pro parte Capituli, explicitè confeſſa fuit, terminum adhuc durare, & propter impedimentum meſſium inſtetit, illum ſuſpendi, prout Vicarius de partium conſenſu ſuſpendidit vſque ad diem 15. Auguſti ſubſequentis *in ſummario Capituli num.* 10. tùm denique quia intra eundem terminum ſuos teſtes examinauit, ex quibus maximè confirmatur dictus ſtylus, vt conſiderauit Rota *in allegata Conchen. decimarum del Infantado coram R. P. D. meo Andrea.* Ceſſat etiam nullitas ex defectu citationis famulorum deducta, quia (prout fuit in deciſione reſponſum) quoad incolas loci de Sancta Cruce conſtat de mandato particularium famulorum dicti loci, & quoad alios de mandato incolarum Ciuitatis, & aliorum locorum, qui pro ſe, & pro incolis abſentibus dederunt mandatum procuræ, & pro illis promiſerunt de rato, & de iudicatum ſoluendo, & ideò cum in dictis mandatis comprehendantur omnes famuli, qui ſint incolæ, ſufficit, examen ſubſtineri contra citatos; Ceteris autem fuit ſufficienter in deciſione reſponſum, & ab informantibus pro Epiſcopo, & Capitulo.

Et ideo Domini ſteterunt in deciſis, &c.

A Dixi ſupra *deciſ.* 118. *ſub lit. A num.* 17.

Sutrina redditionis rationis, ſeu ſoccidæ.

Veneris 25. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis debet eſſe realis, nec inſtrumento confeſſionis tutricis redditæ rationis ſtandum eſt contra pupillos.

SVMMARIVM.

1 *Tutela finitur pubertate, quæ per fidem baptiſmalem probatur.*
2 *Redditio actualis rationis requiritur, & ſimplex confeſſio redditæ rationis non ſuffragatur.*
3 *Inſtrumenti aſſertioni de reddita ratione ſtandum non eſt.*
4 *Verba ad ſuam cauſam ſunt reſtringenda.*
5 *Decreta interlocutoria quandocunque Iudex poteſt reuocare, & ab illis reponere.*
6 *Cameralis obligatio per decreti reuocationem, vel repoſitionem vulneratur.*

DECISIO CCCXXIX.

DVBITAVI, an mandata A. C. contra bona hæreditaria q. Herculani 3. Aprilis 1610. relaxata ſint exequenda, vel de nouo relaxanda, & DD. pro Io. actore informante reſponderunt, quia clarè conſtat de obligationibus Cameralibus d. Herculani ex publicis inſtrumentis ſoccidarum animalium ad certum tempus initarum celebratis ſub diebus 21. Aprilis 1595. & 1. Martij 1596. in quibus ipſe q. Iuliano de Ioannis patri promiſit, beſtias in ſoccidam ab eo acceptas cuſtodire more bonæ, ac lealis ſoccidæ, eaque finita diuidere iuxta ſolitum, ac conſuetum. Nec obſtare putarunt prætenſam ſolidationem in ſcut. 250. die 30. Iulij 1602. factam inter Paradiſam matrem d. Ioannis filij, & hæredis dicti Iulianij cum ampliſſima liberatione ad fauorem dd. de Herculanis. Primò, quia non conſtat de tutela dictæ Paradiſæ, quæ nec in dicto inſtrumento enunciatur, ſed dicitur quòd eſt legitima perſona, quæ vbi etiam fuiſſet tamen tutela erat finita per eius pu-
1 bertatem, quæ probatur per fidem baptiſmalem *in ſummario num.* 4. *Seraphin. deciſ.* 1138. *num.* 2. & ſæpiſſimè fuit deciſum, *l. niſi finita ff. de tut. & rat. diſtrab.* Secundò, quia tutrix non potuit per ſimplicem confeſ-
2 ſionem redditæ rationis abſoluere, ſed actualis redditio requirebatur iuxta *vulg. l. cum ſeruus* 81. *ff. de condit. & demonſtrat. Roland. conſil.* 49. *num.* 50. *& ſequēti lib.* 1. *Gutier. de iuram. confirmat. par.* 1. *cap.* 40. *num.* 18. *& ſeq. & in tract. de tut. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 28. *Menoch.*

de

Digitized by Google

de arbitr. caſ. 208. *num.* 19. & 20. *Rimin. iun. conſ.* 338.
num. 31. *cum ſeqq. vol.* 3. *Munoz. de ratiocin. cap.* 2.
1 *num.* 5. & 10. & *cap.* 9. *num.* 1. & 8. & *cap.* 10. *num.*
3 1. & 6. Nec ſtandum eſt aſſertioni in Inſtrumento de
computis amicabiliter factis, *Roland. d. conſ.* 49. *num.*
53. *lib.* 1. *Rimin. iun. d. conſ.* 338. *num.* 49. *cum ſeqq.*
& *num.* 55. & *ſequentibus.* Tandem quia dicta libera-
tio, vt apparet ex illius tenore, eſt reſtricta ad cauſam,
& computa adminiſtrationis, prout potiſſimùm oſten-
dunt illa verba, *de omnibus datis, acceptis, & adminiſtra-
tis per d. D. Herculanum de Herculanis, &c. ſuper bo-
nis, & hæreditate d. quondam Iuliani Malerbæ per totum
tempus ſuæ adminiſtrationis vſque in præſentem diem,*
&c. & verba vltimi capituli, ibi, *& promette, che per
tal conto dd. de Ercolani non ſentiranno mai per alcun tem-
po faſtidio alcuno*; & ideo non comprehendit debita oc-
4 caſione d. ſoccidæ, ſed eſt reſtringendum ad ſuam cau-
ſam, *l. ſi ex pluribus in princ. & ibi Bart. ff. de ſolut.
idem Bart. in l. ſub prætextu, C. de tranſact. & not. com-
muniter, Doct. in l. ſi certa per illum tex. C. eod. Abb. conſ.*
114. *num.* 3. *verſ. ſed his non obſtan. lib.* 2. *Natt. conſ.*
546. *num.* 14. *cum alijs cumulatis per Surd. deciſ.* 217.
num. 1. *cum ſeqq.* Neque obſtat decretum eiuſdem
A.C. reuocationis dd. mandatorum ſub die 26. Septem-
bris 1612. & aliud mandans, hæredes Herculani non
moleſtari ſub die 9. Ianuarij 1613. quia vltra quòd ſunt
5 decreta interlocutoria, & ab illis ſolet A. C. præſer-
tim in executiuis partes quandocunque reponere, iuxta
*text. cum ibi not. in cap. cum ceſſante, de appell. & in l.
quod iuſſit, ff. de re iudic.* & de ſtylo tribunalis per *Mo-
6 dern. in prax. lib.* 1. *cap.* 53. Non poteſt per illa dici vul-
nerata obligatio Cameralis, de qua nullum verbum in
eis, ſed tantùm decreta relaxationis, & mandata, quæ
A non vulnerant obligationem Cameralem, A, vt fuit
deciſum *in Romana cenſus* 27. *Iunij* 1580 *coram Cantuc-
cio, in Reatina depoſiti* 18. *Decembris* 1600. *coram bon.
mem. Penia, in Romana ſocietatis officij* 4. *Febr.* 1608. *co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in alijs plu-
ribus.*

Et ita deciſum pro Ioanne informante, &c.

ANNOTATIO.

A Vulnerato mandato relaxato vigore obligationis Came-
ralis, non dicitur vulnerata ipſa obligatio, nec eſt ſublata
facultas executiuè procedendi, vt præter deciſiones hic
allegatas, Rot. *inter impreſſas poſt Zacch. ad Galleſ. de
obligat. Camerali deciſ.* 59. *num.* 3. & *fuit dictum in Aue-
nionen. donationis* 22. *Iunij* 1622. *coram bon. mem. Pa-
triarcha Manzanedo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. bonorum de Grifonibus.

Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio probatur ex confeſſione emanata in
ſcriptura priuata, quæ ſatis recognita dicitur
per teſtes habentes notam manum, ſi con-
currant adminicula.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione in ſcriptura priuata
facta.*
2 *Teſtium dicta in alia cauſa, & ad alium finem non
probant.*
3 *Teſtium dicta præſumuntur ſuper eadem cauſa, quan-
do ſunt inter eaſdem perſonas, & reſpectu earundem
rerum.*
4 *Iudicium non cenſetur diuerſum, quando cauſa deuoluitur
per viam ſubrogationis, vel appellationis.*
5 *Recognitio priuatæ ſcripturæ per teſtes dicentes habere
notam manum non ſufficit, niſi iunctis adminiculis,
num.* 6.
7 *Adminicula, quæ cum veriſimilitudine ſunt iuncta, ma-
ximè probant.*
8 *Poſſeſſorium ſemiplena probatione contentatur.*
10 *Teſtes per verbum,* videtur iudicio meo, & poteſt eſſe,
non probant.
11 *Teſtes non ſufficit vehementer opinari, ſed verè ſcire debēt.*
12 *Confeſſio certa influit in actus dubios, qui ab illa recipiunt
interpretationem.*
13 *Conductorem affictus illi, à quo cauſam non habet, ſoluere
inueriſimile eſt.*
14 *Cedens poſſeſſionem illa non priuatur, niſi fuerit capta
per ceſſionarium.*

DECISIO CCCXXX.

NON receſſerunt DD. à reſolutione
facta ſub die 18. Decembris præteriti,
videlicet, non eſſe dandum mandatum
de manutenendo M. Antonio, quia
non ſolùm non conſtat de eius poſſeſ-
ſione de tempore litis, ſed de non poſ-
ſeſſione, & de poſſeſſione Iacobi, quæ
1 propriam excludit, cum duo eandem rem inſolidum
poſſidere non poſſint, & quidem ex propria confeſſio-
ne, de qua in ſcriptura inter eos confecta 23. Ianuarij
1615. in dicta deciſione ponderata *gloſ. in l. ab emptore
in verb. conſtituatur, de pact. & ibi Ang num.* 4. *gloſ. in
l.* 2. *in verb. traditio, & ibi Bald C. de acquir. poſſ. Tira-
quell. de iur. conſt.* 2. *par ampliat.* 2. & *par.* 3. *ampliat.* 1.
Non obſtare dixerunt oppoſitiones deductas contra
dictam ſcripturam. Et primò, quòd teſtes ſuper illius
recognitione ſunt examinati in alia cauſa, & ad alium
finem, *ad not. in l.* 2. *C. de eden. & in cap. cauſam quæ, il
primo, de teſtib.* tùm quia de hoc non conſtat, immò vi-
debitur ex deductis apparere de contrario cum ſint re-
cepti inter eoſdem fratres litigantes ſuper bonis, & hæ-
reditate quondam Ludouici, inter quos ſunt hodie con-
3 trouerſa, & ſic probant coram alio Iudice, *d. cap. cau-
ſam quæ, & ibi Bur. Abb. & ceteri in ſummario*; tum
etiam quia cauſa non agitur coram alio Iudice, ſiuè fue-
rit deuoluta in Rota per viam ſubrogationis Iudicis de
4 partibus, ſiuè per appellationem, *vt in d. cap. cauſam
quæ not. Abb. num.* 1. *verſ. idem dicen. & num.* 2. *verſ. ego
puto, & ibi Dec. num.* 9. Secundò, quòd dicta ſcriptura
tanquam priuata, & ſinè teſtibus non erat legitimè re-
cognita per teſtes deponentes habere notam manum
5 iuxta *deciſ. Afflict.* 171. *in fin. Caputaq. deciſ.* 27. *lib.* 1.
*in manuſcr. impreſſa poſt tract. Statil. de Saluian. in vlt. im-
preſſ. num.* 54. Nam placuit DD. reſponſio, de qua in
deciſione, quòd iunctis adminiculis teſtes ſic deponen-
tes ſufficienter probent *ex alleg. quibus additur Rot. dec.*
124. *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ. & in Vlixbonen. matrimonij*
2. *Iunij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. meo Sacrato, &*
A *Rota Bononien. deciſ.* 80. *num.* 44. A, Adminicula au-
tem

rem vltra conſiderata in dicta deciſione, quæ ſunt de-
ſumpta extrà ſcripturam, videlicet, matrimonium ſub-
ſecutum, cuius occaſione dicta ſcriptura fuit confecta,
7 vt facilior redderetur illius concluſio, & Iacobus poſ-
ſet oſtendere illius patrimonium magis pingue, ex con-
feſſione M. Antonij, quòd hæreditas quondam Ludouici
ſpectabat ad ipſum priuatiuè conſiderabantur. Primò,
ſecundus teſtis eiuſdem M. Antonij examinatus ad pro-
bandum, quòd ſubſcriptio dictæ ſcripturæ non erat eius
manu, qui tamen interrogatus dicit, *lei hà della ſimili-
tudine della lettera del Dottore*. Secundò ex actibus poſ-
ſeſſorijs factis per Franciſcum communem patrem vti
legitimum adminiſtratorem Iacobi bonorum dictæ hæ-
reditatis Ludouici, ac reſpectiuè per dictum Iacobum
datis *in ſummario ipſius à num.* 1. *ad* 6. Inter quæ præ-
cipuè M. Antonius vti procurator Iacobi recepit 14.
Decembris 1613. ab hæredibus quondam bon. mem. In-
nocentij Maluaſiæ Clerici Cameræ certam pecuniarum
ſummam, pro reſiduo pretij certorum bonorum dictæ
hæreditatis, d. quoodam Innocentio venditorum per d.
Iacobum, & Franciſcum eius patrem *dicto ſummario
num.* 3. *&* 6. Tertiò ex locatione bonorum d. hæredi-
tatis ad nouennium facta per dictum Iacobum, cum præ-
ſentia patris, bonorum dictæ hæreditatis cuidam Zam-
bono, *vt in dicto ſummario num.* 2. & de cuius locatio-
nis effectu conſtat ex ordinibus de ſoluendo dicto af-
fictuario directis, licèt per vtrumque ſubſcriptis, de
quibus *in ſummario præterita poſitionis num.* 2. quæ ad-
minicula viſa fuerunt, iuncta maxima veriſimilitudine
in dicta deciſione perpenſa, ſuperabundare ad perfectio-
8 nem recognitionis dictæ apocæ, cum tamen ſimus in
poſſeſſorio, in quo ſemiplena ſufficit. Non obſtant te-
ſtes pro negatiua examinati pro parte M. Antonij, vt in
eius ſummario nunc dato. Nam vltra quòd ſunt exami-
nati in partibus, pendente cauſa in Rota, ſinè remiſſo-
ria, & citatione partis, nihil etiam concludunt cum vix
audeant negare, dictam ſubſcriptionem eſſe manu dicti
10 M. Antonij, ſed omnes deponant per verbum, *videtur*,
iudicio ſuo, *& poteſt eſſe*, & ſic non probant, *Bart. in
l. quod tamen*, *§. ſi arbiter*, *ff. de recept. arbitr. Corn. con-
ſil.* 10. *num.* 19. *lib.* 1. *Aym. conſil.* 6 *num.* 124. *Cardin.*
B *Mantic. deciſ.* 34. *num.* 7. *&* 8. B, vbi quòd nec ſufficit,
teſtem vehementer opinari, ſed oportet, cum verè ſci-
re, & *deciſ.* 162. *num.* 3. imò dictus ſecundus teſtis fa-
tetur ſimilem eſſe. Quartò, quòd conſtet de contraria
obſeruantia ſubſecuta, cum M. Antonius poſt dictam
ſcripturam proſequutus fuerit in exigendo affictus di-
ctorum bonorum ſimul cum ipſo Iacobo, vt ex ordini-
bus de ſoluendo dicto Zambono directis *in dicto ſumma-
rio num.* 2. quia (vt etiam fuit in deciſione reſponſum)
dd. ordines, & exactiones, ſtante dicta declaratione, cen-
12 ſeotur facti iure familiaritatis, & adminiſtratorio no-
mine, nec probant perneceſſe, & clarè contrariam
obſeruantiam: vnde potiùs à dicta præcedenti ſcriptu-
ra declarantur, quàm contra illam aliquam coniectu-
ram, vel adminiculum inducant: cum confeſſio ibi con-
tenta ſit expreſſa, & clara, in actus etiam ſubſequentes
influens; huiuſmodi verò actus ſint dubij, & obſcuri,
13 qui propterea ab illa interpretatione recipiunt, & non
èconuerſo; facit *deciſ. Seraphin. deciſ.* 626. *num.* 1. quod
etiam ſuadetur ex ſupradicta locatione eorundem bo-
norum per ſolum Iacobum facta, adeò vt nec etiam ve-
riſimile ſit, conductorem ipſum ſoluere voluiſſe affictus,
M. Antonio nomine proprio, à quo cauſam non habe-
bat. Quintò denique, quòd licèt regulariter poſſeſſio
ſolo animo amittatur, quando tamen aliquis cedit, vel
14 renunciat ſuam poſſeſſionem in fauorem alterius, ſi a-
ctualiter non apprehendit poſſeſſionem, ſed in ea remã-
ſit cedens, non priuetur ſua poſſeſſione, iuxta *text. in
l. nec vtilem*, *ff. ex quib. cauſ maior. Achill. deciſ.* 10. *de
reſtitut. ſpoliat. Seraphin. deciſ.* 773. *num.* 12. viſum
fuit in propoſito non applicari, quia iſta non fuit pro-
priè, ac verè ceſſio, ſeu renunciatio, ſed declaratio ſu-
per pertinentia proprietatis, poſſeſſionis bonorum
dictæ hæreditatis inter dd. fratres facta. Et ſic per illam
ſcripturam non fuit per M. Antonium ceſſa, vel tran-
ſlata, ſed declarata poſſeſſio Iacobi. Vnde tantum ab-
eſt, quòd dici poſſit, dictum M. Antonium in poſſeſſio-
ne remanſiſſe, vt imò ex ea declaratione conſtet, ipſum
nunquam proprio iure, & nomine poſſediſſe.
Quibus ſic dilutis obiectis, ac ceteris, quæ ob ſui leuita-
tem nulla egebant reſponſione omiſsis DD. perſtiterunt
in deciſis vt ſupra, &c.

A Dixi ſupra *deciſ.* 143. *num.* 42.
B Dixi ſupra *deciſ.* 113. *lit. B.*

Aſculana ſpolij.

Lunæ 2?. Maij 1618.

Nec argumentum, nec ſummarium requirit.

DECISIO CCCXXXI.

PVRIFICATO, per mortem Can-
didi ſine filijs, & inteſtati hæredis q.
Balthaſſaris patris pro medietate
cum Ioanna Conſtantia matre, & d.
q. Balthaſſaris relicta, caſu fideicõmiſ-
ſi ad fauorem q. Ioannis eiuſdem Bal-
thaſſaris fratris, fuit 28. *Aprilis* 1600.
coram bon. mem. Cardinali Seraphino reſolutum, totam
hæreditatem in perſonam dicti Candidi conſolidatam
ob tranſitum dictæ Conſtantiæ ad ſecunda vota deberi
d. q. Ioanni, vnà cum fructibus, ſalua tamen dote, &
legitima debita Conſtantiæ, quæ venirent detrahẽdæ, vel
compenſandæ in liquidatione faciẽda, vel condemnatio-
ne dictæ Conſtantiæ ad fructus à die obitus teſtatoris,
& reſeruata liquidatione dotis, & legitimæ, quæ non
controuertebantur pro parte dicti q. Ioannis ſubſtitu-
ti, *vt in deciſ. d. Cardinalis Seraphini* 1354. Deindè fuit
liquidata legitima, & illius quantitas per deciſionem
coram bon. mem. Orano 13. Martij 1596. relata in
alia, de qua infra, necnon creditum dotis, ac illius fru-
ctus tàm à tempore tranſitus dictæ Conſtantiæ ad ſe-
cundas nuptias, quàm reſpectu temporis viduitatis, ac
etiam reſolutum, fructus legitimæ deberi, vt in alia de-
ciſione dicti Cardinalis Seraphini 1406. Et lata poſteà
per eum ſentẽtia, aliarum, & præſertim bon. mem. Litt æ
confirmatoria ad fauorem dicti Ioannis fideicommiſſa-
rij, & condemnatoria dictæ Conſtantiæ ad conſignan.
omnia bona ad ipſam ex hæreditate dicti Balthaſſaris,
& Candidi filij quomodolibet peruenta cum fructibus,
& emolumentis quibuſcunque perceptis, ſalua tamen,
& retenta ſibi dote dicto Balthaſſari eius viro numera-
ta, ac legitima in bonis filij vigore ſtatutorum Ciuita-
tis Aſculi in pecunia, iuxta quandam declarationem
in actis factam. In quibus tamen dote, & legitima
mandauit compenſari omnes pecuniarum quantitates,
ſi quæ ex hæreditate, & bonis dd. Balthaſſaris, & Can-
didi ad eam peruenerunt, & quæ per ipſam dicto Ioan-
ni debentur, aut quomodolibet deberentur cum cõdem-
natione dictæ Conſtantiæ in expenſis, reſeruata illarum,
& fructuum, & aliorum taxatione. Quæ ſententia ob
non

Digitized by Google

non interpoſitam per Conſtantiam appllationem tranſiuit in iudicatum. Et ideò fuit per Cardinalem Seraphinum relaxatum mandatum executiuum, præuia tamen relatione cuiuſdam periti calculatoris ſuper habitis, & receptis per eam, & ideò io dicto mandaro dictum fuit, creditum dotis, & legitimæ fuiſſe compenſatum. Cauſa autem coram me deuoluta, cum dicta Conſtantia prætenderet, ſe fuiſſe ſpoliatam poſſeſſione bonorum à dicto Ioanne ſinè retentione dictæ dotis, & legitimæ, & illarum fructuum, & dictum mandatum executiuum fuiſſe notoriè nullum, & iniuſtum tanquam fundatum ſuper relatione dicti periti, qui fuerat expreſsè electus ad calculandum ea, quæ veniebant cum dicta dote, & legitima compenſanda, cum clauſula in decreto expreſsè adiecta, ſuper partitis liquidis, & confeſſatis à partibus; ideò ſub die 18. Maij 1616. fuit reſolutum ad fauorem dictæ Conſtantiæ, conſtare de ſpolio propter nullitatem, & iniuſtitiam dictæ relationis periti. Verùm quia dicta reſolutio fuit facta ea ſolùm informante, ideò ſub die 1. Iunij dicti anni vtraque parte ſuper eiſdem informante, DD. dixerunt, eligen. eſſe nouum peritum, prout electus fuit, & retulit, & propoſito dubio, an eſſet ſtandum eius relationi DD. dixerunt, quòd idem peritus calculare deberet iuxta ordinem mihi datum, & vt infra, videlicet.

In primis firmandus eſt valor hæreditatis dicti quondā Balthaſſaris in ſumma trium millium, & ducentorum florenorum, prout firmatum fuit *in deciſione coram bon. mem. Orano* 13. *Maij* 1596. prout etiam retulit peritus, & partes conueniunt. Item æs alienum ex eo detrahen. videlicet, dos dictæ Conſtantiæ in ſumma florenorum mille, vt in d. deciſione, & relatione periti, & iſtud creditum eſſe liquidum, fuit dictum in dicta deciſione Cardinalis Seraphini 1406. Item detrahenda legitima, *vt in d. deciſione Cardinalis Seraphini* 1354. *& in alia* 1406. quæ liquidata fuit in dicta deciſione, & relatione Orani in florenis 316. 16. Item ad creditum eiuſdē Conſtantiæ ſunt calculandi fructus dictæ dotis, *vt in dicta deciſione* 1406. qui fuerunt per Rotam taxati pro tempore viduitatis ad rationem quinque, vt coram me 22. *Maij* 1615. pro tempore verò ſecundi matrimonij ad rationem ſeptem cum dimidio, vt pariter coram me deciſum fuit 20. *Iunij* 1614. prout & fructus dictæ legitimæ ad rationem quinque pro centenario, vt in dicta deciſione 20. *Iunij* 1614. Quibus reſolutionibus cum in his partibus conformis fuerit relatio periti, illa eſt attendenda, & partes ipſæ non contradicunt. Quatenus verò attinet ad partitas ad debitum dictæ Conſtantiæ per peritum poſitas; in primis firmatur partita florenorum 1780. pro valore fructuum per eam perceptorum vti hæredem Balthaſſaris à die 20. Octobris 1573. obitus Balthaſſaris vſque ad 20. Octobris 1589. & ſic per annos ſexdecim ad rationem quinque pro centenario. Item floreni 1056. & 13. pro fructibus poſſeſſionis nuncupatæ *di Colonata*, & duarum apothecarum Aſculi perceptis per annos 13. mēſes duos cum dimidio; & ſic à die 20. Aprilis del 1587. obitus Candidi per totam diem 5. Iulij 1600. ad eandem rationem quinque pro centenario. Cui taxationi debet ſtare Conſtantia, vt ſeruetur æqualitas, cum ad eandem rationem factum fuerit ad eius fauorem pro dote, & legitima, nec eſt conſtituenda differentia inter fructus domorum, & apothecarum Ciuitatis Aſculi à fructibus terrarum; quo verò ad partitas per Pacificum impugnatas, dixerunt DD. non potuiſſe poni ad debitum Conſtantiæ valorem mobilium, prout prætendit Pacificus poni debuiſſe, tanquam nunc reſpectiuè extantia reſtituere, quæ etiam, ex relatione d. periti cōſtat, eſſe modica, & parui valoris.

Secundò, Pacificum non poſſe impugnare taxationem expenſarum in florenis tantùm 186. & 22. ſub prætextu quòd aſcendant ad florenos 614. cum ex notulis taxatis, de quibus in extractu coram Seraphino fol. 454. & ſeq. conſtet eas non excedere florenos 186. & nihilominus videndū erit, an illæ ſint compenſandæ cum dote, & legitima, vel fructibus: cum, iuxta ſententiam Cardinalis Seraphini, ſint cōpenſanda tantū habita per Conſtantiam ex bonis, & hæreditate Balthaſſaris, & Candidi, & an poſsint compenſari ſtante alio decreto de calculando ſuper liquidis, & confeſſatis per partes. Super alijs verò poſitis ad debitum Conſtantiæ videlicet floren. 667. & 38. pro rebus hæreditarijs venditis, & redditibus, (vt ſupponitur) habitis per Petrum Paulum patrem Conſtantiæ, & contutorem, prout in quodam libro, vt dicitur dicti Petri Pauli, non fuit capta reſolutio aliqua, quia pro eius parte negatur, dictam partitam poſſe poni ad eius debitum: cum ipſa, (vt præſuppoſuit, & retulit peritus,) non ſit hęres patris, imò non eſſe hæredem, reſolutum fuerit coram Reuerendiſſimo Attrebaten. 21. Maij 1603. Quo etiam caſu è conuerſo eſſent adimendæ quædam partitæ poſitæ ad eius creditum tanquam hæredis prædictæ, videlicet vna flor. 212. b. 17. & alia flor. 130. b. 12. Similiter nihil firmatum fuit ſuper partitis penſionis domus per Conſtantiam inhabitatæ, cum ipſa prætendat, ſe ad eas non teneri pro tempore, quo habuit curam, & gubernium filij. Ex quibus reſultat, quòd calculus poterit reformari iuxta prædicta, & quo ad partitas debiti, & crediti Conſtantiæ vti hæredis patris ratione adminiſtrationis tutelæ, necnon penſionis domus pro tempore gubernij, & educationis Candidi filij poſſit calculari, vel calculatum ſupponi modo per vtramque partem prætenſo, citra præiudicium illorum iurium, & ſuper infraſcriptis ad peritos non pertinentibus erunt conſulendi DD. mei, videlicet. Primò, an partitæ poſitæ, ad debitum Conſtantiæ vti hæredis patris ratione dictæ adminiſtrationis ſint tales, quæ poſſint, ſeù debeant compenſari cum eius creditis, iuxta formam ſententiæ, & decreti Cardinalis Seraphini. Secundò, quatenus ſint tales, an poſſint, & debeant poni ad debitum patris Conſtantiæ in totum, vel pro parte, & pro qua. Tertiò, an ipſa ſit hæres patris, & ſic an ſit receden. à dicta deciſione coram Reuerendiſſimo Attrebaten. Et tandem an in calculandis dd. penſionibus domus ſit habenda aliqua ratio temporis educationis, & gubernij dicti Candidi. Et ita, &c.

Bononien. dotis.

Veneris 1. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Statutum requirens certas ſolemnitates in contractibus mulierum, an, & quando locum non habeat ob impotentiā illas adimplendi.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Ciuitatis dominantis, an, & quando debeant obſeruari in terris ſubiectis, & num. 2. & 10. & 11.*

3 *Statuti verba quoties non conueniunt in aliquo caſu, non conuenit illius diſpoſitio.*

4 *Diſpoſitio quantumuis generalis interpretationem recipit de habilitate.*

5 *Mu-*

5 *Mulier ſtante ſtatuto, quòd non poſſit contrahere ſinè conſenſu propinquorum, ſi non habeat propinquos, ſeruatur ius commune: ſi habeat vnum propinquum, illius conſenſus ſufficit: ſi habeat plures, & in longinquis partibus commorentur, ita vt eorum conſenſus commodè haberi nequeat, poteſt ſinè illis contrahere.*

6 *Abbas bona Eccleſiæ ſinè Conuentu alienare prohibitus, alienare poteſt, quando non habet Conuentum.*

7 *Actus non corruit ex defectu formæ, quando in loco non eſt habilitas ſolemnitatis adhibendæ, vel requiſita non poſſunt reperiri.*

8 *Statuto mandante inſtrumentum inſinuari, intelligitur ſi Iudex fuerit præſens, ita vt ſi ſit abſens, omiſſio inſinuationis non vitiat actum.*

9 *Satutum recipit interpretationem ratione loci.*

10 *Iudicis alicuius licentia in contractu à ſtatuto requiſita ſi non poſſit haberi, ſuffiet authoritas, & decretum alterius Iudicis eiuſdem loci interpoſitum cum ſuppletione omnium defectuum, quia inde ceſſat omnis doli, & metus præſumptio per ſtatutum inducta.*

11 *Ius municipale vbi non diſponit, an tunc in quolibet caſu debeat obſeruari ius commune ciuile, vel loci dominantis.*

12 *Appellatione iuris communis ciuilis ſimpliciter venit ius Romanorum.*

13 *Statutum obſeruare promittens præſumitur, ſe noluiſſe ad illius obſeruantiã adſtringere, niſi quatenus, & in quibus à iure teneretur, maximè ſi fuerit appoſita clauſula, & alias* omni meliori modo, &c.

DECISIO CCCXXXII.

INSISTEBANT filij ex primo matrimonio, & hæredes q. Claudiæ, non deberi D. Comiti Aloyſio eius ſecundo viro lucrum meditatis dotis conuentum; quia inſtrumentum dotale dicebatur nullum ex defectu licentiæ Iudicis 12. ſapientum Ferrariæ in defectum conſanguineorum requiſitæ in quibuſcunque contractibus mulierum, etiam promiſſionis, & conſtitutionis dotis vltra decretum Iudicis communis iuxta ſtatutum d. Ciuitatis *cap. 90. lib. 2. de indemnit. mulierum, &* quod vti Ciuitatis dominantis obſeruan. vi-
1 debatur in Terra Centi ſubiecta, nec haben. ſtatutum particulare *§. fin. Inſtit. de ſatiſd. vbi not. Bar. in l. 1. quæſt. 36. num. 41. C. quæ ſit long. conſuet. cum cumulat. per Barz. deciſ. Bonon. 117. num. 23. cum ſeq.* & in puncto de Terra Centi, *Am. Iun. conſ. 73. num. 6. & ſeqq. vol. 1.* vbi etiam de literis Ducalibus hoc diſponentibus ante d. ſtatuta Ferrariæ impreſſis; & propterea d. forma non ſeruata inſtrumentum redditur nullum, vt habetur in dicto ſtatuto, & in terminis illius *Paſſet. conſ. 51. num. 1. & 2.* maximè quia partes profeſſæ ſunt, voluiſſe d. ſtatutum ſeruare, vt in princ. dicti Inſtrumenti. Hoc
2 tamen non obſtan. DD. ſteterunt in reſolutis ſub die 10. Nouembris præteriti, & ſic pro lucro dotali. Viſum namque fuit Dominis d. ſtatutum requirens prædictam
A licentiam eſſe locale *A*, & reſtrictum ad contractus, qui ibi celebrantur, vt patet ex lectura ipſius in pluribus locis, ideò non comprehendere Terram Centi, in qua huiuſmodi magiſtratus non reperitur ex *vulg. reg.*
3 quòd quoties verba ſtatuti non conueniunt in aliquo caſu, non conuenit illius diſpoſitio, *vulg. l. 4. §. toties, & ibi Caſtr. ff. de dam. infect.* & in ſtatuto *Bald. in l. illam in princip. C. de collat.* & diſpoſitio quantumuis ge-
4 neralis interpretationem recipit de habilitate *Bart. l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunc. Iaſ. in l. 2. §. prætor ait, num. 3. ff. qui ſatiſd. cog. cum alijs per Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 7. num. 26.* Vnde cum in Terra Centi dicta licentia adhiberi nequeat, ſinè illa poſſunt validè contractus celebrari, prout proximè ad terminos noſtros voluit *Bald. in l. vnic. num. 2. C. vnde vir, & vxor,*
5 in ſtatuto diſponente, quòd mulier non poſſit contrahere ſinè conſenſu proximioris propinqui, quòd ſi non habeat propinquos, & ſic ſtatutum ſeruari non poſſit, ſeruetur ius commune, & ſi ſtatutum dicat, ſinè conſenſu propinquorum, & habeat niſi vnum propinquum, illius conſenſus ſufficiat: quam concluſionem ſequuntur *ibi Salicet. num. 1. & Caſtren. num. 3. Felin. in cap. propoſuiſti, num. 7. verſic. facit quod notat Bald. de probat. Campeg. de dot. part. 5. quæſt. 98.* & in terminis eiuſdem ſtatuti, quòd ſi nulli exiſtant propinqui, vel ij in longinquis partibus morantur, itaut eorum cõſenſus commodè adhiberi nequeat, mulier poſſit ſinè illis contrahere, tradit idem *Bald. arguen. ex illo text. in l. turpia, §. ſi Titia, & ibi Angel. de leg. 1. & in l. tranſactionem, num. 5. C. de tranſact. vbi Rom. num. 8. in fin. Caſtr. in fin. Alex. poſt med. verſ. item tangit, Curt. Iun. num. 19. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. num. 51. Bolognet. in l. omnes populi, num. 197. in fin. ff. de iuſt. & iur. Card. Seraph. deciſ. 1244. num. 2.* & in ſtatuto Vrbis *Modern. gloſat cap. 151. lib. 1. gloſ 12. num. 4. verſ. limita*, & faciunt tradita *per Lambertin. de contract. mulier ad fin. quæſt. 90. & per Carpanum ſuper ſtatuto Medsolani cap. 300. num. 31. cum ſeq & cap. 328. num. 257. Boccac. ſuper conſtit. Marchiæ gloſ. 3. num. 127. & 128.* his ſimile eſt etiam, quod diſponitur *in Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* vbi quòd Abbas bona Ec-
6 cleſiæ ſinè Conuentus Eccleſiæ aſſenſu alienare poteſt quando non habet Conuentum, vt refert *Roman. conſ. 36. & Mandoſ. ad eum Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 7. num. 13.* & generaliter quòd actus non ſit nullus ex
7 defectu formæ, quando in loco non eſt habilitas ſolemnitatis adhiben. vel requiſita non poſſunt reperiri, ex pluribus comprobat *Alber. Brun. in tract. de form. & ſolem. in tit. de potentia, & effectu formæ in 34. limit.* vbi adducit aliud exemplum de ſtatuto mãdante inſtru-
8 mentũ inſinuari, quòd intelligitur ſi Iudex fuerit præſens, ita vt ſi ſit abſens omiſſio inſinuationis nõ vitiet actum, ex *Bart. in auth. ei qui, in prima colum. C. de temp. appell.* &
9 quòd ſtatutum recipit interpretationem ratione loci, tradit in his terminis *Bolognet. in d. l. omnes populi, num. 197. propè fin.* Concluſio itaque ſuper in contrarium,
10 firmata, quòd in loco ſubiecto in caſibus, in quibus particulares ipſius conſtitutiones deficiunt, attendantur ſtatuta ciuitatis dominantis, viſa fuit Dominis non procedere in præſenti ſtatuto Ferrariæ, quod ob deficientiam Iudicis ſapientum in Terra Centi ſeruari non poteſt; nam alias difficile, aut propemodum impoſſibile eſſet, huiuſmodi ſolemnitates ibi ſeruari; ideo loco dictæ licentiæ Iudicis ſapientum ſufficit decretum, & auctoritas Gubernatoris in ampliſſima forma interpoſitum, cum ſuppletione omnium defectuum: inde enim ceſſat omnis doli, & metus præſumptio per ſtatutum inducta *ad notat. per omnes, in dicta l. tranſactionem, & in l. bonorum quidem, C. qui admit. ad bon. poſſeſſ.* Quinimò huiuſmodi licentia non videtur poſſe à d. Iudice concedi mulieribus commorantibus in Terra Centi, cum iuriſdictio illius non ſe extendat vltra Ciuitatem, & Territorium Ferrariæ, vt eſt notiſſimum, & ideo nihil refert, quòd licentia poſſit præcedere iuxta not. *per Bart. in l. ſi autem plures, ff. de aq. pluu. arcen. cum allegat.* Non obſtat quòd ad ſupplementum dictæ licentiæ potuerit adhiberi præſentia Conſulum dictæ Terræ iuxta formam ſtatuti illius *lib. 2. rubric. 1.* quia il-

lud

Digitized by Google

lud loquitur tantum de contractibus cum minoribus,& filijs familiàs faciẽdis, vt ex eius lectura apparet, nec tribuitur dd. Conſulibus facultas intereſſendi,& authorizãdi in contractibus mulierũ. Præterea aliquibus ex Dñis
11 nõ diſplicebat reſpõſio data per informãtes pro Comite Aloyſio, quòd non videatur locus obſeruantiæ d. ſtatuti Ferrariæ, cum Terra Cẽti habeat particulare ſtatutũ *lib. 3. rub.* 18. quo expreſsè cauetur *in §. item quod vbicunq;* quòd vbi ius commune municipale non diſponit, tunc in quolibet caſu ius commune ciuile debeat obſeruari, & ſic quòd eſt attendendũ ius cõmune Romanorum, & non loci dominantis, quam opinionem contra *Roman. conſ.* 218. eſſe magis communem oſtendit ibi *Mandoſ. in additione ad eum in verbo terminetur*, *Ioſeph. Ludouic. concluſ.* 55. *in princ. verb. contrariam opinionem*, *&* *in verb. quintus caſus*, vbi dicit, opinionem à Doctoribus communiter reprobatam, *Burſat. conſ.* 139. *num.* 42. & eam eſſe veriorem, *Ceual. quæſt.* 258. *in princ.* quæ videtur in propoſito conuenire verbis, & menti: cum ſtatutum non dicat ſimpliciter, ſeruari debere ius commune, ſed ſubiungat ciuile, cuius appellatione ſim-
12 pliciter venit ius ciuile Romanorum *Cephal. conſ.* 414. *num.* 4. Et ex his reſpõſum fuit ad aliud obiectum, quòd
13 partes in inſtrumento expreſsè profeſſæ fuerint, ſe velle d. ſtatutum obſeruare, ibi, *pro obſeruatione ſtatuti Ferrariæ de indemnitate mulier.* &c. quia nihilominus præſumendum eſt, ipſas noluiſſe ſe ad illius obſeruationem aſtringere, niſi quatenus,& in quibus de iure tenerẽtur, ſtante pręſertim clauſula, *et alias omni meliori modo, quo poteſt*, *Bald. in l. quoties, C. de hæred. inſtit. Felin. in cap. cum ſuper, num.* 11. *de offic. deleg. Dec. conſ.* 11. *num.* 20. *verb. & apparet, cum alleg. in Bergomen. Capella* 23. *Martij præteriti coram me*.

Reliqua viſa fuerunt ſublata in præſenti deciſione, & per informantes, & ideo DD. ſteterunt in aliàs deciſis, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A Statutum locale non ſe extendit vltra locum ſtatuti, vt hac deciſione D. mei allegata dixit Rota *in Bononien. legati* 21. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Dunozetto*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Recanaten. ſucceſſionis.

Mercurij 6. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Marchiæ requirens inſinuationem in contractibus mulierum nõ habet locum in renunciatione iuris quærendi, nec re, nec ſpe contractus tempore competentis: nec habet locum in Ciuitate Recineti.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuatio non requiritur in renunciatione hæreditatis viuentis, cum nullum ius nec re, nec ſpe in ea competit.*
2 *Spes ſucceſſionis viuentis vana eſt, & non attendenda.*
3 *Inſinuatio non requiritur in renunciatione iuris quærẽdi, tunc temporis nec re, nec ſpe competentis.*
4 *Statutum Vrbis de contract. mulier. non comprehendit renunciationes iuris quærendi.*
5 *Statuto particulare exiſtente, non attenditur conſtitutio generalis.*
6 *Statutum particulare, quod non eſt contrarium diſpoſitioni generali ſimul cum illa ſe compatitur, & vbi non diſponit particulare, habet locum conſtitutio generalis.*
8 *Dictio*, Niſi, *poſt orationem negatiuam affirmat, cum duæ negatiuæ de ſui natura affirment.*
9 *Inſinuatio non requiritur in renunciatione fideicommiſſi.*

DECISIO CCCXXXIII.

FVIT 19. Februarij præteriti reſolutum, Margaritæ petenti immiſſionem in hæreditatẽ q. Petri eius fratris inteſtati in concurſu cum ſorore, patruo, & nepotibus obſtare renunciatione propriam, quæ tamen dicebatur nulla ex defectu inſinuationis in contractibus mulierum requiſitæ per conſtitutionem Marchiæ; qui articulus fuit tunc reſeruatus, dubioq. propoſito; defectum dictæ inſinuationis minimè obſtare, DD. reſponderunt. Primò, quia dicta conſtitutio, quæ loquitur de donationibus, venditionibus, alienationibus, remiſſionibus, ceſſionibus, & quietationibus rerum, actionum, & iurium, ſub quacunque forma contractuum, vel verborum, non comprehendit, nec comprehendere poteſt ex verbis, vel mente renunciationem, de qua agitur, de bonis paternis, maternis, & fraternis, cum verbis ampliſſimis, quæ cum fuerit facta ad fauorem fratrum tunc viuentium, & præſertim dicti q. Petri, & Bernardini, a quibus dos ei fuit conſtituta, reſoluitur in pactum de non ſuccedendo eiſdem fratri-
1 bus tunc viuentibus, in quorum hæreditate nullum ius dictæ Margaritæ competebat, nec competere poterat, nedum re, ſed nec ſpe, *l. poſt emancipationem*, *§. illud*, *& ibi not. Bart. num.* 2. *&* 3. *ff. de libert. legat.* ideo *Bart.*
2 *in l. fin. in vlt. quæſt. num.* 18. *C. de pact.* dicit, huiuſmodi ſpem ſucceſſionis viuentis vanam eſſe, & non attendẽdam, cum quo trãſeunt ibi communiter Doct. & teſtatur *Curt. Iun. num.* 66. *Gabr. conſ.* 6. *num.* 9. *vol.* 2.
3 & ſic dicta renũciatio non continetur in dicta conſtitutione, cum ſit iuris quærendi, tunc non competentis, nec re, nec ſpe, & quę obuiat penitus initio acquiſitionis, vt in terminis inſinuationis tradit *Bald. in l. illud*, *num.* 41. *verſ. quid ergo*, *C. de ſacroſ. Eccleſ. Gabr. d. conſ.* 6. *num.* 3. *& ſeq.* vbi etiam allegat quandã Rotæ deciſionem, in qua concluſum fuit, in ſtatuto Vrbis de contract. mulier. non comprehendi renunciationes iuris
4 quærendi per doctr. *Bald. in dicta l. illud*, quam declarat procedere, quando ius non competit ſpe, vt num. 7. 8. & 9. *& Bald.* ſequuntur plures allegati per *Tiraq. in l. ſi vnquam*, *C. de reuoc. donat. in verb. donatione largitus num.* 180. *& de legib. connubial.* ad quem locum ſe remittit. *num.* 182. *Canar. in tract. de inſinuat. quæſt.* 16. *num.* 21. *in fin. Bald. conſ.* 41. *num.* 31. *lib.* 1. *Gabr. de donat. concluſ.* 1. *num.* 75. *Gomeſ. in puncto inſinuationis de contract. tom.* 2. *cap.* 3. *de donat. num.* 10. *verſ. prædicta habent locum, & verſ.* 2. *in fin. Card. Mantic. lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 15. *&* 16. *de tacit.* & eandem doctrinam *Bald.* ſequuta eſt Rota *coram R.P.D. meo Remboldo in Viterbien.*
A *Terræ Vetrallæ* 14. *Decembris* 1615. A, & ita tolluntur deciſiones Illuſtriſſimi Millini *in Auximana bonorum* 2. *Aprilis* 1603. *& Romana paragij dotis* 12. *Iunij* 1615. *coram me*, in quibus hæreditas erat iam delata licèt non
5 adita; imò in d. Romana Paragij dotis fit fundamentum, quòd non ſolùm erat delata, ſed adita per patrem, & ideo neceſſaria erat ſolemnitas ſtatuti; & ita etiam di-

ctam

ſtam conſtitutionē Marchiæ intelligit gloſſator ad eam num. 21. dum ampliat, vt procedat in muliere repudiante donationem, vel aliud ſibi abſenti relictum ante illius acceptationem; quia conſtitutio nedum prohibet alienationem, & venditionem acquiſitorum, & poſſeſſorum, ſed etiam non quæſitorum, videlicet iurium, & actionum, quas habet ad aliquam rem: & ita excluſa videtur renunciatio iuris nullo modo competentis. Secundò moti fuerunt Domini, quia cum in Ciuitate Recineti adſit particulare ſtatutum ſuper ſolemnitatibus,
5 illod, & non conſtitutio generalis Marchię eſt attenden. *l. fin. C. de teſtam. vbi Ang. in fin. & Salic. num. 3. in fin. & num. 4. & Bart. in l. 1. quæſt. 36. num. 41. C. quæ ſit longa conſuet. not. in §. fin. Inſt. de ſatiſdat. vbi Ang. num. 1. verſ. nota, Soccin. conſ. 17. num. 7. lib. 1. Menoch. conſ. 27. num. 75.* & in ſpecie noſtra in hoc ſtatuto *Card. Seraph. deciſ. 343. quæ eſt 384. par. 1. diu. relat. per Gratian. diſcept. foren. 574. num. 2. 3. & 4.* Non
6 obſtat, quòd ſtatutum Recanaten. & cōſtitutio Marchiæ ad inuicem compatiantur, & propterea cum ſtatutum nihil dicat de inſinuatione, conſtitutio verò de ea diſponat, ſeruari debeat conſtitutio Prouinciæ, quæ in ſpecie loquitur de inſinuatione, vt fuit deciſum *coram R. P. D. Pamphilio in Peruſina fideiuſſionis 26. Nouembris* 1611. *& Camerinen. tranſactionis 24. Maij* 1606.
B *coram Cardinali Ludouiſio.* B, Nam cum dictum ſtatutum Recanaten. poſt orationem negatiuam ſubdat di-
7 ctionem, *niſi*, vt ſenſus ſit, quòd donationes ſeruata ſtatuti forma valeant, quæ eſt virtus duarum negatiuarū iuxta doctr. *Bart. recept. in l. actionem, num. 1. C. de tranſact. cum latè cumulatis in Firmana hæreditatis coram me 12. Decembris* 1614. ſequitur, verba ſtatuti, & conſtitutionis non eſſe compatibilia, & ita ſufficere obſeruantiam dicti ſtatuti, quòd in terminis noſtris declarat *Card. Seraph. deciſ. 343. & Gratian. dicta diſceptat.* 474.
C *num.* 3. & 4. C,
Et ita reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd in repudiatione hæreditatis nondum acquiſitæ non ſit neceſſaria inſinuatio, ſequendo hanc deciſionem fuit reſolutum per Rotam *in Signina Caſtrorum 24. Ianuarij* 1622. *coram bon. mem. Remboldo confirmata coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano die 13. Nouembr.* 1623.
8 & in renunciatione fideicommiſſo *Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. cap. 4. ſub num. 10. verſ. ſecundò infero, Anton de Canar. in tract. de inſinuat. 2. par. quæſt. 16. num. 2. Gabr. tit. de donat. concluſ. 1. num. 13. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen cap. 324. num 25. quos ſecuta eſt Rota in d. Signina Caſtrorum coram Remboldo, verſ. quod & tanto magis in fin.*

B Et quòd vbi ſtatutum particulare loci loqueretur tantùm de certis ſolemnitatibus in celebratione contractus adhibendis, nulla facta mentione inſinuationis, quoad illam attēdenda ſit conſtitutio Marchiæ, præter hic allegatos *Rota in recent. part. 2 deciſ. 385. num. 5. in Ciuitatis Caſtelli pecuniaria 5 Maij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo, in Ariminen. legatorum 16. Iunij* 1625. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & me informante pro hac opinione in Peruſina hæreditatis 10. Decembris* 1628. *coram R. P. D. Verili.*

C Rota in terminis huius ſtatuti *Recanaten. in d. Ciuitatis Caſtelli pecuniaria coram bon. mem. Remboldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana Caſalis Sanctæ Crucis.

Veneris 8. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Contractus quando cenſeatur potiùs locationis, quàm emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Locatio dicitur, quando conceſſio facta eſt pro penſione fructibus correſpondente.*
2 *Locatio præſumitur non emphiteuſis, etiamſi penſio minor aliquanto ſit fructibus, nec omnino correſpondeat; amplia etiam ſi nominatus eſſet contractus emphyteuticus num. 3. etiam ad effectum, vt ſit tranſitoria ad hæredes, ſicut locatio ad longum tempus num. 4.*
5 *Locationes antecedentes ad breue tempus probant, an penſio ſit correſponſiua fructibus in locatione perpetua.*
6 *Emphyteuta quid modicum pro penſione ſoluit.*
7 Canon, *ſiuè penſio conſtituta contemplatione fructuum inducit locationem, non emphyteuſim.*
8 *Locatio facta de tempore proximo ſterilitati, & excidio, non probat ſolitam fructuum quantitatem.*
9 *Sententia habet præſumptionem validitatis.*
10 *Agrorum vicinitas neceſſariò non probat redditum aliorum, quorum bonitas ex cultura, & alijs qualitatibus mutatur.*
11 *Verba,* locarunt in emphyteuſim, *faciunt tranſire locationem in emphyteuſim, quando verba illa clara ſunt, non dubia, vel obſcura.*
12 Canon, *qui correſpondet fructibus, locationem inducit, præcipuè ſi in contractu conductor fuerit nominatus, & procedit etiam in locatione facta ab Eccleſia, num. 13.*
14 *Penſio, quæ correſpondet fructibus, facit præſumere, contractum eſſe locationis, non emphyteuſis, & omnes alias contrarias coniecturas ſuperat.*
15 *Dominij directi reſeruatio conuenit locationi perpetuæ, & ad longum tempus, nec ex illa infertur emphyteuſis.*
16 *Alternatiuè plura concepta non magis vnum, quàm aliud ſignificare poſſunt.*
17 *Prohibitio alienationis irrequiſito Domino adaptatur tàm conductori præcipuè ab Eccleſia, quàm emphyteutæ.*
18 *Pœna deuolutionis in caſum alienationis in contractu appoſita locationem magis, quàm emphyteuſim inducit.*
19 *Locatio ad longum tempus æquiparatur emphyteuſi quo ad pœnam deuolutionis ob non ſolutum canonem.*
20 *Locatio facta ab Eccleſia non tranſit ad extraneum hæredem, ſed præſumitur temporalis ad tertiam generationem.*
21 *Locatio potiùs, quàm emphyteuſis in dubio præſumitur.*

DECISIO CCCXXXIV.

CONTRACTVM, de quo agitur, eſſe locationem, non emphyteuſim tenuerunt Domini: Nam tritiſſima eſt conclusio, quòd quando conceſſio eſt
1 facta pro penſione fructibus correſpondente, dicitur magis propriè locatio, quàm emphyteuſis, in qua ſoluitur quid modicum in recognitionem directi dominij, *Bart. in l. 1. num. 4. & ibi Bald. in ſecunda lect. num. 27. verſ. quæro in quo C. de iur. emphyt. idem Bald. in cap. literæ num. 5. verſ. modò ego quæro, de dilat. Butr. in cap. potuit de locat. num. 2. Abb. num. 16. & 17. Card. in*

Digitized by Google

fin. verſ. pro hac parte, *Imol. num.* 41. *verſ. in ea gloſ. Bero. num.* 175. *Aretin. conſ.* 55. *col. fin. verſ. ſecundo reſpondeo Ruin. conſ.* 77. *num.* 7. *& conſ.* 157. *num.* 23. *& conſ.* 161. *num.* 21. *lib.* 1. *Rolan. conſ.* 96. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 1. *Bologn. conſ.* 54. *num.* 5. *circa med. verſ. tamen tanta eſt*, *Neuiz. conſ.* 92. *num.* 11. *verſ. prædictis tamen non obſtantibus*, *& ſeqq. Laurent. de Pin. conſ.* 119. *num.* 3. *verſ. cui id accedit*, *Gabr. conſ.* 80. *num.* 11. *lib.* 2. *Card. Mantic. de tacit. &c. lib.* 22. *tit.* 2. *num.* 9. *&* 27. *& tit.* 19. *num.* 27. *Caroc. de locat. fine temp. quæſt.* 8. *fol. mihi* 63. *& in caſu dubio Valaſc. de emphyt. quæſt.* 1. *num* 9. *& Decian. reſp* 13. *num.* 9. *in fine*, *& ſeq. lib.* 4. Quam concluſionem, quicquid alij ex aduerſo allegati tenuerint, veriorem eſſe teſtatur, *Ruin. d. conſ.* 161. *num.* 21. *quem refert Roland d. conſil.* 96. *num.* 27. *Card. Mantic. d. tit.* 2. *&* 19. *num.* 27. & communem *idem Ruin. dicto conſ.* 161. *num.* 24. vbi quòd non eſt in his terminis aliqua contenſio inter *Doct.* & illum refert *Apoſtill. ad deciſ. Magon. Lucen.* 12. *in litera A Cagnol in l.* 2. *num.* 202. *C. de reſcin. vend. Surd. deciſ.* 198. *num.* 2. *Clar. in §. emphyteuſis quæſt.* 1. *in fine*, *Becc. conſ.* 3. *num.* 23. *Card. Seraph. deciſ.* 286. *num.* 9. *quem allegat Mant. d. tit.* 2. *num.* 9. & à Rota receptam refert idem *Mantic. d. num.* 9. vbi allegat plures deciſiones *coram Card. Seraph* quæ ſunt *inter impreſſ. deciſ.* 272. *num.* 3. *&* 4. 286. *num.* 9. *& ſeq. &* 794 *num.* 3. *& ſeq.* & patet ex alijs pluribus deciſionibus, & ſignanter *in Spoletana remiſſionis mercedis* 29. *Maij* 1600. *& in Romana*, *ſeu Viterbien. domus de Lanuuijs* 14. *Maij* 1601. *coram Corduba*, *in Romana emphyteuſis* 19. *Februarij* 1607. *coram Illuſtriſsimo Lancellotto*, *in Narnien. locationis* 17. *Maij* 1613. *&* 16. *Februarij* 1615. *coram Reuerendiſsimo D. meo Decano*, & nuper *in Tiburtina prætenſæ deuolutionis* 18. *Decembris* 1614. *&* 19. *Ianuarij præteritis coram R. P. D. meo Veroſpio.* Et ab hac concluſione tot auctoritatibus fundata non eſſe in practica recedendum dicit *Alciat. conſ.* 39. *ante med. lib.* 1. & pro illa pluribus vicibus conſuluiſſe, & vidiſſe iudicari, *Barbat. conſ.* 14. *num.* 36. *lib.* 2. *quem refert Bellon. conſ.* 21. *num.* 8. *verſ. & ille eſt verus modus.* Quæ procedit, etiam ſi penſio ſit
2 minor aliquantò fructibus, nec omninò correſpondeat, *Grat. conſ.* 127. *num.* 7. *verſ. accedit quoque*, *lib.* 2. *Rolan. d. conſ.* 96. *num.* 26. *verſ. ſed in caſu. de quo agitur*, *lib.* 1. *Rimin. Iun. conſ.* 451. *num.* 26. *vol* 4. *Card. Mantic. dicto lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 28. Et etiam ſi contractus
3 eſſet nuncupatus emphyteuſis, vt poſt *Nicol. de Matarel not. Cyn. in d. l.* 1. *in* 4. *quæſt. & Bald ibi in fine verſ & ex prædictis*, *C. de iur. emphyt. Ruin. dicto conſ.* 161. *num.* 27. *vol.* 1. *Rolan. d. conſ.* 96. *num.* 38. *& num.* 41. *Bellon. d. conſ.* 21. *num.* 5. *&* 6. *Neuiz. dicto conſ.* 92. *num.* 41. 48. *&* 51. *Afflict. deciſ.* 72. *num* 9. *verſ. & ego putaui*, *& num. ſeq. Bologn. dicto conſ.* 54. *num.* 5. *poſt med. verſ. & ex his tolluntur*, *quem Decian dicto reſp.* 13. *num.* 9. *lib.* 4. *Laurent. de Pin. d. conſ.* 119. *num.* 6. *&* 7. *Gabr. dicto conſ* 80. *num.* 12. *&* 19. *Menoch. præſumpt.* 106. *num* 8. *vſque in finem lib.* 3. *Card. Seraph d. deciſ.* 313. *num.* 3. *& d. deciſ.* 794. *num.* 6. *& fuit dictum in d. Spoletana remiſſionis mercedis.* Amplius concluſio iſta procedit in ſpecie ad effectum, vt huiuſmodi conceſſio
4 cenſeatur ad hæredes extraneos tranſitoria, quemadmodum locatio ad longum tempus, *Bald. in dicto cap. literæ col.* 3. *de dilat. Cagnol. dicta l.* 2. *num.* 207. *vbi de communi*, *Ruin. d. conſ.* 77. *num.* 7. *ante med. verſ. quod eſt vtile*, *& dicto conſil.* 161. *num.* 21. *& ſeq. Roland. d. conſ.* 96. *num.* 26. *&* 27. *Aym. conſ.* 767. *num.* 4. *verſ.* 4. *Becc. dicto conſil.* 3. *num.* 22. *& ſeqq. Cephal. conſ.* 9. *num.* 12. *Rimin. Iun. dicto conſ.* 461. *num.* 26. *& ſeqq. Gabr. d conſil.* 170. *num.* 24. *& ſeqq. Card. Mantic. dicto lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 24. *verſ. ſed aduertendum*, *& melius tit.* 19. *num.* 27. *Magon. dicta deciſ. Lucen.* 12. qui licèt decidat contrarium, mouetur tamen ex eo, quòd in caſu ſuo non fuit probatum, nec allegatum in proceſſu, quòd canon correſponderet fructibus, & *Addentes ad eum in litera A.* plures referunt de communi teſtantes, *& tenuit Rota in dicta Tiburtina coram Domino Veroſpio.* Quòd autem (applicando prædicta caſui noſtro) Caſale S. Crucis, de quo agitur, per RR. Fratres Carthuſien. olim Mario conceſſum fuerit pro annuo canone, ſeu reſponſione correſpondente fructibus illius de tempore dictæ conceſſionis factæ del 1542. oſtenditur; quia illud fuerat ſolitum priùs locari ad breue tempus pro ſcut. 180. de carolenis veteribus, prout conſtat ex inſtrumento locationis factæ del 1532. 2. Iulij eidem Mario ad nouennium, videlicet de triennio ad triennium pro dd. ſcut. 180. incipien. in feſto S. Michaelis de anno 153[illegible]. cum adhuc vt (patet ex eodem inſtrumento) penderet altera prior locatio facta Iulio, & Antonio pro eadem penſione, vt ex inſtrumento *in ſummario creditorum a num.* 1. & ex articulis productis coram aliàs Locumtenente Vicarij ſuper confirmatione contractus, de quo agitur, dicto *ſummario num.* 11. Ex quibus anteceden-
5 tibus locationibus apparet, quòd Caſale priùs non locabatur ad breue tempus pro maiori penſione, & ſic quòd penſio in hac locatione perpetua conuenta fuit magna, & æquiualens fructibus, *Ruin. dicto conſ.* 161. *num.* 25. *Menoch. conſ.* 1186. *num.* 3. Imò (quod magis eſt) vltra quantitatem ſcut. 400. præſenti pecunia titulo donationis per conductorem ſolutam infra ſex menſes ad vtilitatem monaſterij inueſtiendam in tot locis Montis Fidei tunc redditus ſcutorum 10. pro centenario, fuit etiam aucta penſio, quia hæc conceſſio facta fuit pro canone, & reſponſione carolenorum triginta ſimilium pro quolibet rubro, quæ, cum Caſale ſupponatur eſſe 90. rubr. in circa, aſcendunt ad ſcut. 270. monetæ veteris reducta poſtea a partibus ad ſcut. 201. b. 10. monetæ modernæ ad rationem iuliorum 10. pro ſcuto. Ita quòd clarè apparet, penſionem conuentam eſſe proportionatam ad fructus, & ſic contractum non eſſe emphy-
6 teuſim, in qua quid modicum ſoluitur, vt in ſpecie arguit Rota *dicta deciſ.* 564. *ſub num.* 1. *part.* 1. *quæ eſt inter impreſſ. Seraph.* 272. & in qua nedum nullum fit reſponſionis augmentum, ſed potiùs ſextæ partis diminutio *auth. perpetua vbi Doct. C. de ſacroſ. Eccleſ. Iaſ. conſ.* 54. *num.* 5. *verſ. corroboratur*, *lib.* 1. *Bero. conſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 1. *Card. Seraph. deciſ.* 1125. *num.* 4. *&* 1073. *num.* 6. *& fuit dictum in Romana domus* 30. *Martij* 1590. *coram Cardinali Mantica inter nuper impreſſ. deciſ.* 101. *num.* 1. Et ad comprobationem præmiſſorum, omiſſis alijs non leuibus coniecturis adductis per informantes, cõſiderarunt Domini, quò l penſio non fuit conuenta in aliqua integra ſumma pro toto Caſali, & recognitione dominij, ſed diuiſim ad dictos carolenos tres pro
7 quolibet rubro, & ſic pro terra, & eius vſu, ac fructuum cõtẽplatione, quo caſu magis de plano procedere videtur ſupra firmata communis concluſio, *vt per Doct. in dicto cap. potuit de locato*, *& ſenſit Bart. d. l.* 1. *num.* 4. *C. de iur. emphyt. Ruin. dicto conſ.* 161 *num.* 4. *in fin. & num.* 21. *in fin. Natt. conſ.* 3 *num.* 3. *verſ. aut verò apparent*, *Bellon. d. conſil.* 21. *in fin. Gabr. dicto conſil.* 80. *num.* 11. *&* 84. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. *lib.* 2. *Card. Mantic. dicto lib.* 22 *tit.* 2. *num.* 9. 11. 26. 27. *&* 29. *& tit.* 3. *num.* 13. *& tit* 8. *num.* 10. 25. *&* 16. *vbi alij allegantur Rota in dd. Narnien & Tiburtina*, in quibus ita diſtinguitur locatio ab emphyteuſi; quòdque etiam conuentum fuit de ſoluendo penſionem in tribus paghis, prout & antea fiebat in locationibus ad breue tempus.

Non

Non obſtant autem plura obiecta. Et primò quòd cum
dicta locatio temporalis del 1532. proxima fuerit Vr-
bis excidio, & direptioni non valeat probare veram,
& ſolitam fructuum Caſalis quantitatem, nec valorem,
8 vt in ſpecie conſiderauit *Rota coram Cantuccio d. deciſ.*
65. *num.* 12. *verſ. vndè ad propoſitum, & dicta deciſ.* 78.
num. 2. *part.* 2. *diuerſ.* Nam reſponſum fuit, quòd in
confirmatione præſentis locationis del 1542. habita fuit
ratio quantitatis, & valoris fructuum, non ſolùm de
tempore dictæ locationis del 1532. proximo Vrbis ca-
lamitati, ſed etiam de tempore præcedenti, prout con-
ſtat ex dd. articulis tunc productis continentibus, quòd
dicta bona erant ſolita locari pro dicta penſione, & re-
ſpicientibus etiam tempus ante excidium: & in ſpecie
fuit articulata dicta locatio facta Iulio, & Antonio, *vt*
d. ſummaria num. 11. vt benè etiam ponderauit Rota tam
coram eodem Cantuccio recedendo à præcedenti re-
ſolutione *d. deciſ.* 78. *part.* 2. *diuerſ.* quàm coram Cardi-
nali Seraphino in eadem cauſa dicta *deciſ.* 1073. *num.* 4.
verſ. verùm huic argumento, & coram Mantica d. deciſ.
101. *num.* 1. *& coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino*
in Bononien. bonorum de Marano 20. *Nouembris* 1595.
Subſecuta præſertim ſententia Iudicis Cõmiſſarij in iu-
dicatum tranſacta, & per longum tempus obſeruata,
9 pro qua præſumitur Rota *dicta deciſ* 78. *num.* 5. *Card.*
Seraph. dicta deciſ. 1073. *num.* 5. Secundò, quòd à dicto
anno 1532. vſque ad d. annum 1542. valor fructuum,
& affictuum caſalium auctus fuerit vſque ad dimidiam,
plus, & vltra, vt ex folio dato indicationum plurium
inſtrumentorum locationum diuerſorum caſalium per
Capitula, & Collegiatas Eccleſias factarum de annis
1541. 42. & 43. Quia vltra quòd in præſenti locatione
penſio quoque aucta fuit, vt patet ex prædictis, non
conſtat, dicta caſalia eſſe iſti vicina, nec probatur, illam
fuiſſe paris bonitatis, & quantitatis redditum de tem-
pore dictæ locationis, prout eſt neceſſarium in his re-
bus, quarum valor, & bonitas ex cultura, & alijs qua-
10 litatibus mutari poteſt, ita vt ex vno tempore ad aliud
inferri non poſſit, *Rota coram Cardinali Seraph. d. deciſ.*
1073. *num.* 8. *&* 9. *& coram Illuſtriſſimo Cardinali Mil-*
lino in dicta Bononien. bonorum de Marano: & augumen-
tum penſionis aliunde prouenire potuit, quàm ex inter-
uallo temporum, & potuit contingere ex eo, quòd ma-
ior quantitas terrarum comprehenſa fuerit ſub nouis
locationibus, quàm ſub antiquis. Nec enim ex indica-
tionibus datis colligi poteſt, an locationes factæ fuerint
ad menſuram, vel ad corpus, & præſens erat facta ad
rationem rubrorum. Tertiò quòd correſpondentia
canonis non præualeat contractui, quem partes expreſ-
sè voluerunt eſſe emphyteuſim per illa verba, *locarunt*
11 *in emphyteuſim*, quæ faciunt locationem tranſire in con-
tractum emphyteuticum, *Bald. in rubric. C. de iur. em-*
phyt. num. 12. tùm quia verba non ſunt, (vt ſupponitur,)
clara, ſed dubia, & ambigua iuxta terminos *Bald. in*
cap. litera, de dilat. licèt enim dicatur, *in emphyteuſim*;
tamen iſta verba pugnant cum alijs importantibus lo-
cationem, videlicet, *locarunt, & titulo locationis, &c.*
quæ reddunt illa ambigua, *Cyn. in dicta l.* 1. *num.* 11.
verſ. cæterum, & ibi Bellapert. in 2. *col. in princ.* & quia
pluries in inſtrumento Marcus appellatur conductor,
vt conſiderat *Ruin. d. conſil.* 161. *num.* 27. *verſ. & ſic,*
vol. 1. & hoc caſu etiam tenentes contrarium, quòd
videlicet canonis correſpondentia non faciat contra-
12 ctum locationis, ſed emphyteuſis ad effectum remiſſio-
nis mercedis, ſtante concurſu verborum importantium
locationem, & emphyteuſim, firmant cenſeri contra-
ctum locationis, vt declarat *Corbul. d. ampliat.* 12. *in*
fine num. 41. tum quia ſupra firmatum eſt, dictam cor-
reſpondentiam canonis præualere etiam expreſſæ nomi-
nationi emphyteuſis, vt ex ſupra citatis. Imò nec *Bald.*
in dicta rubr. C. de iur. emphyt. loquitur in his terminis,
ſed quando locatio erat facta pro vno nummo, & de-
mum dd. verba, *in emphyteuſim* non repugnant præce-
13 denti nominationi locationis, quæ ſaltem impropriè
emphyteuſis dicitur *Ruin. dicto conſil.* 161. *num.* 21. *in*
fine, Mantic. d. lib. 22. *tit.* 2. *num.* 27. *in fine.* Quartò,
quòd prædicta communis concluſio non procedat in
locatione facta ab Eccleſia, nec rei pretioſæ, & fertilis,
prout eſt Caſale. Quia hoc obiectum facilè tollitur ex
eiſdem *Doct.* ſupra allegatis, qui ferè omnes in conceſ-
ſione Eccleſiæ loquuntur, & dd. deciſiones Cardinalis
Seraph. ſunt in terminis Caſalium, & conceſſionum
ab Eccleſijs, & Capitulis, & ſic ſufficiens ex illis reſpon-
ſio ad obiectionem reſultat. Quintò, denique non ob-
ſtãt quædam pacta in eodem inſtrumento inſerta ex ad-
uerſo ponderata pro contraria interpretatione. Nam
licèt generalis ſufficeret reſponſio, quòd ex prædicta
correſpondentia, & commenſuratione penſionis con-
uentæ ad fructus talis oritur coniectura, quæ ceteris
omnibus vti præſtantior, & fortior præualere indica-
14 tur, & facit contractum appellari locationem veram,
non autem emphyteuſim, *Aretin. dicto conſil.* 55. *in*
vlt. col. verſ. ſecundò reſpondeo clariùs, Rolan. dicto conſ.
96. *num.* 44. *Bologn. dicto conſil.* 54. *num.* 5. *verſ. ta-*
men vt, & Rota in dicta Narnien. locationis; tamen ſigil-
latim ad vnumquemque reſpondendo. Ad primum
reſeruationis directi dominij dictum fuit, æquè illum
15 conuenire locationi perpetuæ, & ad longum tempus,
in qua vtile dominium transfertur, *Aretin. dicto conſil.*
55. *num.* 2. *verſ. ſed in locatione, Card. Mant. dicto lib.*
22. *tit.* 2. *num.* 4. *& num.* 55. *verſ. nec obſtat Card. Se-*
raph. dicto deciſ. 272. *num.* 8. *&* 286. *num.* 3. *& Rota*
in dicta Narnien. & Tiburtina. Ad ſecundum ſolutio-
nis canonis, non fuiſſe expreſſum ſimpliciter pro ca-
none, ſed cum adiuncto alternatiuæ, vel pro reſponſio-
16 ne, ſicque non poſſe ſuper illo verbo vim aliquam fie-
ri, *Mantic. dicto lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 9. *& facit d. deciſ.*
Card. Seraph. 313. *num.* 3. Ad tertium prohibitionis alie-
nationis irrequiſito Monaſterij conſenſu, illam ita ada-
17 ptari conductori præſertim ab Eccleſia, ſicuti emphy-
teutæ, *Aretin. dicto conſil.* 15. *num.* 4. *verſ. non obſtat,*
Ruin. dicto conſil. 161. *num.* 30. *lib.* 1. *Rota in d. Nar-*
nien. & Tiburtina. Ad quartum pœnæ deuolutionis
adiectæ, tàm ex capite alienationis, quàm ex defectu
ſolutionis canonis, reſponſum fuit quo ad primum ca-
ſum, (vltra quòd in inſtrumento non legitur expreſsè
dicta pœna adiecta), nedum non repugnare, vt ſaltem
ex pacto illa apponi poſſit, verùm etiam ex hoc reſul-
18 tare coniecturam, quòd partes voluerint contrahere
locationem, in qua cum de iure dicta pœna locum non
habeat iuxta allegatas deciſiones *Card Seraph.* 286. *&*
288. ideo expreſsè prouidere voluerunt, vt ſaltem ex
pacto, & conuentione deuolutio intraret *ad deciſ. eiuſ-*
dem Seraph. 794. *num.* 3. quo argumento in ſpecie vſa
eſt *Rota in dicta Narnien.* 16. *Februarij* 1615. Quo ad
ſecundum verò deuolutionis caput, illud quoque loca-
19 tioni ad longum tempus conuenire, & in hoc æquipa-
rari emphyteuſi, *Ang. in Auth. de non alienando, §. ſci-*
re, Soccin. conſ. 167. *num.* 7. *verſ. ſi verò dicamus, lib.* 2.
Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſol. canon. ampliat. 23. *Surd.*
conſ. 537. *num.* 15. *verſ. aut intelligimus, Seraph. dicta*
deciſ 288. *num.* 11. Ad quintum conceſſionis in perpe-
tuum conuenire etiam locationi; imò potius hanc per-
petuitatem excludere emphyteuſim, quæ ab Eccleſia
20 facta de ſui natura non tranſit ad extraneum hæredem,
ſicut locatio, ſed præſumitur temporalis, ad tertiam

ſcilicet generationem, *§. emphyteuſim Auth. de non alienando: & communiter not. Doct. in l. etiam ſi filij, ff. ſol. matr.* ſic enim debet intelligi, vt quam citiùs ad Eccleſiam reuertatur, *Cephal. conſ.* 297. *num.* 18. *& latè per Card. Mantic. dicto lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 6. 8. 15. *& ſeq.* & inferendo in his terminis *Valaſc. dicta quæſt.* 1. *num.* 9. *verſ. quod multum confert, & num.* 12. *verſ. licèt ex conſuetudine.* Quin etiam hic eſt effectus principaliter ex hac quæſtione intentus, vt quatenus appareat, hunc contractum eſſe locationem non emphyteuſim, ille intelligatur perpetuus, & tranſitorius ad hæredes extraneos, & ex ſupra citatis expreſsè in locatione perpetua loqountur *Bellon. Valaſc. & Card. Seraph. d. deciſ.* 794. Tandem ad inſtrumentum alterius poſterioris conceſſionis eiuſdem Caſalis de anno 1571. factæ Fabritio (vt pro fratribus ſupponitur) in emphyteuſim cum ſolutione laudemij ob conſenſum per ipſos præſtitum alienationi priùs in dictum Fabritium factæ, ex quibus deducebatur obſeruantia pro contraria interpretatione, etiam præſentis inſtrumenti, & conceſſionis, placuit reſponſio data per informantes, quòd Rota iam ante ſeparatim de vtroque inſtrumento diſputari mandauit, & ideò non poſſe ab vno ad aliud inferri. Interim DD. ex prædictis concluſerunt, contractum, & conceſſionem del 1542. de qua hodie agitur, eſſe locationem, non
21 emphyteuſim, prout etiam in dubio iudican. eſſet, *Ruin. dicto conſ.* 161. *num.* 28. *Bec. dicto conſil* 3. *num.* 24. reſeruato tamen, vt de obſeruantia videatur.

Panormitana Archipresbyteratus.

Veneris 8. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Acta primæ inſtantiæ ſi culpa collitigantis trāſportari non poſſunt, proceditur tanquam in prima.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex actis iuſtificari debet.*
2 *Lite pendente quæ ſuperueniunt licèt nouam producant actionem, tamen non mutant inſtantiam iam cœptam.*
3 *Impedimentum præſumitur veniſſe ab eo, qui contradixit, & intereſſe habet.*
4 *Recurſus ad Iudices ſeculares præſumitur habitus ab eo, qui habet intereſſe.*
5 *Acta ſi non poſſunt tranſportari culpa collitigantis, procedatur vt in prima inſtantia.*

DECISIO CCCXXXV.

A DECISIS ſub die 28. Iunij præteriti receſſerunt Domini non ex eo, quòd Nicolaus, qui nititur gratiæ ſi neutri, non teneatur iuſtificare non ius Iulij ab Ordinario prouiſi, nam in hac parte non à deciſione tranſierunt, cum hæc negatiua non videatur iuſtificabilis, niſi coarctetur ad acta concurſus facti coram Ordinario, quæ ideo ſunt exhibenda præſertim cum Iulius habeat pro ſe atteſtationem eiuſdem Ordinarij in eius collatione, pro quo præſumitur, & deciſiones in contrarium allegatæ fuerunt in illa ſublatæ, quæ potiùs præſupponunt integram actorum tranſportationem, vel illorum exiſtentiam, ex quorum inſpectione dicunt conſtare de non iure collitigantis. Nec quicquam facit, quòd ſit noua prouiſio, ſeu gratia, quia cum ſit noua dependens à prima, verum erit ſemper,
1 non poſſe verificari, niſi quando viſis actis Iudex compererit, non ſeruatis ſeruandis Ordinarium proceſſiſſe, ex allegatis in deciſione. Nec etiam propriè illa videtur facere nouum iudicium, neque nouam inſtantiam, ſed potiùs proſecutionem primi iudicij, & primæ inſtantiæ, cum fundetur in lite præcedente: quod videtur regulare in quolibet iure ſuperueniente pendente
2 lite: & licèt afferat nouam actionem, & exceptionem, tamen non mutat iudicium, nec inſtantiam, vt per *Add. ad Rotam deciſ.* 2. *num.* 16. *de reſcript. in nouis.* Sed moti fuerunt ex alio fundamento, videlicet, quòd per Nicolaum habitis compulſorialibus generalibus pro extractione dictorum actorum concurſus, ac depoſitatis ſex tarenis monetæ illarū partium tantùm pro arrha, Notarius Curiæ Archiepiſcopalis illos reſtituit, expreſsè recuſando dictam copiam tradere, vt ex fide Iudicis compulſoris *in ſummario Nicolai num.* 7. quæ recuſatio præ-
3 ſumitur proueniſſe ex facto, & culpa Iulij, tum ex actu præteritæ contradictionis per ipſum factæ petitioni, & conceſſionis Epiſcopi exequatur, vt ex dicta fide; tùm quia cum vtilitas iſtius non exhibitionis ad eundem Iulium ſpectaret, ab eo, de cuius intereſſe agebatur, præſumitur procurata iuxta *doctr. Bart. in l. fin. num.* 5. *verſ. item quòd illa res ſubtracta, ff. de quaſt.* Caputaq. *deciſ.* 3. *num.* 15. *par.* 2. per quam Rota ſæpius dixit, recurſus ad Iudices ſeculares præſumi habitos ab eo, de
4 cuius intereſſe agitur, vt per *Seraph. deciſ.* 1094. *num.* 1. *fuit dictum in Leodien. Canonicatus* 11. *Martij* 1596. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in Tuden. beneficij* 5. *Aprilis, & 25. Iunij* 1604. *coram bon. mem. Pe-*
A *nia.* A, Nec obſtat fides eiuſdem Notarij *in ſummario Iulij num.* 2. in qua dicitur, poſt intimationem ſibi factam à Iudice neminem coram ipſo pro actorum copia comparuiſſe, quia illa nullam fidem meretur, cum tendat ad propriam excuſationem ipſius Notarij, qui illam fecit, & eſt valdè ſuſpectus de colluſione cum alio; ſed ſtandum eſt potiùs dictæ atteſtationi Iudicis compulſoris rogatæ per publicum inſtrumentum; vndè ſtāte huiuſmodi impedimento tranſportationi actorum
5 præſtito facto, & culpa ipſius Iulij, vt eſt præſumen. ex prædictis, videtur procedendū vt in prima *Seraphin. in deciſ.* 1305. *num.* 7. vbi allegatur alia deciſio *in Toletana Parochialis* 3. *Octobris* 1592. *coram bon. mem. Cardi-*
B *nali Arigonio.* B,
Et ideò Dominis placuit à deciſis recedere, vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A In his præciſis terminis ad effectum proceden. vt in prima, quando impeditur tranſportatio actorum, quòd impedimenta præſumantur præſtita ab eo, de cuius intereſſe agitur, Rota reſoluit *in Abulen Parochialis* 14. *Aprilis* 1614. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in Toletana beneficij* 16. *Martij* 1620. *coram R. P. D. Pirouano.*

B Fuit dictum in *d. Abulen. Parochialis coram Sacrato, et in dicta Toletana beneficij coram R. P. D. Pirouano*, in qua hæc deciſio allegatur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

DECISIO CCCXXXVI.

Romana pecuniaria de Caietanis.

Mercurij 13. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Obligationis Cameralis executio retardatur, ſi de falſa cauſa, vel errore calculi, ex ipſo inſtrumento, vel aliter incontinenti conſtiterit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis, & erroris calculi obligationẽ Camerale impedit, ſi ex ipſo inſtrumento, vel incontinenti probetur.*

2 *Decretum Iudicis ex falſa cauſa in contractu minoris interpoſitum eſt nullum, etiam ſi cauſa partim ſit vera, & partim falſa, num. 12. niſi plures exprimãtur, quarum principalis ſit vera, num. 13.*

3 *Decretum dicitur ex falſa cauſa, ſi aliquid fuit omiſſum, vel non expreſſum.*

4 *Socius non tenetur fructus ſocietatis officij ſoluere, ſi lucrum, quod cõtingere poteſt ad ipſum non perueniat, ſed ad alium ſocium.*

5 *Tutor expenſas factas in lite, quæ ad pupillum non ſpectabat, non poteſt à pupillo repetere.*

6 *Tutor expenſas factas ob caſum fortuitum à pupillo non repetit.*

7 *Inſtrumenti pacta omnia correſpectiua cenſentur.*

8 *Cauſa finalis ex toto contractu deſumitur.*

9 *Erroris calculi exceptio impedit executionẽ Cameralis obligationis, nec renunciatio nocet, niſi ſit facta poſt motam litem ſuper ipſo errore.*

10 *Cauſa deficiente, per quam fuit facta obligatio, corruit & obligatio ipſa, ac illius executio, ſi defectus eſt euidens, ac uerſatur circa cauſam finalem, num. 14.*

11 *Curator tacendo ſuum creditum in deputatione ipſius ad curam illud amittit.*

DECISIO CCCXXXVI.

AD dubium propoſitum, an mandatum ad fauorem D. Alexandri contra D. Chriſtophorum eius fratrem eſſet relaxandum pro certa ſumma, & aliàs, vt in inſtrumento inter eos confecto de anno 1606. reſolutione delata ſub die 16. Ianuarij 1615. DD. hodie vnanimiter negatiuè reſponderunt, moti duplici fundamento. Primò nullitatis obligationis Chriſtophori. Secundò erroris calculi. Quæ
1 exceptiones incontinenti probatæ impediunt obligationem Cameralem, vt de nullitate poſt *Canar. de execut. inſtr. quæſt.* 11. *Galleſ. de oblig. Camerali quæſt.* 3. *num.* 4. & pluries tenuit Rota; de errore verò calculi, *Soccin. conſ.* 79. *num.* 50. *vol.* 4. cum qua opinione tranſiuiſſe Senatum Pedemontanum teſtatur *Theſaur. deciſ.* 26. *num.* 15. De nullitate autem DD. viſum fuit conſtare, quia decretum Iudicis in dicto contractu pro Chriſtophoro minore interpoſitum fuit ex falſa cauſa, & per
2 obreptionem, & ſic ipſo iure nullum, *l. & ſi præſes, C. de præd. min. vbi poſt gloſ. Bart. Bald. & Salic. in l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. vbi Odofred. Bald. Angel. Caſtr. & Iaſ. in* 2. *not. Roman. conſ.* 434. *num.* 9. *&* 12. *& ibi Addent. Natt. conſ.* 162. *num.* 11. *&* 12. *& conſ.* 631. *num.* 36. *Rota deciſ.* 529. *in princ. par.* 1. *diuerſ. Card. Mantic. de tacit. &c. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 10. *& fuit dictum coram me in illa Romana Paragij dotis* 12.
A *Iunij* 1615. A Falſitas verò cauſæ in propoſito patenter
3 reſultat, tam ex omiſſione, quàm ex nõ expreſſione, iuxtà tradita per *Natt. dicto conſ.* 631. *num.* 36. *& per Rotam dicta deciſ.* 529. *num.* 1. Omiſſa namque primò fuit narratio adminiſtrationis bonorũ per nonnullos annos poſt mortem communis patris per Alexandrum vti maiorem natu geſtæ, & bonorum, ac reddituum, ad eius manus peruentorum, & præſertim molendinorum, grani, & olei, & iuriſdictionis Caſtri Maentiæ: quorum introituum annua quantitas excedit circiter ferè ſcuta 2500. calculando iuxtà æſtimationem aliàs factam per Rotam, de medietate illorum coram Reuerendiſſimo Domino meo Sacrato in iudicio reſciſſionis aſſignationis in ſolutum factæ D. Veſtiliæ eorundem fratrum matri pro reſtitutione eius dotis, & quarti, coram eo per DD. Alexandrum, & P. Æmilium intentato, in quo etiam præuia deciſione, ſententiam fauorabilem obtinuerunt. Secundò, non fuit expreſſum, quòd D. Alexander ad computum communis ipſorum fratrum crediti cum D. Proſpero Caetano ſolidari in ſumma ſcutorum 1625. vt in inſtrumento concordiæ del 1597. in ſummario Chriſtophori primæ poſitionis num. 12. habuit rubra 160. grani, prout ex eius quietantia *dicto ſummario num.* 13. & ex confeſſione eiuſdem in iudicio criminali facta *in ſummario nouæ poſitionis num.* 1. in qua etiam de receptione totalis ſummæ dd. ſcutorum 1625. in grano, & in alijs bonis ſequeſtrata, & deinde conſignata dicto Paulo Æmilio; tamen de prædictis nihil dicebatur, quæ quatenus vera fuiſſent, debebant nihilominus exprimi, vt videri poſſet, an, & quid per Alexandrum in communes cauſas fuiſſet impenſum, & an de proprio. In committendo verò, quia obligatio Chriſtophori fuit expreſsè fundata ſuper calculo D. Horatij communis agnati in inſtrumento regiſtrato, in quo inter cetera ad debitum commune ponuntur. Primò pecuniæ captæ ad ſocietatem officiorum, in quibus tamen ſocietatibus Chriſtophorus non erat nominatus: & quamuis dicatur, pecunias verſas in commune commodum, tamen, vltra quòd non iuſtificatur, nec iuſtificari poſſe videtur, niſi mediante redditione rationis adminiſtrationis per Alexandrum facien. cum Chriſtophorus nullum commodum ſentire poſſet, ſi ca-
4 ſus lucri eueniſſet, non potuit fieri debitor, ſaltem fructuum illarum, vt conſiderauit Rota *in Romana Vineæ de Brunis* 2. *Decembris* 1591. *coram Orano, in Romana ſocietatis officij* 11. *Iunij* 1593. *coram Cardinali Blanchetto, & in Romana de Perottis* 3. *Decembris* 1602. *coram Il-*
5 *luſtriſſimo Cardinali Millino*, præſertim cum non omnes ſocietates ſuper libro familiari Alexandri annotatæ fuerint, adeò, vt ſi lucrum earum contigiſſet, Chriſtophorus nedum particeps, ſed nec etiam certior fieri poterat. Præterea reſpectu ſocietatis ſcutorum 150. *vt in dicto ſummario veteri num.* 9. illa non poterant pro vlla rata adſcribi in debitum Chriſtophori; quia cum in ea non Alexander, ſed Paulus Æmilius, qui non erat adminiſtrator, bonam fidem recognouerit, apparet, quòd fuit inita non pro communi, ſed pro particulari ipſius Pauli Æmilij intereſſe. Similiter quo ad alteram ſocietatem ſcut. 400. initam per Alexandrum cum Rotulo pro extinctione alterius ſocietatis per patrem contractæ cum D. Duce de Comitibus, *prout in eodem ſummario in fine*, vel non poterat Chriſtophorus debitor illius conſtitui, vel ſaltem debebant etiam in dicto calculo adnotari pecuniæ, & aliæ res habitæ per Alexandrum, vigore ceſſionis reportatæ à dicto D. Duce de Comitibus contra D. Veſtiliam matrem in ea ſocietate prima obligatam, *de quibus in dicto ſummario num.* 11. & licèt

aliquæ ſummæ exactæ fuerint per Paulum, illas tamen exegit tanquam procurator Alexandri, vt expreſsè declarauit in quadam quietantia ab eo ſubſcripta de anno 1605. *dicto num.* 11. & dd. pecunias, & alias res ſic exactas ad ſuas manus perueniſſe, idemmet Alexander ſaſſus fuit in reſponſionibus ad poſitiones *dicto ſummario num.* 18. Secundò in dicto calculo adnotantur expenſæ in lite contra Dominam Veſtiliam ſuper reſciſſione dictę aſſignationis in ſolutum, quæ tamen lis non pertinebat ad Chriſtophorum, cum quo nihil geſtum fuit, ex quo
5 tunc pupillus non interuenerat dicto inſtrumento, & ſic expenſæ aliquæ ad eum non pertinebant, *l. 3. ff. de contr. iud. tut. Garz. de expen. cap. 20. num. 17. Gutier. de tut. par. 3. cap. 1. num. 141. & ſub num. 145.* Prout etiam eidem non erant imputandæ expenſæ litis criminalis agitatæ pro parte D. Proſperi contra Alexandrum, ſiuè
6 ille deliquiſſet, ſiuè non: cum cenſeantur ex caſu fortuito perueniſſe, ad quas propterea Chriſtophorus non tenebatur, *l. inter cauſas 26. §. non omnia, vbi not. communiter Doct. ff. mand. & dixit Rota Anconitana computorum 15. Februarij* 1585. *coram Bubalo*, & quia ſimiliter huiuſmodi expenſæ non poſſunt dici pro re, vel lite pupilli tactæ, cum ipſe non remanſerit obligatus ex prætenſo delicto Alexandri cohæredis, *l. ſi is cum quo, ff. com. diuid. l. ſi communis familia, & l. ſeq. ff. de nox. act. l. & ideo, ff. pro ſoc. Specul. in tit. de iudic. in verſ. ſequitur, §. quid ſi actor, num. 9. Petr. de Vbald. de duobus fratribus par. 8. quaeſt. 23. num. 24.* nec etiam idem Chriſtophorus aliquod exinde commodum reportauerit. Tertiò, Alexander in eodem inſtrumento correſpectiuè ad obligationem Chriſtophori renunciauit primogenituræ ad eius fauorem per patrem ſuper Caſtro Magentiæ conſtitutæ; cum tamen tunc nullum ius ipſi ſuper ea còmpeteret cum de anno 1594. illi renunciaſſet per publicum inſtrumentum *in dicto ſummario num.* 3, ex qua quidem renunciatione tanquam iuris verè competentis valde veriſimiliter potuit moueri, tàm Chriſtophorus ad ſe obligandum, quam Iudex ad interpo-
7 nendum decretum, nedum quia pacta omnia inſtrumenti cenſentur correſpectiua *ad l. fundi partem, ff. de contrahen. empt.* ſed etiam quia cauſa finalis ex vniuerſo
8 contractu deducitur *Becc. conſ. 45. num. 33. & 34. Surd. conſ. 282. num. 15. lib. 2.* Ex quibus ſecundò principaliter reſultat clara probatio alterius exceptionis erroris calculi, quæ cum ex eodem ſonte oriatur, impedit executionem obligationis Cameralis ex ſupra in principio adductis; nec renunciatio nocet, niſi quando (prout hic) eſt mota quæſtio ſuper errore calculi, & deinde facta
9 trãſactio cum renunciatione, *gloſ. in l. 1. vbi Butrig. Ang. Salic. & alij, C. de errore calculi, Card. Seraph. deciſ.* 1277.
B *nu.* 2. B Prout ſimiliter reſultat hinc defectus cauſæ, de
10 quo opponitur contra obligationem Cameralem, quando de eo ex inſpectione eiuſdem inſtrumenti conſtat, *Galleſ. de oblig. Camer. quaeſt. 17. num. 12. Rot. deciſ.* 123.
C *num. 14. & 15. par. 2. diuerſ.* C, nam cum Chriſtophorus ſe obligauerit ad ſummam ſcutorum 1510. & dictæ ſocietatis pro tertia parte, quia credidit, & habuit pro vero totum dictum creditum patris in calculo expreſſum, eo deficiente pro parte, deficit etiam pro eadem parte cauſa obligationis, *Rot. dicta deciſ. 123. num. 14. & 15.* Quibus ſtantibus viſa fuit Dominis ſuperuacua inſpectio, an Alexander amiſerit eius creditum, ex eo, quòd in deputatione de ſe facta in curatorem Chri-
11 ſtophori tacuit eius creditum iuxta *auth. minoris debitor, C. quand. mul. tut. off. & in auth. vt ij, qui oblig. ſe hab. &c.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Decretum interpoſitum ex falſa cauſa non ſubſiſtit,
12 *Alexand. conſil 69. num 3. lib. 3. Menoch. conſil.* 214. *num 27. cum alijs allegatis per Picum ad Statut. Vrbis gloſ 21. num. 35. Rot deciſ 264. num 4. par. 1. diuerſ. et coram ſanct memor Gregor. XV. deciſ 406. num. 11. et infra coram Domino meo deciſ. 361. num 1. & deciſ. 422. num. 14.* quod procedit etiam ſi cauſa partim ſit vera, & partim falſa, *Honded. conſ. 32. num. 211. lib. 1. Picus, vt proximè num. 36. cum. alijs per Beltramin. ad d. deciſ. Greg. ſub litera* C.

At ſi plures cauſæ exprimantur, ſufficit, alteram eſſe veram, vt fuit dictum coram Cardinali Caualerio *deciſ.* 482.
13 *num. 5. ſequendo aliam in Romana cenſus 1. Iulij* 1616 *coram bon mem. Vbaldo, & vide ſupra deciſ. 282. in fin. & infra deciſ.* 377. Et quidem ſi cauſa, quæ reperitur falſa, non eſt principalis interpoſitionis decreti, ſed narratur tanquam ſecundaria, eo magis decretum ſuſtinetur, *Pic vbi ſup. num. 38. et Rota in dicta Romana cenſus coram bon mem. Vbaldo.*

Defectus autem cauſæ debet eſſe euidens, vt in *Romana cen-*
14 *ſus de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano impreſſa vbi proximè 110. num 3. et in Romana executionis obligationis Cameralis 2. Aprilis 1593. coram Orano impreſſa ibidem deciſ. 148. et coram Greg. XV. deciſ. 406. num* 8. & ille defectus debet verſari circa cauſam finalem, vt *in d. deciſ. 148. num.* 2.

B De errore calculi poteſt dici, etiam ſi ratio ſemel reddita fuerit, *Bero. quaeſt. 105. num. 6. Tob. Non conſ 63. num. 18. Rota in Interamnen. cenſuum 15. Aprilis 1622. coram R.P.D Pirouano*, pluries confirmata, & ob errorẽ calculi poteſt reſcindi trãſactio, etiam ſi error ſit expreſſus, dummodo ſuper illo non ſit tranſactum, *latè Rum. conſ. 134. num. 1. et infra lib 1. et conſ 71. num. 4. lib. 4. Dec. conſ. 350 num 4. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 41. verſ. item adnotandum.*

C Cauſa deficiente deficit etiam obligatio, & impeditur illius executio, vt præter hic allegatos reſoluit *Rota in deciſ 50. num. 3. et 7. par. 1. recent. et inter impreſſ poſt Zacch ad Galleſ deciſ 130. nu. 9. 80. num. 2. 89. num. 1. 104. num. 4 et 113. num 4 cum relatis per eundem Zacch ad Galleſ. in deciſ allegatum num. 78. et ſeq Gratian. diſcept. forenſ. 273. num. 20. et 21.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cluſina poſtæ puteoli.

Lunæ 18. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Plures tolluntur nullitates, quæ contra ſententiam opponebantur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia in ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*
2 *Succeſſoris ad fauorem pronunciari non poteſt vigore commiſſionis à prædeceſſore obtentæ, niſi ſucceſſor prius petierit admitti, ac fuerit admiſſus ad cauſam.*
3 *Inſtantia per defunctum cæpta tranſit in ſingularem ſucceſſorem neceſſarium.*
4 *Inſtantia defuncti tranſit in ſingularem ſucceſſorem in actione reali, & in rem ſcripta.*
5 *Inſtantia defuncti in ſingularem ſucceſſorem tranſit in actio-*

actione competente ratione primogenituræ.

6 *Inſtantia per patrem cœpta tranſit in filium, etiam non hæredem, in his, quæ ad filium vt filium pertinent.*

7 *Inſtantia per defunctum inchoata ſub nomine dignitatis, vel adminiſtrationis tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

8 *Clauſula*, Sublata, *claudit os, & adimit facultatem dicendi contrarium, & iudicandi, & nullitatem ipſo iure inducit.*

9 *Clauſula*, ſublata, *& decretum irritans, abſque clauſula,* quod de ſubreptione, vel obreptione dari nequeat, *intelligitur, veris exiſtentibus narratis, nec operatur, quòd opponi non poſſit defectus intentionis, & excipi de obreptione.*

10 *Sententia lata in petitorio per partem ſuſpenſo eſt nulla.*

11 *Petitorium intentatum ab eo, qui non contendit ſe poſſidere, non impeditur per poſſeſſorium ab aduerſario propoſitum.*

12 *Interdictum retinendæ eſt minus priuilegiatum recuperandæ, quod facit ceſſare omnino petitorium.*

13 *Petitorio in iudicio procedi poteſt non obſtante pendentia poſſeſſorij retinendæ, & non obſtante ſuſpenſione petitorij.*

14 *Petitorij a ſuſpenſione receſſum videtur ob productionem iurium petitorium concernentium. Amplia vt num. 32.*

15 *Mandato de manutenendo obtento, ceſſat ſuſpenſio petitorij per partem facta.*

16 *Fructus in poſſeſſorio retinendæ veniunt a die mota litis.*

17 *Sententia lata, termino pendente, eſt nulla.*

18 *Nullitatis exceptio, quæ non impugnat ſententiam, ſed executionem ſe compatitur cum ſententia, & poſt illam opponi poteſt.*

19 *Remiſſoria in prima inſtantia cauſæ expeditionem retardare non ſolent.*

20 *Legitimatio perſonæ omiſſa reddit ſententiam nullam.*

21 *Sententia ex nouiter deductis confirmari poteſt.*

22 *Sententia exceſſiua in totum redditur nulla.*

23 *Hæredibus pro rata fructus debentur, ſed prætendere nequeunt niſi a die apertæ ſibi ſucceſſionis.*

24 *Sententia indefinitè prolata intelligitur prout de iure.*

25 *Sententia plures correos, etiam inſolidum obligatos condemnans, intelligitur pro rata, licèt aliqui in illo iudicio non fuerint vocati.*

26 *Clauſula*, nõ ſolùm prædicto, ſed omni alio meliori modo, *in ſententia poſita operatur, vt Iudex cenſeatur pronunciaſſe eo meliori modo, quo potuit, ac debuit.*

27 *Sententia plura capita diſtincta continens, non vitiatur in totum, ſi reſpectu alicuius ſit nulla.*

28 *Sumptum parte non citata fidem non facit, & ſententia in illo ſe fundans eſt nulla.*

29 *Sumptum a publicis Officialibus ſucceſſoribus in officijs extractum parte non citata, fidem facit.*

30 *Tranſumpta ex regiſtris Apoſtolicis ſumpta, fidem faciunt.*

31 *Nullitates, quæ ex defectu mandato procuræ, iuriſdictionis, & citationis non proueniunt, non attenduntur: niſi proueniant ex omiſſione ſubſtantialium iudicij, n. 34.*

33. *Sententia lata in petitorio per partem ſuſpenſo ſuſtinetur, ſtãte reſcripto ſuper cumulatione petitorij cum poſſeſſorio.*

DECISIO CCCXXXVII.

REPROPOSITO dubio, an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, cuius reſolutio fuit dilata ſub die 11. Iunij anni præteriti, DD. ſeiungendo caput nullitatis pro parte Excellentiſs. D. Ducis Sfortiæ ex pluribus prætenſi defectibus oppoſitæ, ab articulo iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ ad aliam particularem inſpectionem reſeruato, nunc pro validitate dictæ ſententiæ reſponderunt. Et ſigillatim procedendo in primis dixerunt non obſtare prætenſas nullitates ex defectu iuriſdictionis, quæ tres videbantur. Prima, videlicet, quòd Excellentiſsimus D. Dux Fuluius à Cornea proſequutus fuit iudicium per q. D. Marchionem Aſcanium eius patrem cœptum, non tanquam illius hæres, ſed nomine proprio vti vocatus ex inueſtituris; ideoque cum inſtantia in ſingularem ſucceſſorem
1 non tranſeat *ad not. in l. tam ex contractibus, vbi Ang. ff. de iudic. & in cap. quia V. extr. eod.* non poterat pro-
2 nunciari vigore commiſſionis obtentæ à d. Marchione Aſcanio, abſque eo, quod ipſe D. Dux Fuluius prius petierit, ſeu admitti, & admiſſus fuerit, *iuxt. deciſ. Creſcent. 3. de reſcript.* Nam reſponſum fuit, regulam 1
ſupra firmatam non procedere. Primò quando res
3 tranſit in ſingularem ſucceſſorem ex cauſa præcedẽti, & ſic de neceſſitate, prout hic ex inueſtituris SS. Pontificum, *l. in iudicio, ff. fam. ercisc. Bart. & Ang. in l. Lucius, §. pen. ff. ad Trebell, idem Bart. in l. ſi cum hominem, in vlt. quæſt. ff. de fideiuſſ. Aſin. in prax. §. 2. cap. 13. num. 36. in fin. & ſeqq. Socin. iun. conſ. 34. verſ. 2. lib. 3.* vbi quòd ſinè dubio procedit ex parte actoris, & quòd ab hac concluſione in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum, quem refert, & ſequitur *Peregr. de fideic. artic. 53. num. 24. & 25. Put. deciſ. 177. num. 1. lib. 2. in nou. impreſſ.* & in primogenito *Molin. de primogen. Hiſp. lib. 4. cap. 8. num. 6.* Secundò, non
4 procedere in actione reali, nec in rem ſcripta, quæ ratione dominij oritur, & cum dominio ambulat, *Mohed. deciſ. 1. de iudic. Peregr. vbi ſupra num. 25.* & in ſpecie
5 de actione competente ratione primogenituræ, *Put. deciſ. 172. & d. deciſ. 177. lib. 2. in nou. impreſſ. Rot. deciſ. 907. & 908. lib. 3. part. 3. diuerſ.* Tertiò locum non habere in his, quæ ad filium, vt filium tranſeunt; tunc
3 enim inſtantia per patrem cœpta tranſit in filium etiam non hæredem, *l. ſi operarum, & ibi gloſ. in verbo dandam, ff. de oper. liber. Caſtr. in d. l. tam ex contractibus in fin. ff. de iudic. & in d. l. ſi cum hominem, num. 2. verſ. & è contra, ff. de fideiuſſ. Dec. in d. cap. quia V. num. 20. & 21. de iudic. Aſin. in prax. d. cap. 13. num. 1. verſ. verùm idē quoque, Peregr. d. art. 53. num. 26.* Quartò ſecus eſſe in inſtantia per defunctum inchoata ſub nomine dignitatis,
7 vel adminiſtrationis, quæ in ſucceſſorẽ tranſit *Abb. in d. cap. quia V. num. 11. verſ. tertius caſus, de iudic. idem Abb. poſt Innoc. et alios in cap. ſignificauit de reſcr. Aſin. d. cap. 13. num. 14. Peregr. d. artic. 53. num. 28.* ſenſit eadem Rota coram me in illa *Marſicen. iuriſdictionis 20. Nouembris præteriti*, & in terminis dignitatis primogenituræ *inter impreſſ. diuerſ. dd. deciſ. 907. et 908. lib. 3. part. 3. et apud Put. dd. deciſ. 172. et 177. in fin. lib. 2.* Secunda principalis nullitas, & defectus iuriſdictionis deducebatur ex clauſula, *ſublata*, &c. & decreto irritanti, de quibus in conceſſionibus factis DD. de Sfortijs, & ſingulariter in illa fel. recordat. Gregorij XIII. Quæ clau-
8 ſula (vt notum eſt) claudit os, & adimit facultatem dicendi contrarium, & iudicandi, & inducit nullitatem etiam ipſo iure, & de ea poteſt quandocunque opponi, *Rot. in Calagurritana prætenſæ confidentiæ 1. Iulij 1592. coram bon. mem. Penia cum alleg.* Verumtamen cum illa
9 ſit poſita per ſe ſola abſque clauſula, *quòd de ſubreptione, vel obreptione dari non poſſit*, aut alia huic æquipollente, intelligitur veris exiſtentibus narratis, nec operatur, quo minùs poſſit opponi defectus intentionis, & de ſubreptione, *iuxta trad. per Prob. ad Monach. in cap. tibi, num. 19. in fin. et num. 20. de reſcript. in 6. latè Dec. conſ. 142. in fin.* quam concluſionem, & diſtinctionem

nem in terminis dictæ clauſulæ, *ſublata*, ſequitur *Rot. et
poſt deciſ. Rubei in Calaguritana iuriſdictionis 30. Maij*
1580. patet ex alijs quàmpluribus deciſionibus vſque
hodie factis relatis *per Gonzal ad reg. 8. gloſ. 66 num.
12. et ſeqq Modern de clauſ. part. 1. clauſ 176. num. 20.
Garz. de beneſ. 6. part. cap. 3. num. 87. & ſeq. Modern.
Bonon. variar. reſolut. lib. 2. cap. 37. num. 57.* Tertius
demum iuriſdictionis defectus deducebatur ex eò, quòd
fuit proceſſum ad diffinitiuam in petitorio, non obſtan-
10 te illius ſuſpenſione ex parte D. Ducis Sfortiæ, & pro-
teſtationibus, & contradictionibus, quòd de eo non
cognoſceretur, niſi terminato poſſeſſorio retinendæ in-
tentato, & ſic nulliter, *Rot. deciſ. 437. in fin. alias 23. de
teſt. in nou. Caputaq. deciſ. 143. part. 3. cum alijs alleg.*
Sed reſponſum fuit, primò, quòd poſſeſſorium retinen-
11 dæ ex parte d. D. Ducis Sfortiæ propoſitum non impe-
diuit petitorium intentatum per D. Ducem à Cornea,
qui non contendebat ſe poſſidere, *Bart. in l. naturaliter,
§. nihil commune, num. 26. ff. de acquir. poſſ.* quem om-
nes ibi approbare teſtatur *Menoch. de retin. remed. 3.
num. 534. Rot. deciſ. 97. num. 3. part. 2. diuerſ. Crot.*
A *conſ. 105. num. 3.* A, hoc enim interdictum retinen.
12 non eſt ita priuilegiatum, prout interdictum recupe-
ran. adeò vt illud intentans poſſit ſuſpendere, ac impe-
dire petitorium iudicium, per ſe, vel alium intenta-
tum, *vt ex Boniſ. de Vital. in Clem. 1. num. 51. de cauſ.
poſſ. & propr. tradit Iut. deciſ. 29. in princ. lib. 3. Pur-
pur. conſ. 144. num. 12. lib. 1. Rot. deciſ. 349. num. 2.
par. 1.* vbi tenuit pro validitate ſententiæ, & coram me
in Signina Caſtrorum 22. Iunij 1615. Et quòd ſuſpenſio
non operetur nullitatem, *Card. Seraph. deciſ. 1433. num.*
13 *2. & in fin.* Et in ſpecie quòd non obſtante pendentia
iudicij poſſeſſorij retinendæ, Iudex poſſit ad vlteriora
procedere in petitorio, deciſum fuit *in Calaguritana de
Nauarette 14. Decembris 1576. coram bon. mem. Card.
Lancellotto*, etiam non obſtante illius ſuſpenſione, *in
Spoletana curæ 22. Iunij 1587. coram Blanchetto*, vbi
quòd eſt ſpeciale in cauſa ſpolij. Secundò, quòd pro
parte D. Ducis Sfortiæ per productionem multorum
14 iurium petitorium concernentium poſtea factam vide-
tur fuiſſe receſſum à dicta ſuſpenſione præcedenti, *Rot.
deciſ. 6. de cauſ. poſſ. & propr. in nou. Achill. deciſ. 3. de
iudic. latè Bero. conſil. 44. num. 19. & ſeqq. lib 3. Pont.
de ſpol. lib. 2. cap. 6. num. 47. & 50. Honded. conſil. 24.*
B *num. 69. lib. 2.* B, Tertiò, quòd poſt conceſſionem
mandati de manutenen. ad fauorem d.D. Ducis Sfortiæ
15 iam finitum fuerit poſſeſſorium retinen. & ſic omnis ſu-
ſpenſio ceſſauerit, *vt in dicta Calaguritana de Nauaret-
te coram bon. mem. Card. Lancellotto*. Nec obſtat, quòd
licèt fuerit relaxatum mandatum, adhuc tamen ſecu-
16 ta non fuerit reſtitutio fructuum poſt turbationes in
poſſeſſione illatas perceptorum, qui veniunt à die mo-
tæ litis, *Ioann. Faber in §. retinendæ, num. 14. verſic.
item, & fructus, Inſt. de interd.* cum alijs relatis coram
me *in Romana Palatij 30. Maij* 1616. Quia quicquid
ſit, an ideo minùs dici poſſit finitum, ac terminatum
dictum iudicium, in facto non conſtat de aliqua fru-
ctuum condemnatione, perceptione, & liquidatione.
Quarta nullitas ex eo, quòd ſententia lata fuerit pen-
17 dente termino remiſſoriæ ſuper liquidatione meliora-
mentorum D. Duci Sfortiæ conceſſæ, *l. ſiue pars, C. de
dilat. cum alleg. per Vant. de nullit. ex def. iuriſd. ordin.
num. 157. & ſeq.* tolli viſa fuit ex eo, quòd cum hu-
18 iuſmodi exceptio non reſpiciat, nec impugnet ſenten-
tiam, ſed illius executionem, *Bart. in l. fundo, in fin.
num. 16. de rei vendic. & ibi Bald. in addit. num. 1. verſ.
in gloſſa, quæ incipit Specul. in tit. de execut. ſent. §. po-
ſtremò, verſ. quòd ſi bona fide ædificaui, & in tit. de excep.
§. dicto, verſ. ſed pone ædificaui, Iaſ. in l. 1. col. pen. verſ.
2. in fine, C. de iur. & fact. ignor. Neguſ. de pign. 5. par. 4.
memb. num. 10. verſ. & ratio iſtius concluſionis, latè Benint.
dec. 77. num. 1. & num. 15. Rolan. conſ. 28. num. 3. verſ.
& ratio, lib. 1.* potuit ſuper meritis cauſæ pronunciari,
19 prout de ſtylo ſeruatur in Rota dando vni remiſſoriam,
alteri ſententiam, & præſertim in prima inſtantia, in
qua non ſolet cauſæ expeditio retardari per petitionem
remiſſoriæ, *Rot. deciſ 1111. lib. 3. par. 3.* Quinta autem,
vltra prædictos prætēſos iuriſdictionis defectus, propo-
nebatur nullitas ex defectu legitimationis perſonæ D.
Ducis Fuluij; quia non probauit, ſe eſſe de nominatis,
& comprehenſis in inueſtituris Iulij III. & Pij III. &
de generatione Diomedis, nec primogenitum, & fi-
lium Aſcanij, & poſſeſſorem Marchionatus; & ideo
20 ſententia redditur nulla, *gloſ. penult. & ibi Doct. in l. 2.
C. de edict. diu. Adr. tollen. cum pluribus per Caball. conſ.
deciſ. 42. num. 4. & 5. par. 1.* & fuit deciſum in *Romana
hæreditatis de Bonellis 21. Octobris 1605. coram Illuſtriſ.*
C *D. Cardinali Ludouiſio*. C, Reſponſum tamen fuit, ſa-
tis concludenter conſtare de d. legitimatione, ſcilicet,
de filiatione Ducis Fuluij ex Marchione Aſcanio, qui
fuit filius Diomedis, & quòd vnus poſt alium ſucceſſi-
uè poſſedit Marchionatum, ex teſtibus pro parte ip-
ſiusmet Ducis Sfortiæ examinatis datis in *ſummario
Ducis Fuluij num. 1.* ex quibus iuſtificatur ſententia, li-
21 cèt eſſent de nouo recepti, cum etiam ex nouiter de-
ductis confirmari poſſit, *Bal. in l. 2. num. 8. in fin. verſ.
vndè videmus, C. de eden. Rom. conſ. 281. num. 4. Put. de-
ciſ. 381. num. 2. lib. 2. in nou. impr. Affl. deciſ. 28. num. 4.
cum pluribus relatis per Decian. qui de commun. reſp.* 66.
22 *num.* 8. *vol.* 4. Sexta deducebatur nullitas ratione ex-
ceſſus, qui facit corruere totam ſententiam, *Put. de-
ciſ. 315. lib. 1. in nou. impr. Rot. deciſ. 221. num. 1. par.
2. diuerſ. cum alijs alleg. in Romana ſpolij domorum 21.
Februarij 1600. coram bon. mem. Iuſto*. Exceſſus autem
dicebatur probari, quia D. Dux Sfortia fuerat condem-
natus in omnibus fructibus à die motæ litis ad fauo-
rem d. D. Ducis Fuluij, qui non probatur hæres inſo-
lidum patris, ad cuius inſtatiam fuit cœptum iudicium,
23 imò habet fratres, ad quos ſpectat hereditas pro eorum
partibus, & conſequenter etiam fructus, *l. in fideicom-
miſſario, in princ. ff. ad Trebell.* & ipſe non poteſt præ-
tendere, niſi à die apertæ ſibi ſucceſſionis, *l. Herennius
la 1. ff. de vſur. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 11.
num. 11. verſ. quòd autem fructus*. Dupliciter tamen
huic prætenſæ nullitati reſponſum fuit. Primo, quòd
licèt condemnatio ſit indefinita ad fructus à die motæ li-
tis, & quatenus etiam omnes non pertinerent D. Duci
à Cornea, ſed ad illius quoque fratres, & Dux Sfortia
poſſet opponere de iure illorum, cuius contrarium in
ſimili deciſum fuit in *Tiburtina Caſtri S. Angeli 27. No-
uembris 1616. coram R. P. D. meo Andrea*, eſſet tamen
D intelligenda prout de iure ferri debebat, D, *l. 2. C. de
24 off. ciu. iud.* ibi, *quod non arbitramur, l. miles, §. decem,
ff. de re iud.* & propè ad noſtros terminos de condemna-
tione indefinita in expenſis, quòd intelligatur de his,
quæ de iure debentur, *Surd. conſ. 64. in fin.* & in alia ſi-
mili condemnationis *Rot. deciſ. 112. num. 2. & ſeq. par. 2.
diu.* & ſic, vel de omnibus fructibus perceptis poſt reaſ-
ſumptum iudicium per D. Ducem Fuluium ab obitu
patris, vel quatenus dicatur, illam comprehēdere etiam
perceptos viuente patre, intelligenda eſt de rata tan-
tùm ad ipſum ſpectante vti hæredem, quemadmodum
25 ſententia condemnatoria plurium correorum, etiam
inſolidum obligatorū, intelligitur pro rata vnumquēque
tangente, licèt aliqui non fuerint in eo iudicio vocati,
Affl. deciſ. 215. Quæ interpretatio ſuadetur etiam tū ex
illis

illis verbis ſubſequentibus. (Quorum fructuum liquidationem, & expenſarum taxationem de iure in poſterum reſeruamus;) in qua taxatione, & liquidatione habenda erit ratio fructuum non ſpectantium ad Dominum Ducem Fuluium, tum ex clauſula in fine appoſita,
26 (non ſolùm prædicto, ſed omni alio meliori modo) quæ operatur, vt Iudex cenſeatur pronunciaſſe eo meliori modo, quo potuit, ac debuit, *Felin. in cap. cum ſuper, num. 11. de off. deleg. & ibi Dec. in fin. Vant. de nullit. ex def. iuriſd. num. 174. & fuit dictum in Bergomen. Cappellania 23. Martij præteriti coram me.* Secundò, quia
27 ſententia quoad dd. fructus continet caput nedum oratione diſtinctum per illa verba, *Ac vlteriùs, &c.* Sed etiam à diuerſo facto pendens, & ſic omnino ſeparatum, *Io. de Imol. conſ. 144. in princ.* & faciunt in ſpecie *trad. per Soccin. in l. ſi quis cum totum, ff. planè num. 5. de except. rei iud. & per Contard. in l. vnic. C. de momen. limit. 1. num. 34. & ſeqq.* Et ideo quatenus reſpectu dd. fructuum poſſet dici nulla, quòd negatur ex prædictis, quoad reliqua capita diſtincta ſuſtinetur, *Bald. in l. 1. n. 6. verſ. ſed pone, C. ſi adu. rem. iudic. & in l. in hoc iudicio, num. 2. ff. famil. erciſc. Rom. conſ. 195. circa fin. vbi Apoſtill. in fin. in verſ. reputetur, & conſ. 281. num. 2. & ſeq. Rot. deciſ. 33. num. 9. par. 2. diuerſ. Contard. d. l. vnic. lim. 1. num. 38.* Et denique DD. non placuit abſolutè tranſire cum hoc præſuppoſito, quòd huiuſmodi fructus inexacti non ſpectarent omnes ad D. Ducem Fuluium tanquam ſucceſſorem in feudum, cum hic articulus ſit valdè controuerſus, vt fatetur idem *Molin. d. cap. 11. in princ.* Septimam demum nullitatem ex eo, quòd ſententia ſit fundata ſuper conceſſione Pij IV. de
28 qua non conſtat, niſi per quoddam ſumptum parte non citata, quod fidem non facit ex allegatis, leuem DD. reputarunt. Tùm quia dicta inueſtitura Pij IV. ſuper qua Dux Fuluius fundat intentionem ſuam, fuit in actis producta in forma probanti, & Motusproprij. Tum
29 quia tranſumptum fuit extractum à publicis officialibus ſucceſſoribus in officijs, & ſic validè etiam abſque partis citatione, *Caputaq. deciſ 351. num. 4 par 2. Chiſanen. deciſ. 69. & fuit deciſum coram Illuſtriſſ. D. Card. Ludouiſio in vna Romana iuriſpatronatus 26. Iunij 1600.*
30 Et quòd huiuſmodi tranſumpta ex regiſtris Apoſtolicis fidem faciant in Curia, *Creſcent. deciſ. 2. de fid. inſtr, Peregr. deciſ 201. lib 2. cum alijs allegatis in Burgen. Abbatia de Salas 14. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo, Modern. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 744.* Ad iſtas
31 præterea poſtremas oppoſitas nullitates vnica etiam reſponſio accommodari viſa fuit, quòd videlicet non ſint ex illis tribus, iuriſdictionis, mandati, & citationis, quæ ſunt inſanabiles; & ideo non attendendæ iuxta re-
E formationem Sanctiſſimi. E,

Ex quibus pro validitate ſententiæ deciſum fuit.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictum in *Gerunden. iuriſdictionis, ſeu plumborum 29. Maij 1628. coram R. P. D. Merlino*, in qua hæc deciſio allegatur.

B Adde *Ruin conſil. 127. num. 19. verſic. veruntamen, lib. 5. Afflict. deciſ. 193. in princip. & ibi Vrſill in addit. Borgnin deciſ 44 num. 110. part 1. Rot coram Gregor. XV. deciſ. 131. num. 6. & 8. & in dicta Gerunden iuriſdictionis, ſeu plumborum coram R P. D Merlino*; quod ampliatur
32 procedere, etiam ſi in ſuſpenſione fuiſſet ſuſpendens proteſtatus, quòd non intenderet per quemcunque actum à ſuſpenſione recedere, niſi id exprimeret; quia nihilominus faciẽdo actum ſuſpenſioni contrarium videretur ab ea receſſiſſe, vel proteſtatio tanquam contraria facto nihil operaretur, *Rot. deciſ 6. de cauſ poſſeſſ & propriet. in nou Veſtr. in praxi lib 4. cap. vlt. ſub num 2. verſ. admo-*
33 *neo tamen.* Item non annullatur ſententia lata in petitorio poſt illius ſuſpenſionem, ſtante reſcripto ſuper cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, cuius vigore, poteſt Iudex, non obſtante ſuſpenſione vtrumque cognoſcere, *Honded. conſil. 24 nu. 55. lib, 1. Oſaſch conſil. 67. num 11. Menoch. de recuperan remed 15. num 366. & fuit dictum in Firmana hæreditatis 15. Martij 1624. coram R. P. D. Pirouano.*

C Hanc deciſionem ſequitur *Beltramin. in annot ad deciſ. 264. Gregor num 5. & infra deciſ 751. num 13.*

D Sententia ſemper intelligitur prout de iure, *Aym conſil. 188. num. 8. Soccin conſil. 91. num. 12. lib. 4. Rot. deciſ. 450. num 9. part. 1 diuerſ coram Gregor. XV. deciſ. 176. num. 5. & 6 in recent. deciſ 319 num. 10. part. 1. & in Firmana penſionis 23. Ianuarij 1627. coram R. P. D. Durano*, in qua hæc deciſio allegatur, *& in Romana, ſeu Montis Faliſci liberationis à fideiuſſione 3. Iulij 1628. coram R. P. D. Verili, et in alijs.*

E Attenduntur tamen etiam aliæ nullitates prouenientes
34 ex omiſſione illorum, quæ ſunt de ſubſtantia iudicij, licèt non ſint ex tribus comprehenſis in Bullis Summorum Pontificum, vt aliàs tenuit Rota in *Romana Saluiani interdicti 9. Nouembris 1598 coram Orano, quæ eſt deciſ. 6. apud Pacific. de Saluian in vlt impreſſ & 351. part. 4. diuerſ.* in qua tanquam nulla reuocata fuit ſententia lata, non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, quamuis huiuſmodi nullitas in Bullis Pontificum comprehenſa non eſſet; ex eo quia prædictæ Bullæ non tollunt nullitatem prouenientem ex non ſeruata forma iudicij.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Amerina iuriſpatronatus.

Lunæ 18. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ex quadragenaria, & fama quando dicatur minùs ſufficienter probatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus priuatum laicale ex quadragenaria, & fama probatur.*
2 *Iura lite pendente ſinè compulſoria extracta, non probant.*
3 *Identitas perſonæ, vt probetur, debet exprimi nomen, cum duobus accidentibus, ſeù inditijs.*
4 *Quadragenaria an probetur per vnicam præſentationem, quæ durauerit per annos 40. & num. 8.*
5 *Iuſpatronatus non probatur ex enunciatiuis in præſentatione factis.*
6 *Enunciatiua vnica an ſufficiat ad probandum iuſpatronatus.*
7 *Iuſpatronatus copulatiuè ex quadragenaria, & fama probatur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

A SENTENTIA Ordinarij Hortani executoris ſuper cõfirmatione vnionis aliàs per Epiſcopum Amerinum de nonnullis ſimplicibus beneficijs ex cauſa augmenti cultus diuini factæ maſſæ Capitulari quotidianarum diſtributionum d. Eccle-
ſiæ

ſiæ Amerinæ appellatione interpoſita per DD. Clara-
uallenſes prætextu, quòd vnum ex dd. beneficijs ſub
titulo S. Agathæ in Caſtro Fratuciæ, de quo nunc agi-
tur, eſſet de eorum iure patronatus laicali; cauſaque mi-
hi commiſſa dubitaui, an conſtaret de dicto iurepatro-
natus in caſu, &c. & DD. negatiuè reſponderunt. Nã
illud non prætenditur ex eo, quòd appareat de fundatio-
ne, vel dotatione, aut alio vero titulo, de quo doceа-
tur, ſed ſolùm ex quadragenaria cum fama, quam ſuffi-
1 cere pro verificatione iuriſpatronatus priuati laicalis,
in quo nihil per Sacroſanct. Concilium Tridentinum
fuit de nouo inductum, pluries reſolutum fuit iuxta *de-*
ciſ. Caſſad. 2. de probat. Achill. 6. de iurepatronatus, Put.
56. num. 4. lib. 1. cum alijs pluribus relatis in Lancianen.
Archipresbyteratus coram me 2. Maij 1616. Quòd autem
non probetur dicta quadragenaria, nec fama, oſtenditur;
quia quadragenaria deducitur ex quadam præſentatio-
ne facta per dd. Clarauallenſes vti patronos coram Or-
dinario ad dictum beneficium tunc, (vt enunciatur,) va-
cans per liberam reſignationem cuiuſdam Petri Viti,
cum inſtitutione incontinenti facta ad fauorem Valen-
tini Andreæ præſentati, & poſſeſſione ſubſecuta ſub die
5. Februarij 1530. qui Andreas, (vt ſupponitur,) ſuper-
uixit vſque ad annum 1582. de quo ſupradictum benefi-
cium vacauit per eius mortem, vt de prædictis in *ſum-*
mario Claraualien. num. 1. 2. *&* 3. & ſic videatur con-
ſtare nedum de curſu 40. ſed 52. annorum. Reſpon-
ſum fuit, quatenus dicta iura eſſent in forma probanti;
quod negabatur ex parte Capituli, cum ſint extracta lite
pendente ſinè compulſoria, & citatione, nec conſtat,
2 quòd per ſucceſſorem in officio, ſeu Archiuiſtam, (vt
allegabatur) extracta fuerint, imò nec quòd ſint in actis
producta; tamen non exinde reſultat, quòd dicta præ-
ſentatio, & inſtitutio, & poſſeſſio fuerint effectum
ſortitæ, & durauerint per annos quadraginta continuos.
Nec obſtat, quòd effectus probetur ex dicta vacatione
del 1582. & prouiſione per mortem dicti Andreæ facta
de perſona Franciſci Claraualien. vt *in ſummario num.* 2.
nam non conſtat de identitate perſonæ, quia præſenta-
tus, & inſtitutus del 1530. vocabatur Valentinus An-
dreæ, vt etiam in inſtrumento captæ poſſeſſionis, mor-
tuus verò de anno 1582. vocabatur Valentinus Roſſij,
vt in dicto ſummario num. 2. & tamen ad certificandam
3 perſonam debet exprimi nomen cum duobus alijs acci-
dentibus, ſeu inditijs, *Bart. in l. demonſtratio falſa, num.*
14. *verſ. debetis ſcire, ff. de condit. & demonſtrat. Corn.*
conſil. 146. *num.* 4. *lib.* 3. *Dec. qui plures citat, conſil.* 15.
num. 9. quæ tamen duo accidentia, & demonſtrationes
nõ ſunt adiectæ in dictis iuribus del 1530. nec del 1532.
4 & ſic non probatur quadragenaria, vltra quòd dubitari
poſſet, an illa probetur per vnicam præſentationem, quæ
durauerit per annos 40. prout ſenſit *Modern. Garz. de*
benefic. par. 9. *cap.* 9. *num.* 97. quem etiam vnus ex DD.
ſequutus fuit *in illa Aretina Cappellania* 18. *Maij* 1616.
coram me, qui tamen articulus indigeret particulari di-
A ſputatione. A Nec probatur effectuatio dictæ præſenta-
tionis del 1582. Tùm quia non conſtat de inſtitutione,
nec poſſeſſione, tùm etiam quia conſtat de alia inſtitu-
tione 17. Maij dicti anni ad fauorem Victorij de dicto
beneficio vacante per obitum dicti Valentini Roſſij, vt
in ſummario dato in reſponſione Capituli, quæ videtur
excludere dictam præſentationem factam pro parte dd.
Claraualien. Sed nec etiam probatur fama; nam enun-
5 ciatiua deſumpta ex quodam mandato ad præſentãdum,
cum præſentatione in inſtrumento del 1436. nihil facit
vti procedens ab ipſis prætenſis patronis intereſſatis,
Put. deciſ. 149. *num.* 1. *lib.* 3. *in nouis*, Card. *Seraph. de-*
ciſ. 1189. *num.* 3. *& fuit dictum in dicta Aretina Cappel-*
lania, Alia verò enunciatiua in inſtitutione Ordinarij,
vltra quòd videtur fundata in enunciatiua prætenſo-
6 rum patronorum, tanquam vnica non releuat, *Aretin.*
in cap. cum cauſa, num. 22. *in fin. de probat. Rot. deciſ.*
388. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *& fuit dictum in dicta Aretina*
7 *Cappellania*. Ex quibus ſequitur, quòd non probatur,
nec quadragenaria, nec fama, quæ copulatiuè requi-
runtur ad docen. de iurepatronatus.
Et ita fuit concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quòd ad probandam quadragenariam, ſufficiat vnica præ-
8 ſentatio, ſi præſentatus per quadraginta annos fuerit in
poſſeſſione, nec vnquam euenerit caſus nouæ præſentatio-
nis, tenuerunt *Gloſſ in cap. cum de beneficio, in verb. vno,*
vel pluribus, de prabend in ſexto, & ibi Franc. num. 3.
Felin. in cap. in noſtra, num. 41. *verſic ceterum de reſcript.*
idem Gloſſ in cap cum Eccleſia Sutrina, in verb. breuita-
tem temporis, de cauſ poſſeſſ. & propriet. et ibi Butr. num.
36. *Federic de Sen. conſil.* 234. *num.* 4. *in princip. verſic*
ad id, quod quaritur, Cardinal. *conſil* 62. *num.* 8. *Dec.*
conſil. 134. *num.* 1. *poſt med. verſ et in caſu noſtro. Achill.*
deciſ. 5. *num.* 1 *de iurepatron quos ſecuta eſt Rota in Ber-*
gomen. Cappellania 18. *Maij* 1629. *coram R. P. D.*
Merlino, ea ratione, quia vnicus actus, ſi habet cauſam
ſucceſſiuam, & permanentem, necnon continuationem
temporis requiſiti, inducit præſumptionem ſufficientem.
Abb in cap. final. num. 17. *verſ. diſtingue tamen, de con-*
ſuetud. quem ſequitur *Dec.* pluribus probans *loco cit. et*
Rota in dicta Bergomen. coram R. P. D. Merlino.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana fideicommiſſi.

Veneris 22. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Subſtitutis adiecto onere habitandi cum grauato non retardatur immiſſio exceptione non adimpletæ conditionis, vbi per ipſos non ſtetit, quominus conditio adimpleretur, ſed facto, & culpa grauati cum eo habitare impediti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Implementi exceptio non obſtat, ſi per grauatum non ſtat, quominus impleatur.*
2 *Fideicommiſſum conditionale debetur, vbi per tutores factum eſt, quominus conditio non impleretur.*
3 *Conditio ſemper pro impleta habetur, vbicumque non per grauatum, ſed per eum, cuius intereſt, non impletur, & num.* 8. *&* 9.
4 *Hæredis culpa quæ eueniunt ſubſtituto obeſſe non debent.*
5 *Habitare iuſſus cum aliquo illum recedentem ſequi tenetur, niſi præceptum fuerit reſtrictum ad certum locum num.* 6.
7 *Domicilium non acquiritur, nec retinetur per eum, qui gratia recreationis, & fructuum recollectionis per aliquod ſpacium moratur.*

DE-

DECISIO CCCXXXIX.

CONDITO del 1550. per quondam Gentilem teſtamento, ſub quo deceſ-
ſit, Antonioque eius vnico filio inſti-
tuto ſinè filijs, & deſcendentibus de-
cedenti ſubſtituit Paſqualem, & Pa-
ternianum teſtatoris ex fratre nepo-
tes, vel maſculos ab eis deſcenden-
tes: purificatoque caſu dictæ ſubſtitutionis per mortem
dicti Antonij ſinè filijs, Paternianus, & Sabatinus Pa-
ſqualis tunc defuncti filius ſuper illius petitione contra
Pompeum hæredem teſtamentarium dicti Antonij iu-
dicium intentarunt, quo deinde per dicti Sabatini, &
Paterniani filios proſecuto, cum dubitatum fuerit, an
illis eſſet danda immiſſio in bonis dicti quondam Genti-
lis teſtatoris, opponereturque de non adimpleta con-
ditione cohabitationis cum d. Antonio in eodem te-
ſtamento ſubſtitutis iniunctæ, & in hodierna diſputa-
tione dubio ad hoc reſtricto DD. reſponderunt, huiuſ-
modi exceptionem non implementi non obſtare.

Et moti fuerunt, quia quando non ſtat per grauatum
quominus onus cohabitationis inductum impleat, ſed
1 per eum, qui morari debet, pro impleto habetur *l. qui
concubinam, §. vxori, de leg. 3. vbi gloſ. Alber. Bart. &
Goffred. Caſtr. in l. 1. num. 3. in princip. C. de leg. Bald. in
l. ſi & conditione, in princ. C. de cond. incer. Alexan. conſ.
158. num. 1. lib. 7. Soccin. in l. ſi quis ita propè fin. verſ.
ſecundò quia, ff. de condit. & demonſtr. & conſ. 21. num.
17. in fine verſ. præterea lib. 3. faciunt tradita per Bart.
in dicta l. 1. num. 11. C. de leg. & ibi Angel. num. 2. Sa-
licet. num. 4. & Sichar. num. 9.* vbi de impedimento pro-
ueniente ex nimia ſeruitia perſonalis moribus hæredis ad
*text. in l. Caio, §. Imperator, & ibi Bart. de alim. &
cibar. leg.* & indiſtinctè vbi facto hæredis cohabitatio im-
peditur, latè *Natt. conſ. 80. num. 14. verſ. ſed præmiſſis
non obſtantibus, Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 4.
interpret. 1. dub. 8. num. 64. fol. mihi 397. Peregr. de
fideic. art. 16. num. 184.* & in terminis fideicommiſſi con-
2 ditionalis, quòd illud debeatur ſubſtituto; vbi per tuto-
res filiorum teſtatoris factum eſt, quominus conditio
impleretur *eſt text. in l. Titia 35. §. ſi ea conditio de leg.
2.* & hoc quidem regulare eſt in quolibet onere, ſiuè ſit
modus *l. 1. C. de his, quæ ſub modo*, ſiuè ſit conditio, quia illa
pro impleta habetur, vbicunque non ſtat per graua-
tum, ſed per eum, cuius intereſt non impleri, *l. iure ciui-
3 li, vbi not. omnes, ff. de condit. & demonſtr. & de reg. iur.
vbi Dec. & Cagnol. gloſ. in l. Iulianus, §. fin. in verb. non
enim, ff. ex quibus cauſis maior, Caſtr. in l. in teſtam. la
ſeconda num. 3. ff. de condit. & demonſtr. Card. Mant. de
coniectur. lib. 11. tit. 16. num. 16. Odd. de reſtit. in integr.
A quæſt. 94. artic. 2. num. 21.* A, vbi loquitur in hærede
impediente, & quando conditio ad ipſius fauorem adie-
cta erat *per l. ſi maritus in princ. ff. de ann. leg.* & generali-
ter illud procedit in præiudicium illius, per quem ſtetit
quominus conditio impleretur, *l. labeo ſcribit ſi mihi bi-
bliothecam, ff. de contrah. empt. l. in executione §. fin. ff.
de verb. oblig. Alex. conſ. 40. num. 2. lib. 2.* In præſenti
autem caſu nedum per ipſos ſubſtitutos non ſtetit, ſed
imò quatenus ad eos ſpectabat, conſtat de implemento.
Nam illi poſt obitum teſtatoris remanſerunt, & perſe-
uerauerunt in communione, & cohabitatione cum dicto
Antonio hærede, prout antea in vita eiuſdem teſtatoris,
quouſque ipſe Antonius ducta vxore in loco Trebij,
diuiſiſque bonis cum dictis conſobrinis ſubſtitutis, reli-
cta Villa Malborghetti, domicilium illuc tranſtulit, ru-
ſticam deſerens vitam, & ad ciuilem viuendi rationem
ſe traducens: ac propterea cum eis in poſterum coha-
bitare grauatus fuit, illoſque penès ſe ampliùs noluit:
vt de his omnibus plenè, & concludenter deponunt te-
ſtes *in ſummario de Maſsis num. 2.* & ſic cum facto, &
4 culpa ipſius hæredis cohabitationis onus defecerit, fi-
deicõmiſſum ſubſtitutis debetur, perindeac ſi impletũ
fuiſſet ex prædictis, & benè in ſimili probat *Menoch.
conſ. 146. num. 19.* Nec obſtat, quòd imò per ipſos ſub-
5 ſtitutos ſteterit, ex quo hæredem recedentem ſecuti non
fuerunt, prout tenebantur, iuxta tradita *per Ruin. conſil.
37. num. 3. lib. 2. & per Surd. in tract. de aliment. tit. 4.
quæſt. 15. num. 9.* Quia vltra quòd iſtud non procedit,
6 vbi teſtator ſe reſtrinxit ad domum propriam *ex Corn.
& Soccin. iun. alleg. per eundem Surd. d. tit. 4. quæſt. 15.
num. 9.* prout videtur in præſenti ex veriſimili, & con-
iecturata teſtatoris intentione, qui erat ruſticus,
hancq. ruſticam vitam coluit vſque ad obitum, vt depo-
nunt ijdem teſtes *dicto ſummario num. 3.* & ſemper ha-
bitauit in dicta Villa Malborghetti; ex quo rationabiliter
præſumendum eſt, eum ſenſiſſe de cohabitatione in ea-
dem Villa; ceſſat omnis difficultas, cum impedimentum
implemẽti dictæ conditionis non proceſſerit ex ſolo hæ-
redis receſſu, ſed ex eiuſdem expreſſa recuſatione am-
pliùs cum dd. conſobrinis cohabitandi, quos etiam ad
hunc effectum ad bonorum diuiſionem prouocauit, ab
eiſque ſe loco ſeiunxit, nolens cum illis habitare, vt cla-
rè deponunt dd. teſtes & præſertim primus, & tertius
ſuper 17. & quartus ad 45. *dicto ſummar. io num. 4.* Vn-
de etiam nihil releuat, quòd idem Antonius ſemper re-
tinuerit domum in dicta Villa Malborghetti apertam,
& quandocunque ſe ad eam conferret, prout dicunt ex
eiſdem teſtibus ſecundus, & tertius ad 42. & idem ter-
tius, & quartus ad 60. *vt in ſumm. dato pro Maſſolinis.*
Quia nihilominus dicti ſubſtituti cum eo inuito, ac re-
nitente commorari non potuerunt. Vltra quòd cum
hoc non fuerit pro maiori, ſaltem pro dimidia parte an-
ni, ſed ſolùm certis diebus, & non animo ibi domici-
7 lium, & habitationem retinendi, ſed ad effectum recrea-
tionis, & fructuum recollectionis, vt probant dicti te-
ſtes, hinc dici non poteſt, ipſum aliquod domicilium in
Villa conſtituiſſe, vel antiquum retinuiſſe *ad text. in
cap. is qui in princ. de ſepult. in 6.* per quem ita in ſimi-
li decidit *Rota in Florentina pratenſi matrimonij 26. Iunij
1579. coram Vicecomite impreſſ. poſt conſ. Menoch. 398.
in 4. vol.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Conditio habetur pro impleta quando grauatus fuit impe-
ditus ab eo, in cuius perſonam cõditio erat implenda. *Ri-
pa ad l. cum auus ff. de cond. et demonſtr. lib. 3. tit. 4. num. 4.
8 Peregr. de fideic. art. 16. num. 128. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 454
num. 72.* vbi loquitur de conditione poteſtatiua, *& num.
73.* firmat idem procedere in conditione mixta *iux. l. 1. C.
de inſtit. & ſubſtit. vbi Fulgoſ. & alij communiter. & l.
in teſtamento la 2. num. 2. & ibi communiter Doctores. ff.
de condit. et demonſtrat. Menoch. poſt alios præſumpt. 183.
num. 25. Peregr. d. art. 16. num. 154. Mantic. in deciſ. al-
leg. tit. 19. num. 18.* cum alijs ibidem relatis, niſi conditio
9 mixta eſſet directo collata in perſonam tertij non legata-
rij, vt præter allegatos per *Menoch. d. præſump. 183. num.
32.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, *Pe-
regr. art. 16. num. 153.* vbi dicit eſſe veriorem ſententiam.
*Card. Mantic. vbi proximè tit. 19. num. 20. Fuſar. d. quæſt.
454. num. 74.* & latè ad materiam vide ibi.

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Roma

Romana augmenti dotis.

Veneris 22. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Augmentum dotis promiſſum cum pacto de reſtituendo, ſoluto matrimonio per mortem viri debetur viduæ, non autem dotanti.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de reſtituenda dote, intelligitur ob mortem vxoris.*
2 *Dos à fratribus ſorori de proprijs bonis data, per mortem ſororis ad eos redit ex diſpoſitione Statuti Vrbis.*
3 *Contrahentes in dubio cum ſtatuti diſpoſitione ſe conformare præſumuntur.*
4 *Interpretatio ſumi debet, quæ doti magis fauet.*
5 *Interpretatio ſumenda eſt, ne mulier cum minori dote remaneat.*
6 *Dotis augmentum, & dos ipſa à pari iudicantur, eiſdemq. fruuntur priuilegijs.*
7 *Viduis maior dos neceſſaria eſt.*
8 *Virginitas altera dos dicitur.*

DECISIO CCCXL.

IO. Maria nuptui tradidit Magdalenam ſororem Theodoro cũ dote ſcutorum 1200. à communi patre relicta & augmento de proprio aliorum ſcut. 400. ac nonnullorum mobilium æſtimatorũ; cum pacto de reſtituẽda dote paterna quibus, & prout de iure, augmẽto verò cum his formalibus verbis. *Et l'augmento delli 400. ſcudi, aſſieme con il prezzo delle veſti, & mobili vuole eſſo Signor Capitano, che in caſo di reſtitutione ſia reſtituito ad eſſo, ò ſuoi heredi, & ſucceſſori, &c.* vita functò dicto Theodoro ſinè filijs, orta eſt controuerſia inter Magdalenam, & hæredes dicti Ioan. Mariæ ſuper augmento d. dotis, ad quas ex dd. partibus iſtud ſpectaret; & dubio propoſito, DD ad fauorẽ Magdalenæ reſponderunt. Et ratio potiſſima reſolutionis fuit, quia pactum iſtud ſic indefinitè conceptum in caſu reſtitutionis cenſuerũt DD. intelligendũ, vbi caſus euenerit per mortem vxoris; cum hæc interpretatio maximè conſona videatur iuri, tùm communi, tùm municipali, necnon etiam contrahentium intentioni. De iure namque ſimile pactum generale de dote lucranda in euentum ſoluti ma-
1 trimonij hunc recipit intellectum, ſi matrimonium ſolutum fuerit per mortem vxoris, *vt prob. text. in l. 2. ff. de pact. dot.* quem ad hoc inducunt, *Soccin. in l. 2. num. 6. in fin. et num. 7. in princ. ff. ſolut. matrim. & ibi Hercul. num. 11. verſ. & hoc videtur tenendum, Barboſ. in princ. par. 1. num. 141. verſ. & eſt textus optimus, Card. Mantic. de tacit. &c. lib. 12. tit. 33. num. 48.* Statutum verò Vrbis 130. lib. 1. in ſpecie diſponit, quòd dos
2 data à fratribus ſorori de bonis proprijs fratrum, ſoluto matrimonio per obitum vxoris ſinè liberis, reuertatur ad dictos fratres dotantes, illorumq. hæredes, & ſic ſtipulari debeat. Eadem conſequenter iudicari omnino debet fuiſſe mens, & intentio contrahentium, qui ſem-
3 per in dubio cum ſtatuti diſpoſitione cõformare ſe præſumuntur, *Bart. conſ. 60. num. 1. in fine, Alciat. reg. 3. præſ. 32. in princ. Surd. deciſ. 322. num. 55. Card. Man-*
A *tic. de tacit. lib. 3. tit. 8. num. 8.* A, Hanc autem inter-
4 pretationem eo libentiùs DD. amplexi ſunt, vtì magis dotis cauſa vtilem, & fauorabilem, *iuxta l. in ambiguis, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* & per quam
5 prouidetur, ne mulier cum minori dote remaneat, *l. quamuis, C. de pact. conuent. cum ſimil.* qui fauor non minùs,
6 pro augmento, quàm pro ipſa dote militat, cum idem de illis iudicetur, *l. inter ſocerum, §. pen. ff. de pact. dot. l. etiam 8. C. de iur. dot.* eiſdemq. fruantur priuilegijs, *Iaſ. in rubr. ff. ſol. matr. in fin. latè Rolan. in tract. de lucr. dot. quæſt. 100. per tot.* Imò reſpectu augmenti maior adeſt ratio, vt non cenſeatur cogitatum de reſtitutione illius in caſu ſuper exiſtentiæ vxoris; quia ipſi tunc illud magis neceſſarium erat, ex quo vel non ampliùs nubendo mobilibus mariti carèbat, & proprijs indige-
7 bat, vel ad ſecunda tranſeundo vota maiori illi dote opus erat, quàm in primo matrimonio, tàm ratione ætatis prouectioris, quàm etiam ratione amiſſæ virgi-
8 nitatis, quæ erat altera dos, vt poſt *Bald. trad. Rimin. ſen. conſ. 105. num. 12.* dicens, ex his dotis conditionem alterari.

Et ex his reſolutum fuit, dictum augmentum ſpectare ad Magdalenam vt ſupra, &c.

A *Rota deciſ. 88. num. 10. part. 2. diuerſ. Cardinal. Caualer. deciſ. 583. num. 7.*

Reatina cenſus.

Veneris 22. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem, præſertim ſi aliquas patiatur exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis per teſtes ſingulares etiam plures non probatur.*
2 *Confeſſio extraiudicialis per vnicum teſtem probata, nec etiam indicium facit.*
3 *Teſtis inhabilis redditur ad teſtificandum contra eum, contra quem in criminali depoſuit: ſuſpectus enim de inimicitia redditur.*
4 *Teſtis odij, ac inimicitiæ ſuſpicio omnem fidem abrogat, adeo vt nec ſemiplenam probationem faciat.*
5 *Criminoſus a teſtimonio reijcitur.*
6 *Teſtis inueriſimilia deponens ſuſpectus redditur, nec fidem meretur.*
7 *Confeſſio erronea eſt ſi relationem ad erroneam, ac prætenſam obligationem habet.*
8 *Confeſſio de recepto cum iurata renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, & lapſu temporis omnino præiudicat.*

DECISIO CCCXLI.

ADVERSVS reſolutionem 27. Nouembris præteriti ad fauorem illorum de Pagnottis, quòd accollatio cenſus ſcut. 1000. per eos facta del 1600. eſſet erronea, tanquam relatiua ad aliam accollationem eiuſdem cenſus pro rata ſortis ſcut. 600. per Thomam eorum patrem factam in inſtrumento emptionis quarundam terrarum ab ipſo cũ filijs q. Capitanei Matthæi Sinibaldi de anno 1588.

cele-

celebrato, ex cuius lectura de negatiua conſtat, non-
nulla de nouo proponebatur in facto, ſuper quibus cum
Iulius d. q. Mariani filius fuerit auditus, DD. ſteterunt
in deciſis. Et primò adducebatur teſtis in Curia exami-
natus *in ſummario Iulij num.* 3. iuxta 25. & ſuper pri-
mo, explicitè dicens de confeſſione, tàm Bartholomæi
Manni Notarij de inſtrumento dictæ emptionis, quàm
dicti Thomæ, quòd ex cauſa pretij idem Thomas accol-
lauit in ſe ſcuta 600. vnius cēſus ſcut. 1000. quem paſſi-
uè habebant Sinibaldi vēditores cum filijs Marij Flauij,
ſpecificans locum, in quo fuit facta dicta confeſſio, ac
diem celebrati inſtrumenti dictæ emptionis per relatio-
nem ad ipſum. Qui licèt ſit vnicus, tamen vehemen-
tem facere videtur præſumptionem pro coadiuuandis
alijs probationibus aliàs, & etiam hodie conſideratis,
& præſertim ſolutione fructuum d. cenſus per dd. Pa-
gnottos facta ante celebratum inſtrumentum dictæ
confeſſionis, ſeu recognitionis bonæ fidei accollationis
d. cenſus. Hæc tamen depoſitio non fuit viſa in aliquo
attendenda. Nam vltra quòd ſufficeret, quòd eſt vnici,
1 & ſingularis teſtis, & de confeſſione extraiudiciali, quæ
A per teſtes ſingulares etiam plures non probatur A,
Put. deciſ. 466. *lib.* 2. *in nou. impr. Caſ. de Graſſ. deciſ.* 4.
num. 4. *de ſent & re iud. Card. Seraphin. deciſ.* 1156.
num. 2. dicens ita pluries tentum in Rota, & *deciſ.* 1172.
num. 5. *&* 1029. *num.* 11. *& nouiſſimè dictum fuit coram
me in Romana repetitionis alimentorum* 12. *Ianuarij præ-*
2 *teriti*. Et multò minus per vnicum, per quem probata
nedum non ſemiplenam, ſed nec etiam indicium facit,
Alex. conſ. 132. *num.* 26. *lib.* 5. *Adden. ad Bart. in l. ad-
monendi num.* 48. *in litera D. verſ. quinimò, ff. de iur.*
B *iur.* B, fides illius penitus proſternitur ex pluribus ex-
ceptionibus contra ipſum teſtem oppoſitis, tum quoad
perſonam; ex teſtimonio enim per eum contra dd. de
Pagnottis in cauſa criminali, & capitali prolato in Cu-
ria Gubernatoris Vrbis, *vt in dicto ſummario num.* 3. re-
pellitur *gloſ. in cap. fraternitatis, in verbo receptos de teſti-
bus, Specul. eod. tit.* §. 1. *verſ. item quòd in alia cauſa, Cephal.
conſ.* 204. *num.* 15 *cum alijs per Farinac. de oppoſ. contr.
perſ. teſt. quæſt.* 53. *num.* 48. vehemens namque oritur
4 odij, ac inimicitiæ ſuſpicio, quæ omnem illi fidem
abrogat, *Rota coram Reuerendiſſimo Attrebaten. in Fer-
rarien matrimonij* 18. *Iunij* 1610. adeòut nec ſemiple-
nam probationem faciat *Crauett. conſ.* 6 *num.* 32. Præ-
5 terea vti criminoſus, ac de multis delictis imputatus,
ac proceſſatus, *vt ex dicto ſummario num* 3. *&* 4. à te-
ſtimonio repellitur, *cap. ſuper eo il* 1. *vbi Abb. & Felin.
num.* 1. *de teſtibus l.* 3. §. *lege Iulia, ff. eod. Alex. conſ.*
25. *ſub num.* 10. *verſ. & præterea lib.* 4. *latè Farinac. vbi
ſupra quæſt.* 56. *in princ.* tum quoad dicta, deponit enim
inueriſimilia, dum teſtatur, ſe præcisè recordari de ver-
bis prolatis per dd. Notarium, & Thomam annis 30.
vel circa elapſis à die confectionis dicti inſtrumenti,
& tamen de alijs recentioribus interrogatus dicit, ſe
6 non recordari: itaut ex hoc reddatur valdè ſuſpectus,
nec mereatur fidem, *cap. quis veriſimile, de præſumpt.
Felin. in cap. auditis, num.* 23. *de præſcript. Rolan. conſ.* 43.
num 43. *&* 44. *lib.* 4. *cum allegatis in dicta Romana repe-
titionis alimentorum coram me, & in ſpecie fuit dictum
in Romana cenſus* 29. *Aprilis* 1611. *coram R. P. D. meo
Pirouano*. Secundò adducebatur quædam quietantia
Thomæ Flauij nomine Franciſcæ ſororis legatariæ Ma-
rij Flauij eius patris domini d. cenſus facta de anno
1601. 15. Decembris ad fauorem Cæſaris vnius ex dd.
de Pagnottis *in dicto ſummario Iulij num.* 2. quæ eſt de
fructibus quinque ſemeſtrium decurſorum vſque ad 28.
Iulij d. anni, & ſic calculando comprehendit terminos
decurſos ante accollationem, ſeu confeſſionem accol-
lationis. Et inde reſultat, quòd Pagnotti ſoluerunt d.
fructus ante dictam accollationem, conſequenter in
executionem accollationis factæ per dictum Thomam
in inſtrumento d. emptionis. Sed pro reſponſione di-
cebatur, quòd quicquid ſit de fide dictæ quietantiæ,
quæ dicitur reperta in quodam proceſſu criminali in
Curia Reatina, cum non doceatur, illam fuiſſe produ-
ctam ex parte dd. de Pagnottis, nec de illius recogni-
tione; tamen nihil facit, quia fuit facta poſt dictum in-
ſtrumentum accollationis del 1600. & reſpectu fru-
ctuum, quos confeſſa fuit antea recepiſſe, non percutit,
quòd fuerint ſoluti, vel recepti ante accollationem del
1600. precisè, & ſic redditur æquiuoca: & ſic licèt con-
7 tineat etiam ratas decurſas ante, tamen etiam quoad il-
las procedit ex eadem erronea obligatione, & cauſa d.
accollationis, prout dictum fuit de alijs ſolutionibus in
deciſione. Alia autem non fuerunt viſa reſponſione, nec
repetitione digna tanquam in deciſionibus ſublata, &
præſertim illud, quòd in inſtrumento d. emptionis Tho-
mæ non contineatur vera totius pretij numeratio, cum
contrarium ex eius lectura, & diſtinctione qualitatis
monetarum, in quibus facta fuit numeratio, appareat.
8 Et nihilominus ſufficeret ſola confeſſio de recepto cum
renunciatione iurata exceptioni non numeratæ pecu-
niæ, & lapſu temporis ad illam opponendam; & tan-
dem hoc nihil refert: ſiue enim integrum pretium ſolu-
tum fuerit, ſiue non, ſat eſt, quòd ibi non legatur d. ac-
collatio Thomæ, prout præſuppoſitum fuit in d. inſtru-
mento accollationis filiorum del 1600. Vni tamen ex
Dominis quoad ſcut. 400. ſoluta à Sinibaldis non vide-
batur ſententia confirmanda; cum æquitati non conue-
niat dd. Sinibaldos pro d. rata ſoluta teneri domino
cenſus ad fructuum præſtationem, ab ea verò immunes
eſſe Pagnottos, penes quos dicta quantitas exiſtit, ſuper
quo tamen hodie neutra pars informabat. Cui tamen
reſponſum fuit in deciſione in fine.

ANNOTATIO.

A Limita, quando concurrunt adminicula, tunc enim con-
feſſio extraiudicialis probatur etiam per teſtes ſingulares
Caſtren conſil 281. *num.* 10. *ad fin verſ item non obſtat
lib.* 1. *Crauett conſil.* 35. *num* 6. *& conſil.* 73. *num.* 36.
Put. deciſ 476. *num.* 3. *lib.* 2. *& fuit dictum in Romana
domus* 1. *Decembris* 1623. *coram bon mem. Patriarcha
Manzanedo*, in qua aliæ allegantur & ſupra *deciſ.* 228.
num. 4.

B *Marant. de ordin iudic par* 6. *tit de confeſſ in* 5. *actu num.*
13. *Adrian. Neguſant quæſt.* 175. *num.* 21.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Beneuentana Saluiani.

Veneris 22. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione con-
ſtat ex confeſſione partis petentis illam ſibi
relaxari in vim Saluiani, Item datur ante-
riori poſſeſſori, non obſtante poſteriori poſ-
ſeſſione nulliter capta, ſi anterior ſe pro ſpo-
liato non habuit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione aduerſarij in monitorio, in quo petit illam ſibi relaxari in vim Saluiani.*

2 *Immiſſio facta appellatione pendente à ſententia, à qua datur appellatio, eſt attentata.*

3 *Manutentio danda eſt illi, qui fuit priuatus poſſeſſione appellatione pendente, niſi pro ſpoliato ſe habeat, & numero 4.*

5 *Pro ſpoliato in dubio quis non præſumitur ſe habuiſſe.*

DECISIO CCCXLII.

PRO Ferrantino infotmante reſolutum fuit, dan. eſſe ei manutentionem, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione partis in monitorio contra ipſum decreto, & executo, *in ſummario num.* 1. in quo mandatur, quatenus debeat realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Hiſchiæ in eo deſcriptæ actoribus relaxaſſe, dimiſiſſe, & reſtituiſſe, retinendam in vim vtilis Saluiani, donec fuerint integrè ſatisfacti de fructibus cenſus, de quo agitur: & ex ſententia de immittendo ad fauorem dd. actorum, lata iuxta tenorem dicti
1 monitorij *in ſummario num.* 2. Quæ confeſſio probat poſſeſſinnem *Rot. deciſ.* 802. *part.* 1. *diuerſ.* & ſufficit pro mauutentione, *vt fuit dictum in Ferrarien. Parochialis* 8. *Nouembris* 1596. *coram Corduba, & in Amerin domus* 22. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno*: tantò magis cũ ex aduerſo petita fuerit immiſſio, *vt in Interamnen. hæreditatis* 21. *Maij* 1602. *coram Iuſto*. Non obſtat, quòd Ferrantinus fuerit poſſeſſione priuatus per immiſſionem authore Prætore factam de ipſius actoribus; nam omiſſis, quæ ſpectant ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam dictæ ſententiæ, dicta immiſ-
2 ſio fuit facta appellatione pendente, & ſic attentata ex vulgar. cum ſententia licèt lata in poſſeſſorio eſſe appellabilis quoad vtrumque effectum, nec intraret Ægidiana, quia in cauſa interuenit Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Hydruntinus perſona Eccleſiaſtiea, *vt in vltima deciſione coram me facta* 16. *Martij præteriti.* Vn-
3 dè cum Fertantinus non habuerit ſe pro ſpoliato, venit
A manutenendus, A *Put. deciſ.* 409. *in fin. lib.* 2. *Card. Seraph. deciſ.* 104. *num.* 3. *cum alijs in Auenionen. fideicommiſſi* 27. *Februarij* 1617. *coram R. P. D. Andrea.*

Et ita fuit concluſum pro dicto Ferrantino ſolo informante, parte pluries intimata, & non veniente, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd poſſeſſio poſterior nulla non ſuffragetur contra
4 anteriorem poſſeſſorem, cui, vt ſit manutenendus ſufficit, quòd ſe pro ſpoliato non habuerit, *Gregor. deciſ.* 9. *num.* 6. 40 *num.* 3. 307. *num.* 6. *et* 458. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 674. *num.* 1. *part.* 1. *recent & fuit dictum in Colonien. Monaſterij* 5. *Decemb* 1627. *coram R. P. D. Vbaldo, & coram eodem in Feſulana bonorũ* 15. *Ianuarij* 1629. *& in alijs*, & in
5 dubio præſumitur, quòd ſe pro ſpoliato non habuerit, *Gregor. d. deciſ* 307. *num* 10 *&* 11. *Rota in d. Colonien. Monaſterij coram R. P. D. Vbaldo, & coram eodem in Elnen. Canonicatus* 11. *Februarij* 1628. & licèt etiam poſſeſſio poſterior nulla, aliquando veniat manutenenda, ex eo, quia manutentio datur etiam prædoni, & ſpoliatori, ac detentori, vt pluries fuit dictum in Rota; hoc tamen procedit, quando agens aduerſus prædonem, ſpoliatorem, ſiuè detentorem nõ retinuit animo ciuilem poſſeſſionem, ſed habuit ſe pro ſpoliato, quo caſu, & ſi allegat poſſeſſionem aduerſarij eſſe iniuſtam, ipſe tamen manutentionem obtinere non poteſt. At vbi ſe pro ſpoliato non habuit, & retinuit ciuilem, & allegat turbationem ex parte aduerſarij, tunc probata antiquiori eius poſſeſſione datur illi manutentio, licèt aduerſarius habeat naturalem poſſeſſionem, *Rot. deciſ.* 560. *num.* 5. *& per tot. & deciſ* 561. *part.* 1. *& deciſ* 56. *&* 143. *part.* 2. *recent. optimè Giouagnon. alijs plurib. deciſ relatis conſil.* 40. *num.* 5. *lib.* 2.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Salamantina penſionis.

Lunæ 25. Iunij 1618.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Penſio ſuper iurepatronatus difficulter à Papa conceditur, & iſta qualitas omnino exprimi debet.*

2 *Remiſſoria petita imminente ſententia denegatur, tanquam calumnioſè petita.*

DECISIO CCCXLIII.

SENTENTIAS Rotales condemnatorias Ioannis ad ſolutionem penſionis, de qua agitur, ad fauorem Michaelis informantis latas confirmandas eſſe DD. reſoluerunt; quia viſum fuit, dubitari non poſſe de reſeruatione d. penſionis, nec de illius valida translatione facta vigore literarum Apoſtolicarum, & earum forma ſeruata, ex rationibus, & fundamentis optimè deductis in deciſionibus Rotalibus, contra quas nihil ex aduerſo opponitur, & in quibus etiam omnia alia obiecta diluuntur, & præſertim illud de nullitate ex defectu intentionis, ex quo in literis reſeruationis non fuit expreſſum, quòd Capella S. Marci annexa beneficio S. Adriani, ſuper cuius diſtributionibus reſeruata fuit penſio, de iurepatronatus Regio exiſteret, cuius tamen notitia erat neceſſaria in Papa, qui difficiliùs ſolet hu-
1 iuſmodi beneficia granare, *Gig. de penſ. quæſt.* 24. *num.* 4. *& ſenſit Rota in Rom penſionis* 4. *Iulij* 1601. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, placuit namq; reſponſio tunc data, quòd de hoc prætenſo iurepatronatus nihil conſtet, prout nec hodie de illo docetur. Et licèt Ioannes ad illud proban. literas remiſſoriales pro examinãdis teſtibus nunc peteret, noluerunt tamen iccircò DD. confirmationem dd. ſententiarum retardare; nam cum in ſecunda inſtantia articuli in actis fuerint exhibiti non niſi poſt citationem ad ſeruationem terminorum ſubſtantialium, & deinde repetiti tantùm in termino citationis ad ſententiam, *vt ex reg. fol.* 160. *&* 172. & poſtea coram me fuerit dilata petitio expeditionis vſq;
2 ad vltimas audientias, & in calculo ferendæ ſententiæ, remiſſoria iſta calumnioſè petita cenſetur ad prolatandam expeditionem *Rot. diuerſ. deciſ.* 322. *part.* 3. *lib.* 3. *& deciſ.* 127. *num.* 2. *ead. part.* 3. *lib.* 3. *& in Ianuen. pecuniaria* 5. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo*
A *Vbaldo*. A

Et ita reſolutum fuit ſolo Michaele informante, &c.

AN-

ANNOTATIO.

A *Cardinal. Caualer. deciſ. 87. num. 2. & fuit dictum in Florentina Subdiaconatus 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. Durano, & ſupra deciſ. 66. num. 3. & hac deciſ. allegata infra deciſ. 404. in fin.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana pecuniaria.

Lunæ 25. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Liber rationis probat contra ſcribētem, & mandantem illum ſcribi, necnon contra eius hæredes, & ſucceſſores. Liber mercatoris an, & quando probet ad eius fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia alterius nemini licèt in proprijs rebus depingere.*
2 *Inſignia regulariter dominium rei probant.*
3 *Liber rationum contra ſcribentem plenè probat, & quicquid in eo continetur, de ipſius conſenſu, & voluntate ſcriptum præſumitur, niſi contrarium probetur, num. 4.*
5 *Liber nuncupatus del Rincontro contenēs partitas Banchi à miniſtris ſcriptus, probat contra mercatorem.*
6 *Liber in forma rationum continens cauſam crediti probat contra ſcribentem, etiam ſinè die, aut Conſule, vel alia ſolemnitate, num. 7.*
8 *Liber rationum probat contra ſcribentem, nec non eius hæredes, & ſucceſſores.*
9 *Liber mercatoris pro ſcribente probat, concurrentibus coniecturis, & adminiculis.*
10 *Liber mercatoris probat ad eius fauorem, concurrente veriſimilitudine partitarum, & crediti; & quæ ſint veriſimilia in hac materia Iudicis arbitrio remittitur, numero 11.*
12 *Liber mercatoris probat ad eius fauorem contra illum, qui partitas ad ſui creditum in eo poſitas, & connexas acceptauit.*
13 *Partita connexa dicuntur, dum data, & accepta continent.*
14 *Partitæ librorum probant, ſi aliqua ex illis iuſtificentur.*
15 *Liber priuatus vt pro ſcribente probet, quænam requirantur, remiſſiuè.*
16 *Exemplum probat contra exemplantem, & mandantem exemplari, num. 17.*
18 *Dictio*, per ſaldo, *& dictio*, pro reſiduo, *denotant omnia præcedentia ſolidata.*
19 *Tutoribus coniunctim datis, an vnus ſinè altero adminiſtrare poſſit.*
20 *Acta cum eo, qui ſe pro tutore geſſit, vel cum tutore munitis legitimo, ſuſtinentur, ne contrahentes decipiantur.*
21 *Pupillus ſaltem negotiorum geſtorum actione, tenetur de pecunijs in cauſas neceſſarias verſis.*

DECISIO CCCXLIV.

FVIT ſub die 13. Martij 1617. reſolutum coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno conſtare de credito DD. de Donis cum hæreditate q. bon. mem. M. Antonij Quarti in ſumma per peritum relata. Verùm quia reſolutio facta fuit,
informante tunc ſola parte de Donis, cauſa deinde coram me introducta, Dubitaui, an eſſet ſtandum in deciſis, vel recedendum; & DD. vnanimiter tenuerunt, ſtandum eſſe in dicta reſolutione. Et fundamentum potiſſimum fuit, quia Doni habent intentionem fundatam ſuper libris dicti q. M. Antonij in eius bonis, & hæreditate repertis, ac tanquam hæreditarijs inuentariatis per Excellentiſſimum D. Comeſtabilem, *vt in ſummario de Donis num.* 1. in quibus etiam depicta ſunt inſignia familiæ Columnæ cum Corona, & ſic ſigno dignitatis,
1 quod nemini alteri licet in rebus ſuis depingere, *Bart.
in tract. de inſignib. & arm. num. 1. verſ. quædam ſunt,*
& ibi *Apoſtill. ad eum liter. B Iaſ. in rub. C. vt nem. priu.
2 in princ.* & regulare eſt, inſignia probare dominium rei,
vulg. l. ſigmata, & ibi *Luc. de Penn. & Bart. C. de Fa-
bricen. lib. 11. cum cumulat. per Menoch. lib. 3. præſumpt.*
64. *Peregrin. conſ. 75. num. 3. & dictum fuit in Romana
domorum, & apothecarum 12. Iunij 1589. coram Comi-
tulo cum traditis in Romana emphyteuſis 20. Maij 1616.
coram R. P. D. meo Vbaldo*, itaut dubitari nequeat, dd.
3 libros fuiſſe Marci Antonij, & conſequenter contra
ipſum plenam fidem facere *ad gloſ. vulg. in l. quædam,
ff. nūmularios, in verb. decurritur, in fin.* & ibi *Bart. num.*
2. *Odofred. in fin. Alberic. num. 2. ceteriq. Doct. ff. de
eden.* idem *Bart. in l. admonendi, num. 26. verſ. circa
ſecundum, ff. de iur. iur.* vbi quòd hoc non habet dubium,
& ibi poſt repetentes *Curt. Iun. num. 38 Butr. in cap.*
2. *num. 5. verſ. ſecundus caſus*, & ibi *Abbas num. 10. Fe-
lin. num. 18. de fid. inſtrument.* Etiam ſi non ab eo, ſed
per alios ſcripti fuerint. Et nedum reſpectu libri nun-
cupati Maioris, ſeu Magiſtri per illius agentes, ac mi-
niſtros tutorum retenti, ſuper quo ſunt dietim, & di-
ſtinctè adnotatæ partitæ, & rationes pertinentes tam
ad banchum, quam ad alias quaſcumque perſonas inte-
4 reſſe habentes; quia quicquid in eo continetur, de con-
ſenſu, & voluntate ipſius, ſeu illius tutorum ſcriptum
præſumitur, niſi contrarium probetur *Ia. Andr. ad Spe-
culat de inſtrum. edit. §. nunc dicendum, col. 5. verſ. quid
ſi in prædictis, & poſt Nicol. de Matar. Bald. in rubric.
C. de fid. inſtrum. num. 60. verſ. ſed hic quæro*, & ibi *Apo-
ſtill. ad eum in litera I, Butr. d. cap. 2. num. 5. verſ ter-
tius caſus, Abb. num. 12. & ibi Apoſtill. litera D, Felin.
num. 31. verſ. quintò fallit, de fid. inſtr. Roman. in l.
nuda ratio, num. 11. ff. de donat. Rip in d. l. admonendi,
num. 119. & ibi Iaſ. num. 112. verſ in primo caſu, &
num. 113. & 114. Coraſ. num. 67. Alex. conſ. 245. num.
1. & 2. vol. 6. Pariſ. conſil. 47. num. 4. vol. 1. Menoch. de
arbitrar. lib. 2. cent. prima caſ. 92. num. 8. Stracch. de
mercat. part. 2. num. 65.* ſed etiam reſpectu librorum
nuncupatorum *del Rincontro*, continentium tantùm par-
titas banchi, & (vt ſupponitur) ſcriptorum per iuue-
5 nes, & miniſtros ipſorum de Donis, *Rip. in d. l. admo-
nendi, num. 119. verſ. ampliatur tertiò, Cuman. conſ.* 136.
col. 2. circa med. verſ. præcipuè, & col. 3. Maximè quia
partitæ omnes dd. librorum *del Rincontro* ſunt relatæ, &
6 (vt dicitur) reportatæ in dictum librum Maiorem, &
ſufficit, quòd ſint in forma rationum, & contineant cau-
ſam, *Bald. in d. rubr. C. de fid. inſtrum. num. 60. in fin.
Iaſ. in d. l. admonendi num. 115. verſ. limita iſtum pri-
mum, in repetit. Felin in d. cap. 2. num. 31. cum allegat.
per Addentes ad Abb. dicto cap 2. de fid. inſtrum. num. 13.
in litera C*, nec dies, & Conſulis inſcriptio, aut alia ſo-
7 lemnitas requiritur, vt poſt *Nicol. & Io. Andr. Butr.
dicto cap. 2. num. 5. in princ. Abb. ibidem num. 12. Iaſ.*
multùm hoc notandum dicens *in d. l. admonendi num.*
115. *in princ.* & ibi *Rip num.* 120. In prædictis autem
libris, nedum cauſæ expreſſio continetur, ſed etiam
partitæ omnes formiter cum diebus, menſibus, annis,

ac perſonis adnotatæ leguntur. Et omnem difficulta-
tem tollere videntur libri mandatorum nuncupati, in,
& ſuper quibus ſunt de verbo ad verbum, & ſeria-
tim regiſtrata omnia mandata dicto bancho directa tu-
torum dicti M. Antonij de ſoluendo tàm miniſtris do-
mus, quàm alijs, tam creditoribus, quàm diuerſis per-
ſonis negotia tractantibus ad dictum pupillum perti-
nentia, & iuxta quorum mandatorum ſeriem reperiun-
tur adnotatæ ſolutiones. Quæ ſimiliter mandata habent
cauſam, & perſonas expreſſas, & de quorum veritate
dubitari non poteſt. Vndè quemadmodum dicti libri
8 plenè, (vt dictum eſt) contra ipſum M. Antonium vi-
uentem probarent, ita & contra Excellentiſſimum D.
Comeſtabilem modernum eius hæredem, & ſucceſſo-
rem *Gemin. conſ. 9. Crauett. de antiquit. temp. §. viſo de verbis enunciatiuis num. 2. part. 1.* Quæ eo planiùs pro-
cedunt, cum ad comprobationem, & iuſtificationem
dicti crediti accedant quoque libri proprij de Donis,
quos quidem, certum eſt, etiam pro ipſis ſcriben. pro-
bare, concurrentibus infraſcriptis. Primò coniectu-
9 ris, & adminiculis *Bart. d. l. admonendi, num. 27. & ibi Iaſ. num. 111. cum alijs per Surd. deciſ. 199. num. 11. & conſil. 543. in fin. Rot. deciſ. 813. num. 3. & 6. part. 1. diuerſ.* Quæ in præſenti reſultant ex dictis libris Marci
10 Antonij. Secundò veriſimilitudine partitarum, & cre-
diti *Bald. in l. 1. num. 11. verſ. iſtud verum C. de eden. & poſt eum Dec. Rimin. & alij, Iaſ. in repet. d. l. admonendi num. 125. Felin. in dicto cap. 2. num. 23. in 2. fallent. Guido Pap. deciſ. 441. verſ. 6. Aym. conſ. 275. num. 8. cum cumulat. per Surd. d. conſil. 543. num. 6.* Quæ au-
11 tem ſint veriſimilia in iſta materia, Iudicis eſt arbitra-
rium, *Cuman. dicto conſil. 136. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 85. num. 2. & 3. & caſ. 91. num. 21.* & pa-
tet ex dicta deciſione Rotæ 813. *num. 7. 8. & ſeqq. par. 1. Barz. deciſ. Bonon. 24. num. 9.* Tertiò acceptatione
12 pro parte M. Antonij partitarum in dictis libris de Do-
nis ad creditum ipſius poſitarum, & connexarum,
Bart. d. §. nummularios, num. 2. verſ. vndè puto, Iaſ. in repet. d. l. admonendi num. 128. verſ. ſextò principaliter limita, & num. ſeq. verſ. quid tenendum, Rota in Romana pecuniaria de Grandis 19. Februarij 1596. coram bon. mem. Cardinali Mantica inter impreſſ. deciſ. 363. num. 2.
13 Connexitas verò negari non poteſt, cum contineant
data, & recepta, *Rip. in d. l. admonendi, num. 124. & ibi Iaſ. in repetit. num. 129. Crauett. conſ. 275. num. 3. in fin. Franc. Marcb. deciſ. 60. num. 3. & 4. part. 2. Surd. dicto conſil. 543. num. 5. Rot. deciſ. 276. num. 2. part. 3. & in dicta Romana pecuniaria coram Mantica.*
Quartò demum iuſtificatione omnium partitarum ex
14 eiſdemmet libris de Columna, tum tamen etiam aliqua-
A rum tantùm verificatio ad hunc effectum ſufficiat, A
Iaſ. in d. l. admonendi, num. 128. verſ. quintò principaliter, & Rip. num. 125. Caſtr. conſ. 301. num. 4. lib. 1. Ruin. conſil. 18. num. 2. lib. 4. cum alijs per Rot. d. deciſ. 813. num. 15. & ſeqq. part. 1. diuerſ. & in Romana bonorum 17. Maij 1591. coram eodem bon. mem. Cardinali Mantica inter impreſſ. deciſ. 144. num. 3. & dicta deciſ. 363. num. 4. Surd. d. conſil. 543. num. 4. Et videntur
15 concurrere omnia requiſita ad præſtandum fidem libro
priuato pro ſcribente, de quibus *per Guid. Pap. d. vulg. quæſt. 44. Surd. d. conſil. 543. num. 7. & deciſ. 199. num. 11. Rota in Romana pecuniaria 11. Februarij 1601. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Lancellotto,* & opti-
mè ponderata fuere in hac cauſa *in deciſ. Reuerendiſſimi D. mei Damaſcen.* Nec obſtare viſæ fuerunt oppoſitio-
nes ex aduerſo factæ. Et primò, quòd ſint exhibenda
originalia dd. mandatorum directorum dicto bancho;
nam iſtud procederet, ſi Doni fundarent ſe ſolùm ſuper
libris proprijs, & ordinibus ſibi tranſmiſſis: ſed cum
nitantur proprijs ordinibus Marci Antonij, & ſuper
eiuſdem libris regiſtratis, non eſt neceſſaria exhibitio
aliquorum ordinum originalium, tùm quia exemplum
16 probat contra exemplantem, *Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur num. 5. ff. quemadmod. teſt. aper. & in l. in fraudem §. neque, num. 2. ff. de iur. fiſc. & poſt Iaſ. Curt. Iun. in auth. ſi quis in aliquo, num. 11. in fin. C. de edend.*
tùm quia dicti M. Antonius, ſeu eius tutores dictum
17 exemplum fieri curarunt, *Addentes ad Rot. deciſ. 1. de fid. inſtrum. in nou. Purpur. in d. auth ſi quis in aliquo, poſt num. 4.* Et nihilominus pro parte dd. de Donis ex-
hibentur, & offertur realis exhibitio omnium origina-
lium ordinum ſibi directorum ab anno tamen 1606. de
quo ſolidatæ fuerunt rationes, vt infra, vſque ad annum
1611. de quo obijt idem Marcus Antonius. Secundò,
non obſtat, quòd multi ordines fuerint conditionales,
ſeu modales de adimplendis pluribus, & quòd non con-
ſtet de adimplemento, prout nec de quietantijs à credi-
toribus, & illis, quibus fuerunt factæ ſolutiones iuxta
formam in dictis ordinibus præſcriptam reportatis.
Nam vltra quòd non docetur de non implemento con-
tentorum in ordinibus, nec præſumitur, Donos voluiſ-
ſe ſubire periculum reiterandæ ſolutionis ob non ſerua-
tos ordines: ſatis eſt, partitas adnotatas reperiri ad
ipſorum creditum, tàm ſuper libris banchi, quàm vel
maximè ſuper proprijs M. Antonij, qui (vt ſupra di-
ctum eſt) plenè probant ad illius, & hæredis præiudi-
cium, itaut Doni non teneantur ad vlteriorem imple-
menti probationem. Tertiò; non obſtant particulares
oppoſitiones circa quaſdam partitas. Nam quoad ſum-
mã ſolutam q. Caſtellino Pinello, cum conſtet de præce-
denti mandato, & ordine à tutoribus ſubſcripto, &
Donis directo, regiſtrato in libro M. Antonij, ſignato
litera B, hoc ſufficit, quicquid ſit, an illud eſſet debi-
tum hæreditarium ipſius, prout etiam tanquam tale
adnotatum fuit ſuper dicto libro. Partita verò dona-
tiuorum diuerſis perſonis familiaribus, & alijs, qui erant
profecturi cum dicto M. Antonio in Hiſpaniam, iuſtifi-
catur ex ordine, & mandato Illuſtriſſimi D. Cardinalis
Montalti tutoris exiſtente inter originalia mandatorum
banchi, prout etiam partitæ, quæ prætenduntur ſolu-
tæ per dies duos ante obitum dicti M. Antonij. Parti-
tæ verò tractarum ad diuerſas partes iuſtificantur ex
omnibus ſupradictis libris, & præſertim ex libris maio-
ribus, & mandatorum ſignatis B, C, D, & E. Et om-
nis quidem difficultas ceſſare videtur reſpectu partita-
rum omnium, vſque per totum annum 1606. de quo
fuerunt inter partes ſolidatæ rationes, & computa, vt
patet ex partita dicti libri Magiſtri ſignati C, fol. 344.
de menſe Decembris d. anni 1606. data in reſponſione
18 pro Donis, in qua exprimitur, *per ſaldo*, quod verbum
clarè denotat omnia præcedentia ſolidata, et de me-
nùs expreſſo verbo, *pro reſiduo*, tradit *Fulgoſ. conſil. 131. in fin. Rot. Ianuen. deciſ. 132. poſt med.* Quoad parti-
tas verò ſolidationem ſubſequentes, vltra ſufficientem
probationem, quæ ex dictis libris, (vt ſæpè oſtenſum eſt)
reſultat, Doni exhibent mandata illis directa poſt di-
ctum tempus, & offerunt ſeparatim, docere, omnes par-
titas ſuper eorum libris deſcriptas à dicto anno citrà
fuiſſe iuxtà formam dictorum mandatorum ad omnem
voluntatem agentium pro Domino Comeſtabile, ad
euitandum multiplicationem proceſſus, & regiſtri ex-
penſarum, prout etiam in memorialibus, & reſpon-
ſionibus acceptant informantes pro Domino Come-
ſtabile. Non obſtat denique, quòd dd. ordines non
fuerint ſubſcripti ab vtroque tutore, prout requiri vi-
debatur, ex quo fuerunt in teſtamento coniunctim da-
ti;

Digitized by Google

19 tis; nam (omiſſo, an vnus ſinè altero adminiſtrare potuerit *ſux. l. 1. C. ſi ex plurib. tut.* & an verbum, *coniunctim*, ſit paris virtutis cum clauſula, *itaquòd vnus ſinè altero, &c.* in quo contrarium tenuit *Aret. conſil.* 26.
B *num. 5, verſ. 3.*) B, cum Illuſtriſſimus D. Cardinalis Montaltus pro ſolo, atque vnico tutore ſe geſſerit, & multiplicatos ordines ſimiles ſolus ſubſcripſerit, acta cum ipſo ſubſtineri debent, ne contrahentes decipiantur,
20 vt de geſtis cum tutore non legitimo tradit *Soccin. conſ.* 153. *num.* 3. *& 4. lib.* 2. *Rot. deciſ.* 89. *num.* 9. *part.* 2. *diuerſ. & in Forolimen. iuriſpatronatus* 25. *Octobris* 1599. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, et in Romana ſocietatis officiorum* 12. *Nouembris* 1601. *coram Illuſtriſſimo Bononien. et in Nepeſina redditionis adminiſtrationis tutelæ* 27. *Februarij* 1612. *et* 6. *Iunij* 1616. *coram*
C *R. P. D. Veroſpio* C, Vltra quòd licèt alter tutor non ſubſcripſerit, non inde tamen infertur, ipſum non conſenſiſſe contutori dd. ordines conficienti, vel ſubſcribenti; imò cum dicta mandata, & ordines regiſtrata omnia fuerint ſuper dd. libris M. Antonij per tutores, ſeu eorum miniſtros communiter retentis, vtique hinc tacita ſaltem etiam alterius tutoris approbatio, & ratificatio reſultat. Et demum cum pecuniæ verſæ fuerint
21 in neceſſarias cauſas, & in quas pupillus tantumdem ſoluere coactus fuiſſet ipſe ſaltem negotiorum actione tenetur *l. ſi pupilli, in princ. vbi gloſ. in verb. locupletior, verſ. et planè dic, ff. de neg. geſt.* & ibi *Caſtren. in §. item ſi procuratori num. 4. Ang. Inſt. de auct. tut. in princ. num.* 5. & faciunt tradita *per Lambert. de contract. gloſ.* 24. *in princ.*

Et ita fuit reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Maſcard. de probat. concluſ.* 976. *num.* 75. *Adrian. Neguſant. quæſt.* 423. *num.* 11. *Surd.* qui dicit hanc veriorem contra *Dec. Crauett. Menoch. & alios deciſ.* 199. *num.* 3. *&* 12. *Beltramin. ad deciſ.* 79. *Gregor. XV. num.* 7. *Rot. deciſ.* 388. *num.* 3. *part.* 2 *recent. Cardinal. Caualer. deciſ.* 552. *num.* 2. *& fuit dictum in Interamnen. cenſuum* 15. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Pirouano*; Verùm hoc procedit, quando partitæ ſunt connexæ, ſecùs in ſeparatis, in quibus ex verificatione aliarum partitarum libro fides non adhibetur, *Rip. in l. admonendi, num.* 125. *Purpurat. num.* 205. *ff. de iur. iur. Crauett. de antiquit. tempor. par.* 1. *§. vidimus, num.* 20 *Cephal. conſ.* 85. *num.* 34. *Rot. in Romana pecuniaria, ſeu cambiorum* 20. *Maij.* 1611. *coram Patriarcha Manzanedo quam refert Beltramin. loco cit.* concurrentibus tamen alijs coniecturis, probat etiam in capitulis ſeparatis, *vt per Surd. d. deciſ.* 199. *num.* 12. *& ſeqq.* Item principalis concluſio non procedit, quando liber in aliquibus partitis falſus, vel erroneus in aliquo reperitur, licèt nonnullæ eius partitæ verificentur; ad hoc enim, vt ei fides adhibenda ſit, requiritur verificatio multarum partitarum abſque eo, quòd aliqua de mendacio redarguatur, *Soccin. iun. conſil.* 132. *num.* 11. *lib.* 3. *Caſtren. conſil.* 301. *ſub num.* 4. *lib.* 1. *Pariſ. conſil.* 23. *num.* 253. *& conſil.* 90. *num.* 26. *lib.* 1. *Natt. conſil.* 59. *num.* 17. *& ſeq. Riminald. iun. conſil.* 489. *num.* 35. *lib.* 5. *quas ſecuta eſt Rota deciſ.* 743. *num.* 4. *&* 5. *part.* 4. *diuerſ.*

B Huius concluſionis dubitauit etiam Rota infra *deciſ.* 348. *num.* 6. *& in Rom. legatorum de columna* 12. *Iunij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

C *Gratian. diſcept.* 505. *num.* 34. & ſequendo hanc deciſionem dixit Rota *in dicta Romana legatorum de Columna coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana laudi.

Lunæ 25. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Libros rationis banchariæ mercatores exhibere tenentur ſocijs, cum quibus rationem communem habent.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores officio Iudicis tenentur edere rationes, quas ex generali conſuetudine retinent.*
2 *Rationum libri edendi ſunt ſocijs iure actionis.*
3 *Libri penes tertiam perſonam exhibendi ſunt.*

DECISIO CCCXLV.

DOMINI non dubitãtes de exiſtentia librorum rationum banchi, ſatis etiam probata ex deſcriptione facta de mandato Rotæ per notarium cauſæ, & ex commiſſione Sanctiſſimi de conſenſu partium expedita, & ex datis hinc inde in alijs poſitionibus, nec ambigẽtes de intereſſe Alberici informantis, qui iam per deciſiones Rotales particeps declaratus fuit, reſponderunt, Donos teneri ad illorum exhibitionem. Tùm de iure, nedum ſcilicet tanquam mercatores, qui exemplo antiquorum nũmulariorum edere officio coguntur ratio-
1 nes, quas ex generali conſuetudine retinent, vt poſt *Iacob. Butrig. communiter tradunt Doct. in l.* 1. *C. de eden. & in l. quædam, ff. eod.* & communem eſſe concluſionem bis teſtatur *Dec. in cap.* 1. *num.* 111. *& ibi Bero. num.* 50. *verſ. hanc concluſionem ſequuntur communiter, de pro-*
A *bat.* A, ſed etiam ratione dictæ participationis Albe-
2 rici, & ſic ex contractu præcedente ad *not. per Doct. in d. l. quædam, & in d. l.* 1. *vbi in ſpecie Bart. num.* 9. *verſ. ſi verò non ſunt, Ang. num.* 2. *verſ. ſi verò editio, Salic. num.* 6. *verſ. oppono ſeptimò, & Iaſ. col. fin. in princ. verſ. tu aduerte. & poſt med. verſ. aliquando, & in l. procurator, C. eod. vbi Ang. in princ. & Caſtr.* qui loquitur in libris rationum *num.* 4. *Bero. d. cap.* 1. *num.* 52. *verſ. vnde tu dicas*; cum enim negotiatio inter ſocios ſit communis, ita & libri eius cauſa conſcripti communes eſſe debent, & omnibus ſocijs exhiberi *Tob. Non. conſ.* 63. *num.* 1. *Caball. conſ. deciſ.* 123. *num.* 30 *par.* 2. Tùm ex conuentione, de qua in capitulis ſocialibus *in ſummario num.* 2. & etiam ex decreto Sanctiſſimi contento in dicta commiſſione, quæ licèt habeat clauſulam, *prout de iure*, tamen ius eſt indubitatum ex ſupradictis. Quo verò
3 ad locum, dixerunt, eligendam eſſe tertiam perſonam, penès quam cuſtodiantur, vt dixit Rota in *Romana exhibitionis librorum* 9. *Ianuarij* 1604. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio.*

Et ita reſolutum pro D. Alberico informante, &c.

ANNOTATIO.

A Mercator tenetur exhibere libros rationum ſuarum maximè ſtante ſtatuto, quòd mercatores teneantur conficere rationes, *Alber. d. l.* 1. *num.* 5. *C. de eden. & ibidem Soccin.* vel ſi ex conſuetudine tenerentur, *vt per Ang. in d. l.* 1. Intellige de libris quos publicè tenent, ſecus in iis, quos mercatores domi ſecretè pro eorum memorialibus, & inſtructione retinent, & conficiunt, quia ad illos exhi-

ben. non tenentur *Iaſ. in l. 1. num. 15. C de eden. Dec. in deciſ. allegat. in cap. 1. num. 28. de probat. & in d. l. 1. num. 19. C. de eden.*

Ioannes Franciſcus Ferentilitus.

Eugubina Cappellaniæ.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Regularis à beneficio manuali poteſt ad libitum Superioris remoueri, etiam ſinè cauſa, dummodo, odio, vel malitia non fiat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur reſpectu loci particularis, probata poſſeſſione generali, ſub qua dictus locus comprehenditur.*
2 *Monachus Abbate inuito beneficium retinere nequit. Amplia, & limita, vt in annot. litera A.*
3 *Regulares nec velle, nec nolle habent.*
4 *Regulares etiam ſinè cauſa auocantur à beneficijs à Superiore, odio tamen, & malitia ceſſante; etiamſi interuenerit iuramentum; vel conſuetudo contraria vigeret. num. 5.*
6 *Manutentio non datur precario poſſidenti contra rogatum.*
7 *Regularis priuatus beneficio à Superiore ſuo ſpolium intentare non poteſt.*

DECISIO CCCXLVI.

DE quaſi poſſeſſione D. Abbatis S. Mariæ de Sitria Ordinis S. Benedicti deputandi Cappellanos ad nutum amouibiles in Eccleſijs, ſeu beneficijs Regularibus Abbatiæ ſubiectis, DD. viſum fuit conſtare ex teſtibus *in ſummario num. 2. & num. 4.* ex deputatione ipſiuſmet Gherardi Monaci aduerſarij per d. Abbatem de anno 1575. facta ad ſui, & ſucceſſorum beneplacitum, in Rectorem parochialis Eccleſiæ S. Ægidij dictæ Abbatiæ ſubiectæ, vt *dicto ſummario num. 5.* ex declarationibus, ſeu reſolutionibus ſacri Concilij Tridentini Illuſtriſſimorum Interpretum *dicto ſummario num. 8.* in quibus approbata fuit eadem poſſeſſio, & ex deciſione Rotali *coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio in Nucerina, ſeu Nullius beneficij 28. Maij* 1608. in qua ſimiliter hæc quaſi poſſeſſio Abbatis canonizata fuit ex teſtibus tunc coram eo examinatis, & reſolutum pro conceſſione mandati de manutenendo ad fauorem dicti Abbatis in quaſi poſſeſſione deputandi vnum ex Monacis dictæ Abbatiæ in Cappellanum ad nutum amouibilem in Parochiali Eccleſia ſanctæ Mariæ Montis Rubij, quæ eſt vnum ex membris dictæ Abbatiæ. Quapropter cenſuerunt DD. eidem Abbati dandum eſſe idem mandatum de manutenendo, etiam reſpectu Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Platea in Terra Pergulæ, de qua nunc agitur; nam licèt quo ad illam non probetur particularis poſſeſſio, cum tamen ex teſtibus *in eodem ſummario num. 3.* conſtet, eam quoque eſſe de pertinentijs, ac membris dictæ Abbatiæ, illique ſubiectam: quaſi poſſeſſio per Abbatem (vt ſupra oſtenſum eſt) generaliter acquiſita quo ad omnes Eccleſias ſubiectas
1 ſuffragatur ad obtinen. manutentionem deputan. dictos Cappellanos amouibiles, etiam in hac particulari Eccleſia: cum magis attendatur cauſa poſſidendi, quam actus, & exercitium: & vbi cauſa eſt vniuerſalis, datur manutentio, etiam ſi non probetur exercitium particulare, *Rot. diuerſ. deciſ. 17. num. 2. & ſeqq. part. 2.* Ex his verò ſequitur, non poſſe dari manutentionem dicto Gherardo in poſſeſſione huius beneficij; nam cū ipſe ſit Monachus dicti Ordinis, vt conſtat ex teſtibus *dicto ſummario num. 6.* ex congregationibus, ſeu capitulis Monachorum dictæ Abbatiæ, in quibus vti talis interfuit, & ex profeſſione fidei ab eo tanquam Monacho facta in deputatione illius ad curam dictæ Eccleſiæ S. Ægidij *num. 7.* non poteſt, inuito Abbate, dictum benefi-
2 cium, & adminiſtrationem retinere, ſed ad nutum, & voluntatem illius reuocatur *cap. cum ad Monaſterium, §. tales autem, de ſtat. Monach. vbi gloſ. in verb. perpetuò, Butr. num. 26. Anchar. num. 20. Abb. num. 8. in fin. & ſeq. Card. in 4. not. idem Butr. in cap. 3. num. 14. & 20. eodem tit. & ibi Anchar. num. 7. verſ. 2. vt tales, Abb.*
A *num. 8. verſ. in gloſ. penult. & num. 9. & 11.* A, vbi quòd cum huiuſmodi Regulares ſub obedientia Abbatis
3 exiſtentes non habeant velle, neque nolle, non poſſunt reſiſtere reuocationi illius, & *Card. propè fin. verſic. alij verò reuocantur*, facit *tex. in cap. 1. §. fin. ibi & ſi liberè poſſint ad eadem Monaſteria reuocare, de priuil. lib. 6. & not. in cap. 1. de cappell. Monac. d. lib. 6. Caſſad. deciſ. 4. per tot. & deciſ. 12. ante num. 10. de prob. Gonzal. ſu-*
4 *per reg. 8. gloſ. 5. §. 6. num. 2.* etiam ſinè cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia in amouente, ſecundùm opinionē, quam Rota ſequitur, vt in *Regien. prætenſi ſpolij 24. Ianuarij* 1611. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, Adeòut nec valeat ſtatutum, aut pactum in contrariū, *Abb. in d. c. cum ad Monaſterium, num* 11. quamuis interueniſset iuramentum, *Archid. et Io. And. in cap. præſenti de off. leg. in 6. Gambar. in tract. de offic. leg. tit. de poteſt leg. in reſeruan.*
5 *beneficia num. 12. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num. 330. verſ. imò ſi Abbas*; nec etiam conſuetudo contraria induci poſſe, hæc enim facultas ad libitum remouen. precario aſſimilatur, quod nec pacto, nec conſuetudine irreuocabile reddatur *l. 1. & 2. et l. cum precario, ff. de precar. & in ſpecie Rota deciſ. 778. num. 5. par. 1 diuerſ. Rebuff. vbi ſupra num. 330. verſ. imò ſi Abbas, Mandoſ. ſuper reg. de annal. quæſt. 11. num. 5. Gonzal. dicto §. 6. num. 3. & num. 34. cum ſeqq.* ideo in hoc manuali, & amouibili beneficio manutentio Gherardo concedi non poteſt contra ipſum Abbatē, quemadmodum nec datur preca-
6 rio poſſidenti aduerſùs eum, quem rogauit *l. 1. §. fin. ff. vti poſſid. et l. qui precario, ff. de precar.* prout nec etiam
7 eidem ſpoliato contra dictum Abbatem reſtitutionis remedium competeret, *Rot. in antiq. deciſ. 1. de reſt. ſpol. & in nou. deciſ. 6. eodem tit. Felin. in cap. cum dilecta, num. 16. circa med. verſ. & dicit Rota de reſcrip. Rebuff. vbi*
B *ſupra dicto num. 330.* B.
Et ità vna tantùm parte informante fuit reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Abbatem poſſe etiam abſque cauſa reuocare ad ſui libitum Monachum, cui contulit beneficium manuale, præter hic allegatos tradunt, *Felin. in cap per tuas. num. 4. de maiorit. & obedient. Milis in ſuo repert. verb. beneficium, num. 9. verſic. beneficia manualia licèt per Papam, Selua de benefic. tertia par. quæſt. 68. num. 1. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 283. Gomeſ. in tract. grat. expectat. num. 94. Staph. de lit. grat. in tract. de formis expectatiuarum in 9. forma num. 29. Azor. inſtit. moral tom. 1. lib. 12. cap. 9. quæſt. 8. & cap. 22. quæſt. 10. tom. 2. lib. 3. cap. 26. quæſt. 2. 13. & 14. Rodriq. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 34. artic. 2. & latè Sanch. in decalogum lib. 7. cap. 39. num. 111.* Primò amplia, etiam ſi collatio ſpectet ad Abbatem, & Conuentum,

ſitque

ſitque neceſſaria Epiſcopi confirmatio; quia nihilominus poteſt ſolus Abbas reuocare, ex quo non mutatur natura beneficij, latè *Federic. de Sen. conſ.* 134. *per tot. et Sanchez vbi proximè num.* 122. Secundo amplia, etiam ſtante pacto in contrarium de non reuocando, vt vltra in deciſione adductos firmarunt *Selua* alijs relatis *dict. tertia par. quæſt.* 69. *num.* 10. *Surdus de aliment. tit.* 8. *priuil.* 79. *num.* 5. *Azor d. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 8. *Nauarr. conſil.* 10. *de regul. in prima edit. lib.* 3. *nu.* 12. 13. *&* 14. *et in* 2 *conſil.* 14. *de ſtat. monach. eiſdem numm. Rodriq. qq. regular. tom.* 3. *quæſt.* 29. *artic.* 9. *Sanchez num.* 125. Tertiò amplia, etiam ſtante iuramento, licèt reuocans incidat in periurium, vt poſt relatos in deciſione, *Sanchez vbi ſæpius num.* 126. Quartò ampliatur, etiam ſi conuentum eſſet ſtatutum per Abbatem, & Conuentum prohibens huiuſmodi reuocationem, *Federic. conſil.* 259. *num.* 1. *Rebuff. vbi ſupra num.* 278. *Rodriq. vbi proximè, et Sanchez num.* 127. Quintò amplia, etiam ſi ſtatutum prædictum iureiurando ſtabilitum eſſet, licèt reuocatus incurrat periurium, quando mouetur ſinè iuſta cauſa, vt ex ſupra relatis probat *Sanchez in loco ſæpius allegato num.* 128. Sextò ampliatur, quamuis Papa in forma communi, & ad partis inſtantiam confirmauerit deputationem factam ab Abbate, quia non cenſetur velle rei naturam variare, *Felin. in cap. per tuas, num.* 4. *de maiorit. et obedient. et cap. conſtitutus, num.* 10. *de reſcript. Miles vbi ſupra, Selua, Rebuff. Azor, et Rodriq. in locis ſuperius allegatis, et Sanchez num.* 130. Declara hanc ampliationem non procedere, quando Papa ex certa ſcientia confirmauit, vt ex mox relatis Doctoribus, & alijs *num.* 129 *per Sanchez cumulatis, et ſignanter Surd. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 29. *num.* 3. Limita principalem concluſionem primò in beneficijs electiuis, à quibus abſque legitima cauſa non poteſt remoueri cum talia beneficia ſint perpetua, *cap.* 2. *ad fin. de ſtat. monach. Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 3. 4. *et* 5. *de præbend. Anaſtaſ. Germon. de indult. Card. §. regularia beneficia, num.* 51. *et* 52. *Azor. et alij in totes allegato loco per Sanchez relati num.* 118. Secundo limita, quando beneficium regulare eſt ſubiectum Ordinario pleno iure *Sanchez* vbi proximè *num.* 119. *poſt Nauar. Comm.* 2. *num.* 6. *corol.* 7. *de regular. Leſſ. de iuſt. lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 12. *num.* 93. Tertiò limita quatenus beneficium huiuſmodi regulare ſit parochiale, & conſtituatur beneficiarius conſenſu, & authoritate Epiſcopi: ſecus tamen eſſet, ſi beneficium pleno iure monaſterio ſubeſſet, vt diſtinguendo aduertit *Sanchez. d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 120. *poſt Azor dicto tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 22. Quarto limita, quando præficeretur beneficio tanquam ſecularis, vt contingit quando datur Eccleſiæ ſæculari curatæ, vel beneficio ſimplici ſeculari ex legitima diſpenſatione; ita poſt *Abb. cap.* 2. *num.* 3. *not.* 2 *de ſtat. Monach. Rebuff. de pacif. poſſ. num.* 275. *Nauar. comm.* 2. *num.* 65. *verſ. addo* 3. *de regular.* Quintò limita, ſi beneficium regulare eſſet ſuapte natura perpetuum, quia tunc præſumitur facta collatio iuxta beneficij qualitatem, & non poteſt ad Prælati nutum remoueri, *Selua dicta part.* 3. *quæſt.* 69. *num. vlt. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num.* 280. *&* *Sanchez loco cit. num.* 122.

B Vide late ad materiam relatos *per Sanchez ad decalogum lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 115. *et* 123. in quibus locis firmat, ipſum competere, vel non Monacho, prout Abbas potuit, vel non remouere à beneficio iuxta ampliationes, & limitationes ſupra firmatas.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Cenſus.

Veneris 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Ceſſio in incorporalibus habet vim traditionis, & ſufficit pro manutentione, ſi cedens poſſidet de tempore ceſſionis: & ex quibus eius poſſeſſio probetur.

SVMMARIVM.

1. *Ceſſio in incorporalibus habet vim traditionis, quæ ſufficit pro manutentione, ſi cedens poſſidebat de tempore ceſſionis, num.* 12.
2. *Solutio vnica ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem.*
3. *Solutio facta à tertio, ſiuè à procuratore, regulariter de ordine tertij non præſumitur, niſi concurrentibus adminiculis.*
4. *Quantitas notabilis tollit præſumptionem, quod quis ſoluat pro alio, cum nemo præſumatur iactare ſuum.*
5. *Iura non recognita fidem faciunt, ſi non fuit oppoſitum de recognitione.*
6. *Sumptum productum parte non opponente, probat.*
7. *Scriptura priuata non recognita parte non opponente, probat.*
8. *Recognitio quandocunque fieri poteſt, etiam poſt ſententiam, et quando pars opponit.*
9. *Scripturæ informes ex obſeruantia fidem faciunt.*
10. *Poſſeſſio per alium non occupata, etiam per decennium non amittitur, ſed animo retenta dicitur.*
11. *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem etiam per triginta annos non amittitur, et ſufficit ad obtinendam manutentionem.*

DECISIO CCCXLVII.

FVIT per DD. decîſum, dandum eſſe D. Veſpignano mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi fructus cenſus, de quo agitur, & fundamentum fuit quaſi poſſeſſio hæredum quondam Michaelis exigendi dd. fructus, quæ ſuffragatur eidem Veſpignano eorum ſucceſſori, & ceſſionario, etiam ad effectum manutentionis, cum in incorporalibus ceſſio
1 habeat vim traditionis, vt in iſtis terminis ſæpius tenuit Rota, prout *in Romana cenſus* 2. *Iunij* 1610. *&* 2. *Maij* 1611. *coram bon. mem. Penia, & in Romana cenſus* 2. *Iu-*
A *nij* 1614. *coram R. P. D. meo Manzanedo, & in alijs.* A Quòd autem dd. authores fuerint in huiuſmodi quaſi poſſeſsione, probatur ex publico inſtrumēto anni 1602. ſolutionis ſcutorum 150. factæ per D. Petrum Venturam procuratorem R. P. D. Stellæ, & fratris debitorum dicti cenſus dictæ ſummæ ſcutorum 150. cum declaratione, quòd ſoluebat de proprijs pecunijs dd. DD. de Stellis, & pro terminis vſque tunc decurſis, & reportauit quietantiam ad eorum fauorem, *vt in ſummario D. Veſpignani nunc dato num.* 2. quæ ſolutio non impugnatur per informantes pro DD. Stellis, imò allegatur, dd. fructus antea continuò ſolutos dictis hæredibus; &
2 nihilominus vnica ſolutio, & vnicus actus ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſsionem, *Ripa in cap. cum Eccleſia, num.* 53. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rota deciſ.* 196. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & ſæpè dictum fuit.* Nec dubitarunt DD. quin dicta ſolutio fuerit facta de ordine, ac man-

mandato dd. DD. de Stellis, quòd licèt regulariter non
3 præſumatur, tamen ſecus eſt concurrentibus admini-
culis, & coniecturis, vt tentum fuit in *Paſten. penſio-
nis* 1. *Iulij* 1596. *coram bon mem. Cardinali Pamphilio*,
in Anconitana bonorum de Leonibus 10. *Iunij*, *&* 20. *No-
uembris* 1602. *coram Iuſto*, *in Auximana reſidentiæ* 14.
Decembris 1606. *coram R. P. D. Manzanedo*, *&* *in To-
letana penſionis* 23. *Iunij* 1617. *coram R. P. D. meo Pam-
philio*. Quæ hic concurrere videntur, tùm attenta no-
4 tabili quantitate ad excludendam præſumptionem, quòd
de proprijs pecunijs ſoluerit: cum nemo præſumatur
ſuum velle iactare, *Gig. de penſion. quæſt.* 48. *num.* 1.
Pariſ. de reſignat. lib. 10. *quæſt.* 8. *num.* 55. *Caſſad. deciſ.* 3.
ſub num. 4. *verſ. item ſecundum Rotam*, *de procurat. Rot.
deciſ.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. in antiq. & in Piſtorien. penſionis*
3. *Iulij* 1606. *coram Illuſtriſſimo Bononien.* Quàm etiam,
quia ita in dicto inſtrumento aſſeruit, & tanquam pro-
curator dd. de Stellis in eorum domo habitat, & aliàs
etiam pro huiuſmodi fructibus ſoluendis eorum, ſeu al-
terius eorum nomine ſuſcepit terminum coram A. C.
vt ex fide data à Notario dicti Tribunalis; & etiam ap-
paret de alia ſolutione del 1607. 1. Februarij per eum
facta, *vt dicto ſummario num.* 1. De translatione au-
tem, & ceſsione dicti cenſus facta per dd. hæredes ad
fauorem d. D. Veſpignani, cum clauſulis conſtituti, &
ceſſione iurium in amplisſima forma conſtat per publi-
ca inſtrumenta, de quibus *in dicto ſummario num.* 10.
Nec obſtat, quòd non ſint recognita, tùm quia de hoc
5 nunquam fuit oppoſitum, & ideo fidem faciunt, per ea,
quæ not. *Butr. poſt Oſtien. in cap. quoniam contra*, *verſ.
quæro an producto inſtrumento*, *ſub num.* 23. ibi, vndè
non habet, *de probat. Abb. in cap.* 1. *ſub num.* 3. *verſus
finem*, ibi, vnum tamen nota, *de fide inſtrum. Alexand.
conſil.* 185. *in fine num.* 13. *verſ. ſubdo etiam*, *lib.* 6. *Put.
deciſ.* 116. *in princip. lib.* 2. *in nou. impreſſ.* vt de exem-
6 plo producto, quòd parte non opponente probet, *Dec.
in authen. ſi quis in aliquo*, *num.* 17. *verſ. decimò*, *& vl-
timò fallit*, *C. de edend. & ibi Soccin. in fine*, *Purpur. &
Bolog. vterque num.* 32. *& ſeqq. Put. deciſ.* 405. *lib.* 1. *in
7 eadem impreſſ.* & de ſcriptura priuata, *Surd. deciſ.* 199. *in
fine*, & in ſpecie ſcripturæ non recognitæ, quòd parte
non opponente probet *Caputaq. deciſ.* 99. *num.* 3. *par.* 1.
& fuit dictum in Bononien pecuniaria 22. *Martij* 1602.
*coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto inter impreſſ. per
Zacch. ad Galleſ. de obligat. Camer. deciſ.* 104 *num.* 2. *&*
in puncto in iudicio poſſeſſorio, *Bald. in l. finali in quin-
ta oppoſ. num.* 19. *et ſeqq.* C. *de edict. diui Adr. tollen. Re-
buff. in tract. de mat. poſſ. artic.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 27. & re-
8 cognitio poteſt quandocunque fieri, etiam poſt ſenten-
tiam, & quando pars opponit, *Alym. conſ.* 150. *num.*
2. *Caputaq. deciſ.* 5. *num.* 5. *par.* 3. prout de ſtylo Rotæ
ſeruatur, vt fuit dictum in *Marſicana affictus* 7. *Maij*
1612. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, *in Romana ſocie-
tatis ſundaci* 30. *Ianuarij* 1617. *coram R. P. D. meo Ve-
roſpio*, *& nouiſſimè in Andrien. Archipresbyteratus* 30.
Martij præteriti coram me. Tùm etiam, quia vltra vnum
teſtem, qui recognouit, concurrit obſeruantia, tàm
ex taciturnitate per annos quatuordecim dd. hæredum,
qui veriſimiliter non tacuiſſent tanto tempore, ſi cen-
ſus ad eos ſpectaſſet; quàm etiam ex dicta ſolutione
ſcut. 18. b. 75. facta, & recepta nomine Veſpignani,
9 quæ obſeruantia tribuit fidem ſcripturis informibus,
Cranet. conſ. 101. *num.* 4. *Rota deciſ.* 375. *num.* 4. *part.*
1. *diuerſ.* Non obſtat, quòd dicta quaſi poſſeſſio fuerit
amiſſa per lapſum decennij ſinè exactione, nam vltra
quòd non conſtat de tali lapſu, cum poſſeſſio non fuerit
10 interuerſa per denegationem ſolutionis, cum acquie-
ſcentia authorum, vel ipſius Veſpignani, aut per alium
naturaliter occupata, etiam poſt decennium præſumitur
10 continuata, & animo retenta, *Innoc. in cap. querelam
num.* 3. *& ibi Abb. num.* 2. *de elect. Bald. in l.* 2. *num.*
44. *& num.* 50. *C. de ſeruit. & aqu. Ruin. conſ.* 165.
num. 4. *lib.* 5. *Lambert. de iurepatr.* 1. *par.* 2. *lib. quæſt.*
3. *princ. art.* 15. *num.* 3. *Guidop. deciſ.* 619. *num.* . .
Couarr. in reg. poſſeſſor 2. *par* §. 1. *num.* 3. *verſ. ac ſi con-
11 ſiet*, & in penſione quamuis per 30. annos non petita,
Bertazz. conſ. ciuil. 47. *num* 21. & in ſpecie ad effectum
manutentionis *Rota in Turritana tertiarum* 15. *Apri-
lis* 1593. *coram bon. mem. Cardinali Mantica inter impreſſ.
deciſ.* 172. *nu.* 5. *& in Aquilegien. penſionis* 21. *Maij* 1610.
coram R. P. D. meo Manzanedo. Non obſtat denique,
quòd fructus cenſus fuerint reſeruati ad vitam Annæ
relictæ q. Michaelis, vt in inſtrumento impoſitionis il-
lius *dicto ſummario num* 2. de cuius tamen Annæ morte
non conſtat, & potius adhuc viuere præſumitur; nam
imò illius mors probatur ex inſtrumento ſolutionis ſcu-
torum 150. quæ fuit facta pro ſemeſtribus decurſis
poſt mortem dictæ Annæ.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Præter hic allegatos *adde Rotam in Romana cenſus* 2.
Iunij 1606. *coram bon. mem. Penia impreſſa apud Cinc. de
cenſib. deciſ.* 249. *& in Neapolitana beneficij* 5. *Iunij* 1628.
coram R. P. D. Virili, & ſupra *deciſ.* 133. *num.* 5.

Prædicta autem concluſio procedit quatenus cedens eſſet in
12 quaſi poſſeſſione iuris ceſſi, quia aliter non poſſet illam
in ceſſionarium transferre, *Natt. conſ.* 398. *num* 39.
Menoch. de retinen remed. 3. *num.* 259 *et ſequentib. Gra-
tian diſceptat. forenſ cap.* 345. *num* 4. *et* 26. *Rota coram
ſanct. mem Greg. XV. deciſ* 579. *nu* 1. *et ibi Beltram ſub
litera A. et poſt tract de Salu Pacif deciſ* 162 *num.* 6. *et
poſt Cinc. deciſ.* 249 *num.* 4. *et deciſ* 250 *num* 1. 255.
num. 5. *et in recent. d.* 299 *num.* 2 *par* 1 *et deciſ* 764. *num.*
2. *et fuit dictum in Ariminen cenſus* 10. *Ianuarij* 1628. *co-
ram R. P. D meo Merlino*.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana tutelæ de Ruberijs.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Tutor an, & quando poſſit inhibere contutori
adminiſtrationem; & an expiret tutela, ſi mo-
riatur vnus ex contutoribus cum clauſula,
coniunctim nominatis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio contutori facta morte impetrantis expirat.*
2 *Tutor adminiſtrationem contutori inhibere nequit, niſi
eo nolente, vel non valente adminiſtrare.*
3 *Tutela morte finitur.*
4 *Tutore mortuo illius heredes non tenentur de geſtis poſt il-
lius mortem.*
5 *Tutoris ſuſpicio debet iuſtificari, & cognoſci.*
6 *Tutoribus pluribus datis, vt ſimul adminiſtrent, an vno
ex illis mortuo alij poſſint adminiſtrare, remiſſiuè.*

DE-

DECISIO CCCXLVIII.

CENSVERVNT Domini inhibitionem ad inſtan. q. Benedicti vnius
ex tribus tutoribus teſtamentarijs relictis per Io. Antonium eius filijs pupillis, directam Bancherijs, & alijs de
non ſoluendo aliquam pecuniarum
quantitatem Io. Baptiſtæ fratri teſtatoris, & contutori, eſſe reuocandam; fuit enim temporalis, durante videlicet vita Benedicti, qui illam obti-
1 nuit; quod patet, tùm ex verbis ipſius inhibitionis ibi,
ne audeat ſinè eius conſenſu: tùm inſpecta diſpoſitione
iuris, à qua eſt regulan. quia vnus ex pluribus tutoribus non poteſt alteri adminiſtrationem in ſolidum in-
2 hibere ipſo nolente, vel non valente adminiſtrare, *l. 1.
& ibi gloſ. in verb. noluerint, C. ſi ex plur. tut.* Voluntas
verò, & potentia, quæ erant fundamentum, ac cauſa
inhibitionis, deficiunt quoad Benedictum per eius mor-
3 tem, per quam tutela finitur *l. niſi finita, ff. de tut. & rat.
diſtr. §. ſimili modo, Inſt. quibus mod. tut. fin.* cõſequenter,
& ipſa inhibitio, *Lancellott. de attent. lit. pend. in præfat.
num.* 520. & 521. Defecit præterea omne etiam intereſſe, tàm eiuſdem Benedicti, quàm ipſius hæredum,
quos certum eſt de geſtis, vel gerendis, & pecunijs exa-
4 ctis, vel exigendis poſt mortem dicti Benedicti non teneri iuxta *l. fin. C. de peric. tut. l. dius 32. ff. de admin.
tut. Aldobran. §. 1. num. 35. verſ. tertiò limitatur, Inſt. de
ſatiſdat. tut.* Et propterea inhibitio venit reuocanda,
*l. tutor 40. vbi Alberic. num. 2. de min. Hering. de fideiuſſ.
cap. 19. num. 67. Rota in Marſicana iuriſdictionis 6. Aprilis* 1601. *coram Corduba.* Et hinc quoque ceſſauit ſecunda
cauſa inhibitionis ibi expreſſa, videlicet metus dilapidationis, ac diſſipationis, quia poſt mortem dicti Benedicti illa ampliùs in periculum, ac damnum ipſius hæredum cedere non poterat ex prædictis; vltra quòd nec
5 aliqua fuit iuſtificata cauſa dictæ dilapidationis ſuſpicionis iuxta requiſita *per Gloſ. in l. ſi fideiuſſor, §. fin.
in verbo officium, ff. qui ſatiſdà. cog. et Gayl. lib. 1. obſeruat.*
148. *num.* 7. Imò nec vlla penitus ſuper illa apparet adhibita cognitio, prout requirebatur *Bald. in d. §. fin.
Alex. conſ. 6. num. 9. lib. 4. et latè per Rotã in Ciuitatis Caſtelli, ſeu Romana ſequeſtri 30. Martij, et 15. Iunij* 1615.
coram me. Quæ tantò magis neceſſaria videbatur, cum
ipſe Io. Baptiſta fuerit pro idoneo approbatus, nedum
à teſtatore, qui illum ſolum expreſsè deputauit administrationi fundaci pannorum, ſed etiam ab eodemmet
Benedicto, qui ab illo tanquam idoneo promiſſionem
releuationis indemnitatis in forma Cameræ recepit abſque vlla requiſitione fideiuſſionis, vel alterius maioris
ſecuritatis, vt ex inſtrumento *in ſummario de Ruberijs
num.* 3. Ex quibus fuit reſponſum, inhibitionem eſſe
moderandã; an autem pecuniæ ſint conſignandæ eidem
Io. Baptiſtæ, pendet à reſolutione articuli aliàs ſub die
16. Decembris 1616. propoſiti, & non reſoluti, an tutela per mortem Magdalenæ matris, & vnius ex tribus
6 tutoribus pupillorum à teſtatore conſtitutis cum clauſula, *ſimul, et coniunctim,* expirauerit quoad omnes,
prout affirmatiuè cõcludendum videretur, ſi dicta clauſula æquipolleret illi, quòd vnus non poſſit ſinè alio adminiſtrare, in qua ſic tenuit *gloſ. vlt. in cap. fin. de teſtam. in 6. et Bald. dicens hanc eſſe veritatem conſ. 208. num.
1. in fin. et conſ. 320. num. 2. et in l. cum magiſtratus nu. 2.
verſ. ſed quid in pluribus, C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.*
A *cum alleg. in alia poſitione* A, Et hoc caſu eſſet quidem
moderanda nihilominus dicta inhibitio vti obtenta à dicto Benedicto poſt obitum dictæ Magdalenæ, & ſic poſt
finitam tutelam, etiam quoad ipſum; eadem tamen
ratione non poſſet fieri conſignatio dd. pecuniarum
Io. Baptiſtæ non ampliùs tutori, abſque noua illius deputatione; ſi verò vel ex eo quia dictæ clauſulæ non
æquiparentur, vel ex alia ratione concludendum ſit,
tutelam per mortem Magdalenæ non expiraſſe quoad
omnes, tunc non ſolùm veniret reuocanda inhibitio
iuxta præſentem reſolutionem, ſed etiam pecuniæ eſſent conſignandæ dicto Io. Baptiſtæ vti vero, ac legitimo adminiſtratori. Quod tamen vti ab hodierna diſputatione ſeiunctum indeciſum DD. reliquerunt, &
tantùm pro moderatione inhibitionis reſponderunt,
vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A *Rota in Romana legatorum de Columna 12. Iunij* 1620
coram bon. mem. Vbaldo dubitauit, prout in hac deciſione,
an clauſula *coniunctim* æquipolleat clauſulæ, *ita quòd ſinè
alio procedere non poſſit,* prout etiam ſupra *coram D. meo
deciſ.* 344 *num.* 18.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ferentina bubalarum.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Teſtes pauperes, affines, famuli, & compatres
quando admittantur ad teſtificandum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertatis exceptio non repellit in totum teſtes; tantò minus cum natura negotij eſt, vt a pauperibus exerceatur, quia tunc illis ſtandum eſt.*
2 *Compaternitas teſtes non repellit.*
3 *Affinitate ſoluta affinis eſt idoneus teſtis.*
4 *Affines in gradu remoto ſunt idonei teſtes, præcipuè cum ſunt conteſtes.*
5 *Teſtes inhabiles ſupplentur ex numero, & alijs adminiculis.*
6 *Famulus non repellitur, ſi tempore depoſitionis deſijt famulus eſſe.*

DECISIO CCCXLIX.

QVIA ſub die 30. Octobris & 26. Martij
præteriti fuit reſolutũ; intrare ſpolium
ad fauorem hæredũ Laureti pro reintegratione ad armentum bubalarum,
niſi obſtarent exceptiones contra teſtes, ideo propoſito dubio, an dictæ
exceptiones obſtarent, reſolutum fuit
negatiuè. Exceptiones autem aliàs allegatæ reſpiciebant qualitatem perſonarum, necnon depoſitiones dictorum teſtium. Perſonales autem erant paupertas
primi, ſecundi, tertij, ſexti, ſeptimi, decimi, & duodecimi, quam ipſi teſtes fatentur in reſtrictu teſtium
1 dato pro Angelis ſub dicta die 26. Martij, quæ tamen
non repellit in totum teſtes, *Doct. in cap. ſi qui teſtium, de teſtibus, Cæſar de Graſſ. deciſ. 6. in princip. eodem titulo,* & hanc eſſe magis communem opinionem,
& à Rota receptam teſtatur *Farinac. de oppoſit. contra perſonas teſt. quæſt.* 57. *num.* 8. *in fin. & num.* 14.
tantò minùs attenta natura negocij, cum agatur de
proſtandis his, quæ non niſi per ſimiles perſonas à commu-

muniter accidentibus ſciri poſſunt, qui ſunt paſtores,
& cuſtodes animalium, ac operarij diurni, de proprijs
laboribus victum quærentes, qui deponunt de cuſtodia
huiuſmodi animalium, ac eorum paſculi fructibus, vi-
delicet caſeo, prouaturis, & alijs, quæ non niſi ex ſimi-
libus perſonis pertractantur. Secundò opponitur, quòd
2 aliqui ex ipſis erant compatres q. Laureti, videlicer ter-
tius, quintus, ſed nec iſta exceptio repellit *Bald. in l.
parentes num. 9. verſ. idem dico, & ibi Salic. num.* 1. *C.
de teſtib. cum cumulatis per Farinac. qui de communi, &
veriſſima opinione teſtatur quæſt.* 54. *num.* 198. & 199.
Tertiò eſt affinitas infraſcriptorum, quæ tamen viſa fuit
Dominis non eſſe talis, quæ poſſit teſtes repellere, nec
ratione gradus, nec ratione affectionis, quę ex affinirate
reſultat; nam tertius iuxta quartum *in dicto ſumma-
rio de Angelis num.* 4. dicit, ſe eſſe conſanguineum Lau-
reti; *perche mia moglie è nepote cugina da canto di madre di
detto Loreto.* quartus verò iuxta quartum *num. 7. l'anno
paſſatò morſe mia moglie, che pigliai tre anni prima, qual'
3 era nepote di Loreto*, & ſic dicta affinitas fuit ſoluta per
mortem dictæ vxoris ipſius teſtis *l. 3. §. affinitatis, ff. de
poſtul. cap. infames, §. affinitates* 3. *q.* 7. & ideo eſt idoneus
teſtis, latè *Gabr. de teſtibus concl.* 15. *num.* 4. *Sebaſt. Med.
tract. mors omnia ſoluit par.* 2. *concl.* 6. *ante num.* 22.
ſextus iuxta ſecundum num. 9. *Io non ſon parente in neſ-
ſun grado di Loreto, ſe bene Saturno mio fratello gli è co-
gnato carnale*: decimus iuxta quartum *M. Loreto Peſce
mi è cognato carnale*, & ſic patet, eos omnes eſſe in gra-
du remoto, quare non repelluntur, *Card Mantic. deciſ.*
4 327. *num.* 5. quinimò ſunt idonei, cum habent cōteſtes,
vt per eundem *Mantic. ibidem, & deciſ.* 228. *num.* 2.
ſed quicquid ſit, illorum depoſitiones ſupplentur ex alijs
adminiculis, & ex numero aliorum teſtium, prout ge-
5 neraliter dicitur de teſtibus inhabilibus, quorum fides
ſuppletur ex numero aliorum, vt latè per *Farinac. di-
cta quæſt.* 54. *num.* 67. *& ſeqq. & dictum fuit in alia Co-
limbrien. matrimonij coram me ſub die* 14. *Decembris*
A 1615. A. Alij autem teſtes non patientes exceptiones
perſonales, fuerunt ponderati in dictis reſolutionibus,
prout etiam adminicula, & præcipuè inſtrumentum
emptionis bubalarum per Lauretum factæ à Virgilijs,
& quietantia ſolutionis pretij, & hodie datur etiam in
ſummario hæredum Laureti depoſitio vnius teſtis pro
dictis de Angelis poſt dictas reſolutiones, deponentis,
quòd Ioannes mittebat prouaturas Laurero, & quòd
bubalæ non erant Ioannis, quia mater dicti Ioannis illi
dixit volenti multoties emere de dictis prouaturis, illas
non poſſe vendere, cum dictæ bubalæ non eſſent ſuæ.
Exceptiones verò reſpicientes dicta, & depoſitiones
eorundem teſtium viſæ fuerunt Dominis leues, & non
in ſubſtantialibus, ſatis euacuatæ per informantes; nec
ſubſiſtit exceptio mendacij oppoſita contra nonnullos
ex teſtibus Laureti (vt ſupponitur) dicentes, quòd ipſe
conſignauerat, ſeù in cuſtodiam dederat Ioanni armen-
tum bubalarum, timens ſuper eis exequutionem im-
minentem occaſione cuiuſdam obligationis, & fideiuſ-
ſionis per eum factæ pro Lutio Vertucio pro Cancella-
ria Froſinonis, ad fauorem Dominorum de Filonardis,
quæ tamen fideiuſſio fuit facta longè poſt conſignatio-
nem dictarum bubalarum per Lauretum factam Ioanni,
& quòd ita etiam Lauretus articulauit, *vt in ſummario
dd. de Angelis num.* 4. Nam quoad articulos, de quibus
in dicto ſummario de Angelis ſub dicta die 26. *Martij num.*
4. vltra quòd articulans non fatetur, in dicto articulo
nihil dicitur, quòd Lauratus dederit bubalas in cuſto-
diam Ioanni timore mandari executiui occaſione obli-
gationis factæ pro dicto Vertucio pro Cancellaria Fro-
ſinonis, ſed ſolùm timore mandati executiui expediti
per D. Marcellum Filonardum contrà dictum Laure-
tum, & ſic nihil de obligatione Laureti pro dicto Ver-
tuccio; tertius autem teſtis Laureti ſuper ſecundo ar-
ticulo, dum dicit, d. Lauretum timuiſſe dictam execu-
tionem occaſione fideiuſſionis factæ pro dicto Lutio,
deponit de auditu à Ioanne, nec dicit, quòd dicta exe-
cutio eſſet commiſſa pro obligatione facta ad fauorem
DD. de Filonardis; & ſextus ſuper ſecundo ſimiliter lo-
quitur de auditu à Laureto, & de traductione bubala-
rum ex ſylua nuncupata de Muli in territorio Ferentini
per paura non gli foſſero pigliate per eſſecutione, prout fue-
rat facta executio cuidam alteri ſuper quibuſdā vaccis;
11. verò ſuper ſecundo dicit, Lauretum conſignaſſe di-
cta animalia Ioanni, ne caperentur in executionem pro-
pter mandatum executiuum contra eum relaxatum vel
fideiuſſorem dicti Lutij: non tamen dicit, ex qua cauſa
fuerit facta dicta obligatio, nec quòd ad fauorem dd.
Dominorum de Filonardis, & ſic difficultas ceſſat ex
facto. Exceptio etiam famulatus contra ſeptimum,
octauum, nonum, & decimum, non obſtat, quia omnes
6 deponunt, ſe fuiſſe aliàs famulos, & ſic ante depoſitio-
nem, & ideò non repelluntur, *vt per Gabr. de teſtibus
concluſ.* 10. *num.* 9. Propterea fuit concluſum vt ſupra,
informante ſolùm vna parte hæredum dicti Laureti, al-
tera ſæpius citata, & allegante, ſe produxiſſe nouam
materiam articulorum, & nonnullos teſtes examinaſſe,
quæ tamen materia non concernit exceptiones dicto-
rum teſtium, &c.

A Hanc deciſionem in his terminis ſequuta eſt *Rota infra
deciſ.* 359. *num.* 13. *& deciſ.* 572. *num.* 11. *& deciſ.* 727.
num. 12.

Romana Laudi.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Communis res, quæ non patitur commodam
diuiſionem, adiudicatur vni ex dominis, ſo-
luta alteri portione in pecunia numerata:
competit autem optio habenti maiorem par-
tem, vel aliàs fit adiudicatio arbitrio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Optio competit habenti maiorem partem rei communis, an velit totam rem habere, vel illius pretium.*
2 *Communis res vni ex ſocijs tota adiudicari poteſt, ſoluta alteri portione in pecunia numerata.*
3 *Optio competit habenti maiorem partem rei communis, etiam in licitatione, & deliberatione.*
4 *Arbitrio Iudicis committitur rem communem alteri ex poſſidentibus adiudicare.*
5 *Commiſſionis forma ſeruanda eſt.*

DECISIO CCCL.

IN commiſſione Sanctiſsimi de partium
conſenſu expedita inter cetera conti-
netur facultas cogendi Dominos de
Donis ad ſoluendum D. Alberico ra-
tam integram ei debitam de nomini-
bus debitorum communium, à quibus
quomodolibet fuerint ſatisfacti; de

anne

anno 1608. & ſic ante latum laudum, fuit per quendam Peregrinum vnom ex dictis debitoribus aſsignata in ſolutum domus, de qua agitur, quæ fuit ab inde citra locata, vt ex libro dicti laudi *fol.* 24. & ex alio intitulato, *dell' obligationi*, & ex partita extracta ex libro ſpolij, & inter partes etiam non controuertitur; cumque D. Albericus petierit illam diuidi vti communē, & quatenus id commodè fieri nō poſſet, fieri partitū per Donos habentes maiorem partem, vt illius ratam conſequi poſſet; factaque per peritom electum relatione, quòd dicta domus commodam non patitur diuiſionem, fuit dubitatum, an eſſet locus dicto partito; & Domini abſque vlla difficultate affirmatiuam amplexi ſunt opinionem. Cum enim Albericus in ea habeat ſolummodo quintam partem, & ſic minorem iuxta reſolutiones aliàs factas, Doni verò reſiduū, & ſic maiorem; cumq. illi propterea
1 habeant optionē, an velint totam domū, vel pretium illius, *vt eſt text. in l. ſancimus, §. ne autem, & ibi Bellaper. circa fin. verſ. item vides Odofr. in princ. verſ. tertiò dicitur. Bald. num. 9. & Salyc. in princ. C. de donat. Iaſ. in §. quadā num.* 59. *Inſtit. de act. gloſ. ad Stat. Bonon. ſub rubr. de Iud. diuiſ. §. & ſi res in verbo, prouocato*, vel poſſit to-
2 ta adiudicari vni ex partibus cum condemnatione, vt alteri ſatisfaciat de illius parte in pecunia numerata, *ad l. ſi familiæ* 56. *& ibi gloſ. ff. famil. erciſc. l. ad officium* 3. *C. comm. diuid. §. quadam Inſtit. de act. Azo. in ſum. C. comm. diuid. num.* 8. *verſ. quòd ſi commodè, Ruin. conſil.* 149. *per tot. lib.* 4. *Decian. reſp.* 15. *num.* 38. *vol.* 1. Et diſponitur etiam in ſtatuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 101. *in nou.* Vel in pari licitatione, ſeù oblatione ſit facien-
3 da talis adiudicatio dictis de Donis, tanquam habentibus maiorem partem, vt ita intelligendum eſſe *Bal. in d. l. ſancimus, C. de donat.* declarant *Corn. conſil.* 81. *num.* 13. *verſ. nec obſtat lib.* 2. *Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part.* 11. *num.* 13. *in fin.* Capic. *deciſ.* 36. *num* 1. *Tiraq. de iur. primog. quæſt.* 60. *num.* 15. *verſ. nam in alijs Hect. Felic. de ſociet. cap.* 39 *num.* 88. Multò magis viſum fuit poſſe fieri prædictum partitum, vt aliàs ſenſit Rota in ſimilibus terminis in vna *Romana horti* 27. *Iunij* 1607. *coram R. P. D. meo Caualle-*
4 *rio*, cum totum ſit Iudici arbitrarium, *Bald. in dicta l. ad officium, ſub num.* 5. *verſ. quia modus*, C. *comm. diuid. Iaſ. in d. §. quadam, num.* 58. *verſ. finaliter, Inſtit. de act. Ruin d. conſil.* 149. *num.* 1. *lib.* 4. *Boer. quæſt.* 46. *num.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 123. *num.* 1. Non obſtat, quòd Albericus nihil habere debeat, niſi de lucris, quæ non poſſunt cognoſci, niſi extracto, & reſtituto Donis capitali; quia clara in hoc eſt forma com-
5 miſſionis Sanctiſsimi, à qua receden. non eſt, & obſeruantia etiam comprobauit, quia hac exceptione non obſtante idem Albericus fuit ſatisfactus de pluribus alijs nominibus debitorum. Minùs obſtat, quòd domus non ſit nomen debitoris, ſed de effectis rationis banchariæ, quæ iuxta conuentionem Donis remanere debet; quia huiuſmodi conuentio intelligitur de appaltibus, aliſque negocijs, qui vulgò dicuntur, effecta, à domus autem non poteſt dici talis, dum à certo debitore fuit in ſolutum data, & fuit tradita loco pecuniæ, & acceptata per creditorem, prout fieri poteſt ex vulg.

Et ità fuit ſinè difficultate vtraque parte informante concluſum.

Hiſpalen. Canonicatus.

Lunæ 5. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur quando per ſcripturas contrarium conſtat in actis, vel quando articuli ſunt inter ſe contrarij, ſeù irreleuantes; & de electione, ac contemptu eligentium vide plura in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur, quoties contrarium per ſcripturas in actis apparet.*
2 *Articuli inter ſe contrarij ſunt inadmiſſibiles.*
3 *Remiſſoria non datur, ſi materia articulata non releuat.*
4 *Contemptus eligentium non poteſt ab alio allegari, quàm ab ipſis contemptis.*
5 *Oppoſitio ſola non ſufficit, ſed neceſſaria eſt proſecutio contemptus ad annullandam electionem intra tempus ad eligendum.*
6 *Electio non poteſt impugnari poſt præſtitum conſenſum illius validitati.*
7 *Scrutinium pro parte approbare, et pro parte reijcere nemo poteſt, cum ſit indiuiduum.*
8 *Eligentiū numerus non conflatur per voces contemptorum, licèt ipſi ſuum contemptum poſſint proſequi, vel electionem iam factam corroborare accedendo illi: debent tamen computari ad agnoſcen. an electio ſit facta à maiori parte, num.* 12.
9 *Veniſſe non dicitur qui non ſtetit.*
10 *Votum dandum eſt Capitulariter, et de tempore ſcrutinij, aliàs non ſuffragatur, & num.* 13.
11 *Electio, præſentatio, & quilibet actus per Capitulum, vel vniuerſitatē factus, collegialiter explicari debet, & inſimul conſenſus vel diſſenſus præſtari.*

DECISIO CCCLI.

CVM contra D. Ioannem prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſione immiſſum D. Antonius proſequendo petitorium dederit articulos ſuper falſitate narratiuæ Ioannis, videlicet diſcordatæ electionis ſimultaneæ Epiſcopi, & Capituli, & petierit remiſſoriam; Domini dilata dubij reſolutione die quarta Iulij præteriti, hodie hanc petitionem reijciendam cenſuerunt. Moti, quia Antonius intendit per teſtes probare illud, de cu-
1 ius contrario conſtat per ſcripturas, quo caſu remiſſoria denegatur, *Cardin. Seraphin. deciſ.* 1460. *num.* 4. *& fuit dictum in Vlixbonen. iuris conferendi* 7. *Februarij* 1607. *coram Illuſtriſs. Lancellotto, & in Ianuen. domorum* 8. *Octobris* 1614. *coram R. P. D. Manzanedo.* Secundus namque articulus continet electionem à Capitulo trium Canonicorum, ſcilicet Camargæ, Salablancæ, & Pinelli, qui tamen in proteſtationibus per ipſos factis, tàm voce, quàm per ſcripturam in votis clauſis Iudici exhibitis, & in mandato procuræ, & in petitione procuratoris nedum vnquam conqueſti fuerunt de huiuſmodi violenta expulſione, ſed imò allegarunt ſe noo fuiſſe vocatos, vt in actibus, & iuribus ab ipſomet Antonio productis, & in *ſummario datis ſub num.* 4. Et ſimiliter quatenus in vltimo articulo ponitur, duos

ex dd. Canonicis, videlicet Salablancam, & Pinellum
vota ſua dediſſe Decano in actu electionis, conſtat aper-
tè de contrario ex ſupradictis eorum proteſtationibus,
in quibus conqueruntur, ſe non fuiſſe vocatos, & quòd
ſi interueniſſent, eadem vota dediſſent; & cum hic arti-
2 culus intereſſentiæ, & præcedens expulſionis ſint inter
ſe contrarij, hoc ipſo redduntur inadmiſſibiles, *Innoc.*
in cap. fraternitatis, in fin. de teſt. Vital. in clement. 2.
num. 144. *eodem tit. & fuit dictum in Tolen. beneficij* 9.
Iunij 1595. *coram Cordnba.* Et vlteriùs videbatur Do-
3 minis, materiam articulatam non releuare, & ſic non
eſſe dandam remiſſoriam, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 5.
de dilat. Caputaq. deciſ. 32. *part.* 2. *& deciſ.* 66. *part.* 3.
Rota in recentiorib. deciſ. 6. *part.* 2. Irreleuantia autem
ex eo deducitur, quia hæc prætenſa expulſio, licèt pro-
4 bata nihil faceret, cum de illa tantùm poſſint opponere
ipſimet eiecti, & contempti. *Feder. de Sen. conſil.* 148.
in fin. verſ. præterea, & conſil. 214. *in fin. verſ. item*
dico, & conſil. 227. *verſ. vlt. Creſcent. deciſ.* 6. *num.* 2. *de*
procurat. nec etiam ſola oppoſitio ſufficeret, ſed neceſ-
5 ſaria fuiſſet proſecutio contemptus ad annullandam
electionem, *Butr. in cap. in Geneſi, num.* 28. *prope fin.*
verſic. circa iſtam partem, & ſanè etiam infra tempus ad
eligen. *Petr. de Biaxio in direct. elect. cap.* 7. *num.* 4. *verſic.*
& nota, part. 3. *Franc. Marc. deciſ.* 1342. *Lamber. de*
A *iurep.* 2. *part.* 2. *lib.* 6. *quæſt. princ. art.* 26. *num.* 7. A,
de quo non ſolùm fumus aliquis non datur, quinimò
contrarium reſultare videtur per exhibitionem voto-
rum coram Iudice poſtea factam ab eiſdem tribus Ca-
6 nonicis petentibus illa admitti, & connumerari cum
aliorum votis, *vt in ſummario Antonij num.* 7. *&* 9. *ad*
gloſ. in cap. Eccleſia, il ſecondo, verſic. dicere, circa medium,
& verſic. non credo, & verſic. valebat, in fin. de elect. Card.
col. 2. *poſt med. verſic. quintò oppono, Petr. de Biax. d. cap.*
7. *num.* 3. *& ſeq. & dictum fuit in hac cauſa ſub die* 13.
Februarij 1617. nec abinde poſtea recedere potuerunt
ex reg. quod ſemel placuit, &c. Card. in d. cap. Eccleſia,
col. 2. *verſic. quintò oppono*, dicens poſt huiuſmodi con-
ſenſum non poſſe contemptum electionem impugnare.
Et licèt votauerint tantùm ad fauorem Antonij, ratione
7 tamen indiuiduitatis non potuerunt vnum, & idem
ſcrutinium pro parte approbare, & pro parte non,
Card. in d. cap. Eccleſia, col. 4. *in fin, verſic quintò quæro, &*
ibi Abb. num. 10. *verſ. ſed dominus meus.* Secundò, col-
ligebatur irreleuantia, quia tàm præcedens tractatus
Capituli ſuper excluſione dictorum Canonicorum con-
tentus in primo articulo, quàm prætenſa eiectio in
ſecundo, & tàm proteſtationes eorumdem in tertiò,
quàm votatio per ipſos facta ad fauorem Antonij in
tertio, & vltimo, & ſic tota articulata materia pro
probata admiſſa adhuc non tollit diſcordiam in literis
Ioannis expreſſam, inde enim non augetur numerus
vocum pro parte ipſius Antonij, quia contempti non
ſunt computandi in numero eligentium, licèt (vt dictum
8 eſt) poſſint ſuum contemptum proſequi, vel accedendo
corroborare electionem iam factam, quæ aliàs volen-
tibus ipſis caſſari poterat, *Butr. in cap. auditis, num.*
28. *verſic. ſed certè, de elect. & in d. cap. Eccleſia, num.* 9.
& ibi Anchar. Abb. & alij, Petr. de Biax. dicto cap. 7. *num.*
3. *&* 4. *cum citatis in hac cauſa d. die* 13. *Februarij, &* 23.
Iunij anni præteriti, quod quidem clarum eſt non ſo-
B lùm quoad duos, qui extra Capitulum votarunt B, ſed
etiam reſpectu Camarghæ, qui licèt in dicta ſua decla-
ratione dicat, ſe votum ſuum in Capitulo Decano con-
ſignaſſe prout etiam per Antonium articulatur, & de-
ponunt teſtes pro ſumo ad perpetuam rei memoriam
examinati *in nouo ſummario ipſius num.* 3. attamen ipſe
deceſſit non expectato tempore electionis, & ſic veni-
9 re non dicitur, cum non ſteterit, *cap. ſi poſtquam, & ibi*
gloſ. & cap. cupientes, §. quòd ſi in gloſ. in verbo compa-
reat de elect. in ſexto, & cum votum non dederit in actu
ſcrutinij, qui actus ratione temporis ſolet diſtingui ab
actu electionis, & tractatus de eijciendo intereſſatos,
10 vt ex inſtrumento hinc inde dato, non eſt illud in numero
aliorum computandum, *Butr. in d. cap. in Geneſi, num.*
22. *&* 28. *in fin. Abb num.* 11. *idem Butr. in d. cap. au-*
ditis, num. 18. *& in d cap. Eccleſia, il ſecondo, num.* 9.
verſic. nota ſecundò, & ibi Imol. num. 5. *verſic. & eſt ra-*
C *tio* C, nec iſtud eſt ſpeciale in electione, ſed generali-
ter in omnibus explicandis per Capitulum, & vniuerſi-
tatem, vt ſcilicet collegialiter, & ſimul in vnum conſen-
11 ſus, vel diſſenſus præſtetur, & actus expediatur, *Abb. in*
cap. quia propter, num. 12. *de elect. & in d. cap. in Geneſi,*
num. 7. *poſt Butr. d. num.* 28. *verſ. & idem in præſenta-*
tionibus Rectorum, qui *in d. cap. auditis, num.* 8. dicit, quòd
etiam ante formam illius capituli exigebatur conſenſus
vt in vnum, & certo tempore ad idem, *Bald. in l. &*
ſnum, §. dec tamen, ff. de pact num. 1. *verſic. nota ibi in-*
ſimul conueniant, ſimul tractent, & declarent. & Ang. poſt
eum num. 1. ibi, (requiritur, quòd ſimul, & ſemel eorum
voluntatem declarent.) Prædictis accedit vltimum ſcru-
tinium in tertia Capitulari congregatione habitum, in
quo canonizatur diſcordia in præcedentibus ſcrutinijs
concluſa, & cui vti vltimo, & magis deliberato ſaltem
declaratiuè ad præcedentia ſcrutinia ſtandum eſſet.
Et ex his DD. pro denegatione remiſſoriæ concluſerunt.

ANNOTATIO.

A Etiam ſi contempti non proſequantur contemptum, eo-
rum vota debent numerari ad agnoſcendum, an habito re-
12 ſpectu ad illos electio facta fuerit à maiori parte, quia aliàs
remaneret nulla, *Innoc in d. cap in Geneſi, num.* 8 *& poſt*
eum Compoſtell. num. 7. *verſ quæro ſic. & declarant ibidem*
Card. col 4. *in* 7. *oppoſ. verſ. dic ſecundum, & Abb d num.*
11. *de elect.*

B *Ripa in cap cum Eccleſia Sutrina num.* 13. *de cauſ poſſ &*
propr. vbi quod per Canonicos non poſſunt mitti vota,
neque in ſcriptis, neque per nuncium, & ſi de tempore
electionis quis recedit a loco Capituli, eius voti non eſt ha-
benda ratio *cap. cum nobis de elect. vbi Abb num.* 3 *fuit di-*
ctum in Cæſarauguſtana electionis 20. *Martij* 1623. *co-*
ram Reuerendiſſimo Domino Decano. & idem dicendum eſt
de eo, qui noluit votare *gloſ in clem quod circa in verb quo*
in facto. ante fin verſ & in his etiam vbi Vitalin num.
29. *verſ aut fuerunt vocati Nauar conſ* 7. *num.* 1. *de elect.*
in nou. Rodriq. quæſt. regul. tom. 2. *quæſt.* 52. *art.* 13. *Mi-*
randa in Manual Prælat. regular. part. 2. *quæſt.* 23. *art.* 20.
& fuit firmatum in d. Cæſarauguſtana electionis coram
Reuerendiſſimo D Decano.

C Vota data extra Capitulum, & poſt factum ſcrutinium
13 non augent numerum eligentium. *Oſt in d cap in Geneſi,*
num. 17. *in princ. Io Andr. num.* 18. *circa med. Anchar.*
col. 3. *in* 5. *not circa fin. ibi ratificatio ergo, Bellamer. num.*
7. *in fin.* 3. *oppoſ. verſ & tamen Card. col.* 4. *in* 2. *oppoſ.*
verſ. vnde etiam Abb ſub num 11. *gloſ in cap. Eccleſia il*
ſecondo verb. adijcere, circa med. verſ non credo, & verb.
valebat in fin. Innoc num. 3. *circa princ verſ. non autem*
Oſt num 11. *poſt princ verſ. numerum tamen, & num.*
27. *verſ. nec obſtat. Io Andr. num.* 8 *ibi nil tamen Bald.*
num. 4. *Anchar num.* 4 *ad fin.* 2. *quæſt verſ. & licèt vota*
de elect. Ea ratione, quia non ſunt præſtita, nec tempore
congruo nempè ſcrutinij, nec loco congruo nempe Capi-
tulari, *Bald vbi proximè Anan d. cap Eccleſia num.* 1 *verſ.*
& eſt ratio de elect. & Petr. de Biaxio in direct. elect. part.
3. *cap.* 7. *num.* 4. Quæ autem requirantur pro validitate
ſcru-

ſtutini). & electionis iuxta terminos *cap. quia propter, de elect. vide latè in Treueren. Abbatia* 20. *Nouembris* 1624. *& 24. Ianuarij* 1625. *coram Reuerendiſs. D. Coccino Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Collen. Hæreditatis.

Mercurij 5. Nouembris 1618.

Argumentum eſt ipſe numerus ſummarij.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt patruo in capita, non in ſtirpes.*

DECISIO CCCLII.

FACILIS viſa fuit Dominis reſolutio dubij propoſiti, pro qua parte videlicet eſſet dada immiſſio Mariettæ nepti ex fratre q. Marij ab inteſtato defuncti. Nàm cum firmatum fuerit per deciſiones, eam eſſe neptem, & non excluſam per ſtatutum Vrbis, & ſic domicilij defuncti, nec Ciuitatis Collen. loci originis, & in confeſſo ſit, dictum Marium reliquiſſe ex fratribus quatuor nepotes maſculos, & duas fœminas: hæreditas venit diuidenda inter eos, non in

1 ſtirpes, ſed in capita, ſecundùm opinionem *Azon.* quam ſolita eſt ſequi Rot. in hac quæſt. vti veriorē, ex duabus deciſionibus, videlicet *in Bononien. ſeu Rom. iuris ſucceden.* 10. *Aprilis* 1592. *coram Illuſtriſsimo Blanchetto, & coram Illuſtriſſimo Millino in Romana hæreditatis* 1. *Iulij* 1602. & ſuperfluum eſt, iura, & rationes, quibus hæc opinio comprobatur, recenſere, cum illis nihil addi poſſit, & præcipuè conſideratis in dicta diciſione Cardinalis Blanchetti, *& in alleg. deciſ. Theſaur.* 162. *& eruditiſſimè per Morot. tunc Palatij Pedemontani Referendarium in conſil.* 1. *per tot.* vbi in fine ſubdit, hanc partem amplectendam eſſe ita dictante naturali ratione, & æquitate, & ſententiam *Azon.* omnino amplectendā, nec ab ea eſſe in iudicando recedendū, pro qua ſtant ius antiquum, rationes vrgentiſſimę, conſuetudines locorum, ratio naturalis, & æquitas, & tandem ſententia glorioſ. mem. Caroli V. ibi impreſſ. & ita poſtea fuiſſe deciſum per legem generalem Ducis Sabandiæ, participato voto procerum, & Senatus, de qua etiam teſtatur *Theſaur. d. deciſ.* 162. *cuius meminit Morot. in fin.* fit mentio dicti conſ. Morot. & alterius iuriſconſ. tunc primā Cathedrā tenentis, quam etiā *Cuiac ſuper tit. C. de legati hæred. poſt med.* vbi hanc opinionem comprobat, & dicit hoc paſſim eſſe receptum, & nouiſſimè *per Caſtill. quotid contro-*

A *uer. cap.* 19. *num.* 81. A.

Ex præmiſſis igitur concluſum fuit, immiſſionem eſſe dandam dictæ Mariettæ pro ſexta parte, ipſa tamen ſola informante, parte pluries intimata nihil opponente.

ANNOTATIO.

A Hanc opinionem, quòd nepotes ſuccedant patruo in capita nōn in ſtirpes, ſequuta etiam *eſt Rota in Peruſina ſucceſſionis* 9. *Decembris* 1615. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Veroſpio in Romana, ſeu Gaſenaten. hæreditatis* 6. *Nouembris* 1619. *coram R. P. D. Pirouano, & in Florentina fideicommiſſi de Cambijs* 9. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto, in quibus hanc deciſionem D. omnes amplectitur.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeù Tiburtina Caſtrorum.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis inducitur ex mandato ad adeundum, & ex verbis in eo appoſitis, *acceptauit, & acceptat hæreditatem.* Statutum requirens conſenſum viri in contractibus vxoris non habet locum, quando vxor cum viro cōtrahit, ſed ſufficit Iudicis interuentus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas adita cenſetur ex conſtitutione procuratoris ad adeundum.*

2 *Verba in mandato procura appoſita,* acceptauit, & acceptat, *hæreditatis aditionem inducunt.*

3 *Statuta loci attenduntur in his, quæ concernunt ſolemnitates contractus, ſeu quaſi.*

4 *Statutum in contractu mulieris viri conſenſum requirens, non procedit in actu geſto cum ipſo viro, ſed ſola Iudicis authoritas ſufficit.*

5 *Clauſula,* ac omni meliori modo, *capit alios modos, vltra expreſſos.*

DECISIO CCCLIII.

DEFVNCTA ab inteſtato D. Catherina Vrſina de menſe Auguſti 1617. petita fuit immiſſio in poſſeſſionem Caſtrorum, de quibus agitur, vel per eam de tempore eius vitæ, & mortis poſſeſſorum, per D. Franciſcam eius ex primo matrimonio filiam, & D. Petrum Paulum patruum, & ceſſionarium D. Olympiæ in ſeculo, & in Monaſterio Mariæ Iſabellæ eiuſdem D. Franciſcæ ſororis, ex remedio, *Quorum bonorum*, quibus oppoſita fuerunt plura, & præſertim defectus legitimationis perſonarum, & ſuper ea propoſito dubio, ac dilata reſolutione 18. Maij, & 5. præſentis menſis, hodie reſponderunt DD. pro legitimatione perſonæ D. Franciſcæ, reſeruata inſpectione quo ad dictum D. Petrum Paulum. Nam ipſam fuiſſe filiam d. q. Catherinæ ex primo matrimonio, eſt in confeſſo inter partes, nec de hoc opponebatur, & fuit etiam probatum per duos teſtes *in ſummario prima poſitionis*; eſſe autem eiuſdem matris hæredem, quod ſolùm controuertebatur, patet ex publico inſtrumento celebrato Mediolani patriæ D. Michaelis ipſius viri 13. Februarij præt. in qua vltra reuocationem mandatorum, & procuratorum, de quibus in eo, ac conſtitutionem dicti eius viri ad adeundam hæreditatem maternam pro dimidia ſibi

1 delatam, per quam ſolam conſtitutionem procuratoris cenſebatur eo ipſo hæreditas adita *gloſ.* 1. *in l. per procuratorem* 89. *ff. de acquir. hered. vbi Odofr. Bart. & Caſtren.* qui *num.* 3. dicit *gloſ.* cōmuniter à Doct. approbari, *Marant. in l. is poteſt, num.* 68. *ff. eodem,* ipſa adiuit

2 per hæc verba, *prout ex nunc dicta conſtituens acceptauit, & acceptat, adiuit, & adit,* &c. quæ verba ſanè clara inducunt ſinè dubio aditionem *Bart. in l. gerit num.* 9. *verſ. circa primum ff. eodem, Alex. & Iaſ. vterq num.* 3. *in l. pro hærede, & Marant. in d. l. is poteſt, num.* 48. *cum plurib. per Menoch. præſ.* 100. *num.* 5. *lib.* 4. Inſtrumentum autem, vltra licentiam Senatus in ea inſertam, fuit

etiam celebratum cum ſolemnitatibus ſtatuti illius Ciuitatis *ſub rubr. de ſolemn. in alien. & oblig. mul. obſer. cap.* 328. ſcilicet auctoritate, & decreto Iudicis ordinarij ſupplentis defectum agnati, quo D. Franciſca iurauit ſe carere in Ciuitate, & Ducatu iuxta formam 3 eiuſdem ſtatuti, cuius obſeruantia ſufficit: cum in his attendatur ſtatutum loci contractus, vel quaſi, *Bart. in l. cunctos populos, num. 13. in fin. & 14. C. de Summ. Trin. vbi Bald. num. 93. Salyc. num. 4. & communiter ceteri, de communi Iaſ. conſ. 48. num. 3. lib. 1. cum alijs per Lamberteng. de contr. mul. gloſ. 2. num. 20. in fin. & 35. & per Surd. conſil. 257. num. 1. Rot. deciſ. 384. num. 1. part. 1. diuerſ.* Non obſtat defectus iuramenti viri, quòd in veritate credat, contractum, vel quaſi cedere ad vtilitatem ipſius mulieris. Quia cum præſens contra4 ctus geſtus fuerit cum ipſo marito ab eo conſtituto procuratore, non fuit neceſſarius illius conſenſus, ſed ſatis fuit auctoritas Iudicis ſupplentis defectum agnati, vt expreſsè diſponit idem ſtatutum *in verſic. & vbi agnatum*. Quin etiam ex ſecunda parte eiuſdem ſtatuti *in verſ. ſaluo quòd, &c.* loquente in ſpecie de conſtitutione procuratoris ad defenden. & agendum contra virum, & quam... t perſonam, & quælibet bona ex ſucceſſione aliqua, & dote, legato, &c. non fuit neceſſarius conſenſus viri, nec agnati, nec alterius perſonæ, *dummodo* (vt ſunt verba ſtatuti) *hoc fiat in præſentia alicuius ius dicentis, non obſtante ſtatuto prædicto, nec alio ciuili, vel municipali in contrarium edito, vel edendo*. Nec ſubſiſtere viſum fuit, quòd D. Franciſca ſe reſtrinxerit ad contrahendum vigore dictæ licentiæ per verba in principio inſtrumenti appoſita, *faciens dicta Domina infraſcripta omnia cum beneficio infraſcriptarum literarum*; cum legatur etiam adiecta clauſula, *ac omnibus melioribus, modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus magis, melius, validius, & efficacius de iure fieri potuit,* 5 *ac debuit, at poteſt, & debet*, quæ ſtante copula, ac, alios modos capit vltra expreſſos, *Verall. deciſ. 124. lib. 1. Creſc. deciſ. 11. in fin. de dol. & contum. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 3. & 4. de elect. & fuit aliàs ſæpius deciſum.* Ex quibus ita deciſum fuit, &c.

Romana penſionum.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Beneficij fructus ad iuſtificandam penſionem, cum clauſula, *Dummodo remaneant centum, &c.* non augentur penſione domus à Rectore inhabitatæ, nec oblationibus ei ſolutis ab aliqua Vniuerſitate, ratione pij conuentus in ſua Eccleſia; ſicut nec minuuntur ratione mercedis clerico ſoluendæ.

SVMMARIVM.

1 *Rector tenetur habitare, & reſidere in domo parochialis, nec poteſt in alia, niſi in defectum, & tunc non niſi infra limites parochiæ.*
Beneficij fructus non auget domus parochialis, in qua Rector inhabitat, quæ iuncta Eccleſiæ pars illius cenſetur.
2 *Domo legata, venit hortus, ſtabulum, & horreum contiguum, ad quæ per ipſam domum patet intrinſecùs aditus.*
3 *Domũ inhabitans, quam locare nõ poteſt, tantã penſionẽ ex ea percipere cenſetur, quantã eſſet daturus pro habitatione.*
4 *Rectoris habitatio non dicitur voluntaria, ſed coacta, & ideo in fructus beneficij non computatur.*
5 *Habitare iuſſus cum aliquo per teſtatorem dicitur oneratus.*
6 *Dictio,* liberè, *omne onus, & conditionem excludit.*
7 *Epiſcopo mille aſſignantur abſque computatione Palatij reſidentiæ, cui Rector comparatur in hoc.*
8 *Beneficij fructus non augent obuentiones, ac penſiones, quæ ſoluuntur ob ſacellum in Eccleſia conſtructum.*
9 *Anniuerſaria non computantur in valore beneficij.*
10 *Penſio, quæ ſoluitur Parocho ratione pij conuentus, qui fit per aliquam Vniuerſitatem in eius Eccleſia, non eſt certa, quia d. Vniuerſitas poteſt ad ſuum libitum illinc recedere, & in alia Eccleſia conuenire, & ideo non auget fructus beneficij.*
11 *Clerico à Rectore merces ſolui debet, iuxta loci conſuetudinem.*
12 *Clericus in Eccleſia parua, & ſinè fonte baptiſmali non debet eſſe qualificatus, nec intitulatus.*
13 *Rector non tenetur celebrare, niſi Dominicis, & feſtiuis tantùm diebus.*

DECISIO CCCLIV.

AD augendos fructus parochialis Eccleſiæ ſanctæ Luciæ nuncupatæ *della Tinta* pro iuſtificatione literarum penſionum ſuper ea per Sanctiſſimum reſeruatarum, cum clauſula, *dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore* DD. non placuit habere rationem in primis domus eiuſdem parochialis, in qua Rector reſidet, quia licèt fuerit æſtimata per peritum annuæ penſionis ſcutorum 28. tamen Rector ex ea non percipit, nec percipere poteſt aliquod commodum 1 pecuniarium. Tum quia in ea tenetur habitare, & reſidere, nec poteſt in alia niſi in defectum domus parochialis, & tunc etiam non niſi infra limites Parochiæ, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij Tridentini. Tum quia cum iſta domus ſit ipſi Eccleſiæ coniuncta, & contigua, nec niſi per eam aditus habeatur; imò ſuper extructum in ea ſit campanile, videtur pars ipſius Eccleſiæ, *l. prædijs 89. §. balnea, vbi Bart. de leg. 3. l. arbor. §. de veſtibulo, ff. com. diuid. Caſtr. conſ. 211. col. 2. propè fin. verſ. ſi verò ad habitationem, lib. 1.* & ſub Eccleſiæ nomine venit, eique cedit, quemadmodum ſub le2 gato, vel donatione domus veniunt hortus, ſtabulum, & horrea contigua, ad quæ per ipſam domum aditus intrinſecùs patet *Caſtr. in l. Olympico num. 2. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Alex. conſ. 223. num. 1. verſ. & dict. Paulus de Caſtro, lib. 2. Iaſ. in l. beneficium num. 14. ff. de conſt. princ. Card. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 35. & de tacit. &c. lib. 13 tit. 23. num. 32.* Nec obſtat, quòd licèt non poſſit alteri locari, attamen tantam penſionem 3 ex ea percipere videtur Rector, quantam eſſet daturus, ſi aliam conduceret *Bald. in l. in ſumma, §. in frumento, & ibi Iaſ. num. 3. ff. de condict. indeb. Adden. ad Crem. ſing. 181. Surd. de alim. tit. 6. quæſt. 8. num. 22. verſ. & ratio eſt.* Nam cum iſta non ſit habitatio voluntaria, nec ad proprium ipſius Rectoris commodum, ſed potiùs coacta quædam reſidentia ad faciliorem officij, & curæ functionem, iuxta diſpoſitionem dicti ſacr. Conc. vt ſupra dictum eſt: non poteſt pro commodo, & fructu æſti4 mari, imò debet ipſi ad onus, & grauamen imputari, prout in ſimili imputantur legatarijs conditiones habitationis, vel cohabitationis per teſtatores adiectæ iuxta *text. in l. qui concubinam 29. §. vxori, de leg. 3. vbi gloſ. Alber. et Bart. cum alijs cumul. in Spoletana fideicommiſſi*

22. *In-*

22 *Iunij præteriti coram me*. Multò verò minùs in præ-
ſenti caſu poteſt hæc habitatio in fructu computari, cum
decretum reſeruationis expreſsè cantet de 100 ducatis
6 liberis, quod verbum omne onus, & conditionem ex-
cludit *Soccin. conſ.* 43. *num.* 13. *lib.* 4. Et comprobatur,
quia pro congrua Epiſcopi, cui in hoc æquiparatur Re-
7 ctor per *Conc. vt ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* tàm ſacra
Congregatio, quàm Rota cõſueuit aſſignare mille, abſq;
computatione Palatij reſidentiæ, vt in illa Campanien.
penſionis *corã bon. me. Iuſto, et R.P.D. Vbaldo, in Foroſem-
pronien. penſionis coram Reuerendiſſimo D. meo Dama-
ſceno, & in alijs*. Secundò cenſuerunt DD. non eſſe ad
augmentum dd. fructuum imputandam oblationem
ſcut. 5. annuorum, quæ eidem Rectori ſoluuntur per
Vniuerſitatem Aurigarum. Nam quicquid ſit, an hu-
iuſmodi præſtatio probetur, cum non percipiatur per
Rectorem iure beneficij, & Parochialis, ſed extra, nec
ei tanquam Parrocho ſoluatur, ſed ratione pij conuen-
tus, qui fit per d. Vniuerſitatem in dicta Eccleſia, &
æquè fieri poſſet in qualibet alia, etiam non Parochiali:
non videtur imputanda in congrua Rectori reſeruata,
8 vt de penſione, quæ ei ſoluitur ob ſacellum, vel ædicu-
lam in Eccleſia conſtructam *trad. Rebuff. in tract. de con-
9 gr. port. quæſt.* 11. *num.* 88. & de anniuerſarijs, quòd
non computentur in valore beneficij, *Alphons. Perez. de
anniuerſ. & cappell. cap.* 1. *lib.* 2. *num.* 36. Maximè quia
non eſt gratuita, ſed oneroſa, vt apparet ex quictantia
ipſius Rectoris data per penſionarios in eorum *ſumma-
rio num.* 3. ibi, *quals ſono per l'oglio della lampada, & parte
della prouiſione del Chierico, che ſerue la lor meſſa di giorni di
feſta, &c.* nec eſt certa, cum dicta Vniuerſitas poſſit ad
10 ſui libitum illinc recedere, & in alia Eccleſia conuenire,
ex traditis per *Rebuff. dicta quæſt.* 11. E contra verò ad
diminutionem dd. fructuum DD. dixerunt, expenſam
pro Clerico, quam deberi pro nunc non controuertеba-
tur, taxandam eſſe ad rationem ſcutorum annuorum
12. tantùm, tum ex ſolito aliarum Parochialium nedum
paruarum, prout iſta, ſed etiam maiorum, & inſignium:
vt probant teſtes vtriuſque partis, quorum aliqui ſunt
Parochi, aliqui inſeruierunt tanquam Clerici; ad quam
11 conſuetudinem in hac materia recurritur, *gloſ. in cap.
ſtatuimus, in verbo potiorem, verſ. ſed circa hoc, & verſ. ſed
ſi nulla, & ibi Oſt. num.* 9. *Abb. num.* 1. *verſ. tamen ra-
rò, & Imol. colum.* 3. *ante med. verſic. & hoc modo, de
maior. & obed.* tum ex qualitate Eccleſiæ, & Parochiæ,
quæ cum ſit parua (vt dictum eſt) & ſinè fonte Baptiſma-
li, vt probant dd. teſtes *in ſummario penſionariorum
12 num.* 4. non exigit Clericum qualificatum, imò nec in-
titulatum, ſaltem ex obſeruantia, de qua vltra *Abb. in
cap. vt quiſq; num.* 1. *verſ. & dicit, Paul. & ibi Anchar.
A num.* 2. *verſ. quæro ſi Sacerdos, de vit. & honeſt. Cler.* A,
teſtantur in puncto ijdem teſtes *dicto ſummario num.* 5.
Et proinde iuxta exigua merita Clerici requiſiti, & par-
uam indigentiam ſeruitij illius, cum Rector non tenea-
13 tur celebrare, niſi tantùm diebus Dominicis, & feſtiuis,
DD. viſa fuit dicta taxatio ſcut. 12. ſatis æqua, & ra-
tionabilis.

ANNOTATIO.

A Idem *Panormit. in cap. fin. num.* 10. *in fine & ibi Felin.
ſub num. etiam* 10. *verſ. ex quibus colligit, de præſumpt.
Rota diuerſ. deciſ.* 56. *num.* 3. *par.* 2. *vbi num.* 4. idem eſſe,
licèt redditus ſint ſufficientes, ſi tamen ad alium puta ad
penſionarium pertinent, quod etiam firmatum fuit in hac
cauſa 6. *Aprilis* 1620. *quæ eſt deciſ.* 468. *num.* 10.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colonien. Vicariæ.

Veneris 16. Nouembris 1618.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio concedenda eſt ſuperſtiti collitiganti ad tollendas
lites, ſi non ſit intruſus, vel calumnioſus collitigans.*

DECISIO CCCLV.

LITE pendente in Rota ſuper Vicaria,
de qua agitur, inter Ioannem Ghile-
nium prouiſum à Decano Colonienſi
ex vna, & Bernardum ſubrogatum
per Sãctiſſimũ in iuribus Filomanni in-
ſtituti ab Abbate S. Martini conſerua-
toris Vniuerſitatis Colonien. defuncti
ex altera, obijt dictus Bernardus, ad cuius ius petitam
hodie per dictum Ioannem ſubrogationem illi conce-
dendam Domini dixerunt. De lite pendente non dubi-
tarunt, tàm primò inter eoſdem Bernardum, & Filoman-
num etiam in petitorio motã, vt oſtenſum fuit in deci-
1 ſione *ſub die* 26. *Ianuarij* 1618. ſuper iuſtificatione ſub-
rogationis dicti Bernardi, quàm ſecundò inter eundem
Bernardum, & ipſum Ioannem nunc ſubrogari inſtan-
tem, vt ex ſpeciali commiſſione ſuper titulo Vicariæ,
& ex actis coram me factis, & productis. Et ideo ad
litium anfractus ſucciden. & ne noui collitigantes ad-
uerſarij dentur, ad ius d. Bernardi nuper defuncti ſubro-
gandus venit ipſe Ioannes non intruſus, nec calumnio-
ſus collitigans, ſed ab Ordinario prouiſus, & in poſſeſ-
ſionem immiſſus, *iux. text. in cap.* 2. *vt lit. pend. in* 6. *&
Clem.* 1. *eod. tit. & reg. Cancell.* 28. *de ſubrogan.*
Et ita deciſum.

Ferrarien. dotis.

Veneris 16. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Attentata non dicuntur purgata, niſi res redu-
cta ſit ad priſtinum ſtatum, & expenſæ fue-
rint effectualiter reſtitutæ; nec ſufficit obla-
tio cum depoſito vnius iulij.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum parte abſente, & non citata factum eſt nullum,
niſi in caſibus, de quibus in annot. remiſſiuè.*
2 *Depoſitum apud ſacrum Montem Pietatis, vel alium
à Iudice deſtinatum fieri debet.*
3 *Paria ſunt, aliquid non fieri, vel minùs legitimè fieri.*
4 *Attentatorum purgatio requirit omnimodam reductionem
in priſtinum ſtatum.*
5 *Attentatorum purgatio omnino refectionem expenſarum
requirit.*
6 *Attentata non dicuntur purgata per oblationem refectio-
nis expenſarum, & depoſitum vnius iulij, ſed realis, &
effectualis reſtitutio requiritur; relaxatur tamen huiuſ-
modi rigor ſi cauſa committatur cum clauſula,* arbitrio
Rotæ, *& agatur de expenſis modicæ quantitatis, num.* 7.

DECISIO CCCLVI.

DIXERVNT DD. non conſtare de
ſufficienti purgatione attentatorum, quę
(vt reſolutũ fuit *ſub die* 13. *Maij* 1616.)
conſiſtebant in exactione lib. 2041. per
Catherinã facta, lite, & inhibitione Ro-
tali pendente, de pecunijs penes Rondi-
nellum mercatorem depoſitis per affictuarium, & de-
bitorem Herculis vnius ex litis conſortibus. Nam li-
cèt eadem Catherina die 26. Aprilis anni preteriti dd. li-
bras 2041. penes Martellinum, & Vellutum mercato-
res, (vt prætẽditur) depoſuerit: attamen viſum fuit, præ-
1 tenſum iſtud depoſitum nihil ſuffragari, tum vti nulliter
factum, parte videlicet abſente, & non citata *Iaſ. conſ.* 9.
num. 15. *verſ. ſecundò & fortius lib.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 28.
num. 1. *verſ. item debet fieri, Rol. qui de communi conſ.* 63.
num. 13. *lib.* 1. *Rota deciſ.* 102. *&* 450. *vtrobiq; num.* 4.
A *par.* 2. *in recentior.* A, nec apud ædem ſacram iuxtà
2 *conſt. fel. rec. Clem.* VIII. vel alium locũ per Iudicẽ deſti-
natũ, *l. acceptã, C de vſur. Curt. iun. d. conſ.* 28. *nu.* 1. *&* 2. &
3 ſic intrat regula, quod paria ſũt aliquod nõ fieri, vel mi-
nùs legitimè fieri, *vulg. l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. & in
ſpecie text. in l. ſi ſoluturus vbi Bart. & alij ff. de ſolut.
Curt. iun. vbi ſupra d. num.* 2. tum vti diuerſimodè fa-
ctum, ex quo nec penes eandem perſonam, de cuius
conditionis mutatione non conſtat, nec eo modo, quo
priùs pecuniæ exiſtebant apud primum depoſitarium:
partitæ enim penes Rondinellum cantabant ad credi-
tum dicti Herculis, penes verò dd. Martellinum, &
Vellutum partita cantat ad creditum ipſius Catherinæ,
vt ex eius lectura. Vndè tale depoſitum ſuffragari non
poteſt ad purgationem attentatorum, ad quam requiri-
4 tur omnimoda reductio rei ad priſtinum ſtatum, in quo
reperiebatur ante cõmiſſum attentatum *cap. non ſolum,
de appellat. in* 6. *Dec. conſil.* 103. *num.* 1. *cum alijs per Lan-
cellott. de purg. attent. part.* 13. *cap.* 29. *num.* 77. Præ-
5 terea non fuerunt ſolutæ, & refectæ expenſæ, prout om-
nino requiritur ad hunc effectum, *Verall. deciſ.* 56. *part.*
1. *Creſcen. deciſ.* 1. *vt lit. pend. Gayl. pract. obſeru. lib.* 1.
obſeru. 146. *num.* 11. *Rota in Toletana Cappellania* 15.
Decembris 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano*, adeo vt
nec ſufficiat oblatio per eandem Catherinam facta cum
depoſito vnius iulij: quia requiritur realis, & effectua-
6 lis reſtitutio, iuxta tradita *per Bald. in c. conquerente num.*
1. *de reſt. ſpol. & poſt eum Dec. in l. & ita, num.* 94. *C.
de eden. Card. Seraph. deciſ.* 1176. *num.* 12. quod Rota
ſeruat in iſtis iudicijs priuilegiatis, etiam reſpectu ex-
penſarum, *Lancell. d. cap.* 29. *num.* 33. *et fuit dictum
in Toletana Cappellaniæ de Paſtrana* 15. *Decembris* 1610.
B *coram R. P. D. Pamphilio in recent. deciſ.* 269. *par.* 1. B
Et ita reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A *Hac deciſione D. mei allegata dixit Beltramin. poſt Greg.
XV. deciſ.* 146 *num.* 6. *Menoch. de arbitr. caſ.* 272. *num.*
29 *& Rota poſt Cinc. de cenſ. deciſ.* 267. *num.* 5 *& fuiſſe
dictum in Romana Emphyteuſis* 9. *Decembris* 1606. *coram
Card. Lancellotto iuniori refert ibidem Beltram. num.* 23.
quibus addo Rotã in Romana 18 *mill.* 24. *Ianuarij* 1622.
coram Reuerendiſſimo D. Decano ſuffragatur tamen depo-
ſitum etiam parte non citata, vel quando pars conſenſit
vt infra deciſ. 720. *num.* 1. vel quando factum eſt in loco
deſtinatæ ſolutionis ad euitandam moram, *vt infra deciſ.*
517. *num.* 2.

B *Hac deciſione D. mei allegata dixit Beltram. ad deciſ.* 503. *n.* 6.
hoc tamen non procedere, quando agitur tantummodo de
expenſis, & in Rota fuit commiſſa cauſa cum clauſula,
7 *arbitrio*, & expenſæ ſunt modicæ, declarando hanc deci-
ſionem, *& aliam coram Penia apud Marcheſ. de commiſſ.
part.* 2. *fol.* 232. reſoluit *Rota in Calagurritana de Nage-
ra* 3. *Iulij* 1623. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Meliten. habitus.

Lunæ 19. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur in pluribus caſibus, de
quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur, quoties cauſa in partibus fuit venti-
lata, quia tunc cenſetur calumniosè petita.*
2 *Remiſſoria denegatur ſtante re iudicata in contrarium.
Limita vt num.* 8.
3 *Religio Hieroſolymitana nobilitatem parentum auorum
tantum requirit.*
4 *Remiſſoria non cõceditur, quoties articuli ſunt irreleuantes.*
5 *Remiſſoria denegatur, cum per ſcripturas probatio haberi
poteſt.*
6 *Remiſſoria non eſt locus in criminoſis articulis.*
7 *Remiſſoria non datur poſt tranſactionem.*

DECISIO CCCLVII.

LATIS duabus ſententijs Rotalibus con-
formibus ad fauorem Marci, per quas
fuit reuocata ſententia Magni Magiſtri
in partibus dicto Marco contrarijs, &
cauſa appellationis Religionis ab vlti-
ma ſententia mihi commiſſa, fuit dubi-
tatum, an ei danda eſſet remiſſoria ſuper articulis pro-
ductis in hac inſtantia, & per DD. negatiuè reſponſum.
Et moti fuere primò generaliter quo ad totam articu-
latam materiam, quia cum cauſa fuerit in partibus agi-
tata ab anno 1598. coram dicto Magno Magiſtro, cui
fuerat etiam commiſſa per Sanctiſſimum cum clauſula,
de proceden. iuxta antiqua ſtabilimenta, & bis fuerint
deputati Commiſſarij coram, quibus fuerunt receptæ,
probationes cum interuentu, & contradictione Ven.
Linguę Italiæ aduerſariæ, quæ propterea potuit induce-
re teſtes ſuper materijs articulatis, quos nunc exami-
1 nari intendit, itaut hodie remiſſoria calumniosè petita
cenſeatur, & ſit denegan. *Verall. deciſ.* 63. *in princ. part.*
3. *Rot. deciſ.* 128. *num.* 2. *in fin. part.* 3. *lib.* 3. *Veſtr. in
prax. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 3. *verſ. idem ſi cauſa, & fuit
dictum in Giennen. portionis* 4. *Decembris* 1613. *coram
me*, vbi aliæ allegantur, *et in Aſtoricen. reſidentiæ* 6. *Iunij*
A 1616. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* A, Secun-
dò, ſpecialiter quoad ignobilitatem laterum familia-
rum de Rubeo, Minardis, & Marinis contentam in
tertio articulo, ratio fuit, quia contra illam extant
duæ ſententiæ dicti Magni Magiſtri, quarum prima la-
ta ſuper nobilitate duorum priorum laterum, fuit etiam
per linguam acceptata, ſecunda verò lata ſuper nobi-
litate dicti tertij lateris tranſitum fecit in iudicatum;
licèt enim ab vtraque pars in partibus ſibi contrarijs
appellauerit, tamen Lingua appellationis cauſam ſuper
abſolutione tantùm Marci ab expenſis committi fecit,

quo ad negotium verò principale illam omnino deſe-
2 ruit, & ideò non eſt ei concedenda remiſſoria, cum ha-
beat contra ſe rem iudicatam, *Caputaq. deciſ.* 51. *part.* 3.
Rota in recentioribus deciſ. 424. *num.* 1. *part.* 1. *et deciſ.*
B 126. *num.* 1. *et* 406. *num.* 2. *part.* 2. B. Tertiò, item
ſpecialiter reſpectu ignobilitatis Thomæ abaui Marci,
articulatæ in primo, & ſecundo; fundamentum fuit,
3 quia cum iuxta formam ſtabilimentorum Religionis
ſufficiat nobilitas parentum, & auorum, *vt in ſpecie
dixit Rota in Burgen. admiſſionis ad habitum* 5. *Aprilis*
1604. *coram Illuſtriſſimo Lancellotto, et prius in Segó-
bien. habitus* 3. *Iunij* 1603. *coram Illuſtriſſimo D. meo*
4 *Sacrato*, dd. articuli ſunt irreleuantes, & ſic denegatur
remiſſoria, *Caſſad. deciſ.* 2. *de dilat. Caput. deciſ.* 32. *part.*
2. *et* 66. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* 1364. *num.* 2. *et fuit dictum
in Venetiarum matrimonij* 29. *Nouembris* 1604. *coram
Illuſtriſſimo Lancellotto*. Ob eamdem rationem viſus fuit
inadmiſſibilis quartus articulus ſuper eo, quòd titulus
Agozerij idem ſit, ac titulus birruarij; nullibi enim pro-
batur, quòd aliquis de familia Rubea infra gradum ad
nobilitatem, iuxta dd. ſtabilimenta, requiſitum fuerit
Agozerius, Federicus namque in particula inſtrumenti
in ſummario Linguæ num. 11. non fuit auus Marci, ſed
abauus, vt patet ex relatione Commiſſariorum, & ex
teſtibus *in ſummario ipſius num.* 2. *et* 3. Imò ex eodem
inſtrumento magis extensè dato per Marcum *dicto ſum-
mario num.* 1. clarè apparet, quòd dictus Federicus ap-
pellatus Agozerius non erat birruarius, ſed Iudex, quia
ab eo petita fuit relaxatio fideiuſſionis, & rerum capta-
rum, & appellatum ad Regiam Cameram, & vocatur
magnificus, & illuſtris. Quod etiam comprobatur ex
relatione dd. Commiſſariorum ibi *Ch'il nome d'Agozi-
no è cambiato in nome di Capitano, et che detto Federico non
era sbirro, ma Capitano di qualche Città*. Quod etiã valdè
veriſimile videbatur vni ex DD. atteſtanti in Francia
(cuius iure, & magiſtratibus tunc temporis Regnum
ſub Regibus Aragonicis vſum fuiſſe, *Doct. Neapol. Frãc.
Bauar. et Caprer.* aſſerunt) adhuc adeſſe eo nomine Iu-
dicem nobilem Agozerium, vulgò præpoſitum Magiſtri
Militiæ, ſeù comeſtabilis dictum, habentem ſub ſe mili-
tes, & iuriſdictionem. Quartò, circa octauum articu-
lum continentem aſſerta delicta Marci, & quòd de illis
fuit proceſſatus, cum hæc per ſcripturas poſſint pro-
5 bari, remiſſoria non videbatur concedenda, *Aegid. deciſ.* 9.
Seuerol. de remiſſ. cap. 9. *num.* 4. *et cap.* 10. *num.* 1. cum
alijs *per Farinac. de oppoſ. contr. exam. teſt. quaſt.* 77. *num.*
13. præſertim ſinè magno fumo, *Caputaq. deciſ.* 62. *et* 63.
num. 3. *part.* 3. *fuit dictum in Leodien. Canonicatus* 10.
Ianuarij 1614. *coram me*. Tandem non placuit DD. re-
miſſoriam concedere ſuper nono, decimo, & vndecimo
6 articulis concernentibus corruptelam Commiſſario-
rum, tum vti criminoſis, *Verall. dicta deciſ.* 63. *num.* 3.
part. 3. tum veluti maxima calumnia laborantibus, ex
quo huiuſmodi obiecta plenè iam coram Magno Magi-
ſtro deducta, & diſcuſſa, per ipſum reiecta fuerunt, &
declaratum, non eſſe locum ſuſpicioni propoſitæ contra
dd. Commiſſarios, cum benè, & laudabiliter in eorum
commiſſione proceſſerint, à quo decreto licèt fuerit ad
Sanctiſſimũ, & ad A. C. tanquam ad Iudicem competen-
tem pro parte Linguæ appellatum, cauſa tamen poſt-
modum fuit ad partes remiſſa, & ad vlteriora coram
eodem proceſſum, vt de his omnibus conſtat ex proceſſ.
à fol. 394. vſque ad fol. 479. & vltra.

Et ex his DD. concluſerunt pro denegatione remiſſo-
riæ, &c.

ANNOTATIO.

A Fuit dictum in *Neritanen habitus* 13. *Maij* 1619. *coram
bon. mem. Remboldo*.
B *Cardinal. Caualer. deciſ.* 250. *num.* 3. *&* 281. *num.* 4. *Rot.*
7 *deciſ.* 414. *ſub num.* 2. *par.* 2. *recent* in qua fuit dictum, quod
ſicut poſt rem iudicatam non datur remiſſoria, ita nec poſt
tranſactionem, quæ habet vim rei iudicatæ, quod etiam
fuit dictum in *Parmen tranſactionis* 20. *Decembris* 1627.
coram R. P. D. Durano. Limitatur tamen prædicta con-
cluſio, quando poſt rem iudicatam commiſſa eſt cauſa re-
ſtitutionis in integrum, vt fuit dictum in *Toletana deci-
marum* 10. *Martij* 1594. *coram bon mem. Cardinali Pam-
philio, in Bergomen. Legati* 3. *Iunij* 1602. *coram Ortem-
bergo. & in Bononien. ſimulationis contractus* 4. *Februa-
rij* 1602. *coram bon. mem Cardinali Millino, & in alle-
gata Parmen tranſactionis coram R. P. D. Durano*. Item
datur remiſſoria, non obſtante re iudicata, ſi ſententiæ,
ex quibus res iudicata prouenire præſumitur, eſſent nul-
læ, *Beltramin. ad deciſ* 184. *Gregor. XV ſub litera B. in
fine, allegat Rot. in Ariminen legati* 17. *Maij* 1596. *coram
Litta*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Florentina habitus.

Lunæ 19. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas per communem populi reputationem probatur.*
2 *Nobilis dicitur, qui gaudet honoribus, qui viris nobilibus
dantur.*
3 *Inſignia in locis publicis affixa nobilitatis probationem
coadiuuant.*
4 *Nobilitas probatur ex Hiſtorijs, & Chronicis.*
5 *Nobilitas probatur ex Officijs, & Magiſtratibus arguendo
affirmatiuè, non autem negatiuè.*
6 *Sententia lata ſuper ſtatu perſonæ facit ius quoad omnes,
declara vt num. 10.*
7 *Principis atteſtatio probat nobilitatem.*
8 *Nobilitas familiæ deducitur ex matrimonijs cum Nobi-
libus initis.*
9 *Extraiudiciales atteſtationes adminiculum præbent, maxi-
mè cum ſunt in magno numero.*
11 *Libri decimarum, baptiſmi, tractarum, & reformatio-
num Ciuitatis Florentiæ ad inuicem adminiculati pro-
bant deſcendentiam familiarum d. Ciuitatis.*

DECISIO CCCLVIII.

DOMINI cenſuerunt conſtare de ſuf-
ficienti nobilitate D. Benedicti peten-
tis admitti ad habitum S. Religionis
Hieroſolymitanæ, & ſic ſententiam
Magni Magiſtri, in qua reſpectu lateris
familiæ de Sizzis reprobat eius proba-
tiones, eſſe infirman. Nam de nobilitate in genere, &
antiquitate familiæ de Sizzis in Ciuitate Florentiæ, non
controuerſæ pro parte Religionis, DD. non dubitarunt,
ex quo ſatis probata fuit. Primò ex depoſitionibus
4. teſtium ex nobilioribus Ciuitatis Florentiæ coram
Commiſſarijs receptis *in ſummario Benedicti num.* 10.

quorum ſecundus, & quartus iuxta 16. non ſolùm con-
corditer deponunt, quatuor familias, à quibus ipſe de-
ſcendit, fuiſſe pro nobilibus videlicet in Ciuitate Flo-
rentiæ habitas, & reputatas: quod videtur ſufficere,
1 cùm nobilitas probetur per communem Populi repu-
tationem, *Bart. in l. 1. num. 97. C. de dignit. lib. 12.*
Tiraq. in tract. de nob. cap. 10. num. 8. & ſequuta eſt *Ro-*
ta in cauſa Meliten. habitus 17. Decembris 1607. coram
Illuſtriſſ. Lancellotto, & in alia 10. *Iunij* 1609. *coram*
R. P. D. meo Cauallerio, & in Comen. habitus 9. Iunij
1610. *coram R. P. D. meo Pirouano, & coram me die* 14.
Aprilis 1614. *& in Neritonen. habitus* 26. *Iunij anni*
præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio, ſed etiam primus;
& ſecundus, quòd familia de Sizzis deſcendit vſque de
anno 1010. ex Ciuitate Feſulan. in qua habebat iuriſdi-
ctionem, & alij omnes iuxta 17. 18. & 19. quòd perſo-
næ dd. familiarum prout aliæ nobiles eiuſdem Ciuitatis
ſemper vixerunt, quòdque gauiſæ fuerunt gradibus,
2 & honoribus, quæ viris nobilibus dantur, *Bart. in d.*
l. 1. num. 46. *Siluan. conſil.* 1. *num.* 42. *Decian. reſp.* 66.
num. 50. *& ſeqq. lib.* 3. *Rota coram Cardin. Seraph. deciſ.*
207. *num.* 4. *& in dd. Comen. & Neritonen. habitus*, &
de inſignijs etiam, & armis dd. familiarum antiquis in
quamplurimis locis publicis affixis, quæ ſimiliter pro-
3 bationem nobilitatis multùm coadiuuant, vt plenè con-
ſiderauit *Rota in d. Comen. habitus coràm R. P. D Piro-*
uano. Secundò ex declarationibus, & atteſtationibus
Magnorum Ducum, Franciſci, qui de anno 1578. de vo-
to Senatus Florentini præuia cauſæ cognitione huiuſ-
modi familiam quaſi iure poſtliminij ad antiquam Ciui-
litatem propter diuturnam illius abſentiam reſtituit: &
Ferdinandi expreſsè de anno 1599. atteſtantis, ex anti-
qua Sizziorum familia inſignijs, & virtutibus claros
prodidiſſe viros, qui Reipublicæ Florentinæ ſummos
honores, & dignitate conſecuti fuere, *vt d. ſummario*
num. 12. et 13. Tertiò ex auctoritate etiam Hiſtoria-
rum Ciuitatis Florentinæ; cũ *Recordanus Malaſpina an-*
tiquus Hiſtoricus cap. 95. *et c.* 108. & *Io. Villanus lib.* 4.
cap. 9. et lib. 5. cap. 38. familiam de Sizzis inter aliàs no-
biles Ciuitatis Florentiæ recenſeat, & de ea etiam in-
ter alias nobiles familias meminerit *Dantes Poeta Flo-*
i *rentinus in cap.* 16. *Paradiſi, prope med.* qui etiam in hac
materia allegatur *per Bart. in dicta l. 1, num. 46. in fin.*
C. de dignit. vbi eum appellat Poetam laudabilis, &
4 recolendæ memoriæ; nam & ex Hiſtorijs, & Chronicis
probari nobilitatem, firmauit *Rota in ſupè allegata Com.*
habitus coram R. P. D. Pirouano. Quartò ex confeſſio-
ne explicita militis, qui nomine contradicentium inſte-
tit pro prolatione ſententiæ, illamque reportauit, ibi,
(quia Benedictus non probauit, ſe deſcẽdere ex antiqua
nobili familia Sizziorum iam annis ferè 200. extincta)
d. ſummario num. 9. Nec obſtat fides deducta ad pro-
bandum, quòd nullus de Sizzis fuerit Prior, vel Confa-
lonerius: ex ea enim non excluditur familiæ nobilitas,
cum hoc potuerit contingere, vel quia ipſi non cura-
uerint, vel quòd fuerint abſentes, aut quia propter fa-
ctiones, & potentiam familiæ prædictas duas dignita-
5 tes aſſequi non valerẽt, prout deponit quartus teſtis iu-
xta 10. & argumentum benè procedit affirmatiuè, quòd
ex dignitatibus, officijs, & magiſtratibus probatur no-
bilitas, non autem negatiuè, & maximè in hoc caſu, in
quo contrarium legitur in atteſtatione Magni Ducis
Ferdinandi. Deſcendentia autem Benedicti ſatis pro-
bata fuit, nam gradus diſtincti enumerantur in Arbore
ex diuerſis locis publicis, & inſtrumentis per Nota-
rium collectis, *vt in d. ſummario num.* 17. ex qua apparet,
Benedictum fuiſſe filium Andreæ, Andream verò Simo-
nis Franciſci Simonis, Michaelis, Iacobi, Bancoccij,
Aliotti, Sizzij, Butticelli de Sizzis, quem Iacobum
patrem, Michaelis legitur de anno 1331. interueniſſe
inſtrumento pacis celebratæ inter familiam de Sizzis,
& familiam de Boſtichis valde nobilem cum auctorita-
te, & in conſpectu Ducis Athenarum in Ciuitate Flo-
rentiæ celebratæ, d. autem Sizzium Butticelli fuiſſe Con-
ſulem Reipub. Florentiæ de annis 1197. 1201. & 1204. vt
in ſummario num. 18. Bancoecium verò de anno 1288.
ad 1290. fuiſſe vnum ex Conſiliarijs 100. virorum com-
munis Florentiæ *d. num.* 18. Quòd autem d. arbori re-
ſpectu d. deſcendentiæ à nobili, & vera familia de Siz-
zis ſit fides præſtan. probatur, primò, quia dd. teſtes iux.
21. concludenter deponunt 4. familias, à quibus Benedi-
ctus deſcendit, per Andream Benedicti patrem, & Ma-
riam de Machiauellis matrem repræſentatas eſſe de ve-
ris, & originarijs, & verè nobilibus, non autem ag-
gregatis, & ita deſcendentiam prædictam ſummopere
coadiuuant. Secundò ex declaratione Senatus Floren-
tini, & Magni Ducis Franciſci de anno 1578. *dicto ſum-*
mario num. 12. in qua Andreas Benedicti pater, & eius
fratres declarantur veri deſcendentes à nobili, & anti-
qua familia de Sizzis, & propterea reintegrantur ad
omnes honores, & dignitates veris nobilibus concedi
ſolitos, quibus in longæua abſentia in Ciuitate Floren-
6 tiæ gauiſi non fuerant; quæ tanquam ſententia lata ſu-
A per ſtatu perſonæ facit ius quoad omnes A *iux. not. per*
DD. in l. ingenuum, ff. de ſtatu hom. et in ſpecie Tiraquel.
de nobil. cap. 37. num. 2. Rota in Hiſpalen. habitus 11.
Martij 1611. *coram Illuſtriſſimo Bononien. et in Segobien.*
habitus 3. Iunij 1613. coram Reuerendiſſimo D. Damaſceno.
Tertiò ex atteſtatione Magni Ducis Ferdinandi de an-
7 no 1599. quòd ex nobili familia de Sizzis veram origi-
nem ducat Iacobus frater Andreæ patris Benedicti, qui
tunc in Gallia commorabatur: ideoque rogauit omnes
Principes, quatenus omnes honores, & dignitates illi
vellent conferre. Quartò concurrit ſententia lata in
Regno Franciæ de eodem anno 1599. ad fauorem dicti
Iacobi, quæ ſimiliter ex præallegatis probat nobilita-
tem, & deſcendentiam. Quintò magnum præſtant no-
bilitatis adminiculum, & quòd verè Benedictus deſcen-
dit à nobili familia de Sizzis, matrimonia per patrem,
& auum Benedicti contracta cum nobiliſſimis familijs
de Macchiauellis, & Sertinis, & quòd amita, & ſorores
Benedicti nuptæ fuerunt familijs nobilibus, vt conſtat
ex atteſtationibus licèt extraiudicialibus plurium viro-
rum dictæ Ciuitatis in actis productis: prout ad effe-
8 ctum probandi deſcendentiam à nobili familia, pro
non leui adminiculo ponderauit *Rota in dicta Comen.*
habitus coram R. P. D. Pirouano. Sextò accedit deſcri-
ptio Simonis Abaui Benedicti in nobili vniuerſitate, of-
ficio, & Conſulatu mercaturæ ſerici, quæ (vt apparet
ex eius Cancellarij atteſtatione) ab anno 1225. vſque ad
hanc diem gubernata fuit à nobilibus familijs Ciuitatis
Florentiæ. Septimò, de eadem deſcendentia atteſtan-
9 tur quadraginta viri et nobilioribus dictæ Ciuitatis, &
licèt eorum atteſtationes ſint extraiudiciales, præſtant
nihilominus magnum adminiculum, cum præſertim
ſint in numero adeò exceſſiuo ad *trad. per Gabr. de te-*
ſtib. concluſ. 6. prout etiam conſiderauit Rot. in dicta Sego-
bien. Ac denique prædictis conſonant acceptationes, &
approbationes huiuſmodi nobilitatis, & deſcendentiæ
Commiſſariorum, tùm prima, quàm ſecunda vice de-
putatorum, qui referen. diligenter vidiſſe ſcripturas, &
documenta authentica coram ipſis exhibita, probatio-
nes nobilitatis, & deſcendentiæ Benedicti tanquam
ſufficientes, & ſtabilimentis Religionis conformes re-
ceperunt, & approbarunt, quibus propterea Domini
cenſuerunt eſſa potiſſimùm deferen. Nec aliquid face-
re,

re, quòd fuerint deinde per Aſſimbleam & Conſilium reprobata; nam vltra quòd reprobatio non fuit facta per omnes, ſed per maiorem partem, conſtat etiam de iniuſtitia reprobationis ex eadem ſententia Magni Magiſtri expreſsè approbantis tria latera, à quibus Benedictus deſcendit, quorum vnum lingua, & Conſilium ordinarium reprobauit. Et ita viſum fuit, ceſſare, quæ contra Benedictum fuerunt deducta de fine, & extinctione nobilis familiæ de Sizzis ab annis 200. elapſis, & vltra, & quòd ideo ille originem ducat à quodam Henrico Tedeſco ſutore patre Sizzij, & à Michaele aurifice filio d. Sizzij, & patre Simonis. Nedum enim non fuit pro parte Religionis hoc concludenter probatum, nec iuſtificata identitas familiæ, ſed quinimò per Benedictum verificata diuerſitas, & extinctio deſcendentiæ d. Michaelis aurificis, quæ finem habuit in quibuſdam fœminis. Nam quoad extinctionem, & tranſitum bonorum præfati Michaelis in fœminas, conſtat ex Michaele aurifice natum fuiſſe Laurentium, ex Laurentio Franciſcum, cuius bona de anno 1517. reperiuntur in Cataſtro deſcripta, & tranſlata in Alexandram eius vxorem, & de anno 1534. in Mariettam, cuius deſcendentia deinde non reperitur. Quo verò ad diuerſitatem, quòdque Benedictus ab iſta deſcendentia non ducat originem, ſatis clarè apparet, tum ex arbore, & alijs ſupra dictis, ex quibus apparet, Franciſcum auum Andreæ patris Benedicti fuiſſe filium Simonis Michaelis, Franciſcus verò deſcendens à Michaele aurifice fuit filius Laurentij Michaelis, tum quia bona Franciſci, Laurentij, Michaelis aurificis reperiuntur (vt dictum eſt) de anno 1534. ſub nomine Mariettæ in cataſtro deſcripta, & tamen bona Franciſci Simonis Michaelis leguntur de eodem anno in d. cataſtro ſub proprio nomine d. Franciſci appoſita, adeo vt concludenter appareat, extitiſſe duas perſonas diuerſas eodem nomine Franciſci nuncupatas, & alias duas eodem nomine Michaelis, ſed non ambas à vera proſapia de Sizzis originem ducentes, ſed ſolum Franciſcum proauum Benedicti, qui non fuit filius Laurentij filij Michaelis aurificis, ſed filius Simonis Michaelis Iacobi Bancozzij Aliotti Sizzij Botticelli de Sizzijs, vt ſupra deductum fuit. Idque clarius comprobatur, tùm quia illud verbum Sizzij de Henrico, & Michaele de Sizzijs, de quo in partitis productis pro parte Religionis extractis, non eſt cognomen familiæ, ſed nomen proprium perſonæ, vt ex lectura, ex quo tantò magis deducitur, deſcendentes ab iſto Henrico nihil habere commune cum familia, & proſapia Benedicti; tùm quia fuit etiam pro Benedicto expreſsè probatum, Michaelem eius atauum filium Iacobi non fuiſſe aurificem, ſed ſericerium ex inſtrumento emptionis bonorum de anno 1456. ſub die 13. Aprilis, de quo fuit producta fides extracta, & publicata ab officiali officij gabellæ inſtrumentorum, vt *in ſummario num. 2.* & ex memoria libri antiqui Simonis, & Iacobi filiorum dicti Michaelis quondam Iacobi, quæ fuit approbata ab officialibus Ciuitatis iuxta illorum ſtylum *in eodem ſummario num. 20. & 21.* tùm quia præmiſſis concordant partitæ extractæ ex libris decimarum, B ex quibus incipien. ab anno 1474. probatur deſcendentia Benedicti de Iacobo, & Simone filijs Michaelis, & de anno 1498. de Franciſco Simonis Michaelis, & de anno 1544. de Simone dicti Franciſci, & de anno 1589. de Andrea Simonis, à quo Benedictus deſcendit.

Et ita decisum vtraque parte informante, cum præſuppoſito tamen, quòd iura ſint in forma probanti, de quo, ſi opus erit, poterit particulariter videri.

ANNOTATIO.

A Declara procedere, dummodo ſententia lata ſit cum legitimo contradictore, vt declarat *Bart. in d. l. ingenuum, num 1. ff. de ſtatu homin. Aloviand in l. ſæpe, num 76. & 78. ff. de re iudic. Couarr practicarum qq. cap. 13. num. 5. verſ. hac tamen ratio, cum alijs per Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 9 §. 1 num 86. Cardinal Caualer. deciſ. 250. num. 5. Gregor XV. deciſ. 486. num. 10.*

B De his libris decimarum, baptiſmi, tractatum, & reformationum Ciuitatis Florentiæ, quòd ad inuicem adminiculati plenè probent familiarum d. Ciuitatis deſcendentiam, fuit dictum *in Florentina Cappella 26. Aprilis 1619. coram R. P. D. Pirouano, in Florentina fideicommiſſi de Cambijs 9. Iunij 1627. et in Florentina fideicommiſſi de Gondaccijs 21. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Ferrarien. affictus.

Lunæ 26. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens, aliquibus exceptis, non tenetur ad caſus inſolitos expreſſis maiores, vel qui eundem effectum parere poſſent.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua verba, & geminata comprehendunt caſus inſolitos, & extraordinarios.*
2 *Exceptio quorundam caſuum fortuitorum excludit alios non expreſſos.*
3 *Exceptio ſub regula includit caſus ſimiles exceptuatis.*
4 *Caſibus aliquibus fortuitis inſolitis exceptis, cæteri caſus etiam non comprehenſi cenſentur.*
5 *Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens tenetur ad ſolitum, non ad inſolitum.*
6 *Negatiua, cui ſubſequitur dictio,* niſi, *habet implicitam affirmatiuam.*
7 *Pactum ſiue negatiuum, vel affirmatiuum regulatur à mente contrahentium.*
8 *Caſibus aliquibus fortuitis tantùm exceptis, non cenſentur excluſi alij expreſſis maiores, & qui eundem effectum parere poſſunt.*
9 *Pactum contra ſubſtantiam, & naturam contractus eſt nullum.*
10 *Pactum, quòd conductor teneatur ad ſolutionem mercedis, etiam quòd re locata vti non poſſet, non valet.*
11 *Interpretatio ſumi non debet, per quam altera pars remaneat in damno.*
12 *Culpa, & negligentia in dubio non præſumitur, præſertim vbi caſus eſt ab illa ſeparatus, & ſinè illa potuit euenire.*
13 *Caſum aſſerens euenisse ex omiſſione, probare debet, quòd ſi illud non fuiſſet omiſſum, caſus non contigiſſet.*
14 *Teſtes pauperes non repelluntur in totum.*
15 *Teſtes pauperes, & viles admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt.*

Digitized by Google

DECISIO CCCLIX.

PERSTITERVNT DD. in deciſis
ſub die 26. Nouemb. quòd Communi-
tati, quæ ob deſtructam inſolito flu-
minis impetu Cluſam, vti non poſſit
molẽdinis locatis, eſſet faciẽda remiſ-
ſio mercedis iux. receptiſſimam con-
cluſionem latè in deciſione, compro-
batam. Pro parte autem Illuſtriſſimi Domini Cardina-
lis denuò potiſſimùm inſiſtebatur ſuper pacto locatio-
nis, quòd non eſſet facienda remiſſio, niſi in caſibus
expreſsè conuentis, quod ponderabatur, vt infra.
Primò, quia verba pacti ſunt negatiua, & gemina-
ta, ibi, *non vuole, ne intende*, & præciſa ibi, *in modo alcu-*
1 *no*; ideò comprehendunt etiam caſus extraordinarios,
& inſolitos, *Caſtr. conſil.* 170. *viſo puncto col. fin. circa
med. verſ. non obſtat d. l. ſcio, lib.* 1. *Natt. conſil.* 397.
num. 7. *Surd. deciſ.* 243. *num.* 7. *et* 8. Secundò, quia
exceptio quatuor caſuum fortuitorum excludit alios
non expreſſos, præſertim cùm ſit facta non demonſtra-
tionis, ſed limitandæ obligationis cauſa ibi, *ſaluo che
in caſi, &c.* adiecto ſeq. pacto, *ne in altri caſi, etc.* in
2 quibus terminis concluſio, quòd vnius caſus incluſio
ſit aliorum excluſio, procedere videtur, *Fulgoſ. conſil.*
193. *col* 2. *in princ. verſ. ſecundo iuncto, quod dicit, col.* 3.
verſ. ad ſecundum autem argumentum, Rimin. Iun. conſil.
91. *num,* 21. *et* 22. *Card. Mantic. de tacit. etc. lib.* 5. *tit.* 8.
num. 25. *verſ. certum hæ repugnantes opiniones*. Tertiò,
hinc inferebatur, quòd cùm dicti quatuor caſus excepti
peſtis, belli, &c. ſint de fortuitis inſolitis, ita & hu-
iuſmodi cenſeri debeant alij excluſi, tum ex natura ex-
3 ceptionis, quæ ſub regula includit caſus ſimiles exce-
ptuatis, *Dec. in l.* 1. *num.* 20. *et ſeq.* & ibi *Cagnol. num.*
25. *de reg. iur.* tùm ex ſubſequentibus verbis, *ne in al-
tri caſi ſimili, ò diſſimili, etc.* quæ excludunt inſolitos non
exceptos, nedum ſimiles, ſed etiam diſſimiles caſibus ex-
preſsis. Et ſic tolli dicebatur *doctr. Bartol. in l. ſed et
ſi quis, §. quæſitum, num.* 3. *in fin. verſ. ſi verò quoſdam
caſus, ff. ſi quis caut.* quæ procedere poteſt, vbi non eſt
facta mentio de inſolitis, ſecus ſi aliqui ipſorum fue-
4 rint expreſſi; tunc enim ſuccedit alia concluſio, quòd
etiam noui caſus cenſeantur comprehenſi, *Dec. in l.* 1.
num. 20. *verſic. ſed tunc obſtare videtur, ff. quod quiſque
iur. Gabr. de regul. iur. concluſ.* 4. *num.* 19. *Part. Imol.
conſ.* 143. *num.* *Medic. de caſib. fortuit. par.* 1. *q.* 11. *num.*
21. *verſ. tertiò fallit*. Quartò, quòd ſaltem in genere
de dicta deſtructione Cluſæ proueniente ab impetu flu-
minis inſolito, cogitatum fuerit ex mentione ruptu-
ræ fluminis, quæ ſolet ab eadem cauſa prouenire. Ve-
rùm his non obſtantibus adhuc placuit DD. adhærere
doctrinæ *Bart. in dicta l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, in
fine, & ibi Scribent. ff. ſi quis caut.* quòd vbicunque
5 quis tenetur de caſu fortuito, intelligitur de ſolito, non
de inſolito, & inconſueto, *per l. fiſtulas, §. frumen-
to, ff. de contrahen. empt.* quæ doctrina eſt communiter
approbata, vt teſtatur *Surd. deciſ.* 326. *num.* 51. *verſic.
reſpondemus etiam, & num.* 31. *latè Ancharan. quæſt. fam.*
36. *lib.* 3. *Card. Mantic. dicto tit.* 8. *num.* 3. *Lancellott.
Galiaul. conſil.* 118. *num.* 47. & eam pluries ſecuta eſt
Rota, *vt per Caputaquen. deciſ.* 96. *par.* 1. *in impreſſ. &
prima lib.* 2. *in manuſcript. Guidob. deciſ.* 79 *Accoramb.
deciſ.* 39. *lib.* 2. *Put. deciſ.* 3. *de tranſact. Mohedan. deciſ.*
5. *num* 1. *de locatione, & fuit dictum in Romana reſciſ-
ſionis affictus, ſeu mercedis die* 19. *Octobris* 1589. *coram
Robuſterio, &* 15. *Decembris* 1595. *coram Illuſtriſſimo
Cardinali Millino, & in Lucana molendini* 22. *Martij*
A 1613. *coram R. P. D. meo Veroſpio*. A, Nec viſæ fue-
runt obſtare ſupradictæ ponderationes. Ad primam
namque reſponſum fuit, orationem non eſſe negatiuam,
ſed potiùs affirmatiuam, quia licèt a negatiua incipiat,
6 tamen ex adiecta dictione exceptiua, *ſaluo, &c.* æqui-
pollente in propoſito dictioni, *niſi*, habet implicitam
affirmatiuam *ad text. in l. actione, vbi Bart. ſub num.* 1.
& ibi alij Doctores C. de tranſact. Rum. conſil. 127. *ſub
num.* 13. *col. penult. verſ. quandoque & tertiò, & conſ.* 132.
num. 1. *lib.* 2. *cum allegat. per Decian. conſil.* 38. *num.* 9.
& 12. *volum.* 3. *& coram me in Firmana hæreditatis* 12.
Decembris 1614. & doctrinæ in contrarium allegatæ pro-
cedunt in abſoluta negatiua non habente implicitam
7 affirmatiuam. Præterea in præſenti nihil referre, vtrùm
pactum negatiuè, vel affirmatiuè conceptum fuerit,
quia eſt attendenda mens, & intentio partium; vnde
idem quoque in pacto negatiuo conſuluit in his termi-
nis *Imol conſ.* 7. *poſt princ. verſ. verū quia in caſu propoſito*.
Ad ſecundam, & tertiam dicebant DD. per expreſſionem
8 dd. quatuor caſuum, & aliorum ſimilium, vel diſſimi-
lium non fuiſſe excluſos alios inſolitos caſus maiores
expreſsis, *Socc. conſ.* 123. *in fin. vol.* 4. *Aym. conſil.* 95.
num. 10. qui eundem effectum parere poſsint, ſcilicet,
ne molendinum ampliùs moleret, qui fuit expreſsè
conſideratus per contrahentes in caſibus exceptis in-
curſionis aquarum, & rupturæ fluminis, ibi, *ſi che non
poteſſero macinare*; Ideò, cum hic effectus æquè reſultet
à deſtructione Cluſæ ex vi fluminis erumpentis facta,
cenſetur in expreſsis incluſus, vt in ſpecie tradit *Imol.
d. conſil.* 7. *poſt medium verſ. & breuiter etiam videtur di-
cendum*. Et ſic ceſſat etiam quarta ponderatio, quia
quicquid ſit, an de hoc etiam caſu fuerit in genere co-
gitatum, cum contrarium in terminis teneat *Bald. conſ.*
145. *col.* 2. *verſic.* 5. *quia, & verſic. nono quia, lib.* 1. ille
quoque cenſetur inter exceptos comprehenſus ratione
eiuſdem effectus, vt dictum eſt. Hanc autem interpre-
tationem eo libentiùs amplexi ſunt DD. quia aliàs hu-
9 iuſmodi pactum veluti contra ſubſtantiam, & naturam
locationis eſſet, vel nullum *ad l. cum precario, de precar.
Gloſ. in l. pacta, ff. de contr. empt. cum traditis per Cardi-
nalem Mantic. vbi ſupra lib.* 1. *tit.* 21. vel ſaltem valdè
iniquum, cum per illud Communitas obligaretur ad ſo-
lutionem mercedis, in caſu quo molendinis locatis vti
10 nõ poſſet, nec ex eis fructum percipere, & dñs locuple-
taretur cum aliena iactura, in ſpecie *Bero. conſ.* 144. *num.*
15. *vol.* 1. *Lancell. Galiaul d. conſil.* 118. *num.* 50. nec
11 ſumi debet interpretatio, per quam altera pars rema-
neat in damno *l.* 3. *§.* 1. *ff. de recept. arb. Caſtr. conſil.*
605. *in fin lib.* 1. & præſertim in contractibus bonæ fi-
dei, in quibus præualet æquitas, *Bald. conſil.* 434. *ante fi-
nem lib.* 1. Alia obiectio, quòd non probetur manuten-
tio Cluſæ per Communitatem vſque ad caſum deſtru-
ctionis, non obſtare dicebatur, quia potiùs contrarium
alleganti onus probandi incumbit, cum in dubio negli-
12 gentia, & culpa non præſumatur, *Gloſ. & Doct. in l. ſi
quis ex argentarijs, §. pen. ff. de eden. Aym. conſ.* 151. *num.*
11. *Saluc. conſ.* 46. *num.* 4. præſertim vbi caſus eſt ab il-
la ſeparatus, & ſinè ea potuit eueniſſe *Bart. in dicto §.
pen. in fin. Rum. conſil.* 93. *num.* 7. *vol.* 5. *Surd. conſil.*
454. *num.* 36. Ideò qui dicit, caſum eueniſſe per culpam
13 commiſſam in omittendo, probare debet, quòd ſi illud
non fuiſſet omiſſum, caſus non contigiſſet, vt in pun-
cto tradit *Bald. dicto conſil.* 145. *num.* 3. *verſic. aut eſt
dubium, & verſ. ex his apparet*, & demum huiuſmodi ma-
nutentio ſatis inde probata videtur, quòd molendina de
tempore impetus fluminis, & deſtructionis Cluſæ mo-
lebant, Exceptiones denique contra teſtium, & perſo-
nas, & dicta viſæ non fuerunt releuantes, & præſertim
illa paupertatis, propter quam teſtes non repelluntur
in

14 in totum *Doct. in c. si quis testium vbi Fel num.* 8. *de testib. Cas. de Graff decis.* 6. *num.* 1. *de testibus, & fuit dictum coram me in Ferentina bubalarum* 4. *Iulij preteriti, Card. Seraph. decis.* 1279. *num.* 4. maximè cum ſuper probatione huius inundationis commodè adhiberi non
15 potuerint alij magis inſtructi, quàm ruſtici, & agricolæ, *Farinac. de oppoſ. contra perſon. teſt. quaſt.* 55. *num.* 73. *& 74. et Rot in dicta Ferentina coram me*. Quo ad dicta verò viſum fuit ſatis eos concludenter probare, tàm ipſum caſum deſtructionis Cluſæ ex inſolito fluminis impeto, quàm magnitudinem impenſæ in illius reſtitutione, ſeu reædificatione requiſitæ, in qua omnes conueniunt: quod ſufficit, licèt de certa quantitate non deponant, ad veritatem concluſionis in deciſione firmatæ quòd d. Communitas ad d. refectionem non teneretur ex ibi alleg.

Ex quibus, & alijs in d. decif. & per informantes deductis DD. ſteterunt in deciſis vt ſupra.

A *Idem fuit dictum in Rauennaten pineti* 18. *Martij* 1619. *coram bon mem Patriarcha Manzanedo*.

Romana penſionis Domus.

Mercurij 28. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Manutentionis in iudicio ſufficit teſtis vnicus, & ſemiplena probatio; nec in eo quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis: nec admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium, nec exceptiones dominij, aut defectus proprietatis, aut aliæ reſpicientes petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus de facto proprio deponens facit pluſquam ſemiplenam probationem, & iunctis adminiculis plenè probat.*
2 *Manutentionis in iudicio ſufficit probatio ſemiplena.*
3 *Partitæ banchi adminiculis concurrentibus pro tertio contra tertium probant.*
4 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat.*
5 *Manutentionis in iudicio exceptiones contra teſtium perſonas non admittuntur, & num.* 10.
6 *Manutentionis in iudicio non quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis.*
7 *Manutentio impediri non poteſt exceptione dominij, etiam ſi in promptu offeratur probanda, aliter quam per confeſſionem, vel rem iudicatam.*
8 *Manutentio non impeditur per exceptiones reſpicientes petitorium.*
9 *Manutētio non impeditur exceptione defectus, proprietatis.*
11 *Manutentionis in iudicio admittuntur teſtes intereſſati, & ideo ſuffiat Canonicus pro Capitulo, & Monachus pro Monaſterio.*

DECISIO CCCLX.

POST reſolutionem factam 15. Decembris 1617. pro manutentione Illuſtriſſimi D. Cardinalis in quaſi poſſeſſione exigen. à Iulio Cæſare penſiones domus decurſas vſq; in diem donationis à Marco Agazzino eidem Iulio Cæſari factæ ſub die 9. Octobris 1616. repropoſita cauſa ſub die 14. Maij præteriti DD. mandarunt informari ſuper bono iure etiam ad effectum manutentionis, & hodie cenſuerunt abſolutè, dicto D. Cardinali dandū eſſe mandatum de manutenendo. Moti ſunt, quia quaſi poſſeſſio exigendi fuit ſufficienter firmata in alia deciſione vſque ad annum 1607. quæ (vltra quòd præſumitur) hodie probatur continuata, tàm ex depoſitione Marini de exactionibus penſionum per eum factis nomine D. Cardinalis de annis 1610. 1611. ad rationem annuam ſcutorum
1 50. qui tanquam de facto proprio facit pluſquàm ſemiplenam ex alleg. in alia deciſione, & iunctis adminiculis plenā *Caſtr. in l. quicumque, in fine C. de ſeru. fugit.* cum plenè congeſtis *in Vrbeuetana dotis coram me ſub die* 3. *Mart.* 1617. cum tamen ad effectum manutentionis in
2 ſummariſſimo ſemiplena ſufficiat, vt firmatum fuit in alia deciſione; quàm ex partitis banchi DD. Ticci, &
3 Alberici *in ſummario num.* 3. ad computum penſionis reſpectiuè anni 1613, & 1615. quæ concurrentibus adminiculis probant pro tertio contra tertium, *Aym. de antiq. temp. part.* 1. *§. vidimus, et abundè num.* 100. *Seraph. decis.* 450. *num.* 4. & Rota in alijs paſſim; quæ probationes adminiculantur ex alio teſte primo loco examinato deponente, quòd Placidus exigebat penſionem, (quod etiam deponit dictus Marinus,) quodque Marinus procurauit illius exactionem: necnō ex partitis libri Magiſtri domus *in ſummario num.* 1. & denique ex epiſtola Iulij Cæſaris D. Cardinali directa 19. Martij 1616. in qua dicit, ſe moleſtari pro ſolutione penſionis à dicto Marino, & rogat pro reductione penſionis ad annua ſcuta 30. ſubdens, *quali, per l'aſſignamento, che n'hò, potrò pagarli, & non eſſer cosi moroſo*, quæ con-
4 tra ſcribentem plenè probat *vulg. l. publica, §. fin. ff. de poſ.* Non obſtat, quòd dictus Marinus ſit familiaris,
5 vltra enim, quòd in hoc ſummariſſimo non admittuntur
A exceptiones contra perſonas teſtiū, *A Seraph. decis.* 392. *num.* 2. *& fuit dictum in Cuſentina penſionis* 4. *Maij* 1613. *&* 12. *Februarij præteriti coram R. P. D. Vbaldo*, cum allegatis in alia deciſione: obiectum ceſſat ex prædictis partitis, & epiſtola. Ex quibus ceſſabat prætenſa interruptio quaſi poſſeſsionis pro Iulio Cæſare deducta, ex eo, quòd fuerit de mandato D. Cardinalis de menſe Octobris 1607. reſtitutum illud plus, quod ſoluerat pro trimeſtre Octobris, Nouembris, & Decembris dicti anni domus, quam tenebat: cum ex prædictis conſtet, illum poſtea domum inhabitaſſe, ac ſolitam penſionem pro eo ſoluiſſe. Quibus ſtantibus licèt DD. cenſerent, opus non eſſe aggredi inſpectionem ſuper bono iure, cum ad effectum manutentionis ſufficiat, ſola quaſi poſ-
6 ſeſſio, nec quæratur, iuſta ſit, vel iniuſta, *Bero. conſil.* 45. *à num.* 1. *ad* 7. *lib.* 3. *Ladereb. conſil.* 95. *num.* 4. *& fuit dictum in Callien. fructuum* 28. *Aprilis* 1603. *coram Illuſtriſſimo Ludouiſio*, nec poſſit impediri manutentio
7 per exceptionem dominij, etiam ſi in promptu offeratur probanda aliter, quàm per confeſſionem, vel rem iudicatam, *Bart. in l. ſi diui in fin. in §. item in eo, ff. de iudic. & in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 2. *ff. de acquir. poſſ. & ibi Iasp. num.* 98. *& Fabr. num.* 60. dicentes magis communem, cum pluribus alijs *per Menoch. de retinend. remed.* 3. *num.* 675. *& dicit Rota in Maceraten. hæreditatis* 25. *Iunij* 1593. *coram bon. mem. Card. Pamphilio. & in d. Callien. fructuum* 28. *Aprilis* 1603. *coram Illuſtriſſimo Bononien.* nec per alias exceptiones
8 reſpicientes petitorium, vt fuit dictum *in Nullius iuris decimandi* 1. *Iulij* 1615. *coram R. P. D. meo Andrea*. Pro-
9 ut nec admittitur in hoc ſummariſſimo exceptio defectus proprietatis, *Ferret. conſ.* 7. *num.* 2. *&* 4. *Rota in*
B *recentioribus decis.* 35. *num.* 5. *part.* 2. B, nihilominus

potiùs

potiùs de bono iure D. Cardinalis, quàm Iulij Cæſaris conſtare videbatur ex inſtrumento emptionis dictæ domus per eum factæ à q. Mauro Agazzino nomine etiam Marci, cum promiſsione de obſeruando, & non contrauenieudo, cuius cum Marcus ſit hæres mediante perſona Octauiani, tenebatur dictam venditionem ratam habere, nec poterat illi cõtrauenire donando, vel cededo iura ſibi competentia Iulio Cæſari: quod tamen pleniùs erit diſcutiendum in petitorio.

Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A In iudicio manutentionis non admittuntur exceptiones
10 contra perſonas teſtium, vt præter hic allegatos *Gregor. XV. deciſ. 449. num. 10. & ibi Adden. alijs adductis num. 11. Rot deciſ 272. in fine part. 2 recent. Cardinal. Caualer deciſ. 44. num 4. & 629. num. 12. & fuit dictum in Tullen iuriſdictionis 3. Iulij 1628. coram R. P. D Verili;*
11 & ideo non admittitur exceptio, quòd teſtis ſit intereſſatus, *Cardinal. Caualer. deciſ 223 num.* 2. in qua fuit admiſſum dictum vnius Monachi ad fauorem Monaſterij, & ſecuta eſt Rota in *Lunen Sarzanen oblationum 24. Maij 1614. coram bon mem. Dunozetto*, in qua fuerunt admiſſi Canonici ad fauorem Capituli; licèt *Roland. conſ 10 num. 16. in fin. & ſeq. lib 2. cum alijs. quos refert, & ſequitur Farinac. de teſtib quæſt. 63 num.* 34. dicant, teſtem vnicum non admitti in iudicio manutentionis, niſi ſit omni exceptione maior; vtraque enim concluſio à Rota pluries firmata eſt, nempè quòd ſufficiat teſtis vnicus, & quòd non admittantur exceptiones contra teſtes, & in dicta *deciſ 44. Cardinal. Caualer.* fuit admiſſus teſtis vnicus, & intereſſatus, videlicet Monachus pro Monaſterio

B *Rota deciſ 99. ſub num 2 part. 1 diuerſ deciſ. 104. num. 2. part 2. recent Gregor XV. deciſ. 107. num 3 & ibi Adden qui alias deciſiones allegat num 5. & fuit dictum in Romana manutentionis ſeu pecuniaria 13. Ianuary 1624. coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana nullitatis cenſus.

Mercurij 28. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Obligatio mulieris, in qua Iudicis decretum ex falſa cauſa interpoſitum fuit, eſt nulla, nec validatur iuramento: & ex quibus falſitas cauſæ deprehendatur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis ex falſa cauſa interpoſitum corruit, & conſequenter contractus, in quo eſt interpoſitum.*
2 *Decretum Iudicis non dicitur interueniſſe, quoties falſa cauſa interuenit, nec Iudicem approbaſſe quod neſciuit.*
3 *Obligatio mulieris ex falſa cauſa non validatur iuramento.*
5 *Correſpectiui cenſentur actus, qui fiunt breui tempore vnus poſt alium.*
5 *Pecuniæ identitas præſumitur ex actuum vicinitate.*
6 *Statutum prouidens generaliter ad fauorem mulierum, ne defraudentur, habet locum, etiamſi nulla fraus contrahentis cum ipſis interuenial.*
7 *Maritus tenetur ſubuenire neceſſitatibus familiaribus, non uxor.*
8 *Simulatio contractus arguitur ex inueriſimilitudine.*
9 *Falſa aſſertio in inſtrumento facta ſimulationis ſuſpicionem inducit.*
10 *Dos æſtimata in dominium viri tranſit, & latè num.* 14.
11 *Dolus ex falſa aſſertione arguitur.*
12 *Taciturnitas, & nimia negligentia petendi inducunt præſumptionem ſimulationis.*
13 *Pro inſtrumento, & ſententia præſumitur, niſi aliæ præſumptiones in contrarium adſint.*

DECISIO CCCLXI.

TENVERVNT Domini, inſtrumentum cenſus ſcutorum 100. in ſorte impoſiti 10. Ianuarij 1604. per Paulam vxorem Pauli Viotti ad fauorem
1 Iacobi, eſſe nullum ex defectu, ſeù falſitate cauſæ Iudici expreſſę, quę decretum ex diſpoſitione Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 151.* requiſitum corruere facit *vulg. l. etſi præſes, C de præd. min. vbi gloſſ. & Doct. l. cum hi, §. ſi prætor, & ibi Scriben. ff. de tranſact. Natt. conſil. 162. num. 11. & 12. cum alijs per Rotam coram me in Romana pecuniaria de Caetanis 13. Iunij præteriti:* conſequenter, & ipſam obligationem, *Rot. deciſ. 529. in princip. par. 1. diuerſ. & in Romana ſocietatis officij 17. Iunij 1602. coram bon.*
2 *mem Penia*, quia non dicitur interueniſſe decretum, nec Iudicem approbaſſe, quod neſciuit *ad gloſ. in l. tutor ibi, amicis eius, & Iudice ſcientibus, ff. de bon. poſſ.* & in ſpecie de decreto ſuper contractu ſimulato interpoſito, *Bald. in rubr. C. qui admitt. num. 5. Card. in cap. finali, col. penult. in fin. verſ. octauò quæro vnde maioris. & obed. Felin. in cap. cauſam matrimonij, num. 7. verſic. & allegant pro hoc, de offic. deleg Canar. de inſinuat. quæſt. 11. Tiraquell. de legib. connubial gloſ. 8. num. 180. Rot. dicta deciſ. 529. num. 4. & in Romana domus, ſeu nullitatis alienationis 2. Maij 1611. coram Reuerendiſſimo D. Lug-*
3 *dunen.* Et icircò nec potuit dicta obligatio iuramento validari, *Dec. conſil. 403. col. pen. poſt medium verſ. ſecundò quo ad iuramentum, Put. deciſ. 204. num. 4. & 244. num. 5. lib. 3. in nouiſſ. Pariſ conſ. 96. num. 24. lib. 1. Gabr. de minor. concl. 5. num. 43. Seraph. de iuram. priuileg. 83. num. 71. et 72.* & ſtante ſimulatione *gloſ, in l. emptione, et ibi Bald. et Ang l. C. plus val. quod ag. Abb. in cap. ad noſtram, in 3. notab. de empt et vendit. Dec. d. conſ. 403. col. penult. in fin. verſ. tertiò reſpondetur, latè Seraph. d. tract. priuil. 59. num. 3. et ſeqq* Quòd autem cauſa expreſſa fuerit falſa, & ſimulata, viſum fuit Dominis conſtare; quia fuit expoſitum Iudici, ipſam pignoraſſe nonnulla eius bona Monti Pietatis, & Hebræis pro ſua, & eius familiæ ſubſtentatione, & alijs ſuis vrgentibus negotijs, & cauſis, & dd. bona amitti, cum non habeat manuales pecunias ad illa recoperanda, &c. Et tamen eadem die dictus Paulus eius maritus ſoluit ſcut. 104. dicto Iacobo emptori cenſus vti creditori q. Cipriani eius ſoceri, & patris d. Paulæ pro ſatisfactione crediti d. ſummæ, ab eoque reportauit quietantiam, & ceſsionem iurium, vt ex publico inſtrumento ſuperinde confecto eadem die. Et ſic vel fuerunt eædem pecuniæ receptæ ab eodem Iacobo; prout & ſommæ ferè identitas ſuadet, & temporis vicinitas, ex quo vterque actus, ſcilicet impoſitionis cenſus, & ſolutionis dd. ſcut. 104.
4 correſpectiuus, & vnus propter alium factus præſumitur *Dec. poſt Bald in l. petens num. 3. C. de pact. Alex. conſ. 90. num. 8. verſic. nec habent obſtare, lib. 3. Aym. conſ. 153. num.* 8. vbi declarat, idem eſſe, ſi non incontinenti, ſed breui tempore actus fiant vnus poſt alium; &
5 in terminis ad concludendam identitatem pecuniæ con-

fide-

Digitized by Google

ſideraüit *Rota coram Cardinali Seraphino deciſ.* 1093.
num. 3. Et hinc reſultat, illas verſas fuiſſe in aliam cauſam, quàm expreſſam, & quidem ſciente, & participe
ipſomet emptore cenſus, cui reſtituta fuerunt: itaut
hinc magis color iſte quęſitus detegatur; quamuis etiam
ad effectum diſpoſitionis dicti ſtatuti prouidentis generaliter ad fauorem mulierum, ne fraudentur, participa-
6 tio contrahentis cum ipſis non requiratur *Bart. in l. ſed
ego num. 2. ff. ad Velleian.* & ibi *Bald eod. num. 2. verſic.
ſecundo caſu, et Salycet. num. 1. verſ. interdum lex prouidet*. Vel fuerunt diuerſæ, & inde apparet, d. Paulum
maritum fuiſſe ſoluendo, & quòd illi propterea incumbebat luitio pignorum contractorum pro familiaribus
7 neceſſitatibus, quibus ipſe, non vxor de iure ſubuenire tenebatur *l. ſi quis pro vxore, ff. de donat. inter vir. et
vxor. gloſ. 1. in l. pro oneribus ff. de iur. dot. Franc. Marc.
deciſ. 731. num. 5. part. 2. et faciunt cumul. per Surd. de
alim. tit. 1. quaeſt. 32.* & ſic quòd dicta neceſſitas Iudici
expoſita fuit falſa; nec eſt enim veriſimile, quòd ſi Paulus in contanti proprias habuiſſet pecunias, ex illis po-
8 tius voluiſſet extinguere debitum cum dicto Iacobo,
ad quod non conſtat eum fuiſſe obligatum, quàm reluere pignora pro familiaribus indigentijs contracta, & ſic
debito magis neceſſario ſatisfacere; vndè ex hac etiam
9 inueriſimilitudine arguitur ſimulatio, *Dec. conſil.* 644.
num. 6. *Crauett. conſ.* 156. *num.* 9. Quæ ſimulationis
ſuſpicio valdè etiam augetur ex aſſertione in inſtrumento facta, quòd domus cenſuata erat Paulæ, cum
tamen ex inſtrumento dotali *dicto ſummario num.* 1.
conſtet, illam in dotem traditam fuiſſe viro æſtimatam
10 pro ſcut. mille, & conſequenter in ipſius dominium
A tranſiuiſſe, A, *l. ſi praedium, C. de euict. Soccin. conſ. 69. nu.
15. lib. 4. Ceph. conſ. 351. num. 13. et ſeq. Natt. conſil.
650. num. 2. et ſeqq.* latè *Card. Mantic. de tacit. lib. 12.
tit. 28. num. 4. & ſeqq. & in ſimilibus terminis Rota
in Romana ſocietatis officij 17. Iunij 1602. coram bon.
mem. Penia impreſſ. apud Modern. ſuper ſtatut cap. 151.
11 deciſ. 34. num. 2.* Et proinde ex hac falſa aſſertione dolus arguitur, *l. ſi quis affirmauerit §. 1. ff. de dol.
Aym. conſ 282. num. 8. Menoch. praeſ. 3. num. 53. &
ſeqq. lib. 5. Card. Seraphin. deciſ. 617. num. 4.* Quibus
accedit taciturnitas, & negligentia tàm dicti Iacobi,
quàm Fabij eius fratris, & hæredis in petendo fructus
vſque ad annum 1614. de quo idem Fabius obtinuit
mandatum contra Annam Viottam empticem domus cenſuatæ, & contra dd. Paulum, & Paulam coniuges ad ſoluen ſcut. 70. pro fructibus decurſis, & non
12 ſolutis, *vt d. ſummario num.* 4. Hinc enim inſurgit præſumptio aduerſùs dd. fratres tandiù tacentes *ad text. in
l. ſi quis fortè, §. 1. ff. de poen. cum trad. per Afflict. deciſ.
13. num. 12. & 22. Menoch. d. praeſ. 3. num. 105. Rimin. iun. conſ. 407. num. 14. vol. 4.* Ex hisque ceſſat præſumptio militans pro inſtrumẽto cũ ſolemnitatibus ſtatutarijs celebrato, ac pro decreto Iudicis; quia ex ſpecialibus, & validioribus coniecturis ex dicta quietancia ſolutionis ſcutorum 104. iuncta temporis vicinita-
13 te, & dicta falſa aſſertione, ac diuturna taciturnitate in
contrarium reſultan. præſumptio illa generalis eliditur,
*l. cum de indebito, vbi Bart. de probat. Gabr. de ſenten. concluſ. 5. num. 36. et 37. cum pluribus per Hond. conſ. 29.
num. 52. et conſil. 32. num. 12. lib. 2. et in ſpecie Rot. d.
deciſ. 529. num.* 2.

Et ita deciſum pro nullitate cenſus, &c.

ANNOTATIO.

A Bona tradita in dotem æſtimata cenſentur vendita, & tranſeunt in dominiũ viri, vt præter hic adductos, *Hond. conſ.* 14.
*num. 43. & ſeq & conſ 41. nu 4. lib. 1. Fontanell de pact
nupt. clauſul 5 gloſſ 8. part. 13. num. 9. Seraph deciſ* 1450
*num. 1. & fuit dictum in Rom. dotis die 9. Decemb 1613.
coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, & in Sancti Seuerini dotis 4. Maij 1620 & in Sabinen Caſtri Mompei 28. Nouembris 1622. & 15 Ianuarij 1625. coram eodem, & in
Peruſina dotis 18 Februarij 1622. & 31. Martij 1623.
coram R. P. D meo Nauarro. & in Foroliuien. dotis 9.
Iunij 1625. coram R. P. D. Durano*, in quibus aliæ deciſiones referuntur. Hæc tamen concluſio procedit in
dubio; nam ſi conſtare poſſet, etiam ex coniecturis, quod
æſtimatio ad alium finem facta fuiſſet, regula prædicta locum non haberet, *Trentacinq variar. reſolut. volum 1.
lib. 3. tit. de iur dot reſolut. 1. num. 24 Ioſeph Ludouic.
concluſ 10 limit 2. Maſcard de probat concluſ 664 num.
12. cum alijs per Fontanell. loco cit. num. 30. verſ dixi, &
fuit dictum in Spoletana bonorum 6. Aprilis 1601. coram
Penia, & coram eodem in Rom. reſtitutionis dotis 10 Martij*
1608. & ideo non procedit. Primò quando partes conuenerunt, quòd dos reſtitueretur in iiſdem rebus, vel
corporibus, tunc enim æſtimatio cenſetur facta ad alium
finem, nempè ad dignoſcendum rei valorem, vt ſi deterior fiat res dotalis culpa viri, mulieri ſit conſultum,
*Soccin. conſil. 56. num. 3. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ 10 verſ limitatur, Natt conſil. 650 in princip. Surd.
conſil. 330 num. 25. Maſtrill deciſ. Sicil. 119. num. 9. cum
alijs per Fontanell loco cit. num. 31. Rot deciſ 136. & 157.
num. 3. part. 2. diuerſ fuit dictum in allegata Romana
reſtitutionis dotis 10. Martij 1608. coram Penia, & in
eadem 15 Iunij 1613. coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Pamphilio, & in Sancti Seuerini dotis die 23. Martij
1618. coram bon mem Vbaldo, & in Anconitana bonorum
3. Iulij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro*. Secundo non
procedit, quando ex interuallo poſt traditam viro inæſtimatam rem dotalem, fieret poſtea illius æſtimatio,
*Couarr practicarum quaeſtion cap 28. num 10. verſic undecimo. Ioſeph Ludouic dicta concluſ 10. limit. 8. Trentacinq. dicta reſolut. 1. num. 19. Ioſeph Ludouic deciſ. Perusin. 89. num 4 cum alijs per Fontanell dicta par 13 num.
17. Rot. deciſ. 30 num. 5. et 6. poſt Pacific. de Salutan. interdict. in vlt impreſſ* niſi tamen æſtimatio eſſet facta paucos poſt dies & ex modico interuallo *Couar dicto cap 28.
num. 10. verſ vndecimò, Ioſeph. Ludouic. dicta deciſ 89.
num 10 vbi num. 11.* quòd Iudicis arbitrio relinquatur,
quod ſit modicum, vel magnum interuallum. Tertiò,
non habet locum principalis concluſio, quando partes
conuenerunt, vt res æſtimata remanere debeat fundus dotalis, *Tob Non. conſil. 106. num 2. Cardinal. Caualer.
deciſ 645. num 2. et fuit dictum in Romana Canonicum
20. Martij 1623. coram bon mem Vbaldo, et in Romana de Bombellis 19. Ianuarij 1624. coram Reuerendiſſimo
D. Coccino Decano*. licet vbi res dotalis æſtimata tradita
eſſet viro in ſolutum, & in fundum dotalem, huiuſmodi
æſtimatio faceret emptionem, & dominium rei æſtimatæ
tranſire in virum, qui eſſet ſolùm debitor quantitatis, vt
per *Hondéd. conſ 41. num. 18. lib 1.* quod ſic declarauit
*Rota in dicta Romana de Bombellis coram Reuerendiſſimo
D. Decano*. Quartò æſtimatio non facit emptionem,
nec dominium rei æſtimatæ tranſit in virum, quando datur res in dotem æſtimata minori pretio, quàm valeat,
maximè ſi diminutio ſit vltra dimidium, *Roland conſ. 64.
num. 4 et 17. verſ non obſtat, lib. 4. Tob. Non. dicto conſ.
106. num. 5. et fuit dictum in allegata Romana Canonicum
coram bon. mem. Vbaldo*. Quintò, æſtimatio non facit emptionem, nec prædium æſtimatum deſinit eſſe dotale, ſi
de tempore, quo fit æſtimatio, maritus non erat ſoluendo, nec habebat bona, ex quibus rem dotalem ſoluere poſſet, *Bald et Salicet. in l intereſt, in fin. C. de vſufruct.*
Imol.

Digitized by Google

Imol. in l. ſi æſtimatis, colum 1. ff. de iur dot Iaſ in l. ex conuentione, num 2. verſ quartà ſingulariter limita, ff. de pact cum alijs per Surd. conſ 491. num. 9. Neguſant. de pignor. membr. 2. part. 2. princip num. 59. Roland conſ. 92. num. 7. lib. 2. et tenuit Rota in Romana Salutani 5. Decembris 1603. coram bon mem. Card Lancell iuniori, et admiſit in dicta Sabinen Caſtri Mompei 15. Ianuar. 1625. coram bon mem. V baldo ſeniori; licèt contrarium tenuerint alij, quos refert, & ſequitur *Fontanell. d par 13. num. 77.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Panormitana Archipresbyteratus.

Lunæ 3. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Examen factum per examinatores in Synodo non deputatos, quando ſit nullum. Item examen corruit vbi examinatores iuramentum iuxta formam Concilij, & conſtitutionis Pij V. omiſerunt.

SVMMARIVM.

1 *Gratia*, ſi neutri, *dicitur iuſtificata, quando ex actis conſtat de non iure aduerſarij.*
2 *Examen non factum ab examinatoribus ſynodalibus eſt nullum, ſicut etiam prouiſio inde ſubſecuta.*
3 *Examinatoribus ſynodalibus mortuis, vel impeditis poſſunt alij in eorum locum ab Ordinario extra ſynodum ſubrogari.*
4 *Actus faciens relationem expreſſam ad aliud non ſuſtinetur, niſi relatum fuerit rectè adimpletum.*
5 *Examinatorum ſynodalium vno mortuo officium quo ad omnes expirat.*
6 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*
7 *Clauſula*, omni meliori modo, *validat actum etiam vltra modos expreſſos.*
8 *Prouiſio, ac examen eſt nullum, vbi non apparet de iuramento examinatorum iuxta formam S Conc. Trid. ſufficit tamen iuramentum generale ſemel in eorum deputatione præſtitum num. 12.*
9 *Iuramentum, ab examinatoribus, præſtandum iuxta formam Concilij non præſumitur, ſed probari debet.*
10 *Originarius loci, & magis qualificatus præferri debet in examine per concurſum.*
11 *Remiſſoria conceditur ad probandum, quòd examinatores iuramentum iuxta formam Concilij Tridentini, & conſtitutionis Pij V. non præſtiterunt.*

DECISIO CCCLXII.

CVM die 28. Iunij 1617. reſolutum fuerit, gratiam, ſi neutri, per Nicolaū obtentam non eſſe iuſtificatam quoad non ius Iulij ab Ordinario prouiſi, & hoc ex defectu tranſportarionis actorum ſuper concurſu coram Ordinario facto, ſinè quibus de dicto non iure conſtare non poſſe videbatur, ab hacque reſolutione receſſum fuerit 8. Iunij præteriti, ea tantùm ratione, quia Nicolaus dd. acta tranſportare non potuerit culpa eiuſdem Iulij, à quo tanquam ab intereſſe habente præſumebatur proceſſiſſe impedimentum; hodie illis per dictum Nicolaum tranſportatis, dubioque repropoſito DD. ſteterunt in vltimò deciſis, ex fundamento, quòd
1 ex reuolutione dd. actorum conſtet de non iure dicti Iulij iuxta deciſiones *in Feſulana gratiæ ſi neutri 27. Ianuarij 1563. coram Robuſterio, & in Pampilonen. Parochialis de Aguero 12. Ianuar. 1609. & 7. Iunij 1610. coram Reuerendiſſima Attrebaten. relatis in dicta deciſ. ſub die 28. Iunij anni præteriti*. Primò namque apparet, examen oppoſitorū non fuiſſe factum per examinatores
2 in ſynodo diœceſana deputatos iuxta formam *Sac Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. §. examinatores autem.* Et ſic prouiſionem ſubſecutam nullam fuiſſe, vt Sacra Congregatio dicti Concilij ſæpius declarauit, & tenuit *Rota in Fanen. parochialis 28. Iunij 1596. coram bon. mem. Cardinali Arigonio, & 16. Decembris 1597. coram Litta impr. per Moder. Hiſp. de beneſ. part. 9. cap. 2. num. 213. 339. & ſeqq.* Non obſtat, quòd deficientibus, vel impeditis ſynodalibus, poſſunt alij in eorum locū extra ſynodum per Ordinarium ſubrogari, vt pluries
3 cenſuit Rota, & præcipuè *in illa Litteren. Archipresbyteratus 6. Iunij 1582. coram Cardinali Blanchetto, in Placentina Parochialis de Malpartida 20. Decembris 1585. coram bon mem. Cardinali Pamphilio, & 29. Nouembris 1593. coram Litta, & in Pampilonen. de Munnain. 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo, & 29. Aprilis eodem anno coram d. Cardinali Pamphilio, relatis per Modern. Hiſpan. vbi ſupra num. 87. & ſeqq. & par. 10. cap. 2. num. 23.* Nam hoc etiam præſuppoſito, nihilominus cum in præſenti huiuſmodi deputatio per Ordinarium facta fuerit vigore facultatis ſibi tributæ per decretum fel. record. Clem. VIII. ad quod expreſſa habita fuit relatio
4 in fine ibi (& hoc iuxta decretum fel. record. Clementis Octaui) *vt in ſummario Nicolai num. 3.* ideoque fuit nulla, tùm quia dictum decretum loquitur, ſi examinatores infra annum deputationis eorum in ſynodo diœceſana mortui ſunt, & ideo decreto locus non eſt; tùm quia non apparet ſeruata illius forma, tàm quo ad qualitatem examinatorum, qui debebant eſſe ex antiquis ſynodalibus ſuperexiſtentibus, de quorum deficientia hic non conſtat: quàm etiam quo ad eorumdem numerum, cum non pauciores numero ſex ſubrogandi eſſent, & hic tantùm quatuor deputati fuerint. Et licèt (vt enunciatur in dicta deputatione) exiſterent alij duo ſynodales non impediti, & ſic ex illis compleretur dictus numerus ſex; attamen cum non conſtet de aliqua ſynodo celebrata ab vltima de tempore anteceſſoris, ſtatim
5 per deficientiam, & mortem vnius ex ibi deputatis examinatoribus, officium quo ad omnes expirauit, ita vt dd. duo ſuperexiſtentes pro legitimis haberi non potuerint, iuxta declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Interpretum *in vna Toletana impreſſa in d tract. de beneſ. d. cap. 2. num 8.* Nec aliunde dicta deputatio ſuſtineri poteſt ex vulg. regula, quod
6 potui nolui, & quod volui adimplere nequiui *cap. cum ſuper, de offic. deleg.* Præſertim quia non legitur adiecta clauſula, *ac omni meliori modo, &c.* quæ ſolet operari va-
7 liditatem actus etiam vltra modos expreſſos, *Verall. deciſ. 124. part. 2. Achill. deciſ. 1. de verb. ſignif. cum alleg. in Bergomen. Cappellæ 23. Martij præteriti coram me, & ſæpius dixit Rota.* Viſa fuit præterea nulla dicta deputatio, ac conſequenter examen, & prouiſio ſubſecuta, quia non conſtat de iuramento per huiuſmodi examina-
8 tores præſtando ad Sancta Dei Euangelia, ſe quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros, iuxta formam eiuſdem *Sacri Conc. d. cap. 18. §. examinatores, & in ſpecie dixit Rota in Foroſempronien. Parochialis 15. Ianuar. 1593. coram bon. mem. Cardinali Mantica relata in dicto tractatu d. cap. 2. num. 133. &*
A 355. A, nec illud tanquam ſolemnitas extrinſeca præſumi-

ſumitur, ſed probari debet *Butr. in cap. tuis, num. 5. verſ. ſi autem apparet, & ibi Abb. in vltim. quaſt. num. 8. de teſtibus, Iaſ. in l. admonendi, in 1. lect. num. 239. de iur. iur. Bald. conſ. 148. num. 8. in fin. lib. 1. Soccin. conſ. 85. lib. 1. Crot. in tract. de teſtib. par. 7. num. 15.* Tandem cenſuerunt DD. Iulium vti minus idoneum, & ab vno etiam examinatore non approbatum non debuiſſe præferri Nicolao, originario loci, ac magis qualificato, ſci-
10 licet Sacræ Theologiæ Doctori, ætate prouectiori, antiquiori Sacerdoti, & in exercitio curæ animarum laudabiliter verſato, & ab omnibus examinatoribus concorditer, & nemine diſcrepante approbato, vt dictum fuit in *Tudertina parochialis 28. Aprilis 1603. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, in Camerinen. concurſus 19. Decembris dicti anni coram Reuerendiſſimo Attrebaten. in Ripana parochialis 4. Iulij 1608. coram R. P. D. meo Pamphilio*, attenta præſertim forma edicti de admittendo digniorem.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et facit deciſio in *Ilcinen. parochialis 4. Iulij 1629. coram*
11 *R. P. D. meo Verospio*, in qua articulus, quòd ab examinatoribus præſtitum non fuerit iuramentum, iuxta formam Sacri Concilij Tridentini, & conſtitutionem Pij V. habitus fuit pro releuanti ad annullandum concurſum;
12 & conceſſa fuit remiſſoria. Sufficit tamen iuramentum generale ſemel per eos præſtitum, quando fuerunt in Synodo deputati examinatores, nec eſt opus, illud in quolibet examine præſtare, *Garz. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 359. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quaſt. 31. num. 94.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Fauentina pecuniaria.

Mercurij 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Reintegratio conceditur iudicialiter ſpoliato, cōſtito de extremis neceſſarijs, ac de iniuſtitia decreti, ſiue mandati, cuius vigore aduerſarius poſſeſſionem rei controuerſæ adeptus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ex nuncij relatione probatur.*
2 *In ſpolio iudiciali vltra extrema neceſſaria poſſeſſionis anterioris ſpoliati, & poſterioris rei, requiritur iniuſtitia decreti Iudicis.*
3 *Executio, ac omnia facta vigore mandati nulli, nulla ſunt.*
4 *Executio facta pendente termino ad appellandum, dicitur nulla, & attentata.*

DECISIO CCCLXIII.

RESPONSVM fuit, fratres à Podiali informantes reintegrãdos eſſe ad prędium Paderna nuncupatũ, de quo agitur. De primo namque extremo, videlicet anterioris ipſorum poſſeſſione, conſtare viſum fuit ex teſtibus datis in *ſummario num. 3.* deponentibus de emptione dicti predij de anno 1611. per dd. fratres à Cæſare Vicario facta, & de poſſeſſione illius, ac perceptione fructuum abinde citra, per optimas, & concludentes rationes, & de viſu delationis fructuum ad domum ipſorum: quæ atteſtationes corroborantur, etiam per aſſertionem miniſtri publici Fauētiæ in inſtrumento ſubha-
1 ſtationis, ac deliberationis dicti prędij, tanquam de iuribus dd. fratrum à Podiale, prout dicto *ſummario num. 4.* cui in dubio creditur *Caſtr. in l. fin. num. 6. verſ. in dubio, C. de edict. diu. Adr. toll. vbi Dec. num. 17. Iacobin. num. 52. & Zuccard. num. 147. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 9. q. 24. verſ. tertius eſt caſus*, & in ſpecie, quòd ſi nuncius referat ſe cępiſſe bona tanquam de bonis debitoris præſumatur, ea fuiſſe poſſeſſa per debitorem, *trad. Alex. poſt Imol. in l. a diuo pio, §. ſi ſuper rebus, num. 17. ff. de re iud.* De ſecundo autem extremo, nimirum de poſteriori poſſeſſione Cæſaris de Benedictis ſatis cōſtare DD. cenſuerunt, tùm ex dicto inſtrumēto deliberationis dicti prędij illi factæ pro libris 1938. pro ſorte, & pro expenſis ſcut. 15. vigore mandati executiui; tùm ex eiſdem teſtibus ſuper tertio artic. de publica voce, & fama, *d. ſumm. nu. 4.* Tandem nec fuit dubitatum de tertio requiſito, ſcilicet,
a de vitio, atque iniuſtitia ſpoliationis, *iuxta conſ. Dec. 449. num. 30. Card. Seraph. deciſ. 867. num. 1.* Nam prædictum mandatum executiuum relaxatum ad fauorem Helenæ, & Frãciſci eius filij de Benedictis, cuius vigore facta fuit ſubhaſtatio, ac deliberatio, redditur notoriè iniuſtum ex eiſdem actis, in quibus doctũ non apparet de aliquo eorum prætenſo credito contra dictum Viſanum venditorem, nec de prætenſo debito fratrum à Podiale emptorũ cum eodem Viſano. Vndè & executio, & omnes actus
3 ſubſecuti fuerunt iniuſti, ac ſpoliatiui vti à radice infecta profecti, & ſic reuocandi, per rationem, quam affert *Bart. in quaſt. 5. incip. Lapus, num. 5. verſ. quintò probatur*, & in ſpecie deciſum fuit in illa *Romana ſpolij 11. Feb. 1606. coram bon. mem. Iuſto, & in Romana Palatij 19. Ian. 1615. coram me*, & aliàs ſæpè. Prætereà dicta ſpoliatio fuit nulla, & attentata, quia relaxata fuit executio pendente ter-
4 mino ad appellandum, imò eadem die, qua fuit decretum mandatum 6. Febr. præteriti *d. ſummario num. 1.* & deliberatio fuit facta 22. Februarij, & ſic poſt appellationē pro parte fratrum à Podiale interpoſitam 12. eiuſdem *d. ſummario num. 2.* & ideo ipſi veniunt reſtituendi, vt in ſpecie ſpolij attentati, tenuit Rota *in illa Carthaginen. dimidiæ portionis 16. Martij 1583. coram Gipſio, & in Parmen. beneficij 4. Decembris 1585. coram eodem.*

ANNOTATIO.

Hæc deciſio fuit in omnibus concluſionibus confirmata in hac eadem cauſa *coram R. P. D. meo Nauarro 13. Nouemb. 1623. & infra coram D. m. deciſ. 801. & 851.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cephaluden. penſionis.

Mercurij 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Penſio debita pro fructibus beneficij reſignati, maturata ante reſignationē debetur reſignanti, non autem reſignatario; ſecùs in penſione maturata poſt reſignationem. Soluens procuratori beneficiarij, qui reſignauit, liberatur, ſi de reſignatione certior factus non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Reſignanti beneficium ſicut competunt fructus ante perce-
pti, ita & penſio eorum loco ſubrogata.*
2 *Penſionarius decedens ante terminum ſolutionis, poſt fru-
ctus tamen recollectos, tranſmittit ad hæredes ius petendi
illum terminum.*
3 *Penſio reſpectu ad fructus recollectos debetur.*
4 *Solutio anticipatè facta non præſumitur, cum ſemper in
fine anni debeatur.*
5 *Teſtes nulliter examinati præbent adminiculum.*
6 *Reſignans abdicat a ſe ius, & poſſeſſionem, adeò vt fructus
ampliùs percipere non poſſit, & perceptos poſt reſignatio-
nem reſtituere teneatur.*
7 *Mandatum expirat per reſignationem, æquè ac per mortẽ.*
8 *Procuratori reuocato ſoluens liberatur, ſi reuocatio ei notifi-
cata non fuit.*

DECISIO CCCLXIV.

RESOLVERVNT DD. cedulã mer-
catoris pro pẽſione reſeruata cõſignan.
eſſe Reuerendiſſ. D. Epiſc. Alexandrino
pro pẽſione decurſa del 1612. præterquã
pro rata affictus Abbatię exacta de men-
ſe Octob. dicti anni, vt infra. Nam exce-
ptio per Reuer. Theanen. reſignatarium oppoſita, quòd
fructus d. anni 1612. ad eum pertinentes fuerint perce-
pti per d. Reuerendiſs. D. Alexandrinum, & ſic æquitas
non patiatur, quòd eodem tempore conſequatur pẽſio-
nem, & fructus, ſuper quibus illa debetur, viſa non fuit
ſubſiſtere; duo enim termini exacti 10. Febr. & 27. Maij,
erant maturati prima die Ianuarij, & Maij antecedentiũ,
iuxta locationem factã per prædeceſſorẽ in Abbatia del
1609. reſignatio verò, & conſenſus ſunt ſub die 9. dicti
menſis Maij; & ideo quemadmodum fructus ante perce-
1 pti ſpectarent ad reſignantẽ, *ad not. in l. ſi ſtipulatus, ff. de
vſur. Salic. in l. Iulianus, §. ſi fructibus, nu. 7. poſt med. verſ.
& tunc aut fructus illi, ff. de act. empt. & in l. fructus, verſ.
huius timore, C. eod.* ita & penſio eorũ loco ſubrogata, de
qua idẽ iudicatur, quod de ipſis fructibus, *l. defuncta, vbi
Alberic. ff. de vſufr. Bart. in l. fin. in fin. ff. de iur. fiſc. Bal. in l.
1. nu. 18. verſ. item ſubdit, C. de vſur. & fruct. leg. Salyc. in d.
§. ſi fructibus, nu. 9. verſ. aut fructus, & ibi Caſtr. nu. 2. in fi.
cum alijs per Card. Mantic. de coniect. lib. 7. c. 10. n. 26. Mo-
lin. in tract. de primog. Hiſp. lib. 4. c. 11. n. 17. Pereg. de fidei-
com. art. 49. §. in tertio autẽ tempore, num. 96. & 100.* & per
2 hæc ita in ſimili pro hærede penſionarij decedentis ante
terminũ ſolutionis, poſt fructus tamen recollectos tradit
Gamb in tract. de auct. Leg. à lat. lib. 6. de penſ. nu. 598. Quã
3 regulam correſpectiuitatis ad fructus perceptos in hac
præſertim materia ſeruandã eſſe dixit *Rota in illa Faren.
penſionis 19. Iunij 1573. coram fel. rec. Clem. VIII.* & eã
in terminis diuiſionis penſionis inter hæredem titularis
defuncti, & ſucceſſorẽ ſequuti ſunt, *Alex. conſ. 15. n. 3. Fer-
ret. conſ. 141. nu. 5. lib. 1. & conſ. 256. per tot. & iudicauit cõ-
ſil. Neapol. teſte Franc. deciſ. 79. ſub nu. 4.* & in ſpecie noſtra
ita egregiè cõſuluit, *Hond. conſ. 85. num. 20. & ſeqq. lib. 2.*
Non obſtat, quòd dd. ſolutiones fuerunt anticipatè factæ
per conductorẽ, & ſic pro fructibus percipiendis ſpectã-
tibus reſignatario; tùm quia præſumptio eſt in contra-
4 riũ cum merces locationis non debeatur, niſi in fine an-
ni, & ſic poſt fructus recollectos, *gloſ. & Doct. in l. adẽ, C.
locat. in l. diuortio, in princ. ff. ſol. matr.* nec eſt veriſimile,
conductorẽ voluiſſe promittere ſolutionẽ anticipatam,
Grat. conſ. 131. nu. 8. 11. & 12. lib. 1. tùm quia de cõtrario
conſtat, tàm ex inſtrumẽto locationis, quæ fuit facta die
14. Ianuarij, inchoãdo à prima Septemb. 1609. cũ pacto
de ſoluendo in tribus paghis, videlicet, prima Ianuarij,
prima Maij, & vltima Auguſti, vt ſupra dictũ eſt: adeò vt
hinc appareat, primã ſolutionem incipiendã à prima Ia-
nuarij poſticipatam fuiſſe, & ſucceſſiuè alias ſequentes;
5 quàm etiã ex teſtibus licèt nulliter examinatis, admini-
culũ tamen præbentibus, *iuxta not. per Doct. in c. peruenit
il 1. de teſtibus, Card. Seraph. deciſ. 1154. nu. 1.* qui deponũt,
fructus Abbatiæ conſiſtere in oliuis, glandibus, vuis, her-
bagijs, & terragijs, qui percipiuntur infra Kal. Septemb.
& Ianuarij. Quo verò ad ratam affictus per d. Epiſcopũ
penſionariũ 5. Octob. eiuſdem anni exactã, mediãte eius
procuratore, dixerunt DD. cedulã non eſſe concedendã;
quia dicta rata exacta menſe Octob. & maturata menſe
Auguſti ſpectabat reſignatario pro fructibus perceptis
6 poſt reſignationẽ, non reſignanti, qui reſignando abdica-
uerat à ſe ius, & poſſeſſionẽ, *Innoc. in c. quod in dubijs, et in
c. ſuper hoc, de renunc. Abb. in c. ſollicitè, nu. 5. & 8. verſ. quar-
ta ſolutio, de reſt. ſpol. Prob ad Monach. in c. ſi te, nu. 30. de re-
nunc. in 6. Pariſ. de reſign. lib. 1. q. 6. nu. 2.* adeò vt fructus
ampliùs percipere nõ potuerit, *Prob. ad Monach. in d. c. ſi
te, nu. 30. idem Pariſ. de confident. q. 27. n. 85. & de reſig. lib.
1. q. 6. nu. 12.* & perceptos reſtituere tenetur *Rebuff. conſ.
22. nu. 19. Rot. deciſ. 1. de renunc. in nou. Prob. ad Monac. vbi
A ſupra, verſ. & ſic, Caſſad. deciſ. 4. n. 6. de reſt. ſpol.* A, & ſic nec
exigere dictã ratã affictus, & penſionis, quæ loco fructuũ
poſt perceptorũ ſuccedebat *d. l. defuncta, cum ſupra alleg.*
Non obſtat, quòd mandatũ dicti procuratoris exigentis
7 iam expiraſſet per reſignationẽ æquè, ac ſi finitũ fuiſſet
per mortẽ, iuxta *clem. fin de procur. vbi Card. n. 13. q. 14. Ro-
ta deciſ. 28. de procur. in nou. Caſſad. dec. 1. n. 2. de appell. Mil.
in repert. in ver. procurator conſtitutus, Put. deciſ. 458. nu. 1.
8 lib. 2. in nouis,* quia nõ conſtat de notificatione præcedẽ-
ti d. reuocationis, prout requirebatur ad hoc, vt ſolucti
noceret, *l. qui hominẽ, §. ſi Titiũ, vbi Bar. & alij, ff. de ſolut.
gloſ. in clem. 1. in ver. teneat, ad finẽ, verſ. fallit fauore libera-
tionis, de renunc. Abb. in c. ex parte il terzo, n. 13. & ibi Felin.
col. 11. in fine, verſ. ſecundus caſus exceptuatus, num. 17. de
cler. & in ſpecie Caſſad. deciſ. 2. num. 14. de appell.*
Et ita reſolutum fuit vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd fructus pendente tempore reſignationis ſpectent
ad reſignatariũ, adeò quòd ſi reſignans illos percipiat te-
neatur reſtituere reſignatario, pręter hic allegatos, *Sarnen.
de annal. q. 57. nu. 3. verſ. pro quo eſt diligenter, Gabr. conſ.
192. per tot. lib. 1. Card. Caualer. deciſ. 104. nu. 4.* & in re-
ſignatione ſimplici, & pura prædicta intelligũtur ſtatim, ac
reſignatio admittitur, *Gabr. d. conſ. 192. num. 1.* in reſigna-
tione verò conditionali, & ad fauorem intelliguntur ſtatim
atque præſtatur conſenſus, *Gabr. d. conſ. 192. num. 2. &
ſeqq. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 16. num. 38.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana ſpolij.

Lunæ 10. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Simulatio nõ præſumitur, nõ docto de cauſa, &
quęnã cõiecturæ ad illã probandã requirãtur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus minoris cum ſolemnitatibus præfertur contra-
ctui ſinè ſolemnitatibus celebrato.*

2 *Fi-*

2 *Fides baptiſmi probat ætatem.*
3 *Simulatio non præſumitur, deficiente cauſa ſimulandi, ſine qua coniecturæ nihil operantur.*
4 *Simulatio coniecturis non probatur, niſi ſint admodum efficaces, & dilucidæ.*
5 *Simulatio vt ex coniecturis probetur, debent eſſe legis, & non hominis.*
6 *Simulationis coniectura non dicitur ſufficiens, ex quo contractus fuerit inter matrem, & filium celebratus.*
7 *Inuitus nemo cogitur de iuribus ſuis experiri.*

DECISIO CCCLXV.

LATA per A. C. ſententia reintegratoria Flaminij ad poſſeſſionē medietatis trium apothecarum, de quibus agitur, appellationeq. ab ea interpoſita, & in Rota cōmiſſa, fuerat corā Reuerendiſſ. Attrebaten. reſolutum, eſſe locum Ægidianæ; & cū idem Flaminius proſequeretur cauſam pro confirmatione d. ſentētiæ vt recuperaret fructus, in quibus rei cōuenti condēnati fuerunt, & lite pendente ceſſiſſet iura ſua pro dd. fructibus, & expēſis in ſentētia cōtētis, Catherinę eius matri pro dotibus, & alijs eius creditis, quę cū reaſſumpſiſſet cauſā, & peteret ſentētię cōfirmationē, propoſitaq. cauſa 5. Martij præteriti, D. Laurentius vnus ex reis conuentis oppoſuit de alia ceſſione ſibi per d. Flaminium facta: & ideo dictum fuit, vt videretur, quæ ceſſio eſſet attendenda: & poſt dilatam 4. Iulij præteriti reſolutionem, hodie DD. dixerunt, ceſſionē ad fauorem d. Catherinæ factā eſſe attendendam. Nam ipſa habet intentionē fundatam in publico d. ceſſionis inſtrumēto, cū ſolemnitatibus ſtatutarijs, ratione minoris ætatis d. Flaminij fa[c]to ſub die 7. Martij 1614. ex cauſa, & ad computū dotis, & aliorū creditorum d. Catherinæ in d. inſtrumento memoratorum: quod inſtrumentum fuit vallatū iuramento, & obligatione Camerali, & de dictiō credito dotali conſtat *in ſumm. Catherinæ, alias dato nu. 3.* Nō obſtat prætenſa ceſſio facta d. D. Laurentio ſub die 30. Martij 1614. *in d. ſumm. nu. 2.* Tum quia ceſſio d. Catherinę tanquā prior in tempore præualere debet, maximè quia eſt ſolemnis, ceſſio verò d. D. Laurentij eſt ſine ſolemnitatibus, cū Flaminius eſſet minor annis 20. vt ex
1 fide baptiſmali data, quæ probat ætatem, vt plenè dictū fuit corā me in illa *Tudertina nullitatis obligationis 1. Iunij 1615. impreſſa in recent. deciſ. 709. num. 1. par. 2.* Tum etiā, quia ceſſiones ſunt ad inuicē compatibiles, cum Flaminius ceſſerit matri iura ſpolij, & expenſarū. Secunda verò ceſſio ad fauorē Laurentij fit de proprietate, & hic non ſumus in concurſu ceſſionū eiuſdem rei, & iuris, & propterea ceſſat omnis dubitatio. Non obſtat exceptio
3 ſimulationis, quia nullā ſuberat cauſa ſimulādi, ſine qua
A coniecturæ nihil operantur, A. *Bart. in l. poſt contractū n. 1 ff. de donat. et deciſ. 65. nu. 4. lib. 1.* & ſæpius tenuit Rota, & ſignanter *in Bonon. bonorum 1. Decemb. 1613. corā R. P. D. meo Dunozetto, et in Romana fideiuſſionis 13. Martij 1617. coram R. P. D. meo Andrea,* in quibus plures, & quidē vrgentiores adducebantur coniecturæ pro ſimulatione. Et nihilominus cōiecturę, quæ pro parte d. Laurentij ad-
4 ducebātur, viſę fuerunt leues, aut faltē non ita efficaces, & dilucidæ, prout requiritur, *V erall. deciſ. 152. n. 3. par. 3.*
5 imò requiritur, vt ſint coniecturæ legis, & non hominis, *Alym. conſ. 145. nu. 2. verſ. quod tamen, V erall. ubi ſup. nu. 7.* Et quo ad primā deductam ex non interuentu pretij, ſed tantū ex mendicatis prætēſis creditis matris cōtra filiū, illa tollitur ex vero credito d. Catherinę reſpectu dotiū, de quo ſupra, & reſpectu expenſarum factarū in ſubſtentatione litis in ſpolio. Secunda aūt ex eo, quòd fuit contractū inter matrē, & filiū, & ſic inter perſonas ſuſpectas,
6 non eſt ſufficiens ad inducendā præſumptionē ſimulationis, *Bald. in l. quod autē, §. ſi tibi maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 35. nu. 8. verſ. quod locum habet.* Tertia ex tarda productione, videtur pariter debilis, quia nemo inuitus cogitur de iuribus
7 ſuis experiri ex alleg. per *Surd. conſ. 163. num. 53.* Quare fuit concluſum, ceſſionem Catherinæ eſſe attenden.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ. 99. ſub lit. A.*

Romana, ſeù Tiburtina caſtrorum de Melchiorijs.

Lunæ 10. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Renunciatio generalis quarumcunque hæreditatum, delatarum, & quæ in futurum deferentur, valet, quamuis in ea exprimantur hæreditates viuentium, maximè quando eſt facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, & cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio hæreditatis viuentis dicitur inductiua voti captandæ mortis, & eſt nulla.*
2 *Ceſſio hæreditatis viuentis fieri poteſt per renunciationem generalem quarumcunque hæreditatum deferendarum, quia tunc ceſſat ratio captandæ mortis.*
3 *Renunciatio generalis hæreditatum valet etiā ſi ſpecificata ſit hæreditas particularis, tunc enim ſpecificatio gratia demonſtrationis cenſetur facta.*
4 *Specificatio inualida contenta ſub generali valida ſuſtinetur.*
5 *Inſtrumentorum generalis formula excuſat, ne ſubuertantur inſtrumenta, & lites ſuſcitentur.*
6 *Renunciatio omnium bonorum ex cauſa ingreſſus religionis valet.*
7 *Clauſula, ac aliàs omni meliori modo, actum valere facit eo meliori modo, quo poteſt.*
8 *Renunciatio generalis fraudolenta præſumitur, quando non in vna perſona verificari poteſt.*

DECISIO CCCLXVI.

FIRMATA die 12. Nouembris præteriti legitimatione perſonæ D. Franciſcæ vnius ex filiabus q. Catherinæ Vrſinæ, & reſeruato, vt videretur de legitimatione perſonæ D. Petri Pauli ceſſionarij Olympiæ alterius eiuſdem Catherinæ filiæ, nunc Monialis profeſſæ, pro quibus petebatur immiſſio in poſſeſſione Caſtrorum, de quibus agitur, ex interdicto, Quorum bonorum; hodie cenſuerunt Domini, conſtare etiam de legitimatione perſonæ dicti Petri Pauli. Difficultas pendebat à validitate ceſſionis illi factę per dictam Olympiam ante Religionis ingreſſum, quæ nulla dicebatur, tanquam in ſpecie facta de bonis maternis, ſicque Catherinæ tunc
1 viuentis abſque eius conſenſu, & proinde inductiua voti captandæ mortis, & contra diſpoſitionem *l. fin. C. de pact.* vbi omnes *Franch. deciſ. 89. num. 4. cum deductis in Romana de Marganis 17. Decembris 1584. & 1. Aprilis 1585. coram bon. mem. Robuſterio.* Verùm fuit reſpon-

ſum, nos verſari in generali renunciatione, donatione,
ac ceſſione de toto eo, quod ipſa Olympia petere, habe-
re, ſeu conſequi quomodolibet poteſt, ſeu in futurum
poterit, in, & ſuper ſucceſſione, hæreditate, & bonis qui-
buſcumque, &c. auitis, paternis, maternis, fraternis, &
ex ſororibus prouenientibus, & alijs quibuſcumq; aſcē-
2 den. & collateralium, necnon etiam iuri, & facultati
ſuccedendi ab inteſtato prædictis, repetitis eiſdem ver-
bis vniuerſalibus: ideoque non applicari diſpoſitionem,
d. l. fin. loquentis in pacto de hæreditate certi hominis,
ibi, *quibus ſpecialiter declarabatur, ſi ille mortuus fuerit*,
& ex alijs verbis ſubſequentibus, quæ perinde locum
non habet in generali renunciatione, ac ceſſione quarū-
cunque hæreditatum deferendarum, ſed potiùs diſpoſi-
tio, *l. 3. §. de illo ff. pro ſoc.* vbi valet pactum ad fauorem
ſocietatis, de ponenda in ea hæreditate obuentura, qua-
ſi tunc dicatur agi de hæreditate incerti hominis, vt ibi
*gloſ. in verbo iuſta, & Odofr. & in d. l. fin. ex illo tex. decla-
rant, gloſ. in verb. paciſci, Butrig. Alber. Bart.* & poſt alios
Cagnol. qui de communi, num. 52. *Gemin. conſ.* 139. *num.*
4. *poſt med. verſ. non obſtat, Signorol. conſ.* 71. *col.* 1. *poſt
med. ſub verſ. item ſimilis, de communi Craſſ. §. ſucceſſio ab
inteſtato, quæſt.* 9. *num.* 16. & in renunciatione huic, de
qua agitur, ſimili, *Laderch. conſ.* 133. *num.* 6. & *Capic.*
A *deciſ.* 159. *num.* 10. *iuncto num.* 4. A, Ratio eſt, quia
cum ex morte plurium lucrum venire poſſit, non eſt ve-
riſimile, captari mortem alicuius particularis, & ſic ceſ-
ſat ratio, & præſumptio, *d. l. fin.* vt ibi in ſpecie tradunt,
Salyc. num. 10. *verſ. & eſt ratio, Fulgoſ. Iacobin. num.* 40.
Curt. Iun. num. 26. *Cagnol. num.* 55. *verſ. quemadmodum
ſcribit hic Salyc.* Nec obſtare dixerunt ſpecificationem
bonorum maternorum ex dicto verbo, *maternis*, tùm ex
eo, quòd cum fuerint ſpecificata bona omnium perſo-
narum, vt ſupra, propter hanc ſpecierum enumerationē
3 renunciatio, ac ceſſio non deſinit eſſe generalis, *Decian.
reſponſ.* 44. *num.* 97. *lib.* 4. ſed ſpecies cenſetur adiecta
gratia maioris demonſtrationis, *l. regula. §. & licèt, de
iur. & fact. ignor. l. ſtipulationes, de verbor. oblig.* & in ſi-
milibus terminis *Rot. deciſ.* 366. *num.* 17. *part.* 1. *diuerſ.*
& ſic non ceſſat dicta limitatio *l. fin.* prout nec dicta ra-
tio illius, vt ex ſe patet, tùm quia ſpecificatio prædicta,
4 vbi eſſet inualida non faceret, quominus bona materna
venirent ſub generali valida, illam comprehendente, vt
ſentit *Signorol. conſil.* 126. *A. mulier. num.* 3. *ſub verſ. non
obſtat ibi, niſi dicatur*, quē in hoc verſ. & ratione in eo po-
ſita refert, & ſequitur *Cagnol. in d. l. fin. num.* 52. *verſ.
& ſign.* & clariùs firmant *Capic. d. deciſ.* 159. *num.* 13.
verſ. 2. & *Mandell. conſ.* 11. *num.* 15. *in fin. verſ videtur
itaque mulier.* Quod faciliùs admiſerunt Domini, ex quo
inſtrumenta renunciationis, & ceſſionum ab ingredien-
5 tibus Religionem ita vniuerſaliter fiunt in Vrbe, vt ex
formulario inſtrumentorum *per Saluſt. lib.* 2. *fol.* 169. &
fide notariorum rogatorum, ne omnia ſimilia renuncia-
tionum inſtrumenta ſubuertantur, & infinitæ lites ſuſci-
tentur, vt conſiderauit *Rot. apud Mohed. deciſ.* 5. *de te-
ſtam. & deciſ* 45. *num.* 2. *lib.* 2 *par.* 3. *diuerſ. & in Rom.
ſocietatis officij* 4. *Martij* 1588. *coram bon. mem. Gypſio.* Et
quia in caſu iſto legitur, Primò in ſeparato inſtrumenti
capite in *verſ. ac inſuper*, donatio omnium, & ſingulorum
bonorū iurium, & actionum, quæ, & quas tunc habebat,
ſiue in futurū habere, & cōſequi poſſet, vel ſperaret, ſinè
vlla ſpecificatione certæ hæreditatis, vel bonorum: de
6 cuius validitate, vti factæ ex cauſa ingreſſus Religionis,
& cum iuramēto, non fuit dubitatum, *Dec. conſ* 13. *num.*
3. *Couar. in cap. quamuis pactum, par.* 3. *§.* 2. *num.* 3. *verſ.
contrariam ſententiam*, vbi de magis communi, *de pact.
Laderch. d. conſ.* 133 *ſub num.* 6. *verſ. rurſus, & num.* 7.
Rot. in Viterbien bonorum 2. *Maij* 1614. *coram R. P. D.
meo Manzanedo, et* 10. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo
Romboldo.* Secundò legitur bis adiecta clauſula, *ac alias
7 omni meliori modo, etc.* faciens actum valere eo meliori
modo, quo poteſt, latè *Rot. d. deciſ.* 366. *num.* 13. *et ſeqq.
et in terminis d. l. fin. ponderant Curt. iun. conſ.* 81. *num.*
3. *Gabr. conſ.* 137. *ſub num.* 23. *lib.* 1. *Rimin. iun. conſ.*
580. *num.* 49. *lib.* 5. Nec viſæ fuerunt prædictis contra-
riæ deciſiones *in dicta Romana de Marganis*, cum in eis
firmetur ſolùm regula *ex d. l. fin.* nec denegatur vllo mo-
do prædicta limitatio, vbi renunciatio, & ceſſio genera-
lis eſt quarumcunq; hæreditatum. Minùs obſtare *Frāch.
deciſ.* 89. *num.* 4. placuit enim reſponſio, principale fun-
damentum ibi fuiſſe, quia manifeſtè colligebatur fraus,
ex quo vxor, cui donatio facta fuerat, ſemper hæredita-
tem matris anhelauerat, & facere ſic in genere fuiſſe co-
lorem quæſitum, vt per eundem ibi *num.* 5. quod in pro-
poſito applicari non poteſt, ex quo ceſſio, & donatio fa-
cta fuit ab ingrediente ex cauſa generali ingreſſus Reli-
gionis, & vt bona in agnatione conſeruarentur, & tunc
viuebat non ſolùm mater, ſed auia paterna, ſoror, & aliæ:
itaut ceſſet ratio cuiuſcunque coloris quæſiti, qui tunc
8 conſideratur, quando generalitas non poſſet, niſi in vna
perſona verificari, *vt per Cagnol in d. l. fin. num.* 59.
Et ita reſolutum fuit vtraque parte informante, cauſaque
ſæpius propoſita.

A *Sequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 682. *num.* 49. *vbi à
num.* 45. *vſque ad* 57. totam hanc deciſionem reaſſumpſit.

Cluſina Poſtæ Puteoli.

Veneris 14. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur ex tabulis geographicis, mappis, ex cōfeſſione partium, & ex teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes contra inducentem probant, etiamſi de credulitate deponant.*
2 *Confinia, & ſitus probantur ex tabulis geographicis, & mappis, dummodo ſint facta ſeruatis ſeruandis, num.* 12.
3 *Confeſſio auctoris in ſupplicatione facta nocet ſucceſſori, & omnibus illa vtentibus.*
4 *Fines probantur ex aſſertione partium.*
5 *Confeſſioni contra confitentem magis ſtatur, quàm teſtibus, etiamſi ſint mille, num.* 13.
6 *Teſtis vnicus, & ſingularis nihil probat.*
7 *Teſtes laboratores inducentis fidem non faciunt.*
8 *Teſtes ſibi contrarij non probant.*
9 *Teſti ſuper affirmatiua deponenti maior fides adhibetur.*
10 *Teſtes, cum quibus concurrunt adminicula, magis probant.*
11 *Lex ad præterita non ſe extendit, niſi expreſsè caueatur.*

DECISIO CCCLXVII.

CONTRA ſententiam Rotalem ad fauorem Excellentiſſimi D. Ducis à Cornea latā ex parte Excellentiſſimi D. Ducis Sfortiæ appellantis opponebatur de pluribus nullitatibus, necnon de iniuſtitia, & ſub die 18. Iunij præteriti conſulti per me Domini, an dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda, reſponuerunt, illā eſſe validam, reſeruato, vt videretur de iuſtitia, ſuper qua hodie propoſito

dubio

dubio cùm plura ex parte d.D. Ducis Sfortiæ deducerẽtur, & præſertim quòd poſta Puteoli, de qua agitur, non
exiſteret, (prout hactenus ſuppoſitum fuit) in Cluſio Peruſino auctoribus d.D. Ducis à Cornea conceſſo, conſequenter non eſſet factus locus deuolutioni ad eius fauorem ob lineam DD. de Sfortia, quibus dicta Poſta fuerat
conceſſa, (vt dicitur) finitam; item quòd conceſſio facta auctoribus D. Ducis à Cornea non fuerit in Camera regiſtrata, iux. Bullam fel. record. Pij V. DD. ſuper vtroq; reſoluerunt ad fauorem eiuſdẽ D. Ducis à Cornea, obiecta ad aliam inſpectionem reſeruantes. Nam quoad primũ, videlicet, quòd Poſta Puteoli ſit in Cluſio Peruſino, patere videbatur, quia dictum Cluſium eſt ſituatũ intra hos fines, videlicet lacus Tranſimeni, fluminis Treſiæ, fluminis Clanarum, territorij Ciuitatis Cortonæ, & Caſtri Valliani, vt deponunt teſtes eiuſdem Ducis Sfortiæ in hac ſecunda inſtantia in vim remiſſoriæ examinati, videlicet ſecundus iuxta octauũ, tertius iux. 14. quartus iux. ſeptimum, qui eſt primus teſtis idem deponens iux. quartum in alio examine primæ inſtantiæ, quintus iuxta 44. ſextus iux. 17. & 18. ſeptimus iux. 28. & 44. qui eſt quartus in dicto primo examine, idem deponens iux. ſeptimum, & octauũ iuxta 15. & omnes iuxta 14. quibus
1 teſtibus contra ipſum inducentẽ magis deferendũ videtur, *Rom. conſ.* 104. *num.* 6. vbi quòd probãt etiã de credulitate, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 7. *num.* 2. *de præben. Surd. deciſ.* 284. *num.* 18. *&* 19. *Rota in Mediolanen. decimarum* 9. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in recentioribus deciſ.* 167. *num.* 28. *&* 181. *num.* 7. *par.* 1. Et prædicti confines ſunt etiam deſcripti in cõceſſione Iulij III. dicti Cluſij facta Iacobæ eius ſorori *in ſumm. d. D. Ducis à Cornea num.* 2. & in poſſeſſione per eam capta totius Cluſij *in d. ſumm. num.* 13. necnon etiam in alio Motu proprio Pij IV. *in ſumm. præterita poſitionis Ducis Sfortiæ num.* 6. *& in inſtrumento locationis Franciſcæ Sfortiæ ibid. num.* 11. quæ ſcripturæ productæ fuerunt (licèt per cõpulſum) pro parte ipſius Ducis Sfortiæ, vt in regiſtr. fol. 255. in prima par. Et patent oculariter ex ta-
A bulis geographicis, & mappis territorij Peruſini, A, qui-
2 bus in hac materia detulit *Rota coram bon. mem. Card. Pamphilio in Virdunen. electionis Epiſcopatus* 15. *Nouemb.* 1593. & ad proban. ſituationẽ in *Theatina iuriſdictionis S. Ioannis in Venere* 4. *Maij* 1612. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Vlixbonen. iuris cõferendi* 7. *Febr.* 1607. *coram Illuſtriſſ. Lancellotto*. Intra eoſdem verò confines ſitam eſſe Poſtam Puteoli, deponunt prædicti teſtes Ducis Sfortiæ, videlicet ſecundus iux. octauũ, tertius iux. 15. quartus iux. 7. quintus iux. 14. 61. iux. 17. ſeptimus iux. 28. & octauus iux. 15. & in d. examine primæ inſtantiæ, dictus quartus teſtis, qui fuit primus iuxta quartum, & ſextus tunc ſecũdus iux. octauũ, & ſeptimus tunc quartus iux. ſeptimum: & explicitè quòd d. Poſta ſit in dicto Cluſio, deponunt ex eiſdẽ teſtibus nonus, decimus, & vndecimus iux. 16. & 24. & idem nonus ſuper primo *in d. ſumm. Ducis à Cornea num.* 4. & enunciatur in cõceſſionibus factis per Iulium III. & Paulũ III. auctoribus Ducis Sfortiæ *d. ſumm. nu.* 5. quæ cum fuerint impetratæ
3 ad ſupplicationem partis, cõfeſſio auctoris in illis facta nocet ſucceſſori, & omnibus illis vtentibus, *Capuc. deciſ.* 222. *par.* 2. *Rota deciſ.* 776. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* Et prout etiã conſtat ex iuribus vltimo loco per cõpulſum extractis ex archiuio ciuitatis Peruſii in extractu fol. 545. & ſeq. par. 3. Ac demum ex pluribus cõfeſſionib. eiuſdem D. Ducis Sfortiæ reiteratis, & multiplicatis, videlicet in cõmiſſione cauſæ in Rota *d. ſumm. num.* 6. in mandato de eum aſſociando, & immittẽdo ab A.C. obtẽto *nu.* 7. in ſide procuræ ad capiendũ inter alia poſſeſſionem d. Poſtæ Puteoli *nu.* 8. & poſſeſſione illius capta per procuratorẽ
d. Ducis *nu.* 9. mandato procuræ eiuſdẽ de inhærendo in poſſeſſione Poſtæ *nu.* 10. monitorio ab A.C. contra Ducẽ
4 à Cornea obtento *num.* 11. Ex hiſq. partis aſſertionibus probari fines, dicit *Bal. conſ.* 420. *nu.* 1. *verſ. interdum etiã, li.* 1. *Papien. in form. libell. in act. real. in ver. cui cohæret, n.* 3. *verſ. interdũ probantur, Card. Mant. deciſ.* 142. *nu.* 10. Per
5 eaſq. infringitur probatio, ſi quæ reſultet ex dd. teſtibus Ducis Sfortiæ, cũ magis ſtetur dicto partis contra ſe, *Butr. in cap. cum tu. col.* 2. *propè fin. verſ. ſed ſi eſſet confeſſio, de teſtibus, Rom. conſ.* 391. *num.* 8. *quem refert, & ſequitur Marant. in prax. par.* 6. *in* 5 *act. nu.* 21. *in fin. Alex. cõſ.* 141. *nu.* 1. *lib.* 5. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 364. *num.* 5. *Gabr. de teſtib. concl.* 4. *nu.* 87. *Rota apud Caſ. de Graſſ. deciſ.* 6. *nu.* 2. *eod. tit. & Verall. deciſ.* 283. *nu.* 7. *par.* 3 *& in recent. deciſ.* 266. *nu.*
B 9. *par.* 2. B Sed nulla quidẽ ex eis probatio ad ipſius inducentis fauorẽ elici poteſt, imò contraria ex prędictis. Nec obſtant aliqui ipſorũ, nimirũ quintus ſuper 1. & 2. ſextus ſuper 1. & iuxta 31. ſeptimus ſuper 1. & octauus iuxta 15. & 17. & ſuper primo, quia nõ concludunt, dictã Poſtã non eſſe intra fines Cluſij, vt ſupra ſpecificatos, ſed tantũ dicunt, illã non eſſe intra Territoriũ, & in Territorio Cluſij, diſtinguẽtes d. Territoriũ Cluſij à Territorio Poſtæ tanquã diuerſa Territoria: & ſic tertius, qui iuxta 13. & 18. expreſsè deponit, illã non eſſe intra fines Clu-
6 ſij, remanet vnicus, & ſingularis, & ideo nihil probat, *c. veniens il* 1. *& c. licet ex quadam, de teſtib. l. iur. iuran. C. eod.* omnes verò, vltra quòd parui merentur fidẽ, vti labora-
7 tores D. Ducis Sfortiæ, vt ipſi aſſerunt iuxta 9. eliduntur
8 etiam, tùm exceptione cõtrarietatis, *c. licet cauſã, in verſ. cum alij ſibimet in ſerie, & in verſ. quia ſibi inuicẽ, & ibi glo. & omnes Scribẽtes, de probat. Alex. conſ.* 114 *nu.* 14. *in fi. & nu.* 15. *lib.* 4. expreſsè enim ſibi cõtradicunt iux. 15. 17. & 28. Tùm per alios quatuor teſtes eiuſdẽ Ducis ſupra relatos, imò & per proprias ipſorũmet depoſitiones iuxta prox. citata interrogatoria, quòd Poſta ſit intra fines d.
9 Cluſij, in quo eſt illis magis deferen. ac maior adhibẽda fides, tanquam affirmãtibus *ad gloſ. in l. idem proferri, §. ſi plures, in verb. cõſenſerunt, ff. de arbitr. cum alijs per Gabr. de teſtib. concl.* 4. *nu.* 1. *Rot. deciſ.* 335. *nu.* 2. *par.* 1. & cũ quibus
10 cõcurrunt dd. ſcripturæ, & partis cõfeſſiones, *Bal. in l. fin. nu.* 2. *C. commun. vel epiſt. Caſ. de Graſſ. d. deciſ.* 7. *ſub nu.* 4. *de præben. Rot. deciſ.* 27. *nu.* 8. *par.* 1. *diuerſ.* Aliud autẽ motiuũ nullitatis inueſtituræ factæ per Piũ IV. ad fauorem Diomedis ex defectu regiſtrationis in Cam. iux. formã Motus proprij eiuſdẽ Pont. ſub data 8. idus Aug. Pontificatus anno ſexto, & ſic de anno 1565. viſũ fuit ceſſare; tùm quia d. inueſtitura præcedit d. Bullã de regiſtrandis, cũ data illius ſit ſub die 15. Kal. Decemb. anno quarto, &
11 ſic de anno 1563. & lex nõ extenditur ad præterita, niſi expreſsè caueatur, *l. leges la ſecũda, C. de legib. cum concord.* præſertim cum illa loquatur per verba futuri temporis, vt præcipuè in parte diſpoſitiua ibi, *cenſebuntur, &c.* tùm etiam, quia in facto extenſa fuit regiſtratio d. inueſtituræ, *vt in proceſſ. par.* 1. *fol.* 789. Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd mappæ eatenus probant cõfines, quatenus ſũt
12 factæ ſeruatis ſeruandis, aliàs parũ, aut nihil probant, vt dixit *Rota apud Gundob. deciſ.* 67. *& ſequuta eſt in Nullius. ſeu Aprutina iuriſdict.* 10. *Mart.* 1624. *corã b. m. Dunozetta*
B *Ayni. conſil.* 171. *num* 10. *Gratian. diſcept.* 736. *num.* 68. *Rot. deciſ* 867. *ante num.* 3. *par.* 4. *diuerſ. & fuit dictum in Lucana penſionis* 20. *Iunij* 1622. *coram R.P.D. Pirouano.*
13 quod procedit etiã ſi teſtes ſint mille, *Greg. XV. deciſ.* 367. *num.* 3. *& ibi Adden. num.* 8. *& fuit dictum in Ariminen. bonorum* 31. *Ianuarij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Ro-

Romana legati.

Veneris 14. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Plures nullitates contra ſententiam oppoſitæ tolluntur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſatis eſt producere poſt ſententiam, ſi pars ante non oppoſuit.*
2 *Sententia lata a Iudice recuſato, & poſt appellationem ab vlteriori proceſſu, eſt nulla.*
3 *Iudex ſuſpectus allegatus ad vlteriora procedit, quoties Signatura talem ſuſpicionem non approbauit.*
4 *Sententia non conformis libello, & vltra petita eſt nulla. Limita, vt num. ſeq.*
5 *Summariè vbi proceditur, non inſpicitur, quid fuerit petitum, ſed quid debitum.*
6 *Sententia notoriè iniuſta, eſt nulla.*
7 *Sententia indiuidua pro parte nulla, corruit in totum, & num. 8.*
Et ſufficit quilibet exceſſus, etiam in modico num. 9.
10 *Sententia exceſſiua non præſumitur, & ideo exceſſus eſt plenè, & concludenter ab allegante probandus.*
11 *Sententia habens plura membra ſeparabilia, & diuidua, exceſſiua in vno ſuſtinetur in reliquis, in quibus non eſt exceſſiua, quia tot cenſentur capita, quot ſententiæ; etiam ſi lata ſit pro vna ſumma conflata ex pluribus partitis diſtinctis. num. 15.*
12 *Aegidiana, quando ſententia dat immiſſionem ad plura corpora ſeparata, licèt non intret quoad vnum, intrat tamen quoad reliqua.*
13 *Sententiæ conformes exequi debent in ijs, in quibus concordant, licèt in aliquo ſint inter ſe difformes, quando continent plura capita diſtincta.*
14 *Sententia condemnans ad fructus decurſos, & decurrendos, licèt ſit nulla quoad decurrendos, ſuſtinetur tamen quoad decurſos.*

DECISIO CCCLXVIII.

PROSEQVENDO diſputationem ſuper confirmatione, vel infirmatione ſententiæ A. C. ad fauorẽ R. P. D. Varellæ contra DD. hæredes bon. mem. Cardinalis Dezæ latæ, quã ſub die 10. Aprilis 1617. & 24. Ianuarij præteriti DD. confirmandã dixerunt, nullitate ad aliam inſpectionem reſeruata, hodie dubitaui, an illa eſſet nulla, & negatiuè reſponſum fuit. Primò namq. defectus mandati tolli videbatur ex publico inſtrumẽto in actis producto mandati in perſonam Gaſparis ſub die 5. Iulij 1614. facti, & ſic longè ante ſententiam latã 30. Ia-nuarij 1615. quod propterea ſat eſt hodiè etiam tantùm
1 produci: cum primo de illo oppoſitum fuerit, & nunquã
A antea A, *Aym. conſ.* 108. *num.* 1. Secundò, prætenſus defectus iuriſdictionis, quia ſententia fuit lata poſt recuſationem Iudicis a procuratore ſpeciale mandatum ha-
2 bẽre interpoſitam, cũ appellatione ab vlteriori proceſſu *in ſumm. num.* 1. 2. & 3. & ſic nulliter *Innoc. in cap. cum ſpeciali de appell. Achill. deciſ.* 3. *de except. cum alijs per Lancellott. de attent. cap.* 6. *in princ. num.* 4. non obſtare viſus fuit. Nàm cum priùs ſub die 18. Decembris 1614. ex parte dd. hæredum fuerit adita Signatura pro obtinenda auocatione cauſæ à dicto Iudice tãquam ſuſpecto, & illa
3 hanc petitionem reiecerit, nihilq. reſcribere voluerit, vt ex decreto *in ſumm. d. D. Varellæ num.* 2. Iudex potuit ad vlteriora procedere *iux. tex. in cap. ſecundò requiris §. fin. cap. cum ſpeciali, §. ſtatuimus, de appellat.* Ad tertium, quòd
4 fuerit difformis à libello, & lata vltra petita, *l. vt fundus vbi Bart. ff. com. diuid. clem. ſæpe poſt princ. de verb. ſignif. Verall. deciſ.* 20. *num.* 6. *par.* 1. *cum alijs per Surd. conſ.* 273. *nu.* 11. quæ difformitas deducebatur ex eo, quòd in monitorio pro parte D. Varellæ facto 13. Martij 1614. petitæ fuerũt præſtationis à 13. annis decurſę à die mortis Cardinalis, *vt in d. ſumm. hæredum num.* 5. & Iudex pronunciauit pro 14. annis, & 5. mẽſibus, vt in ſentẽtia *d. ſumm. num.* 4. placuit reſponſio, quòd cum à die monitorij, & moti iudicij vſque ad ſententiam effluxerit alius annus, Iudex, qui iux. facultates A. C. ſummariè procedendi poteſtatem habebat, potuit ad præſtationes pro dicto anno decurſas, & debitas, licèt nõ petitas hæredes
5 condemnare, quia tunc non inſpicitur, quid ſit petitum, ſed quid debitũ, *Iaſ. in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, num.* 33. *ff. de verb. oblig. Alex. conſ.* 114. *num.* 6. *lib.* 6. *Ruin. conſ.* 5. *num.* 12. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 131. *num.* 14. *lib.* 1. *Put. deciſ.* 21. *num.* 7. *lib.* 1. *Caput. deciſ.* 126. *part.* 3. *Rota in Tudertina damnorũ datorũ* 31. *Maij* 1604. *corã Illuſtriſſ. Card. Ludouiſio.* Ad quartũ exceſſiuitatis, & notoriæ in-
6 iuſtitiæ inducentis nullitatẽ, vt de magis communi *Contard. de moment. poſſeſſ. limit.* 9. *num.* 41. & *ſeq. Surd. conſ.* 492. *num.* 3. *Seraph. deciſ.* 965. *num.* 10. & *deciſ.* 1261. *nu.* 5. & *Rota in Rom. Officij* 23. *Ian.* 1608. *coram Scotto,* de qua iã apparet ex ſupradictis deciſionibus, in quibus reſolutũ fuit, ſententiã, quæ dd. hæredes cõdemnabat ad ſc. 9. menſtrua pro habitatione domus, necnõ vſu coquinæ, & fœnilis, reformandã eſſe ad ſcuta duo tantùm mẽſtrua
7 pro dicto vſu coquinæ, ita vt etiã ratione indiuiduitatis
B in totum iniuſta, ac nulla reddatur B, *Put. deciſ.* 315. *lib.* 1. *in nou.* & *ſæpius dictum fuit.* Ommiſſo, an hæc dici poſſit notoria iniuſtitia, cũ (vt patet ex eiſdẽ deciſionibus) plura etiam concurrãt in diſputatione articuli ſatis valida ad colorandam iuſtitiam ſententiæ; reſponſum fuit, non poſſe ex hoc capite ſententiam annullari, ac reſcindi: cum Rota iam reſoluerit, eſſe reformandam, volens, eam pro parte iuſta ſuſtineri, prout etiam nuper in alia cauſa fecit coram R. P. D. meo Caualerio.

ANNOTATIO.

A Et quod ſentẽtia ſuſtineatur, etiam ſi poſt illam conſtet de mandato præcedẽti, quod re vera præceſſit, ſi pars ante nõ oppoſuit, tradunt *Felin. in cap. ſciſcitatus nu.* 15. *de reſcript. Rot. deciſ.* 19. *de procur. in antiq. Put. deciſ.* 373. *nu.* 4. *li.* 2. *in correct. Greſcen. deciſ.* 2. *nu.* 4. *de re iud. Achill. deciſ.* 6. *de proc. quos ſecuta eſt Rota deciſ.* 646. *nu.* 6. *in fin. par.* 2. *recent.*
B Sententia concepta per vnicum capitulum, & vnica ver-
8 borum ſtructura, ſi eſt exceſſiua in parte eſt nulla in totum, ratione indiuiduitatis, quia in indiuiduis in maiori ſumma non ineſt minor, & vtile per inutile vitiatur, *iux. deciſ. Put.* 315. *in correct.* quam paſſim Rota ſequitur, *vt in deciſ.* 221. *nu.* 2. & *ſeq. par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 333. *ſub nu.* 3. *par.* 2. *recent. et in Peruſina ſocietatis* 20. *Maij* 1624. *corã bon. mem.*
9 *Vbaldo,* & in alijs, & ſufficit quilibet exceſſus, etiã in modico *Rot. d. deciſ.* 221. *nu.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* & *in d. deciſ.* 333. *nu.*
10 3. *par.* 2. *recent.* huiuſmodi tamen exceſſus non præſumitur, ſed eſt plenè, & concludenter ab allegante probandus, *Rot. deciſ.* 34. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* & *fuit dictum in Carpentoraten. honorũ* 10. *Nouemb.* 1614. *coram Illuſtriſſ. Card. Veroſpeo,* in qua aliæ allegantur, & *in Rom. expenſarũ* 31. *Ian.* 1614. *corã bon. mem. Vbaldo ſeniori,* & *in Rom. reſtitutionis dotis* 16. *Ian.* 1620. *corã R. P. D. Vbaldo iuniori.*

Quan-

Quando tamen ſententia continet ſub ſe membra, & capita di-
21 uidua, & ſeparabilia, licèt infirmetur in capite, in quo eſt exceſſiua, ſuſtinetur tamen in reliquis, quia quot ſunt capita tot cenſentur ſententiæ. *Abb in c. cum dilectus 6. num. 3. de cauſ poſſ & propriet. Rot. deciſ. 427 nu. 2. par. 2. recent. Gregor XV. deciſ. 552. num. 1. et ibi Adden num. 6. et ſupra corã D. meo deciſ. 32. nu 27. et in alijs,* ex qua ratione in ſi-
22 mili, quando ſententia concedit immiſſionem ad plura corpora ſeparata, licèt non intret Aegidiana quoad vnũ, intrat tamen quo ad alia, vt fuit reſolutum in *Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 16. Feb. 1629. corã Reuerendiſſ. D. Coccino Decano;* & ad effectum exequendi duas ſententias cõfor-
23 mes vigore ſtatuti, ſi ſecunda ſententia confirmatoria primæ, continet plura capita diſtincta, & ſeparata, licèt non ſit in omnibus conformis primæ, mandantur executioni io capite, in quo ſunt conformes, *Surd. poſt alios conſil. 102. num. 11. & ſeq.* & fuit reſolutum in *Ferrarien. attentatorum 14. Martij 1629. coram R. P. D. Durano; & prius in Rom. cenſus 4. Febr. 1602. coram Card. Pamphilio apud Cinc. de cenſib. deciſ. 188. num. vlt.* pariter ſententia
24 cõdemnans ad fructus decurſos, & decurrendos, licèt corruat pro fructibus decurrendis, tanquàm pro debito adhuc non purificato, vt fuit dictum in *Bononien. cenſus 27. Nouẽbris 1626. coram R. P. D. Durano,* ſuſtinetur tamen pro fructibus decurſis, qui ſunt ſeparati, & nullam habent cõnexionem cum decurrẽdis, vt fuit reſolutũ in *Aſculana bonorum 27. Martij 1628. coram eod. R. P. D. Durano.*

Prædicta concluſio procedit, etiam ſi ſententia lata ſit pro
25 vna ſumma conflata ex pluribus partitis diſtinctis, & ſeparatis, quia tunc tot videntur ſummæ, quot ſunt capitula, *Rot. d. deciſ. 33. num. 7. par. 2. diuerſ. in Mantuana bonorum 10. Decembris 1612. coram bon. mem. Vbaldo, et coram Cardinal. Caualer. deciſ. 484. num. 3.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Salamantina penſionis.

Lunæ 17. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria conceditur in cauſa prophana in tertia inſtantia, & data releuantia articulorum, etiam ſinè fumo: nec retardatur ſuſpicione calumniæ, niſi ſit vehemens. Penſio ſuper iurepatronatus Regio non ſuſtinetur, non facta de eo ſpeciali mentione,

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria danda eſt, quando articuli ſunt releuantes, & cũ fumus in tertia inſtantia, ac in cauſa prophana.*
2 *Penſio, ſi valor verè non fuit expreſſus, eſt nulla, vel ſaltem reducibilis, etiam ſi expreſſum ſit, ne poſſit peti reductio. Et an pẽſio exceſſiua ſit nulla in totũ, vel reducibilis, latè nu. 8.*
3 *Remiſſoria in prophanis conceditur abſque fumo.*
4 *Confeſſio in precibus docto de errore reuocatur.*
5 *Penſio ſuper iure patronatus Regio non ſuſtinetur, niſi in ſpecie de illo ſit facta mentio, nec ſufficit generalis derogatoria iuris patronatus laicorum.*
6 *Remiſſoria ex calumniæ ſuſpicione præſumpta non denegatur, ſed vehemens, & magna eſſe debet.*
7 *Cauſa reputatur prophana, vbi agitur de inualiditate penſionis ob non expreſſionem veri valoris.*

DECISIO CCCLXIX.

MICHAEL ex cauſa reſignationis beneficij ſimplicis in Eccleſia S. Adriani obtinuit del 1602. reſeruationẽ Apoſtolicam annuæ penſionis ducat. 112. cum expreſſo conſcẽſu, & obligatione Ioãnis reſignatarij, quam deinde legitimè tranſtulit in aliũ Michaelem, qui ſuper eiuſdẽ tranſlationis validitate, & ſolutione penſionis reportauit duas ſententias Rotales, & in tertia inſtãtia corã me fuit reſolutũ pro illarũ cõfirmatione ſub die 25. Iunij præteriti, in qua etiam dictum fuit, non eſſe cõcedendam remiſſoriam d. Ioanni. Habito poſtea verbo in reſolutionibus earũ pro expeditione cauſæ, viſum fuit DD. diſputan. eſſe ſuper d. remiſſoria, quam dubio hodie propoſito, reſolutum fuit, eſſe cõcedendam. Concurrunt enim regulæ, ac concluſiones tritę, quòd materia eſt
A prophana, A cauſa eſt in tertia inſtantia, nec expectatur alia ſententia. Et releuantia articulorum eſt clariſſima,
1 quia reſeruatio penſionis fuit facta ſub narratiua annui valoris beneficij ducatorũ 40. & vnà cum diſtributionib. ad ducat. 180. Et tamen articulatur non exceſſus valo-
2 ris ducat. 40. qui ſi verus eſſet, vel reſultaret nullitas pẽ-
B ſionis in totum B, *Gig. de penſ. quæſt. 9. num. 3.* vel eſſet reducibilis *ad Rom. conſ. 369. nu. 25. vbi in fin. de cõmuni Hieron. Paul. in pract. Cancell in not. ſuper penſ. verſ. penſio immoderata, Caſſad. deciſ. 4 num. 4. de penſ. Gamb. de auct. Leg. a lat. lib. 6. num. 211. & 702.* vbi etiam ſi in Bullis expreſſum ſit, ne poſſit peti reductio, *Caecialup. de pẽſ. quæſt. 7. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 3. num. 81.* De hoc
3 autem non exceſſu ex partitis libri Eccleſiæ compulſatis *in ſumm. Ioannis num. 2.* datur magnus fumus, licèt non neceſſarius, *Put. deciſ. 324. in fin. lib. 2. in nou. impr. Caputaq. deciſ. 68. par. 3. Rot. in recent. deciſ. 348. num. 1. par. 1.* Qui etiam ſufficiens DD. viſus fuit ad effectum concedendæ remiſſoriæ contra propriam ipſius Ioannis cõfeſ-
4 ſionem, quæ, pleniùs docto de errore, poterit reuocari, *l. poſt diuiſionem, & l. error, C. de iur. & fact. ignor. & vtrobiq; Doct. Aym. conſ. 157. num. 8. Pariſ. conſ. fin. num. 3. & ſeq. lib. 1.* & in ſpecie confeſſionis emiſſæ in precibus idẽ *Crauett. conſ. 201. num. 7. verſ. niſi aliquid per errorem.* Quatenus verò pro Michaele prætendatur, penſionem ſuſtineri ſuper redditibus Eccleſiæ S. Marci, de quibus tamen nulla eſt facta mentio in literis reſeruationis: alij articuli ſunt releuantes, quia cõtinent, quòd Beneficiati in d. Eccleſia S. Marci ſunt Cappellani Regij, & quòd d. Eccleſia eſt de iurepatronatus Regio, de quo erat faciẽ-
5 da ſpecialis mẽtio in dd. literis, adeo vt nec ſupplere potuiſſet clauſula generalis derogatoria iuriſpatronatus laicorum, niſi expreſſum eſſet de Regio, *Felin. in tract. quand. lit. apoſt. noc. patr. Eccleſ. ampliat. 8. Rebuff. in prax. in 3. par ſignat. num. 63. & 64. Pariſ. conſ. 114. num. 4. 18. & 19. & conſ. 128. num. 11. lib. 4. cum alijs per Flam. Pariſ. vbi ſupra lib. 2. quæſt. 4. num. 47. & optimè facit reg. Cancell. 41. de qua per Couar. pract. quæſt. cap. 36. ſub num. 4. verſ. ſic Petrus,* cuius etiã patronatus Regij ſufficiens datur fumus, licèt pariter non neceſſarius, ex inſtrumento penſionis à Rege factæ de perſona Ioannis ad d. Cappellam ex vacatione Michaelis *in ſummario ipſius num. 3. & ex duobus alijs inſtrumentis eodem ſumm. num. 4.* Nec obſtant, quę ex aduerſo deducuntur, huiuſmodi, ſcilicet, emolumenta acquiri ratione beneficij S. Adriani, non autem d. Capellæ, quæ non datur in titulum, ſed ad eã admittuntur omnes, qui ſunt aliàs Beneficiati, tanquam ad vnam Congregationem, cuius Rex potiùs eſt protector, quàm patronus. Quia dato, abſq; veri præiudicio,
6 quòd dd. Cappellaniæ nõ conferantur in titulum, ſat eſt,

quòd

quòd ad eas fiat præſentatio per Regem, & quòd alias nõ poſſint Beneficiati aliarum Eccleſiarum gaudere dd. emolumentis in Eccleſia S. Marci abſq; præſentatione, ſeù nominatione Regia ad hoc, vt Papa in reſeruatione penſionis ſuper dd. emolumentis, ſi hoc fuiſſet expreſſum, vel non conceſſiſſet, vel difficiliùs: & nemo poteſt eſſe Cappellanus Regius S. Marci, niſi priùs ſit Beneficiatus alicuius Eccleſiæ parochialis, vt cõtinetur in articulis, & fatentur ijdem informantes pro Michaele. Prætenſa demum ſuſpicio calumniæ, quæ tamen ad effectum
6 denegandæ remiſſoriæ debet eſſe magna, & vehemens, nõ præſumpta *Aegid. deciſ. 625. in fin. Card. Mantic. deciſ. 312. num. 9. & fuit dictum in Leodien.* Canonicatus 10. *Iunij, & in Terdonen. Archiprebyteratus 27. d. menſis* 1614. *coram me, in Adrien. ſeu nullius iuriſdictionis* 1. *Febr.* 1616. *coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in alijs pluribus, ceſſat tùm ex prædictis, tùm quia petitio remiſſoriæ non fuit, (vt in deciſione ſupponebatur) dilata in vltimis audientijs, ſed in ſecunda inſtantia petita, & non conceſſa. Prima verò ſententia fuit lata per contradictas.

Et ideò DD. ſteterunt pro remiſſoria, quatenus pars cum præſuppoſito materiæ articulatæ citra veri proiudicium nolit ſuſcipere denuò diſputationẽ, an dd. ſententiæ Rotalis ſint confirmandæ, &c.

ANNOTATIO.

A Cauſa reputatur prophana, quando agitur de inualiditate
7 penſionis, ob non expreſſum verum valorem in literis reſeruationis narratum. *Gig. de penſion. q. 99. num. 7. et fuit dictum in Parmen. penſionis 26. Ianuarij 1629. coram R. P. D. Dunozetto.*

B In hac materia, an penſio exceſſiua ſit in totum nulla, vel
8 reducibilis, diſtinguendum eſt, quòd vel ſumus in caſu reſignationis, in qua penſio eſt reſeruata reſignãti, adiecta clauſula, *non aliàs, aliter, nec alio modo*, & aſſeritur, illam non excedere dimidiam partem fructuum, vel exprimitur certus valor; & hoc caſu ſi penſio ſit exceſſiua, cum ſit indiuidua, ex quo in minori ſumma deficit conſenſus reſignantis, & conſequenter Papæ, qui in eo ſe fundat, non eſt reducibilis, ſed in totum corruit. *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num 422. & fuit dictum in Salamantina penſionis 26. Martij 1593. coram Gipſio apud Garz. d. cap. 5. num. 424. circa fin. verſ. quod dicitur. et in Romana penſionis 13. Maij 1602. coram Card. Pamphilio, Card. Mantic. deciſ 173. num. 1.* Vel ſumus in caſu vacationis per obitum, vel alio extra prædictum reſignationis cum reſeruatione pẽſionis, & tunc iterum, vel pẽſio eſt purè, & abſolutè reſeruata, cum expreſſione certi valoris, & hoc caſu ſi valor expreſſus non iuſtificatur, penſio nec etiam eſt reducibilis, ſed in totũ corruit, tanquã ſubreptitia, *Creſcẽt deciſ 17. num. 1. et 2. de reſcript. Rot. deciſ. 626. num. 5. par. 1. diuerſ. Garz. d. cap. 5. num. 427. et fuit dictum in Burgen. penſionis 18. Februarij 1585. coram Gipſio, et in Spoletana penſionis 24. Ian. 1622. coram bon. mem. Vbaldo.* Vel penſio eſt reſeruata ſinè expreſſione veri valoris, ſed conditionaliter, cum clauſula, *Dũmodo penſio medietatem, vel tertiam partem fructuũ non excedat*, vel, *Dũmodo remaneant tot pro titulari*; & hoc caſu ſi penſio eſt exceſſiua, non annullatur in totũ, ſed eſt reducibilis; quia prædictæ clauſulæ veniunt intelligendæ, quatenus non excedat, vel quatenus remaneãt tot pro titulari, & ideo ſuſtinetur pro ea parte, pro qua nõ excedit, vel qua remanẽt tot pro titulari; ita *Card. Mantic. deciſ. 153. nu. 2. et 4. Creſcent. d. deciſ. 17. num. 4 de reſcript. Garz. d. cap 5. nu. 417. et 423. et fuit dictũ in alleg. Spoletana pẽſionis corã Vbaldo.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana laudi.

Lunæ 17. Decembris 1618.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio librorum qualiter fieri debeat in lite ad effectum illos videndi.*

DECISIO CCCLXX.

DOMINI ſteterunt in deciſis ſub die 25. Iunij præteriti, tàm quo ad primã partem, videlicet DD. de Donis teneri edere libros rationis bancariæ Alberico effecto participi: prout nec ipſi Doni hodie informantes recuſabant, ſed imò vltrò ſe paratos offerebant. Quàm quo ad ſecundã partem ſcilicet dd. libros deponendos eſſe penès Notariũ, vel tertiã perſonam idoneam per Iudicem deputandã, vt Albericus illos perſcrutari poſſit, & partitas ad cauſam
1 pertinenter inde tranſcribi facere iuxta formã traditam per *Spec. in tit. de inſtr. edit. §. videndũ reſtat*, nu. 9. & prout aliàs ſeruauit Rota *in illa Rom. exhibitionis librorum* 19.
A *Ian.* 1604. *coram Illuſtriſſ. Ludouiſio relata in deciſione.* A Ideoq. viſum fuit, nõ applicari *tex. in l. ſi quæ ſunt cautiones, ff. fam. erciſc.* quòd inſtrumenta remaneant penes hæredem maioris partis, nec ſimiliter obſtare particularem conuẽtionem partiũ in capitulis inter ipſas initis, quòd finito triennio libri omnes, & ſcripturę rõnis remaneant Donis: ex quibus pro parte ipſorũ hæc ſecunda pars deciſionis impugnabatur. Vnica enim reſponſione vtrunq; obiectum tolli dictum fuit. Quia (vltra quòd, neq; ius cõmune, neq; pactum loquuntur, cum editio fieri debet in lite inter eaſdem partes vertente) in præſenti nõ quæritur, ad quem libri ſpectẽt, vel penès quem remanere debeant, & an Doni teneantur tradere Alberico dd. libros apud eũ permanſuros; ſed agitur ſolũ de modo editionis fiendæ, ad effectum tantùm videndi, tàm iuxta diſpoſitionem *dictæ l. ſi quæ ſunt cautiones*, volẽtis, quòd hæres, penès quem inſtrumenta remanent, caueat de illis exhibendis, cum res exegerit; quàm vigore d. conuentionis expreſsè tribuentis facultatem miniſtris, *di poterne hauer viſta, & copia ſempre li occorreſſe à ſpeſe loro*, & propterea ad hunc effectum DD. placuit, illos deponi penes Notarium, vel tertiam perſonam vt ſupra, qui ibi permaneant arbitrio Rotæ. Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Sequendo hanc deciſionem D. mei dixit *Beltram. ad d. deciſ. Sanct. mem. Greg. XV. 151. quam ſequitur Genua de ſcript. priu. lib. 4. cap. de libro adminiſtratoris, num. 7. & 8. ſub deciſ. 767. par. 4. diuerſ.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

FINIS PRIMI TOMI.